
BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
LI
F
2

CHRONOLOGIA IN TITI LIVII HISTORIAM, ACCOMMODATA AD TABVLAS

CAPITOLINAS VERRII FLACCI, ANNOTATIONIBVS VTILISSIMIS VARIETATEM SEV DISSENSIONEM authorum circa consulum Romanorum nomina demonstrantibus illustrata.







CVM GRATIA ET PRIVILEGIO
Caes. Maiest. ad decennium.

FRANCOFVRTI AD MOENVM,
M. D. LXVIII.



CLARISSIMO VIRO, GENERE, VIRTVTE AC ERVDITIONE PRÆSTANTI, DOMINO LEONMANNO SCHILLER AB HERDERN, IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI AC CAMERAE

Imperialis Spiræ Aſſeſſori, domino ac patrono ſuo colendo,
Ioachimus Grellius S. D. P.



T medendi ſcientia, Architectonica, Agricultura, aliæq; artes ad vitam hominum regendam atq; ſeruandam comparatæ, idonea, vera, certaq; temporum obſeruatione indigent, adeo vt, quotidiana experientia atteſtante, temporum ratione in ijs neglecta, ſæpius plus detrimenti quàm commodi rebus humanis adferre conſpiciantur: Ita & hiſtoriæ, quæ vitæ memoria, lux veritatis, nuntia vetuſtatis, & vitæ magiſtra prædicatur, temporum certa & apta diſtributio, ad rerum geſtarum integram notitiam tantoperè neceſſaria eſt habita, vt viri doctiſsimi, eam vnicam hiſtoriæ lucem, cynoſuram in vaſto cæcoq; hiſtoriæ pelago nauigantibus, filumque Theſei certiſsimum ad effugiendos implicitos Labyrinthi errores dicere non dubitarint. Etſi enim hiſtoriarum cognitione nec in Eccleſia nec in Republica magis neceſſarium, nec ornamento vel decore præſtantius, nec vbertate emolumentorum vtilius, nec ad delectationem voluptatemque accommodatius quicquam reperiatur, tamen cùm homines, eorumque actiones quæ in hiſtorijs deſcribuntur, non ſolùm tempore tanquam certa menſura contineantur, ſed & eo, tanquam ſole quodam in orbe illuminentur, quis id, quod menſura dirigitur, abſque metiente rectè definiri, vel luminis egens abſque eo probe inſpici atq; diſcerni poſſe dixerit? Id itaq; populi prudentia clari & viri ingenio doctrinaq; præſtantes perſpicientes, nec ſumptibus, nec laboribus in compendioſa veraque temporum deſcriptione pepercêre. Siquidem apud Hebræos, quorum Reſpublica ab ipſo Deo inſtituta eſt, prophetæ verba dierum (ſic etenim Hebræi ea vocant) id eſt, annales & faſtos conſcribere ſunt ſoliti, & inde cùm ad alias gentes orientales, vtpote Chaldæos, Aegyptios, & Perſas, tum deniq; ad Romanos hoc idem inſtitutum defluxit, vt libri faſtorum, in quos cuiuslibet anni res inſigniores, cum menſis atq; diei notatione referrentur, à pontificibus vel ſacerdotibus conficerentur. Poſtea verò id ſapientiſsimorum populorum inſtitutum viri docti ſecuti, rem eò deduxere, vt nulla ferè ciuitas vel Reſpublica extiterit, cui ſui antiquorum temporum obſeruatores, faſtorumq; ſcriptores non fuerint. Sic Aſia Charaxem Pergamenum, Epheſiumq; Andronem, Perſia Metbaſthenem, Aegyptus Appionem, Iudæa Philonem, Aphrica Eratoſthenem, Græcia Arthilochum, Peloponneſus Hippiam, Lesbus Theophraſtum, Athenæ Dexippum & Apollodorum habuiſſe leguntur. Nec minus hac parte ſapientiæ, quàm alijs artibus quamplurimi apud Romanos claruere. Nam vt nominibus eorum abſtineam, qui hiſtorijs ſcriptis earum occaſione tempora notarunt, faſtosq; magiſtratuũ digeſſerunt, quorum prolixus admodum eſt numerus, ſanè tot in hoc ſtudio verſati fuerunt, vt cum cæteris gentibus omnibus hac in parte certare queant. Non eos à prima orbis origine repetere libet, at cùm hæc ad id faſtigium peruenisset, vt & imperij magnitudo, & Imperatorum fælicitas, populiq; Romani virtus, ingenijs præclaris ampliſsimam ſcribendi materiam ſuppeditarent, reperti tamen fuere, qui ex temporum notatione non minus laudis quàm hiſtoriarum conſcriptione ſe adepturos eſſe arbitrarentur. Siquidem ipſe Cicero, tunc cum Reſpublica Romana florentiſsima eſſet, ſe tres libros verſibus de ſuis temporibus ſcripſiſſe gloriatur. Et quantis idem laudibus Atticum ſuum extollit, qui magna cura notatis obſeruatisq; temporibus ſeptingentorum annorum curſum vno libro collegerit? Præclara quidem dignaque laude hæc Attici opera, at non leuior Verrij Flacci cenſenda, qui ſub Auguſto, Faſtis præcipuorum magiſtratuum à ſe ordinatis, marmoreoq; parieti inciſis, ibidem loci iuxta Veſtæ ædem ſtatuam meruit, aliosq; poſt ſe ad ſimilis argumenti tractationem inuitauit. Nam hunc cùm alij, tum M. Aurelius Crator, Antonius libertus, & Chryſorus imitati nomina & tempora annuorum magiſtratuum vſque ad ſuam ætatem perpetuauêre, ſicuti & hos ſubſecuti Auſonius, Aurelius Caſsiodorus, alij nonnulli, itidem non ſine laude fecerunt. id præcipuè ſpectantes, vt hiſtoria Romana certa veraq; temporum ratione conſtaret, nec horum incertitudine perturbata, cæca mutilaue efficeretur.

Verum enimuero etſi tanta populorum, vt tortam temporum deſcriptionem haberent, cura fuerit, doctiq; in ea eruenda & adornanda omni ſtudio laborarint, tamen vel quod plerique res citra publicam & probatam fidem, vt Metaſthenes exiſtimat, vel per opinionem atq; auditum conceptas memoriæ prodiderint, factum eſt, vt nulla propè ſcientia maiori temporum obſcuritate, ambiguitate, ac incertitudine inuoluta obductaque ſit, quàm illa ipſa antiquitatis, temporumq; notatrix hiſtoria. Quamplurimis id, tam ſacris quàm prophanis exemplis probari poſſet, verùm cùm id ab alijs luculenter ſit factum, nec mei propoſiti ſit, integram de temporum varietate, confuſione ac diſcrepantia diſputationem inſtituere, id vnius Liuij vel authoritate vel exemplo oſtendiſſe ſufficiet. An non is, ſubinde magiſtratuum conſulumq; confeſsionem reprehendit, & temporum ignorantiam, authorumq; varietatem deplorat? Libro ſecundo ab vrbe condita, pugna ad Regillum lacum commemorata, Tanti (inquit) errores implicant temporum, aliter apud alios ordinatis magiſtratibus, vt nec qui conſules ſecundum quoſdam, nec quid quoque anno actum ſit, in tanta vetuſtate non rerum modò, ſed etiam authorum digerere poſsit. Et rurſus de varia authorum opinione lib. 22. conquerens, Mirari (inquit,) magis adeò diſcrepare inter ſe authores, quàm quid veri ſit diſcernere queas. Tales loci quamplurimi apud Liuium inueniuntur. Verùm vt iuſtiſsimas eius querelas ac reprehenſiones eſſe fatendum eſt, ſic ſunt, qui quod ipſe in alijs reprehenderit in eo ipſum et arguendum iudicent, cùm præterquam quòd interdum dubia, incerta, manca, atque acciſa tradiderit, etiam tempora ea, qua par fuiſſet diligentia, minimè digeſſerit. Quorum reprehenſio

prehenſio

prehensio quàm iusta sit, non huius loci est disquirere. Cæterùm, si quid horum ab optimo Romanæ historiæ authore admissum sit, æquissimum arbitror, vt is, qui horum quid in ipso desiderat, perpendat, eum hominem, vt & nos sumus, fuisse, nec omnibus quæ literis mandarit interfuisse, vel interesse potuisse: verùm ex priscis historicis & annalibus, ipsum, vt in Præfatione fatetur, historias suas traduxisse & veluti mutuasse, quemadmodum nobis iam ab ipsis veluti per manus tradita, ea sumere necesse est. Si quid itaq. discrepans, ambiguum, vel incertum nonnunquam eius scriptis irrepserit, quis id potius benignè excusare, quàm superciliose exagitare non vellet? Quoties ipse testatur se non posse multa pro certo affirmare, vt libro tertio, vbi sic inquit: Difficile ad fidem est, in tam antiqua re, quot pugnauerint, ceciderintue exactè affirmare. Et quinto sic ait: In rebus tam antiquis, si quæ similia veris sint, pro veris accipiantur. Septimo verò ita scribit: Cura non deesset, si qua ad verum via inquirentem ferret, nunc famæ rerum standum est, vbi certam deroget vetustas fidem: Quid hisce Liuij locis clarius, ipsum curæ inuestigandæ antiquitatis laborantem ad eius notitiam peruenire non potuisse? Adhæc historiam senex idq. priuatus scripsisse dicitur, non igitur mirum, si in summa historicorum, annalium, ac commentariorum penuria, quæ tunc non sine magno sumptu atque labore describebantur, nonnulla interdum omiserit, vel memoria lapsus, diuersa ac propè contraria scripserit. Nullus author adeò magnus est, qui alicubi non labatur. Errare humanum est, & nemo adeò prouidus ac circumspectus existit, qui alicubi non impingat, idque cùm in alijs, tum maximè historicis videre est. Complures ante Timæum Tauromenitem celebres historici vixêre, sed omnes qui ante ipsum res gestas literis tradidissent, acerbißimè, vt Suidas inquit, reprehendit. Sic Athenæus ipsum Platonem atque Xenophontem accusat, quòd quorundam tempora falsò & imperitè notauerint, vt & Thucydides Hellanicum alioqui laudatum historicum, Halycarnasseus Fabium Pictorem, Licinium, reliquosq. eius ætatis authores, & alij alios. In eundem quoque modum Aristoteles in politicis, eos qui Lycurgum Thaletis auditorem fuisse astruerent, grauiter obiurgat, & Cicero scriptores quosdam, qui Numam Pythagoræ discipulum fuisse dicerent, cum Pythagoras aliquot post Numam seculis primum natus sit. Quin imo tam fœde tantiq. errores historiam contaminarunt, vt Castor Rhodius Chronica ἀγνοήματα *composuisse legatur, quibus ignorantiam superiorum seculorum refellit & emendauit. in tanta itaq. errandi procliuitate, moleq. laboris maxima, si præstantissimus author, deq. Romana historia optimè meritus, humani quid passus sit, ac velut longo itinere defessus, pede altero impegerit, venia id ac benigna interpretatione quàm insectatione dignius erit. nam vt est in veteri versiculo:* Οὐδεὶς ἀνθρώπων ἐστὶν ἅπαντα σοφός. *Cum verò historia, ex Annij sententia, tunc demum integra atq. certa censeatur, si narratione, Topographia, & Chronographia, id est, certa temporum & locorum descriptione constet. Ideò docti quamplurimi magistratuum Romanorum descriptionem aliquibus in partibus apud Liuium imperfectam, & supputationem annorum, quibus quisque ab vrbe condita Reipublicæ præfuisset, interdum claudicantem, interdum ab alijs dissentientem animaduertentes, ne quid authori Latinæ historiæ principi deesset, hunc vtilissimum laborem susceperunt, vt temporum atque annorum seriem, annotatis consulum nominibus, ex his, quæ relicta sunt, antiquitatum monumentis accuratè colligerent atque discernerent. Inter quos, vt quatuor Itali Bartholomæus Marlianus Mediolanensis, Onuphrius Panuinius Veronensis, Carolus Sigonius Mutinensis, & Franciscus Robortellus Vtinensis, meritò laudandi sunt, qui magistratuum Romanorum descriptionem ad lapides marmoreos Verrij Flacci (vt existimatur) Romæ inter forum & sacram viam sub pontificatu Pauli III. anno quadragesimo sexto effossos, atque in Capitolio expositos, tanquam ad Lydium lapidem accommodantes, non solum magistratibus Romanis pro annorum ratione descriptis, sed & toti historiæ Romanæ incredibilem lucem attulerunt? Sic & vir doctissimus, Henricus Glareanus, sua laude minimè fraudandus est, qui ardenti antiquitatis studio antequam Capitolinæ tabulæ erutæ fuissent, anno 40. fastos consulares, librorum tantum subsidio adiutus, ad sextum vsque Tyberij annum deduxit, quorum veluti ductu alijs postea via ad meliora quærenda, & Romanæ vetustatis decus recuperandum monstrata est, ita vt qui eius laborem & insignem voluntatem in antiquis historijs restituendis & vendicandis non agnoscat, vel liuidi, vel ingrati animi morbum minimè obscurè prodat.*

Tot itaq. doctorum virorum opera Liuij historia in multis partibus illustrata, cùm viri optimi ac rei literariæ iuuandæ cupidißimi, Sigismundus Feirabend & Georgius Coruinus Typographi Francofurtenses, de ea suis prælis exprimenda cogitarent, multorum consilijs disquisitis, eam rationem sibi sequendam putarunt, qua, Liuianæ historiæ editionem omnibus probare, gratamq. reddere possent. Cum ergo nihil eorum quod reliquæ editiones haberent, sibi omittendum esse ducerent, sed suam omnium aliarum dote condecoratam cuperent, ac prius Lugdunensi & Basiliensi editioni Henrici Glareani, Venetæ Caroli Sigonij Chronologia adiuncta fuisset, ipsi, quibus doctis vtramque probatam esse constaret, sed simul huic operi adijcere incommodum esset, ne quid hic desideraretur, curarunt, vt ambæ quasi in vnam conflarentur, & anni nominaque consulum, ad Panuinij & Sigonij imitationem, tabulis Capitolinis, quoad id fieri posset, accommodarentur, & quæ Glareanus interdum de consulum nominibus variantibus obiter annotasset, ea luculentius fusiusq. ex certis historiarum monumentis explicarentur. Quæ res, quantum vtilitatis secum latura sit, quamplurimis exponi posset, verùm cùm verear ne si id faciam, nõ tam instituti huius fructus lectori ostendere, quàm meam operam efferre videar, ab eo libens abstineo, optans, vt lector vtilitates re ipsa potius experiatur, quàm ex mea commemoratione intelligat.

Cùm verò pro veteri more, de patrono huic opellæ deligendo dispicerem, atq. de eo auunculi mei, collegæ tui, consilium exquirerem, eo iubente, vt nulli alij quàm tuæ Excellentiæ eius patrocinium deferrem, id minimè vel recusare, vel detrectare volui. Nam etsi me tuæ Excellentiæ ignotum esse fatear, atque vel importunitatis vel impudentiæ argui posse videam, qui eam publicè compellare non dubitem, tamen cùm id auunculi mei de tua excellenti virtute iudicium sit, vt statuat te benignè humaniterq. huius opellæ patrocinium suscepturum esse, in spem optimam venio, me id, si non merito meo, saltem sua intercessione citra repulsæ periculum, à tua excellenti virtute impetraturum esse, idque vel ob id, quod hæc opella talium rerum tractationem prosequatur, quas præstantissimi veteres iureconsulti à sua professione minimè alienas arbitrati sunt. Siquidem P. Mutium Scæuolam, Rutilium Ruffum, Cælium Antipatrum, Fufidium, Tuberonem, aliosque complures Iurisprudentes, non solùm iuris scientia, sed & historiarum descriptione claruisse constat. Nec recentior Iureconsultorum ætas, eius generis exemplis caret. Celebris auorum

memoria

memoria Iureconsultus Claudius Seysellus natione Gallus fuit, cuius in Ius ciuile commentaria in quanto precio sint, excellentiam tuam minimè fugit. At hic studio iuridico historiæ cognitione adiuncta, non minorem ex hac quàm illo laudem retulit: nam & Thucydidem, & Diodorum Siculum, & quædam Xenophontis, aliaq; multa Gallicè vertit, & quidem adeò feliciter, vt etiam ij, qui Græcæ linguæ magnum vsum habent, plurimum ei tribuant. Quid dicam de Alciato, qui vt veteribus Iureconsultis Iuris cognitione haud dubiè est comparandus, sic suum in historijs cognoscendis studium declarare non erubuit, eruditissimis annotationibus in Cornelij Taciti Augustam historiam conscriptis, quò ea clarior intellectuq; facilior per docta hominum ora volitaret. Sed quid externa exempla commemorare necesse est, cum nostratia suppetant? Ante aliquot annos vir doctissimus Vuolffgangus Hungerus Spiræ ad tribunal iuri dicundo totius terrarum orbis amplissimum sedit. Is, vt docti attestantur, quoties per negotia licuit, non solum sibi vacationem ad historicorum lectionem desumpsit, sed & cum Cuspiniani Cæsares multis in locis aliena culpa deprauatos cerneret, eorum restituendorum laborem, magno cum studiosorum fructu suscepit, crebro affirmare solitus, Iuris ciuilis prudentiam historiarumque cognitionem, habita præsertim iusta ac diligenti temporum inter se, ac studij vtriusq; collatione, ad efficiendum hominem politicum, reique publicæ maximè idoneum gubernatorem pariter currere debere. Vt itaque Excellentia tua ad horum imitationem sese componens, tantam sibi iurisscientiam comparauit, vt in amplissimo Cameræ Imperialis iudicio iuri dicundo præficeretur, sic minimè ambigo eam eorundem exemplo cognitione historiarum delectari, ac seuerioribus iuris studijs defatigatam ad amœna historiarum vireta diuerti, ac inde animi recreationem petere. Etsi ergo in spem optimam inducor, Excellentiam tuam huius opellæ defensionem minimè grauatim suscepturam, tamen officiose eam oro, vt audaciam hanc in ea compellanda tenuiq; opella ei offerenda, probare, meam de eius virtute & humanitate opinionem benigne admittere, meque numero eorum aggregare velit, qui eam omni studio obseruantiaque colere ac venerari ex animo cupiunt. Ad extremum, vt me tuæ Excellentiæ, sic eius valetudinem ac prosperitatem Optimo Maximo

DEO *commendo. Data Kalend. Nouemb.*

Anno M.D.LXVIII.



CHRONOLOGIA IN TITI LIVII HISTORIAM, ACCOMMODATA AD TABVLAS CAPITOLINAS, VERRII FLACCI, ANNOtationibus vtilissimis, varietatem seu dissensionem autorum circa consulum Romanorum nomina demonstrantibus, illustrata.

DE CAVSIS DISSENSIONIS *seu pugnantiæ historicorum in numerandis ac digerendis annis ab vrbe condita.*



EXPOSITVRI fastos consulares historiæ Liuianæ, incertitudine, obscuritate, ac discrepantia téporum ita inuolutos atq; obtectos, vt nō solùm huius seculi in Historijs exercitatissimi viri, sed & præstānsissimi historiæ Romanę scriptores vetustiores, de ea subinde conquerantur, rem ab instituto nostro minimè alienam facturos nos arbitramur, si breuiter causas huius dissensionis inquiramus, quò ijs cognitis, eam temporum supputationem sequamur, quæ historicæ veritati maximè congruere, & probatissimorum scriptorum authoritate ac testimonio niti putatur. Nam cùm historia testis sit temporum, vt Cicero verissimè dixit, quid magis ab ea alienum est, quàm si id, quod præcipuum in ea est, desideretur, ac quid prius, quid posterius gestum sit, nulla adhibita diligenti ratione, nescire? Diuersitatis itaque in supputandis ac digerendis consulum Romanorum annis tres præcipuæ causæ esse videntur.

Prior quot annis quo primi consules magistratum inierunt ab historicis Romanis non eodē modo, sed variè numeretur. Dionysius enim rerum Romanarum diligentissimus scriptor, lib. 1. in fine quarti, & initio quinti, reges annos CCXLIIII. regnasse scribit. Quod etiam ex Varronis annorum summa elicitur, & aliorum authoritate comprobatur. Messala enim anno ab vrbe condita CCXLIIII. pulsis regibus, sub cōsulibus annuo imperio iura Romana fuisse tradit. Cui sententiæ & Liuius in fine libri primi accedit: Regnatum (inquiens) Romæ ab condita vrbe ad liberatam annos ducentos quadraginta quatuor. At Eutropius lib. 1. Romæ per septem reges annis ducentis XLIII. regnatum scribit, totidemq; annos numerat Sextus Ruffus in sua Epitoma. In qua varietate id animaduertendum est, hosce ex singulorum regum quos enumerant, annorum summa, annis regum, interregni annum eximere, quem Dionysius, Liuius, Messala & alij interponunt. Idque rectè. Vno enim anno fuit interregnum post mortem Romuli: Re itaque diligenter inspecta, in enumerandis singulorum regū annis, tot eis Eutropius & Sextus Ruffus annos regni tribuunt, quot Dionysius, Liuius & cæteri, nec hæc dissensio magna est: Alij verò vt est apud Eusebium in Chronicis CCXLIII. annos tantum cum interregno reges regnasse scribunt, quorum sententiam secuti videntur Orosius, Iornandes, & Beda. Orosius enim libro secundo capite quinto anno ipso CCXLIIII. Brutum consulem de filijs supplicium sumpsisse scribit. Idem Beda capite 66. & Iornandes confirmant. Huius autem varietatis causa est, quod cùm reges non ita certos ac præfinitos annos regnarint, sed aliqui (vt Romulus) aliquot menses & dies excesserint, Dionysius & Liuius eos pro integro anno computantes Tarquinio Prisco attribuerunt. Hi, quos diximus, cum Eusebio, quia integrum annum non efficiebant, eos omiserunt, solum XXXVII. annis Prisco regi assignatis.

Huic alia eiusdem ferè formæ succedit, quod vt annum & mensem sic, & diem quo primi consules inierint, diuersi authores incertū faciant. Plutarchus siquidem in problematis primos consules Kal. Ianuarij inijsse scribit, Macrobius verò lib. 1. Satur. cap. 7. Kalend. Iunij eos inijsse innuere videtur, ex aliorum opinione tradens, Iuniū à Iunio Bruto dictum, quod hoc mense, id est, Kalend. Iunijs, pulso Tarquinio sacrum Carneæ deæ in Cœlio monte voti reus fecerit. Alij autem 6. Kalend. Martij id factum fuisse scribunt, freti antiquis lapideis Fastis, & authoritate Ouidij lib. 2. Fastorum scribentis:

> *Tarquinius cum prole fugit, capit annua consul*
> *Iura, dies regnis illa suprema fuit.*

Sunt etiam qui Kalend. Quintil. id est, Iulij eos inijsse putent, quorum sententiæ videtur accedere Ioachimus Perionius lib. 3. de magistratibus Græcorum. In hac itaque opinionum diuersitate quæ sequenda sit summoperè ambigitur. Plutarchi quidem à viris doctissimis Onuphrio Panuinio, & Sigonio iampridem luculenter & eruditè est refutata, quod anno tantum sexcentesimo ab vrbe condita consules Kalend. Ianuarij primum inire cepisse constet. At in diei certi constitutione nec inter ipsos conuenit, Sigonio post Martianum eò inclinante, vt diē primum initi consulatus 7. Kal. Iunij statuat, Panuinio verò primos consules 6. Kalend. Martij creatos esse existimante. Nec solùm in die initi primi consulatus hæc varietas deprehenditur, sed & quo subsequenti tempore cuiusque mensis die consules magistratum inire sint soliti, vsque ad annū sexcentesimum vix quidquam certi reperire licebit. Anno quidem quarto & quadragesimo postquam exacti reges fuissent, Kal. Sextiles solennes magistratibus ineundis fuisse docet Liuius, quot autem annos ille mos deinceps seruatus, vel quo tempore immutatus fuerit, non tradit vsque ad annum CCCII. quo ait, Idus Maias solennes fuisse ineundis magistratibus, lib. 3. his verbis: *Idus tum Maiæ solennes ineundis magistratibus erant.* Hoc certè intelligi potest, cùm hoc tempus dicat fuisse solenne, non duobus aut tribus annis id obseruatum esse, sed pluribus. Solenne enim dicitur id, quod legitimum est, & fieri solet. Rursus mutatum tempus initio ferè quinti legitur. Nam cum solennes dies ineundis

eundis

eundis magiſtratibus eſſent Nonæ Decembres, eum mutatum eſſe dicit his verbis: Primores patrum, ſiue culpa, ſiue infelicitate imperatorum tam ignominioſa clades accepta eſſet, cenſuere nō expectandum iuſtum tempus comitiorum, ſed extemplò nouos tribunos militum creandos eſſe, qui Kalend. Octobribus magiſtratum acciperent. In quam ſententiam cum pedibus iretur, cæteri tribuni militū nihil contradicere. At enimuero Sergius Virginiusque propter quos pœnitere magiſtratuū eius anni Senatum apparebat: primò deprecari ignominiam, deinde intercedere Senatuſconſulto, negare ſe ante Idus Decembres ſolennem ineundis magiſtratibus, diem honore abituros eſſe. Paulò infra eadem pagina, ex Idibus Decembribus in Kalend. Octobres mutatum eſſe diem ſolennē ineundis magiſtratibus docet. Cum omniū conſenſu approbata eſſet oratio, gauderentq; patres ſine Tribunitiæ poteſtatis terriculis inuentam eſſe aliam vim maiorem ad cohercendos magiſtratus, victi conſenſu omnium, comitia Tribunorū militum habuere, qui Kalend. Octobribus magiſtratum occiperent, ſeque ante eam diem magiſtratu abdicauere. Paucis annis hic dies ſeruatus fuit. Nam ſexto ferè anno pòſt, quòd conſules morbo implicitì eſſent, placuiſſe Kal. Quintiles ſolennes eſſe, dicit: Conſulibusque morbo implicitis placuit per interregnum renouari auſpicia. Hunc etiam diem in alium etſi incertum, mutatum inuenio, neq; etenim dies nominatur. Hoc autem anno CCCCXIII. poſt vrbē conditam accidiſſe reperio. Quod Liuius initio ferè lib. 8. docet his verbis: iuſsiſque ante tempus conſulibus abdicare ſe magiſtratu, quo maturius noui conſules aduerſus tantam molem belli crearentur religio inceſsit, ab eis quorum culpa imminutum eſſet, comitia haberi. His enim verbis, quò maturius, &c. mutatum fuiſſe ſolennem tum diem ineundis magiſtratibus indicat. Vt autem hic incertus eſt dies, ſic certus eſt is, qui paulò poſt, id eſt, octauo inde anno ſtatutus eſt Kalend. Quintilium. Extemplò igitur, inquit, noui conſules L. Aemylius Mamercus, & Cn. Plautius eo die Kalend. Quintilibus quo magiſtratus inierunt comparare inter ſe prouincias iuſsi. Menſem autem quo diutiſsimè comitia ſunt habita, Februarium fuiſſe legimus, & Idus Martias diem ſolennem ineundis magiſtratibus. Semper enim tenuit bello Punico ſecundo, & bello Macedonico atq; etiam eò diutius. Id quod Liuius docet multis locis quos aſcribere ſuperuacaneum eſſet, vt initio lib. 6. de bello Punico ſecundo: initio lib. 1. de bello Macedonico. Ex quibus quis non perſpicit magna menſis atq; diei quo magiſtratus inire ſunt ſoliti, varietatē eſſe? Cùm verò omnis ſupputandi temporis certitudo ab exacta, firma, ſtataque annorum, menſium atque dierum ratione pendeat, nec quo anno, menſe vel die magiſtratus inire ſint ſoliti, certe in Hiſtoria Liuiana reperiatur, vel quādo ea ratio mutata ſit exprimatur, imò nihil labantius inconſtantiusq; vſq; ad annū DXXX. fuerit, quàm ſolennis ineundo magiſtratui dies, quis miretur diſſenſionem inter authores in temporum ſupputatione eſſe: hoc anni initium ab hoc menſe illo ab altero inchoante, & vno magiſtratus creatos huic anno aſcribente, altero eos ad alium annum referente?

Tertio cùm inter Dionyſium & Liuium tam temporum atque annorum, quàm rerum geſtarum ratione, magna ſit diſſenſio, hæc inde nata videtur, quòd minimè Liuij propoſitum fuerit, vetuſtiſsima quæq; populi Romani geſta accurata explicatione proſequi, quæ à multis diligentiſsimè deſcripta & edita iam antè erant, ſed ea potiſsimum literarum monumentis mandare, quæ paulo ante bellū Punicum ſecundum ad ſuam vſq; ætatem à populo Romano geſta fuiſſent. Quia verò vt grauiſsimè Polybius ſcribit, per particularem hiſtoriam vniuerſa neutiquam intelligi poſſunt, & hiſtorici ſtudiū potius in vniuerſali quàm particulari hiſtoria occupari debet, ideò ne tantum opus principio carens mancum mutilumq; eſſet, breuiter & exiliter XX. libris prioribus ab vrbe condita vſque ad initium ſecundi belli Punici populi Romani geſta perduxit. At Dionyſius ex profeſſo deſcriptione antiquiſsimarū rerū Romanarū ſuſcepta, nihil memoratu dignum prætermittēdum duxit, ſed quæ cùm ad rerum geſtarum tum temporum expoſitionem pertinerent diligentiſsimè eſt conſectatus, ita vt quæ Liuius vix tribus libris comprehendit, ipſe vndecim enarrarit. Hinc ſi quis veterem Romani imperij originē apud Dionyſium legat temporumq; rationem apud ipſum examinet, ac cum Liuij breuitate comparet, haud dubie illius diligentiam huius feſtinationi præponet. At vtriuſque inſtituto conſiderato, vtrique ſuam laudem æquus lector deferet, ac ſi Liuius tanquam ad alia feſtinans, nonnulla vel omiſerit, vel negligentius tractarit, id excuſatione potius, quàm inſectatione dignum iudicabit.

Hiſce tribus & aliæ adiungi poſſent, vt conſtitutio annorum Romuli, & varietas de anno vrbis conditæ, ſed haſce attigiſſe, quaſique digito monſtraſſe ſatis eſt. Hoc verò obiter lectorem admonere volumus, nos licet tabulas lapideas Verrij Flacci in digerendis conſulibus nobis ſequendas propoſuerimus, & ad eas ſupputationem annorum accommodauerimus: tamen ijs annum quem Verrius ante annum vrbis CCL. cum altero reiecit, appoſuiſſe, vt Varronis annorum ſummæ conueniret. Id quod & ante vir doctiſsimus Onuphrius Panuinius in ſuis Faſtis fecit, exiſtimans, alterum quem Verrius eumq; ſecuti expunxerunt, fuiſſe CDXXI. quem ob id ſine conſulibus ex Faſtis Capitolinis appoſuit.

DE RATIONE NVMERANDI *tempora apud Romanos obſeruari ſolita, & de anno vrbis conditæ.*

Aliæ atque aliæ apud antiquos annorum ſupputationes fuerunt: Achæi ab aſtrorum reuolutione eas accepiſſe leguntur. Argiui à ſacerdotibus fœminis, vt ſi ſacris hoc anno præfecta fuiſſet Chryſis, à Chryſide annorum numerum accipiebant. Multi verò rerum geſtarum ſeriem ab annis ante Troiam conditam, vel poſt captam deduxere. Anno verò ab eius captiuitate CCCCVIII. Olympico certamine, quod Hercules in honorem ataui materni inſtituiſſet per filium eius Iphiclum, vel vt alij volunt, Iphitum reſtaurato, ex eo tempore per Olympiades anni numerari cœpti ſunt, maximè apud Græcos, quorum hiſtoriam ab Olympiadis primæ tempore tantū creditam affirmat Euſebius. Hebræi vt alij orientales populi, anni nomenclaturam à regibus ſuis ſumpſere. Athenienſes ab Eponymis (vt vocarunt) niſi quod in ἀρχαιρεσίαις, id eſt, magiſtratuum electione ſub anni

principio fieri ad aliquot dies solita ita supputabant, ἐπὶ πρώτης πρυτανείας τῇ δεκάτῃ, ἢ ἑνδεκάτῃ primæ prytaniæ decima aut vndecima. Ac inde τοῦ ἐπωνύμου nomē sumptum esse videtur, quasi vnde res gestæ rationē temporis, nomenque acciperent: ad Atheniensium exemplum, vt & aliorum Fastorum seriem, rerumque gestarum memoriam Romani à cōsulibus notarunt, annum vrbis conditæ interdum adijcientes. De eo verò multò maior quàm quo primi consules inierint apud authores dissensio est. Cùm verò eius rei expositio ab hoc loco minimè sit aliena, breuiter, quæ authorum de vrbis conditæ tempore opinio fuerit, enumerabimus.

Timæus itaq; Siculus, vt ab ijs, qui communi aliorum sententia remotius eam conditam fuisse scripserunt, incipiam, nescio qua ductus ratione, vrbem ipsam à Romulo ædificatam retulit, eodem ferè tempore, quo à Tyrijs Carthago in Africa, octauo & trigesimo ante primam Olympiadem anno.

L. Cincius vir senatorius anno quarto duodecimę Olympiadis.

Q. Fabius Pictor rerum Romanarum grauissimus & antiquissimus scriptor, anno primo octauę Olympiadis.

Polybius Megalopolitanus & Diodorus Siculus Olympiadis septimæ anno secundo.

Apollodorus, Q. Lutatius Catulus, C. Cornelius Nepos, Eratosthenes, M. Porcius Cato, Dionysius Halicarnasseus, & Theophilus Antiochenus Olympiadis septimæ anno primo.

M. Verrius Flaccus author tabularum Capitolinarũm. T. Liuius, C. Iulius Solinus, Clemens Alexandrinus, & alij Olympiadis sextæ anno quarto.

L. Taruntius Firmanus, M. Terentius Varro: T. Pomponius Atticus, M. Tullius Cicero, Augustus Cæsar, C. Velleius Paterculus, Tiberius Claudius, Cæsar Augustus, C. Plinius II. Plutarchus Chæronæus, Domitianus Cæsar Augustus, P. Cornelius Tacitus, Cassius Dio, A. Gellius, L. Septimius, Seuerus Augustus, Censorinus, M. Iulius Philippus Augustus, Eusebius Pamphili Cæsariensis, Eutropius, Paulus Orosius, Paulus Diaconus Longobardus, & post C. Cæsaris Dictatoris tempora communis populi Romani sententia, quam nos quoque sequimur, Olympiadis sextæ anno tertio vrbem conditam esse volunt.

Quibus verò rationibus persuasi singuli harum de vrbe condita opinionū authores sententias suas confirmauerint, minimè necessarium est hoc loco demonstrare: tum quòd hoc alterius negotij sit speculari, tum etiam, quod post Plutarchum in Romulo, Solinum cap. I. in Polyhistore, atque ibidem Camertem in annotationibus ab Onuphrio Panuinio lib. I. Fastorum id ita sit pertractatum, vt nulla amplius examinatione egeat.

Dies autem, quo vrbis fundamenta iacta à Romulo fuerunt, fuit II. Kalend. Maij, qui Parilia vel Palilia appellabantur. Hæc autem erant Pales pastorum deæ festa, quæ à pastoribus II. Kalend. Maij agris celebrantur, ad lupos arcendos, morbosque à pecore pellendos seu pro partu pecorum, vnde & Parilia dicta. De hac re Propertius lib. 4.

Vrbi festus erat dixère Palilia patres,
Hic primus cœpit mœnibus esse dies.

Ouidius quoq; 4. Fastorum ait:

Apta dies legitur qua mœnia signet aratro,
Sacra Pales aderat, inde mouetur opus.

Idem confirmant M. Tullius, Plutarchus, Solinus & alij. Palilia autem celebrari solita fuisse, II. Kalend. Maij habetur ex antiquis marmoreis, Romanis Kalendarijs, ijsdemq; qui citati sunt, authoribus.

DE PRIMIS VRBIS ROMÆ MA- *gistratibus, nimirum Regibus, quorum septem fuerunt.*

QVæ Reipublicæ administrandæ genera à veteribus commemorantur, ea vrbs Roma siue fatali necessitate, siue perturbatione quadam singula pertulit, ita vt nulla ferè Respublica inueniatur, in qua ea sibi ita successerint, atque in ipsa vrbe Roma. Initio namque eam gubernarunt reges, ijs verò propter immoderatam quandam in ciues libidinem atque audaciam exactis, consules & inde tribuni militum consulari potestate imperium tenuere, postea optimo Reipublicæ statu duorum Gracchorum, Saturnini ac Drusi, amentia perturbato, trib. pleb. donec quod eorum potestate à Sylla conuulsa, ac plebe agris pulsa ac trucidata, optimatibus Reipublicæ gubernatio est restituta: tandem verò ea rursus per ciuile Pompeij ac Cæsaris bellum oppressa, Respublica ad vnius Cæsaris dominatum recidit, in quo etiam paucis annis triumuirorum nefaria libidine exagitata, eo vsq; quo penitus collaberetur, permansit. Nos itaque ea, qua sibi hæc genera serie successerunt breuiter persequemur, à regibus initium facientes.

ROMVLVS. 37

VRbis conditor imperium tenuit annos triginta septem. Tot enim ei tribuit Liuius. Itidem Dionysius in primo, id quod & libro secundo repetit, à quibus Plutarchus in Numa non discrepat, licet in Romulo trigesimo octauo ætatis anno è vita migrasse scribat. Solinus itidem res eius gestas cōmemorans, ei triginta septem annos tribuit. Solus Eutropius libro I. capite 4. annos ei triginta nouem assignat, sed corruptum esse exemplar Cuspinianus non malè existimat. Hic verò cùm ex communiori authorū sententia, annos triginta septem regnasset, atque imperium Romanum multis præclaris legibus ac institutis fundasset, domesticamque disciplinam ac militarem stabilisset, Nonis Quintilibus mortuus est, qui dies Nonæ Caprotinæ, quòd is ad Capræ paludem exercitum recensens non comparuerit, ac populi fuga ob cōsternatum repentina regis morte populum, Plutarcho & Dionysio testibus, postea appellatus est. Idem post consecrationem Quirinus dictus, cuius cognominis has causas reddit in Fastis Ouidius:

Siue quòd hasta Quiris priscis est dicta Latinis,
Bellicus à telo venit in arma Deus.
Siue suo regi nomen posuere Quirites,
Seu quia Romanus vicerat ille Cures.

Hunc verò incerto patre natum, & spurium fuisse cum alijs placet authoribus, tum maximè Plutarcho in Theseo, vetus tamen opinio fuit eum ex Marte, & Ilia siue Rhea, siue Siluia (hæc enim omnia eius nomina traduntur) Vestali virgine, furtiuo fuisse concubitu genitum, eundemque à ruma, id est, vbere, Romum

Romnm primnm, deinde blandiendi causa Romulum, appellatum.

1 INTERREGES.

ANnum, post Romuli mortem, patrum animos certamen regni ac cupido versare cœperunt, dum autem ad singulos, quia nemo magnopere eminebat in nouo populo, peruenerant factiones, inter ordines certabatur. Oriundi à Sabinis, quia post Tatij mortem ab sua parte non erat regnatum in æqua societate, ne possessionē imperij amitterent, sui corporis creari regem volebant. Romani veteres peregrinum regem aspernabantur. In varijs tamen voluntatibus regem omnes volebant, libertatis dulcedine nondum experta. Timor deinde patres incessit, ne ciuitatem sine imperio, exercitum sine duce, multarum circà ciuitatum irritatis animis, vis aliqua externa adoriretur, ita rem inter se dncenti patres decem decurijs factis, singulisque in singulas decurias creatis, qui summæ rerum præessent, consociarunt. Eos autem tunc centum Senatores, Liuius, Plutarchus centum & quinquaginta, Dionysius verò CC, fuisse scribunt, centum videlicet ex Sabinis, & totidem ex Romanis: postea autem sorte missa, eorum decuria cui primò sors obtigisset, vrbi imperitabat, non autē simul omnes decem, sed vnus tantum, cùm insignibus imperij & lictoribus erat: quinq; dierum spatio finiebatur imperium, ita vt vniuscuiusque decuriæ patres quinquaginta dies vrbi præessent. Quinque enim diebus exactis, is cui primum in ea decuria imperij sors obtigerat, secundo tradebat cum imperij insignibus potestatem, atque ille tertio alijs quinque diebus finitis: atque ita vsque ad decimum, elapso primis decem interregibus quinquaginta dierum spatio, alia senatorum decuria eadem ratione alios L. dies vrbi præerat, ac per omnes in orbem ibat, donec annuum interuallum regni exactū fuit. Id abre, quod postea quoque tenuit nomen interregnum appellatum est, hominesque ipsi interreges. Hoc itaque anno primo apud Romanos interregis magistratus inuentus est. Non autem solùm mortuo Romulo ad interregnum ventum est, sed etiam post Numæ, Tullij, & Anci regum excessum. Itemq; Reipublicæ tempore post annuorum magistratuum tempus exactum, ante nouorum creationem quàm sæpissimè. Quibus comitia habentibus, noni magistratus à populo creabantur. Interregis autem munus erat per omnes dies interregni sui, qui ex more veteri quinq; dierum non excedebant ea omnia obire, quæ vel regum vel consulum in vrbe fuissent. Perinde ac ius dicere, Rempublicam administrare, senatum habere, ad eūq; de rebus referre, subrogandisq; magistratibus comitia habere: Plura de interregum origine Dionysius lib. 2. Liuius lib. 1. Plutarchus in Numa. Eutropius, Sextus Ruffus, Eusebius, & alij veteres scriptores, multa prodidere.

NVMA POMPILIVS REX SEcundus, regnauit annos
43

ANno interregni finito, cum grauis populo Romano videretur ea regnandi ratio, plebs enim fremere multiplicatam seruitutē, ducentos pro vno dominos factos: patres id sentientes, in hoc tandem cōuenere, vt veteres senatores regem crearent, quem vellent, præterquā sui corporis. Quare Numa Pompilius, quòd æquitate & prudentia omnes excelleret, Curibus vrbe Sabinorum in regnū vocatus est. Eum autem regnasse annos XLIII. omnes cōueniunt præter Eutropium, Eusebium & Cassiodorum, recentiores scriptores, qui XLI. pdunt, vt Onuphrius & Sigonius annotarunt. De eo Dionysius lib. 2. Liuius libro 1. Solinus cap. 2. Plutarchus, Plinius, & Eutropius, in eius vita, itemque Valerius Maximus pleraq; prodidere. Obijt autem non longè octogenario maior, vt inquit Plutarchus, natus enim erat eodem teste, eo die quo Romulus vrbem condiderat. Videlicet XI. Kalend. Maij. Ad nomen verò Numæ quod attinet, sunt qui volunt esse Pompilij prænomen. Sed ex verbis Sexti Pompeij apparet Tullum & Numam non esse prænomina, idq; etiam inde cōijcere licet, quod filij Numæ alijs varijsq;, quàm familiæ nominibus à Dionysio appellantur. Erant itaque qui existimant Numam, vt Ancum, Aruntem, Volusum, Drusum, Faustum, Iulum, Mamurium, & alia quædam cognomina, prænomina esse, prout Marlianus in suis annalibus rectè annotauit.

TVLLVS HOSTILIVS IIII. ROmanorum rex, regnauit annos 32

POst mortem Numæ cùm ad interregnum ventum esset, factum est Senatusconsultum, in quo approbante plebe, authoribus patribus rex Romanorum tertius creatus est Tullus Hostilius, anno vrbis conditę 38. qui, Alba euersa, Albanos Romam transire iussit, plebi ciuitate data, ac primoribus in patres lectis. Hunc post Numam annos 32. regnasse, omnes scriptores constantissimè tradunt. Extinctus autem est, Dionysio teste, incensa domo cum vxore & filijs, atque alia familiari turba omni, igne comprehensa. Succensam eius domum alij dicunt per fulmen ira Dei, ob quorundam sacrorum intermissionem, alij insidijs Anci Martij, qui post eum regnauit. De quo Dionysius in tertio. Hosti prænomen eum tulisse inde apparet, quòd pater & auus idem tulerint. Rex verò fuit non solùm Numæ dissimilis, sed etiam Romulo ferocior.

ANCVS MARTIVS IIII. ROmanorum rex, regno præfuit annos 24

POst Tulli regis obitum Interrex à patribus proditus est, quo comitia habente anno vrbis conditæ CXIIII. Ancum Marcium quartum Romanorum regem populus creauit, patres authores fuêre. Hic Hostiam sextodecimo milliari ab vrbe condidit, & septem bella gessit, Annos XXIIII. Liuius, Dionysius, atque Solinus, ei tribuunt: Eusebius verò, Eutropius, & Cassiodorus XXIII. Qua morte perierit nec Liuius in primo, nec Dionysius in tertio explicant, vbi tamen copiosissimè res eius gestæ enumerantur. Ancus verò, vt Sextus Pompeius tradidit, appellatur, qui aduncum brachium habet, vt exporrigi nō possit.

LVCIVS TARQVINIVS PRISCVS V. Romanorum rex, regno præfuit annos 38

HIc Anco moriente, cùm tutor liberis suis relictus esset, regnum ambitiose primus, & ad conciliandos animos oratione habita intercepit, pueris Anci filijs interregni tempore tanquā venatum ablegatis: rex autem ab interrege iussu populi, patribus authoribus proditus est, Anno vrbis conditæ 228. Olym-

Olympiade 41. Postremò verò bellica virtute & pacis artibus clarus Octogenario maior, insidijs duorum Anci Marcij regis filiorum extinctus est, Anno regni duodequadragesimo, vt Liuius & Dionysius, quorum sententiam secuti sumus, tradunt, vel triginta septem, vt Solinus, Messala, Ruffus, Eutropius, Cassiodorus, Eusebius, & Bedas, prout & antè exposuimus. Priscus ita dictus, quia prius fuit quàm Superbus, inquit Sextus Pompeius, cui assentitur Dionysius & Laurentius Valla, scribens nomē Prisci, non à sui temporis hominibus, sed à posteriori seculo inditum fuisse. Liuius autem cognomen Prisci ei fuisse inditum iam tum, cùm primùm venit in vrbē apertè ostendit, & sic prius, quàm Superbus nasceretur. Hic antea Lucumo vocabatur Damarathi Corinthij filius ex Brachiadum familia oriundus.

SERVIVS TVLLIVS ROMANORVM *rex Sextus, regnauit annos*

44 CAeso Prisco Tarquinio statim iniussu populi, patrum tamen consensu primus regnum Romanum suscepit Seruius Tullius, Anno vrbis centesimo septuagesimo sexto. De cuius conceptione non prætereundum est, quod tradit Plinius lib. 36. Tarquinio Prisco regnante, repentè in foco comparuisse genitale masculini sexus, eamq́; quæ ibi sederat Tanaquilis reginæ ancillam Ocrisiam captiuam consurrexisse grauidam, ita Seruium Tullium natum, qui regno successit. Inde & in regia cubanti puero caput arsisse visum, creditumque Laris familiaris filium, ob id compitalia & ludos Laribus primùm instituisse. Plura de eius genere Plutarchus in libro de fortuna Romanorum. Tanaquillidis verò astu socrus suæ regnum adeptus est, quarto Olympiadis quinquagesimæ anno, quadraginta verò quatuor annos gubernans, insidijs Tarquinij generi & Tulliæ filiæ impiè occisus est, in vico à re ipsa scelerato dicto: De annis huius regis nonnihil cōtrouersiæ inter scriptores est. Liuius enim, Dionysius, & Solinus, quos hic secuti sumus, eum annos XLIIII. regnasse scribunt. Messala verò Coruinus, Sextus Ruffus, Eutropius, Eusebius, Cassiodorus, & Bedas, tantum triginta quatuor, verùm eos decem, postea Tarquinij regno adiungentes nihil annorum huic summæ officiunt. Nam quos Liuius, Dionysius, & Solinus viginti quinque faciunt, eos XXXV. scribunt. Seruius hic à fortuna propria, quod eum seruiens peperisset Ocrisia captiua, pulcherrima prudentissimaq́; Corniculana mulier. Tullius verò à cognatione nomine patris dictus est, vt Dionysius in quarto, res eius gestas plures enumerans, scribit.

L. TARQVINIVS SVPERBVS VII.
25 *Romanorum rex, regnauit annos*

ANno vrbis conditæ CCXX. occiso Seruio Tullio rege, non per interregem, legumque iure, sed armorum vi regnum Romanum L. Tarquinius Iunior inuasit, Superbus dictus à morum acerbitate, quia soceri à se occisi corpus sepulturæ mandari vetuisset, Romulum quoque insepultum perijsse dictitans. Eum L. Tarquinij Prisci regis filium fuisse prodiderunt Q. Pictor, Cn. Gellius, Licinius Macer, Verrius Flaccus, & Liuius, Dionysius tamen ex L. Pisone Censorio in annalibus firmissimis certissimisque rationibus errorem illorum coarguit, idque haud fieri potuisse ex certa annorum ratione ostendit, Nepotem autem Prisci fuisse ex filio, qui Prisco viuente obijt: regnauit autem annos viginti quinq́; vt Liuio lib. 1. Dionysio in quarto, & Solino in Polyhistore suo placet: Cassiodorus autem, Eusebius, Eutropius, & Bedas ei triginta quinq; ascribunt, decem annos, quos Seruio Tullio abstulerunt, huic addentes, & per hoc iunioribus errandi occasionē præbentes. De eo plura scripsere Dionysius, Liuius, vterque Plinius, Valerius Maximus, Gellius, Macrobius, & Eutropius. His ergo regum annis in vnum collectis, ex ijs numerus annorum CCXLIIII. resultabit.

DE CONSVLIBVS PRIMVM *creatis.*

HAec est secunda mutatio Reipub. qua Superbo rege cùm propter regnandi impotentiam, tum propter stuprum Lucretiæ à regis filio Sexto illatū, exacto & libertate recuperata, imperium duobus viris annum mandatum est, qui initio prætores quod populo præessent, deinde iudices, quod controuersias ciuium dijudicarent: postremò verò consules, quod Reipublicæ consulerent, nominati sunt, vt Cicero lib. 3. de legibus docet his verbis: Regio imperio duo sunto, ijq́; præeundo, iudicando, & consulendo prætores, iudices, consules appellanto, militiæ summū ius habento. Creati autē sunt primi consules siue prætores à Sp. Lucretio Lucretiæ patre interrege, comitijs centuriatis ex cōmentarijs Seruij Tullij regis. Omnia iura, omnia insignia regum primi consules habuere, id modo cautum est, ne si ambo fasces haberent, duplicatus terror videretur: patritij autē ambo creati sunt, quòd idcirco admoneo, vt progressus Reipublicæ cognoscatur, cùm post etiam ex plebe sint creati cœpti. Porrò verò de anno, mense, & die, quo primi cōsules inierint, nonnulla hic dicenda essent, quia autē supra de varietate & dissensione, quæ de hoc inter authores est, diximus: ideò his prætermissis ad ipsos consules accedamus, qui primi fuisse omnium testimonio perhibentur.

L. Iunius Brutus. L. Tarquinius Collatinus. 245

NEmo non prodit L. Iunium Brutum & L. Tarquinium Collatinum primos consules seu prætores populi fuisse, qui in fine anni vrbis CCXLIIII. Kalend. Martij regibus Tarquinijs patre scilicet & filijs vrbe exactis, centuriatis comitijs renunciati sunt. At cùm Brutus Tarquinium collegam suum consulatu se abdicare coegisset, vel quod propter affinitatem & nomen Tarquiniorum suspectus esset, vt L. Piso, apud Gellium lib. 15. cap. 29. Liuius, Plutarchus, ac Cicero lib. 3. Officiorum scribunt, vel ob ortam inter Brutum & Collatinum dissensionem, de sororis Collatini filijs puniendis, vt Dionysius tradit, in eius locum P. Valerium Volusi F. Volusium, cuius præcipuè opera in expellendis regibus visus fuerat, subrogauit. Cuius consulatus meminêre Polybius libro 3. Dionysius, Liuius, Valerius Maximus libro 4. cap. 4. Plutarchus in Poplicola, Plinius lib. 36. cap. 15. Valerius verò Bruto in magistratu ab Arunte Superbi regis filio (mouerat enim rex Romanis bellum) interfecto: comitijs centuriatis habitis Spurium Lucretium Tricipitinum patrem Lucretiæ sibi cooptauit: eiq́; vt natu grandiori fasces dedit, mox cùm iam

ætate

ætate confectus esset, eo intra paucos dies mortuo, M. Horatium Puluillum collegam sibi in consulatu assumpsit. Hic Valerius Poplicola vocatus est, quòd in magistratu leges tulit valdè populares, vt de prouocatione à consulibus ad populum, & de imperio à populo accipiendo, vt Liuius & Dionysius authores sunt. In vulgaribus tum in antiquis manuscriptis codicibus, (errore ne an studio incertum est) Publicola semper legitur, eadem certè significatione, verùm ijs literis aliquantulum variatis, quæ nihilominus maximam inter se affinitatem habent, vt scribit Quintilianus, vt O cum V, & P cum B: legitur enim in antiquis inscriptionibus, sæpè Poplicus pro Publico. Primo itaq; anno post exactos reges, Romæ consules hi fuêre: L. Iunius Brutus, L. Tarquinius Collatinus, P. Valerius Poplicola, S. Lucretius Tricipitinus, M. Horatius Puluillus.

246 *P. Valerius II. T. Lucretius.*

Authores de horum consulatu sunt Dionysius, Liuius, & Cassiodorus, Onuphrius. Panuinius Lucretio nomen Tricipitini adiungit, tū quod familiæ propriū fuerit, tum quod ab anonymo Fastorū scriptore, qui est in Cuspiniani cōmentario Tricipitinus appelletur. Publij verò, authore Sexto, Etymologia duplex est. Nam alij quod publicè educatus fit, alij verò quis prius fuit pupillus, quàm prænomen haberet, Publium vocant.

247 *P. Lucretius. P. Valerius Poplicola III.*

Liuius hunc Lucretium, P. alij verò codices T. Lucretium nominant, Dionysius P. Valerium Poplicolam III. & M. Horatium iterum, consules fuisse scribit. Plutarchus de tertio tantum P. Valerij consulatu mentionem facit. Onuphrius & Sigonius Dionysium sequuntur. In Cassiodoro desunt hi consules.

248 *Sp. Lartius. T. Herminius.*

Post Poplicolam III. & Puluillum II. consules Dionysius posuit Sp. Lartium, & T. Herminium, idem facit Cassiodorus, & liber incerti authoris qui à Cuspiniano citatur, in quo ita est Poplicola III. & Puluillo.

Rufo & Aquilino.

Valerio & Tuberto.

Liuius hos omnit, atque M. Valerium & P. Posthumium subijcit, sed vt Sigonius existimat vitio librariorum.

Huius quoq; anno interpositionem necessariam esse ex M. Ciceronis Bruto existimat Onuphrius: nec hos consules à Verrio Flacco relatos in tabulis Capitolinis satis constat. Lartius autem nomen à Larte deriuatum est, atque ita scribi debet, non Largius, vt deprauatè in nonnullis Liuij & Dionysij libris extat. Herminij autem cognomen esse Aquilinum existimat Onuphrius, tum quod eius cognominis mentio extet in fragmento tabularum Capitolinarum, tum quod eius familiæ fuerit, à nullo vnquam sit proditum. Sp. autem Lartius frater fuit T. Lartij primi dictatoris, vt scribit Dionysius.

249 *M. Valerius. P. Postumius.*

Plutarchus M. Valerium Poplicolæ fratrem tradit, vt & Dionysius & Liuius, ergo rectè Volusi filius. Postumius eo cognomine vsus est Tuberto Zonaras: Plutarchus in Poplicola, Dionysius lib. 5. & 6. Hunc Quinti filium vocat Dionysius, vbi de legatis consularibus agit ad plebem missis anno CCLX. Postumium autem, vt admonet Onuphrius, sine aspiratione, ideo à veteribus scriptū est, vel quod à postea postumus, postimius, deinde Postumius deriuetur, vel quod antiqui Vmus sine aspiratione scriberent. Dicitur autem Postumus, qui postremo loco natus est, authore Cesellio in Commentarijs lectionum antiquarum. Iureconsulti tamen vocabulum aspirantes eum solum, qui post mortem patris natus est, Posthumium vocant, quorum opinioni assentitur Varro, & Plutarchus in vita Syllæ.

P. Valerius IIII. T. Lucretius. 250

Dionysius, Liuius, Plutarchus, & Cassiodorus, hos consules in hunc annum produnt. Fasti Cuspiniani Poplicolam IIII. & Tricipitinum edunt. Valerius Maximus lib. 4. cap. 4. Valerius Poplicola, inquit, consulatus initium cum Bruto auspicatus est, idemque postea tres consulatus acceptissimos populo Romano gessit.

Agrippa Menenius. P. Postumius. 251

Dionysius hoc anno habet consules Agrippam Menenium Lanatum, P. Postumium iterum, Liuius, Cassiodorus, liber Cuspiniani, & Fasti Græci non dissentiunt. Valerius lib. 4. cap. 4. eum M. Menenium Agrippam viriose nominat. Agrippæ autem nominãtur, qui cum labore matris eduntur, hoc est, per pedes contra naturam, non per caput, ęgro partu.

Opiter Virginius. Sp. Cassius. 252

Liuius, Zonaras, & Cassiodorus, hos ita simpliciter nominant: Dionysius vberior est, habens Sp. Cassius Vscelinus, & Opiter Virginius Tricostus. Quem autem Dionysius ὀπιτώρ, Cicero in Lælio Cassium Becillinum, Fasti Cuspiniani Viscellinum vocant, vt à Visco Viscellus, deinde Viscellinus deriuent. Opiter verò, vt & id obiter annotemus, inquit Sext. Pompeius, est, cuius pater auo viuo mortuus est, ducto vocabulo, aut quod postobitum patris genitus sit, aut quod auum ob patrem, id est, pro patre habeat.

Postumius Cominius. T. Lartius. 253

Sic Liuius, Dionysius, Zonaras, Cassiodorus, simpliciter hos nominant. Fasti Cuspiniani, Postumo Aurunci, Lartio Ruffi cognomen tribuunt. Quos autem liber Cuspiniani Ruffos dicit, eos Fasti Græci diuersa voce, sed eodem significatu, Flauos appellant.

Ser. Sulpitius. M' Tullius. 254

Nvlla his Liuius & Cassiodorus cognomina tribuunt, Siculi Fasti Sulpitium Camerinum, vt & Fasti Cuspiniani, Tullium verò Longum, vt & Dionysius, cognominant: qui Manium Tullium in Magistratu mortuum esse scribit, neque in eius locum quenquam, quia propè in fine anni erat, subrogatum. M' Tullij consulis meminit Cicero in Bruto, cùm ait: Vt si me à M' Tullio dicerem, qui patricius anno X. post reges exactos cum Ser. Sulpitio cōsul fuit. Manius verò, vt inquit Sext. Pompeius, prænomen

prænomen dictum est ab eo, quod manè quis initio natus sit, vt Lucius qui luce, & alibi Manius agrum Nemorensem consecrauit, à quo multi & clari viri orti sunt, & per multos annos fuerunt. Vnde prouerbium: Multi Manij Ariciæ. Seruius autem is dicebatur, cuius parētes vel alter ipsorum in seruitute eum genuisset, vel qui in vtero matris, ea mortua, seruatus esset.

255 *C. Vetusius. T. Aebutius.*

VEturij prænomen in quibusdam Liuij codicibus, vt Marlianus in annalibus consulum admonet, est Caius, in alijs Cneus, in Cassiodoro Lucius, in Dionysio Publius, Dionysius Veturium Geminum, T. Aebutium Heluam, alibi quoque ἔλβαν sed mendosè cognominat. Nam Heluæ ei cognomen esse Latini quoque scriptores asserunt. Fasti quoque Græci Heluam & Geminum habent. Porrò qui Vetusium scribunt antiquam consuetudinem imitantur, qua S pro R ponebatur, vt cùm Fusios, Valesios, Papisios, dicebant, qui Veturium recentem visum. Hac de re Liuius in anno CCXCII.

256 *Q. Clælius. T. Lartius.*

ITa Liuius & Cassiodorus: Dionysius T. Lartium Flauum, Q. Clœlium Siculū, cui respondent Fasti Cuspiniani & Siculi. T. Lartius est idem, qui antè consul fuit ex Dionysio, ideo rectè nomen Flaui addimus Clœliorum familiam, vt Iuliorum, Seruiliorum, Geganiorum, Curatiorum, & Quinniliorum, ab Albanis originem duxisse scribit Dionysius.

257 *A. Sempronius. M. Minutius.*

HOs consules ita edunt Liuius & Cassiodorus. Fasti Cuspiniani cum Siculis Atratinū & Augurinum. At Dionysius A. Sempronium Atratinum, & M. Minutium Augurinum, quanquam Augurini cognominis non meminit, nisi in secundo Minutij consulatu. Aulus verò is erat, qui dijs alentibus natus esset.

258 *A. Postumius. T. Virginius.*

SIc hi consules referuntur à Dionysio, Liuio, & Cassiodoro. Ijs cognomina addunt Fasti quidem Græci. Albus & Cœlimontanus. Liber verò Cuspiniani Regillensis & Tricostus, ita vt sint A. Posthumius Albus Regillensis, & T. Virginius Tricostus Cœlimontanus.

259 *Ap. Claudius. P. Seruilius.*

LIuius & Cassiodorus hos cōsules in hunc annum produnt, Fasti Cuspiniani & Siculi Sabinum & Priscum. At Dionysius Ap. Claudium Sabinum, P. Seruilium Priscum. Hic verò Ap. Claudius princeps est gentis Claudię, Actius Clausus primùm, pòst Ap. Claudius appellatus, qui ex Sabinorum vrbe Regillo (vnde Sabinus Regillensis dictus) Romam commigrauit anno ab vrbe condita CCL, atque in patricios ascriptus est, Liuius, Dionysius, Suetonius in Tiberio authores. Hic auus decemuiri App. Claudij fuit, de prænomine eius dissensio est, de qua videre licet Onuphrium & Marlianum in Fastis.

A. Virginius. T. Vetusius. 260

HI, vt nominari sunt à Liuio & Cassiodoro, commemorantur. Dionysius A. Virginium Montanum, T. Veturium Geminū, Fasti Cuspiniani Montanum & Geminum. Siculi Cœlimontanum & Geminum: qui autem Montanus idem etiam Cœlimontanus fuit. Pædianus in Cornelianam A. Virginium Tricostum, L. Veturium Cicurinum appellat, ex quo intelligi potest vtrumq; horum duo prænomina tulisse Tricostum Cœlimontanum, & Geminum Cicurinum. Sic enim alio loco alij: Cuspinianus annotat Cicurinum aliàs Coturnum quoque dici.

Sp. Cassius. Postumus Cominius. 261

SIc Liuius & Dionysius, eorundem meminit Cicero pro Cornelio, Cuspiniani Fasti Viscellinum edunt & Auruncum. Siculi Aruncū & Vitellinum. Eosdem vnà etiam consules fuisse, hoc verò anno Kalend. Septemb. citius quàm consuesido erat, inijsse author est Dionysius.

T. Geganius. P. Minutius. 262

DIonysius initio libri septimi in hunc annū consules edit T. Geganium Macerinum, & P. Minutium. Idem Liuius lib. 2. Cassiodorus, Eutropius & Orosius lib. 2. cap. 5. referunt præter alterius cognomen. Vtrique verò cognomina Fasti Græci & liber Cuspiniani tribuunt, alteri Macerini alteri Augurini. Sunt autem hæc cognomina hoc Minutiorum illud Geganiorum.

M. Minutius. A. Sempronius. 263

SIc Liuius & Cassiodorus cognomina omittentes, & notam II. Dionysius A. Sempronium Atratinum II. M. Minutium Augurinum II. Fasti Siculi cum Cuspiniani libro Atratinum & Augurinum. Hunc annum XIX. nuncupat Dionysius, ex quo Poplicola consul legem de prouocatione tulit.

Sp. Nautius. Sext. Furius. 264

A Sempronio, M. Minutio consulibus, consules suggerit Dionysius, Q. Sulpitium Camerinū, Sp. Lartium Flauum iterum: Fasti Cuspiniani Cornutum & Flauum, Siculi Camerinū & Flauum. Est autem & Cornutus Sulpiciorum cognomen, vt ex tabulis Capitolinis intelligi potest. Non esse antem hos consules omittendos, ad Capitolinam rationem seu Varronis annorum summam digerendam docet triumphus Pub. Valerij, qui in annum ducentesimum septuagesimum nonum non caderet, si hos consules subtraheremus.

T. Sicinius. C. Aquilius. 265

POst superiores consules Dionysius C. Iulium Iulum, P. Pinarium Rufum consules suggerit, Fasti Cuspiniani Iulum & Mamercinum, Græci Iulum & Rufum. Esse autem Mamercum Pinariorum cognomen alio loco apparet. Hos quoque consules vt priores omittit Liuius: apud quem, qui tabulas Capitolinas explicandas susceperunt, duorum annorum consules desiderari annotarunt, ita vt de ipso idem dici posse videatur, quod ipse libro nono de Pisone scribit. Hos consules Piso Q. Fabio & P. Decio suggerit, biennio exempto quo Claudium Volumniumque & Cornelium cum Martio consules factos tradidimus, memoriàne fugerit in annalibus dirigen-

dirigendis, an consulto binos consules factos ratus transcenderit incertum est. Porrò cognomen C. Iulij in Tullum, & Tullium passim se transformarat, sed Iulum legendum esse Marlianus, & post eum Panuinius, ostendit. Hoc enim Iuli cognomen ab Ascanio Aeneæ filio deriuatũ est, & ab eodem cognomine familiæ nomen, propterea Virgilius inquit:

Iulius à magno demissum nomen Iulo. Et Liuius de eodem: Quem Iulum eundem Iulia gens authorem nominis nuncupat.

266 *Sp. Cassius. Proculus Virginius.*

HIsce omissis, Sp. Nautius, & Sex. Furius hoc anno digeruntur à Dionysio, Liuio & Cassiodoro. In Fastis Cuspiniani est Rutilus, quod est Nautij cognomẽ: & Viscellinus. In Siculis Nautius & Fusus.

267 *Seruius Cornelius. Q. Fabius.*

AVtore Liuio hoc anno consules fuerunt T. Sicinius, & C. Aquilius. Quos Dionysius & Cassiodorus vocant T. Siccium, & C. Aquilium. Horum cognomina ex Fastis Græcis, & Cuspiniani fuerunt Tuscus & Sabinus. Aquilius verò, vt Marlianus admonet, is dicebatur, qui erat aquilo, hoc est, nigro colore.

268 *L. Aemilius. K. Furius.*

LIuius in hunc annum COSS. edit Sp. Cassium, & Proculum Virginium. Dionysius Sp. Cassium tertiùm, Proculum Virginium. Diodorus lib. 11. Virginio Tricosti nomen adiungit. Fasti Græci & liber Cuspiniani Rutilum & Viscellinum. Ad Proculi nomen autem quod attinet, sunt qui credunt Proculos dictos, quod parentibus iam senibus, quasi procul progressis ætate, nati sint.

269 *M. Fabius. L. Valerius.*

DIodorus lib. 11. Q. Fabium Vibulanum, & Seruium Cornelium Cossum, consules in hunc annum prodit, eosdem Dionysius, Liuius, & Cassiodorus edunt, sed cognomina omittũt. Porro vero, vt de Seruij Cornelij cognomine constet, à veteribus Cossi homines rugosi corporis dicebantur, à similitudine cossorum, qui vermes sunt è ligno editi. Plinius lib. 17. cap. 24. Luxuria Cossos roborum delicatiores adhibere cepit cibo. Hinc Hieronymus contra Iouinianum, In Ponto inquit, & Phrygia, luxuria est comedisse Xylophagion. Sic enim appellat Cossos, vermes obesos, ex lignorum carie enascentes, qui apud illos à patrefamilias in magnis reditibus computabantur. Hinc fuerunt Romę Cossi, Cossitij, Cossuntij, & Cossutiani appellati.

270 *Q. Fabius. C. Iulius.*

L. Aemilius Mamerci filius, & Cæso Fabius Cęsonis filius hoc anno cõsules referuntur à Dionysio. Liuius, Cassiodorus, itemq; Diodorus, qui L. Aemilio Mamerci nomen adiungit, eosdem produnt. patrum tamen prænomina omittunt. Fasti Græci habent Mamercum & Fabium, quod cognomen etiam Dionysius ipsi Aimilio in eius tertio consulatu addidit. Porro Sex. Pomp. tradit Aemiliam gentem appellatam à Mamerco Pythagoræ Philosophi filio, cui propter vnicam humanitatem cognomen fuerit Aemilius. Sed Aemilius est nomen, non cognomen, vt ipse ait. Fuit autem Aemilius Mam. F. vt testatur Dionysius.

K. Fabius. Sp. Furius. 271

DIodorus hoc anno habet M. Fabiũ Vibulanum, & L. Valerium Potitum. Dionysius, Liuius & Cassiodorus M. Fabium, & L. Valerium, Fasti Græci, Fabium & Volusium. Liber Cuspiniani Fabium & Potitum.

M. Fabius. Cn. Manlius. 272

DIonysius in hunc annum consules comparat C. Iulium, & Q. Fabium. Liuius cum Cassiodoro Q. Fabium, C. Iulium. Fasti Siculi & Cuspiniani Iulum, & Fabium.

K. Fabius. T. Virginius. 273

DIonysius Cæsonem Fabium II. & Sp. Furium Medullinum hoc anno consules scribit. Q. Fabium, C. Iulium cum Liuio subijcit Cassiodorus. Iulium & Fabium Fasti Siculi & Cuspiniani.

L. Aemilius. C. Seruilius. 274

DIonysio teste consules subsequuti sunt M. Fabius II. & C. Manlius. Diodorus vero, Liuius, & Cassiodorus M. Fabium & Cn. Manlium consules produnt. Fabium II. & Cincinnatum. Fasti Græci & liber Cuspiniani Vibulanum II. Lapis Capitolinus Cn. Manlium P. F.

C. Horatius. T. Menenius. 275

CAesonem Fabium memorant in hunc annum cum T. Virginio consulem Liuius, Cassiodorus, Diodorus, & Dionysius. Fabium cum Rutilo Fasti Siculi. Cæsonem fratrem consulis abdicantis tertium hoc anno consulem factum notat Dionysius. T. Virginium Rutilum anno CCXC. in pestilentia mortuum Liuius.

A. Virginius. Sp. Seruilius. 276

LIuio, Dionysio, & Cassiodoro consules huius anni sunt L. Aemilius & C. Seruilius. Diodorus L. Aemilium Mamercum cum C. Cornelio Lentulo edit, Fasti Siculi Aemiliũ cum Esquilino. Fragmentum Capitolinum alterum tantũ Structum Ahalam cum suffecto ei Esquilino. Porro Mamercus vt scribit Sextus Pompeius, prænomen Oscum est, qui tradit Aemiliam gentem appellatam à Mamerco Pythagorę Philosophi filio, cui propter vnicam humanitatem cognomen fuerit Aemilius.

C. Nautius. P. Valerius. 277

T. Meneniũ, C. Horatiũ COSS. suggerit Liuius, Cassiodorus, Dionysius, Diodorus. Hic Pullillum cognomen addit Horatio, Menenio Lanatũ lapis Capitolinus, Itaq; in Fastis Cuspiniani & Siculis est etiam Lanatus & Pululllus. Horum consulum meminit Gellius lib. 17. cap. 21. sed non sine menda.

L. Furius. A. Manlius. 278

A. Virginium. Sp. Seruiliom subdit Coss. Liuius, Cassiodorus, & Dionysius. A. Virginium Tricostum, C. Seruilium Structum, Diodorus. In Fastis Cuspiniani est cognomen Rutilus, quod est Virginij, in Capitolinis Structus, quod est Seruilij, in Siculis vtrumque.

L. Aemilius. Opiter Virginius, vel Vopiscus Iulius. 279

P. Valerium, C. Nautium consules in hunc annũ nuncupant Liuius, & Cassiodorus. P. Valerium Poplicolam & C. Nautium Dionysius. P. Valeri-

um Poplicolam & C. Nautium Rufum Diodorus: Nautium & Poplicolam Fasti Siculi, Poplicolam & Rufum Cuspiniani, pro Rufo Rutilum habent Capitolini, vt Dionysius ante in Lartio pro Rufo Flauum.

280 *L. Pinarius. P. Furius.*

Diodorus hoc anno Coss. prodit L. Furium Medullinum, & M. Manlium Volsonem: Liuius & Casiodorus L. Furium & C. Manlium, Dionysius A. Manlium, L. Furium: Marlianus verò admonet Vulsonem non Volsonem legendum esse.

281 *Appius Claudius App. F. T. Quintius.*

Dionysius in hunc annum consules prodit L. Aemylium Mamercum, III. cum Vopisco Iulio, Liuius L. Aemylium & Opitrem Virginium, sed in quibusdam annalib. ait se inuenisse pro Virginio Vopiscum Iulium, quos secuti sunt Diodorus, Fasti Græci, & autores consularium tabularum, quæ in Capitolio sunt, in quarum fragmentis huius anni est Iulus, quod cognomen est Iulorum. Itaque in Fastis Siculis est Aemylius & Iulius, in Cuspiniani Mamercus & Vopiscus, Casiodorus Liuium secutus est. Porrò Appius peculiare Claudiorum fuit nomen, quod vllus ciuis Romanus vsurpauit, quia peregrinum erat.

282 *Lutius Valerius. T. Aemilius.*

Liuius, Dionysius, & Casiodorus, consules hoc anno nominant L. Pinarium, L. Furium, Diodorus L. Penarium Mamercinum, P. Furium φίσφυρα mendose, vt Sigonius & Onuphrius putant. Horum coss. apud Macrobium primo Saturnalium meminit M. Varro.

283 *T. Numitius Priscus. A. Virginius.*

Dionysius consules in hunc annum prodit Ap. Claudium App. F. Sabinum, & T. Quintium Capitolinum, Liuius cognomina omittit, Diodorus & Casiodorus App. Claudium, T. Quintium Capitolinum, T. Quintio præter Capitolini Barbati quoque cognomen apponendum esse docet Zonaras.

284 *T. Quintius. P. Seruilius.*

Consules in hunc annum suggerunt Liuius & Casiodorus, T. Aemilium, L. Valerium, Diodorus, L. Valerium Poplicolam, T. Aemilium Mamercum. Dionysius L. Valerium II. T. Aemilium. Fasti Siculi nihil nisi nomina suggerunt. Aemilium & Valerium, Cuspiniani Potitum, & Mamercum.

285 *T. Aemilius. Q. Fabius.*

Apud Dionysium consules hoc anno sunt A. Virginius Montanus, quem Fasti Græci vocant Cœlimontanum, & T. Numicius Priscus, Diodorus. Liuius & Casiodorus cognomina silent, quem Siculi Fasti Cœlimontanum, Cuspiniani Nomentanum.

286 *Q. Seruilius. Sp. Posthumius.*

Apud Dionysium consules hoc anno sunt T. Quintius Capitolinus, Q. Seruilius Priscus, Liuius & Casiodorus cognomina tacent, Diodorus T. Quintium, Q. Seruilium Structum. Fasti Cuspiniani Capitolinum & Priscum, Siculi Cœlimontanum & Priscum.

287 *Q. Fabius. T. Quintius.*

Liuius & Casiodorus in hunc annum consules comparant T. Aemilium II. Q. Fabium: Dionysius T. Aemilium, II. Q. Fabium: Fasti Siculi Aemilium: & Vibulanum: Cuspiniani Mamercum & Vibulanum. Diodorus Aemilium Mamercum, Q. Fabium Vibulanum. Is autem Fabius is est, qui postea quater consul fuit, Fabijs ad Cremeram interfectis superstes, non puber vt Liuius, sed ad res gerendas idoneus, & manu promptus, vt Dionysius prodit, Marci viri consularis filius.

A. Posthumius Albus. Sp. Furius Fusus. 288

Hic annus cōsules habuit Q. Seruilium, Sp Posthumium, vt Liuius & Casiodorus tradunt. Priscum & Albinum, vt Fasti Cuspiniani: ac vt Dionysius Sp. Posthumium Albinum & Q. Seruiliū Priscum, II. vt Diodorus Q. Seruilium, Sp Posthumium Albinum. In fragmento tamen Capitolino Sp. Posthumius Albus Regillensis vocatur, non Albinus, atq; ita legendum esse censet Marlianus.

L. Aebutius. P. Seruilius. 289

T. Quintium, Q. Fabium, Liuius: Casiodorus T. Quintium II. Q. Fabium II. Diodorus T. Quintium Capitolinum, Q. Fabium, Dionysius T. Quintium Capitolinum III. Q. Fabium Vibulanum II.

L. Lucretius Tricipitinus. T. Veturius Geminus. 290

A. Posthumius ex tabula Capitolina, & P. Furius Fusus ex Dionysio, Liuio & Casiodoro sunt notati, Diodorus Furio alterum gentile cognomen Medullinum addit pro Fuso. Hic vero A. Posthumius A. Posthumij dictatoris filius fuit.

P. Volumnius. Ser. Sulpitius. 291

P. Seruilium Cos. in hunc annū subsecutus scribit Liuius & Casiodorus. Dionysius L. Aebutium, P. Seruilium Priscum: Diodorus L. Aebutium Eluam, P. Seruilium Structum. Fasti Siculi Priscum & Flauum, Cuspiniani Eluam & Priscum. Lapis Capitolinus P. Seruilium, Sp. F. P. N. Priscum.

C. Claudius, Ap. F. P. Valerius Poplicola. 292

L. Lucretium Tricipitinū, T. Veturium siue Vetusium Geminum, edit consules in hunc annū Liuius, Casiodorus. & Dionysius. Ac Diodorus L. Lucretium, T. Veturiū Cicurinum: Fasti Cuspiniani Geminum & Tricipitinum: Siculi Tricipitinum & Veturium: Capitolini L. Lucretiū Tricipitinum.

Q. Fabius Vibulanus III. *L. Cor. Maluginensis.* 293

P. Volumniū, Ser. Sulpitium coss. in hunc annum profitētur Liuius & Casiodorus: P. Volumniū Ser. Sulpitium Camerinū Dionysius: P. Volumnium Amintinum Gallum Capitolini. Eorundem consulum meminit Valerius lib. I. cap. 6.

L. Minutius. C. Nautius. 294

P. Valerium Poplicolam, C. Claudium Sabinum coss. nominant in hunc annum Liuius & Dionysius: P. Valerium Poplicolam C. Claudium Regillanum Diodorus: Poplicolam & Sabinum Fasti Siculi & Cuspiniani. P. Valerium P. F. Volusi N. Poplicolam Lapis Capitolinus: Cæterum P. Valerium Cos. in pugna contra seruos qui hoc anno Ap. Herdonio Sabino Capitolium occuparunt, cecidisse, inq; eius locum L. Quintium Cincinnatum suffectum. Liuius, Dionysius, Orosius, & ij qui consules Capitulinos digesserunt prodiderunt.

Q. Mi-

295 *Q. Minutius. C. Horatius Puluillus.*

Q. Fabium III. L. Cornelium Maluginensem Coss. Liuius hoc anno suggerit, & Casiodorus. Diooysius Q. Fabium Vibulanum III. L. Cornelium, Diodorus Q. Fabium Vibulanum, L. Cornelium κερτίνον. Vibulanum & Maluginensem Fasti Siculi & Cuspiniani, Q. Fabium Vibulanum III. Lapis Capitolinus.

296 *M. Valerius. Sp. Virginius.*

L. Minutium C. Nautium coss. suggerit Liuius & Casiodorus. L. Minutium C. Nautium iterum Dionysius. L. Minutiū καρουτιανὸν C. Nautiū Rutilū, Diodorus. C. Nauticū Rutiliō II. Lapis Capitolinus. Quid cognominis sit καρουτιανὸς Sigonius & Onuphrius se nō intelligere fatentur: & pro eo ἀγουρινὸν legendum esse existimant. Valerius Max. lib. 5. cap 2. de gratis deprauatè hos consules Q. pro Nautio & Minutium scribit.

297 *T. Romilius. Sp. Veturius.*

Consules in hunc annum nominant Liuius & Casiodorus Q. Minutium, M. Horatium Puluillum, sed mendose, vt Sig. & Onuphrius arbitrantur. Nam anno CCCII. C. Horatium Puloillom augurem mortuum idem scribit. Diodorus L. Posthumium, M. Huratium. Dionysius C. Horatium, Q. Minutium. Fasti Capirolini C. Horatiū Puluillum. Fasti Siculi Puluillum & Augurinum.

298 *Sp. Tarpeius. A. Aterius.*

In hunc annum apud Liuium, Casiodorum, & Dionysium, coss. inueniuntur M. Valerius cum Sp. Virginio. At apud Diodorum libro 12. M. Valerius Lactuca, Sp. Virginius Tricostus. In Fastis Cuspiniani Maximus & Cœlimontanus. In Siculis Maximus & Virginius. Capitolinis M. Valerius Maximus. Lactucinum cognomen esse Valeriorum docet Plinius. Horum etiam consulum meminit Censorinus de ludis secularibus.

299 *P. Curatius. Sext. Quintilius.*

C. Veturius, T. Romilius apud Liuium, Casiodorum, & Dionysium, consulatum hoc anno ineunt. C. Veturium Cicurinum, T. Romilium Vaticanum edit Diodorus. Geminum & Vaticanum Fasti Cuspiniani. Rocum & Veturium Siculi, T. Romilium T. F. T. N. Rocum, Vaticanum Capitolini. Eiusdem Romulij meminit etiam Plinius libro 7. cap. 28.

300 *T. Menenius. P. Sestius Capitolinus.*

Sp. Tarpeium M. F. M. N. Montanum Capitolinum edunt Fasti Verrij Flacci, cuius Diodorus, Dionysius, Liuius, Pedianus in Cornelianam, & Casiodorus exceptis cognominibus, meminerunt. Liber Cuspiniani & Fasti Græci Capitolinum habent. De collega eius inter se variant. Diodorus enim eum A. Asterium, Fontinalem Dionysius vero A. Termenium. Liuius & Plinius lib. 7. cap. 27. A. Aeterunum. Solinus cap. 4. Gellius lib. 1. cap. 11. A. Thermum Casiodorus postremo A. Aterium: quem Sigonius & Onuphrius sequuntur.

301 *Ap. Claudius. T. Genutius.*

Liuius, itemq; Casiod. coss. memorant in hunc annum Sext. Quintilium, & P. Curiatium: Dionysius Sext. Quintilium & P. Horatium. Diodorus Sext. Quintilium Tergeminum. Sext. Quintilium Sex. F. P. N. Lapis Capitolinus. Est autem Tergeminus tam Horatiorum quàm Curatiorum cognomen. Horatium tamen magis probant Sigonius & Onuphrius.

Sext. Quintilius. Sex. F. P. N. 302

Cui ex Fastis Græcis Vari cognomen attribuitur, refertur à tabulis Capitolinis. Eundem Diodorus, Dionysius, Liuius, & Casiodorus præter cognomen produnt. Collega eius in ambiguo est. Nam à Dionysio P. Horatius, à Liuio & Casiodoro P. Curiatius, à Diodoro Tergeminus, quod tam Curiatiorū quàm Horatiorum cognomen esse proditur. Onuphrius Curiatium probat magis.

Decemuiri consulares. 303

Consules in hunc annum designatos fuisse Ap. Claudium & T. Genutium, verum decemuirûm creandorum causa abdicasse Liuius cum Dionysio & Capitolini scriptores, quantum ex tabularum fragmento intelligi potest, prodiderunt. Decemuiratum autem in rempub. intulit lex Terentia, quam C. Terentius Arsa tribunus plebis de quinqueuiris creandis, qui leges consulari imperio scriberent, promolgauit, plebs enim nimium esse & intolerabile consulare imperium querebatur, idq; imminui, & moderatius fieri postulabat. Quæ lex cum sex annos à tribunis frustra iactata, atque pro concessa sibi duplicandorum tribunorum potestate, tandem refrixisset, postea Romilio Veturioq; Coss. in plebem militiam detrectantem impotentius se gerentibus, acrius etiam quàm ante relata est. Igitur incertis quid agerent patribus, placuit ea sententia, cuius princeps T. Romilius fuisse dicitur, vt legumlatores crearentur, qui iura patribus plebiq; scriberent, quemq; ab ijs essent decreta, ea plebem & patres tenerent. Plebe autem assentiente mittuntur legati tres in Græciam, qui Atheniensium & aliarum Græciæ ciuitatum instituta, mores & iura noscerent, eaq; Romam deferrent. Sp. Postumius Albus, A. Manlius Vulso, Ser. Sulpitius Camerinus. Missi autem Tarpeio, Aterioq; Coss. tertio anno post, cum legibus reuertuntur Sestio & Menenio consulibus. Cùm autem instarent tribuni, vt tandem legum scribendarum initium fieret, iamq; in hunc annum designati Coss. essent Ap. Claudius & T. Genutius, tum in Ap. Claudij sententiam senatusconsultum factum est, vt reliquis abrogatis magistratibus decemuiri crearentur cum imperio consulari, ac regio sine prouocatione, qui ex patrijs moribus, & peregrinis legibus optimas seligentes, & reipub. maximè vtiles iura P. R. constituerent, quæq; ij præscripsissent, si Senatus Populusq; Romanus probasset, ea in perpetuum populum ipsum Romanum tenerent. Quo senatusconsulto à plebe comprobato Coss. abdicarunt. In eorum locum decemuiri consulares facti sunt, quorum nomina hæc sunt: App. Claudius, T. Genucius, qui consulatu abierant, Sp. Postumius, Ser. Sulpitius, A. Manlius, qui cōsulares legati Athenas iuerant, T. Romilius, C. Iulius, P. Sestius, P. Horatius omnes consulares. Præterea Sp. Veturius Liuio, Dionysio & Diodoro authoribus, quanquam Dionysius Posthumium Publium non Spurium, vt

Liuius & Diodorus vocat & Veturium, Liuius Luciom, Dionysius Titum, Diodorus & Capitolini lapides Sporinm nominant. Hos decemoiros anno ab vrbe condita trecentesimo altero ioiisse Liuius scribit, & eum secutus Cassiodorus Capitolini authores anno C C C I I. & cum ijs etiam Solinus Varro, quem sequitur Onuphrius anno C C C I I I. Hi decimo die ius populo singuli reddebant. Eo die penes præfectum iuris X I I. fasces erant, collegis nouem singuli accensi apparebant, & vnica concordia inter ipsos, qui coosensus priuatis interdum vtilis esset, summa aduersus alios æquitas erat.

304 IAm plebs præterquam quod coss. nomen haud secus quàm regum perosa erat: ne tribunitium quidem auxilium, cedentibus inuicem appellatione decemuiris quærebat. Magno itaq; patrum plebisq; studio in hunc annum coos. potestate sine prouocatione creati sunt Ap. Claudius I I. Q. Fabius, qui quater cos. & M. Cor. Maluginensis frater L. Cornelij, qui cos. anoo C C X C V. fuerat, M'. Sergius, L. Minuti us, T. Antonius Merenda, M. Rabuleius. Itemq; tres ex plebe Q. Petelius, K. Duilius, Sp. Oppius Corniceo, vt authores suot Diodorus, Diooysius & Liuius, quamuis horum pleraque nomina apud Diodorum desiderentur.

305 CVm maior pars anni superioris processisset, & duabus tabulis ad decem adiectis nihil superesset, si hæ quoque tabulæ centuriatis comitijs perlatæ essent, cur decemuiris reipub. opus esset, expectaretq; populus quam mox coss. creandis comitia indicerentur, tum decemuiri nulla comitiorum mentione facta, iuuenum patriciorum cateruis stipati, superbius atque impotentius se io vnumquemq; gerebant. Cæterùm nondum finito anno, ob Appij Clandij libidinem Virgioiam plebeiam virginem in seruitutem asserere conantis, vt lanus tradit Liuius, & secessionem plebis in Auentinum, decemoiri se magistratu abdicarunt, & Q. Frrio pôtifice maximo comitia habente X. tribuni plebis iterum creati sunt, & comitijs consularibus per interregem habitis coosules creati.

L. Valerius Potitus. M. Horatius Barbatus.

HOs in tertium decemuirorum annum conijcit Onuphrius, quanquam Liuius dissentire videatur, vt Capitolinæ summæ qnam Varronis quoque esse existimat, conueniat. Nam horum coss. triumphi in tabulis Capitolinis hoc ipso anno, id est, C C C I I I I. ex eorundem calculis exarati suot, ita vt manifestum sit huius anni partem à decemuiris, partem à consulibus expletas fuisse. Tacitus & Rufus biennio tantùm Decemuiros fuisse scribunt.

306 COnsules suggerit Liuius Sp. Herminium, T. Virginium Cœlimontanum. L. Herminium, T. Virginium Cassiodorus. λάρτιν ἑρμίνιον, τίτον οὐεργίνιον Dionysius: λαρῖνον ἑρμίνιον, τίτον οὐεργίνιον τρίκοστον Diodorus. Fasti Græci Herminium, Tricostum. Vnde Onuphrius vetetur, ne apud Diodorum mendose pro Tricosto sit Structus. Nam Structus Seruiliorum cognomen fuit, non Virginiorum. Porrò eius collegam Lartem Herminium esse dicendum præter Diodorum & Dionysium docet Valerius libro 10. vbi ita scribit: Lartis prænomen esse sumptum à Laribus.

M. Geganius. Macerinus. C. Iulius. 307

HI hoc anno consules referuntur à Liuio. Macerioum cognomen silet Cassiodorus & Diodorus, qui etiam L. Iulium scribit Dionysij hic aliquot paginæ desiderantur. Fasti Cuspiniani pro Macerino Macrinum legunt.

T. Quintius Capitolinus IIII. *Agrippa Furius.* 308

DIonysius & Lioius T. Quintium Capitolinum I I I I. & Agrippam Furium consules edunt, vt & Fasti Cuspiniaoi. Diodorus & Cassiodorus cognomen & notam I I I I. silent. Fasti Græci habent Furium & Capitolinum. Onuphrius Furio auita cognomina adiunxit. Medullinus Fusus.

M. Genutius. C. Curtius. 309

LIuius M. Genutium & P. Curiatium hoc anno consules edit, Cassiodorus M. Genutium & P. Curiatium. Dionysius M. Genutium & C. Quintiū, M. Genutiū, Agrippam Curtium Cbilonem edit Diodorus. Sed vt Sigonius & post eum Onuphrius annotauit, mendose apud Liuium Curiatius pro Curtio legitur, idq; autoritate Varronis de lingoa Latina, itaq; etiam in Fastis Siculis est Genutius & Curtius.

A. Sempronius Atratinus. / *T. Clœlius.* / *L. Atilius.* } Tribuni militum consulari potestate, quibus se abdicannbus in eorum locum facti sunt consules.

L. Papirius Mugillanus. L. Sempronius Atratinus. 310

CVm C. Canuleius trihunus plebis priore anno legem alteram promulgasset, vt consul alter ex plebe crearetur, in quo patriciorum dignitas minuebatur, patres veriti ne se inuitis lex perferretur, in eam senteotiam ierunt, cuius author C. Claudius fuisse dicitur, vt pro consulibus crearentur tres tribuni militum ex patricijs toridemq; ex plebe, iiq; cōsulari potestate omati rempub. regerent. Eorum autem annuo imperio finito, rursus Senatus & plebs consuleretur, coss. oe an tribunos mallent. Qui verò placuissent, fierent. His rebus decretis tres tantùm ex patricijs creati sunt, plebe cootenta quod sui rano in comitijs habita fuisset. Verum non pro firmato eorū ius stetit, quia tertio mense quam inierunt augurum decreto perinde ac vitio creati honore abiere, ac interrex T. Quintius Barbatus dictus coss. creat L. Papirium Mugillanum, L. Semprooium Atratioum. Hi consules in Fastis Siculis præteriti sunt. Itaq; rectè addit Liuius hos consules neque in annalibus priscis neq; in libris magistratuum inueniri. Horum consulum meminit Cicero in Epistola ad Papirium Pætum.

M. Geganius Macerinus II. *T. Quintius Capitolinus.* V. 311

HOs consules in honc annum profitentur Dionysius & Cassiodorus, quorum ille eos mense Decembri inijsse tradit. Cassiodorus vtraq; cognomina, Diodorus Capitolinum silent. Fasti Græci Macrinum I I. & Capitolinum V. Zooaras Macrinum edit & Barbatum.

M. Fabius Vibulanus. *Postumus Aebutius Cornicen.* 312

LIuius in hunc annom edit nomiuatos coss. Diodorus & Cassiodorus cognomina silent. Fasti Græci

Græci habent Vibulanum & Heluam. Diodorus Aebutium ἔλβαν cognominat, quod quale sit cognomen Sigonius incertum habet, ac legendum esse arbitratur ἴλβας.

313 *C. Furius Pacilus* *M' Papirius Craßus.*

HI à Liuio & Caßiodoro ita eduntur consules. A Diodoro verò Q. Furius Fusus, Manius Papirius Craßus. A Fastis autem Græcis Pacilus & Craßus.

314 *Proculus Geganius Macerinus. L. Menenius Lanatus.*

LIuius & Caßiodorus coss. memorant Proculum Geganium Macerinum, L. Menenium Lanatum. Diodorus T. Menenium & Proculum Geganium Macrinum, Macerinum & Lanatum Fasti Siculi.

315 *T. Quintius Capitolinus* VI. *Agrippa Menenius Lanatus.*

HIc annus consules hos habuit Liuio & Caßiodoro authoribus. Diodoro autem T. Quintium, T. Menenium, Fastis Siculis Menenium & Capitolinum.

316 *Mam. Aemylius.* / *L. Quintius Cincinnati. F.* / *L. Iulius.* } Trib. mil. cos. potestate.

TRibuni plebis peruicerunt, vt tribunorum militum potius quàm Consulum comitia haberentur, nõ dubij, quin sex lectis (tot enim iam creari licebat) ex plebeijs aliqui profitendo se fore Melianæ cædis vltores, crearentur, plebs tamen nec plures quàm tres tribunos consulari potestate creauit, & in ijs L. Quintium Cincinnati filiũ, prælatus suffragiis Quintio Mamercus Aemylius vir summæ dignitatis, Lucium Iulium tertium creant. Iidem Diodorus tres tribunos militares in hunc annum edit Manium Aemylium Mamercum, C. Iulium, L. Quintium.

317 *M. Geganius Macerinus* III. *L. Sergius Fidenas.*

AD curam summæ rerum quieta plebe, tribunisq; eius nihil controuersiæ fuit, quin consules crearentur, M. Geganius Macerinus tertium & L. Sergius, Hæc Liuius: Caßiodorus etiam, qui nisi nomina consulum apponit, M. Geganium III. & L. Sergium consules edit. Diodorus item M. Geganium, L. Sergium. Fasti Cuspiniani & Siculi. Macerinum, & Fidenatem. Hunc enim Sergium Fidenatem à bello Fidenati gesto vocatum tradit Liuius.

318 *M. Cornelius Maluginensis. L. Papirius Craßus.*

LIuius & Caßiodorus consules in hunc annum memorant præscriptos. Diodorus L. Papirium. A. Cornelium Macerinum vitiose sine dubio vt existimat Sigonius. Siquidẽ est etiam in Fastis Cuspiniani & Siculis Maluginensis & Craßus.

319 *C. Iulius* II. *L. Virginius.*

HI consules in hunc annum apud Liuium & Caßiodorum inueniuntur, apud Diodorum verò est C. Iulius, Proculus Virginius Tricostus. In Fastis Cuspiniani & Siculis Iulius & Virginius.

320 *C. Iulius* III. *vel M. Manlius. L. Virginius* II. *vel Q. Sulpitius.*

EOsdem consules in sequenti anno refectos Iulium III. Virginium II. apud Licinium Macrum inuenio. Valerius Antias, & Q. Tubero M. Manlium, & Q. Sulpitium consules in hunc annum edunt. Cæterùm in tam discrepanti editione & Tubero & Macer libros lintheos authores profitentur, neuter tribunos militum eo anno fuisse traditum à scriptoribus antiquis dißimulat, Licinio libros haud dubiè sequi linteos placet, & Tubero incertus veri est. Sed inter cætera vetustate incomperta, hoc quoq; in incerto positum, ita Liuius. Diodorus verò pro consulibus tres tribunos militum edit M. Manlium, Q. Sulpitiũ Prætextatum, Seruium Cornelium Coßum. Fasti Græci Antiatem & Tuberonem secuti Capitolinum & Camerinum attulere.

M. Fabius Vibulanus. / *L. Sergius Fidenas.* / *M. Foslius.* } trib. mil. cons. potestate. 321

TRibuni plebis aßiduis concionibus perhibendo consularia comitia cum res propè ad interregnum perducta esset, euicere tandem, vt tribuni militares consulari potestate crearentur. Victoriæ præmium, quod petebatur, vt plebeius crearetur, nullũ fuit, omnes patricij creati sunt, M. Fabius Vibulanus, M. Foslius, L. Sergius Fidenas. Sic Liuius. Diodorus item edit M. Fabium, M. φαλῖνον, L. Seruilium, sed mendose. Foslius Flaccinator alibi in lapidibus Capitolinis scribitur, non Folius, vt in vulgatis libris Liuianis quem mendose φαλῖνον vocat Diodorus.

L. Pinarius Mamercus. / *L. Furius Medullinus.* / *S. Posthumius Albus.* } Trib. mil. coss. potestate. 322

COnsularium comitiorum nulla mentio habita est, tribuni militares consulari potestate omnes creati sunt L. Pinarius Mamercus, L. Furius Medullinus. Sp. Posthumius Albus, ita Liuius. Diodorus nominat L. Furium Sp.... Pinarium Mamercum.

T. Quintius. L. F. Cincinnatus Pennus. / *C. Iulius Mento.* 323

SEnatusconsultum factum est, vt comitia consularia haberentur T. Quintius L. filius Cincinnatus, eidem & Penno cognomen additur, & C. Iulius Mento coss. facti, ita Liuius. Eosdem consules edit & Caßiodorus, Fasti Græci Pennum & Mentonem habent. Diodorus verò T. Quintium, C. Iulium.

L. Papirius Craßus. *L. Iulius.* 324

AGitatum in vrbe à tribunis plebis, vt tribuni militum consulari potestate crearentur, nec obtineri potuit, consules fiunt L. Papirius Craßus & L. Iulius. Sic Liuius & Caßiodorus. At Diodorus mendose habet C. Papirium, L. Iunium, Fasti Græci Craßum & Iulum.

L. Sergius Fidenas II. *Hostus Lucretius Tricipitinus.* 325

COnsules hoc anno apud Caßiodorum L. Sergius, Hostus Lucretius, apud Diodorum Opiter Lucretius, L. Sergius Fidenas apud Liuium. L. Sergius Fidenas II. Hostus Lucretius Tricipitinus. In

Fastis Siculis Tricipitinus & Fidenas. Horum meminit Valerius in Epitoma.

326 *A. Cornelius Cossus. T. Q. Pennus* II.

HI consules hoc anno memorantur à Liuio & Cassiodoro, At Diodorus L. Quintium, A. Sempronium, idq; mendose vt Sigonius & Onuphrius arbitrantur. Est enim in Fastis Siculis Cossus, & Pennus Cornelij & Quintij cognomen. Horum consulum etiam meminit Liuius suprà anno CCCXVI.

327 *C. Seruilius Ahala. L. Papirius Mugillanus.*

Liuius & Cassiodorus consules hoc anno scribunt C. Seruilium Ahalam, L. Papirium Mugillanum: Diodorus pro Ahala Structum edit, fieri enim potest, vt Structus Ahala sit dictus.

328 *T. Quintius Pennus. C. Furius.*
M. Postumius. A. Cornelius Cossus.

PLebs tenuit, ne consules in hunc annum crearentur, tribuni militum consulari potestate quatuor creati sunt, T. Quintius Pennus ex consulatu, C. Furius, M. Postumius, A. Cornelius Cossus, hæc Liuius. Eosdem nominat Diodorus.

A. Sempronius Atratinus. L. Furius Medullinus.
329 *L. Quintius Cincinnatus. L. Horatius Barbatus.*

HIc annus tribunos militum consulari potestate habuit prædictos, vt refert Liuius. Diodorus omnium cognomina & L. Horatium omittit.

Ap. Claud. Crass. decemuiri F. L. Sergius Fidenas.
330 *Ap. Nautius Rutilus. S. Iulius*
Iulus.

HOs tribunos militum consulari potestate in hunc annum edit Liuius, Eosdem prodit & Diodorus præter cognomina & App. Claudiū quem T. vocat. Duos autem Sp. Nautios Rutilos tribunos per hæc tempora prodit Liuius, haud dubiè vt Onuphrius putat, errore codicum, vnum qui nunc est primùm, iterum verò anno 338. alterum qui primum est anno 335. Iterum verò 350. Eosdem etiam tabulæ Capitolinæ habent, verùm vnum semel, alterum ter tribunum fuisse tradunt.

331 *C. Sempronius Atratinus.. Q. Fabius Vibulanus.*

COnsules hoc anno creati sunt authoribus Liuio & Cassiodoro, C. Sempronius Atratinus & Q. Fabius Vibulanus. Diodorus eos præterit, quos Idib. Decembris inijsse tradit Liuius. De C. Sempronio Atratino cos. mentionem facit Valerius lib. 6. cap. 5. quem vocat L. libro verò 3. cap. 2. vtriusq; consulis meminit, sed mendose Q. Fabium vocat. Q. Catulum.

L. Manlius Capitolinus. L. Papirius Mugillanus.
332 *Q. Antonius Merenda. L. Seruilius Structus.*

SEnatus, cùm odio Sempronij consulare nomen offenderet, tribunos militares consulari potestate creari iussit. Crean L. Manlius Capitolinus, Q. Antonius Merenda, L. Papirius Mugillanus. Hæc Liuius, apud quem desideratur nomen quarti tribuni, L. Seruilij Structi, qui anno 337. iterum tribunus militum in tabulis Capitolinis incisus est. De his Diodorus nihil, in fragmento Capitolino extat cognomen Mugillani, quod est L. Papirij.

T. Quintius Capitolinus. N. Fabius Vibulanus. 333

HIc annus consules habuit, N. Fabium Vibulanum, & T. Quintium Capitolinum, vt Liuius & Cassiodorus scribunt. Diodorus hos omittit. Fasti autem Siculi non item. In fragmento autem Capitolino est T. Quintius Capitolinus Barbatus, N. Fabius. Hic Fabius filius fuit Q. Fabij decemuiri, qui CCC. ad Cremeram Fabijs interfectis superfuit, primusq; in gente Fabia Numerij prænomine vsus est, vt Valerius lib. 10. & Sext. Pompeius referūt, T. Quintium eius Capitolini qui sexties consul fuit, filium fuisse Liuius scribit.

Interregnum. 334

QVum maior pars anni per nouos tribunos plebis, & aliquot interreges certaminibus extracta esset, prohibentibus tribunis patricios coire ad prodendum interregem, modò interregem interpellantibus, ne S. C. de comitijs consularibus faceret. Postremò L. Papirius Mugillanus interrex castigando nunc patres, nunc tribunos plebis obtinuit, vt tribunitia comitia haberentur. Creati tribuni consulari potestate omnes patritij T. Quintius Cincinnatus III. L. Furius Medullinus, M. Manlius, L. Sempronius Atratinus, Liuius hæc.

Agrippa Menenius Lanatus. P. Lucretius Tri- 335
cipitinus. Sp. Nautius. C. Seruilius.

TRibuni militum consulari potestate à Liuio hoc anno digeruntur Agrippa Menenius Lanatus, P. Lucretius Tricipitinus, Sp. Nautius. Desideratur autem nomen quarti tribuni. Is fuit C. Seruilius, Q. F. C. N. Axilla qui anno sequenti in tabulis Capitolinis tribunus militum numeratur cum nota II. ita vt hoc anno primùm fuerit necesse est, cùm nullus præterea aptus locus relictus sit. Diodorus Sp. Veturium nominat.

L. Sergius Fidenas.
M. Papirius Mugillanus. } Trib. mil. potestate. 336
C. Seruilius. Prisci F.

HOs tribunos militari potestate hoc anno Liuius nominat, C. Seruilius, Axilla nuncupatur à Verrio Flacco. Diodorus hos L. Sergium, M. Seruilium, & M. Papirium vocat. M. Papirius autem filius fuit L. Papirij Mugillani primi censoris.

Agrippa Menenius Lanatus. L. Seruilius Stru-
ctus. P. Lucretius Tricipitinus. Sp. 337
Veturius Crassus.

HOs omnes tribunos militum hoc anno memorat Liuius. Ex his L. Seruilius Structus primùm fuit anno 332. librariorum culpa in Liuio præteritus. Diodorus eosdem tribunos habet præter cognomina & L. Seruilium quem Caium appellat. In tabula Capitolina P. Lucretius Hosti F. & Agrippa Menenius T. F. Agrippæ N. exarati sunt.

A. Sempronius Atratinus III. *Sp. Nautius Ru-*
tilus II. *M. Papirius Mugillanus* II. 338

HI referuntur à Liuio, præteritum esse à librarijs Q. Fabium, Q. F. M. N. Vibulanum quartùm huius anni tribunum lapis Capitolinus, Diodorus & ipsemet Liuius ostendit, qui Q. Fabium tribunum militum II. esse scribit anno CCCXL. neque quo anno primum fuerit apud eum liquet. Cæterùm A. Sempro-

Sempronius L. F. A. N. dicitur à Verrio Flacco; Diodorus omnes quatuor enumerat, verùm cognomina tacet.

339 *P. Cornelius Cossus. Quintius Cincinnatus.*
C. Valerius Potitus. N. Fabius Vibulanus.

HOs Tribunos militum consulari potestate edit Liuius: Diodorus P. Cornelium, C.... Fabiũ. Tabula Capitolina P. Cornelium .... F. P. N. C. Valerium L. F. Volusi N. Quintij prænomen incognitum.

Cn. Cornelius Cossus. L. Valerius Potitus.
340 *Q. Fabius Vibulanus* II. *L. Posthumus Regillensis.*

HOs in hunc annum profitetur Liuius. At Diodorus Tit. Posthumium. C. Cornelium. C. Valerium. Cæsonem Fabium: P. Posthumius A. F. A. N. dicitur à Verrio Flacco, Quem propter crudelitatem ab exercitu suo lapidibus obrutum scribit Liuius.

341 *Cn. Cornelius Cossus. L. Furius Medullinus.*

DEinde patres vicère vt consules crearentur Q. Fabio Vibulano comitia habente. Consules creati sunt M. Cornelius Cossus, L. Furius Medullinus, eosdem consules præter cognomina scribunt Diodoros & Cassiodorus. Fasti Græci habent Cossus & Medullinus.

342 *Q. Fabius Ambustus. C. Furius Pacilus.*

LIuius & Cassiodorus hos consules edunt: Diodorus cognomina silet.

343 *M. Papyrius. C. Nautius Rutilus.*

LIuius & Cassiodorus consules hoc anno referunt M. Papirium & C. Nautiom Rutilum. Diodorus cognomen tacet. Liber Cuspiniani Mugillanum & Rutilum.

344 *M' Aemilius. C. Valerius.*

MAimilius & C. Valerius consules appellantur à Liuio & Cassiodoro. Diodorus Manium habet pro M. Hic Aimilius in tabula Capitolina in primo & tertio tribunatu dicitur M. Aimylius Mani. F. M. N. Mamercinus.

345 *Cn. Cornelius Cossus. L. Furius Medullinus* II.

LIoius hoc anno consules hos prodit, Cassiodorus cognomina & notam II. præterit. Diodorus L. Furium, Cn. Pompeium. Cn. autem Cornelius descriptus est ex extremitate fragmenti Capitolini L. Furius ex eius tribunatibus Capitolinis.

C. Iulius Iulus.
346 *P. Cornelius Cossus.* } Trib. mil. cons. potestate.
C. Seruilius Abala.

HI Tribuni militum hoc anno suggeruntur à Liuio, Diodorus cognomina silet, quæ tabulæ Capitolinæ subijciunt. C. Seruilius P. F. Q. N. Ahala in secundo tribunatu Capitolino scribitur.

347 *L. Furius Medullinus* II. *C. Valerius Potitus* II.
N. Fabius Vibullanus II, *C. Seruilius Abala* II.

LIuius quatuor tribunos omnes patricios, atque eo honore functos refert hoc anno factos fuisse L. Furium Medullinum, C. Valerium Potitum, N. Fabium Vibulanum, & C. Seruilium Ahalam: huncq; refectum continuato honore, tum ob alias virtutes, tum ob recentem fauorem vnica moderatione partum. Diodorus C. Furium, C. Seruilium. C. Valerium: N. Fabium habet. In tabulis Capitolinis Potitus Volusus II. & Medullinus, reliqui duo integrè descripti. Ex his apparet Liuium, vt Onuphrius annotat, lapsum. Nam Medullinus non II. sed primum hoc anno Tribunus militum est, hoc anno est, qui ante bis consul fuit, & postea septies Tribunus militum erit.

P. Cornelius Cossus. N. Fabius Ambustus. 348
Cn. Cornelius Cossus. L. Valerius Potitus.

EX quatuor Tribunis militum L. Valerius & N. Fabius notati sunt in tabulis Capitolinis, reliqui duo, vt ex eorundem fragmento Liuio & Cassiodoro constat, fuerunt P. Cornelius A. F. M. N. Rutilus Costus descriptus ex eius dictatura, Diodorus quartum Tribunum enumerat Terentium Maximum.

T. Quintius Capitolinus. A. Manlius.
Q. Quintius Cincinnatus. L. Furius Medullinus. III. 349
C. Iulius Iulus II. *M. Aemilius Mamercinus.*

TRibunos militum sex hoc anno creatos ait Diodorus, verùm non nisi T. Quintium, C. Iulium, & A. Manlium nominat. Liuius omnes enumerat pro vt hic positi sunt. Lapis Capitolinus habet Iulum II. Capitolinum Barbatum, Cincinnatum, & reliquos tres. Et hic annus primus sex tribunos militum habuit, quod lege centum fuerat, vt fieret iam tum cum primùm de tributus creandis latum fuerat, quo anno Veij primum obsessi sunt.

C. Valerius Potitus III. *Cn. Cornelius Cossus.*
M. Sergius Fidenas. K. Fabius Ambustus. 350
P. Cornelius Maluginensis. Sp. Nautius Rutilus II.

HOs eosdem quos Liuius, Diodorus, præter cognomina & Cn. Corneliom quem mendose vocat Iunum Lucullum, edit. In tabulis Capitolinis est Maluginensis, Cossus II. Ambustus & reliqui tres integri Nautium Rutilum II. Liuius, Verrius Flaccus III. nominat.

M. Aimilius Mamercus II. *M. Quintius Varus.*
L. Valerius Potitus III. *L. Iulius Iulus.* 351
Ap. Claudius Crassus. M. Postumius.
M. Furius Camillus. M. Postumius Albinus.

LIuius tribunorum militum numerum à Romanis auctum, atq; octo, quot nunquam antea creatos scribit nominibus quæ apposuimus, apud Diodorum autem hæc nomina sunt Manius Claudius. M. Quintilius, L. Iulius, M. Furius L. Valerius, quanquam autem desint apud eum aliqui Tribuni, ipsum tamen eos non octo sed sex edidisse existimet Onuphrius, & cum eo Sigonius. Quod etiam Verrius Flaccus in tabulis Capitolinis obseruauit.

C. Seruilius Abala III. *Q. Sulpitius.*
Q. Seruilius. A. Manlius II. 352
L. Virginius. M. Sergius II.

APud Liuium tribuni militum consulari potestate sunt C. Seruilius Ahala III. Q. Seruilius, & L. Virginius, reliqui vt in tabulis Capitolinis præter prænomina: Q. Seruilium Liuius Fidenatem vocat, in alijs sequentibus eius tribunatibus quos sex geret. L. Virginio Onuphrius Tricostũ gentiliũ cogno

 men

men adiungit. Ab horum serie non discedit Diodorus, sed mendose apud eum vt Sigonius annotat πλείστος μάγνος ἄγνος. In fragmento Capitolino nominantur. Q. Sulpitius Ser. F. Ser. N. Camerinus Cornut. A. Manlius. A. F. C. N. Vulso Capitolinus II. M. Serg. L. F. L. N. Fidenas II.

	L. Valerius Potitus IIII.	*Cn. Cornelius Cossus.*
353	*M. Furius Camillus.*	*K. Fabius Ambustus.*
	M. Aemilius Mamercinus III.	*L. Iulius Iulus.*

HOs omnes tribunos Liuius hoc anno enumerat, Diodorus L. Iulium, M. Furium, Aemilium Mamercum, C. Cornelium, Cæsonem Fabium παύλον σίξτον vitio. In Capitolino fragméto est L. Iulius, L. F. Vopisci. N. Iulus. M. Aemilius Man. F. M. N. Mamercus, K. Fabius M. F. Q. N. Ambustus II. Hi Kal. Octobribus inire iussi, cùm Idus Decembris ante soleunes essent, ob cladem à M. Sergio priore anno ad Veios acceptam: Camillus in Faliscos, Cornelius in Capenates, Valerius in Volscos ad Anxur recipiendum, Aemilius & Fabius ad Veios obsidendos profecti.

	P. Licinius Caluus	*P. Mænius.*
354	*T. Titinius*	*P. Melius.*
	L. Furius Metullinus.	*L. Publius Vulscus.*

HI à Liuio Tribuni militum hoc anno produntur, Diodorus verò tres tantum enumerat Tribunos militum P. Mælium. Sp. Mænium, L. Furium. Cæterùm Onupbrius non L. Furium sed Sp. Furium legendum arbitratur. Idem P. Licinio Caluum nomẽ adiunxit, quem primum è plebe tribunis militum tradit Liuius vsurpandi iuris causa creatum.

	M. Veturius.	*M. Pomponius.*
355	*C. Duilius.*	*Volero Publilius.*
	Cn. Genucius.	*L. Atilius.*

HOs tribunos edit Diodorus. Liuius autem M. Veturium vnum patricium, reliquos plebeios. M. Pomponium, C. Duilium, Voleronem Publilium, Cn. Genutium L. Attilium. Liber Cuspiniani, qui nisi duo Tribunorum nomina quotannis prodit, Augurium habet & Longum hoc Attilij, illud Genutij cognomina.

	L. Valerius Potitus V.	*L. Furius Medullinus.*
356	*M. Valerius Maximus.*	*Q. Seruilius Fidenas* II.
	M. Furius Camillus II.	*Q. Sulpitius Camerinus.*

HI patricij omnes in hunc annum Tribuni militum creati sunt vt Liuius scribit, nec dissentit Diodorus, quamuis duo nomina deprauata referat πλαυδιος ἴγον, μάρκος ἄππιος Camilli II. Tribuni militũ meminit etiam Plutarchus in eius vita. Medullini III. lapis Capitolinus.

	L. Iulius Iulus.	*A. Posthumius Regillensis.*
357	*L. Furius Medullinus* IIII.	*P. Cornelius Maluginensis.*
	L. Sergius Fidenas.	*A. Manlius.*

ITa hos Liuius enumerat: At Diodorus L. Sergium A. Posthumium, P. Corneliũ, σίξτον κάισωνα Q. Manlium, ἀγόστον καμιλλον. Est autẽ annotantibus Sigonio & Onuphrio in duobus menda grauissima.

	P. Licinius P. F. Caluus.	*L. Titinius* II.
358	*P. Menius* II.	*P. Melius* II.
	Cn. Genutius II.	*L. Atilius* II.

EA ratione à Liuio hi tribuni militum eduntur. Diodorus autem prodit L. Titinium, P. Licinium, P. Mælium, Q. Mænium, Cn. Genutium, L. Attilium. Hi omnes, vt ait Liuius, præter L. Licinium P. F. paulò ante tribunatum gesserunt, qui Genutium etiam in prælio cecidisse aduersus Faliscos scribit.

P. Cornelius Cossus.	*P. Cornelius Scipio.*	
K. Fabius Ambustus III.	*L. Furius Medullinus* V.	359
M. Valerius Maximus II.	*Q. Seruilius* III.	

POst captos Veios hic annus præcedentes tribunos militum consulari potestate habuit. Diodorus P. & Ser. Cornelios Cossos vocat, in reliquis exceptis cognominibus (quæ silet) conuenit.

L. Furius Medullinus VI.	*Sp. Postumius.*	
C. Aemylius.	*P. Cornelius* II.	360
L. Valerius Poplicola.	*M. Furius Camillus.*	

LIuius hos hoc anno memorat. Diodorus M. Furium, C. Amilium, Κάτλον βόρον mendose, Camillus nunc est III. P. Cornelium Scipionem, non Cossum, intelligendum putant Sigonius & Onuphrius. Hoc anno Camillus tribunus militum Faliscos iustitia in ditionem populi Romani redegit, remisso ad Faliscos puerorum magistro proditore Liuius & Plutarchus. Valerius non sine suspitione erroris hanc rem à Camillo consule actam tradit lib. 6. Cum Plutarchus eum nunquam consulem fuisse tradat.

L. Lucretius Flauus. Seruius Sulpitius Camerinus. 361

LIuius post XV. annum (inquit) creati consules sunt L. Lucretius Flauus, Seruius Sulpitius Camerinus, Diodorus & Cassiodorus cognomina prætereunt. Fasti Siculi Flauum & Camerinũ profitẽtur.

L. Valerius Potitus. M. Manlius Capitolinus. 362

L. Valerius Potitus, M. Manlius, cui postea Capitolino cognomen fuit, consules hoc anno referuntur à Liuio. Dionysius libro primo horum consulum meminit, & L. Valerium Potitum, T. Manlium Capitolinum nominat. Cassiodorus L. Valerium, M. Manlium. Diodorus, L. Valerium, A. Manlium. Fasti Siculi Potitum, & Capitolinum.

L. Lucretius.	*L. Furius Medullinus* VII.	
Ser. Sulpitius.	*Agrippa Furius.*	363
M. Aemilius.	*C. Aemilius* II.	

COnsulibus morbo implicatis, placuit per interregnum renouari auspicia, itaq; cum ex S. C. consules abdicassent, ab interrege hi sex tribuni militum consulari potestate creati sunt, qui Cal. Quintilibus magistratum occepêre, vt ait Liuius. Diodorus quatuor tantum edit L. Lucretium, Ser. Sulpitium, C. Aemilium, L. Furium: Sulpitium Zonaras Rufum appellat, quod ei etiam cognomen addidit Onuphrius.

Q. Fabius Ambustus.	*Q. Sulpitius Longus.*	
Duo fratres Q. Fabij Amb.	*Q. Seruilius* IIII.	
	Seruil, Corn. Maluginensis.	364

HI à Liuio Tribuni militum potestate consulari referuntur, At Diodorus Q. K. & C. Fabios & reliquos tres enumerat. Q. Sulpitij Tribuni militum Plutarchus in Camillo, Gellius ex Verrio Flacco libro 5. cap. 17. & Macrob. libro 1. Saturnalium meminerunt.

L. Valerius Poplicola II.	*A. Manlius.*	
L. Virginius.	*L. Aemilius.*	365
P. Cornelius.	*L. Postumius.*	

Hi

HI post vrbem captam apud Liuium Tribuni militum creati sunt. Apud Diodorum P. Cornelius, L. Virginius, Valerius, A. Manlius, L. Posthumius. Horum Tribunorum meminit Macrobius lib. 1. Saturn.

T. Quintius Cincinnatus. *L. Aquilius Coruus.*
366 *Q. Seruilius Fidenas* V. *L. Lucretius Tricipitinus.*
L. Iulius Iulus. *Ser. Sulpitius Rufus.*

HOs ita prodit Liuius hoc anno Tribunos militum consulari potestate, Diodoro autem Tribuni sunt T. Quintius L. Seruilius, L. Iulius Aquilius, L. Lucretius ἐγγὸ Seruius Sulpitius.

L. Papirius. *C. Sergius.*
367 *L. Aemilius* II. *C. Cornelius.*
L. Menenius. *L. Valerius Poplicola* III.

HOs Liuius hoc anno Tribunos militum consulari potestate prodit. At Diodorus L. Papirium, C. Cornelium, L. Menenium, C. Seruilium, A. Valerium, & Q. Fabium edit. Deest autem apud Liuiũ Sexti tribuni nomen, quem ex Diodoro Sigonius & Oouphrius apposuere C. Cornelium, Diodorus etiam pro Sergio Seruilium habet, & Aemilium pro Fabio.

M. Furius Camillus. *L. Horatius Puluillus.*
368 *Sex. Cornelius Maluginensis.* *L. Quintius Cincinnatus.*
Q. Seruilius Fidenas VI. *P. Valerius.*

REs ad Camillum Tribunum militum consulari potestate rediit, collegæ addit quinque hic memoran. Diodorus verò quatuor creatos scribit M. Cornelium, Q. Seruilium, M. Furium, L. Quintium. Hoc anno M. Camillus oblata dictatura non esse opus dixit, & vnà cum collegis tribunis Volscos, Antiates atq; Etruscos rebellantes vicit.

A. Manlius. *L. Quintius Capitolinus.*
369 *P. Cornelius.* *L. Papirius Cursor* II.
T. Quintius Capitolinus. *C. Sergius* II.

ITa Liuius habet, Diodorus autem creatos quatuor tantum prodit, L. Papirium, Q. T. & L. Quintios. Ex quibus A. Manlius cum Tribunus fuerit anno CCCLXV. Anno verò CCCLXXI. III. nunc profectò est iterum.

Ser. Cornelius Maluginensis III. *P. Valerius Potitus* II.
370 *M. Furius Camillus* V. *Ser. Sulpitius Rufus* II.
C. Papirius Crassus. *T. Quintius Cincinnatus* II.

SIc hi à Liuio Tribuni militum potestate consulari referuntur, Diodorus tantum (vt eius consuetudo est) quatuor edit, Seruium Sulpitium, L. Papirium, M. Cornelium, T. Quintium. Hoc anno M. Manlius crimine affectati regni damnatus è saxo deiectus est, Liuius, Plutarchus, & Valerius.

L. Valerius IIII. *L. Lucretius.*
371 *A. Manlius* III. *L. Aemilius.*
Ser. Sulpitius III. *M. Trebonius.*

HOs in hunc annum digerit Liuius, Diodorus quatuor edit L. Valerium, Crispum (quod Trebonij nomen est) A. Manlium. Ser. Sulpitiũ, Crispum alij Flauum vocant.

Sp. Papirius. *Q. Seruilius.*
372 *L. Papirius.* *C. Sulpitius.*
Ser. Cornelius IIII. *L. Aemilius* IIII.

HI autore Liuio Tribuni militum potestate consulari hoc anno creati sunt. Cornelio vt antevidimus cognomen fuit Maluginensi. Diodorus quatuor scribit Q. Seruilium, Sp. Papirium, Cornelium, φάβιον ἄλλον mendose.

M. Furius Camillus VI. *L. Furius.*
A. Posthumius Regillensis. *L. Lucretius.* 373
L. Postumius Regillensis. *M. Fabius Ambustus.*

ITa vt hosce collocauimus, Liuius, Diodorus M. & L. Furios, A. Postumium, L. Lucretium, M. Fabiũ & L. Postumium nominat. Plutarchus quoque hoc anno Tribunum militum Camillum vt vocat, quo anno vicit Prænestinos & Volscos, & Tusculanos, quibus bellum indictum erat, quod in bello Prænestinorum affuissent.

L. Valerius V. *L. Menenius* II.
L. Valerius III. *P. Papirius.* 374
C. Sergius III. *S. Cornelius Maluginensis.*

HI sex à Liuio descripti sunt, à Diodoro verò octo memorantur, L. & P. Valerij, C. Terentius, L. Menenius. C. Sulpitius, T. Papirius, L. Aimilius, M. Fabius.

P. Manlius. *C. Sextilius.*
C. Manlius. *M. Albinus.*
L. Iulius. *L. Antistius.* 375

COmitia inde habita tribunorum militum consulari potestate, quibus æquatus patritiorum plebeiorumq; numerus. Ex patribus creati P. & C. Manlij cum L. Iulio, plebes C. Sextilium, M. Albinium, L. Annstium dedit, ita Liuius. At Diodorus octo prodit, ac enumeratis addit, C. Herenucium, & P. Trebonium. Sextilium quoque Sexnum nominat.

Sp. Furius. *P. Clælius.*
Q. Seruilius II. *M. Horatius.* 376
C. Licinius. *L. Geganius.*

HI consulari potestate Tribuni militum à Liuio hoc anno referuntur. Est autem apud Liuium pro L. Menenio III. C. Licinius legendũ, vt in Scholijs Liuianis demonstrauit Sigonius, & in Fastis approbat Onuphrius. A Diodoro verò quatuor tantũ, Q. Seruilius, L. Furius, C. Licinius, P. Clœlius.

L. Aemilius. *Ser. Sulpitius.*
P. Valerius IIII. *L. Quintius Cincinnatus.* 377
C. Veturius. *C. Quintius Cincinnatus.*

HOs Tribunos militares patririos omnes plebs coacta principum opibus fecit Liuio autore. Quos etiam excepto C. Quintio edit Diodorus, qui eum C. Cornelium vocat. Seruio Sulpitio prætextato nomen fuit. Zonaras eum Rufum vocauit.

C. Licinius Stolo. | Tribuni plebis per an-
L. Sextius. | nos V. 378

HOc anno quartùm mutata est respub. Romana, 379
à tribunis enim militum consulari potestate ad 380
tribunos plebis administratio reipub. recidit. Huius 381
mutationis autores à Liuio traditi sunt C. Licinius 382
Stolo, & L. Sexnus trib. ple. qui eum anno priore leges tres aduersus patriciorum opes pro commodis plebis promulgassent. Vnam de ære alieno, alteram de modo agrorum, tertiam ne tribunorum militum comitia fierent, & consulum vtiq; alter ex plebe crearetur, neq; eas ferre per collegarum intercessiones, quos de industria patres comparauerant, potuissent, tum irati, comitia præter Aedilium tribunorumq́ue plebis, nullos curules magistratos creari passi sunt. Eaque magistratuum solitudo, plebe reficiente duos tribunos

tribunos, &his perpetua & inuicta intercesſione tribunorum militum comitia tollentibus, per quinquennium vrbem teouit ita Liuius. Hanc autem magiſtratuū ſolitudinem Diodorus appellat Ἀναρχίαν, atq; in priorem aunum reijcit. Sextus autem Rufus, Eutropius, Caſsiodorus, & Zonaras, non quinquennio ſed quadriennio Rempub. obtinuiſſe ſcribunt. Sigonius & Onuphrius in Faſtis ſuis Liuium ſequuntur, cuius annales ſequuti Capitolini ſcriptores videntur. Liuius etiam libro 16. cap. 44. meminit anni CCCLXXIX. ab vrbe condita, qoi fuit ſine magiſtratibus, quo anno Romæ Lotou fuiſſe ait in Lucinæ area ędecondita.

L. Furius. *Ser. Cornelius.*
383 *A. Manlius.* *P. Valerius.*
Ser. Sulpitius. *C. Valerius.*

IN hunc annum Tribunis plebis C. Licinio, & L. Sextio intercesſionem remittentibus comitijsq; ab interrege babitis, Tribuni militum autore Liuio, prædicti, creari fuerunt. Hos Diodorus ita vocat L. Papirium. L. Menenium, Ser. Cornelium, Seruium Sulpitium, & poſt hos iterum magiſtratuum ſolitudinem fuiſſe ſcribit, qua ſublata deinceps creatos A. Manlium, L. Furium, Ser. Sulpitium: Ser. Cornelium. Eſt enim in eo tum eius vitio, tum librariorum negligentia aunuorum magiſtratuum perturbatio.

Q. Seruilius. *M. Cornelius.*
384 *C. Veturius* II. *Q. Quintius.*
A. Cornelius. *M. Fabius.*

ET hic annus autore Liuio hos Tribunos militum conſulari poteſtate habuit. Diodorus verò Q. Ser. C. Veturium: A. Cornelium, M. Cornelium, & M. Fabium edit, & Q. Cincinnatum potius quàm Capitolinnm Sigonius vocat. Reliqua ex fragmentis Capitolinis fidem habent, in quibus eſt Coſſus ..... Maluginenſis ..... Cincinnatus ..... M. Fabius Ambuſtus. Eſt autem M. Iabius Ambuſtus is, qui filias duas collocauerat, vnam C. Licinio Stolou, alteram Seruio Sulpiuo prætextato, vt ſcribit Liuius.

L. Quintius. *Ser. Cornelius.*
385 *Ser. Sulpitius.* *Sp. Seruilius.*
L. Papirius. *L. Veturius.*

HOs ſex, hoc anno Tribunos militum Liuius prodit. Tres tantum refert Diodorus T. Quintium, Seruium Cornelium, Seruium Sulpitium. Hi verò omnes quibus cognominibus, ac qua uomerorum in multiplicatis honoribus nota ſignandi ſint, Capitolina fragmenta docent in quibus eſt Capitolinus..... Maluginenſis II. prætextatus IIII. Sp. Seruilius Structus, L. Papirius Craſſus, L. Veturius, Craſſus Cicurinus.

386 *Duo dictatores ſine curulibus magiſtratibus.*

PRincipio ſtatim anni ad vltimam dimicationem de legibus à Liciuio & Sextio prouulgatis ventum eſt, & cum tribus vocareutur, nec intercesſio collegarum latoribus obſtaret, trepidi patres ad duo vltima auxilia ſummum imperium, ſummumq; ciuem decurrunt. Dictatorem dici placet, dicitur M. Furius Camillus, qui magiſtrum equitum L. Aimilium cooptat. Cæterùm cum plebis duces acrius contra Camillum agerent, vt Liuius ſcribit, is ſe dictatura abdicauit, vt etiam Plutarchus teſtatur cauſam abdicationis, quam Liuius refutare conatur affirmans. In locum Camilli abdicantis dictatorem alterum ſuffectum fuiſſe, Liuius & Plutarchus ſcribunt. Liuius P. Manlium vocat, Plutarchus nomen tacet. Magiſtrum verò equitum C. Licinium fuiſſe vterque ſcribit. Verùm non eundem vterque intelligit. Liuius enim eum eſſe dicit qui tribunus militum conſulari poteſtate fuerat, & rectè. Plutarchus ſeditionis nouarumq; legum authorem, & malè. Nam ſeditionis dux hoc anuo nouùm tribonus plebis refectus eſt, eodem verò tempore tribunus plebis, & magiſter equitum eſſe non poterat. Quare Onuphrius eum filium exiſtimat P. Licinij Calui tribuni militum. Nepotem verò eius P. Licinij, qui primus è plebe tribunus militaris fuerit, de quo plura apud ipſum in Faſtis ſuis.

A. Cornelius II. *M. Cornelius* II.
L. Veturius. *M. Geganius.* 387
Iulus P. Manlius. *P. Valerius* VI.

LIuius hoc anno tribunos militares iam nominatos prodit, quos præterit Diodorus, Horum cognomina & multiplicatorum honorum notæ in fragmentis Capitolinis ſunt ita, Coſſus II.... Maluginenſis II. ...... Maceriuus. L. Veturius. Craſſus Cicurinus II...... P. Valerius Potitus Poblicola VI. P. Manlius Capitolinus II.

L. Sextius. *L. Aimilius.* 388

CVm L. Sextius & C. Licinius tribuni plebis decimùm refecti acrius de legibus ferendis pugnarent, Dictatoris tandem & Senatus authoritas vi tribunitia victa eſt, ac omni aduerſante nobilitate, vt comitia couſulum fierent, atque alter ex plebe coſ. crearetur legibus latis obtinuerunt. Quibus L. Sextius primus de plebe coſ. factus eſt. Quum autem patricij ſe huius rei authores ſuturos omuino negarent, ac res ad ſeceſsionem plebis ſpectaret, per dictatorem ſedatæ diſcordiæ ſunt. Conceſſusq; à nobilitate plebi conſul plebeius. A plebe verò nobilitati prętor vnus, qui ius in vrbe diceret ex patribus creandis. Ijdem etiam ædiles curules duos ex patricijs vt fierent, primùm obtinuerunt. Plebs couſulatum L. Sextio, cuius lege partus erat dedit, ei collega ex patribus datus L. Aimilius Mamercus. Hæc Liuius & Plutarchus, qui cum Caſsiodoro conſoles edit L. Aemyliū ex patricijs, L. Sextium ex plebe. Quos Diodorus, vocat L. Aemylium Mamercum, Lucium Lateranum. Eſt autem Lateranus Sexti cognomen, vt eſt in tabula Capitolina, in qua Mamercinus & L. Sextius Sextinus Lateranus conſules eduntur, vt in Faſtis Siculis Mamercinus & Lateranus in libro de viris illuſtribus ſcriptum eſt, non L. Sextium, ſed C. Licinium Stolonem primùm è plebe conſulem factum.

L. Genutius. *Q. Seruilius.* 389

DIodorus, Liuius & Caſsiodorus conſules edunt, L. Genutium, Q. Seruilium, quorum Oroſius quoque & Eutropius mentionem faciunt Q. Seruilius Q. F. Q. N. Ahala ſcribitur in hoc conſulatu Capitolino, L. Geuutius. M. F. Cn. N. Anentinenſis in ſecundo. Iu Faſtis autem Siculis eſt Genutius & Curtius, vt opinatur Sigonius per mendam.

C. Sul-

390 *C. Sulpitius Peticus. C. Licinius Stolo.*

HI consules memorantur à Liuio & Casiodoro. Diodorus cognomina silet. Eorundem meminit Valerius libro 2. cap. 1. & Plutarchus in Problematis. Quem autem cæteri Stolonem Capitolini scriptores Caluum appellant, itemq; Siculi, qui horum cognomina edunt Peticum & Caluum.

391 *L. Aemylius Mamercus II. Cn. Genutius.*

LIuius & Casiodorus hos consules edunt, quos Diodorus libro 16. Cn. Genutium, L. Aimylium vocat. In tabulis Capitolinis.....Mamercinus II. Cn. Genutius, M.F, M. N. Anentinensis, in Fastis Siculis est Mamercinus & σύλλα.

392 *Q. Seruilius Abala. L. Genutius II.*

DIodorus in hunc annũ consules prodit Q. Seruilium & Q. Genutium, Fasti Siculi Ahalam & Genutium. Liuius & Casiodorus Q. Seruilium Ahalam, L. Genutium. Hi sunt, qui triennio etiam ante inter se collegæ comparati fuerunt.

393 *C. Sulpitius. C. Licinius Caluus.*

HOs in hunc annum memorat Liuius, Casiodorus C. Sulpitium II. & C. Licinium. Diodorus C. Sulpitium & C. Licinium, Sigonius eosdem esse putat, qui triennio ante collegæ etiam fuerunt. Licinium Fasti Siculi, non Calui vt antè, sed Stolonis cognomine afficiunt, vt Sulpitium Petici.

394 *C. Pœtelius Libo. M. Fabius Ambustus.*

C. Pœtelium Balbum, M. Fabium Ambustum, consules in hunc annum tradit Liuius & Casiodorus. At Diodorus M. Fabium & C. πίτλιον mendose pro πετίλιον. Alia cognomina tradunt Capitolini scriptores C. Pœtelij quàm Liuius, illi enim Libonem Visolum, hi Balbum, cum Capitolinis faciunt Siculi.

395 *M. Popilius Lænas. Cn. Manlius.*

HOc nomine Liuius & Casiodorus consules produnt in hunc annum. Diodorus M. Popilium Lænatum, & Cn. Manlium Imperiosum. Primus è Popilijs hic fuit, qui Lænas dictus sit, cuius causam in Bruto exponit Cicero, M. Popilius (inquiens) cùm consul esset, eodemq; tempore sacrificium publicum cum lęna faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebis contra patres concitatione & seditione nunciata, vt erat læna amictus, ita venit in concionem seditionemq;, tum authoritate, tum oratione sedauit.

396 *C. Fabius. C. Plautius.*

LIuius & Casiodorus consules memoratos hoc anno habent, apud Diodorum sunt M. Fabius, C. Plotius. In Fastis Siculis est Ambustus & Proculus. In Capitolinis ..... Ambustus, C. Plautius Proculus.

397 *C. Martius. Cn. Manlius.*

DIodorus, Liuius & Casiodorus, consules hoc anno produnt, C. Martium & Cn. Manlium, Cn. Manlius biennio ante primùm consul fuit. Liber Cuspiniani & Fasti Græci Rutilum & Capitolinum habent.

M. Fabius Ambustus II. M. Popilius Lænas II. 398

HOc nomine à Liuio & Casiodoro huius anni consules memorantur, Diodorus cognomina & numeros præterijt, Liber Cuspiniani & Fasti Græci Ambustum II. & Lænatem edunt.

C. Sulpitius Peticus III. M. Valerius Poplicola. 399

QVadringentesimo anno quam vrbs condita erat, quinto & tricesimo quam à Gallis recepta, ablato post XI. annum à plebe consulatu, patricij cõsules ambo ex interregno magistratum inierunt, C. Sulpitius Peticus III. M. Valerius Poplicola, Liuius. Eosdem consules referunt Diodorus & Casiodorus, & Fasti Siculi, cur dissentiat Liuiana summa ab hac digestione, explicant Sigonius & Onuphrius in suis Fastis.

M. Fabius Ambustus III. T. Quintius, vel M. Popilius. 400

HOc etiam anno consules ambo ex Liuio patricij fuerunt M. Fabius Ambustus III. T. Quintius, quamuis in quibusdam annalibus pro T. Quintio M. Popilium cos. se inuenisse scribat. Liuio assentiuntur Diodorus, Casiodorus, itemq; Solinus, qui cap. 41. ex Cornelio Nepote Alexandri natalem, M. Fabio Ambusto, T. Quintio Capitolino coss. scribit. Liber Cuspiniani Ambustum & Capitolinum edit. Hi consules cum ijs qui sequuntur, in Fastis Siculis prætecti sunt.

C. Sulpitius Peticus IIII. M. Valerius Poplicola III. 401

COnsules ambo patricij hoc anno creati, qui hic notantur, authorib. Liuio & Casiodoro. Diodorus cognomina & numeros omittit, subijciens prioribus coss. M. Valerium, C. Sulpitium.

P. Valerius Poplicola. C. Martius Rutilus. 402

L. Valerio Poplicolæ datus est à plebe collega C. Martius Rutilus in hunc annum, vt ait Liuius. Hos vocat Casiodorus P. Valerium, C. Martium Rutilum II. Diodorus M. Fabium, P. Valerium. Fasti Siculi hos cum insequentibus confundunt, qui Rutilum & Pennum inter se comparant.

C. Sulpitius Peticus.... T. vel K. vel C. Quintius Pennus. 403

CReati in hunc annum consules C. Sulpitius Peticus, T. Quintius Pennus, quidam Cæsonem, alij Caium nomen Quintio adijciunt. Sic Liuius, Casiodorus, C. Sulpitium Peticum. T. Quintium Pennum edit. Diodorus C. Sulpitium & C. Quintium.

M. Popilius Lænas. L. Cornelius Scipio. 404

M. Popilium Lænatem à plebe consulem in hunc annum à patribus L. Cornelium Scipionem datum scribit Liuius. Casiodorus M. Popilium Lænatem III. L. Cornelium Scipionem edit: Diodorus C. Cornelium, M. Popillum. Fasti Siculi Scipionem & Lænatem.

L. Furius Camillus. P. Claudius Crassus. 405

DIctator P. Furius Camillus reddidit patribus pristinã possessionẽ consulatus, ipse ob id meritum

tum ingenti patrum studio creatus Consul collegam P. Claudium Crassum dixit. Liuius. Idem consules produntur à Casiodoro. Diodorus Aemilium, T. Quintium edit. Fasti Siculi Camillum & Crassum. Horum consulum meminit Cicero in Catone, cùm ait, Platonem Tarentum venisse L. Camillo ac P. Claudio consulibus, & Gellius lib. 9. cap. 11.

406 *M. Valerius Coruus. M. Popilius Lænas* IIII.

DIctator M. Manlius Torquatus absentem M. Valeriū Coruū (id enim illi deinde cognomen fuit) summo fauore populi tres & vigintiannos natū Consulem renuntiauit, Collega Coruo de plebe M. Popilius Lænas IIII. consul datus est, ita Liuius & Casiodorus. Diodorus triennio post M. Valerium, & M. Popilium edit. In fragmento Capitolino est tantum M. Valerius M. F. M. N. Coruus consul. In Fastis Siculis Coruinus & Lænas.

407 *T. Manlius Torquatus. C. Plautius.*

HOs Liuius & Casiodorus huius anni consules edunt. Fasti Cuspiniani & Siculi Torquatum, & Vennonem. In Capitolino fragmento extant cognomina Manlij Imperiosus Torquatus.

408 *M. Valerius Coruus* II. *C. Pœtelius.*

HI consules memorantur à Liuio & Casiodoro. Fasti Cuspiniani & Siculi consules profitentur Coruinum & Libonem: C. Pœtelius ex dictatura Capitolina anno CDXL. gesta descriptus est. Nam in fragmento huius consulatus extat tantum cognomen eius alterum Visolus.

409 *M. Fabius Dorso. Ser. Sulpitius Camerinus.*

HI Consules in hunc annum creati, autor Liuius & Casiodorus, Diodorus etiam quamquam nō suo loco M. Fabium, & Ser. Sulpitium consules prodit: Fasti Siculi Dorsonem & Mamerinum. Hi ambo Consules patritij fuerunt, quod omisit Liuius.

410 *C. Martius Rutilus* III. *T. Manlius Torquatus* II.

LIuius & Casiodorus cōsules hos hoc anno profitentur: Diodorus item edit C. Martium, C. Manlium Torquatum. Fasti Siculi Rutilum & Torquatum: Eorundem etiam meminit Frontinus libro 1. Stratagematum.

411 *M. Valerius Coruus* III. *A. Cornelius Cossus.*

HOs creatos in hunc annum cum Liuio Casiodorus tradit: M. Valerium & A. Cornelium edit Diodorus, Cicero de diuinatione & Frontinus. Valerium & Cossum, Fasti Siculi. Vterq; patritius est. Is verò qui scripsit de viris illustribus Valerium Maximum & Cornelium Cossum vocat.

412 *C. Martius Rutilus* IIII. *Q. Seruilius.*

LIuius & Casiodorus consules in hunc annum produnt, C. Martium, & Q. Seruilium: Diodorus Q. Seruilium, Martium Rutilum: Ahalam & Rutilum Fasti Siculi, Q. Seruilius Ahala is est, qui magister Equitum fuit anno CDIII.

413 *C. Plautius* II. *L. Aemilius Mamercinus.*

COnsules subsecuti sunt C. Plautius II. & L. Aemilius Mamercus, teste Liuio & Casiodoro: Diodoro autem L. Aemilius, C. Plotius: Fastis Siculis Venno & Mamercinus. Cuspiniani Fasti in hunc annum Vennonem II. & Mamercinum edunt.

T. Manlius Torquatus III. *P. Decius Mus.* 414

TItus Manlius Torquatus III. P. Decius Mus hoc anno consulatū gesserunt, autore Liuio & Casiodoro: Diodorus edit T. Manlium Torquatum, P. Decium: Siculi Fasti Torquatum & Murem: Zonaras Torquatum III. & Decium: Eorundem consulum meminit Plinius lib. 22. cap. 5. Valerius libro 1. cap. 5. vnà cum alijs.

T. Aemilius Mamercinus. Q. Publius Philo. 415

COnsules hoc anno T. Aemilius Mamercus, Q. Publilius Philo à Liuio & Casiodoro memorantur, Diodorus præterit cognomina, Fasti Græci Mamercinum & Philonem edunt. Philo ex tabulis Capitolinis descriptus est.

L. Furius Camillus. C. Mænius. 416

ITa Liuius & Casiodorus: Diodorus L. Furium, & μάνιον mendosè: Camillum & Mænium Fasti Siculi: L. Furium Camillum, C. Menium triumphi Capitolini. C. Mænij consulis meminit Plinius libro 34. cap. 5.

C. Sulpitius Longus. P. Aelius Pætus. 417

SEquutos hos esse consules scribit Liuius & Casiodorus: Diodorus prodit C. Sulpitium: & L. Papirium: Longum & Pætum Fasti Siculi.

L. Papirius Crassus. K. Diutius. 418

L. Papirius Crassus, K. Diutius consules in hunc annum autores Liuius, Casiodorus, & exempto Crasi cognomine Diodorus: Crassus & Diulius est in Fastis Siculis. His de consulibus sic Cicero ad Pætum: L. Papirius Crassus quadriennio postquam dictator fuit, consul factus est cum K. Diutio.

M. Valerius Coruus IIII *M. Attilius Regulus.* 419

HOc anno cum Ausones, qui Cales vrbem incolebant, Sidicinis arma iunxissent, M. Valerius Coruus Maximus Imp. consul IIII. est factus, cui collega additus M. Attilius Regulus, ita Liuius. Eos quoque consules Casiodorus, & præter cognomina Diodorus edunt. cognomina autem extant in Fastis Siculis.

T. Veturius. Sp. Posthumius. 420

DIctatore comitia habente hi creati sunt consules, vt ait Liuius. Eosdem consules edit Casiodorus & Diodorus. Zonaras Tiberium Caluinum & Sp. Posthumium, & rectè, vt Sigonius sentit, Fuit enim Tiberius Veturiorum prænomen. Fasti Græci & liber Cuspiniani Albinum & Caluinum edunt.

Interreges anno I. 421

HOc anno ex summa annorum Capitolina annum sine consulibus Sigonius & Onuphrius interponunt, quamuis huius rei neque apud Liuium, neque alium quenquam mentionem extare viderint, idq; vt rationem habeant summę annorum Varronis. Hoc autem potissimum tempore eum annum interponi debere docent tabulæ Capitolinæ. Nam quum in ijs M. Valerius Coruus Cos. IIII. exaratus sit anno vrbis CDXIX. L. autem Aimilius & C. Plautius anno vrbis CDXIIII. vt hæc inter se consentiant, annum interserere oportet. Eo enim prætermisso & L. Aimilius consul in annum CDXIIII. incideret, & tota annorum summa, quæ apud M. Varronem, & in tabulis Capitolinis est, labafactaretur. Quod autem hoc

tem hoc potißimum anno, annus hic fit interijciendus, diu ante ipsos vidit Gregorius Haloander, qui Chronologiam consulum scriptam reliquit: nam hunc omnino annum sine consulibus notatum præterijt. Putant verò Sigonius & Onuphrius hoc anno magistratuum solitudinem, & sine consulibus Rempublicam fuisse pestilentiæ causa, de qua Liuius scribit.

422 *A. Cornelius II. Cn. Domitius.*

A. Cornelius II, Cn. Dominius consoles referuntur à Liuio & Caßiodoro. Diodorus A. Cornelium & C. Dominum edit. Caluinum & Cossum Fasti Siculi.

423 *M. Claudius Marcellus. C. Valerius Flaccus.*

Creati inde consules M. Claudius Marcellus: C. Valerius, author Liuius & Caßiodorus. Apud Diodorum sunt etiam C. Valerius, M. Clodius, Liuius se Flaccum Potitumq; variè in annalibus cognomen Valerij reperire ait, Orosius Claudiū Marcellum, & Valerium Flaccum edit, Potitum & Marcellum Fasti Siculi, Sigonius & Onuphrius cognomen retinent, vt Potito antiquo Valeriæ gentis cognomini, nouum Flacci cognomen adiunctū esse videatur.

424 *L. Papirius Crassus II. L. Plautius Venno.*

Hi consules hoc anno referuntur à Liuio & Caßiodoro. Diodorus cognomina silet. Crassum & Vennonem produnt Fasti Siculi.

425 *L. Aimilius Mamercinus. C. Plautius.*

Consules deinde, authore Liuio & Caßiodoro, creati L. Aimilius Mamercus & C. Plautius. Diodorus cum L. Plotio L. Papirium edit, Fasti Siculi Mamercinum & Decianum. Vterq; horū quomodo describendus sit triumphus eorum Capitolinus apertè docet. Hi consules Kalend. Quintilibus magistratum inierunt.

426 *P. Plautius Proculus. P. Cornelius Scapula.*

Consules subijcit Liuius & Caßiodorus P. Plautium Proculum & P. Corneliū Scapulam. Diodorus P. Corneliū, A. Postumium. Fasti Siculi Vennonem & Scipionem, Onuphrius hunc non P. sed C. Plautium arbitratur, qui postea in censura quam cum Appio Cæco gesit, ob inquisitas (vt Frontinus scribit) aquæ venas, Venox est appellatus.

427 *L. Cornelius Lentulus. Q. Publius Philo II.*

L. Cornelium Lentulum, Q. Publium Philonem consules in hunc annum comparant Liuius & Caßiodorus. Diodorus L. Cornelium & Q. Publium. Fasti Siculi Lentulum & Philonem.

428 *L. Papirius Mugillanus Cursor. C. Petelius.*

C. Pætelius & L. Papirius consules hoc anno memorantur à Liuio, C. Pætelius III. & L. Papirius Mugillanus à Caßiodoro. Horum consulum meminit Solinus cap. 35. Papirium quidem Liuius hic Mugillanum vocat, sed in alijs annalibus se Cursorem inuenire ait. In Fastis Græcis est Libo & Cursor. Cæterùm C. Pætelius II. non III. scribendus est, vt admonent Sigonius & Onuphrius. Non enim est idē qui consul fuit anno CCCXCIII. sed eius filius.

L. Furius Camillus II. Iunius Brutus Scæua. 429

Consules suggerit Liuius & Caßiodorus L. Furium Camillum II. Iunium Brutum Scæuam. Diodorus L. Furium, D. Iunium, Fasti Siculi Camillum & Brutum.

Lucium Furium, cui Samnium prouincia euenerat, morbo implicitum fortuna bello subtraxit, iussusque Dictatorem dicere, rei gerendæ causa dixit L. Papirium Cursorem longè clarißimū bello ea tempestate, à quo Q. Fabius Maximus Rullianus magister equitum dictus est. Huic postea Cursor, quia iniussu suo, se Romam ad auspicia repetenda profecto, cum Samnitibus prosperè pugnarat, magisterium equitum abrogauit, & in eius locum L. Papirium Crassum sibi cooptauit. Hæc Liuius, Eutropius, Valerius lib. 2. 430

C. Sulpitius Longus II. Q. Aemilius, L. Aulius Cerretanus. 431

Lucius Papirius Dictator antequam magistratu abiret, consules creauit C. Sulpitium Longum II. Q. Aimilium Cerretanum, Aulium quidam annales habent, ita Liuius. Fasti item Siculi Longum & Cerretanum habent. Diodorus mendosè pro Aulio Aelium habet.

Q. Fabius. L. Fulvius. 432

Q. Fabium, L. Fuluium consules in hunc annū produnt Liuius & Caßiodorus. Quos Q. Fabium Maximum Rullianum. L. Fuluium Curuum nominant Capitolini triumphi. Mirum itaq; in Fastis Siculis suggeri Cursorem & Syllam.

T. Veturius Caluinus. Sp. Postumius. 433

Hoc anno T. Veturium Caluinum, & Sp. Postumium consules edunt Liuius & Caßiodorus. Cicero 3. de Offic. eos bis consules esse scribit. Zonaras alterum T. Caluinum vocat familiari gentis Veturiæ prænomine. Fasti Græci Caluinum & Albinum produnt. Horum consulum & Caudinæ pacis meminerunt Cicero de senectute, Plinius de viris illustribus, Gellius lib. 17. cap. 21. Florus lib. 1. cap. 16. Orosius lib. 3. cap. 15.

L. Papirius Cursor II. Q. Publilius Philo. 434

Liuius & Caßiodorus consules in hunc annum produnt Q. Publilium Philonem, L. Papirium Cursorem II. Fasti Siculi Cursorem & Philonem. Cæterùm Philonem nunc III. consulem esse superiores consulatus ostendunt.

L. Papirius Cursor vel Mugillanus. Q. Aulius Cerretanus II. 435

Liuius ambigi ait Cursorne Papirius hoc anno cum Q. Aemilio Cerretano iterum ob rem benè gestam Luceriæ continuato magistratu consul tertiùm creatus sit, an L. Papirius Mugillanus, & in eo cognomine erratum sit. Caßiodorus L. Papirium, Q. Aulium Cerretanum edit, Papirium & Cerretanum Fasti Siculi. Cursorem autem non Mugillanum probat Capitolinus eius triumphus. Author libri Cuspiniani alios annales secutus Mugillanum edit.

436 *M. Fossius Flaccinator. L. Plautius Venno.*

CVm duodecim sequentibus annis integras habeamus tabulas Capitolinas, non erit multum laborandum in magistratuum nominibus restituendis. Ex verò & Liuius & Casiodorus in hunc annũ consules edunt M. Foslium Flaccinatorem, L. Plautium Vennonem. Diodorus L. Plotion, μάνιον φύλβιον. Vennonem & Flaccum Fasti Siculi.

437 *C. Iunius Bubulcus. Q. Aemilius Barbula.*

COnsules suggerit Casiodorus C. Iunium, Q. Aemiliũ, Liuius C. Iunium Bubulcum, Q. Aemilium Barbulam, Capitolinus lapis Q. Aemilium Barbulam, C. Iunium Bubulcum Brutum.

438 *Sp. Nautius. M. Popilius.*

DEinceps Sp. Nautium, M. Popilium, consules edunt Liuius & Casiodorus. Rutilus & Lænas eorum cognomina à Sigonio restituta sunt, quæ eadem quoque extant in Fastis Siculis.

439 *L. Papirius Cursor IIII. Q. Publilius Philo IIII.*

NOmina consulum huius anni librariorum culpa exciderunt apud Liuium. Ea verò sunt L. Papirius IIII. Q. Publilius Philo. VI. vt apud Casiodorum & in tabulis Capitolinis, & in libro Cuspiniani scriptum est, vbi est Cursor & Philo. Fastis Siculis est Cursor & Lænas.

440 *M. Pætelius. C. Sulpitius.*

CAium Sulpitium, M. Pætelium consules memorat in hunc annum Liuius & Casiodorus. Diodorus autem C. Sulpitium & μάρκον πόπλιον mendosè pro ποτίλιον. Capitolini scriptores M. Pætelium Libonem. C. Sulpitium Longum III. Siculi Lõgum & σαμνίτον. Sed vt rectè Sigonius putat per mendam.

441 *L. Papirius Cursor V. C. Iunius Bubulcus II.*

LVcium Papirium Quintum, C. Iunium consules in hunc annum edit Diodorus, Cursorem & Bubulcum Fasti Siculi. Liuius autem & Casiodorus L. Papirium Cursorem V. C. Iunium Bubulcum II. Horum etiam consulum meminit Festus libro 18.

442 *M. Valerius. P. Decius.*

MArcum Valerium Maximum, P. Decium, consules insecutos esse Liuius. M. Valerium, Pub. Decium Casiodorus scribunt. Frontinus de aquæductibus horum consulum meminit. Quos triginta annis post initium belli Samnitici fuisse scribit Pub. Decium Murem, pôst vocat Liuius. Maximum & Murem Fasti Siculi.

443 *C. Iunius Bubulcus II. Q. Aemilius Barbula II.*

COnsules hôc anno apud Liuium reperiuntur C. Iunius Bubulcus III. Q. Aemilius Barbula II. itidem apud Casiodorum. Apud Diodorum C. Iunius, Q. Aemilius. In Fastis Siculis est Bubulcus & Barbula. Eadem nomina sunt etiam in Capitolinis, quæ apud Liuium.

C. Martius Rutilus. Q. Fabius. 444

CAius Martius Rutilus, Q. Fabius consules sunt in hunc annum apud Liuium. Apud Casiodorum, C. Martius Rutilus, Q. Fabius II. Apud Diodorum C. Martius, Q. Fabius iterum, in Fastis Siculis Rullus & Rutilus, Capitolinis Q. Fabius Maximus, Bullianus II. C. Martius Rutilus, qui postea Censorinus in secunda censura anno CDXCVIII. appellatus est.

Sine consulibus: Dictatore II. L. Papirio Dictatore. 445

HVnc quoque sine consulibus annum interposuit Verrius Flaccus, in quo Lucium Papirium Dictatorem cum C. Iunio Bubulco Bruto II. magister equitum tradit. Eum annum Diodorus, Liuius, Fasti Græci, liber Cuspiniani & Casiodorus transcendunt. Nam Liuius scribit L. Papirium Cursorem C. Iunio Bubulco, &c. consulem dictum quod res non satis prosperè à C. Martio consule in Samnitibus essent gestæ. Hanc anni interpositionem Onuphrius probauit, vt annorum Varronis summa, quæ tabulis Capitolinis annum addit, constet, cuius sententiam & nos sequi voluimus.

Q. Fabius. P. Decius. 446

FAbio continuatum consulatum ob egregiè domitam Hetruriam, eundemque Decio collegam datum prodit Liuius. Casiodorus consules Q. Fabium III. P. Decium II. profitetur. Diodorus P. Decium, Q. Fabium, Fasti Siculi Murem & Rullum. Capitolini P. Decium Murem II. Q. Fabium Maximum Rullianum III.

App. Claudius L. Volumnius. 447

DEinceps secutos consules Appium Claudium, & L. Volumnium prodit Liuius. Casiodorus & Diodorus Appium & Violentem. Fasti Siculi Appium Claudium Cæcum, L. Volumnium. Flammam Violentem Capitolini. Violens ne an Violensis in alterius consulis cognomine dicendum sit, animaduertendum monet Onuphrius. Lapis enim Capitolinus semper Violens scribit. At Fasti Græci Appium & βιολέντος edunt, quasi Violensem.

Q. Marcius Tremulus. P. Cornelius Aruina. 448

COnsules in hunc annum edunt Q. Martium Tremulum cum collega adiuncto, Liuius & Casiodorus, Q. Martium, P. Cornelium Diodorus, Tremulum & Aruinam Fasti Siculi.

L. Postumius. T. Minutius. 449

LVcius Postumius, T. Minutius consules referuntur à Diodoro, Liuio, & Casiodoro. Liber Cuspiniani Megellum edit & Augurinum. Hos consules L. Piso, Q. Fabio & P. Decio suggerit, biennio exempto quo Claudium consules factos esse tradidimus, memoriáne fugerit in annalibus digerendis, an consulto omiserit, duos consules falsos ratus transcenderit incertum est, ita Liuius, &c. Hoc anno Megellum Postumij cognomen, & Tiberium Minutij, Marcum Fuluij prænomina edit fragmentum

tum Capitolinum. Fuluij cognomina fuerunt, Curuus Pætinus, vt scriptum est in triumpho eius.

450 *P. Sempronius Sophus.* *P. Sulpitius Sauerrio.*

COnsules insecuti sunt P. Sulpitius Sauerrio, P. Sempronius Sophus, authores Liuius & Cassiodorus. Apud Diodorum P. Sulpitius, P. Sempronius, in Fastis Siculis Sempronius & Sauerrio. Horum consulum meminit Plinius lib. 33. Sed Sempronium Longum vocat. Ambo ex eorum triumphis Capitolinis descripti sunt, in consulatu enim tantum extat Sophus & Publius.

451 *L. Genutius.* *Ser. Cornelius.*

DIodorus, Liuius, & Cassiodorus, consules hoc anno memorant L. Genutium, & Seruiū Cornelium. Auentinensem & Lentulum Fasti Siculi. Cornelio etiam cognomen Lentulum adijciunt Capitolini scriptores.

452 *M. Liuius Denter.* *M. Aemylius.*

COnsules hoc anno nominat Liuius M. Liuium, C. Aemylium, Cassiodorus M. Liuium, L. Aemylium. Diodorus M. Liuium, M. Aemylium, De prænomine Aemylij Diodoro potius credendum Sigonius & Onuphrius existimant, quàm alijs, præsertim cùm apud Liuium mentio sit anno sequenti M. Aemylij Pauli magistri equitum, quem eundem cum hoc consule esse ducunt. M. Liuius Denter scribitur in Fastis Capitolinis, quod cognomen etiam adijcit Liuijs alio loco Liuius. Cuspiniani item liber Dentrem & Paulum tanquam horum cognomina consulum edit. Dentrem & Aemylium Fasti Siculi.

453 *Duo dictatores sine consulibus.*

ET hunc annum quoque duorum dictatorum sine consulibus Fastis suis ex Capitolinorum tamen fragmentorum authoritate interponit Onuphrius, vt Varronis annorum summa omnino conueniat, quæ hoc præterito tota laberetur, quamuis Diodorus, Liuius & Cassiodorus, dissentiant, annumq; hunc omnino prætereant. De quo latius vide Onuphrium in Fastis anno CDLIII.

454 *M. Valerius.* *Q. Apuleius Pansa.*

MArco Liuio & M. Aemylio duorum dictatorum sine consulibus anno præterito, Liuius & Cassiodorus consules suggerunt M. Valerium, & Q. Apuleium Pansam. Fasti Græci Coruinum & Pansam. M. autem Valerium Maximum videtur intelligere Liuius, quod eum ex dictatura consulem factū ait. Dictatorem autem M. Valerium Maximum, superiori anno apertè scribit.

455 *M. Fuluius Pætus.* *T. Manlius Torquatus.*

IN hunc annum consules profitentur Liuius, Cassiodorus, M. Fuluium Pætum, T. Manlium Torquatum. Pætinum & Torquatum Fasti Siculi. Liuius Q. Fabium consulatum sibi non petenti oblatum ait recusasse. Cæterùm T. Manlio consuli Etruria, quæ aduersus inducias bellum parabat, euenit. Is autem vix dum ingressus hostium fines, cùm exerceretur inter equites ab rapido cursu circumagendo equo effusus extempló propè expirauit, tertius ab eo casu dies vitæ fuit. M. Valerium omnes centuriæ dixere, quem senatus Dictatorem iussurus erat. Hęc Liuius. M. autem Valerium Coruum intelligit, quem Cicero de senectute, Valerius Maximus libro 8. capite 14. Plinius lib. 7. cap. 48. Plutarchus in C. Mario VI. consulem fuisse scribunt, cuius inter primum & sextum consulatum XLVI. annos fuisse, quanquam Plutarchus XLV. scribit. Omnes tamen Coruinum non Coruum, appellant.

L. Cornelius Scipio. *Cn. Fuluius.* 456

CN. Fuluius, & L. Cornelius Scipio consules memorantur à Liuio & Cassiodoro, Scipio & Centumalus à libro Cuspiniani, Scipio & Maximos à Fastis Græcis.

Q. Fabius Maximus IIII. *P. Decius Mus* III. 457

LIuius & Cassiodorus consules in hunc annum profitentur Q. Fabium Maximum IIII. & P. Decium Murem III. Eosdem referunt liber Cuspiniani & Fasti Græci, P. Decij ter consulis meminit author de viris illustribus, & Frontinus in libro Stratagematum.

L. Volumnius. *App. Claudius.* 458

L. Volumnius de plebe, App. Claudius ex patribus consul in hunc annum factus, qui priore consulatu inter se item comparati fuerunt. Liuius & Cassiodorus. In Fastis etiam Siculis est Claudius & Violens. Cicero autem in Catone author est, inter duos App. Cæci consulatus annos decem interfuisse.

Q. Fabius V. *P. Decius* IIII. 459

DEinceps subsecutos consules esse Q. Fabium V. P. Decium IIII. qui iam duobus consulatibus & censura collega fuerant, author est Liuius & Cassiodorus. Rullum & Murem Fasti Siculi, quorū consulum meminerunt Cicero sæpissimè, Valerius Maximus, Paterculus, Plutarchus, Frontinus primo Stratagematum, author de viris illustribus, Eutropius, Orosius & alij, qui omnes referunt. P. Decium consulem patris exemplum secutum, se pro legionibus deuouisse, atque morte sua victoriam egregiam populo Romano attulisse.

L. Postumius Megellus. *M. Atilius Regulus.* 460

INsequuti deinceps cōsules sunt L. Postumius Megellus, M. Atilius Regulus, author Liuius & Cassiodorus. In Fastis Siculis sunt cognomina Megelli & Reguli.

L. Papirius Cursor. *Sp. Caruilius.* 461

IN hunc annum consules fuerunt L. Papirius Cursor, & Sp. Caruilius, authore Liuio & Cassiodoro. Cursor & Maximus Fastis Siculis, lapis Capitolinus Papirij L. F. Sp. N. Cursoris meminit, quem Liuius Papirij V. cos. filium scribit. Horum consulum meminerunt Plinius Veronensis lib. 7. cap. 60. Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. Velleius lib. 2. Et idem Liuius in anno CDLVI.

Q. Fabius Gurges Maximus. *Decius Iunius Brutus Scæualius F.* 462

INsequens annus consules habuit Q. Fabium Gurgitem, D. Iunium Brutum, Scæuam, teste Liuio &

Casſiodoro. Iunium Brutum, Q. Fabium Maximum, Zonaras. Maximum & Scæuam Faſti Cuſpiniani, Brutum & Maximum Siculi, Fabium Q. Maximi Rulliani, quinquies ante conſulis filium Liuius, Plinius lib. 7. Capitolinæ tabulæ & Zonaras prodiderunt.

Finis conſulum primæ Decadis.

463 *L. Poſtumius. C. Iunius.*

CVm ex hoc conſulatu Liuij libri x. interciderunt, quem locupletisſimum authorem huius hiſtoriæ huc vſque habuimus, iamq; maximis annalium præſidijs propè deſtituti ſimus, Diodori, Dionyſij & Liuij, abhinc Casſiodori, Faſtis Siculis, & libro Cuſpiniani in primis authoribus vtemur in annis per conſules digerendis, neque verò interea ſi quid ab alijs nobis adiumenti ſuppeditabitur reijciemus. In hunc igitur annum conſules creatos eſſe L. Poſtumium, & C. Iunium ſcribit Casſiodorus, quorum cognomina Megellum & Brutum Bubulcum, ne Faſti quidem Cuſpiniani & Siculi omiſerunt. Meminit horum Liuius lib. 28. cùm ait: Lucius Poſtumius Megellus interrex ijs comitijs, quæ ipſe habuit, cum C. Bubulco conſul creatus eſt.

464 *P. Cornelius Rufinus. M' Curius Dentatus.*

COnſules hoc anno digeruntur à Casſiodoro P. Cornelius Rufinus & M' Curius Dentatus, pro quibus in Faſtis Siculis Maximus III. & Mus VI. Horum verò cõſulum meminit Cicero in Catone. Paterculus lib. 1. Valerius Maximus lib. 6. cap. 3. Plinius lib. 7. cap. 50. M' verò Curius Dentatus appellatus eſt, vt Plinius ſcribit lib. 6. cap. 16. quod cum dentibus natus eſſet.

465 *M. Valerius. Q. Cedicius.*

MArcus Valerius, Q. Cædicius, poſtea conſules fuerunt, authore Casſiodoro. Liber antiquus Cuſpiniani cognomina addit Coruini & Noctuæ, quæ in Faſtis Siculis prætereuntur. Faſti Græci Maximum & Murem legunt. Nam Valeriorum Coruinorum Maximus quoque cognomen eſt.

466 *Q. Martius. P. Cornelius.*

CAſſiodorus hoc anno conſules edit Q. Martiũ, P. Cornelium. Liber Cuſpiniani & Faſti Græci cognomina addunt, Tremulum II. & Aruinum II. qui vnà conſules antea fuerunt.

467 *M. Marcellus. Sp. Nautius.*

CAſſiodorus conſules in hunc annum profitetur, M. Marcellum, Cn. Nautium: Faſti Græci & liber Cuſpiniani Marcellum & Rutilum.

M. Valerius. C. Aelius.

468 MArcus Valerius, C. Aelius conſules digeruntur hoc anno à Casſiodoro: Maximum & Pætum edit liber Cuſpiniani. Faſti verò Græci Potitum & Pætum. Eſt autem tam Maximus quàm Potitus Valeriorum cognomen.

499 *C. Claudius. M. Aemilius.*

CAſſiodorus conſules edit C. Claudium, M. Aimilium. Faſti Græci & liber Cuſpiniani Caninam & Lepidum, quorum illud Claudij, hoc Aemilij cognomen eſt.

C. Seruilius. L. Cæcilius. 470

C. Seruilius L. Cæcilius Metellus conſules digeruntur à Casſiodoro, nam quòd in quibuſdã Casſiodori codicibus pro L. Cæcilio ſit Cœlius, id mendum eſt, vt Sigonius & Onuphrius annotarunt. Seruilio cõſuli Faſti Græci cognomen Tuccam adijciunt, quem cum Dentone conſulem edunt pro Dentre, vt Sigonius cum Onuphrio exiſtimat. Eſt enim Denter etiam cognomen Cæciliorum, vt ex Liuio apparet.

P. Cornelius Dolabella. Cn. Domitius. 471

P. Cornelium Dolabellam, Cn. Domitium conſules ſuggerit Casſiodorus, Dolabellã & Caluum Faſti Cuſpiniani, Dolabellam Maximum Siculi, Maximum autem Dolabellæ cognomen putant quidam, quod ex Gallici belli parta laude ſibi videtur comparaſſe.

C. Fabritius. Q. Aemilius. 472

CAium Fabritium, Q. Aemilium, conſules ſubijcit Casſiodorus, Luſcinum & Papum Faſti Siculi. Horum autem ſic meminit Cicero in Lælio: Videmus Papum Aemilium C. Luſcino familiarem fuiſſe, ſic à patribus accepimus, bis vnà conſules & collegas in cenſum. Præterea C. Fabritij & Q. Aemilij Papi meminit etiam Valerius capite de paupertate, Aemilium mendoſe Paulum vocat Plutarchus in Parallelis.

L. Aimilius. Q. Martius. 473

COnſules ſecuti ſunt, authore Casſiodoro, L. Aimilius & Q. Martius, quibus liber Cuſpiniani & Faſti Græci addunt cognomina Barbulam & Philippum, idque ex eorum triumphis Capitolinis intelligi poteſt.

P. Valerius. Tit. Coruncanius. 474

PVblius Valerius & Tit. Coruncanius conſules hoc anno digeruntur à Casſiodoro: Faſti Græci, liber Cuſpiniani, Florus, Oroſius, Eutropius, Valerio Læuini cognomen addunt: Plutarchus ἀλβῖνον habet pro λαιβῖνον.

P. Sulpitius. P. Decius. 475

DEinceps P. Sulpitium cum P. Decio conſules ſuggerit Casſiodorus. Sauennionem & Murem Faſti Siculi: P. Decium P. Decij, qui ſe Samnitico & Gallico bello deuouit, filium fuiſſe, author eſt Cicero lib. 2. de finibus, & in Thuſculanis diſputationibus.

C. Fabritius. Q. Aemilius. 476

CAium Fabritium & Q. Aemilium conſules ſuggerit Casſiodorus, quos liber Cuſpiniani & Faſti Græci Luſcinum II. & Papum vocant. Eos autem vnà antè in conſulatu collegas fuiſſe ſcribit Cicero in Lælio. Eorundem meminerunt Plutarchus in Pyrrho, Gellius lib. 3. cap. 8. Eutropius & Zonaras.

P. Cornelius. C. Iunius. 477

P. Cornelius & C. Iunius conſules hoc anno memorãtur à Casſiodoro. Liber Cuſpiniani Rufinum II. & Brutũ: Faſti Græci Rufinum & Bubulcum,

Zonaras

Zonaras Rufinum & Iunium edunt. Publij Rufini II. consulis, meminerunt Cicero 2. de Oratore, Valerius Maximus lib. 3. cap. 4. Gellius lib. 4. cap. 8. & lib. 17. cap. 21. Frontinus in libro Stratagematum.

478 *Q. Fabius. C. Genutius.*

Q. Fabium, C. Genutium cōsules suggerit Cassiodorus, Gurgitem & Clepsinam Fasti Siculi. Horum consulum sic meminit Orosius, Fabio gurgite II. C. Genutio Clepsina consulibus, pestilentia grauis vrbem & fines eius inuasit.

479 *M' Curius. L. Lentulus.*

DEinceps M' Curium, L. Lentulum, subijcit consules Cassiodorus & Eutropius, Dentatum & Lentulum Fasti Siculi. Hic est tertius M' Curij consulatus, qui vnà cum Lentuli consulatu ex Capitolino huius anni triumpho descriptus est.

480 *Ser. Cornelius. M' Curius.*

SEruium Cornelium, & M' Curium consules hoc anno, Cassiodorus profitetur: Merēdam & Dentatum III. liber Cuspiniani & Fasti Græci: M' Curius nunc IIII. consul est, ter enim antè fuit. De Seruio Cornelio Merenda Plinius mētionem facit, scribens eum à L. Lentulo consule, anno priore capto Samnitium oppido coronam ex auro accepisse.

481 *C. Fabritius. C. Claudius.*

CAssiodoros suggerit consules C. Fabritium, C. Claudium. Fasti Siculi Licinum & Caninam. Cuspiniani Licinū & Cinnam. Eutropius Fabium Licinium & C. Claudium Caninam. Velleius Fabium Dorsonem & Cl. Caninam. Ex quo intelligi potest hos consules vocatos C. Fabium Dorsonem Licinum: & C. Claudium Caninam. Nam Dorso antiquum fuit Fabiorum cognomen.

482 *L. Papirius Cursor. Sp. Caruilius.*

SP. Caruilium, L. Papirium Cursorem, consules deinceps prodit Cassiodorus. Cursorem & Maximum Fasti Siculi & Cuspiniani. Hi ambo iterū consules fuerunt, quod ex Capitolinis eorum triumphis liquet. Meminit horum Frontinus de aquæ ductibus, & Liuius lib. 24.

483 *C. Quintius. L. Genutius.*

C. Quintium & L. Genutium consules prodit Cassiodorus, liber Cuspiniani & Fasti Græci cognomina addunt Claudium & Clepsinam: Liuius lib. 7. T. Quintij meminit altero pede claudi, à quo fortè hoc cognomen tractum.

484 *C. Genutius. Cn. Cornelius.*

CAssiodorus hoc anno consules tradit C. Genutium, Cn. Cornelium. Quorum cognomina Clepsina & Blasio, vt est in libro Cuspiniani. C. Genutius est idem qui antea consul fuit, Cn. Blasio ex Capitolina censura descriptus est. Hos prætereunt Fasti Græci.

485 *P. Sempronius. Appius Claudius, Alij. Q. Ogulphius. Fabius Pictor.*

CAssiodorus Cornelio, & Genutio consulibus, P. Sempronium, & App. Claudium suggerit. Atque Quintium Gulonem, Fabium Pictorem cōsulto transcēdit. liber verò Cuspiniani, & Fasti Græci Gallum & Pictorem, Zonaras Q. Gallum & C. Fabium edunt: quorum meminit Eutropius, cùm ait: Q. Gulone Fabio Pictore consulibus Picentes bellum commouere, & ab insequentibus consulibus Publio Sempronio, Ap. Claudio victi sunt. Et Plinius lib. 33. cap. 3. Q. Fabio consule, inquit, argentum signatum annis quinque ante Punicum bellum. Hos etiam numerat Velleius lib. 1. Cæterùm Sigonius & Onuphrius admonent librum Eutropij in altero horum consulum graue mendum habere, & pro Quintio Gulone Q. Ogulphium reponendum, Gulonis enim nullibi præterea mentio est, vt sit Q. Ogulnius L. F. A. N. Gallus, qui paulò ante legatus ad Ptolemæum missus est. Cadit autē præclarè, vt Ogulnius plebeius cum Fabio patricio compareat. Et Ogulnij nomen in vetustissimis Eutropij manuscriptis codicibus inueniri Onuphrius testatur. Cumq; huic sententiæ tam Fasti Græci quàm Zonaras, & emendatiora antiquioraq; Eutropij exemplaria adstipulentur. Illam quoque Hubertus Goltzius in suis cōsulum Fastis amplectitur maximè, cùm & nummi antiqui huic suffragentur. Interim verò & hoc obseruandum sæpè in antiquissimis nummis pro G litera C scribi, vt hic in Ogulnij, Ocul. Cal. pro Ogul. Galba.

P. Sempronius. App. Claudius. 486

PRioris anni consulatum Ogulnio & Fabio Pictori ex authoritate Eutropij Fastorum Græcorum, Cuspiniani, Zonaræ, aliorumque eum Onuphrio tribuentes: P. Sempronium & App. Claudium huius anni consules statuemus: quos Velleius libro primo Sempronium Sophum, & Appium Cæci filium vocat. Fasti Græci Sempronium & Rufum Sophum, & Rufum liber Cuspiniani. Porrò hoc quoque Goltzius admonet, Sempronij cognomen in antiquis nummismatibus sine aspiratione scribi Sopus, quod nec ipsum in antiquis nummismatibus infrequens est: Legimus enim & in alijs Pilippus, Tampilus, Graccus, pulcer, triumpus pro Philippus Tamphilus, Gracchus, pulcher, triumphus, & similia.

M. Attilius. L. Iulius Libo. 487

MArcum Attilium, L. Iulium Libonem suggerit Eutropius. Regulum & Libonem Fasti Siculi. M. Attilium, L. Iulium, Cassiodorus vterq; ex triumphis Capitolinis descriptus est.

D. Iunius. N. Fabius. 488

D. Iunium, & N. Fabium cōsules hoc anno edit Cassiodorus, Peram & Pictorem Fasti Siculi. D. Iunium, D. F. D. N. Peram N. Fabium C. F. M. N. Pictorem Capitolini triumphi. Vnde hi Fabij Pictoris cognomen inuenerint, refert Plinius lib. 35. cap. 4. Fabium Gurgitem & N. Fabium Pictorem eodem tempore vixisse innuit Valerius Maximus libro 4. capite 3.

Q. Fabius Maximus. L. Mamilius Vitulus. 489

CAssiodorus & hunc quoque annum præterit. Fasti Græci Maximum & Vitulum. Zonaras Q. Fabium & Aemilium, haud dubiè codicum errore pro Mamilio. Cuspinianus ex antiquis codicibus Q. Fabium Maximum, & L. Mamiliū consules edit. Onuphrius Q. Fabium Maximum Gurgitem III. esse existimat.

490 *App. Claudius. M. Fuluius.*

HOrum consulum præter tabulas Capirolinas meminerunt Polybius lib. 1. Gellius, qui App. Claudium Cæci fratrem Caudicem & M. Fuluium Flaccum vocat. Itemq; Liuius, Paterculus, Plinius de viris illustribus, Appianus, Florus, Frontinus lib. 1. Stratagem. Eutropius, Orosius, & Casiodorus.

491 *M' Valerius. M' Otacilius.*

M' Valerium, M' Otacilium consules suggerunt Casiodorus atq; Eutropius. Valerium Maximum & Otacilium Crassum, Zonaras. Maximum Messalam & Crassum Fasti Cuspiniani & Siculi. De his consulibns mentionem faciunt Verrius Flaccus, Polybius, Casiodorus, Eutropius, & ex Varrone Macrobius, qui etiam causam reddit cur M' Valerius in hoc honore Messala appellatus sit. Item Plinius lib. 6. & 35. cap. 60. & 4.

492 *L. Postumius. Q. Mamilius.*

COnsules subdunt Casiodorus & Polybius L. Postumium, Q. Mamiliū, Zonaras Postumium Albinum, & Q. Mamilium, Fasti Siculi Albinum & Vitulum. At Capitolini L. Postumium, L. F. L. N. Megellum, Q. Mamilium, Q. F. M. N. Vitulum.

493 *L. Valerius. T. Otacilius.*

LVcium Valerium, T. Otacilium, consules comparant inter se in hunc aonum Polybius & Casiodorus. Valerij cognomē est Flaccus Otacilij Crassus, vt est in Capitolinis tabulis, itemq; Siculis.

494 *Cn. Cornelius. C. Duilius.*

COnsules suggerit Casiodorus & Zonaras Cn. Corneliom, C. Duilium. Item etiā Polybius. Præterquam quod λίβιον habet pro δυίλιον. Scipionem & Duilium Fasti Siculi. Cn. Cornelius Scipio Asina nominatur à Capitolinis scriptoribus, Orosio, Eutropio, & Valerio lib. 6. cap. 10. de quo cognomine sic Macrobius lib. 1. Saturn. Asinæ cognomentum Cornelijs datū est, quoniam princeps Corneliæ gentis empto fundo, seu filia data matrimnnio, cùm sponsores ab eo solenniter poscerentur, Asinam cum pecuniæ onere produxit in forum, quasi pro sponsoribus præsens pignus.

495 *C. Aquilius M. F. L. Cornelius L. F.*

CAium Aquilium, L. Cornelium consules Casiodorus, Florum & Scipionem, Fasti Siculi, C. Florum L. Scipionem Zonaras, C. Aquilium Florum, L. Cornelium Scipionem, Eutropius & Orosius suggerunt. Hos prætermittit Polybius. Tabulæ Capitolinæ cum annalibus Eutropij & Orosij consentiunt.

496 *A. Atilius Calatinus. Q. Sulpitius.*

AVlum Atilium, C. Sulpitium consules edit in hunc annū Polybius. A. Atilium Calatiuum, C. Sulpitium, Casiodorus, Calatinum & Paterculum Fasti Siculi & Cuspiniani. A. Atilium Calatinū C. Sulpitium Paterculum, Capitolini. Atilium Calatinum, C. Sulpitium, Zooaras. De his consulibus Polybius, Cicero, Valerius, Florus, Frontinus in Stratag. Plinius Iunior, Gellius, Eutropius & Casiodorus mentionem faciuut. Cæterùm in prænomine Sulpitij Paterculi ipsę inter se tabulæ Capitolinæ discrepant, illæ scilicet in quibus triumphi annotati sunt, à tabulis consulatuum & reliqunrum magistratuum. in his enim Quintus, in illis Caius vocatur. Vnde Goltzius conijcit, non eundem fuisse autorem tabularum triumphalium & consularium.

Cn. Cornelius. C. Atilius. 497

CN. Cornelium, C. Atilinm Serranum consules prodit Casiodorus, C. Atilium Polybius. C. Atilium Regulum Capirolinæ tabulæ. Regulum & Blasionem iterum Fasti Cuspiniani & Siculi. Cæterùm vnde Atilius Serranus dictus sit docet Plinius libro 18. inquiens: Ipsorum tunc manibus imperatorum colebantur agri (vt vas est credere) gaudēte terra vomere laureato, & triumphali aratore, serentem inuenerunt, dati honores Serranum. Vnde cognomen: Ad Blasionem verò quod attinet: Cuspiniani sententiā reliqui ferè omnes sequuntur: At Goltzius putat eum ab isto qui prius cōsul fuit, diuersum esse, ideoq; hunc Cn. filium L. Nepotem scribit, non addito II.

Q. Cæditius. L. Manlius. 498

Q. Cæditium, L. Manlium consules edit deinceps Casiodorus: Vulsonem & Cæditium Fasti Siculi, M. Regulum, L. Manlium Zonaras, M. Atilium Regulum L. Manliom Vulsonē Eutropius, M. Atilium, L. Manlium Polybius. Horum consulum meminit Insenus lib. 41. Est autem intelligendum Q. Cæditium in magistratu mortuum, M. Atilium in eius locum subrogatum atq; iterum factum esse, quod ex Capitolinis tabulis patet, in quibus est L. Manlius Vulso Longus, & in locum Q. Cæditij M. Atilius Regulus II. & ex libro Cuspiniani, apud quem est Longus & Regulus.

M. Aemylius Paulus. Ser. Fuluius Nobilior. 499

SEruium Fuluium, M. Aimilium, cōsules in hunc annum prodit Polybius. Nubiliorem & Paulum Fasti Cuspiniani: Pęnnum & Paulum Siculi. Seruiū Fuluium nobiliorem. M. Aimilium Paulum Casiodorus, & cum Fastis Capitolinis Eutropius.

Cn. Cornelius. A. Atilius. 500

CN. Cornelium, A. Atilium cōsules memorat in hunc annum Casiodorus & Polybius. A. Atilium Calatinum II. Cn. Cornelium Scipionem Asinam II. scribunt Capitolini authores. De Cn. Cornelio Asina consule II. sic scribit Valerius lib. 6. Cn. Cornelius Scipio Asina, qui consul à Pœnis apud Liporas captus fuit, cum belli iure omnia perdidisset, cuncta recuperauit, consul iterum creatus, ita ex consule captiuus, ex captiuo iterum consul factus.

Cn. Seruilius. C. Sempronius. 501

COnsules suggerit Casiodorus & Polybius, Cn. Seruilium, C. Sempronium Cæpionem, & Blęsum Fasti Siculi. Seruilium Cæpionem, & C. Sempronium Zonaras, Cn. Seruilium Cæpionem. C. Sempronium Blæsum, Eutropius & Orosius. Eorundem etiam meminit Solinus cap. 30. & lapis Capitolinus.

C. Aurelius Cotta. P. Seruilius. 502

COnsules subijcit Casiodorus C. Aurelium Cottam, & P. Geminum. Cottam & Geminum Fasti Siculi, C. Aurelium Cottam, P. Seruilium Geminum

Geminum Capitolini, P. Seruilium, C. Aureliū Zonaras. Cicero in Lucullo C. Cottam cum P. Seruilio Gemino bis consulem fuisse scribit. C. Cottæ consulis in Sicilia meminit etiam Frootinus libro 4. de Stratagematis, & Orosius.

503 *L. Cæcilius Metellus. C. Furius.*

L. Cæcilium Metellum, Cn. Furium consules Polybius suggerit. Metellum & Pacilum Fasti Siculi, Cæcilium Metellum, C. Furium Zonaras, L. Cæcilium, C. Furium Caßiodorus, L. Cæciliū Metellum, Cn. Furium Pacilum Eutropius, Orosius, & lapis Capitolinos. Hic est L. Metellus bis consul, & Pont. Max. de quo Plinius lib. 7. cap. 43.

504 *C. Atilius Regulus. L. Manlius.*

C. Atiliom, L. Manlium consules edit hoc anno Polybius. C. Atilium Regulum, L. Manlium Caßiodorus, C. Atilium Regulum, L. Manlium Vulsonem ambos iterum, Orosius & lapis Capitolinus, C. Atilium Reguli fratrem, & L. Manlium Zonaras. Regulum & Vulsonem Fasti Siculi.

505 *P. Claudius. L. Iunius.*

COnsules subijcit P. Claudium, L. Iunium Caßiodorus & Polybius, L. Iunium Claudium Polchrum Zonaras, Claudium Pulchrum Florus, & Suetonius in Tiberio, Iunio Pullum Censorinus cognomina adijciunt, quæ eadem etiam sunt in Siculis & Capitolinis tabulis. Hunc P. Claudium Cicero de diuinatione & de natura deorum, App. Cæci filium, Plinius lib. 7. cap. 43. nepotem vocant, cum Cicerone stant Capitolini scriptores. Eorundem consulum meminit Valerius lib. 1. cap. 4.

506 *P. Seruilius. C. Aurelius.*

P. Seruilium, C. Aurelium consules suggerit Caßiodorus. Hos bis consules fuisse scribit in Lucullo Cicero. Quod etiam ex Capitolinis & Siculis tabulis intelligitur. In quibus cognomina horum sunt Geminus II. & Cotta II.

507 *L. Cæcilius. N. Fabius.*

L. Cæcilium, M. Fabium cōsules in hunc annum edit Caßiodorus. Cæcilium Metellum & Numerium Fabium Zonaras, Metellum II. & Buteonem II. Fasti Cuspiniani & Siculi. L. Cæcilium Metellum II. N. Fabium Boteonem II. Capitolinæ. Metellum bis consulem fuisse tradit etiam Plinius lib. 7.

508 *M' Fabius. M' Otacilius.*

M' Fabium, M' Otacilium cōsules suggerit Caßiodorus, Crassum & Licinium Fasti Siculi. Fabium Licinium & Otacilium Crassum, Gellius libro 10. cap. 6. M. Fabium Licinum, M. Otacilium Crassum Capitolioi lapides. Meminit horum consulum præter Gellium loco præallegato, & ex Liuio Florus in Epitoma XIX. & Suetonius in Tiberio.

509 *M. Fabius. C. Atilius.*

M. Fabium, C. Atilium consulem in huoc annum numerat Caßiodorus, Buteooem & Bulbum Siculæ tabulæ, M. Fabium Buteonem, C. Atilium Bulbum Capitolinæ. De Fabij consulis naufragio tradit Florus ex Liuij lib. 19.

A. Manlius. C. Sempronius. 510

CAßiodorus consules prodit A. Manliū, C. Sempronium, Torquatum & Blesum Fasti Siculi, Atticum & Blesum liber Cuspiniani. A. Manlium Torquatum Atticum, C. Sempronium Blesum II. Capitolini.

C. Fundanius. C. Sulpitius. 511

C. Fundanium, C. Sulpitium consules subdit Caßiodorus, Fundulum & Gallum Siculi scriptores. C. Fundanium Fundulum, C. Sulpitium Gallum Capitolini, horum præterea meminit oemo.

C. Lutatius Catulus. A. Postumius. 512

COnsules in hunc annum prodit Caßiodorus C. Lutatium, A. Postumium, Catulum & Albinū Fasti Siculi, C. Lutatium Catulum, A. Postumium Albinum Eutropius & Capitolini.

Q. Lutatius Cerco. A. Manlius. 513

Q. Lutatium, A. Maolium consules io hunc annum edunt Caßiodorus, Eutropius, & Orosius, Cerconem & Torquatum Fasti Siculi, Q. Lutatium Cerconem, A. Manlium Torquatum, Atticum II. Capitolini. C. Lutatius Cerco legatus lib. 42. oominatur à Liuio.

C. Claudius Centho. M. Sempronius. 514

HIc annus consules habuit C. Claudium Ceothonem, M. Sempronium Tuditanum, Caßiodoro & Capitolinis tabulis authoribus, eorundem cognominum Fasti Siculi meminerunt. Ac horum consulum præter Capitolinum scriptorem meminerunt etiam Cicero in Catone, & in Bruto, vbi hunc annum ex Attici seutentia vocat DXIIII. vrbis conditæ cum Varrone. Et in Tusculana prima, Gellius lib. 17. cap. 21. & Caßiodorus.

C. Mamilius. Q. Valerius. 515

COnsules deinceps secuti sunt, teste Caßiodoro C. Mamilius, Q. Valerius: Turrinus & Falco Siculis tabulis, C. Mamilius Turrinus, Q. Valerius Falco Capitolinis tabulis. Horum consulum præter Verrium Flaccum & Caßiodorum meminit Gellius lib. 17. cap. 21. Cicero in Bruto & Tusculanis quæstionibus, quo anno Ennium Poëtam natum fuisse tradunt.

T. Sempronius. P. Valerius. 516

COosules in insequentem annum sunt apud Caßiodorum Titus Sempronius, P. Valerius Gracchus, & Falco in Fastis Cuspiniani & Siculis, Sempronium Gracchum & P. Valerium prodit Zonaras. T. Sempronium Gracchum, P. Valerium Falconem scriptores Capitolini. Meminit horum consulum Orosius.

L. Cornelius. Q. Fuluius. 517

DEinceps L. Cornelium, Q. Fuluium consules profiterur Caßiodorus, L. Lentulum, Q. Flaccum Zonaras, L. Cornelium Lentulum, Q. Fuluium Flaccum Eutropius, Capitolini scriptores Lentulo Candenum cognomen adijciunt. Itaque in Fastis Cuspiniani est Candinus & Flaccus, hi cooful.es in Fastis Siculis prætereuntur,

518 *C. Licinius.* *P. Cornelius.*

CAſsiodorus conſules ſubijcit, C. Licinium, P. Cornelium, Zonaras P. Lentulum, Licinium Varum. Capitolini ſcriptores C. Licinium Varum, P. Cornelium, Lentulum Caudinum. Itemq́; Cenſorinus, qui hunc annum ab V. C. numerat DXVIII. Varronianam, Ciceronianam & Plinianam ſecutus ſummã Caudinam & Varum Faſti Cuſpiniani cum Siculis.

519 *T. Manlius Torquatus.* *C. Atilius.*

COnſules hic annus habuit, authore Caſsiodoro, T. Manlium Torquatum, C. Attilium. Torquatum & Bulbum Faſtis Siculis. Eutropio verò & Oroſio, & Capitolinis tabulis, T. Manlium Torquatum, C. Atilium Bulbum, Bulbo II. adijciunt Capitolinæ. T. Manlio Torquato, C. Atilio Bulbo II. vt Verrius Flaccus, Eutropius, Oroſius & Caſsiodorus ſcribunt, pace toto imperio parta, templum Iani iterum clauſum fuiſſe docent Plutarchus in Numa, Liuius, Velleius, Eutropius & Oroſius.

520 *L. Poſtumius.* *Sp. Caruilius.*

COnſules nominat in hunc annum Caſsiodorus, L. Poſtumium, Sp. Caruilium, Albinum & Rugam Faſti Siculi, Poſtumium Albinum, Sp. Caruilium, Zonaras. L. Poſtumium Albinum, Sp. Caruilium Maximum, Capitolini ſcriptores. Rugam autem eſſe Caruilij cognomen ex Gellio apparet, qui Sp. Caruilij Rugæ meminit, qui hoc tempore primus diuortium cum vxore fecit.

521 *Q. Fabius,* *M' Caruilius.*

Q. Fabium, M' Pomponium, conſules ſuggerit Caſsiodorus. Maximum & Mathonem Faſti Siculi. Q. Fabium Maximum Verrucoſum, M. Pomponium Mathonem Capitolini. Q. Fabium Maximum, Manium Pomponium, Zonaras. Maximi cognomen Fabius ab auo accepit, non ipſe primus inuenit, contra quam ſcribit Polybius lib. 3. Verrucoſus à Verruca in labris dictus, Plutarchus author, & qui ſcripſit de viris illuſtribus.

522 *M. Lepidus.* *M. Poplicius.*

M. Lepidum, M. Poplicium, conſules in hunc annũ ſuggerit Caſsiodorus. Lepidũ & Malleolum Faſti Siculi. M. Malleolum & M. Aemylium Zonaras, M. Aemylium Lepidum, M. Poplicium Malleolum tabulæ Capitolinæ.

C. Papirius. *M. Pomponius.*

523 INſequens annus conſules habuit C. Papirium, M. Pomponium, authore Caſsiodoro & Zonara, & Dionyſio lib. 2. Maſonem & Mathonem Faſtis Siculis, C. Papirium Maſonem, M. Pomponium Mathonem Capitolinis. De C. Papirio, C. F. Maſone pontifice Liuius in anno DXL.

524 *M. Aemylius.* *M. Iunius.*

M. Aemylium, M. Iunium, conſules ſuggerit Caſsiodorus & Zonaras. Barbulã & Peram Faſti Siculi. M. Aemylium Barbulam, M. Iunium Peram, Capitolini.

525 *L. Poſtumius.* *Cn. Fuluius.*

LVcium Poſtumium, Cn. Fuluium, conſules ſubijcit Caſsiodorus. Albinum & Centumalũ, Faſti Siculi. L. Poſtumium Albinum, Cn. Fuluiũ Centumalum, cum Eutropio Capitolini. Polybius Cn. Fuluium A. Poſtumium nominat.

Q. Fabius II. *Sp. Caruilius.* 526

CAſsiodorus conſules ſuggerit, Q. Fabium Max. II. & Sp. Caruilium Maximum, & Rugam, Faſti Siculi. Adijciunt etiam iterati honoris notam Caruilio Maximo Capitolini ſcriptores. Meminit horum conſulum Cicero in Catone, & de inuentione lib. 2. Valerius capite de pietate erga parentes.

P. Valerius. *M. Atilius.* 527

P. Valerium, M. Atilium, conſules in hunc annum prodit Caſsiodorus. Flaccũ & Regulum Faſti Siculi. P. Valerium Flaccum, M. Atilium Regulum, Capitolini. Eorum meminit Gellius lib. 4. cap. 3.

L. Apuſtius. *M. Valerius.* 528

L. Apuſtium, M. Valerium, conſules ſubdit Caſsiodorus, Maximum & Apuſtium Siculæ tabulæ. L. Apuſtium Fullonem, M. Valerium Meſſalam, Capitolinæ.

C. Atilius. *L. Aimilius.* 529

DEinceps ſecuti ſunt conſules, C. Atilius, L. Aimilius, authore Caſsiodoro & Polybio. Quos C. Atilium Regulum, L. Aimylium Papum vocant Capitolini ſcriptores. Regulum & Papum Faſti Siculi. Regulum & Aimylium Zonaras. Horum etiam conſulum meminit Oroſius, & Plinius lib. 3. cap. 20. vbi Paulus pro Papo mendoſe legitur.

T. Manlius. *Q. Fuluius II.* 530

COnſules inſequens annus habuit T. Manlium, Q. Fuluium II. authore Caſsiodoro & Polybio. T. Manlium Torquatũ, Q. Fuluium Flaccum, Oroſio. Cuſpiniani tabulæ cum Capitolinis, Torquatum II. & Flaccum II. horum conſulum cognomina edunt.

C. Flaminius. *P. Furius Philus.* 531

CAſsiodorus conſules ſuggerit, C. Flaminium, P. Furium, itemq́; Polybius, Flaminium & Furiũ Zonaras, & Plutarchus in Marcello. Flaminium & Philum, Siculæ tabulæ, C. Flaminium, & P. Furium Philum, Capitolinæ.

M. Marcellus. *Cn. Cornelius.* 532

DEinceps cõſules nominat Caſsiodorus M. Marcellum, Cn. Corneliũ. Polybius M. Claudium, Cn. Cornelium. Faſti Siculi Scipionem & Marcellum. Claudium Marcellum & Cn. Scipionem Zonaras. Eutropius M. Claudium Marcellũ, Cn. Cornelium Scipionem. Capitolinę tabulę M. Claudium Marcellum, Cn. Cornelium Scipionem Caluum. Hic eſt Marcellus, qui pòſt quinquies conſul fuit. Scipio, qui poſtea in Hiſpania ab Aſdrubale Pœno occiſus eſt cum fratre P. Scipione.

P. Cornelius. *M. Minutius.* 533

CAſsiodorus in hunc annum prodit conſules, P. Cornelium, M. Minutium, & Zonaras. Scipionem & Rufum Faſti Siculi, Eutropius P. Cornelium, M. Minutium Rufum. Liber Cuſpiniani Aſinam & Rufum. Sigonius cum Onuphrio exiſtimat P. Cornelium Scipionem Aſinam eius filium eſſe, qui bis

conſul

consul bello Punico primo fuit. Sanè Liuius in anno DXLIII. P. Cornelij Asinæ consularis senatoris meminit.

534 *L. Veturius.* *C. Lutatius.*

Lucium Veturium, C. Lutatium consules edit in hunc annũ Casiodorus & Zonaras, Philonem & Catulum Fasti Siculi. Liber Cuspiniani Philonem & Sextinlam.

535 *M. Liuius.* *L. Aimilius.*

Consules subsecuti sunt, M. Liuius, L. Aimilius, Casiodoro teste. Liber Cuspiniani & Fasti Græci Salinatorem & Paulum edūnt. Zonaras M. Liuium & Aimilium Paulum. Horum consulū meminit Plinius lib. 19. cap. 1.

536 *P. Cornelius Scipio.* *T. Sempronius Longus.*

Consules subijcit Casiodorus & Polybius P. Cornelium, T. Sempronium. Zonaras Sempronium Longum & P. Scipionem. Longum & Scipionem Fasti Siculi. P. Cornelium Scipionem, T. Sempronium Longum, Liuius, Eutropius, Probus, Orosius, Pædianus. Hisce consulibus bellum Punicum secundum excitatum fuisse authores prodiderunt.

537 *Cn. Seruilius Geminus.* *C. Flaminius.*

Consules inde subsecuti Cn. Seruilius cum C. Flaminio, vt author est Polybius. Casiodorus & Liuius, qui duo cum Fastis Siculis Seruilio cognomen Geminum adiecerunt C. Flaminius II. consul eadem, qua ante superbia vsus, magistratum Idibus Martijs non Romæ, sed Arimini inijt. Idem neglectis auspicijs cum se Hannibali in Italiam venienti ad lacum Thrasymenum obiecisset, collatis signis exercitu amisso occisus est. In cuius locum M. Atilius Regulus, qui antea consul fuerat, surrogatus est. Ex Liuio & Polybio.

538 *C. Terentius Varro.* *L. Aimilius Paulus.*

Deinceps consules suggerit Polybius L. Aimilium, C. Terentium. Paulum & Varronē Fasti Siculi. Plutarchus in Paulo, Terentium Varronem, Aemylium Paulum, Liuius, Casiodorus, alij C. Terentium Varronem, L. Aemylium Paulum. Goltzius annotat C. Terentij Varronis patrem fuisse Aulum, ab alijs præteritum.

539 *L. Postumius Albinus* III. *T. Sempronius Gracchus.*
M. Claudius Marcellus.
Q. Fabius Maximus III.

Liuius consules in hunc annum designatos fuisse M. Iunio dictatore cumitia habente, L. Postumium Albinum III. qui tum prouinciam Galliam obtinebat, & T. Sempronium Gracchum, qui magister equitum erat, Postum iumq; antequam iniret in Gallia Hannibalis insidijs circumuentum occisum tradit, in cuius locum M. Marcellus II. subrogatus est, qui cùm eum augures vitio creatum pronunciassent, abdicauit, vulgoque patres ita ferebant, quòd tum primùm duo plebeij consules facti essent, id Deis cordi non esse, in locum Marcelli suffectus, Quintius Fabius Max. III. ita Liuius & Plutarchus scribunt. Atq; ob hanc causam Casiodorus, Orosius, Eutropius, T. Sempronium & Q. Fabium consules in hunc annum edunt.

Q. Fabius IIII. *M. Claudius Marcellus* III. 540

Liuius, Plutarchus, & Casiodorus, consules hoc anno suggerunt Q. Fabium Maximum IIII. & M. Claudium Marcellum III. Horum cōsulum præterea Cicero sæpè, & Frontinus 2. Stratagematum meminerunt.

Q. Fabius Maximus Verrucosi F. *T. Sempronius Gracchus* II. 541

In hunc annum creati consules ambo absentes Q. Fabius Maximus, Verrucosi filius, & T. Sempronius Gracchus iterum, Liuius author & cum Fastis Sieulis Casiodorus. Fabius priore anno prætor fuerat, Gracchus biennio antè consul. Hos consules A. Gellius ex Quadrigario lib. 2. cap. 2. Cicero & Valerius memorant.

App. Claudius Pulcher. *Q. Fuluius Flaccus* III. 542

Consules in hunc annum à Dictatore creati Q. Fuluius Flaccus III. qui tum erat magister equitum, & Appius Claudius Pulcher, cui in prætura Sicilia prouincia obuenerat, teste Liuio, Plutarcho in Fabio, Casiodoro, & Festo lib. 17.

P. Sulpitius Galba. *Cn. Fuluius Centumalus.* 543

Literis acceptis inter se consules compararunt, vt Claudius comitia perficeret, Fuluius ad Capuā maneret. Consules Claudius creauit Cn. Fuluium Centumalum, & P. Sulpitium Ser. F. Galbam, qui nullum antea Curulem magistratum gessisset. Hæc Liuius. Eosdem consules quoque edit Casiodorus, Orosius, & Festus lib. 17. Galbam & Centumalum Siculi profitentur, Seruius Sulpitius Ser. F. P. N. Galba Maximus appellatur in secundo eius consulatu Capitolino.

M. Val. Leuinus II. *M. Claudius Marcellus* IIII. 544

Liuius, Sextus Pompeius, Valerius Maximus, Plutarchus, Florus, Eutropius, & Orosius, M. Claudium Marcellum, & M. Valerium Læuinum, consules in hunc annum profitentur. Est autem Marcellus IIII. vt Plutarchus & Liuius tradunt, Casiodorus vocat IIII. & M. Valerium Læuinum omisso consulatu, quem vino creatus non gessit, qui vnus ex quinq; est, quos ipse gessisse fertur. Liuius lib. 29. & 30. M. Valerium Læuinum bis fuisse consulē scribit. Itemque hoc anno liber Cuspiniani Marcellum IIII. & Læuinum II. edit, quare Onuphrius suspicatur eum primum consulem fuisse anno DXXXIIII. nunc II. Eius autem Polybius & Cicero meminerunt.

Q. Fabius Maximus V. *Q. Fuluius Flaccus* IIII. 545

Consules in hunc annum creati Q. Fabius V. Q. Fuluius Flaccus IIII. idem qui dictator comitia habebat. Liuio authore & Casiodoro. Fabium & Flaccum edunt quoque Fasti Siculi. His consulibus Cicero contra Rullum Capuam receptam scribit, quod biennio ante factum prodidit Liuius. Horum consulum præterea meminerunt Valerius, Plutarchus, Eutropius, Orosiusque.

M. Claudius Marcellus V. *T. Quintius Crispinus.* 546

Vndecimo anno belli Punici consulatum inierunt M. Marcellus V. (vt numeretur consulatus, quem vitio creatus non gessit) & T. Quintius Crispinus. Ita Liuius, Plutarchus quoque Marcellum V. & Crispinum, Casiodorus verò Marcel-

lum

lum IIII. & Criſpinum edit præterito vitioſo conſulatu. Hos præterea conſules memorant Cicero, Valerius, Plinius Iunior, Probus, Eutropius, & Oroſius, à quibus etiam proditur ambos ex inſidijs ab Hannibale circumuentos, ita vt Marcellus ſtatim occiſus ſit, Quintius ſaucius fugerit.

547 *C. Claudius Nero. M. Liuius Salinator II.*

CVm circumſpicerent patres, quos nam conſules facerent, longè ante alios eminebat C. Claudius Nero, ei collega datus eſt M. Liuius, multis ante annis ex conſulatu populi iudicio damnatus, ac octauo fermè anno poſt damnationem à M. Marcello, & M. Læuino conſulibus in vrbem reductus. Neronem item cum Salinatore Faſti Siculi ſuggerunt, C. Claudium Neronem cum M. Liuio Salinatore II. Capitolini.

548 *Q. Cecilius Metellus. L. Veturius Philo.*

LVcium Veturium Philonem, Q. Cæcilium Metellum, conſules ſuggerit in hunc annũ Liuius, Caſsiodorus cum Capitolinis Faſtis. Metellum & Philonem Siculi. De quibus præterea ſæpè Cicero, Valerius, Plutarchus in Africano, Appianus in Iberico, Plinius lib. 7. cap. 43. mentionem faciunt.

549 *P. Cornelius Scipio. P. Licinius Craſſus.*

COmitia creandis conſulibus habuit, L. Veturius Philo, centuriæque omnes ingenti fauore P. Scipionem conſulem dixerunt, collega additur ei P. Licinius Craſſus, Pontifex Maximus. Hæc Liuius, Scipionem cum Craſſo Siculæ tabulæ, P. Cornelium Scipionem, qui poſtea Africanus appellatus eſt, cum P. Licinio Craſſo diuite, Capitolinæ edunt. De quibus item Caſsiodorus & Cicero in Bruto.

550 *M. Cornelius Cethegus. P. Sempronius Tuditanus.*

PVblium Sempronium Tuditanum, M. Cornelium Cethegum, conſules in hunc annum produnt, Liuius, Caſsiodorus, & Faſti Capitolini. Cethegum & Tuditanum Siculi, quorum Cicero in Bruto: Plutarchus, Eutropius, & Caſsiodorus ſæpè mentionem faciunt. Hoc anno P. Scipio Naſica vir optimus à Senatu iudicatus matrem Idæam ſuſcipit.

551 *Cn. Seruilius Cæpio. C. Seruilius.*

LIuius & Caſsiodorus vnà cum Faſtis Siculis & Capitolinis conſules ſuggerunt, Cn. Seruilium Cæpionem, C. Seruilium, quorum Cæpio prætor fuerat anno DXLVIII. Seruilius anno DXLVII. Hoc anno Q. Fabius Maximus obijt, & Annibal ex Italia mœſtus ac dolens in Africam legatorum iuſſu diſceſsit, anno belli Punici ſecundi XVII.

552 *Tib. Claudius Nero. M. Seruilius Geminus.*

MArcum Seruilium Geminum, Tib. Claudium Neronem, conſules in hunc annum produnt Liuius, Caſsiodorus, & Faſti Capitolini, in quibus Seruilius Pulex Geminus nominatur. Neronem cum Seruilio Siculi: Hiſce conſulibus Hannibale in Africa à Scipione victo, iterum pax cum Pœnis facta eſt, vt Polybius, Liuius, Plutarchus, Appianus, & Eutropius tradunt.

Cn. Cornelius Lentulus. P. Aelius Pætus. 553

IN hunc annum creati conſules C. Cornelius Lentulus, P. Aelius Pætus, autor Liuius, Caſsiodorus, & Plinius lib. 18. cap. 18. in fragmento Capitolinu eſt Lentulus, & P. Ailius, in Faſtis Siculis Lentulus & Pætus. Hi ambo prætores fuerunt anno DL.

P. Sulpitius Galba. C. Aurelius Cotta. 554

PVblium Sulpitium Galbam, C. Aurelium Cottam, conſules ſuggerunt Liuius & Caſsiodorus. P. Sulpitius anno DXLII. primùm conſul fuit, C. Cotta biennio antè prætor. Ijdem conſules ſunt in Capitolinis tabulis, Galba & Cotta in Siculis

L. Cornelius Lentulus. P. Villius. Tappulus. 555

HIc annus conſules habuit, L. Cornelium, P. Villium, authore Caſsiodoro, Liuio autem & Capitolinis Lentulum & Tappulum: Siculis L. Cornelium Lentulum, P. Villium Tappulum: P. Villij conſulis meminit etiam Plutarchus in Quintio.

T. Quintius Flamininus. Sext. Aelius Pætus. 556

T. Quintium Flaminium, Sext. Aelium Pætum, conſules ſuggerunt Liuius, Caſsiodoros, & Capitolinæ, vnà cum Plutarcho in Quintio. Flaminiũ & Pætum Siculæ tabulæ. Plinius de viris illuſtribus hunc Flaminium non ſine errore C. Flaminij qui ad Traſimenum interfectus eſt, filium tradidit, cùm tamen hic è gente Quintia patritia fuerit, ille è Flaminia plebeia: Sextus verò Aelius Pætus eſt is, de quo Cicero egregiè cordatus homo, Catus Aelius Sextus ex Ennio. Itaque in tabulis Capitolinis Pætus Catus vocatur.

C. Cornelius Cethegus. Q. Minutius Rufus. 557

HOc anno C. Cornelius Cethegus, Q. Minutius, fuerunt conſules, author Liuius, Caſsiodorus, cap. Tabul. Eorum cognomina Cethegus & Rufus ſunt in Siculis: & meminit Cicero in Bruto.

L. Furius Purpureo. M. Claudius Marcellus. 558

HIc annus conſules habuit L. Furium Purpureonem, M. Claudium Marcellum, Liuius, Caſsiodorus. Capitolinæ tabulæ Porphyreonem, & Marcellum edunt Siculæ.

M. Portius Cato. L. Valerius Flaccus. 559

MArcus Portius Cato, & L. Valerius Flaccus conſules hoc anno digeruntur à Verrio Flacco, Cicerone multis in locis, Liuio, Plutarcho, Plinio, Valerio, Probo, Eutropio, Oroſio, & Caſsiodoro.

P. Cornelius Scipio Africanus II, T. Sempronius Longus. 560

PVblium Cornelium Scipionem Africanum II. T. Sempronium Longum, conſules in hunc annum comparant Liuius & Caſsiodorus, cum Siculis & cum Capitolinis tabulis. Horum etiam meminit Cicero pro Cornelio Perduellionis reo apud Pædianum.

L. Cornelius Merula. Q. Minutius Thermus. 561

LIuius, Caſsiodorus, & Capitolini authores, conſules in hunc annum ſurrogatos ſcribunt L. Cornelium Merulam, & Quintũ Minutium Thermum. Eadem cognomina in Faſtis Siculis inueniuntur. Meminit horum Probus in Hannibale. Frontinus in libro Stratag.

L. Quin-

562 *L. Quintius Flaminius. Cn. Domitius Aenobarbus.*

LQuintius Flaminius, Cn. Domitius Aenobarbus, hoc anno consules fuerunt, author Liuius: Casiodorus, Capitolinæ tabulæ, quorum cognomina quoque suggerunt Siculæ.

563 *M. Acilius Glabrio. P. Cornelius Scipio Nasica.*

IN hunc annum consules creati, P. Cornelius Scipio Nasica, Cn. F. M. Acilius Glabrio, authore Liuio, Casiodoro, Capitolinis Fastis, Plutarcho in Quintio, Appiano in Syriaca historia. Glabrio & Nasica Siculis: Quibus consulibus bellum Antiocho Syriæ regi & Aetolis indictum fuisse authores ijdem sunt, quod Antiochum in tabulis Capitolinis, à Patereulo & Macrobio, Syriacum verò à Floro, Plinio Iuniore in Catone, appellatur. Hunc annum ab vrbe condita fuisse DLXII. refert primo Saturnalium Macrobius.

564 *L. Cornelius Scipio. C. Lælius.*

LCornelium Scipionem, C. Lælium, coss. subijciunt in hunc annū Casiodorus, Liuius, & tabulæ Capitolinæ. Scipionem & Lælium Siculæ. Eosdem Gellius lib. 16. cap. 4. C. Lælium C. F. L. Scipionem P. F. vocat, Lælio cognomen Africani adijcit solus Casiodorus. Hic L. Scipio Asiaticus frater Africani fuit.

565 *C. Manlius Vulso. M. Fuluius Nobilior.*

CN. Manlius Vulso, M. Fuluius Nobilior, in hunc annum consules nominantur à Liuio, Casiodoro, & Capitolinis Siculisq; tabulis, quorum Manlius Prætor fuit anno DLVII. Fuluius anno DLX.

566 *C. Liuius Salinator. M. Valerius Messala.*

DEinceps consules insecuti M. Valerius Messala, C. Liuius Salinator, author Liuius, Casiodorus, & cum Siculis tabulis Capitolinæ.

567 *M. Æmilius Lepidus. C. Flaminius.*

COnsules inde M. Aimilius Lepidus, C. Flaminius, testes sunt Liuius, Casiodorus, Zonaras, Strabo lib. 5. Siculæ & Capitolinæ tabulæ. Horum meminit Valerius lib. 6. Et hic est M. Lepidus Pontifex Maximus bis consul, censor, princeps, Senatus sextus censoribus lectis, C. verò Flaminius Senatu à Catone censore postea motus.

568 *Sp. Postumius Albinus. Q. Martius Philippus.*

SP. Postumium Albinum, Q. Martium Philippū, consules in hunc annum prodit Liuius, Casiodorus, Eutropius, & tabulæ Capitolinæ. Albinum & Philippum Siculæ. Horum meminit Valerius lib. 6. cap. 3. Plinius lib. 33. cap. 10.

569 *App. Claudius Pulcher. M. Sempronius Tuditanus.*

HIc annus consules habuit App. Claudium Pulchrum, M. Sempronium Tuditanum: author Liuius, Casiodorus, & tabulæ Capitolinæ, Pulcher & Tutidanus in Fastis Siculis, &c.

570 *P. Claudius Pulcher. L. Porcius Licinus.*

PVblius Claudius Pulcher, L. Porcius Licinus consules secuti sunt in hunc annum, testes Liuius, Casiodorus, Capitolinæ tabulæ. Pulcher & Licinius est in tabulis Siculis.

Q. Fabius Labeo. M. Claudius Marcellus. 571

IN hunc annum creati consules M. Claudius Marcellus, Q. Fabius Labeo, ex Liuio, Casiodoro, lapidibus Capitolinis, cognomina quoque eorum in Siculis tabulis reperiuntur. Hisce consulibus, referente Probo in Annibale, Atticus mortuum Annibalem esse tradidit.

L. Aemilius Paulus. Cn. Bæbius Tamphilus. 572

CN. Bæbius Tamphilus, L. Aemilius Paulus, in hunc annum consules creati fuerunt, author Liuius, Casiodorus, Capitolinæ tabulæ, & si cognominum tantum rationem habens etiam Siculæ. L. Aemilius, L. Aemilij, qui ad Cannas perijt, est filius, teste Plutarcho & Velleio.

P. Cornelius Cethegus. M. Bæbius Tamphilus. 573

PCornelius Cethegus, M. Bæbius Tamphilus, cōsules hoc anno subsequuntur apud Liuium, Casiodorum, & tabulas Capitolinas. Cethegus & Tamphilus apud Siculas. P. Cornelij, M. Bæbij consulum meminit Plutarchus in Numa. P. Cornelij, M. Bæbij Tamphili Valerius libro 1. capite 1. P. Cornelij Lentuli, M. Bæbij Tamphili lib. 11. cap. 1. Plinius autem lib. 13. cap. 13. P. Cornelium, L. F. Cethegum, M. Bæbium, Q. F. Tamphilum vocat.

A. Postumius Albinus. C. Calpurnius Piso. 574

APostumium Albinum, C. Calpurnium Pisonem, consules suggerunt in hunc annum Liuius, Casiodorus, & Capitolinæ tabulæ. Albinum & Pisonem Siculæ. Piso prætor fuit anno DLXVII. Albinus anno DLXVIII. Cùm autem pestilentia tertium iam annum vrbem Romanam atque Italiam vastaret, C. Calpurnio extincto, non sine suspitione quod à Quarta Hostilia necatus esset, in eius locum declaratus est Q. Fuluius Flaccus, vitricus eius.

L. Manlius Acidinus. Q. Fuluius Flaccus. 575

LVcium Manlium Acidinum, Q. Fuluium Flaccum, consules edunt in hunc annū Liuius, Casiodorus, tabulæ Capitolinæ, Acidinum cum Flacco Siculæ. Acidini consulis meminit Cicero 2. de Oratore. Et fratres Germanos fuisse hos consules notatum est in tabulis Capitolinis, & id memoria prodidit Velleius lib. 2. Atque propterea factum est, vt L. Manlius Acidinus Fuluianus ex adoptiuorum ratione in tabulis Capitolinis nominetur.

M. Iunius Brutus. A. Manlius Vulso. 576

DEinceps M. Iunius Brutus, A. Manlius Vulso, consules creati sunt, authore Liuio, Casiodoro, & Capitolinis tabulis, Brutus & Vulso Siculis. Brutus anno DLXII. prætor fuit, Vulso DLXXI.

C. Claudius Pulcher. T. Sempronius Gracchus. 577

CAius Claudius Pulcher, T. Sempronius Gracchus, consules in hunc annum comparantur à Verrio Flacco, Liuio, & Casiodoro. De Tiberio Graccho Cicero 1. de diuinatione, & Frontinus primo Stratagematum, mentionem fecēre.

C. Cor-

578 *C. Cornelius Scipio Hispalus. Q. Petilius. Spurinus.*
C. Valerius Leuinus.

CN. Cornelium Scipinnem Hispalum, Q. Petilium Spurinum, cõsules prodidere Liuius, Casſindorus, & tabulæ Capitolinæ, Scipionem & Petiliū Siculæ. Cæterùm eùm Scipio ex monte Albano rediens concidiſſet, & parte membrorum captus, ad aquas Cumanas profectus, morbo ingraneſcente Cumis deceſsiſſet, Q. Petilius conſul collegam, qui extemplò magiſtratum occiperet, creauit C. Valerium Læuinum, ita Liuius.

P. Mutius Scauola. M. Aimilus Lepidus II.
579

COnſules ſuggerunt Oroſius Lepidum & Mutium, Caſsiodnrus & Obſequens, M. Lepidum, P. Mutium. Siculæ tabulæ Lepidum & Scæunlam. Capitolinæ P. Mutium Scæunlam, M. Aemilium Lepidum II. Conſularia huius anni cominia apud Liuium interciderunt. Marcum Aemilium Lepidum hunc bis cõſulem fuiſſe ſcribit enam Cicero de prouincijs, & Valerius lib. 6. cap. 6.

580 *Sp. Poſtumius Albinus. Q. Musius Scauola.*

COnſules ſubijcit Caſsiodorus, Sp. Poſtuminm, Q. Murium, Capitnlinæ tabulæ, Sp. Poſtumiū Albinum Paulum, Q. Mutiuni Scæuolam. Paulum & Scæuolam liber Cuſpiniani. Horum meminit Plinius lib. 2. cap. 31. Comitia huius anni conſularia apud Liuium exciderunt, &c.

581 *L. Poſtumius Albinus. M. Popilius Lenas.*

IN hunc annnm creati conſules L. Pnſtumius Albinus, M. Popilius Lænas, author Liuius, Caſsiodorus, tabulæ Capitolinæ, Albinus & Lænas in Siculis ſuggeruntur. His conſulibus, Floralia inſtituta eſſe docet Ouid. 5. Faſt.

582 *C. Popilius Lenas. P. Aelius Ligur.*

C. Popilium Lenatem, P. Aelium Ligurem, conſules hic annus habuit, Liuio, Caſsiodnro, & Capitolinis tabulis teſtibus. Lenatem & Aelium Siculis. Hucuſque Plebeij conſules in eundem annum nulli ſunt cnmparati. Hoc etiam annn primum ex plebe ambo conſules facti ſunt, quemadmodum notatum eſt in tabulis Capitolinis. Itaque poſthac patritij conſules ambo nunquam erunt, plebeij ambo ſæpè, plebeius & Patritius ſæpiſsimè.

P. Licinius Craſſus. C. Caſsius Longinus.
583

COnſules in hunc annum ſubſequuti P. Licinius Craſſus, C. Caſsius Longinns, vt eſt apud Liuiū, Caſsiodorum, Oroſium, & in tabulis Capitolinis. Nam in Siculis tantum eſt Craſſus & Lnngus. Eorundem meminit Plinius lib. 7. Gellius lib. 9. cap. 4. Hiſce conſulibus bellum à populo Romano cum Perſeo Macedonum rege Philippi filin ſuſceptum eſt, quod Florus & Eutropius eum Oroſio Macedonicum ſecundum vocant, de qun plura Liuius & Plutarchus ſeribunt.

584 *A. Hoſtilius Mancinus. A. Atilius Serranus.*

COnſules ſubijcit Caſsiodorus C. Hoſtiliū Mancinum, C. Atilium. Siculæ tabulæ Mancinum, & Serranum, Capitolinæ A. Hnſtilium Mancinum, A. Atilium Serranum. Horum cnmitia conſularia & res geſtæ exciderunt in Liuianis annalibus.

Q. Martius Philippus II. Cn. Seruilius Capio. 585

Q. Martium Philipppum iterum, Cn. Seruiliū Cæpionem, conſules in hunc annum comparant Liuius, Caſsindorus, & tabulæ Capitolinæ, Philippum & Cæpinnem Siculæ. Cicero in Bruto & Catone hiſce conſulibus, Ennium mortuūm fuiſſe ſcribit.

L. Aemilius Paulus II. C. Licinius Craſſus. 586

COnſules ſubſecuti L. Aemylius Paulus iterum, ſeptimo decimo anno, poſtquam primùm conſul fuerat, C. Licinius Craſſus, author Liuius, Caſsiodorus, tabulæ Capitulinæ, Paulus item eſt & Craſſus in Siculis. De ſecundn conſulatu L. Pauli, Plutarchus, Velleius, Oroſius, Eutropius, Florus, Iuſtinus lib. 33. Plutarchus adijcit, Paulum ſexaginta annos natum conſulem iterum eſſe factum.

Q. Aelius Patus. M. Iunius. 587

LIuius conſules ſubdit, Q. Aelium, M. Iunium. Faſti Siculi Pætum & Pennum. Obſequens & Caſsiodorus Q. Aelium Pætum, M. Iunium Pennū. Cicero item in Bruto M. Iunij Penni, qui cum Q. Aelin conſul fuit, meminit. Et poſt hæc tempora nobis deeſt Liuiana hiſtoria.

M. Marcellus. C. Sulpitius. 588

COnſules in hunc annum prodit Liuius cum Capitolinis tabulis, M. Claudium Marcellum, C. Sulpitium Gallum. Obſequens & titulus Andriæ Terentianæ M. Marcellum, C. Sulpitium. Hic eſt Marcellus, qui poſtquam ter conſul fuit, in mari perijt, nepos M. Marcelli quinquies conſulis, vt tradit Pædianus. De hiſce conſulibus Iuſtinus, Plinius libro 2. & plerique alij meminere.

Cn. Octauius. T. Manlius. 589

COnſules ſubdit Caſsiodnrus & Obſequens, Cn. Octauium & T. Manlium. Siculæ tabulæ Octauium & Torquatum, Capitolinæ Cn. Octauium, T. Manlium Torquatum. Eorundem conſulum mentin eſt in titulo Hecyræ Terentianæ. Titi Torquati, qui cum Cn. Octauin conſul fuit, meminit Cicero de finibus primo, itidem alijs compluribus locis.

A. Manlius. Q. Caſsius. 590

CAſsiodorus conſules comparat in hunc annum, A. Manlium, Q. Caſsium. Faſti Siculi, Torquatum & Longinum. Capitolini A. Manlium Torqnatum, Q. Caſsium Longinum, qui in magiſtratu mortuus eſt. Hi in prætura etiam cnllegæ fuerunt, anno DLXXXVI. teſte Liuio.

T. Sempronius. M' Iuuentius. 591

T. Sempronius, M' Iuuentius, conſules in hunc annum ſunt Caſsiodoro. Apud Obſequentem Tiberius Gracchus, M' Iuuennus, in tabulis Capitolinis, T. Sempronius Gracchus II. M' Iuuentius Thalua. In Faſtis Siculis Dolabella cum Thalna, an rectè, dubitatur. De Tiberio Gracchn II. conſule, Cicero, Valerius & Plutarchus meminerunt. M' verò Iuuentium in magiſtratu mortuum fuiſſe, ſcribunt Plinius lib. 7. & Valerius.

P. Cor-

592 *P. Cornelius Scipio Nasica. C. Martius.*

CIcero primo secundoq; de natura deorum, Verrius Flaccus, Obsequens & Cassiodorus P. Cornelium Scipionem Nasicam, & C. Martium Figulum memorant. Qui cum vitio creati abdicassent, iisdem, Valerio, Plutarcho & Plinio autoribus, in eorum locum facti sunt, P. Cornelius Lentulus, Cn. Domitius Aenobarbus.

593 *M. Messala. C. Fannius.*

M. Messalam, C. Fannium, consules suggerit Cassiodorus. Messalam & Strabonem Siculæ tabulæ. M. Valerium Messalam, C. Fannium Strabonem Capitolinæ, & titulus Phormionis Terentiani. Horum consulum meminit Suetonius de claris Rhetoribus. Cicero in Bruto, Plinius lib. 10. cap. 50. Gellius libro 2.

594 *L. Anicius. M. Cornelius Cethegus.*

L. Anicium, M. Cornelium, consules subijcit Cassiodorus, & titulus Adelphorum Terentianorum. Siculæ & Capitolinæ tabulæ cognomina ijs adijciunt Gallum & Cethegum. Anicij consulis meminit Cicero in Bruto. Cethegi Epitoma XLVI. His consulibus L. Paulum, qui Persen vicerat, mortuum constat.

595 *Cn. Cornelius Dolabella. M. Fuluius.*

INsequens annus consules habuit, teste Cassiodoro, Cn. Cornelium Dolabellam, M. Fuluium. Siculis Fastis Dolabellam & Fuluium. Capitolinis C. Cornelium Dolabellam. M. Fuluium Nobiliorem. Idem est in vita Terentij, quibus consulibus mortuum Terentium scriptum est.

596 *M. Aemylius. C. Popillius.*

DEinceps consules, M. Aemylius, C. Popillius, vt ait Cassiodorus. Lepidum & Lænatem edunt Siculæ tabulæ, M. Aemylium Lepidum & C. Popilium Lænatem II. Capitolinæ. Eorundem meminit Censorinus capite de distinctionibus ætatum.

597 *Sextus Iulius. L. Aurelius.*

SExtum Iulium, L. Aurelium, consules prodit deinceps Cassiodorus, hic cognomina addunt Iulio Cæsarem, Aurelio Orestem Siculæ & Capitolinæ tabulæ. De his meminit Plinius lib. 33.

598 *L. Lentulus, C. Martius.*

L. Lentulum, C. Martium, consules memorant in hunc annum Cassiodorus & Obsequens. Lentulum & Figulum Siculæ tabulæ. L. Cornelium Lentulum Lupum, C. Martium Figulum II. Capitolinæ tabulæ. Meminit horum Cicero in Bruto. De Figulo II. consule Valerius cap. de ira.

599 *P. Scipio Nasica. M. Claudius.*

P. Scipionem, M. Claudium, consules subdit Cassiodorus, Nasicam & Marcellum Fasti Siculi, P. Cornelium Scipionem Nasicam II. M. Claudium Marcellum II. Capitolini. Hunc Marcellum ter consulem fuisse Pædianus. P. verò Scipionem Nasicam Corculum appellatũ, bis consulem, censoremq; fuisse scribit in Bruto Cicero.

600 *L. Postumius. Q. Opimius.*

HIc annus consules habuit L. Postumium. Q. Opimium, authore Cassiodoro & Obsequente. Siculis tabulis Opimium & Albinum. Capitolinis autem Q. Opimium. L. Postumium Albinum. Q. Opimij consulis mentio fit à Cicerone in Bruto, & in Epitoma XLVII. Cæterùm Postumium in magistratu mortuum fuisse, præter Verrium Flaccum, docet etiam Obsequens, in cuius locum M'Acilius Glabrio factus est.

Q. Fuluius. T. Annius. 601

COnsules subsecuti sunt Q. Fuluius, T. Annius, authore Cassiodoro. In fragmentis Capitolinis est Nobilior, & T. Annius. In Siculis Nobilior & Luscus. Cicero in Bruto Q. Nobiliorem M.F. & T. Annium Luscum consules memorat. Fasti Græci & liber Cuspiniani Nobiliorem & Luscum edunt.

Marcus Marcellus. L. Valerius. 602

HIc annus consules habuit, M. Marcellum, L. Valerium, Cassiodoro teste. Marcellum & Flaccum, Siculis Fastis, M. Claudium Marcellum, L. Valerium Flaccum, Obsequenti. Hic Marcellus ter consul fuit, author Pædianus in orat. pro Scauro. Cicero de diuinatione & de fato.

L. Licinius Lucullus, A. Postumius Albinus. 603

L. Lucullum, A. Postumium coss. subdit Cassiodorus. Lucullum & Albinum Siculæ tabulæ. Lucullum & A. Postumium A. F. Capitolina fragmenta. L. Licinium Lucullum, A. Postumium Albinum cum Epitoma XLVIII. Orosius. Eorundem meminit Cicero in Bruto & in Lucullo.

T. Quintius. M' Acilius. 604

COnsules hic annus habuit L. Quintium, M'Acilium, authore Cassiodoro, quos Plinius lib. 7. cap. 36. C. Quintiũ M' Aciliũ vocat. Cicero in Catone & Epistolarum ad Atticum libro 12. T. Flamminium, M' Acilium, eosq; vndeuigesimo post Ennij mortem anno ait factos. Siculæ tabulæ Flamminium & Balbum. Capitolina fragmenta Flamminium, M. Acilium Balbum.

L. Martius. M' Manilius. 605

IN hunc annum consules profitetur Cassiodorus L. Martium, M' Manilium, itemq; Epitoma XLIX. Censorini & M' Manilij Cicero in Lucullo meminit. Censorini & Manilij lib. 12. ad Atticum. Eosdem nominat Appianus in Libyca, L. Martium Censorinum, M' Manilium, itemq; Censorinus de die natali. Censorinum & Manilium Fasti Siculi. Censorinum, M. Manilium P. F. P. N. Capitolini. Hisce coss. tertiùm inter populum Romanum & Carthaginienses bellum exortum fuisse, præter Verrium Flaccum, Florus, Epitoma X LIX. Solinus qui anno DCIIII. cum Verrio Flacco, Cicero Philippica XI. Eutropius & Orosius memorant.

Sp. Postumius. L. Piso. 606

DEinceps consules creati sunt Sp. Postumius, & L. Piso, Cassiodoro & Obsequente authoribus. In fragmentis Capitolinis est Albinus Magnus, L. Calpurnius C. F. C. N. Piso, Cæsoninus. In Cuspiniani Magnus & Cæsoninus, in Siculis Albinus & Piso. Sunt autem illa Postumij hæc Calpurnij cognomina. Hoc anno cum Andrisco, qui & Pseudophilippus est dictus, bellum populus Romanus suscepit,

quod Macedonicum tertium vocant, vt authores sunt Florus & Eutropius.

607 *P. Africanus. C. Liuius.*

OBsequens & Cassiodorus consules in hunc annum edunt P. Africanum, & C. Liuium. In Fastis Siculis Scipio & Drusus, in Capitolinis autem fragmentis Africanus Aemylianus. C. Liuius, M. Aemyliani F. M. N. Drusus. Hic P. Cornelius Pauli, qui Persen Macedonum regem vicerat, filius fuit, datus in adoptionem P. Cornelio Scipionis Africani filio, quare P. Cornelius P. F. P. N. Scipio Africanus minor & Aemylianus appellatus est: vt autor est Velleius & alij eius quoque duo extrema cognomina sunt, in tabulis Capitolinis, ex quibus quoque integra M. Liuij Drusij nomenclatura formata est: De his consulibus sæpe Cicero, Valerius Paterculus, Appianus, Plutarchus, Florus, vterq; Plinius, Eutropius & Orosius.

608 *Cn. Cornelius. L. Mummius.*

DEinceps secuti sunt consules Cn. Cornelius, L. Mummius teste Cassiodoro. Cn. Cornelius Lentulus L. Mummius Orosio, Velleio, Censorino, Cicerone libro 13. Epistolarum ad Atticum. In Fastis Siculis est Lentulus & Mummius. In fragmentis Capitolinis Lentulus L. Mummius L. N. L. Mummius in hoc magistratu ex Achaica victoria Achaici cognomen inuenit, Plutarchus in Mario & Velleius autores.

609 *Q. Fabius Maximus. L. Hostilius*

CAssiodorus hoc anno consules edit, Q. Fabium Maximum, cum L. Hostilio: Q. Maximum Scipionis fratrem, L. Mancinum Cicero in Lælio & Plinius libro 35. cap. 4. De Q. Fabio Maximo Aemyliano Valerius libro 2. cap. 1. Hic Q. Fabius Pauli Aemylij fuit adoptatus à Q. Fabio Maximo Verrucosi filio, autor Appianus in Hispanensi, & idcirco in tabulæ Capitolinæ fragmento est alterum cognomen Aimilianus. Plinius lapsus libro 31. cap. 11. fratrem Scipionis Q. Allobrogicum vocat qui fuit huius Fabij filius.

610 *Ser. Galba. L. Aurelius.*

COnsules hic annus habuit Ser. Galbam L. Aurelium, autore Cassiodoro: quos Seruium Sulpinum Galbam & L. Aurelium Cottam vocat Valerius libro 6. Galbam & Cottam Fasti Siculi. Galbam & L. Valerium Cottam fragmenta Capitolina. Hic est Sulpitius Galba, qui prætor autore Suetonio Viriathinum ante bellum excitauit, orator vehemens, cuius sæpe meminit Cicero. L. autem Cota ille est, quem postea ab Africano accusatum Q. Metellus Macedonicus defendit. Cicero in Bruto, pro Muræna, in Verrem: Meminit horum & Frontinus primo de aquæductibus.

611 *Appius Claudius. Q. Metellus.*

APpium Claudium Q. Metellum nominat in hunc annum consules Cassiodorus: Ap. Claudium, Q. Cæcilium Metellum Orosius: Claudium & Metellum Fasti Siculi: Pulchrum & Q. Cæcilium Macedonicum fragmenta Capitolina: Eorundem meminit Frontinus de aquæductib. Valerius libro 7. Metellus autem is est, qui in prætura Macedonas atque Achæos fregit, vnde Macedonicus dictus fuit, quem L. F. Q. N. esse docet Plinius lib. 7.

L. Metellus. Q. Maximus. 612

COnsules Cassiodorus suggerit L. Metellum Q. Maximum. Fasti Siculi Metellum, & Maximũ. Orosius L. Cæcilium Metellum, Q. Fabium Maximum Seruilianum: fragmenta item Capitolina Caluum & Seruilianum. Hic Seruilianus frater est germanus Q. Seruilij Cæpionis biennio pòst consulis, autore Appiano, adoptiuus Q. Fabij Aemiliani, ambo enim à Q. Fabio Maximo Verrucosi filio adoptati fuerunt, alter ex gente Aemilia, alter ex Seruilia, L. Metellus frater est Q. Metelli Macedonici, vt tradit Valerius de testibus.

Cn. Cæpio. Q. Pompeius. 613

CN. Cæpio & Q. Pompeius consules referuntur à Cassiodoro. Velleius lib. II. seu duæ, seu tres Pompeiorum familiæ fuerunt, primus è Pompeijs cum Cn. Seruilio cos. fuit. De hoc, Q. Pompeio Cicero sæpe meminit, quem humili atque obscuro loco natum scribit. Hunc Valerius capite de testibus Aufidum vocat librariorum vitio pro A. filiũ. Eadem ratione Appianus in Hispanensi eum Q. Pompeium Aulum vocat pro Auli filium. Cn. & Q. Seruilios Cæpiones fratres fuisse docet Cicero in Verrinis & in Fonteiana, ac Valerius capite de testibus.

Q. Cæpio. C. Lælius. 614

DEinde consul factus Q. Cæpio cum C. Lælio, autor cum Fastis Siculis Cassiodorus & Oblequens. Frontinus de aquæductibus, Hic Lælius, vt Cicero in Philip. 11. & Velleius tradunt, filius fuit eius Lælij, qui consul fuit anno DLXIIII. qui sapientis cognomen primus tulit ex Cicerone lib. 2. officiorum, atque in Lælio, cuius rationem affert Plutarchus in Gracchis.

Cn. Piso. M. Popilius. 615

CAssiodorus in hunc annum consules prodit Cn. Pisonem cum M. Popilio. M. Popilium Lænatem Appianus & Epitoma: M. Popilium Lænatem L. Calpurnium, Valerius libro primo cùm ait, Cornelius, Hispalus Prætor peregrinus M. Popilio Lænate L. Calpurnio cos. edicto Chaldæos citra decimum diem abire ex vrbe atque Italia iussit.

P. Scipio. D. Brutus. 616

P. Scipio, D. Brutus consules memorantur hoc anno à Cassiodoro, Florus Epitoma LV. P. Cornelio Nasica, (cui cognomen Serapionis fuit ab irridente C. Curiatio tribunis plebis impositum) & Decio Iunio Bruto coss. delectum habentibus. Hic Scipio filius fuit eius Nasicæ, qui Corculum fuit appellatus, atque bis Consul & Censor fuit, eius qui vir optimus à Senatu iudicatus est nepos, pater verò eius qui Iugurthæ bellum intulit, vt ait Velleius. Deciũ Brutum Cicero in Bruto M. F. vocat, qui consulatum gessit anno DXCVII. atque in tabulis Capitolinis Pennus appellatur. De his consulibus præterea Cicero sæpissimè. Valerius libro 3. cap. 7. & libro 5. cap. 3. & libro 9. cap. 15. Plinius libro 21. & Frontinus, mentionem faciunt.

M. Aemi-

617 *M. Aemilius. C. Hostilius Mancinus.*

COnsules comparant in hunc annum Cassiodorus & Obsequens, M. Aemilium, C. Hostilium Mancinum: Lepidum & Mancinum Fasti Siculi. Orosius & Appianus M. Aemilium Lepidum, & C. Hostilium Mancinum: Mancini consulis etiam in fragmentis Capitolinis vestigia extant: Lepidi meminit sæpe Cicero, cum alibi tum in Bruto. Valerius, Florus, Paterculus, & Plinius de viris illustribus.

618 *P. Furius. Sext. Atilius Serranus.*

COnsules suggerit Cassiodorus P. Furium, Sext. Atilium Serranum: Cicero libro 3. de officiis L. Furium, Sext. Atilium: Obsequens L. Furium, Atilium Serranum: Fasti Siculi Philum & Serranum. De Furio Cicero sic in Bruto, L. Furius Philus perbenè loqui putabatur, literatiusq; quàm cæteri. In fragmentis Capitolinis vestigium etiam apparet Serrani consulis.

619 *Ser. Fuluius. C. Calpurnius.*

DEinceps consules subijcit Cassiodorus & Obsequens Ser. Fuluium, Q. Calpurnium. Fasti Siculi Flaccum & Pisonem. Orosius Seruium Fuluium Flaccum, Q. Calpurnium Pisonem. Fragmenta Capitolina Pisonem: Fuluij Flacci consulis mentio est in Epitoma L V I. & apud Appianum in Illyrica, Calpurnij Pisonis in Hispanensi.

620 *P. Africanus. C. Fuluius Flaccus.*

INsequens annus P. Africanum, C. Fuluium Flaccum, consules habuit, vt scriptum est apud Cassiodorum & Obsequentem: vt autem in Fastis Siculis, Scipionem & Flaccum: quem eundem Flaccum suggerunt Capitolina fragmenta. C. Fuluij mentio est etiam in Epitoma L V I. Africani II. consulis, apud Appianum in Hispanensi, Orosium, Florum, Valerium libro 8.

621 *P. Mucius. L. Calpurnius.*

HIc annus consules habuit P. Mucium, L. Calpurnium, autore Cassiodoro: Scæuolam & Calpurnium Fastis Siculis: Velleio autem P. Mucium Scæuolam & L. Calpurnium: Horum sic meminit Pædianus in Verrinas, Scæuola iuris peritissimus cũ L. Pisone cos. fuit, quo anno Tib. Gracchus occisus est. In fragmentis Capitolinis est L. Calpurnius Piso Frugi rectè. Scribit enim Cicero in Verrem, & pro Fonteio primum hunc è Pisonibus esse Frugi vocatum. Idem tribunus plebis legem tulit de repetundis, Marno & Manilio consulibus, & annales Romanos scripsit. Cicero in Bruto.

622 *P. Popilius. P. Rupilius.*

INhunc annum creati consules fuerunt, authore Cassiodoro, P. Popillius, P. Rupilius. Lænas & Rupilius Fastis Siculis. Eorum meminit Cicero libro 13. ad Atticum & in Verrem. In fragmentis etiam Capitolinis est P. Popillius C. F. P. Rupilius, P. F. P. N. Rupilium & Popilium consules nominat Velleius libro 2. Rupilium & Lænatem Cicero in Lælio. P. Rupilij mentio etiam est in Epitoma L I X.

P. Crassus. L. Valerius. 623

COnsules suggerit in hunc annum Cassiodorus, P. Crassum, L. Valerium, Crassum & Flaccum Fasti Siculi. Cicero Philippica X I. L. Valerium Flaccum, P. Licinium Crassum. P. Licinij Crassi consulis meminerunt omnes, qui de bello Aristonici scripserunt. Hic P. Crassus Diues Scæuolæ frater dicitur à Cicerone in libris de Oratore, & in Bruto. Vnde eum Mutianum vocat Velleius libro secundo, vt adoptatum eum ex gente Muna in Crassorum familiam notet. Idem ditissimus, nobilissimus, eloquentissimus, iurisconsultissimus, Pontifex Maximus fuisse scribitur à Gellio libro primo, cap. 13.

C. Claudius. M. Perpenna. 624

APpius Claudius, M. Perpenna, consules in hunc annum comparantur ab Obsequente & Cassiodoro. Liber Cuspiniani & Fasti Græci, Lentulum & Perpennam edunt, fortè hic Claudius in familiam Corneliam adoptatus fuit. Cæterùm Cicero libro tertio de legibus, & pro Plancio, hunc C. Claudium vocat. Id etiam confirmat vulgata vetus lapidea tabula, in qua est C. Claudio, M. Perpenna consulibus. Quam inscriptionem Sigonius & Onuphrius secuti C. Claudium, non Appium nominant. De M. Perpenna mentionem fecerunt omnes qui bellum Aristonici descripserunt, in his fuêre Valerius libro tertio, cap. quarto, Velleius, Strabo, Orosius & Eutropius.

C. Sempronius. M. Aquilius. 625

HIc annus consules habuit M. Aquilium, C. Sempronium autore Cassiodoro, Aquilium & Tuditanum Fastis Siculis. Orosio autem C. Sempronium Tuditanum, M. Aquilium. Horum meminit Cicero de natura deorum, & ad Q. fratrem, Paterculus lib. 2. Strabo lib. 14. Appianus lib. 1. Vterque ex triumphis eorum Capitolinis descriptus est.

Cn. Octauius. T. Annius. 626

DEinceps Cn. Octauius. T. Annius consules secuti, autor Cassiodorus, præter eum nemo. Octauium & Rufum liber Cuspiniani & Fasti Siculi: Plutarchus etiam T. Annium quendam narrat cum Tiberio Graccho in seditione contendisse, Cn. Octauius, Cn. F. est eius qui consul fuit anno DCLXXXVIII.

L. Cassius. L. Cinna. 627

LCassium, L. Cinnam, consules in hunc annum edit Cassiodorus, Longinum & Cinnam Fasti Siculi. Libri Cuspiniani Rullam mendosè pro Rauilla & Cinnam edunt. Hic L. Cassius ab eo genitus est, qui consulatum gessit anno D X C. qui postea censor fuit D C X X I X. & Rauilla cognominatur à Frontino.

M. Aemilius. L. Aurelius. 628

MAemilium, L. Aurelium consules in hunc annum memorat Cassiodorus & Obsequēs. Lepidum & Orestem Fasti Siculi. M. Aemilium Lepidum, L. Aurelium Orestem Censorinus, M. Lepidum, L. Orestem Cicero in Bruto.

629 *M. Plautius. M. Fuluius.*

M. Plautium M. Fuluium consules in hunc annum profitentur Casiodorus & Obsequens. Hypsæum & Flaccum Fasti Siculi. M. Plautium Hypsæum, M. Fuluium Flaccum Orosius, & Frontinus de aquæductibus. Meminit eorum etiam Valerius cap. de Superbia.

630 *C. Cassius Longinus. C. Sextius.*

COnsules subsecutos tradit Casiodorus & Obsequens, C. Casium Longinum, & C. Sextium. Longinum & Caluinum Fasti Siculi, Velleius Casio & Caluino Fabrateriam coloniam deductam scribit. C. Sextij Caluini meminit Cicero in Bruto. Eutropius consules edit C. Casinm Longinum, & Sext. Domitium Caluinum, non sine mendi suspitione.

631 *Q. Cæcilius. T. Quintius.*

Q. Cæciliom T. Quintium in hunc annum prodit consules Casiodorus. Metellum & Flaminium Fasti Siculi. Q. Cæcilium Metellum, T. Quintium Flaminium, Eutropius & Orosius. T. Flaminum, Q. Metellum, vocat Cicero pro domo. Q. Metellus Maximus natu est è filijs quatuor Macedonici, quem à deuictis in hoc honore Balearibus Q. Metellum Balearicum vocat Plutarchus de fortuna Romanorum.

632 *Cn. Domitius. C. Fannius.*

CN. Domitinm, C. Fannium consules comparant in hunc annum Casiodorus & Obsequēs, Aenobarbum & Fannium Fasti Siculi. Eorum meminit Cicero in Bruto, & Plinius libro 2. cap. 32. Lunæ, inquiens, trinæ Cn. Domitio & C. Fannio consulibus apparuere, quos plerique appellarunt soles nocturnos.

633 *L. Opimius. Q. Maximus.*

L. Opimium, Q. Maximum, consules hic annus habuit, autore Casiodoro, Opiminm & Maximum Fastis Siculis, Obsequente verò, L. Opimium, Q. Fabium Maximum. Horum meminit Plinius lib. 2. cùm ait, Circa solem arcus apparuit L. Opimio, Q. Fabio coss. Hic Q. Fabius Maximus Pauli nepos, Fabijq; Aimyliani filius, & rectè dicitur à Cicerone in Bruto, Floro in Epitoma, Velleio libro 2. & Pædiano in Verrinas. Ita coargui possunt Strabo, Appianus, & Plinius, qui hunc cum Aimyliano patre confundunt, qui eodem Cicerone & Plinio autoribus Allobrogicus ex Allobrogum victoria appellatus est. Lucij Opimij consulis, vnde Opimianum vinum dictum est, Plinius libro 14. cap. 4. & Plutarchus in C. Graccho, & Velleius libro secundo meminerunt.

634 *Pub. Manlius. C. Papirius.*

PVb. Manliom. C. Papirium, consules subdit in hunc annum Casiodorus. Manlium & Carbonem Fasti Siculi, C. Papirius Carbo is est, qui tribunus plebis Claudio & Perpenna coss. pòst triumuir agris diuidundis à C. Graccho designatus est, quiq; primum plebis partes secutus, post ad optimates se contulit, de quo cum aliàs sępè Cicero, tum in secundo de oratore meminit.

L. Cæcilius. L. Aurelius. 635

L. Cæcilium, L. Aurelium, consules suggerit Casiodorus & Obsequens. Metellum & Cottam Fasti Siculi. Cæcilij Metelli & Cottæ consulum meminit Plutarchus in Mario, quem Marium his coss. tribunatum plebis gesisse, Metellumq; consulem in carcerem coniecisse scribit. Hic est Cotta ille, in cuius consularis locnm C. Cæsarem Flaminem dialem esse factum tradit Velleius.

M. Cato. Q. Martius. 636

HIc annus cousules habuit, M. Catonem, Q. Marnum, teste Casiodoro & Obsequente. Catonem & Martium Fasti Siculi. Eutropio autem M. Portium Catonem, & Q. Martium. Eorum meminit Valerius libro 5. & Plinius libro 2. cap. 31. Gellius libro 13. cap 19.

L. Cæcilius. Q. Mutius. 637

COnsules deinceps tradit Casiodorus, L. Cæcilium & Q. Mutium. Metellum & Scæuolam Fasti Siculi, L. Cæcilium Metellum, Q. Mutium Scæuolam Eutropius. Est autem hic L. Cæcilius Metellus, qui postea à Dalmatis victis Dalmaticus est appellatus, quem Plutarchus in Coriolano, & in libro de fortuna Romanorum Diadematum vocat, quòd vlceris causa diademate diu frontem obligauerit. Hinc Pompeio candida fascia crus alligatum habenti, Fauonius non refert (inquit) qua in parte corporis sit diadema, exigui panni appellatione regias eius opes exprobrans. Quintius verò Mutius Scæuola augur est, de quo Cicero in Lælio, & libro primo de Oratore.

C. Licinius Geta. Q. Maximus. 638

CAsiodorus coss. in hunc annum comparat, C. Licinium & Q. Maximum. Fasti Græci, Getam & Maximum, liber Cuspiniani Getam & Eburnum. De Q. Maximo loquitur Cicero pro Muræna. Fuisse autem hunc è Fabijs, Eburni cognomen indicat, de quo Festus, Pullus Iouis dicebatur Q. Fabius, cui Eborno cognomen erat, propter candorem, quod eius natis fulmine icta esset. Fabium Eburnum filium impudicum, cognita domi causa necasse tradit Quintilianus declam. 3. quem Q. Fabium Seruilianum vocat Valerios. Licinij patris nomen hactenus obscurum ex uummo antiquo reposuit Golzius, in quo C. Licinium Getam Publij filium fuisse disertè perscriptum ait.

M. Metellus. M. Scaurus. 639

COnsules subsecuti sunt autore Casiodoro M. Metellus, M. Scaurus: Cæterùm Metellus tertius est ex filijs Macedonici. De Marco autem Scauro, quem autor libri de viris illustribus M. Aimylium Scaurum vocat, ita scribit Pædianus: M. Scaurus ita fuit Patricius vt tribus supra eum ætatibus iacuerit eios domus fortuna, nam neque pater, neque auus, neque proauos propter tenues opes & nullam vitæ industriam honores adepti sunt. De eo prætērea sæpe Cicero pro Muræna, & in Bruto, Valerius libro 5. cap. 8. & Plinius libro secundo, cap. 36.

640 *M' Acilius Balbus. C. Cato.*

M' Acilium Balbum, C. Catonem consules suggerit Cassiodorus: Balbum & Catonem Fasti Siculi: M. Acilium, C. Portium Obsequens. Eorundem meminit Plinius libro 2. cap. 29. & 58. Acilium prænomine Manij afficit Plutarchus in Mario. C. Cato frater est M. Catonis, eius, qui quadriennio ante consul fuit, nepos M. Catonis, Censorij atque Africani sororis filius, vt ait Velleius: Cicero in Verrem & in Bruto.

641 *C. Cæcilius. Cn. Papirius.*

C. Cæcilium, Co. Papyrium consules subdit Cassiodorus & Obsequens. Metellum & Carbonem Fasti Siculi. C. Cæcilium Metellum & Cn. Carbonem Eutropius, eosdem anno 640. ab V. C. consulatum gessisse tradit Tacitus de moribus Germanorum: quo anno populum Romanum primum cum Cimbris & Teutonibus bellare cœpisse, ipse cum Obsequente scribunt, C. Metellus est quartus C. Metelli Macedonici filius, quem moriens prætorium & candidatum consulatus reliquit. Hinc cognomen ex contumelia traxisse author est Cicero de Orat. libro 2. cognomen autem fuit Caprarius, vt ait Plutarchus de vita Romanorum.

642 *M. Liuius Drusus. L. Piso.*

M. Liuium Drusum, L. Pisonem consules, in hunc annum commemorat Cassiodorus, Drusum & Pisonem Fasti Siculi, L. Piso Cæsoninus consularis occisus postea est à Tigurinis, L. Cassio consule, autor Orosius.

643 *P. Scipio. L. Calpurnius Bestia.*

COnsules edit in hunc annum Cassiodorus, P. Scipionem, L. Calpurnium Bestiam, Fasti Siculi Nasicam & Bestiam. Obsequens P. Scipionem, L. Calpurnium. Salustius, Eutropius, & Orosius, P. Scipionem Nasicam, & L. Calpurnium Bestiam. P. Nasicæ Scipionis, & L. Bestiæ consulum meminit etiam Val. lib. 1. cap. 6. Cicero autem P. Scipionem, P. Scipionis Serapionis filium, L. Bestiæ collegam in consulatu mortuum esse tradit in Bruto: Bestiæ etiam mentio fit in fragmento Capitolino.

644 *Sp. Postumius. M. Minucius.*

Sp. Postumium, M. Minucium, consules Cassiodorus suggerit, Albinum & Rufum Fasti Siculi, Sp. Albinum, Q. Minutium Rufum, Salustius, M. Minucij meminit etiam Velleius & Epitoma LXV.

645 *Q. Metellus. M. Silanus.*

COnsules subsecutos tradit Cassiodorus, Q. Metellum & M. Silanum. Fasti Siculi Metellum & Silanum, Q. Cæcilium Metellum Numidicum, M. Iunium Silanum, Pædianus & Eutropius. Eorum etiam meminit Cicero in Bruto. Metellus à Numidia victa Numidicus dictus, autore Velleio.

646 *Ser. Galba. M. Scaurus.*

SEruium Galbam, M. Scaurum prodit in hunc annum consules Cassiodorus & Obsequens. Sulpitium & Scaurum Fasti Siculi. Seruium Galbam consularem fuisse Mario V I. consule scribit pro Rabirio Cicero. M. Scauri consulis meminit Velleius & Tacitus. Hic est M. Aurelius Scaurus, qui post legatus à Cimbris est interfectus, vt est in Epitoma LXVII.

L. Cassius. C. Marius. 647

L. Cassium, C. Marium consules in hunc annum comparat Cassiodorus. Longinum & Marium, liber Cuspiniani & Fasti Siculi. Eorum etiam meminit Plinius libro 10. cap. 13. C. Marium duabus repulsis ædilitatis acceptis consulem esse factum, scribit Cicero pro Plancio, & Plutarchus in Mario, & rursus Cicero libro 3. de Officijs.

Q. Seruilius Cæpio. C. Acilius. 648

OBsequens & Cassiodorus consules in hunc annum comparant, Q. Seruilium Cæpionem, & C. Atilium Serranum. Cæpionem & Serranum Fasti Siculi. Hoc anno 111. Nonas Ianuarij natum esse M. Tullium Ciceronem, Gellius libro 15. cap. 28. scriptum reliquit. Horum consulum multa apud Ciceronem, & alios veteres scriptores mentio est.

P. Rutilius Rufus. C. Manilius. 649

PVblius Rutilius Rufus, & C. Manilius consules in hunc annum suggeruntur ab Obsequente & Cassiodoro, P. Rutilium, M. F. vocat Cicero in Bruto. In altero consule variant annales, alij enim Caium, alij Cneium, alij Marcum Manlium, Mallium vel Manilium vocant. Cæterùm totam hanc controuersiam dirimit lapis antiquus Puteolanus, cuius inscriptio continet Pub. Rutilij, & Cn. Mallij consulum nomen, vt & Fastorum Siculorum, in quibus est Rufus & Mallius. Eius Cicero pro Plancio & Muræna, Valerius, Salustius, Tacitus, Florus, Eutropius & Orosius meminerũt. Atque eum non solum ignobilem, verùm sine virtute, sine ingenio, vita etiam contempta fuisse scribit Cicero pro Plancio. Vnde facilè apparet, Mallios gentem esse à Manlijs diuersos, Non enim de Cn. Manlio patritio eoque nobilissimo ita loqueretur Cicero.

C. Marius II. C. Flauius Fimbria. 650

DEinceps C. Marium II. C. Flauium Fimbriam, consules suggerit Cassiodorus, C. Marium, C. Flauum, Obsequens. Marium & Fimbriam Fasti Siculi, C. Marium II. C. Fimbriam item C. Marium, C. Flauium, Pædianus in Cornel. Horum præterea consulum sæpe Cicero, Velleius, Valerius, Plutarchus, & alij mentionem faciunt.

C. Marius III. L. Aurelius Orestes. 651

C. Marium III. L. Aurelium Orestem, tradit in hunc annum consules Cassiodorus. Marium & Orestem Fasti Siculi. Marius absens etiam III. consul est factus metu Cimbrici belli, quod differebatur, author Velleius, Eutropius, Epitoma, Cicero de prouincijs.

652 *C. Marius IIII.* *Q. Lutatius.*

INde C. Marium IIII. Q. Lutatium, consules Casiodorus & Obsequens soggerit. Marium & Catulum Fasti Siculi, C. Marium IIII. & Q. Lutatium Catulom Plutarchus, & Eutropius. De bis præterea Cicero sæpe & Plinius mentiooem faciunt.

653 *C. Marius V.* *M' Aquillius.*

COnsules deinde fueruot, Casiodoro teste, C. Marius V. & M' Aquillius. De C. Mario V. consule Plutarchus & Florus. Cicero verò 2. de Oratore, C. Marij V. consulis collegam vocat M' Aquillium, de qoo Plotarchus in Mario, qui eum μάνιον ἀκύλλιον vocat, vt & Appianus in Mithridatica. Est autem M' Aquillius consularis ille, quis pòst legatus à Mithridate rege captus, atque per contumeliam excrutiatus est.

654 *C. Marius VI.* *L. Valerius Flaccus.*

CAsiodorus & Obsequens, hoc anno edunt consules, C. Marium VI. L. Valeriom Flaccum. Marium & Flaccum Fasti Siculi. Hic L. Flaccus postea censor, princeps senatus & magister equitum Syllæ dictatoris fuit. Horum verò consulom Cicero sæpissimè vt in Bruto, pro Rabirio, in Catilinam, in Antonium, pro Plancio, Plinius libro secundo, Velleius, Pædianus in Pisoniana. Plutarchus & alij plerique meminerunt. Hoc anno IIII. Idus Quiotiles, C. Cæsar postea dictator natus est, authore Macrobio.

655 *M. Antonius.* *A. Postumius.*

MArcum Antoniom, A. Postumium, consules in hunc annum produnt Casiodorus & Obseqoens. Antoniom & Albinom Fasti Siculi. In fragmento Capirolino etiam est mentio A. Post. Liber Cuspiniani & Fasti Græci Antoniom & Albinum. Horum consulum meminit Cicero in oratione post reditum ad Quirites. Plinius libro octaoo, capite septimo, vbi hunc anoom DCLV. vocat. Gellius lib. 4. cap. 6.

656 *Q. Metellus.* *T. Didius.*

Q. Metellus, T. Didius, coosoles subsequuntur in hunc annum, author Casiodorus & Obsequens. Hos etiam memorat Pædianus in Cornelianam, Q. Metellum nepotem, inquit, Balearici F. Macedonici nepotem, qui consul fuit cum T. Didio, Curio accusauit. Meminit etiam eiosdem in oratione post reditum.

657 *Cn. Lentulus.* *P. Crassus.*

CN. Lentulom, P. Crassum, cum Fastis Siculis Casiodorus, Cn. Cornelium, P. Liciniom, Obsequens in huoc aonum commemorat consules. Meminit eorum Plinius libro 10. cap. 1. & libro 33. capite secundo.

658 *Cn. Domitius.* *C. Caßius.*

CN. Domitium, C. Casium, hic annus habuit, authore Casiodoro & Obsequente. Liber Cospiniani & Fasti Græci profitentur Aenobarbum & Longioum', Verrij Flacci fragmentum Aenobarbum & C. Casiium L. F. Meminit eorum Pædianus in Corneliana, &c.

L. Crassus. *Q. Scæuola.* 659

COnsules subsecuti, L. Crassos & Q. Scæuola, aothores Casiodorus & Obseqoens. In fragmento Capitolioo coosulari est Crassus, Q. Motius in Censorio est, L. Licinius L. F. Crassum oratorem omnes magistratus gessisse cum Q. Scæuola pontifice Maximo, præter tribunatum plebis & censoram scribit Cicero in Bruto, ijsdemq; consulibus, Q. Hortensium in foro primum dixisse. L. Licinij Crasi oratotis, & Q. Mutij Scæuolæ pontificis Max. & Oratoris ac Iurisconsulti: consulum meminit Pædianus in Corneliana.

C. Cælius. *L. Domitius.* 660

C. Cœlium, L. Domitium, consules edunt in hunc annum Casiodorus & Obsequens. Caldum & Acnobarbum Fasti Siculi. In fragmento Capitolioo est Caldus & L. Domitius Cn. F. Caldus autem est cognomeo Cœlij. Meminit eoim etiam Velleius Cœlij cuiusdam Caldi sub Augusto. Itidem Cicero in libro de petit. consul, pro Muræna, Pædiaous in Corneliana. Rursus Cicero in Bruto proximè ante Herenoiom.

C. Valerius Flaccus. *M. Herennius.* 661

COnsules in hunc annum comparant, C. Valerium Flaccum, M. Herenoiom, Casiodorus & Obsequens. Flaccum & Herennium Fasti Siculi. Flaccum, M. Herennium Capitolinum fragmeotum. Horum quoque meminit Plinius libro 29. cap. 3. Cicero pro Muræna in Bruto.

C. Claudius Pulcher. *M. Perpenna.* 662

COnsules hoc anno fuerunt C. Claudius Pulcher, M. Perpenna, Casiodorus author & Obsequens. In fragmento item Capitolino est Pulcher, M. Perpenna, itemq; in Fastis Siculis. Huius Claodij Prætoris Siciliæ meminit Cicero in Verr. 4. ædilis curulis, libro 2. Offic. Plinius libro 8.

L. Martius. *Sext. Iulius.* 663

LVcium Martiom, Sext. Iuliom, consules in hunc annum Casiodorus & Obsequens. Philippum & Cæsarem Fasti Siculi. Eutropius & Orosius Sext. Iulium Cæsarem. L. Martiom Philippum, fragmentum Capitolinum Philippum, Sext. Iulium C. F. edoot. Horum meminit Plinius libro 2. cap. 8. & lib. 33. cap. 3. Itidem Cicero sæpè Valeriusq;.

L. Iulius Cæsar. *P. Rutilius Lupus.* 664

COnsules in honc annum sunt apud Casiodorum & Obsequeotem, L. Iulios Cæsar, Pub. Rutilius Lupus, itemq; apod Pædianum Velleium & in Epitoma LXXIII. & apud cæteros, qui de bello Carsico scripserunt, in fragmento Capitolino Cæsar P. Rotilius L. F. in Siculis Fastis Cæsar & Lupus. Meminit

minit etiam eorum Cicero de diuinatione. L. Cæsarem autem in ædilitate prætermissum, consulem factum scribit in Plantiana.

665 *L. Portius.* *Cn. Pompeius.*

L. Portium, Cn. Pompeium, consules in hunc annum edit Caſsiodorus, Cn. Pompeium Strabonem, L. Portium Catonem, Pædianus in Corneliana. Strabonem & L. Portium fragmenta Capitolina. Strabonem & Catonem Fasti Siculi. Horum consulum meminerunt Appianus, Orosius, & alij, qui bellum Marsicum literis prodiderunt. Cn. Pompeius hic pater Cn. Pompeij Magni fuit, authore Appiano & Pædiano in Pisonianam.

666 *L. Sylla.* *Q. Pompeius.*

COnsules edit in hunc annum Caſsiodorus, L. Syllam & Q. Pompeium, idem est scriptum apud Obsequentem, Velleium, Eutropium, Orosium, Appianum, Plutarchum & alios. Syllam & Rufum Fasti Siculi. Sylla post victoriam ciuilem Fœlicem se appellari voluit. Itaque Pædianus & Capitolini authores in hoc consulatu referendo ita scribũt, L. Solla, qui postea Felix est appellatus. Idem in secundo consulatu Capitolino L. F. P. N. dicitur, De Q. autem Pompeio Rufo loquitur etiam Cicero in Bruto.

667 *L. Cornelius Cinna.* *Cn. Octauius.*

COnsules in hunc annum commemorat cum Fastis Siculis Caſsiodorus L. Cinnam & Cn. Octauium. L. Cornelium Cinnam, Cn Octauium, Appianus, Velleius & cæteri qui huius temporis historiam literis prodiderunt, L Cinnam scribit Plutarchus consulem à L. Sulla ex inimica factione ea conditione creatum, vt Sullæ actionibus non aduersaretur, vbi primum magistratum iniuit, præsentem Reip. statum perturbare adortum, Sullæ etiam accusationem per Virginium tribunum plebis comparasse. Sullam autem, Virginio contempto aduersus Mithridatem mouisse.

668 *L. Cinna II.* *C. Marius VII.*

INde C. Marius VII. L. Cinna II. consules Siculis Fastis, Caſsiodoro, & ijs qui de bello ciuili scripserunt authoribus, Plutarchus Marium primum fuisse tradit, qui septimum Romæ consulatum ceperit. Cæterùm, quod apud Appianum & in Epitomis extat, L. Cinna, C. Marius nullis habitis comitijs consules se in hunc annum renunciarunt, eodemque die quo magistratum inierunt, Marius Sext. Licinium Senatorem de saxo deijci iussit: editisque multis sceleribus. Idibus Ianuarijs decesit, in eius locum suffectus est L. Valerius Flaccus, is vt putant, qui ante cum C. Mario VI. consule consul fuit, de quo Cicero pro Flacco eius filio dicens mentionem facit.

669 *L. Cinna III.* *Cn. Papirius.*

L. Cinnam III. Cn. Papirium consules subsecutos in hunc annum testatur Caſsiodorus, Cinnam & Carbonem Fasti Siculi. In Epitoma 83. scriptum est, L. Cinnam & Cn. Papirium Carbonem consules semet per biennium creasse, & in libro de viris illustribus Cinnam iterum & tertium consulem se fecisse. Horum meminit etiam Plutarchus in Sulla, Appianus in Mithridatica atque in primo bellorum ciuilium.

L. Cinna IIII. *Cn. Papirius II.* 670

DEinceps L. Cinna IIII. Cn. Papirius II. consules, author Caſsiodorus & Epitoma. Cinnæ IIII. consolis meminit Cicero in Tusculanis, Suetonius in Cæsare, Cn. Papirij Carbonis II. Capitolinæ tabulæ, Siculæ non sine erroris suspitione consules suggerunt Carbonem & Scribonium.

L. Scipio. *C. Norbanus.* 671

COnsules inde L. Scipio & C. Norbanus testis cum Siculis tabulis Caſsiodorus, Obsequens, Appianus, Eutropius, Florus & Tacitus libro 19. In Capitolinis fragmentis est L. Cornelius L. F. L. N. Scipio Asiaticus.

C. Marius. *Cn. Carbo III.* 672

DEinceps C. Marium Cn. Carbonem III. consules inuenio apud Caſsiodorum, Appianum, Velleium & alios, C. Marium fratris filium, C. Marij septies consulis Appianus, at Velleius, Plutarchus, Eutropius, & alij C. Marij filium prodiderunt, fortasse autem à C. Mario adoptatus fuit, in Capitolinis certe tabulis C. Marius C. F. C. N. appellant. Horum consulum meminit Cicero contra Rullum, Plinius libro septimo, & hi qui bella ciuilia Sillana scripserunt.

M. Tullius. *Cn. Dolabella.* 673

INde M. Tullium Cn. Dolabellam consules subijcit Caſsiodorus. Deculam & Dolabellam Fasti Siculi: Tradit etiam Appianus Sillam dictatorem, vt speciem quandam antiquæ dignitatis Respublica retineret, Consules creari permisisse M. Tullium & Cornelium Dolabellam, atque ipsum more regio supra eos sedisse. M. Tullij & Cn. Cornelij coss. meminit Cicero contra Rullum. & Gellius libro 15. cap. 33. In Capitolino fragmento M. Tullius M. F. A. N. Decula appellatur.

L. Sulla II. *Q. Metellus.* 674

CAſsiodorus cum Fastis Siculis consules suggerit L. Syllam II. Q. Metellum: Appianus adijcit, Syllam quanquam Dictator erat, tamen vt aliquam speciem, respub. habere videretur, se cum Q. Metello Pio consulem renuntiari voluisse. Horum consulum Cicero in Verrem & alibi Gellius libro 15. cap. 28. & Caſsiodorus meminerunt: Metello Pij cognomen fuit: Et est is qui Hispanias & Sertorianum bellum sortitus est: Numidici filius.

P. Seruilius. *Ap. Claudius.* 675

INde consules P. Seruilius Ap. Claudius autor Caſsiodorus. Eorum cognomina Vatia & Pulcher extant in tabulis Siculis, de quibus ita Appianus: Pop. Rom. vt Syllæ dictatori obsequeretur, ab eo vt cõsulatum cõtinuaret, petijt, coi adoersatus Sylla Seruiliũ Isauricũ & Claudiũ Pulchrũ consules renunciandos curauit. In fragmento Capitolino est, P. Seruilius

Vatia, qui postea Isauricus est appellatus: Isaurici verò cognomen accepit ab Isauris Ciliciæ populis deuictis, Pædianus in Verrinas. Strabo libro 14. Marcellinus libro 14. cum alijs.

676 *M. Lepidus. Q. Catulus.*

M. Lepidus, Q. Catulus consules in hunc annum à Cassiodoro referuntur, Plutarchus autor est, cum L. Sylla se dictatura abdicasset, & comitiorum consularium potestatem populo Romano reddidisset, Marcum Lepidum Syllæ inimicum, hominem audacem, ante Catulum, Cn. Pompeio annitente, esse renunciatum. Horum consulum meminit Plinius libro 36. vbi eos anno vrbis conditæ 676. fuisse scribit: Cicero pro Cornelio. Florus ex Liuio, Valerius libro 2. cap. 3. Eutropius.

677 *M. Aemilius. D. Brutus.*

MArcum Aemilium D. Brutum consules hic annus habuit authore Cassiodoro & Obsequente. Meminit horum Macer tribunus plebis apud Salustium, cùm plebem à patribus oppressam queritur. Itidem Cicero in Bruto & in II. de Officijs, Valerius libro septimo, cap. septimo, M. Aemylius Lepidi & Liuiani cognomen habuit. Nam ex familia Liuiorum à Mam. Lepido adoptatus fuit, ergo rectè Mam. filius.

678 *Cn. Octauius. C. Curio.*

VErrius Flaccus consules edit Cn. Octauium M. F. C. N. C. Scribonium Curionem. Eosdem etiam Cicero in Bruto, Salustius, Obsequens, Lactantius libro primo, Plinius libro secundo, cap. 35. memorat. Cicero in Bruto & Plinius libro 7. cap. 41. tres C. Curiones oratores produnt Patrem, filium, & Nepotem.

679 *L. Octauius. C. Cotta.*

L. Octauium, C. Cottam consules, Cassiodorus in hunc annum consules suggerit: C. Aurelium L. Octauium Obsequens: Loctanij C. Aurelij consulum meminit Plinius libro secundo, cap. 35. Cicero III. & V. in Verrem: In fragmentis Capitolinis, L. Octauius Cn. F. Cn. N. & C. Aurelius eduntur. Hunc annum transcendunt Fasti Siculi. Pædianus tres Cottas fratres consulares hoc tempore fuisse scribit, Caium, Marcum & Lucium.

680 *L. Licinius Lucullus. M. Cotta.*

L. Lucullum, M. Cottam consules in hunc annum prodit Cassiodorus: Lucullum & Cottam Fasti Siculi: L. Liciniū Lucullum M'Aurelium Cottam Eutropius. Appianus in Mithridatica, Plutarchus in Lucullo. Horum mentio est apud Ciceronem in Verrem & in Epitoma 93. & 94. L. Lucullus annum habuit qui consul fuit cum A. Albino. Cicero & Plutarchus autores.

681 *M. Lucullus. C. Cassius.*

M. Lucullum, C. Cassium consules, authore Cassiodoro, hic annus habuit. Marcellum & Cassium Siculis, quos Cicero in Verrem M. Terentium & C. Cassium, legemq́; ab his latam Terentiam & Cassiam vocat. Fuit enim quantum ex fragmentis Capitolinis augurari licet, M. Licinius Lucullus à M. Terentio Varrone adoptatus, ac propterea M. Terentius Varro Lucullus appellatus, L. Lucullum & M. Lucullum, Cicero in Lucullo & Plutarchus fratres vocant: quos Eutropius consobrinos nominat. Cassij cognomē fuisse Varum docet Plumbeius Tubulus Romæ inuentus, & quod Appianus etiam libro quarto C. Cassium Varum consularem à triumuiris proscriptum fuisse scribit.

L. Gellius. Cn. Lentulus. 682

L. Gellius Cn. Lentulus consules subsecuti, vt ait Cassiodorus. Itidem meminit eorum Cicero pro Balbo, & alibi, Plutarchus in Crasso, Eutropius, & Orosius. Liber Cuspiniani Poplicolam & Lentulum, Fuit verò L. Gellij Poplicolæ cognomen, vt ostendit Onuphrius.

Cn. Aufidius. P. Lentulus. 683

CN. Aufidium P. Lentulum consules prodit in hunc annum Cassiodorus: Lentulum & Orestem Fasti Siculi, Cornelium Lentulum, Cn. Aufidium Orestem, Eutropius, Cn. Aufidium Orestem cum tribunus plebis esse non potuisset consulem factum scribit Cicero pro Plancio. Est autem hic P. Lentulus Sura is, qui pòst consularis & prætor II. strangulatus est, consule Cicerone, quòd cum Catilina coniurauerat, cuius auus fuit P. Lentulus, princeps Senatus, vt ait Cicero pro domo, & in Catilinam, & Pædianus.

M. Crassus. Cn. Pompeius. 684

INde M. Crassum, Cn. Pompeium consules edunt Cassiodorus, Plutarchus, Appianus, Siculi Fasti, Magnum & Diuitem eorum cognomina fuisse satis constat. Ac omnium veterum scriptorum annalibus celebratur hic primus ipsorum consulatus. Plutarchus Licinium Crassum opera Pompeij consulis consulatum adeptum fuisse refert. Horum præterea consulum Cicero, Salustius, Pædianus in Cornelianam, & omnes alij meminerunt.

Q. Metellus. Q. Hortensius. 685

INde consules Q. Metellus, Q. Hortensius, testis cum Fastis Siculis Cassiodorus. Pædianus Q. Metellum Creticum cum Q. Hortensio oratore comparat, itemq́; Iosephus lib. antiq. Iudaic. 14. Q. Hortensium L. F. Cicero vocat in Bruto, Q. Metellus qui postea à Creta deuicta Creticus est appellatus, filius fuit L. Dalmatici, vt ex Pædiano in diuinationem elicitur.

L. Metellus. Q. Marcius. 686

PAedianus in Pisonianam, Dio & Cassiodorus consules in hunc annum comparant L. Cæcilium Metellum, & Q. Marcium. Fasti Græci Marcium Regem & Metellum: Quem scribit Dio mortuum magistratus initio, qui autem in eius locum suffectus fuit, eum antequam iniret obijsse, ac propterea neminem surrogari placuisse, Q. Martium solum magistratum gessisse, quem regis nomine afficit Salustius, L. Metellus frater fuit Q. Cretico, autore Pædiano.

C. Piso.

687 *C. Piso.* *M' Glabrio.*

INde C. Piso, M' Glabrio consules apud Caßiodorum & Fastos Siculos: Manius Acilius C. Piso apud Dionem subsequuntur. C. Pisonis, & M' Acilij Glabrionis consulatum meminit Cicero libro 12. ad Atticum, C. Pisonis consulis & legis Calpurniæ de ambitu ab ea latæ Pedianus in Cornelianam, scribit etiam de his Valerius libro 4.

688 *M' Lepidus.* *L. Volcatius.*

MAn. Lepidum, L. Torquatum mendose suggerit Caßiodorus, Fasti Græci Volcatium Tullum, Dio L. Tullum Aimylium Lepidum. Salustius in Catilina L. Tullum, M' Lepidum Pedianus in Cornelianam, M' Lepidum, L. Volcatium. Cicero pro Sulla, L. Volcatium Tullum ita vt sit, M. Aimylius Lepidus, & L. Volcatius Tullus.

689 *L. Cotta.* *L. Torquatus.*

IN hunc annum designati consules erant L. Autronius Pætus, (vt est in triumpho Tabulæ Capitolinæ, non Autronius vt vulgo legitur) & P. Cornelius Sulla. Qui cum ambitus damnati pœnas dedissent, in eorũ locum facti sunt qui eos accusauerant, L. Aurelius, M. F. Cotta, & L. Manlius, L. F. Torquatus. Salustio, Dione, Pediano in orationem pro Cornelio & in toga candida, & Tranquillo in Cæsarem autoribus.

690 : *L. Cæsar.* *C. Figulus.*

COnsules insequens annus habuit autore Caßiodoro, & Pædiano, & Siculis Fastis L. Cæsarem & C. Figulum, quos Dio vocat L. Cæsarem, C. Martium, C. F. Figulum. Cicero pro Sulla L. Iulium, C. Figulum, itemq; Salustius in Catilina, L. Iulius Cæsar eius Iulij filius est, qui bello Marsico consul fuit.

691 *M. Cicero.* *C. Antonius.*

COnsules hoc anno fuerunt M. Tullius, M. F. Cicero & C. Antonius, M. F. Dione libro 37. Caßiodoro, Salustio in Catilinario, Velleio libro 2. Iosepho antiq. 14. cap. 8. Plinio libro 8. cap. 53. Tranquillo in vita Augusti, Appiano, Eutropio, Pædiano, alijsq; Autoribus.

692 *D. Silanus.* *L. Muræna.*

COnsules subsecuti sunt D. Silanus. L. Muræna, authore cum Siculis Caßiodoro & Salustio, Dio D. Iunium, M. F. Silanum, L. Licinium, L. F. Murænam edit. Eutropius D. Iunium Silanum, & L. Licinium, L. Murænæ filius est eius qui de Mithridate propr. triumphauit, vt ait Cicero pro ipso Muræna ambitus reo. His comitijs iterum repulsam tulit L. Sergius Catilina, cuius dolore ad coniurationem exarsit, & Ser. Sulpitius Rufus Iurisconsultus qui post Murænam ambitus accusauit.

693 *M. Pupius.* *M. Valerius.*

CAßiodorus hoc anno cõsoles subijcit M. Pupium, M. Valerium, Pisonem & Messalam Fasti Siculi. Dio M. Pupium M. F. Pisonem, & M. Valerium, M. F. Messalam Nigrum. Messalæ Nigri etiam est mentio apud Pædianum in oratione pro Scauro, M. Messalæ, & M. Pisonis apud Plinium lib. 7. cap. 26. lib. 37. cap. 2. libro 8. cap. 26. Cæsarem libro 1. de bello Gallico. De M. Pisone etiam Pedianus in Pisonianam.

Q. Metellus. *Q. Afranius.* 694

COnsules edit in hunc annum Caßiodorus cum Siculis, Q. Metellum, L. Afranium, item Obsequens, & Cicero libro primo Epist. ad Atticum. Dio L. Afranium, L. F. Q. Cæcilium, Q. F. Metellum celerem. Vterque horum Pompeij opera consulatum, teste Dione, consecutus est, eius enim legati ambo fuerunt in Asia.

C. Cæsar. *M. Bibulus.* 695

C. Cæsarem, M. Bibulum in hunc annum consules comparant cum Siculis Caßiodorus, Suetonius & Epitomæ. C. Iulium, C. F. Cæsarem, M. Calpurnium Dio, C. Iulium Cæsarem Calpurnium Bibulum Plutarchus & Appianus, quanquam hic vt & Orosius & Eutropius L. Bibulum vocat, Cæsaris & Bibuli meminit Cicero ad Lentulum libro 1.

L. Piso. *A. Gabinius.* 696

L. Pisonem, A. Gabinium, in hunc annum consules edunt Caßiodorus & Fasti Siculi. L. Calpurnium, L. F. Pisonem, A. Gabinium, A. F. Dio, L. Pisonem, A. Gabinium, Cæsar, Cicero, Plutarchus & Caßiodorus. Meminit horum Cæsar libro 1. de bello Gallico, Plutarchus in Catone minore. Cicero in Pisonem, pro Sextio. Pisonem Cæsonium vocant Cicero & Pædianus, quo nomine etiam auus eius vsus est, vt apparet in Capitolinis tabulis anno DCVI.

P. Lentulus. *Q. Metellus.* 697

COnsules subsequuntur in hunc annum apud Caßiodorum & in Fastis Siculis P. Lentulus, Q. Metellus, apud Dionem P. Cornelius, P. F. Lentulus Spinther, Q. Cæcilius Q. F. Metellus nepos. Horum meminit Valerius libro 9. Lentulus inquiens, & Metellus in consulatu collegæ ambo io scæna propter similitudinem histrionum spectati sunt, sed alter ex quodam assectarum cognomen Spintheris traxit, alter nisi Nepotis à moribus accepisset, Pamphili Retiarij, cui simillimus esse ferebatur, habuisset. De eisdem Cicero in prima Epistolarum, & in urationibus lepißimè, Plinius lib. 7. cap. 2. Plutarchus in Cicerone, & alij omnes.

Cn. Lentulus. *L. Philippus.* 698

COnsules suggerit Caßiodorus, Cn. Lentulum, L. Philippum. Fasti Siculi Marcellum & Philippum. Dio Cn. Cornelium P. F. Lentulum Marcellinum, L. Martium L. F. Philippum, Lentuli & Marcellini coss. meminit Cicero in Epistolis ad Lentulum, Martij Philippi consulis Plutarchus in Catone. Cn. Lentulus eius P. Lentuli filius est, qui fuit M. Marcelli filius, à P. Lentulo adoptatus, vt ait Cicero in Bruto. Est autem Marcellinus non Claudianus appellatus, vt intelligeretur ex qua Claudiorum familia ortus est.

Cn. Pompeius. *M. Crassus.* 699

CVm C. Catonis tribuni plebis intercesßionibus comitia tollerentur, senatus vestem mutauit. Consules ex interregno facti sunt, Cn. Pompeius. M. Crassus iterum, vt Plutarchus, Dio, & Appianus authores sunt, L. Domitius Aenobarbus,

quem Cato ac boni omnes deducebant, foro per vim pulsus, Cato ipse vulneratus est. Hos consules Dio vocat Cn. Pompeium Cn. F. Magnum II. M. Licinium P. F. Crassum II. quorum Pædianus, Eutropius, Fasti Siculi, & alij, meminerunt.

700 *Appius Claudius.* *L. Domitius.*

Dio libro 39. Anno vrbis conditæ DCC. Varronis supputationem secutus, consules edit, App. Claudium Ap. F. Pulchrum, & L. Domitium Cn. filium Aenobarbum. Cassiodorus & Obsequens, App. Claudium, L. Domitium memorant. quos Siculi Fasti nominant Pulchrum & Aenobarbum. Pædianus in oratione pro Scauro, L. Domitium Aenobarbum, App. Claudium Pulchrum. L. Domitij Cn. F. Aenobarbi meminit quoque Cœlius in 8. Epistolarum.

701 *Cn. Domitius.* *M. Messala.*

In hunc annum consulatum petierunt magna contentione atque ambitu C. Memmius, Cn. Domitius, M. Messala, M. Scaurus, vt scribit Cicero ad Q. fratrem. Facti autem sunt ex interregno, septimo huius anni mense, M. Messala & Cn. Dominius, qui ne tum quidem creati fuissent, nisi Q. Pompeius Rufus trib. plebis, qui intercessionibus comitia tollebat, ex senatusconsulto in carcerem coniectus fuisset, atque idem se de cæteris facturum, qui comitia impedissent, senatus ostendisset. Hæc Dio. Appianus octo menses rempub. sine magistratibus fuisse. Plutarchus in tanto rerum discrimine legem à Lucilio trib. plebis latam de dictatore Cn. Pompeio creando, qui rempub. constitueret scribit, ac Catone repugnante nihil effectum. Dio non solum de dictatore, sed etiam de Tribunis militum consulari potestate creandis mentionē à tribb. pleb. illatam ait, consules autem Messalam & Caluinum, Pompeio annitente esse creatos, quæ eadem cognomina in Fastis etiam Siculis prodita sunt, Cn. Domitius Caluinus, M. F. M. N. in Capitolinis tabulis scribitur anno DCCVIII. & DCCXVII.

702 *Cn. Pompeius.* *Q. Metellus.*

QVum propter potentissimorū competitorum contentiones Kalend. Ianuarij consules adhuc creati non essent, facto in M. Bibuli sententiam Senatusconsulto Cn. Pompeius ab interrege Seruio Sulpitio V. Kalend. Martij cos. III. sine collega primus creatus est, statimq; consulatum init. Verùm vt inuidiam vitaret, in quinque menses extremos, Q. Cæcilium Metellum Pium Scipionem socerum sibi collegam surrogauit. Hæc Pædianus in Milonianam, Plutarchus, Appianus & Dio. Hic Metellus Pius Scipio, P. Cornelius Scipio Nasica dicebatur, Nasicæ Scipionis filius, qui à Q. Metello Pio adoptatus, Q. Cæcilius, Q. F. Q. N. Metellus Pius Scipio vocatur à Cœlio in epistolis familiaribus.

703 *Mar. Marcellus.* *Ser. Sulpitius.*

In hunc annum consules creati sunt Mar. Marcellus, Ser. Sulpitius, autore Cassiodoro, Plutarcho, Appiano, quos Fasti Siculi vocant Rufum & Marcellum. Dio Seruium Sulpitium Q. F. Rufum, M. Claudium M. F. Marcellum. Eorum consulum meminit etiam Suetonius in Cæsare. Cicero in Epistolis, & Epitoma CXVIII. Hic Marcellus eius Marcelli qui anno sequenti consulatum gessit patruelis, eius verò qui cum Lentulo biennio pòst, frater germanus, vt ex Verrio Flacco, Dione, & Suetonio intelligitur.

L. Paulus. *C. Marcellus.* 704

Inde L. Paulus, C. Marcellus, consules subsecuti sunt, autore cum Siculis Cassiodoro, Dione, Suetonio, & Hirtio, libro 8. Horum alter L. Aemylius M. F. Paulus à Dione, alter C. Claudius C. F. Marcellus à Cicerone in Epistolis nominatur. Dio hunc ab alijs ἀνεψιὸν, ab alijs ἀδελφὸν M. Marcelli traditum, Suetonius patruelem fuisse apertè scribit.

L. Lentulus. *C. Marcellus.* 705

Hic annus consules habuit, L. Lentulum, C. Marcellum, author Cassiodorus, Appianus, Plutarchus, Hirtius, Florus, Cicero in Epistolis. Dio hos consules vocat, L. Cornelium P. F. Lentulum, C. Claudium M. F. Marcellum. In fragmentis Capitolinis est etiam C. Claudius M. F. M. N. Marcellus. Hic est L. Lentulus Crus, qui autore Cœlio prioribus comitijs repulsam tulit, Flamen Martialis dictus à Cicerone in Vatinium.

C. Cæsar. *P. Seruilius.* 706

Dictatore Cæsare extremo superioris anni tempore comitia habente consules creantur, C. Iulius C. F. Cæsar, & P. Seruilius P. F. Isauricus. Is enim erat annus, quo per leges ei consulem fieri liceret. Ita enim in eius commentarijs lib. 3. ipse, Dio lib. 41. Plutarchus, Tranquillus, Appianus & Cassiodorus tradunt. Legem autem intelligit eam qua vetabatur, ne quis intra decem annos iterum consul fieret, P. Seruilius, P. Seruilij fuit filius, eius qui primus Isaurici cognomen inuenit, qui hoc anno consulatū Romæ, Cæsare in Macedonia rem gerente, administrauit.

Q. Fufius Calenus. *P. Vatinius.* 707

Populus Romanus (inquit Dio) audita Cn. Pompeij cæde enixè operam dedit, vt Cæsari victori honorificentissima decreta fierent. Ergo consulatū in quinque deinceps annos, dictaturam, non in sex menses, vt antè, sed in annum, tribunitiam potestatem in perpetuum ei mandauit. Cæsar autem quamuis extra Italiam esset, dictaturam statim iniit, cùm magistrum equitum, M. Antonium nondum Prætorium sibi subrogasset. Ex tabulis Capitolinis, Dione, Plutarcho, & Cicerone II. Philippica. Quo autem titulo hanc dictaturam & sequentes Cæsar ceperit, M. Antonius in Cæsaris laudatione apud Dionem ostendit. In qua ille Dictatorem aduersus hostes Cæsarem creatum ait, Ergò rei gerundæ causa factus fuit. Aliam etiam ob causam Cæsarem dictaturam accepisse constat, ea fuit, vt illa potestate, quæ summa erat, omne ad se vnum ius reipub. traheret, quod antè multorū erat. Cæterum hoc anno ineunte addit Dio nullos, neq; prætores, neq; consules designatos fuisse. M. enim Antonius magister equitum, purpurea veste, & sex lictoribus vsus speciem quandam antiquæ libertatis referebat. Is paulò pòst vrbe profectus, Præfectum vrbis reliquit, L. Cæsarem senem, quod nunquam antea factum fuerat à magistro equitum.

equitum. Cæterùm exitu anni Aegypto recepta, rege Ptolomæo occiso, Pharnace Ponti rege victo, consules creati sunt, Q. Fusius Q. F. Calenus, & P. Vatinius P. F. quos tabulæ Capitolinæ & Casſiodorus edunt. De P. Vatinio consule mentionem facit Macrobius libro 2.

708 *C. Cæsar.* *M. Lepidus.*

COnsules tantùm sine Dictatore hoc anno edit in tabulis Capitolinis, Verrius Flaccus, & C. Iulium Cæsarem III. & M. Aimilium Lepidum, Lapis Colatianus, de quo hic Onuphrius. Dio verò libro 43. Postero verò anno (inquit) Dictaturam quoque vnà cum consulatu vtrumq; tertiùm gesſit, collega sibi in vtroque magistratu cooptato M. Aimilio Lepido. Idem sentire videtur Tranquillus in Cæsare cap. 76. Item Hirtius libro 5. Cæterùm cum Hirtio Tranquillum & Dionem errasse existimat Onuphrius. Nam cum tabulis Capitolinis, Plutarchus quoque & Eutropius consentiunt, qui Cæsarem hoc anno consulem tertium cum M. Lepido: Dictatorem verò iterum scribunt.

709 *C. Cæsar.* *Q. Maximus.*

CAesarem Dictatorem III. Cum M. Lepido magistro equitum in hunc annum produnt ij, qui tabulas Capitolinas exararũt, à quibus dissentit Dio, qui hoc anno Cæsarem Dictatorem IIII. Lepidum magistrum equitum II. tradit, atque ipsum Lepidum in consulatu, quem cum Cæsare gesſit, seipsum magistrum equitum contra leges renunciasse. Hæc de Dictatore. De consulibus verò in indice Dionis scriptum extat, in eundem annum Cæsarem dictaturam quartam, & consulatum quartum sine collega gesſisse, ac apparet in ea historia Cæsarem quartum consulatum statim inijsse, neque tamen vsque ad extremum annum gesſisse. Verùm vbi in vrbem ex Hispania venerit, abdicasse, ac Q. Fabium Maximum, & C. Trebonium sibi in reliquum anni suffecisse. Cum Dione conueniunt ea quæ in fragmentis Capitolinis scripta sunt, in quibus videre est Cæsarem IIII. consulem fuisse, idq; sine collega, vt Sigonius interpretatus est. Nam & Fasti Cuspiniani cum Siculis Cæsarem etiam IIII. consulem solum produnt. Appianus item & Plutarchus meminerunt Cæsaris, qui IIII. consul designatus in Hispaniam duxit exercitum, Q. Fabium trimestrem consulem vocat Suetonius. Addit præterea Dio, Cæsarem mortuo Q. Fabio consule vltimo anni die in reliquas horas, C. Canniũ consulem declarasse. De qua re Cicero lib. 7. ad Curium, Macrobius libro 2. Saturnal. Tacitus libro 18. Plinius lib. 7. Suetonius in Cæsare meminerunt.

710 *C. Cæsar.* *M. Antonius.*

DIo in hunc annum Cæsarem dictatorem V. cum M. Aemylio Lepido magistro equitum edit, tabulæ autem Capitolinæ cum dictatorem IIII. profitentur. Eundem se cum M. Antonio consulem creasse Dio & Appianus scribunt. Item in hunc annum Cæsarem V. & M. Antonium, prodit cum Fastis Siculis Casſiodorus. Eorum meminit quoq; libro primo Macrobius. In Capitolinis præterea & Colotianis tabulis scriptum est, C. Cæsarem V. cum M. Antonio M. F. consulem fuisse, Cæsari autem suffectum P. Cornelium P. F. Hic autem fuit P. Cornelius Dolabella, quem etiam Cæsar, si vixisset, sibi fuit substituturus. Tradit Plutarchus Cæsarem V. consulem, M. Antonium sibi collegam cooptasse, cùm autem sibi Dolabellam sufficere vellet, eaq; de re ad senatum retulisset, Antonium oratione obstitisse, pòst autem cùm iterum Cæsar renunciari Dolabellam consulem iusſisset, obnunciante Antonio, Cæsarem incepto destitisse. Interfecto autem Cæsare, Antonium, scribit Dio, Dolabellam collegam sibi adiunxisse, veritum, ne seditio oriretur, si eum repudiasset. Appianus Dolabellam Cæsare occiso, statim ait inijsse. Itidem Velleius. Et hoc quidem anno C. Cæsar conspiratione in eum facta, cuius capita fuerunt M. & D. Brutus, C. Trebonius & C. Casſius, Idibus Martij, in curia Pompeij dum senatum haberet, tribus & viginti vulneribus confossus est, occupatumq; ab interfectoribus eius Capitolium, & C. Octauius sororis Cæsaris nepos, testamento Cæsaris hæres ex parte dimidia institutus, & in nomen adoptatus Romam venit ex Epiro, quo eum Cæsar promiserat bellum Parthis illaturus, omnibusq; prosperis ex testamento nomen Cæsaris assumpsit.

C. Pansa. *A. Hirtius.* 711

DIo, Casſiodorus, & cæteri consules in hunc annum profitentur, C. Vibium Pansam Capronianum, & A. Hirtium, A. F. Liber Cuspiniani Cretonianum & Hirtium edit. Ex qua re intelligi potest Cretonianum cognomen Pansæ fuisse, fortè corruptum pro Caproniano. C. Vibius C. F. & A. Hirtius A. F. dicuntur in tabula Colotiana. Hirtius vnus extitit ex filijs proscriptorum à Sulla, quos Cæsar, vt tradit Dio, ad honores euexit. Hi & sequentis anni consules antè à Cæsare designati fuerunt, quàm interficeretur. Ex his Hirtium in prælio ciuili Mutinensi contra Antonium, Pansam verò aliquot diebus pòst ex vulnere in eodem bello accepto, Bononiæ mortuos, Dio, Appianus, & alij referunt. In locum Pansæ X IIII. Kalend. Septemb. huius anni C. Octauius suffectus est, qui in Hirtij locum collegam sibi Q. Pedium cooptauit.

M. Lepidus. *L. Plancus.* 712

CAsſiodorus cum Fastis Siculis consules subijcit, M. Lepidum, L. Plancum. Dio, M. Aemylium Lepidũ II. L. Munatiũ, L. F. Plancũ. Horum meminit Suetonius in Tiberio, cùm ait: Tiberium M. Aemylio Lepido II. Munatio Planco coss. post bellum Philippense natum. In hunc autem etiam annum consules iam antè à Cæsare designati fuerant, authore Dione, D. Brutus & L. Plancus, verum Bruto priore anno lege Pedia damnato, ac post occiso & occupata à triumuiris repub. placuit, M. Lepidum triumuirũ, qui antea etiã cum Cæsare III. cos. fuerat, cum Planco, qui & ipse secutus Antonium, à Repub. desciuerat, consulatum administrare. Cæterum Brutus ipse à Plutarcho, Appiano, Dione, Zonara, Albinus vocatur, credo quòd è Brutis fuerit in Albinos adoptatus. Hoc anno bello ciuili Philippensi Brutus & Casſius interfecti sunt, vt authores sunt Dio, Plutarchus, Appianus, & alij.

P. Ser-

713 *P. Seruilius II. L. Antonius.*

COnſules in hooc annum comparant tabulæ Colotianæ, Dio & Caſsiodorus, L. Antonium, M.F.Pietatem, P.Seruilium,P.F. Iſauricom II. Horum conſulum in Tiberio meminit Suetonius, Pub. Seruilius primùm conſul fuit cum Cæſare II. cuius patrem Iſauricum pauló aote mortuum fuiſſe Dio & Euſebius tradunt. L. Antonius à Dione Pietas dicitur, quòd conſul vnà cum Fuluia Marci fratris vxore rempub. eo animo tractauerit, quaſi pro fratre III. viro laboraret, atq; propter pietatem illam cognomen Pietatis ſibi veodicauit.

714 *Cn. Domitius. C. Aſinius.*

TAbula Colotiana, Dio & Caſsiodorus, conſules in hunc annum comparant, Cn.Domitium,M. F. Caluinium II. C. Aſinium,Cn. F.Pollionem. Horum meminit Ioſephus antiquitatum lib. 14. cap. 23. Exitu autem anni hos conſules ſe magiſtratu abdicaſſe ſcribit Dio: alioſq; conſules in paucos dies ſuffectos eſſe, quorum vnus fuit L. Cornelius Balbus Gaditanus. Quare in tabula Colotiana ſuffecti conſules notati ſunt L. Cornelius L. F. P. Canidius L. F. De P.Cornelio Balbo conſule, Plinius lib, 7. cap. 43. & Velleius lib. 2.

715 *L. Cenſorinus. C. Caluiſius.*

COnſules ſuggerit Caſsiodorus L. Cenſorinum C. Caluiſium. Cenſorinum & Sabinum Faſti Siculi. Dio L. Martium, C.Sabinum. C.Caluiſius, C. F.Sabinus dicitur à Dione in indice, quanquam Aſinius ibi vulgo per mendam legitur.

716 *Ap. Claudius. C. Norbanus.*

COnſules ſubſecuti ſunt Appius Claudius, C. Norbanus, vt ait Caſsiodorus: vt Faſti Siculi, Cenſorinus & Sabinus, vt Dio, App. Claudius C. F. Pulcher. C. Norbanus C. F. Flaccus. De Tedio Afro conſule ſuffecto deſignato, qui antequam iniret, ſe ipſe præcipitauit, minis C. Cæſaris exterritus, vide Tranquillum in Auguſto.

717 *M. Agrippa. L. Caninius.*

M. Agrippam, L. Caninium conſules ſuggerit Caſsiodorus, Agrippam & Gallum Faſti Siculi: Dio M. Vipſanium L. F.Agrippam, L. Caniniũ L. F. Gallum: M. Agrippam & C. Canidiũ Gallum conſules edit Ioſephus lib. 15. antiquitatum, Vipſanium item Agrippam vocat Nepos in vita Attici. In Capitolinis lapidibus, alijſq; veteribus Romæ monumentis gentile nomen eius præteritur, vt in fronte templi quod Pantheon dictum eſt, M. Agrippa L. F. coſ. tertium. Meminit etiam de Agrippa Tacitus, libro primo.

718 *L. Gellius. M. Cocceius.*

CAſsiodorus conſules in hunc annom profitetur L. Gellium, M. Cocceium: Poplicolam & Neruam Faſti Siculi: Dio L. Gelliom L. F. Poplicolam, M. Cocceium Neruam. Ex Capitolinis fragmentis apparet L.Gellium L.F.L.N. eſſe, L. Gellius frater proditur à Dione M.Valerij Meſſalæ, Eſt enim is, cui à M. Bruto venia antè data eſt, ex quo intelligi poteſt, Poplicolam cognomeo eſſe adoptionis, non enim Gellij ſed Valerij Poplicolæ cognomen tulerunt. Eundem Gellium abdicaſſe, in eius locum alterum ſoffectum eadem fragmenta docent, Is fortè fuit L. Munatius L.F.L.N. Plancus, qoem Plinios libro 13. cap. 3. bis conſulem fuiſſe ait, neque quo anno ſterum fuerit reperias.

Sext. Pompeius. L. Cornificius. 719

SExt. Pompeium, L.Cornificium conſules prodit in hunc annum cum Siculis Caſsiodorus, L.Cornificium L.F. Sextum Pompeium. Sext. F. Dio. Hoc anoo Sext. Pompeim Cn. F. occiſus eſt.

M. Antonius. L. Scribonius Libo. 720

COnſules ſuggerit Caſsiodorus L. Scribonium, L. Atratioum. Antoniom & Libonem Faſti Siculi: M. Antonimm M. F. II. L. Scribonium L. F. Libonem Dio. Adijcit idem Dio M. Antonium III. virum magiſtratu ipſis Kalen. Ianoarijs ſe confeſtim abdicaſſe, ac ſibi L. Sempronium Atratinum ſuffeciſſe, multoſq; propterea eſſe, qui noo Antonium, ſed Atratioum cum Libooe cõſules hoc anno edant. Conſules quoq; in anni partem ſuffectos iouenitur apud quoſdam Faſtorum municipalium autores: Sanè etiam Pauli Aemilij conſulis in parte anni meminit Dio, eumq; porticum ſuis ſumptibus exædificaſſe ait, & in conſulatu dedicaſſe.

C. Cæſar. L. Volcatius. 721

CAſsiodorus, C. Cæſarem, L. Volcatiũ conſules ſuggerit. Dio Cæſarem II. L. Vulcatium L. F. Tullum. Qui Siculos Faſtos digeſſerunt, parum ſcitè Cæſarem & Ciceronem in hunc annum edunt. De hoc Cæſaris conſulatu Suetonius, & Dio, commemorantes quòd eum pauciſsimis horis geſſerit: vt antè quoque ſecerat Antonius. In locum Cæſaris facti L. Antonius multiq; alij io parte anni qui in libro Veterum inſcriptiunom hoc modo numerantur:

Imp. Cæſar II. L. Volcatius.
K. Ian. L. Antonius.
K. Maij L. Flauius.
K. Iulij. M. Atilius.
C. Fonteius.
K. Sept. L. Vinutius.
K. Octob. L. Lanonius.

L. Flaoij conſulis à M. Antonio facti & abdicati meminit etiam Dio.

Cn. Domitius. C. Soſius. 722

CN. Domitium, C. Soſium, conſules nominat in hunc annum Caſsiodorus. Aenobarbum & Soſium Faſti Siculi. Dio Cn. Domitium Cn. F. Cn. Nep. Aenobarbum, C. Soſium C. F. C. N. Nepos ſcribit Atticum Cn. Domitio C. Soſio conſulibus mortuum.

C. Cæſar II. M. Meſſala. 723

CAſsiodorus C. Cæſarem II. M. Meſſalam conſules in hunc annum profitetur. Faſti Siculi Octauianum & Coruinum. Dio Cæſarem III. M. Valerium M. F. Meſſalam Coruioum & rectè, neque enim Caſsiodorus ratiooem habet conſulatus eius, quem cum Q. Pedio geſsit, quia ſuffectus fuit. Dio autem & Appianus autores ſunt Cæſarem & Antonium ambos III. in hunc annom conſules comparatos fuiſſe, tum cum pace cum Sext. Pompeio facta conſules in octo annos inſequeotes deſignarunt, verum abrogatum fuiſſe priore anno ei à populo conſulatum

sulatum, & bellum vnà cum Cleopatra indictum, ac pro eo M. Messalam consulem declaratum. De suffectis hoc anno consulibus sic in veteribus inscriptionibus:

719 *Imperator Cæsar* III. *M. Valerius.*
Kalend. Maij M. Titius.
Kal. Octobrib. Cn. Pompeius.

724 *C. Cæsar* III. *M. Crassus.*

720 CAsiodorus consules in hunc annum nominat C. Cæsarem III. M. Crassum: Fasti Siculi Octauianũ & Crassum, Dio Cæsarem IIII. M. Licinium, M. F. Crassum. Addit idem Cæsar, media hyeme traiecit in Italiam ex Macedonia, qua ipse quartum consul cum M. Crasso fuit. Orosius item notat Cæsarem VI. Imperatorem appellatum cum M. Liuio Crasso cos. fuisse. De consulibus suffectis M. Licinio sic in veteribus inscriptionibus:

Imp. Cæsar IIII. *M. Licinius.*
Kal. Iulij C. Antistius.
Id. Septemb. M. Tullius.
Kal. Nouemb. L. Sænius.

DE M. Tullio consule cum Augusto meminit in
721 exponendis huius anni rebus Dio. Plinius libro 22. cap. 6. Plutarchus in Cicerone. Antistio veteris: Sænio Sæuini cognomen ex Velleio & Tacito adiectum est.

725 *C. Cæsar* IIII. *Sext. Apuleius.*

COnsules apud Casiodorũ C. Cæsar IIII. Sext. Apuleius, apud Dionem Cæsar V. Sextus Apuleius Sext. F. In Fastis Siculis Octauianus & Apuleius. In veteribus inscriptionibus, Imp. Cæsar V. Sext. Apuleius. Hunc annum vocat Dio ab vrbe condita 725. De Cæsare V. consule extat epigramma eiusmodi vetus:

Senatus populusq; Romanus
Imp. Cæs. Diui Iulij F. Cos. Quinc.
Cos. Desig. Sext. Imp. Sept.
Respublica conseruata.

726 *C. Cæsar* V. *M. Agrippa* II.

CAsiodorus in hunc annum consules nominat Cæsarem V. M. Agrippam II. Orosius cum Siculis Fastis Cæsarem VI. Agrippam II. Dio Cæsarem
22 VI. M. Vipsanium Agrippam III. Est tamen legendũ II. vt admonet Sigonius, vt sit sequenti anno III. Hoc indicat inscriptio tẽpli, quod ipse fecit, & Pantheon nominauit, M. Agrippa L. F. tertium consul fecit, hoc enim templum Dio completum scribit biennio postquam consul fuit cum Cæsare VII. quo anno ipse tertium, non quartum, consulatum gessit, alioquin in
3 fronte templi inscripsisset quartum consul.

727 *C. Cæsar* VI. *M. Agrippa* III.

INde Cæsarem VI. M. Agrippam III. consules prodit Casiodorus, Cęsarem VII. Agrippam IIII. Dio: quid verò de vtroque sentiendum, ex ijs quæ ante dicta sunt, apparet. In Fastis certè Siculis est Octauianus VII. & Agrippa III.

728 *C. Augustus Cæsar* VII. *T. Statilius.*

COnsules Casiodorus suggerit Cæsarem Augustum VII. T. Statilium: Fasti Siculi Octauianũ VIII. & Taurum. Dio Cæsarem Augustum VIII. Seruilium Taurum II. Fuit autem anno LXXVII. in parte anni primùm consul, hic nunc est II. De quo ita Suetonius in Nerone: Nero duxit vxorem Statiliam Messalinam Tauri bis cos. & triumphalis abneptem, qui etiam Augustum VIII. & IX. consulatum Tarracone inijsse scribit.

C. Cæsar Augustus VIII. *M. Silanus.* 729

DEinceps Cæsarem Augustũ VIII. M. Silanum Casiodorus consules subijcit. Dio & Fasti Siculi Augustum IX. M. Silanum: Fragmentum Capitolinum Imp. Cæsarem Augustum IX. M. Iunium Silanum. Hoc anno Augustus Imperator VIII. appellatus est, & templum Iani, quod aliquot bellorũ causa aperuerat, quartò clusit, Dio.

C. Cæsar Augustus IX *C. Norbanus.* 730

CAesarem Augustum IX. C. Norbanum, consules suggerit in hunc annum Casiodorus. Augustum X. & Flaccum Fasti Siculi. Augustum X. C. Norbanum Flaccum, Dio & Capitolinum fragmentum: Norbanus C. Norbani consulis anno *716.* esse videtur, neque enim iterati honoris notam habet.

C. Cæsar Augustus X. *Cn. Piso.* 731

CAesarem Augustum X. Cn. Pisonem consules Casiodorus, Augustum XI. & Pisonem Fasti Siculi: Augustum XI. Cn. Calpurnium, Cn. F. Pisonem Dio subijcit. Ex fragmento autem Capitolino apparet Augustum XI. A. Terentium Varronẽ Murenam vnà inijsse: Murenam mortuum in magistratu, in eius locum factum esse Cn. Calpurnium Pisonem, & Augustum abdicasse: Qua de re sic Dio, Augustus in Albanum profectus consulatu abdicauit, nam cùm & ipse, ex quo respublica constituta est, & multi alij annuos magistratus gessissent, ab eo sibi in posterum abstinendum esse putauit, vt consulatus pateret quam plurimis, idque extra vrbem fecit, ne impediretur, & in sui locum substituit L. Sestium, qui Bruti studiosissimus fuerat, atque etiam de eius laudibus scribebat.

M. Marcellus. *L. Arruntius.* 732

COnsules, vt ait Casiodorus, hic annus habuit M. Marcellum, L. Arruntium: vt Dio, M. Claudium, M. F. Marcellum Aeserninum L. F. In Capitolino lapide hi consules ita descripti sunt, L. Arruntius L. F. L. N. M. Claudius, M. F. M. N. Ex quibus intelligi potest, in Fastis Siculis parum scitè cõsules suggeri Octauianum XII. & Arruntium: Hoc anno Fannij Cæpionis & Varronis Murenæ coniuratio in Augustum patefacta, ædes Iouis Tonantis dicata est, Dio.

M. Lollius. *Q. Lepidus.* 733

LApis Colotianus & Casiodorus, cõsules in hunc annum profitentur, Q. Aemylium Lepidum & M. Lollium. Dio scribit: Cùm Augustus in Sicilia esset, populus Romanus in comitijs consularibus seditionẽ excitauit. Nam M. Lollius solus iniuit, quod locus alter Augusto seruabatur, quo recusante Q. Lepidus creatus est. De his consulibus Horatius 1. Epistolarum ita scribit:

Me quater vndenos sciat impleuisse Decembres,
Collegam Lepidum, quo dixit Lollius anno.

734 *M. Appuleius.* *P. Silius.*

COnſules in hunc annum ſubſequuntur apud Caſsiodorum M. Appuleiui, P. Silius, apud Dionem M. Appuleius Sext. F. P. Silius, P. F. Nerua. In Faſtis Siculis Appuleius & Nerua.

735 *C. Sentius.* *Q. Lucretius.*

LApis Colotianus, Euſebius, de temporibus, Dio, Caſsiodorus, conſules edunt, C. Sentium, C. F. Saturninum & Q. Lucretium, Q. F. Viſpillonem. De huius anni conſulibus ita ſcribit Dio: Conſul erat C. Sentius, quia verò collega ei dandus erat, atque Auguſtus conſulatus locum alterum, qui ei ſeruabatur, repudiabat, coorta ſeditio eſt, donec Auguſtus alterum ex legans Q. Lucretium, quem Senatus ad ſe ſeditionis ſedandæ cauſa miſerat, quanquam olim proſcriptum conſulem declarauit. Idem ſcribit Velleius lib. 2. Sentio autem Saturnino conſulem ſuffectum, in fragmento Colotiano legitur, M. Vinucium, M. F. Velleius Vinutio collegam addit Agrippam. Hoc anno finito primo decennio, quo Auguſtus primò Cenſoriam poteſtatem cum Agrippa ſuſceperat, sterum præfectus moribus à populo in quinquennium creatus eſt, ac Cenſoriam poteſtatem in idem tempus accepit, conſularem in perpetuum, ita vt ſemper & vbique ei duodecim faſces præferrentur, ac inter conſules aſsideret.

736 *Cn. Lentulus.* *P. Lentulus.*

PVblius Cornelius P. F. Lentulus Marcellious, & Cn. Cornelius, L. F. conſules ſuggeruntur à tabula Colotiana, Dione, & Caſsiodoro: Hoc anno M. Agrippa Tribunitiam poteſtatem à S. P. Q. R. ex anthoritate Imperatoris Cæſaris Auguſti in quinquennium adeptus eſt.

737 *C. Furnius.* *C. Silanus.*

CAius Furnius, C. Silanus deinceps conſules ſequuntur apud Caſsiodorum: C. Furnius C. F. C. Iunius C. F. Silanus apud Dionem. In fragmento autem Colotiano C. Furnius C. F. C. Iun. C. Furnio & C. Iunio Silano cõſulibus ludos ſeculares quintos factos eſſe ab Auguſto, tradit Cenſorious & Dio.

738 *L. Domitius.* *P. Scipio.*

LVcium Domitium, P. Scipionem conſules ſuggerit Caſsiodorus: Aenobarbum & Cornelium Faſti Siculi. L. Domitium Cn. F. L. N. Aenobarbum, P. Cornelium P. F. P. N. Scipionem, Dio, & tabula Colotiana, in qua P. Cornelio ſuffectus eſt, L. Ta. id eſt. Tarius, de quo Plinius lib. 18. cap. 7. L. Tarius Rufus infima natalium humilitate conſulatum militari induſtria meritus eſt ſub diuo Auguſto. His conſulibus ſolenne quinquennale actum ſcribit Dio, ob imperium Auguſti Agrippa vno ex quindecim viris curante.

739 *M. Druſus.* *L. Piſo.*

DEinde M. Druſum L. Piſonem conſules nominat Caſsiodorus. Libonem & Piſonem Faſti Siculi. M. Liuium L. F. Druſum Libonem, L. Calpurnium L. F. Piſonem Dio: M. Druſum M. F. L. .... fragmentum Colotianum.

740 *Cn. Lentulus.* *M. Craſſus.*

CNeium Lentulum, M. Craſſum, inſequens annus conſules habuit, authore cum Siculis Caſſiodoro. Quos Dio vocat M. Licinium, M. F. Craſſum, Cn. Cornelium Cn. F. Lentulum, fragmentum autem Colotianum, M. Licinium M. F.

T. Nero. *P. Quintilius.* 471

TIb. Nero, P. Quintilius conſules hoc anno fuerunt, apud Caſsiodorum. Nero & Varus in Faſtis Siculis. Quos Dio nominat T. Claudium Tib. F. Neronem, P. Quintilium Sext. F. Varum. Fragmentum Colotianum, Tib. Claudium, T. F. Tiberium primum conſulatum paucis diebus geſsiſſe, author eſt Suetonius. Hic eſt enim Tib. Nero, Auguſti priuignus, qui mortuo Auguſto imperium obtinuit, cùm antè ab eo fuiſſet adoptatus.

M. Meſſala. *P. Sulpitius.* 742

M. Meſſalam, P. Sulpitium, conſules ſuggerit Caſsiodorus, Meſſalam & Quirinum Faſti Siculi. M. Valerium M. F. Meſſalam Barbatum. P. Sulpitium P. F. Quirinum Dio, de quibus Suetonius in Claudio, & Tacitus lib. 3. Porrò hic eſt Sulpitius Quirinus, qui conſularis dicitur à Ioſepho lib. 17. antiquitatum, cap. 1. Syriæ legatus. Quo tempore Dominus noſter Ieſus Chriſtus Redemptor & Saluator generis humani natus eſt. De quo S. Lucas mentionem facit, cùm ait: hæc deſcriptio prima facta eſt à præſide Syriæ Quirino. His conſulibus alios ſuffectos indicat Lapis Colotianus, in quo eſt ita:

M. Valerius M. F.
C. Valgius C. F.
Suff. C. Caninius.

IN Faſtis etiam Cuſpiniani ita hi conſules ſuis nominibus efferuntur:

Meſſala	*Quirino.*
Rebilo	*Saturnino.*
Maximo	*Tuberone.*

EX quo apparet Rebilum & Saturninum Caninij & Valgij cognomina eſſe. Ex fragmento autem Capitolino patet Aemylianum Valerij, Rufum Valgij, Rebilum Caninij fuiſſe cognomina, atque vt Valerio Rufum, ſic Rufo Rebilum eſſe ſubrogatum. Rebili & Saturnino in Faſtis Siculis extat etiam memoria. Hoc anno Auguſtũ iterum in quinq; annos præfectum moribus fuiſſe, eamq; poteſtatem per interualla temporũ, vt etiam imperium accepiſſe, M. Agrippam diem obijſſe refert Dio.

Paulus Fabius. *Q. Aelius.* 743

PAulum Fabium, Q. Aelium, conſules prodit in hunc annum Caſsiodorus, Paulum Fabium Q. F. Maximum, Q. Aelium Q. F. Tuberonem Dion: Maximum & Tuberonem liber Cuſpiniani. Q. Aelij Tuberonis, P. Fabij Maximi, conſulum ſæpè meminit Frontinus de aquæductibus, & Plinius lib. 8. cap. 7. Q. Tuberone Fabio Maximo theatrum Marcelli dedicatum ſcribit.

Iulius Antonius. *Q. Fabius.* 744

COnſules Iulium Antonium Africanum, Q. Fabium edit in hunc annũ Caſsiodorus. Iulium Antonium Africanũ, Q. Fab. Q. F. Maximum Dio. Africanum & Maximum Faſti Siculi & Cuſpiniani. Dio, Iulium Antonij filium nominat, ad hunc ſcribit Horatius ita:

Pindarum quiſquis ſtudet æmulari
Iule, ceratis ope Dedalæa
Nititur pennis. Et pòſt:
Tendis Antoni quoties in altos *Nubium tractus,*

Druſus

745 *Drusus Nero. T. Quintius.*

INde Drusus Nero, T. Quintius, apud Cassiodoriũ. Nero Claudius Ti. F. Drusus, T. Quintius T. F. Crispinus apud Dionem. Drusus & Crispinus in Fastis Cuspiniani & Siculis. Hic Drusus T. Neronis frater, Augusti priuignus fuit, quem cos. in Germania mortuum, atq; ipsum cum filijs Germanicum appellatum Dio tradit, quod cognomen ei primùm senatum à prouincia imposuisse ait Eutropius, Liuiana historia huius Drusi morte expletur: sic enim est in Epitoma vltima, Bellum aduersus Germanorum trans Rhenum ciuitates gestum à Druso refertur, ipse ex fractura equo super crus collapso, trigesimo die, quàm id accidit mortuus est, corpus à Nerone fratre, qui nuncio valetudinis eius enecatus raptim accurrerat, Romam peruectum, & in C. Iulij tumulo conditum, laudatus est à Cæsare Augusto Vitrico, & supremis illius funeribus plures honores additi.

Hic finiente Historia Liuiana, cuius gratia confectio huius Chronologiæ suscepta est, hæc quoque finem accipit.

FRANCISCI ROBORTELLI VTINENSIS DE CONVENIENTIA SVPPVTATIONIS

Liuianæ ann. cum marmoribus Romanis, quæ in Capitolio sunt.

A REGIBVS VSQVE AD COSS.



INTER Liuium & Dionysium videtur dissensio esse, nam Dionysius ait anno CCXLIIII. Consules primum post exactos reges creari cœpisse. Apud Liuium autem sub finem libri primi scriptum est, reges Romæ regnasse annis CCXLIIII. Ideo Sigonius orditur Liuianam Chronologiam suam ab anno CCXLV. Marmorum verò Romanorum siue Fastorum Capitolinorum supputationem orditur ab anno CCXLIIII. Ita fit, vt differant anno vno. Ego eas inter se cõsentire existimo, & ostendo Sigonium deceptũ esse, ac pueriliter omnia scribere. Primum illum annum quo creati sunt consules, Romæ post exactos reges scribit Dionysius quatuor mensium fuisse extremorum, sed continuatum vsque ad initium insequentis; ita completum annũ spacio XVI. mensium. Cum Halicarnasseo autẽ consentiunt & marmora Romana, nam etiam ipsa ordiuntur ab anno CCXLIIII. Etsi enim fracta sunt eo loco, ex numero tamen annorum, qui postea adnotatus visitur, id colligi potest. Liuius annos, quibus Romæ regnatum fuit, ita enumerat:

Romulus regnauit ann. 37.
Interreges ann. 1.
Numa annos 43.
Tullus Hostilius annos 32.
Ancus annos 24.
Tarquinius Priscus annos 38.
Seruius Tullius annos 44.
Tarquinius Superbus annos 25.

Summa hæc, si numeres annos, quibus regnauit Priscus, 37. continebit annos 243.

Sed Liuius ait, duodequadragesimo ferè anno, quod ita accipiendum est, vt numeres tantum annos 37. nam reliqui, qui superfuerant, menses connumerari cœperunt cum insequenti anno, qui fuit, vt ex Dionysio retuli mensium XVI.

Sigonius in Chronologia Liuiana Prisco assignat annos 38. nec animaduertit Liuium scribere, duodequadragesimo ferè anno, quod ita debet accipi, vt paulò antè dixi. Ita nulla controuersia fuerit inter Liuium & Halicarnasseum, atque Romana marmora de annis regum, vsque ad primos consules.

A CONSVLIBVS PRIMIS *vsque ad Decemuiros.*

QVia supputatio Romanorum marmorum, & Halicarnassei habet duos cõsulatus, annos scilicet 264. & 265. qui à Liuio videntur prętermissi, putat Sigonius discrepare Liuium etiã à marmoribus Romanis, & ab Halicarnasseo annis duobus, qui additi ad illum primum conficiunt annos tres. Ita à primis consulibus vsque ad decemuiros differunt inter se supputationes prædictæ, si Sigonio credas, annis tribus.

Sed illi duo consulatus ann. 264. & 265. vbi de rebus à Coriolano gestis loquitur: omninò sunt reponendi apud Liuium, nam culpa librariorum prætermissi fuerunt, quo autem loco reponi debeant, ego facilè perspexi: nam mutilus esse videbatur contextus. Id ab hinc paucis mensibus post omnes intelligent, cùm legent Liuium à me emendatum, & digestum in annos, vnà cum Chronologia alia longè ratione confecta, quam Sigonius confecit. Est enim iam sub prælo, & instant impressores, vt quamprimũ edatur. Fuit enim necesse, vt, si, quantum in me est, studiosorum antiquitatis commoditati cõsulere vellem, reiectis pluribus quàm mille in locis emendationibus Sigonij, eum pristino nitori redderem. Sed redeo ad rem, Nec me mouet Cassiodorus. Is enim fortasse aut suo iudicio sustulit, quem cæteri postea secuti sunt, aut incidit in libros, in quibus omissa illorum consulum fuerunt nomina. De numeris annorum, qui sunt apud Liuium, nunc sollicitus non sum, nam ostendam postea, quomodo sese res habeat. A primis igitur consulibus vsque ad decemuiros, nihil fuerit controuersiæ inter Liuianam summam, & marmorum Romanorum atque Halicarnassei. Quòd inseri debeant illi duo consulatus in Chronologiam Liuianam patet ex eo, quod postea ait Liuius anno trecentesimo altero primos decemuiros consulares inijsse magistratum, & octauo anno post tribunos militares c. nl. pot. creatos, trecentesimo decimo: si enim de medio tollantur illi consulatus, vt Sigonius censet, aliam supputationem Liuianam statuens ab ea, quæ est Halicarnassei, & mar-

morum Romanorum, quomodo ille numerus benè ſeſe habebit?

Q. Minutio, C. Horatio conſulibus apud Liuium ſcriptum eſt, trib. pleb. decem factos eſſe ann. 30. poſt primos, qui creati fuerunt anno 260. coſſ. A. Virginio, & T. Veturio. Sed quia interſeri debent illi duo conſulatus ann. 263. & 264. ſcribe ann. 38. poſt primos, qui creati fuerunt: & ille annus 297. debet appellari.

Liuius ait decemuiros creatos App. Claudio, T. Genutio coſſ. anno trecenteſimo altero. Vide quàm rectè Liuio cum marmoribus côueniat, nam trecenteſimo altero tantumdem eſt, ac ſi dicas CCCII. & hic modus loquendi non percipitur à Sigonio, putat enim ſignificare CCCI. quod eſt falſum.

A DECEMVIRIS VSQVE AD *Tribb. mil.*

Liuius annum primum decemuirorum vocat CCCII. Poſtea ait, octauo anno poſt tribb. militares iniiſſe magiſtratum, trecenteſimo decimo. In ſua Chronologia Sigonius pagella 97. poſt ſcholia Liuiana, ait. "Nullus eſt locus apud Liuium, in quo minus quid ſequar, aut ſentiam, poſsim dicere, quàm in hoc, quem nunc tracto: eſt enim neceſſe annum interponere, vt numerorum Liuianorum ſumma conſtet. Pauló poſt: Neque veró dici poteſt numerum poſteriorem eſſe mendoſè, nam in omnibus vetuſtis libris ita eſt. Etſi eum numerum mutes, quid deinceps ab eo nominantur, omnes erunt mutandi, & mira numerorum orietur confuſio. Miror autem Liuium in tam paucis annis rectam ſupputationem tenere non potuiſſe, & reliqua. Riſi cùm primùm vidi laborãtem hoc loco Sigonium. Dij boni, quàm deſudat, nec tamen efficit quod vult. Liuium accuſat etiam ipſum. Sic ſolent indocti homines, cùm ſe extricare neſciunt. Ego trecenteſimo altero affirmo idem ſignificare ac CCCSI. Sicque ſæpè loqui ſolitos veteres, vt alibi demonſtratum eſt à me. Octauo anno pòſt, ait Liuius, hoc eſt, trecenteſimo decimo Tribb. militares iniiſſe magiſtratum. Rectè ſanè, nam ſi ad CCCSI. addas octo, erunt CCCX. Quid ais ô Sigoni? Vidèſne iam quàm ſis imperitus, & nullo iudicio prędıtus in veterũ ſcriptis perpendendis? Omnia veró conueniunt, & quadrant cum ſupputatione marmorum Romanorum, nam CCC. annus ſcalptus ibi eſt. Sext. Quinctilius Sext. F. P. N. duobus autem annis pòſt, id eſt, vt Liuius loquitur, trecenteſimo altero ibidem eſt, Conſules abdicaſſe ſe, & decemuiros conſulares creatos.

Hactenus conſentiunt marmora Romana cum Liuio. Sigonius cum trecenteſimo altero non intelligeret CCCII. id eſt, duos ſignificare, cogitur pauló poſt, vt tueatur illum locum apud Liuium, vbi ait, trecenteſimo decimo anno creatos tribb. militares, id eſt, anno octauo poſt, interſerere continuationem conſulatus, quem geſſerunt L. Valerius, & M. Horatius, his verbis, in Chronologia Liuiana anno 305. ijdem côſules continuaſſe videntur in hunc annum. Dij boni, quale ſomniũ eſt hoc? quàm inane? quàm falſum? nec alia de cauſa excogitatum, niſi vt adderet annum vnum, quod neceſſe non erat, ſi intellexiſſet loquendi illam formam, vt toties dixi. Vbiq; damnoſa eſt inſcitia, ſed præſertim in Chronologijs & ſupputationibos annorum: ſi enim vno numero decidas, maxima conſequantur errata eſt neceſſe.

Nunc à Tribb. militaribus primis ann. CCCX. vſque ad ann. CDXL, quo conſules fuerunt L. Papirius S P. F. L. N. Curſor V. C. Iunius C. F. C. N. Bubulcus Brutus II. (nam ibi in margine ſcalptus eſt annus CDXL.) oſtendo non diſſentire Liuium à marmoribus Romanis.

Hi ſunt omnes anni CXXX. qui ſi totidem erunt apud Liuium, ſatis erit apertum, Liuium conſentire cum Romanis marmorib. agedũ igitur oſtendamus.

A. Sempronius Atratinus.
CCCX. T. Clœlius Siculus.
L. Atilius Longus. Hi primi fuerunt Tribuni mil. coſ. poteſtate.

Coſſ. L. Papirius Mugillanus L. Sempronius Atratinus vitio facti abdicarunt in E. L. F. &c.

Hunc annum Sigonius CCCIX. appellat falſò, quia putat Liuium lapſum, vt in ſua Chronologia aſſerit pag. 97. poſt ſcholia in Liuium. Verùm ego hunc errorem ante ſatis demonſtraui. Idem Sigonius, vt eſt imperitus, nulloque iudicio præditus, in ſupplendis marmoribus Romanis numero CCCX. vſque ad numerum CCCXX. collocauit conſulatus decem, cùm tantum nouem eſſent collocandi, ita factum eſt, vt vnus ſuperſit, hic ſ.

C. Iulius Iulus IIII.
L. Verginius Tricoſtus II.

Hic conſulatus additus præter rationem facit, vt numeri annorum ſibi non conſtent, nec adæquari poſsint numeris antiquis, qui ſcalpti in margine adhuc viſuntur. Quare ego cenſeo hunc conſulatum tollendum. Nec veró authoritate vllius idonei authoris innixus hunc interpoſuit Sigonius. Nam Liuius de eo ita ſcribit. Eoſdem coſſ. inſequenti anno refectos Iulium tertium Virginium iterum, apod Macrum Licinium inuenio. Valerius Antias, & Q. Tubero M. Manliom, & Q. Sulpitium conſules in eum annum edunt, cæterùm in tam diſcrepanti editione & Tubero, & Macer libros linteos anthores profitẽtur. Neuter tribunos mil. eo anno fuiſſe traditũ à ſuperioribus antiquis diſsimulat. Licinio libros haud dubiè ſequi linteos placet, & Tubero incertus veri eſt: ſed inter cætera vetuſtate incomperta hoc quoque in incerto poſitum. Hæc ſunt ipſius verba, ex qnibus facilè quiuis intelligere poſsit Liuium non probare hunc conſulatum. Diodorus Siculus homo Græcus arripiens illa nomina Manlium, & Sulpitiũ, quæ in ambigno ponit Liuius, & addens tertium Maluginenſem, hoc anno non conſules, ſed tribb. mil. recenſet. Id tamen falſum eſt, nec Liuius probaſſe videtur. Caſsiodorus conſules ipſos nominat C. Iulium Iulum III. & L. Virginium Tricoſtum II. Ait Sigonius in comment. ſuis in Faſtos & triumphos, ſe ſecutum authoritatem Caſsiodori, hos ſuppleuiſſe in Faſtis Romanis. Itáne veró Sigoni? ita es addictus Caſsiodoro, vt quid Liuius dicat non attendas? Non animaduertit Caſsiodorus Liuium eos non repoſuiſſe, ſed recitare opinionem veterum hiſtoricorum, qui rep. fuerant. Ita Caſsiodorus impulit Sigonium in errorem tam magnum. Vidéſne ô Sigoni verum eſſe, quod toties dixi, te nullo iudicio in literis eſſe præditum? Tolli debent igitur hi conſules ex Chronologia Liuiana, etiam ex marmoribus Romanis. Patet enim, ſi interſerantur ſupereſſe annum vnum.

Quòd

Quòd si tollatur, vt etiam Liuius censet, bellè conueniet Liuio cum marmoribus ipsis.

Nunc operę precium me facturum existimo, si hic subscripsero veluti in tabula numerum annorū, res vt tota perspici posit.

CCC. Sext. Quinctilius Sex. F. P. N. in M. M. E.
P. Horatius Tergeminus. in ipsis mar.
s P. Sestius Q. F. Vibi N. Capitolinus, T. Menenius T. F. Agripp. N. Lanatus.
2 App. Claud. App. F. M. N. Crassinus. T. Genucius Augurinus, abdicarunt. Eodem anno Decemuiri legum ferendarum causa creati.
3 Decemuiri, quorum nomina vide in historia. s
4 Decemuiri, quorum nomina vide in historia. * 2
* Liuius ait trecentesimo altero anno creatos decemuiros i. CC.s.

Hæc enumeratio facit, vt cognoscas octo annos post decemuiros creatos tribb. mil.

Digredi libet aliquantum hoc loco, lib. 3. de Decemuiris agit Liuius, vbi errat Sigonius, quia verba latina non satis percipit, & locum emendando corrumpit. Verba Liuij sunt hæc, vbi loquentem facit M. Cornelium. Cæterùm neminem maiore cura occupatis animis verum esse præiudicium tantæ rei afferre. Ita enim se habent in veteribus libris, quorum verborum hæc est sententia: Non esse verum, id est, non esse æquum afferre præiudicium tantæ rei, ita proferunt loquendi hanc formulam omnes veteres, Horatius, Cæsar, Cicero, & alij, vti notum est: id non intelligens Sigonius, meras affert nugas, vt quilibet videre potest, nam ita emendat. Cæterùm neminem maiore cura occupatis animis verum esse: præiudicium rei tantæ differri posse, sibi posse paulò post, id est, neminem verè sentiat dicere, quid afferret in medium Sigonius contra hæc, aut quomodo iam inficiari poterit, se indoctum esse? nam locum hunc ita explicat, neminem in senâtu, cum occupati sint animi maiore cura, dicere, quid verè sentiat. Eodem lib. 3. paulò ante. Sigonius corrumpit locum hunc, nam legit: "Et in vnica concordia inter ipsos, qui consensus in priuatis interdum consilijs vtilis, summa aduersus alios æquitas erat. Verba autē ipsius in scholijs pagina 10, num. 42. hæc sunt: Vetus liber vnus habet, in priuatis, alter priuatis consilijs interdū vtilis vt videatur legendum esse. Qui consensus in priuatis interdum consilijs vtilis esset. Hæc ille. Sed omnes vetusti libri, quos ego hactenus vidi, manuscripti, & is, qui à Vendelino impressus fuit 1470. ex Victorini Feltrensis exemplari, in quo ferè vbiq; antiquæ lectionis veritas, aut saltem vestigia apparent, ita habent: Et in vnica concordia inter ipsos, qui consensus in priuatis interdum inutilis esset, summa aduersus alios æquitas erat. Vnde pulcherrima elicitur sententia. Si inter se cōsentiant priuati homines, interdum id magno aliorum malo fieri.

5 COSS. L. Valerius M. Horatius. 3
6 Lar. Herminius T. Virginius Cœlimōt. 4
7 M. Geganius C. Iulus. 5
8 T. Quinctius Agrip. Furius. 6
9 M. Genutius C. Curtius. 7

CCCX. A. Sempronius, T. Clœlius, L. Atilius. Tribb. mil. primi consulari potestate.

Liuius ait Tribb. mil. creatos anno trecentesimo decimo, id est, octauo anno post decemuiros.

Vitio facti abdicarunt in E. L. F.

COSS. L. Papirius Mugillanus. L. Sēpronius Aratinus.
s M. Geganius. T. Quinctius.
2 M. Fabius. Postumius Aebutius.
3 C. Furius M' Papirius.
4 Proculus Geganius. L. Menenius.
5 T. Quinctius Agripp. Menenius.
Mam. Aemilius,
6 L. Quinctius, Trib. mil.
L. Iulius.
7 M. Geganius. L. Sergius.
8 M. Cornelius. L. Papirius.
9 C. Iulius. L. Virginius.

Post hos consules Sigonius collocat:
*C. Iulius Iulus III. L. Virginius Tricostus II.
M. Fabius.
CCCXX. M. Foslius. Tribuni militum.
L. Sergius.

Ita numerauit annos Sigonius à 310. vsq; ad 320. sed quis non videt ipsum decipi, pluresq; quàm decem esse, vnumque superesse, id est, C. Iulius Iulus III. L. Virginius II. vt antè demonstraui. Ego igitur hos cōsules delendos puto. Sed etiam in alijs decem, qui consequuntur enumerandis lapsus est Sigonius.

Anno CDXX. A. Cornelius Cossus II. Cn. Domitius: Ibi signat annum Sigonius, sed si numeres vsque ad alium numerum denarium CDXXX. non inuenies plures quàm VIII. consulatus, ita vnus deerit. Ego igitur censeo annum CDXX. collocari debere anno vno antè, vbi ait, Hoc anno sine consulibus Respublica fuit.

Nam si in Chronologia Liuiana collocat interreges hoc anno, nescio cur in Capitolinis marmoribus hunc annum omittere velit: Ita si faciat, ipse dici poterit distraxisse in diuersas partes supputationes Liuij, & marmorum alioqui inter se consentientes, data opera, vt assereret, quod nō est. Reliqui omnes anni benè se habent vsque ad CDXL. quem numerum mihi proposueram ab initio tanquam metam, quia ipse est scalptus in marmoribus Romanis, quæ reliqua sunt, & ex eo dijudicari possunt, qui, & quot sint antè supplendi. Sigonius ergo ab initio cùm non intelligeret ann. CCCX. esse collocandos primos trib. mil. ex sententia Liuij, & collocasset trecentesimo nono, coactus fuit, consulatum, qui neque à Liuio recipitur, neq; à marmoribus inserere, vt annum illum suppleret, præter omnem rationem antiquitatis, & fidem historiæ. Ita error ex errore deinceps prouenit, si quis in numeris semel labitur. Quare nihil magis est in Chronologia vitandū. Ostendi hactenus à CCCX. anno, qui à Liuio nominatur, cum primi Trib. mil. creati sunt consulari potestate vsque ad consules L. Papirium Cursorem V. C. Iunium Brutum II. quæ nomina iam non in supplementis, sed in ipsis marmoribus Romanis scalpta visuntur, è quorum regione in margine etiam scalptus est annus CDXL. numerari annos CDXXX. in ipsa supputatione marmorum Romanorum. Nunc ostēdendum totidem numerari in supputatione Liuiana, vt conuenire hanc cum illa cognosci posit, quod ab initio mihi proposui declarandum.

CCC. Annum ab vrb. cond. ego colloco, ex priore (supputatione.
COSS. P. Curatio.
Sext. Quinctilio.
CCCII. id est, trecentesimum alterum, quo anno creati sunt decemuiri.

COSS. App. Claudio.
T. Genutio.

A. Sempronio.
CCCX. T. Clœlio. primis Trib. mil.
L. Atilio.

Sic enim Liuius scribit.

M. Fabio.
CCCXX. L. Sergio. Trib. mil.
M. Foslio.

CCCXXX. COSS. C. Sempronio Atratino.
Q. Fabio Vibulano.

Sigonius præcurrit hanc nostram summam anno vno, quia præter omnem fidē historię inserere voluit annum 305. his verbis: Iidem consules continuasse videntur in hunc annū: quare autem hoc somnium excogitare sit coactus dixi antè.

CCCXL. COSS. A. Cornelio Cosso.
L. Furio Medullino.

Sigonius intra illos numeros denarios collocat annum CCCXXXIIII. quem ego tollendū puto, nam ait: Interreges vno anno regnarunt. Non debet autem interponi hic annus, quia Liuius ita scribit: "Cū maior pars anni per nouos Tribb. pleb. & aliquot interreges certaminibus extracta esset. Paulò post, Papirius Mugillanus interrex obtinuit, vt tribunitia comitia haberentur. Hæc verba certè non significant illum annum sine magistratu fuisse, imò longè aliter. Miror Sigonium tam nullo iudicio esse præditum.

Sustulimus iam annos duos ex Chronologia Liuiana Sigonij, qui totam summam perturbabant, & faciebant, vt Liuius falsò præcurreret annis duobus summam marmorum Romanorum.

M'Aimilio M. Quinctilio Varo.
CCCL. L. Valerio L. Iulio Iulo. Tribunis
Ap. Claudio. M. Postumio. mil.

Nam alij duo tribb. addi non debent, & si Liuius asserit octo eo anno creatos: Quis enim nō videt Liuium deceptum fuisse? dum non animaduerteret in Fastis Romanis illos duos, quos addit ad sex tribb. M. Furium, scilicet Camillum. M' Postumium censores fuisse: fortasse in illis Fastis, quos inspexit Liuius, propter vetustatem erat deleta illa dictio CES, vel CENS. quæ censores è regione posita, sicuti fit, significabat.

CCCLX. COSS. L. Lucretio Flauo.
Ser. Sulpitio Camerino.

Ser. Cornelio III. P. Valerio II.
CCCLXX. M. Furio Camillo V. Ser. Sulpitio II. tri.
C. Papirio. T. Quinctio II. mil.

CCCLXXX. L. Sextio. trib. pleb.
C. Licinio Stolone anno III.

CCCXC. CONSS. L. Aimilio. II.
Cn. Genucio.

CCCC. COSS. C. Sulpitio Petico. IIII.
M. Valerio Poplica. III.

CDX. COSS. M. Valerio Coruo III.
A. Cornelio Cosso.

CDXX. Interregnum fuit pestilentiæ causa.

Ita Liuius, quare ex ipsius sententia ego annum hunc reponendum sentio, nec verum est, quod scribit Sigonius de eo Liuium non esse locutum. Quid enim apertius his verbis? Et quia pestilentia insecuta est, velut omnibus eo vitio contactis auspicijs res ad interregnum redijt. Ad interregnum addi potest etiam dictatura, quæ præcesserat eodem anno. Ita annus postea sine consulibus fuit: sed numerandus omnino, ac laudandus Haloander, qui hoc primum animaduertit ex Liuij verbis.

CDXXIX. Debet reponi dictatura Papirij. Sine coss. & miror cur Sigonius cùm in tabulis Capitolinis supplendis hanc dictaturam reposuerit pro vno consulatu: in Chronologia Liuiana id prætermiserit, cū satis verba Liuij ostendant esse annumerandū. Glareanus & Haloander viri doctissimi in suis Chronologijs hoc multò ante animaduerterūt, quàm marmora Rom. effoderentur, Liuium & alios secuti.

CDXXX. Consequitur ergo, vt hic annus notari debeat coss. C. Sulpitio II.
Q. Aimilio. vel A. Ceretano.

CDXL. COSS. L. Papirius Cursor V.
C. Iunius Bubulcus II.

Ex his, opinor, satis patet, verum esse id, quod ab initio diximus, Liuianam summam conuenire cum Rom. marmoribus ab anno 310. vsq; ad annum 440. qui numerus scalptus visitur in ipsis marmoribus.

CDXLI. M. Valerius. P. Decius.
CDXLII. C. Iunius Bubulcus III. Q. Aimilius II.
CDXLIII. C. Martius Rutilus. Q. Fabius.

Post hos consules debet inseri dictatura Papirij, nam fuit annus sine coss. & miror Sigonium in Chronologia Liuiana hunc pretermisisse, nam ex Liuio id elici facilè potest, nec me mouet quòd eodem anno coss. Fabium dimicasse cum Etruscis, Et paulò post, Fabio continuatum consulatum ait, nam consul vocatur vt proximi anni, & continuatus dicitur consulatus, fuerat enim interiecta dictatura tantum Papirij vno anno, & rectè continuatus dici potuit.

CDLI. M. Liuius Denter. M. Aemilius.

Post hos coss. debet omninò reponi dictatura duplex. Altera consulatus eius anni tempore, quæ breuis fuit Iunij Bubulci. Altera sine coss. pro anno vno. M. Valerij Maximi, in qua nō Q. Fabium Maximum magistrum equitum (neq; enim par erat hominem ea ætate, & honoribus illi subiectum esse) habuit, sed M. Aimilium. Hæc est Liuij sententia, & annus fuerit hic 452. hoc est:

CDLII. ita duæ dictaturæ erunt. Altera anno 451. vnà cum coss. cōnumerata. Altera 452. sine coss. Sed hæc posterior ambigitur an fuerit gesta à Q. Fabio Maximo, an à Valerio Max. Et sanè marmora Capitolina quamuis fracta numero, 7. (qui numerus debet postponi octauo) nam sequor Marliani dispositionem per numeros ita signatam, videntur dictatorem præ se ferre Q. Fabium Maximum non Valerium. Verùm esto, de nominibus nunc non laboro, nam sæpè video dissentire Liuium à cæteris: sed de annis mihi propositū est quærere. Vel igitur Valerius fuerit, vel Q. Fabius dictator, satis constat eum annum connumerari debere pro vno consulatu, & satis id demonstrat Liuius, cùm per interregem comitia habita ait, & ipsum dictatorem absentem creatum consulem, quod in M. Valerio Coruo erit verum, in Q. Fabio non erit.

Iam verò Liuij decem libri primi, qui vulgò dictā primam conficiunt Decadem, clauduntur consulatu. Q. Fabij Gurgitis, qui est & Iunij Scæuæ annus, CCCCLXXI. Nec est vlla dissensio inter ipsum, & fragmenta, quæ extant, marmorum, in quibus perspiciuntur & Consum, & Censorum nomina, etsi

etsi non integra. Quare patet summam Liuianam & marmorum Romanorum eandem esse.

Correctio numerorum apud Liuium.

CVm hæc ita sese habeant, corrigendi numeri apud Liuium, & primùm lib. 10. vbi ait: Supersunt etiam nunc Samnitium bella, quæ continua per quartum iam volumen, annumq; sextum, & quadragesimum à M. Valerio, A. Cornelio consulibus, qui primi Samnio arma intulerunt, agimus. Erat autem is cōsulatus Q. Fabij Max. V. & P. Decij IIII. quo anno se deuouit. Legendum non annum XLVI. sed XLIX. vel XLVIII. Fuerunt enim à librarijs corrupti hi numeri, vel potius à Cassiodoro, & alijs, qui Liuij summam non exquisitè collegerunt.

Sigonius totum se addixit Cassiodoro, & si velit, nolit, cogitur interdū ab eo discedere. Memini cùm totum se addixerat Eusebio. Ac Venetias cùm aliquando venisset, me non sine admiratione audijsse illum, dum mecum colloqueretur numerantem annos ad normam Eusebij Chronologiæ, monuisseque ne id faceret, quia sciebam esse corruptissimum illius librum. Moriar, si vera non narro. Omninò Cassiodori Chronologia minus est corrupta, sed & in ea iudicio opus est. Potuit enim is in enumerandis annis labi, nihil enim difficilius, quàm ex Liuio annos exquisitè colligere, quia non exprimit singulos semper, nec appellat euidenter, potuisserque faciliorem viam inire ad conficiendos annales: sed veritus est, credo, ne historia videretur esse, si eam non intexeret ambitu verborum, verùm insisteret, breuiterque ac concisè loqueretur, vt in Fastis fiebat, vbi breuiter erant omnia annotata.

Apud Liuium etiam COSS. M. Fabio Ambusto III. T. Quinctio, numeratur annus post Romam captam XXXV. sed corrigendus locus, & legendum XXXI.

Romam captam scriptum est apud Liuium trecentesimo sexagesimo quinto, tu emenda ex priore nostra supputatione CCCLXIII. Fuit autem capta Tribb. mil. cos. pot. Q. Fabio Ambusto. Q. Sulpitio Longo. Iisdem altero Ambusto Fabio fratre, & alijs.

Apud Liuium COSS. Q. Seruilio Ahala, L. Genutio II. nominatur annus post Romam captam XXV. ibi emendandum, & legendum XXIII.

Et hæc hactenus à nobis dicta sunt de conuenientia annorum Liuianæ Chronologiæ cum marmoribus Rom. vsque ad annum CDLXXI. quo finiuntur decem libri ab vrbe condita à Liuio scripti, qui extant.

Liuij alteram Decadem librorum quam vocant, vsque ad XX. non habemus. Quare plura non dicam, tantum hoc: consentire Liuium cum marmoribus Romanis de initio primi belli Punici & exitu: nam de exitu locus est lib. 29. sub finem his verbis: Annis ante XL., pax cum Carthaginiensibus postremò facta erat Q. Luctatio, M. Manlio consulibus. Bellum initum annis post tribus & XX. P. Cornelio, T. Sempronio consulibus. Finitum est XVII. anno Cn. Cornelio, P. Pæto consulibus.

Annis ante XL.) diligenter si supputes, anni sunt XLI. Quare ita emenda, quia videtur Liuius exquisitam summam sequi.

Bellū initum annis post III. & XX.) & hic numerus rectè sese habet.

Finitum est XVII. anno) & hic numerus rectè se habet.

Verba Liuij in Procemio lib. XXXI. siue primi de bello Macedonico sunt hęc: Cùm in mentem mihi venit III. & LX. annos (tot enim sunt à primo Punico ad secūdum bellū finitum) æquè multa volumina occupasse mihi, quàm occuparint CCCCLXXVIII. anni ab vrb. cond. ad Appium Claudium consulem, qui primus Carthaginiensibus intulit bellum.

LXIII. annos) & hic numerus rectè se habet.

CCCLXXVIII.) Emenda CCCCLXXXXVIII. ab vrb. cond. vsque ad Appium.

Sigonius perperam in suo emendat LXXXVI. suā secutus summam.

Nihil autem certius his numerorum emendationibus esse potest, nam ipsa marmora integra sunt, vbi horum annorum consules scalpti sunt, & denarij numeri ipsorum annorum, ex quibus reliquos, qui pauci desunt, facilè supplere est.

COSS. D. Iunius, N. Fabius — annum 485. vocat Sigonius in Liuiana Chronologia.

COSS. Ap. Claudius, M. Fuluius — annum hunc ibidem vocat Sigonius 486.

In medio horum duorum consulatuum collocat Sigonius.

COSS. Q. Fabiū, P. Deciuni — quos Cassiodorus omittit, & reprehenditur à Sigonio in comment. Fastorum.

Cur igitur omiserit in Liuiana Chronologia satis mirari non possum. Etsi enim eam describit ex Cassiodori præscripto, non debet tamen illum sequi, vbi errasse animaduertit. Sed ego infero, & tres illos consulatus ita adnoto deinceps, 487. 488. 489. aliter, quàm Sigonius.

COSS. P. Claudius, L. Iunius — vocatur in vulgaris Liuij libris annus hic DI. Tu emenda ex nostra, & marmorum summa,

COSS. C. Lutatius. A. Postumius. — quæ eadē est cū Liuiana DIIII. finis primi belli Punici.

COSS. P. Valerius, M. Atilius — hunc annum videas vocari apud A. Gellium in vulgatis libris DXXII. Tu emenda ex nostra summa DXXVI.

COSS. P. Cornelius Scipio. T. Sempronius Lōgus. — Hoc anno ait Liuius confectum II. bellū Punicum anno 23. post pacem datam consuli Lutatio: id verum est etiam in mea summa.

COSS. Cn. Cornelius Lentulus, P. Aelius Pætus. — Hi consules nominantur à Liuio: nam eo anno ait finitum bellum II. Punicum. LXIII. annis à primo bello Punico: id verū est etiam in mea summa.

COSS. P. Sulpitius Galba, C. Aurelius Cotta. — His coss. bellum extitit Macedonicum contra Philippum, anno, si Sigonio credas, 550. sed marmora Romana statuunt ann. 553. nec dissentit Liuius de initio huius belli, nam lib. 31. ijs consulibus ait susceptum.

De bello itidem Antiochino, quando geri cœperit, quando desierit: marmora consentiunt cum Liuio, nam susceptum est M' Acilio Glabrione, & P. Cornelio Nasica: debellatum autem post duos annos à Scipione Asiatico.

M. Iu-

M. Iunius Brutus, A. Manlius Vulso. His consulibus clauditur vltimus liber Liuij de bello Macedonico, anno 575.

COSS. L. Martius Censorinos.
M. Manlius. Annus hic est 604. In Epitume Liuiana scribitur, lib. 49. Initium tertij belli Punici annu altero & sexcentesimu, id est, DCII. sed scribendum est anno DCIV. vt alibi etiam dicemus demonstrandu hunc errorem à librarijs prouenisse.

Quo loco Liuius lib. 34. annum, quo P. Africanus consul fuit, vocat DVIII. vt est in vulgatis, non vt emēdat Sigonius in Chronologiæ suę scholijs DLVI. sed DLIX. legendum est, error autem ita ortus fuit, D VIII. scripserunt librarij, omittentes quinquagesimo. i. L. vt etiam antè. Has numerorum emendationes ratione factas, & si quiuis cognuscere potest, demonstrabo tamen ego copiosius in mea Chronologia: nam omnis error in his scribendis fluxit à Cassiodoro, & alijs, qui Liuianus annos non exquisitè numerarunt: ideo coacti sunt ad suam summam numeros immutare, & si non omnes immutarunt, obliti opinor, vnde cognosci potest, id ita factum.

FINIS.

IMPRESSVM FRANCOFVRTI AD MOENVM, APVD GEORGIVM CORVINVM, SIGISMVNDVM FEIERABEND, ET HÆREDES VVIGANDI GALLI.



M. D. LXVIII.

CAROLI SIGONII SCHOLIA, QVIBVS TITI LIVII PATAVINI HISTORIÆ, ET EARVM EPITOMÆ, PARTIM EMENDANTVR, PARTIM ETIAM EXPLANANTVR.

EIVSDEM IN EOSDEM LIBROS CHRONOLOGIA, IPSORVMMET AVCTORVM VERBIS CONFIRMATA.



IMPRESSVM FRANCOFVRTI AD MOENVM, M. D. LXVIII.

D. IOHANNI HERVAGIO, TYPOGRAPHO AC CIVI BASILIENSI, GLAREANVS S. D.

PERHVMANITER atq; benigniter mecum egisti, suauissimè D. Heruagi, quòd ad me miseris illius Glareanomastigis Annotationes. De quo iudicium meum audire cupis. Atqui valdè vereor, ne quis mox clamet: Nullum esse verum ab hoste expectandum iudicium, prædominari affectum, auersam à vero mentem. Quid multis [illegible]. Ad hæc ego dico: Posse fieri, vt seposito omni affectu, etiam læsi indignè, rectè tamen iudicent. De me quidem id promittere fortassis superbum fuerit, sed certè hominis cordati fuerit, non ad cuiusuis impudentiam moueri. De Sigonio isto breuiter audi iudicium meum: Mihi videtur homo multæ lectionis, & velut librorum helluo, vt est apud Ciceronem, Sed iudicij iuuenilis, non addam maligni, qui de benè merito iudicat æquè, vt de malè merito, ne dicam inimico. Annotationibus nostris plus sexcentis locis adiutus, egregiè dissimulat, & pro gratia conuitia ingerit, imò de me ita contẽptim locis aliquot loquitur, perinde atq; domi ipsius natus sim verna: Nullum maius in me habet telum declamandi, quàm quòd nonnunquam in temporũ supputatione vno, aliquãdo duobus annis ratio nostra ab eo discrepat, cùm Dionysij à Liuij ac Polybij ratione in totũ ferè duobus annis distet, quod toties in annotationibus nostris clamo. Et in vno anno cum nemine me certaturum vbiq; profiteor. Tandem ad IIII. annos deuenit, & vt Hercules Antæum prorsus conficiat, vltima illa pulchella annotatione, quæ est de anno, quãdo Liuius finierit Romanam historiam, ad XVII. annos me iugulat, cùm sint etiam confessione mea XXVIII. in quibus tamen nihil negotij est. Quis enim certò scire potest, quot ediderit libros Liuius? aut quos adijcere voluerit? Cùm Eusebius eum vixisse in Chronicis scribat ad quartũ vsq; Tyberij annũ. Sed audi ingeniosas illius technas, quibus me subdolè illaqueat: In annotationibus nostris aliquoties deploro, quod Polybij ac Dionysij græca exemplaria non habuerim. Vnde facilè erat aliquot eruere locos. Noster, vbi hoc legit, nactus hoc fæliciori tẽpore ea exemplaria, ac inspectis locis, vbi hærebam, cũ occasionem habuisset laudãdi me, quod candidè Lectori ostenderim hulcera, tum quomodo sanari possint, indicauerim, hic bonus vir id ad contumeliam trahit: Glareanus non legit Polybium græcum clamitans, neq; Dionysij græcũ exemplar habuit, quod ipse ego deploro, hoc vitio vertit. Sed quod impudentius est, cùm videt me loci alicuius nomẽ, quod nõ est prorsus vulgare, non tenere memoria, ipse verò de hoc me indicante monitus, ibi ad Indices conuersus, inuẽto nomine mox Thyados more clamat, Glareanus non legit Stephanum de Vrbibus: Quasi verò quis omnium nominũ meminisse queat, quæ vspiã sint apud authores, etiã si eos legerit. Ter clamat me nõ legisse Priscianum, quẽ ego conijcio, me legisse antequã ille Cuculus nasceretur. Potuisset, si quid pudoris in eo esset modestè dicere, Glareanus nõ animaduertit, quod apud Priscianũ est, vel quod Stephanus scribit, quod equidẽ molestè non tulissem, nihil enim offendor candida admonitione, exemplo D. Erasmi Roterodami præceptoris nostri disertissimi. Quis aũt ei dixit, nec Stephanum, nec Priscianũ legisse me? Quia, inquit, de loco dubitas, qui est apud Stephanũ. Elegans ratio, hic vide dialecticum acumen. Sed hoc pulchrius est, quod ait, me nulla antiqua exemplaria habuisse. Vnde hoc scire potuit? nempè vnde priora. At nihil hunc etiam mentiri pudet, ipse adiutus exemplaribus antiquis, sibi hanc impudenter adscribit gloriam. Ego qui ex collatione multorum exemplarium tot locos emendârim, audire debeo, Glareanus non habuit antiqua exemplaria. Quid si quis in authore egregiè exercitatus, ex locorum collatione, Item ex aliorum authorum lectione, ac comparatione multa egregiè restituere potuit, non ille etiam laudem meretur? Saxa quædam Capitolina, ac numismata obijcit, quasi illa sint oracula Delphica, cùm in his sæpe mirè erretur. Ante annos XX. tumultuario studio hasce Annotationes mihi collegeram, ac postea publicaui: Verùm nunc nactus exemplaria græca, ipse ego in meo adeò opere, si modo alijs negotijs non fuissem occupatus, longè plures locos emendare potuissem, quàm plagosus ille Orbilius. In plærisque dubitaui, quod exemplo doctorum virorum, qui sæpius hærent, cum indoctis omnia sint peruia, non illibenter facio. Quoties hoc facio, hic candidus iudex à me dubitatum, id assertum mentitur. Sanè nisi ego dubitassem pluribus in locis, ille quod reprehenderet herclè non habuisset. De Prænominibus, Nominibus, ac Cognominibus Romanorum, negotium est infinitum, cui nec ille Gigas satis fuerit, nec quisquam mortalium, nec magni etiam nunc refert. Quid enim magis obscurat Romanam historiam quàm illa per nomenclaturam quæsita ambitio? Olim omnes familiæ suos in magistratu fuisse legere cupiebant. Vnde ab Historico neglectum aut omissum nomen aliquod, piaculum videbatur apud illos mundi dominos. Verùm quid hoc ad nostram ætatem? præstiterit ea plæraq; prætermissa fuisse, melius enim sic consultum erat Romanæ historiæ. Risi autem maximè cum mecum velut expostulat, Quandoquidem Chronologiam ad Liuianam historiam atque adeò Romanam illustrandam desumpsisse me dixerim, cur duos annos post ducentesimum vicesimum tertium ab V. C. non omiserim, quos Liuius consulto, vt asserit Sigonius, prætermisit. Ad hoc ego ingenuè, quod res est, dico: Cùm viderim librariorum vitio annum CCXLVIII. ab V. C. temerè omissum: quod & Sigonius mecum fatetur, putabam & hosce eodem modo iniuria temporum prætermissos, & adhuc sum in ea opinione. Quod Cassiodorum mihi obijcit, nil me mouet, cuius Codex mille aberrat locis, vt ipse Sigonius probè nouit. Ad alios, quos mihi ex Liuio obijcit locos, eadem respondeo, quæ Sigonius in suis, quas in Chronologiam nostram scripsit, annotationibus respondet ad annum CCCV. ipsius supputatione. Vbi mirari se dicit Liuium in tam paucis annis rectam supputationem tenere non potuisse. Hæc verba si ego protulissem, Liuij correctorem me appellasset, ne dicam calumniatorem. Sed pulchrior ratio est, quam subnectit paulò pòst: Cum ijdem COSS. (inquit) sint apud Dionysium ac Cassiodorum. At nolo pluribus de illius impudentia, qui ita in me debacchatus est, quasi eius essem mancipium de lapide emptum: ita superbus Thraso in me iocatur, quasi nescirem literas, quem ego nec verbo nec facto vnquam offenderim. Quàm gestit vbique gloriæ auidus, quàm cupit ex iugulato Glareano triumphum. Næ ille diu expectabit à me vllum responsum,

nisi mores mutauerit, Christianum puto malum pro malo non esse reddendum. Hoc meritò malè me habet, quòd ex ea vrbe me petit scommatis, ex qua vrbe semper modestos viros olim sensi. Qui legati, Tiguri in Heluetijs, & ante annos aliquot Haganoiæ apud Ferdinandum Cæsarem, me vnicè dilexerunt, ac humaniter sunt prosecuti, mihique prudentiæ specimen dederant, ac summam spem, nullum vnquam fore ex ea Rep. qua non est alia præclarior toto terrarum orbe, quem ego vererer in me immerentem, ita sæuiturum, vt Sigonius fecit, Homo minimè Venetus. Tibi ego, mi Heruagi, plurimum debere puto, quòd me amicè admonueris: doleo autem, quod, quid gratiæ referam, non habeam, tu animum pro gratia nunc accipias oro. Bene vale. Friburgi Brisgoiæ, Anno à IESV CHRISTI *natali,* M. D. LV.

AD LECTOREM.


QVANDOQVIDEM, candidè Lector, in sequentibus Caroli Sigonij Annotationibus, doctrinę & eruditione præstantum virorum sententiæ, inprimis autem Glareani, antiquitatum aliàs indagatoris diligentissimi, in aliquot obscuriores & magis abstrusos locos, Castigationes, multis in locis reprehenduntur: non inconsulto igitur, ipsius Glareani defensiones & antilogias, suis locis, hisce signis [ ] inclusas, & in margine manu, adiunctis aliquot virgulis, signatas, adijciendas esse visum est. Insuper etiam, quo Lector faciliorem & magis commodiorem loci alicuius scrupulosi & dubij, modum & quærendi formam habeat, numerum foliorum in margine Annotationibus adiunximus.

CAROLI



CAROLI SIGONII SCHOLIA, QVIBVS T. LIVII PATAVINI HISTORIÆ, ET EARVM EPITOMAE, PARTIM EMENDANTVR, PARTIM ETIAM EXPLANANTVR.

De germano Liuianorum librorum indice.



De Libri titulo.

GERMANVM non esse Liuianorum librorum indicem illum, qui vulgò fertur, verùm à Grammatico aliquo parum scitè fuisse affictum, cum multis alijs summis superioris memoriæ viris assentior, tum maximè Francisco Petrarcæ, qui in primo libro rerum memoratarum, & in epistola ad Iohannem Certaldensem non obscurè, quid ipse de eiusmodi re sentiat, edit, his verbis: Sed heu quantam ætatis nostræ maculam. Huius tam ingentis, tamq; egregij operis vix portio subest exigua quidem: cùm in Decades vel ab ipso conditore, vel, quod magis reor, à fastidiosis post modum lectoribus lectum foret, ex quatuordecim nisi tres Decades supersunt. Item, Quod nisi fallit æstimatio, frustraturq; memoria, propè ad eandem literarum congeriem videtur accedere vel T. Liuij Romanarum rerum liber ingens, quem in partes, quas Decades vocant, non ipse, qui scripsit, sed fastidiosa legentium scidit ignauia. Hæc ille. Id autem ita esse, ex Grammaticis etiam veteribus, vt Prisciano, Diomode, Censorino, & eo demum, qui singulorum horum librorum Epitomas scripsit, facilè intelligi potest. apud quos animaduertere licet in hac historia nominanda nullam Decadum, perpetuam librorum, in quos ipsa descripta erat, fieri mentionem. Quod facturos eos aliquando fuisse credendum est, nisi iam mortuis illis eiusmodi index celebrari cœpisset. Decadum autem nomen probabile reddidisse videtur numerus librorum, qui à T. Liuio scripti esse dicuntur. cùm XIIII. Decades in CXL. libros (tot enim ab eo editos esse vulgo creditur) rotundo quodam numero diuidantur. Verum & hæc falsa opinio est. Idem enim Petrarca CXLII. ab eo scriptos esse tradit. idque nos ita esse in scholijs Epitome libri CXXXVI. ostendemus. His igitur adducti rationibus, germanam horum librorum inscriptionem restituendam esse putamus hanc: T. LIVII PATAVINI HISTORIARVM AB VRBE CONDITA LIBRI CXLII. Ex quibus tamen cum superiorum sæculorum incuria CVII. interciderint, cogimur eos XXXV. tantummodo nominare. Historias autem eum credo idcirco inscripsisse, vt hic liber distingueretur ab ijs, qui Annales appellabantur. siquidem aliud erat Annales, aliud Historias scribere. Nam Annales (vt à veteribus accepimus) tantummodo quod factum, quoq; anno factum esset demonstrabant: Historiæ verò non solùm id, quod gestum esset, sed etiam quo consilio, quaque ratione gestum esset, indicabant. cùm autem primis temporibus omnes, qui de rebus Romanis scriberent, Annales conficerent, vt Pictor, vt Piso, vt Fannius, vt Libo, postremò etiam historiæ scribi cœptæ sunt, vt à Cœlio, à Tuberone, ab Asellione, à Sisenna, à Salustio, à Liuio. Itaq; cùm qui historias scriberent, alij aliunde scribendi initium facerent Liuius vt & ipse scriptionis suæ & genus, & initium indicaret, HISTORIAS AB VRBE CONDITA nominauit: nimirum intelligi cupiens, se à primordio vrbis, (quemadmodum ipse in principio profitetur) res Romanas esse scripturum. Atq; hoc quidem etiam consilio Salustius vsus libros historiarum complures edidit. quibus res (vt opinor) populi R. quibus ipse interfuit, se perscripturum esse testatus est. Initium certè scribendi à Sullæ morte Catulo, Lepidoq; consulibus fecit. Quod ex verbis eius quibusdam, quanquam diuulsis, quæ à Prisciano lib. XV. ex primo historiarum libro Salustij proferuntur, intelligi potest. Ea verò sunt hæc: Res populi Romani M. Lepido, Q. Catulo consulibus, ac deinde militiæ, & domi gestas, composui.

Annales & Historia in quo differant.

DE EPITOMIS.

EPITOMAS porrò id est, vt ego interpretor, breuia singulorum librorum argumenta, vnicuiq; libro præfixi: vt quisque breuiter, ac facilè quid in quoque libro contineretur, cognoscere, ac qui Liuiani libri intercidissent, & quantum in ijs amissis acceptum detrimenti esset, intelligere posset. Nam siue à Liuio siue à Floro, siue ab alio quo scripta sunt, hæc enim omnia traduntur, ad Romanas certè res illustrandas accommodatissimæ sunt, præsertim verò vbi Liuiana historia excidit. Qua in parte Liuianam apud quenque obtinere debent auctoritatem.

IN EPITOMEN LIBRI PRIMI.

1 SYLVII. Item, Tyberis.) Siluij, & Tiberis scribendum esse ex manuscriptis exemplaribus, Græcisq; libris constat, apud quos est σίλυιος, & τίβερις. In centurias populus diuisus.) Lego in curias. Nam Liuius ita loquitur: Cùm populum in curias XXX. diuideret, nomina Sabinarum curijs imposuit. Metij Sufferij.) Fufetij, vt post dicam. Ancus Martius.) Marcius, vt post dicam. Tentandæ scientiæ causa.) Veteres libri, Hic tentandæ scientiæ causa. Ostiam condidit. Tarquinius.) Manuscripti libri pleniores sunt. ita, Ostiam condidit. Regnauit annos XXXIII. Eo regnante Lucumo Damarati Corinthij filius à Tarquinijs Etruriæ ciuitate Romam venit, & in amicitiam Anci receptus Tarquinij nomen ferre cœpit. & post mortem Anci regnum excepit. centum additis, &c. Quam lectionem probo. Idq; protinus factum.) Veteres libri, Idq; protinus ab Attio factum. Cloacas fecit. Ser. Tullius) Veteres libri vberiores. ita, Cloacas fecit: occisus est ab Anci filijs, cùm regnasset annos XXXVIII. successit ei Ser. Tullius, natus ex captiua nobili Corniculana, cui puero adhuc in cunis posito, caput arsisse traditum est. Is Veientes, &c. Lustrum condidit. Classes.) Plenior antiqua est lectio. sic, Lustrum condidit, quo censa LXXXM. esse dicuntur. Classes. Est autē hic numerus etiam apud Liuium, & is, qui Epitomas scripsit, eiusmodi summas diligentissimè ponere solitus est. In Auentino fecit. L. Tarquinius.] Plenior est vetusta manuscriptorum librorum lectio. hoc modo: In Auentino fecit,

Interfectus est à L. Tarquinio Prisci filio consilio filiæ suæ Tulliæ, cùm regnasset annos XXXIIII. Post hunc L. Tarquinius Superbus, neq; patrum, neq; populi iussu regnum inuasit. Quo die, &c. Filius Sex. Tarquinius dolo.) Veteres libri, Filij Sex. Tarquinij dolo. loquitur autem de rebus gestis Tarquinij Superbi regis. Itaque præter alia, Sex. etiam Tarquininij filij dolo, inquit, Gabios in suam potestatem redegit.

IN PRIMVM LIBRVM.

2 VELVT disidentes primo mores sequatur animo, deinde vt magis magisque lapsi sint, tum vt ire cœperint præcipites.) Probo doctorum quorundam hominum coniecturam. qui, Desidentes, legunt. Etenim subsequitur. vt magis magisq; lapsi sint, tum vt ire cœperint præcipites. Videtur enim eadem semper translatione res magis crescere, quam translationem, quia primo duriorem esse putauit. adhibita particula: Velut, molliorem fecit. Quod in proprio, Disidentes, faciundum non fuisset. Est autem Desidere leni quodam motu in se met concidere. ☞ [Robortellus hoc loco reprehendit Sigonium lib. 2. Emendat. cap. 55. ac Disidentes legendum putat. Vocat enim Liuius disidentes mores in diuersa euntes, nec æqualitatem seruantes.] Porrò autem his verbis mutationes omnes Romani imperij breuissimè complexus est. Nam cum, Partum imperiom, ait, interuallum illud totum indicat, quod à Romulo ad Ap. Claudium intercedit, qui primus bellum extra Italiam Carthaginiensibus fecit: Cum, Auctum, tempus inde ad Carthaginem euersam notat. Desedisse præterea mores intelligit, Gracchanis temporibus, Lapsos magis esse. Sullanis, Præcipites isse, Cæsarianis. Reliqua inde tempora, Augusti imperium post deuictum ad Actium Antonium, quibus hæc scribere aggressus est, significat. Itaq; lib. 9. ait: modo sit perpetuus huius, qua viuimus pacis amor, & ciuilis cura concordiæ. Rege Philemene.) ☞ Pylæmene legendum esse apparet ex versu Homeri: παφλαγόνων δ' ἡγεῖτο πυλαιμένεος λάσιον κῆρ ἐξ ἐνετῶν. [Hoc ex Sabellico & Glareano habet, licet neutrius meminerit.] In quem egressi sunt locum, Troia vocatur, Pagoq; inde Troia nomen est.) Malim, Pagoque inde Troiano nomen est, vt no syllaba repetenda sit, vt sæpè infra faciundum esse docebimus.

3 Hetruscorum opes.) Etrusci & Etruria scribendum est sine aspiratione, manuscriptis libris auctoribus, ijsq; qui lapides Triumphales, qui in Capitolio Romæ sunt, descripserunt. Numicum flumen.) Probo ea, quæ à Glareano dicta sunt, cur Numicium, & non Numicum flumen dicendum sit. Addo etiam Dionysium Alicarnass. lib. 1. ποταμὸν νομίκιον appellare. Authorem nominis sui.) Auctor & auctoritas scribendum. ita & manuscriptis libris, & vetustis lapidibus attestantibus, & Dione tradente. qui declarans, quid auctoritas senatus sit, αὐκτώριτας scribit. postremò ex vocis etiam ipsius ratione à veteribus Grammaticis tradita. Atys. Capys.) Atis ex ijs nominibus est. quæ literam Y respuunt, quod vetera exemplaria docent, & deriuatiuum nomen Atius. De quo ita Virgilius: Alter Atis, genus vnde Atij duxêre Latini. Capys etiam cum Græcorum more flectitur, Capyos amat literam Y, cum Latinorum, Capis, I. Capeto Tiberinus, qui in traiectu Albulæ amnis submersus, celebre ad posteros nomen flumini dedit.) Tiberius legendum esse, auctoritate veterum Historicorum, & maximè Dionis, Eustathius in Dionysium confirmat, qui Tiberim, cum Albula diceretur, à Tiberio vocatum esse scribit, non ab eo, qui Augusto successit, sed à quodam alio, qui raptus à flumine nomen ei reliquit. Verba eorum illius placuit apponere: ὅτι ὁ τίβερις ἄλβουλα ποτὲ καλούμενος, οὕτω μετεκλήθη, ὡς βασιλέως πνιγέντος ἐν αὐτῷ θανόντος, ἄλλως τι ἱστορίαι φασί, καὶ ὁ τοῦ αὐγούστου διάδοχος. πιθανὸν δ' ἐνταῦθα ἡ ἱστορία φησὶν, ὁ τὸν μετ' αὐτὸν αὔγουστον, ἀλλ' ἕτερον ἀρχαιότερον, ὅς, φησὶν, ἐν μάχῃ τελευτήσας, καὶ ὑπὸ τοῦ ῥεύματος παρασυρθεὶς ἐπώνυμον ἑαυτοῦ τὸν ποταμὸν ἀφῆκε.

4 Laurentiæ vxori.) Veteres libri, Larentiæ. Item Plutarchus in Romulo, & Dionysius lib. 1. ἄκκαν λαρεντίαν. Et à Palanteo vrbe Arcadica Palantium, deinde Palatinum montem appellatum.) Eustatius docet Pallantium duobus ll, Palatium vno scribendum esse, his verbis: τὸ παλλάντιον ἱδρύσας, καὶ λόφον ὀχυρωσάμενος, ὃν παλλάντιον ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ πάλλαντος. ὅθεν καὶ νῦν οἱ ῥωμαῖοι τὰς βασιλικὰς οἰκήσεις τόπους ὑπὸ καλοῦσι παλάτια, καθ' ὑφαίρεσιν ἀμεταβόλων τοῦ λ, καὶ τοῦ ν.

5 Palatinum Romulus, Remus Auentinum.) Vet. lib. Palatium Romulus. Rectè. Nam Palatinum non est perinde atque Auentinum, substantiuum nomen, sed adiectiuum. Itaque nisi vbi collem addimus, Palatinum dicere non debemus, vt infra. Inter Palatinum Capitolinumque collem. Ex Palatio autem Palatinus, ex Auentino Auentinensis orta nomina sunt. Item paulò post. Palatium primum, in quo ipse educatus erat, non Palatinum lege.

7 Locum, qui nunc septus densis sentibus inter duos lucos est, Asylum aperit.) Quidam veteres libri habent: Qui tunc septus densis sentibus inter duos lucos erat. Quod non probo. Nam Dionysius, ita, vt Liuius, loquitur: τὸ μεταξὺ χωρίον τοῦ τε καπιτωλίου καὶ τῆς ἄκρας, ὃ καλεῖται νῦν κατὰ τὴν ῥωμαίων διάλεκτον μεθόριον δυοῖν δρυμῶν. Centum creat patres, siue quia is numerus satis erat, siue quia soli centum erant, qui creari patres possent.) Sane legendum esse videtur: Qui ciere patres possent. sic enim scribit lib. 10. Qui patrem ciere possent, eos patricios esse appellatos. Dionysius etiam ac Plutarchus, vbi exponunt causas, cur centum potissimum senatores, quos patres appellauerit, Romulus crearit, ita aiunt: ὅτι πατέρας εἶχον ἀποδεῖξαι μόνοι, id est: quod patres nominari soli centum possent, quasi verò alij terræ filij essent. ☞ [Hunc locum reprehendit Robortellus lib. 2. Emendat. cap. 55. Esto enim patricios ita dictos: non tamen patres, nec ea de causa primum ita appellati. Dionysius lib 2. multa de hac re scribit, & refellit eos nominatim, qui patricios dictos asserebant, quia patrem ciere possent. Cur itaq; lectio mutatur contra fidem omnium antiquorum librorum?] A plerisque rogitantibus dimisii, ecquod fœminis quoque Asylum aperuissent.) Veteres libri: Ecquid non fœminis quoque, Cenienses.) Dionysius & Stephanus de vrbibus vrbem καινίνην scribunt cum diphthongo, ex quo apparet Cæninenses esse scribendum.

8 Thalassij cuiusdam.) Veteres libri, Talasij. Itemque Græci, ταλάσιον. Ceninenses, Crustuminiq; & Antemnates.) Vet. lib. Cæninenses, Crustomini & Antemnates.

9 Orantem Romulum Hersilia coniunx precibus raptarum fatigat, orat.) Vet. lib. Precibus raptarum fatigata, orat. Perspicue verùm. Sic loquitur alibi Liuius. Quod alienis cladibus ceciderant animi.) Vet. lib. Quod iam alienis cladibus ceciderant animi. In Crustuminium nomina darent.) Legendum, In Crustuminum, vt subaudiatur. agrum. Additur fabulæ.) Probo suspicionem Glareani, qui legit: Additur fabula. vt non ea, quæ exposita sunt, sed. quæ exponenda sunt, fabula dicantur. Addo illud. Liuium ita lib. 5. esse locutum: Inseritur huic loco fabula. Et lib. 10. Id credo cognomen errorem in ædilibus fecisse, secutamq; fabulam mistam ex ædilicijs, & consularibus comitijs conuenientem errori.

10 Hostius Hostilius.) Alio libro ostendi ex auctoritate lapidum Capitolinorum, & Valerij & Macrobij, Hostum esse prænomen tum in hoc rege, tum in Hosto Lucretio consule, de quo infra dicam, nō Hostium. Hic in Palatino) Veteres libri, Palatio, vt antè. Ab arce decurrerat.) Veteres libri, Decurrerat. ostendit porrò

Priscianus

Priscianus bonos auctores compositum, cucurri, vsurpasse, vt Liuius in 2. Et si feroclus procucurrissent, idemq; fecisse Catonem, Plautum & Terentium.

Equus Curtium in vado statuit.) Hanc lectionem laudat Glareanus, iniustè. [Glareanus legit: Equum 11 Curtius. de verbo statuit, dicere, quando omnes codices ita habebant, supersedit. Sabellicus de verbo, statuit, loquitur. At Sabellicum omittit, Glareanum carpit. cùm Glareanus loquatur ex Gellij authoritate lib. 18. cap. 5. Robortellus mirè hic increpat Sigonium de mutatione huius loci. lib. 2. Emendat. cap. 51. horum verborum hanc sententiam esse scribens: Equum emersisse ex palude illa, & statuisse Curtium in vado, id est: In loco tuto ac minimè profundo. Ita vt legendum sit: Equus Curtium in vado statuit. Et ita omnes vetusti libri habent. Nec commodè Liuij verba ad Plutarchi sententiam accommodari possunt, cùm vterque diuersos fuerit secutus authores. Nam id, quod narratur de eo vario modo, prolatum est ab Historicis. Dionysius peditem illum pugnasse ait.] Veteres enim libri habent: Equum Curtius in vado statuit. Ex quo intelligi potest, legendum esse: Equum Curtius in vado destituit. Nam Plutarchus hanc sententiam ita vertit: καὶ ἀφεὶς τὸν ἵππον, ἑαυτὸν ἔσωσεν, id est: Destituto equo semet seruauit. Errori locum dederunt finitimæ illæ syllabæ do, de. Ab T. Tatio Titienses appellati.) Quanquam Festus à prænomine Tatij ait Titienses esse dictos, tamen Tatienses potius legendum puto, à Tatio. Ita enim Veteres libri, ita Varro, ita Plutarchus: ἀπὸ τατίου τατιένσεις. Lucerum nominis, & originis causa incerta est.) Ijdem Lucrenses etiam à Festo & Plutarcho dicti sunt. Horum originem incertam esse ait Liuius, non quia nulla tradita sit, sed quia aliam alij tradentes rem in dubium adduxerunt. Alij enim à luco, alij à Lucumone, alij à Lucero Ardeæ rege nominatos voluerũt. auctor Plutarchus, Festus, Pædianus. Vt tamen expiarentur legatorum iniuriæ, regisque cædes, fœdus inter Romam, Lauiniumq; vrbes renouatum est.) Si locus hic attentè spectetur, facilè, vt ait Glareanus, intelligetur aliquid deesse. deest autem ratio, qua expiatio facta est. De qua Dionysius ita: τοῦ ἄγους ἀφοσιώσασθαι τὰ περὶ τὰς πρέσβεις γενόμενα. Et Plutarchus in Romulo: καὶ καθαρμοῖς ὁ Ῥωμύλος ἥγνισε τὰς πόλεις, οὓς ἔτι νῦν ἱστοροῦσιν ἐπὶ τῆς φερεντίνης πύλης συντελεῖσθαι. Aut igitur sacri mentio deest, aut voce illa, Fœdus, continetur, atq; expressa est. Cæterum renouatio fœderis cum Laurentibus solennis erat. Libro enim 8. ait: Cum Laurentibus renouari fœdus iussum. renouaturque ex eo quotannis post diem decimam Latinarum. [Glareanus non dicit quicquam deesse, sed scire cupit, quomodo inter Romanos & Lauinium sit expiatum scelus cædis.]

Quos Celeres appellauit.) Rationem affert nominis Plutarchus: ἀπὸ τῆς περὶ τὰς ὑπουργίας ὀξύτητος. Ad 12 Capræ paludem.) Suspectum se habere hoc nomen ait Glareanus, neque alibi se legisse. At Plutarchus tamen in Romulo ita ait: ὁ δ' ἡμέρα, ᾗ μετήλλαξεν ὄχλου συνιόντος, καὶ τόπος ἐκκλησίας διὰ τὸ θύειν εἰς τὸ τοῦ αἰγὸς ἕλος ἐκάλουν· αἶγα γὰρ τὴν αἶγα καὶ ὀνομάζουσι. Et Festus lib. 3. Captalia appellatur ager, qui vulgò ad Capræ paludem dicitur. [Glareanus admonet duntaxat, nihil definit, vt alijs cogitandi ansam præberet, quod cùm laudabile erat, non erat in contumeliam trahendum.]

Abi, nuncia, inquit, Romanis, &c. proinde rem militarem colant, &c.) Hæc sic vertit Plutarchus: χαῖρε, καὶ 13 φράζε Ῥωμαίοις, ὅτι σωφροσύνην μετ' ἀνδρείας ἀσκοῦντες ἐπὶ πλεῖστον ἀνθρωπίνης ἀφίξονται δυνάμεως. Decreuerunt enim, vt cùm populus regem iussisset, id sic ratum esset, si patres auctores fierent. Hodieque in legibus magistratibusq; rogandis vsurpatur idem ius vi ademptum. priusquam populus suffragium ineat, in incertum comitiorum euentum patres auctores fiunt.) Difficilis & lubricus locus hic est. In veteribus libris est: Vi adempta, non: Vi ademptum. Quam lectionem aliorum ingenio partam probat Glareanus his verbis: Quidam emendarunt Vi ademptum, & ad, Vsurpatur, verbum coniungunt. quod placet. & Vi ademptum fortasis ad Iulium Cæsarem retulit, quem tamen propter Augustum nominare non audebat, nisi quis malit ad eius sæculi seditiones referre, quæ Cæsarem præcesserunt. Hæc ille. [Glareanus ingenuè fatetur, hoc ab alijs erutum, nec sibi adscribit.] ille. Mihi verò neque hæc lectio, neque hæc sententia probatur, neque enim hoc ius vi aut à Cæsare ademptum est, aut ante Cæsarem ab alio. De Cæsare testis est Suetonius. qui scribit de eo. Comitia cum populo partitus est, vt exceptis consulatus competitoribus de cætero numero candidatorum pro parte dimidia, quos populus vellet, pronunciarentur, pro parte altera, quos ipse dedisset, & edebat per libellos circum tribum missos scriptura breui. [Hæc Suetonij verba satis declarant comitiorum rationem mutatam, etsi non omninò abrogatam, non igitur sine causa dubitauit Glareanus.] CÆSAR DICTATOR ILLI TRIBVI. Commendo vobis illum, & illum, vt vestro suffragio suam dignitatem teneant. De alijs auctor est Liuius, qui sæpius hoc institutum relatum esse. & lege sancitũ nona, cum quasi vetustate obsoleuisset, scribit, vt lib. 6. Quia patricij se auctores futuros negabant, prope ad secessionem plebis res venit. Item S. C. factum est, vt duos viros ædiles ex patribus dictator populum rogaret, patres auctores omnibus eius anni comitijs fierent. Et lib. 8. Lata lex est, vt legum, quæ centuriatis comitijs ferrentur, ante initum suffragium, patres auctores fierent. Præterea hunc eundem morem temporis vetustate obliteratum à L. Sulla consule renouatum fuisse scribit Appianus lib. 1. his verbis: εἰσηγοῦντο μηδὲν ἔτι ἀπροβούλευτον εἰς τὸν δῆμον ἐσφέρεσθαι, νενομισμένον μὲν οὕτω καὶ πάλαι, παραλελυμένον δὲ καὶ ἐκ πολλοῦ. Accedit, quod Cicero in oratione pro Plancio, quam post Sullæ mortem ante Cæsaris dictaturam dixit, ne hoc quidem obseruatum fuisse significat, cùm ait: Apud maiores nostros magistratum non gerebatis, qui ceperat, si patres auctores non erant facti. Quæ cùm ita sint, probo magis veterem lectionem, Vi adempta, vt sit sensus, Hodie quoq; vsurpatur idem ius, vt patres comitiorum sint auctores, nisi fortasse vis aliqua fiat à tribuno plebis aliquo, qui sine auctoritate senatus cum populo agat. Quod sæpissimè ante Cæsarem factum esse, omnia Romanorum monumenta loquuntur. Quod autem, inquit, Vi adempta, Cicero dixit ad Lentulum, Vi excepta. Ego tibi à vi, hac præsertim imbecillitate magistratuum, præstare nihil possum: vi excepta, possum confirmare te & senatus, & populi Romani summo studio amplitudinem tuam retenturum. Est præterea intelligendum, quod Romani dicunt, senatum auctorem esse, id à Græcis dici: προβούλευμα. Nam quod ait Liuius lib. 3. Quod legum ab ijs latarum patres auctores fuissent, Dionysius vertit lib. 11. πρῶτον δὲ ποιήσαντες τὸ περὶ τοῦ νόμου προβούλευμα εἰς τὸν δῆμον ἐξενεγκεῖν. Quod ait etiam lib. 2. Victi tandem patres, vt de connubio ferretur, concessere. Dionysius vertit lib. 11. χαρίσασθαι τὸ προβούλευμα τῷ δήμῳ, καὶ λαβόντες αὐτὸ μετὰ πολλῆς χαρᾶς οἱ δήμαρχοι, προῆλθον εἰς τὴν ἀγοράν. Idem in Ser. Tullio: ὁ δ' οὐκ ἠξίου ἐπικυροῦσθαι τὰ τοῦ δημοτικοῦ πλήθους, ὥσπερ αὐτῶν ποιεῖν ἔθος ἦν. Et in iudicio Coriolani: τὴν βουλὴν εἰώθαμεν δεῖν ἄρξαι προβουλεύματα ποιησαμένην, ὥσπερ ἔθος ὑμῖν πατρίῳ. Ser. Tullo.) Ser. Tullio perspicuè. Augur ad læuam. eius capite velato, sedem cœpit.) Hunc in modum distinguendum esse hunc locum Rhodigino placuit, Plutarchi auctoritate adducto, qui scribit in Numa: ἐνταῦθα τὸν μάντιν ὁ προελθὼν τὴν μὲν εἰς μεσημβρίαν τρέψας ἐγκεκαλυμμένον, αὐτὸς δὲ παραστὰς ἐξόπισθεν. &c. Videtur enim Plutarchus, si modò rectè est apud illum vox illa, ἐγκεκαλυμμένον, caput regis velatum fuisse. non auguris significare. [Non dissentit Plutarchus à Liuio, vt ostendit: Robortellus lib. 2. Emendat. cap. vltimo. Nam verba Plutarchi sic debent interpungi ex vetusto codice: ὁ μὲν εἰς μεσημβρίαν τρέψας ἐγκεκαλυμμένος αὐτὸς, καὶ παραστὰς ἐξόπισθεν.] Me autem iuuat eorum esse sententiæ, qui

ad læuam eius scribunt, & caput velatum auguris intelligunt. quòd infra dicat. Statua Attij capite velato in comitio fuit. Et lib. 10. Si augur capite velato victimam cædat, auguriúmue ex arce capiat. Qua fama in Sabinos, aut quo linguæ commercio.) Veteres libri, Qua fama.

14 Dea Aegeria.) Vet. lib. Egeria. probo. Dionysius enim & Plutarchus ἠγερίαν edunt, aut ἠγερίαν. Festus ab egerendo dictam esse scribit. Atq; omnium primùm ad cursum Lunæ in 12. menses describit annum, quem, quia tricenos dies singulis mensibus Luna non explet, desuntq; dies solito anno, qui solstitiali circumagitur orbe, intercalares mẽsibus interponendo, ita dispensauit, vt vicesimo quarto quoq; anno ad metam eandẽ solis, vnde orsi essent, plenis annorum omnium spatijs dies congruerent.) M. Antonius Sabellicus huius loci obscuritatem primus, vt opinor, & sensit, &, vt ipse sibi visus est, sustulit. cuius viri authoritas tantum valuit, vt post eum Glareanus, & cæteri qui hunc locum attigerunt, eundem ita vt ille ostenderat, exposuerint. [Glareanus Macrobij traditionem explicauit non suam, in illum igitur clames oportet, non Glareanum.] Quorum interpretationem cur hoc demum tempore vnus ipse repudiem, paucis, vt institui, explicabo. sic igitur exponit Sabellicus: Cùm Lunarem annum Numa XII. mensium & CCCLV. dierum primus instituisset, quia cum solari eum anno non conuenire reperiebat, qui diebus CCCLXV. & quadrante conficitur, dies qui quotannis ad solaris anni rationem deerant. quorum summa vigesimo quoque quarto anno erat CCXLIIII. ita dispensauisse, vt octauo quoq; anno XC. interponeret, tertio autem octennio, id est, vicesimo quarto quoque anno non XC. sed LX. qui superabant, atq; ita effecisse, vt eo demum anno dies lunaris & solaris anni, à quo orsi essent, congrueret. Hunc autem sensum vt eliceret, contra omnium librorum auctoritatem legit, vicesimo quoque quarto anno, cùm vbiq; vicesimo, legatur. Ego autem ita sentio, Lunarem annum Numam instituisse non CCCLV. sed CCCLIIII. dierum. Cùm autem solaris lunarem superaret quotannis XI. diebus & quadrante, inuenit vicesimo anno lunarem à solari victum esse diebus omnino CCXXV. vt ergò illo demum anno solaris cum lunari congrueret, atque ad eandem metam solis, vnde orsi essent, dies conuenirent, hos dies ita dispensauit, vt non octauo, sed secundo quoq; anno alternatim modo dies XXII. modo XXIII. interponeret. Qua ratione fiebat, vt cùm peruenisset ad annum XX. lunaris annus à solari nec vinceretur, nec eum vinceret. Quod vnusquisque intelliget, qui summam annorum hoc modo concipiet. nam cum quarto quoque anno XLV. dies intercalentur, si quinquies quadraginta quinque sumpseris, eos CCXXV. reddideris. Hanc autem sententiam, quanquam obscurius, edit Plutarchus in Numa, ita: τῆς δὲ γενομένης ἀνωμαλίας περὶ τὴν σελήνην, καὶ τὸν ἥλιον ἔννοιαν οὐκ ἔχοντες, ἀλλ' ἓν μόνον φυλάττοντες μόνον, ὅπως ἑξήκοντα, καὶ τριακοσίων ἡμερῶν ὁ ἐνιαυτὸς ἔσται. νουμᾶς δὲ τὸ παράλλαγμα τῆς ἀνωμαλίας ἡμερῶν ἕνδεκα γίνεσθαι λογιζόμενος· ὡς τῷ μὲν σεληνιακῷ τριακοσίας πεντήκοντα τέσσαρας ἡμέρας ἔχοντος, τῷ δὲ ἡλιακῷ τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε, τὰς ἕνδεκα ταύτας ἡμέρας διπλασιάζων ἐπήγαγε παρ' ἐνιαυτὸν ἐπὶ τῷ φεβρουαρίῳ μηνὶ τὸν ἐμβόλιμον εἴκοσι καὶ δυοῖν ἡμερῶν ὄντα. Et Censorinus ita. Cùm intercalario mensi XXII. dies, vel XXIII. alternis annis addi placuisset, vt ciuilis annus ad naturalem exæquaretur, in mense potissimum Februario inter Terminalia, & Regifugium intercalatum est. Hoc tantum inter hos interest, quod Plutarchus quadrantis diei rationem non habet. Itaque secundo quoque anno XXII. dies interpositos esse censet. Censorinus autem habet. Itaq; modo XXII. modo XXIIII. intercalatos esse ait, vt quinq; dierum, qui ex quadrante diei vicies sumpto oriuntur, ratio haberetur. Hæc cum summorum scriptorum auctoritate firmentur, neminem non probaturum, illa altera non omnino repudiaturum esse confido. [Improbat hanc Sigonij sententiam Robortellus in disputatione de ratione corrigendi, quod aduersetur Macrobio & Censorino, qui imparis numeri habitam rationem à Numa docent, in anno instituendo.]

15 Pontifi em deinde Numa Marcium Marci filium ex patribus legit.) Nemo animaduertit hunc locum esse mendose, cum sit tamen. Nominatiuus enim, Numa, vacat, cum tota oratio a tius repetenda sit, & suum habeat nominatiuum, quem spectet. inquit enim: Declaratus rex Numa Ianum indicem pacis, belliq; fecit, annum descripsit, Flaminem Iouis assiduum creauit, virgines Vestæ legit, Salios legit, Pontificem deinde Numa Marcium Marci F. legit. Hic ego dico, non esse necesse Nominatiuum, Numa, iterare, placere autem, Numam Marcium legi. Fuit enim Numa prænomen Sabinum. Itaque Pompilij, & Marcij id tulerunt. Marcus autem Marcius is est, credo, qui Numam Pompilium ad regnum Romæ accipiendum, vt ait Plutarchus, hortatus, cum eo Romam ex Sabinis commigrauit. Hic cùm ab eodem rege in patriciorum numerum relatus esset, post eius obitum cum Tullo Hostilio de regno contendit, ab eoque, victus sibi mortem consciuit. Huius filius Pompiliam Numę Pompilij regis filiam in matrimonio habuit, & ex ea Ancum Marcium regem suscepit, quem tulisse Numæ pręnomen apparet lib. V. Taciti, vbi ait, Numam Marcium præpositum vrbi fuisse à Tullo Hostilio rege. Quod autem ratione confirmaui, id etiam in quibusdam manuscriptis libris inueni.

M. Marcius Sabinus.
à Numa rege in senatum lectus.
à Tullo Hostilio victus sibi mortem consciuit.

Numa Marcius
Numæ regis gener, primus Pont. Max. ab eo factus
à Tullo rege vrbi præfectus.

Ancus Marcius rex IIII.
Numa regis ex filia nepos,
Plut. in Numa.

Et soli Fidei solenne instituit.) Vox. Soli, habet sine controuersia mendum. Dionysius Δημοσίαν πίστιν vocat, id est, publicam Fidem. si autem in quibusdam manuscriptis est, vt audio, Et simul, Fidei, non improbo. [At improbat Robortellus lib. 2. emendationum cap. 55. & soli legendum affirmat, quia non instituerat alijs dijs solenne sacrum, id est anniuersarium, vt vocat Varro in libro de lingua Latina, & Verg. lib. 5. vbi ait: Solennes tum forte dapes. Et Liuius lib. 1. Solenne notum erat. Et lib. 5. Solenne gentis de anniuersarijs sacris loquens, quæ semel quotannis fiebant statis diebus.] Imperitabat tum C. Cluilius Albæ.) Legendum est, C. Clœlius. Quod hac ratione confirmo. Nominat hoc in loco Liuius C. Cluilium Albæ Dictatorem, & fossam Cluiliam ab ipso C. Cluilio procul ab vrbe V. millia passuum factam. Dionysius lib. III. hunc ducem κλοίλιον, & fossam κλοιλίας vocat. at lib. VIII. itemque Plutarchus in Coriolano κλοιλίας. Ex quo intelligi potest apud Liuium, & Dionysium lib. III. legendum esse Clœlium, & Clœliam. præsertim verò cùm Festus scribat, Clœlias fossas à Clœlio Albanorum rege esse dictas. Fuit autem Clœlia gens Albana, post à Tullo Hostilio Alba euersa Romam translata. Dionysius auctor, itemq; Liuius.

16 Albani Metium Suffetium creant.) Lege Fufetium. nam Dionysius habet φουφέτιος. Et Plutarchus in libro τῶν παραλλήλων, μέττιον φουφέτιον appellat. Eodẽ modo Q. Fufius Calenus, non Fusius, vt vulgo, vocandus est. Quod ex Capi-

ex Capitolino eius consulatu, & græco Dionis libro intelligi potest. [Glareanus credit Græcos latina nomina sæpe scriptura corrupisse, aut postea à librarijs male descripta, quod hic in duobus nominibus satis claret κοίντιος, κοίντιος, φούριος & φουσίνιος. Robortellus hoc loco magnifice ridet Sigonium lib. 2. emendat. cap. 52.] Eares à statiuis exciuit Metium. ducit quàm proxime ad hostem potest.) Vet. lib. Is ducit quàm proxime. Fœcialis.) Fetialis scribendum arbitror sine diphtongo. Ita enim lib. veteres, ita græci: φητιάλεις, & φητιάλεις: ita demum nominis ratio postulat. Feriales enim à feriendo dictos esse scribit Festus, quòd pacis faciendæ essent auctores. Sagmina, inquit, te rex posco. Rex ait, puram tollito.) Vet. lib. Puta. vt ad Sagmina referatur.

Si prior defexit publico consilio, dolo malo: tu illo die Iupiter populum R. sic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriam.) Ver. lib. plerique: Tum ille dies Iupiter. Ex quo conijcio legendum esse, tum me Diespiter. Verba enim solennia sunt, eaq; antiquissima, vt ait Festus lib. 10. his verbis: Silicem tenebant iuraturi per Iouem, hæc verba dicentes, si sciens fallo, tum me Diespiter, salua vrbe arceq;, bonis eijciat, vt ego hunc lapidem. est autem apud Liuium, Dolo malo, idem, quod, Si sciens fallo. Diespiter autem Iupiter dictus est, quasi Diei pater. Varro. 17

Eo maiore cum gaudio, quo prope metum res fuerat.) Vet. lib. quo propius metum. placet. 18

Sic erat, quæcunq; Romana lugebit hostem.) Vet. lib. quæcunq; Romanū lugebit hostem. placet. Lex horrédi criminis erat. Duumuiri perduellioné iudicent.) Vet. lib. Horrédi carminis erat. Vere. Carmen enim appellat verba legis, quæ sequuntur. Duumuiri perduellionem &c. Sic lib. 3. Recitabatq; rogationis carmen. Si quis tribunos plebis decem, &c. [Hoc ante multus annos Sabellicus notauit, quare sua laude priuandus non fuisset.] 19

Exempli parum memoris legum humanarum.) Emendat Beatus Rhenanus, Romanarum, pro Humanarum. quod non placet. nam & à Vet. lib. dissidet, & à Varrone, qui ita scribit lib. primo de vita populi R. vt est apud Nonium. Metium Fuferium propter perfidiam interfecit pene imperiosius, quàm humanius. Principes Albanorum in patres legit, Tullios, Seruilios, Quintios.) Mendose Tullia gens inter Albanas Romam à Tullo Hostilio translatas numeratur pro Iulia. Id indicat Dionysius, qui eodem ordine commemorans has gentes, inquit, ἰούλιοι, σερουίλιοι. Adde, quod gens Tullia non Albana fuit, sed Corniculana: & quod Tullus, & Tullius pro Iulo, & Iulio infra sæpissime est mendose [Et hoc quoq; notauit Sabellicus.] Quintios.) Quinctum, Quinctium, Quinctilium, & Quinctilianum scribendum esse facile omnes intelligent, qui Capitolinorum lapidum scripturam obseruauerint. Eadem scriptura seruarut etiam in quibusdam libris manuscriptis Diodoti Siculi, quos mihi commodauit vir omni & virtutis, & laudis genere præstantissimus, Ludouicus Beccatellus, tum cum Venetijs Pontificiæ legationis munus obiret, qui libri cum hactenus impressi non sint, plurimum mihi, vt post idoneo loco ostendam, ad Liuianam historiam emendandam sæpissime profuerunt. in ijs ergo est κοίνκτος, & κοίνκτιος. itemq; est cum in alijs lapidibus, tum in quodam peruetusto, qui in agro Regiensi est, apud ornatissimum iuuenum, Horatium Malegurium, eiusmodi. 21

QVINCTÆ NONIÆ
RVFAE ET
NONIAE Q. F. QVINCTVLAE

Quid plura? in ipsis etiam Liuianis libris manuscriptis ita demum sæpe esse, quanquam inconstanter, comperi.

Pugna atrox ad syluam Malycusam fuit.) Cum vetusti libri omnes habeant, ad syluam Malitiosam, satis mirari non possum, cur isti emendatores Malycusam malint, quàm Malitiosam, quam germanam esse huius loci lectionem probatur ex Dionysio, qui hanc syluam appellat τὴν ὕλην καλουμένην κακοῦργον. Est autem κακοῦργος, Malitiosus. Nec pugna deinde illa constare, nec fuga explicari.) Vet. lib. Nec pugna deinde illis constare, vere. Fulmine ipsum cum domo conflagrasse.) In omnibus Vet. lib. est: Fulmine ictum cum domo conflagrasse, quod probo. Sic Cicero lib. 2. de off. Phaetontem ictu fulminis conflagrasse. Et Liu. lib. 34. duas naues fulmine ictas conflagrasse. Et Lactantius lib. 3. Capitolium sæpius fulmine ictum conflagrasse. Ancus Martius.) Marciæ gentis nomen scribi debere litera c, non t, quod imperitorum consuetudo inuexerat, docent Capitolina marmora, græcorum libri, & manuscripti latini, & ipsius deniq; nominis ratio: aut enim à Marco, aut, quod quidam tradiderūt, à Mamerco manauit. Etenim scribit Plutarchus in Numa, placuisse quibusdam à Mamerco Marcios esse appellatos, qui Numæ regis filius fuit, eosq; propterea cognomine Regis esse vsos. Nam Marciorum Regum familia Romæ fuit, quam tamen non à Mamerco Numæ filio, sed ab Anco Marcio Rege originem traxisse intelligi ex Suetonio in Cæsare potest. apud Plutarchum autem mendose legitur: ἀπὸ δὲ τοῦ μαμέρκου μαμερκίους, pro μαρκίους. Nam Mamerciæ gentis nulla vsquam mentio fit. Numæ Pompilij nepos filia ortus Ancus Marcius erat.) Hic locus ostendit vitiose legi apud Plutarchum in principio Coriolani, cum ait: ὧν καὶ μάρκιος ἦν γάϊος ὄνομα θυγατριδοῦς, καὶ μετὰ τύλλον ὁστίλιον βασιλεὺς γενόμενος. legendum autem esse, ὧν καὶ μάρκιος ἦν ἄγκος ὁ νομᾶ θυγατριδοῦς, id est, ex qua gente fuit etiam Marcius Ancus Numæ ex filia nepos. 22

Ius ab antiqua gente Aequicolis, quod nunc feriales habent, descripsit.) Hinc Valerius in epitome de prænominibus: Ab Aequicolis Sertorem Resium, qui primus ius feciale instituit. Hastam ferratam, sanguineam aut præustam.) Lege ex Vet. lib. aut sanguineam præustam. Quod populi priscorum latinorum, hominesue prisci latini.) Lege: Hominesq;, quia haud ita multo post ait: Populis priscorum latinorum, hominibusq; priscis latinis. Et Gellius lib. 17. ex Cincio, Quod populus Hermundulus, hominesq; populi Hermunduli. Vbi eadem verba, quæ hic vsurpantur. Auentinum nouæ multitudini datum.) Nescio cur Glareanus miretur Auentinum neutro genere à Liuio esse dictū, cum Dionysius passim τὸ ἀβεντῖνον, & τὸν ἀβεντῖνον, λόφον dicat. [Glareanus dubitat, vt solet, in quo laudem quærit, Fecere hoc homines docti ante eum, quorum negligentiam maluit imitari, quàm inuidiosam aliorum industriam.] Tellenis, Ficanaq;.) Dionysius τελλήνην, & φικουλνέαν vocat, libri vitio, pro φικουλνέαν. Nam paulò pòst addit de defectione Fidenatium. 23

Ponte Sublicio tum primum in Tyberi facto.) Vet. lib. in Tiberim. Itemq; in epitome: pontem Sublicium in Tiberim fecit. Sublicium porro pontem ξυλίνην γέφυραν græci vocant. id est, ligneum. Quiritium quoq; fossa.) Festus. Quiritium fossæ, quibus Ancus Marcius vrbem circundedit. In ore Tiberis Hostia vrbs condita.) Ostia scribendum. Nam Dionysius dictam esse ait, quasi θύρας, id est, ostium. Ad Murciæ datæ sedes.) Murciæ videtur scribendum ex Festo, qui ait: Murciæ Deæ sacellum erat sub monte Auentino, qui ante Murcus vocabatur. Et Plut. in li. τῶν ῥωμαϊκῶν. ὃν νῦν μουρκίαν ἀφροδίτην καλοῦσι μυρτίαν τὸ παλαιὸν, ὡς ἔοικεν, ὠνόμαζον. Demarati Corinthij.) Ita libri omnes latini, græci δημάρατος: at Capitolina monumēta, Damarati edunt: qua ratione lib. 38. Nicodamus, & Damoteles, & alibi Damocritus dixit, cùm tamen græce litera η scribantur. [Dorum lingua pro η vsurpat α, vt: τὰν μῶσαν pro τὴν μοῦσαν ita in hoc loco, quod tamen non aduertit Sigonius.] 24

Domicilioq; ibi comparato L. Tarquinium Priscum edidere nomen.) Puto vocem, Priscum, inducendam esse, neq; enim Prisci cognomen tulit, nisi postquam L. Tarquinius Superbus florere cœpit. Nam (vt ait Dionysius,) 25

Dionysius,) Priscus est appellatus, quia maior natu erat quàm Superbus. Non est autẽ verisimile ab ipso L. Tarquinio, Prisci cognomen editum esse, verùm multis post annis florẽte iam Superbo illud vulgo inuenisse, comprobat hanc meam cõiecturam, quod in veteribus libris luxatæ hæ voces sunt. L. Tarquinium edidere Priscum, vt glossema alicuius esse videatur in verba auctoris ex margine libri, vt fit, temerè à librario translatum.

26 Statua Accij capite velato, quo in loco acta res est in comitio in gradibus ipsis ad læuam curiæ fuit.) Vet. lib. Statua Attij posita capite velato: sic lib. 3. de Statua Clœliæ. In summa sacra via fuit posita, virgo insidens equo. Posteriore modo sub iisdẽ nominib. qui additi erant, appellati sunt.) Vet. lib. Posteriores, Recte. vt sit posteriores equites, qui additi erant, appellati sunt sub iisdẽ nominib. id est, idem nomẽ, atq; priores tenuerũt, vt post apertius dicam. Pontem incendunt.) Vet. lib. Succẽdunt, aptius: nam inquit: accẽsa ligna in flumen esse coniecta, quibus pons conflagrauit. Deditis ne vos, populumq; Collatinum, vrbem, agros.) Vet. lib. Populum Collatinum: Vos enim vocandi casus est, non nominandi, vt intelligunt ij, qui populumq; Collatinum emendarunt. Quod ex deditione Campanorum colligi potest lib. 7. vbi ait: Itaq; populũ Campanum, vrbemq; Capuam, agros, delubra deum, diuina, humanaq; omnia in vestram P.C. populiq; Romani ditionem dedimus,
☞ non: Nos, populumq; Campanum. [Sed cuius casus est Vos in præcedente versiculo, vbi inquit, vt: vos popu-
„ lumq; Collatinum dederetis? Quæ hæc diligentia?] Ficulnea vetus, Cameria.) Dionysius etiam hoc loco mendosè habet φιδήνην, pro φικήνην, vt suprà: ita vt Ficanam, & Ficulneam eandem esse ciuitatem intelligere videatur. Varro quidem in libro de lingua lat. Fidenates, & Ficulneates suburbanos populos vocat.

27 Tum quia Seruio occiso.) Vet. lib. Et quia Seruio occiso, atq; ita sine controuersia legendum est: nam hæc est altera ratio, quæ priorem subsequitur, quæ erat. Et quia grauior vltor cædis. Itaque aptè altera alteri nunc respondet.

28 Tum demum palam factum. Et comploratione in regia orta.) Nescio cur veterem lectionem immutauerit Rhenanus. Tum demum palam facta ex comploratione in regia orta, cùm sit sensus: Seruius celata morte regis opes suas firmauit, tum demum palam facta ex comploratione in regia orta regnauit.

29 Cornicines, tibicinesq;.) Vet. lib. Tubicinesq;. Egregie. Dionysius enim vbi hac de re agit, vertit σαλπιστάς. In tres centurias distributi.) Malim, in duas, vt scribit Dionysius, vt centuriæ omnes sint CXCIII. numero impari, vt concipit Dionysius, non CXCIIII. Equitum ex primoribus ciuitatis XII. scripsit centurias: sex item alias centurias tribus ab Romulo institutis, sub iisdem quibus inauguratæ erant, nominibus fecit.) Ex his verbis centurias colligit Glareanus XV. cùm sint XVIII. tres enim veteres tantum auctas esse putare videtur, cùm
☞ ex tribus sex factas esse Liuius intelligat. [Vide annotationes Glareani, eiq; iniuriã manifestam fieri dices:] Hac enim de re sic ait in Prisco: Tarquinius equitem maxime suis deesse viribus ratus, ad Ramnenses, Tatienses, Luceres, quas centurias Romulus scripserat addere alias constituit, suoq; insignes relinquere nomine. & paulò pòst: Neque tum Tarquinius de equitum centurijs quicquam mutauit, numero tantum alterum adiecit, vt mille DCCC. equites in tribus centurijs essent: posteriores modo sub iisdem nominibus, qui additi erant, appellati sunt, quos nunc, quia geminatæ sunt, sex vocant centurias. Hęc ibi. Geminauit autem eas Tullius, ita vt ex tribus sex faceret, sed sub iisdem nominibus. Quo efficiebatur, vt primi essent, & secundi Ramnenses, primi & secundi Tatienses, & Luceres. Quod Festus etiam docet, qui libro 17. ait ita: Ciuitas Romana in sex distributa erat partes, in primos, secundos Tatienses, Ramnenses, & Luceres. Dionysius item decem & octo centurias à Tullio factas scribit, non quindecim. Equites enim vocabantur primi, octoginta inde primæ clasis centuriæ primum peditum vocabantur.) Voces hæ, Primum peditum vocabantur, perspicuè glossema sunt eius, qui locum hunc in margine libri interpretatus est: id quod non solum superuacanea repetitio vocis, Vocabantur, sed etiam veterum aliquot librorum auctoritas comprobat, à quibus absunt eiusmodi voces. Accedit, quod si tollantur, multo venustior ipsa oratio redditur. Ibi si variaret, quod raro incidebat, vt secundæ clasis vocarentur, nec ferè vnquam infrà ita descenderent, vt ad infimos peruenirent.) Glareanus hoc loco desiderari aliquid censet, quasi vero hæc sententia futura fuerit. Ibi si variaret, tum efficiebatur, vt secundæ clasis centuriæ vocarentur. neque intelligit totam hanc orationem altius initium ducere, inquit enim: Gradus facti, vt neq; exclusus quisquam suffragio videretur, & vis omnis penes primores ciuitatis esset: equites enim vocabantur primi, octoginta inde primæ clasis centuriæ. Ibi si variaret, quod raro incidebat, alter gradus nimirum fuit, vt secundæ clasis centuriæ vocarẽtur. Hunc sensum cùm vetustiores aut librarij, aut emendatores, non percepissent, deinde, Descenderent,
☞ pro Descenderunt, scripsere. Est autem noua quasi res addẽda ita. [Sed quis dedit tibi, ô Sigoni, addendi pote-
„ statem Liuio verba? Non putas Glareanum etiam potuisse addere verba, si id esset emendare auctores, & non po-
„ tius corrumpere?] Quod ad tertiam, & reliquas classes attinet, nunquam ita infrà descenderunt, vt ad infimos peruenirẽt. Id quod Dionysius prope ἀδύνατον fuisse scribit, ita: τοῦτο δ᾽ ἦν σπάνιον, καὶ οὐ μακρὰν ἀπέχον τοῦ ἀδυνάτου. Nec mirari oportet, hunc ordinem, qui nunc est, post expletas quinque & triginta tribus, duplicato earum numero centurijs iuniorum, seniorumq; ad institutum ab Ser. Tullio summam non conuenire.) Sensus est, Seruius Tullius omnem populum in IIII. tribus descripsit, idem eundem in centurias CXCIII. Subsequentibus autem temporibus, inquit, cùm populus ita creuerit, vt XXXV. tribus expletæ sint, centuriarum etiam numerus duplicatus est. Quare mirandum non est, hunc ordinem centuriarum, qui nunc est, ad summam Ser. Tullij institutam non conuenire. Quadrifariam enim vrbe diuisa regionibus, collibusq;, quæ habitabantur partes, tribus eas appellauit.) Quia meminit tribuum XXXV. in quas pòst populus est coniectus, quæ causa mutationis centuriarũ fuit, quot essent hoc tempore tribus exponit. Quatuor igitur fuisse à partibus vrbis quatuor, in quas diuisa vrbs à Tullio fuit, nominatas ait. Hæ fuerunt Palatina, Esquilina, Suburrana, Collina, quæ rusticis tribubus accedentibus vrbanæ sunt dictæ. Dionysius autem Tullium eundem & vrbanarum, & rusticarum tribuum auctorem fuisse, scribit. Quod præterijt, vt alia, Liuius. Censu perfecto, quem maturauerat metu legis de incensis latæ.) Sensus est: Regem maturè perfecisse censum, quia populus metuit legem de incensis ab eo latam, quos se & bonis, & libertate multaturum esse edixerat, sic enim Dionysius scribit: τοῖς δὲ μὴ τιμησαμένοις τιμωρίας ὥρισε τήν τε οὐσίαν στέρεσθαι, καὶ αὐτοὺς μαστιγωθέντας πεπρᾶσθαι. Idque conditum lustrum appellatum est, quia in censendo finis factus est.) Rhenanus ambigit de hac lectione, neque enim videre se ait, cur dicat Liuius icc̨irco lustrum appellatum esse, quia in censendo finis factus est. Iusta autem eius dubitatio est. Ego autem vel repugnantibus veteribus libris, legendum puto: Qui in censendo finis factus est, vt sit. Institutum est, vt lustrum Censionis finis esset: sic enim Dionysius vsq; ad memoriam suam obseruatum esse tradit. τοῦτον καθαρμὸν αὐτ᾽ ἕως τοῦ κατ᾽ ἐμὲ χρόνου ῥωμαῖοι καθαίρονται μετὰ τὴν συντέλειαν τῶν τιμήσεων ὑπὸ τῶν ἐχόντων τὴν ἱερωτάτην ἀρχήν, λοῦστρον ὀνομάζοντες.

30 Pomœrium, vim verbi solam intuentes Postmœnium interpretantur.) In Vet. lib. Postmœrium, & rectè: nam antiquitus mœri pro muris dicti sunt. Varro etiam lib. 4. de lingua lat. Principium inquit, quod erat post murum, pomœrium dictum. Ea erat confessio caput rerum Romam esse.) Quia quærit Glareanus, si ea

confessio

coufeſsio erat, caput rerum Romam eſſe, cur bouem Romam Sabinus adduxerit, huius loci ſententiam aperiemus. Templum, inquir, Dianæ à Latinis conditum eam conſeſsionem Latinorum extorſerat, Romam ipſam imperij caput eſſe, de quo toties armis certatum fuerat. Quæ res quanquam omni ex omnium cura Latinorũ ob tot clades acceptas erat, ſubijt tamen cogitatio Sabino cuidam imperij priſtioi ptiuato conſilio recuperandi, ſi ipſe bouem Dianæ ſacrificaſſet eam, de qua vates cecinerant, cuius ciuitatis ciuis Dianæ immolaſſet, apud eam imperium fore. Ergo bouem Romam deduxir, vt imperium recuperaret. Sabioos autẽ inter Latinos numerat. [Male aperit: & æquè manet dubitatio, Liuiom enim Sabinos inter Latinos numerare etiam Glareanus fatetur, Sed uondum liquet cur Romam duxerir bouem: Fortaſsis vel quia oullum Diaoæ templum erat in Sabinis, vel potius quia commune remplum præferendum eſſe putarit.] Paulò pòſt, Infima valle præfluir Tyberis: verba ſunt Romani an riſtitis, non Hiſtorici. porrò autẽ anuſtitem fani Cornelium, Sabinum Antronem Curatium nominat Plutarchus in libro τῶν παραλλήλων.

31 Eriam de Seruio actum rati.) Vet. lib. & iam de Seruio. Verè.

32 Flectente carpentum dextra in Virbium cliuum, vt in collem.) Vide quid ſit, quod omnes manuſcripti libri ita habent: Flectere carpentum in dextram ioſsit aurigam, vt in collem. Cæterùm ſupra Vrbicum cliuum babitaſſe Ser. Tullium regem ſcribit Solinus capite 1. Collem Eſquiliarum.) Eſquiliariom habent veteres libri. Perueniſſetque ad ſummum Cyprium vicum. Et paulò pòſt: Monumentoque locus eſt: Sceleratum vicum vocaor. Dionyſius bunc vicum primum Beatum, pòſt Sceleratum appellatum eſſe tradir: ὅτος ὁ στενωπὸς ἄλβιος καλούμενος πρότερον, ἐξ ἐκείνου τοῦ δεινοῦ, καὶ μυσαροῦ πάθους ἀσεβὴς ὑπὸ ῥωμαίων κατὰ τὴν πάτριον γλῶτταν καλεῖται. Rectè: Nam Cyprum Bonum ſignificat auctore Varrone de lingua Lanna, Vicus Cyprius, inquit, à Cypro, qoòd ibi Sabini ciues addiri eonſederũt, qui à bono omine id appellarunt. Nam Cyprum Sabinè Bonum, prope bunc vicus Sceleratus dictus à Tullia Tarquinij Superbi vxore, &c.

33 Octauio Mamilio Tuſculano.) Si nomen gentis huius eſt Mamilius, vt Dionyſius, & Feſtus ſcribunt. ergo Octauius prænomen eſt, quod aliàs Octauiæ gentis eſt nomen: quia verò ouſquam præoomina loco Nominum vſurpata ſunt, propterea ſuſpicor, ne Octauo Mamilio ſit legendum, vt Octauus ſit prænomen, perinde ac in viris Quintus, Sextus, Decimus. & in fœminis Prima, Secunda, Tertia, Quarta & Quinta, auctore Varrone. Liuius etiam pòſt lib. 3. L. Mamilio Tuſculano datam ciuitatem ſcribit. [Hunc locum irridet Robortellus lib. 1. cap. 31] Ne id quidem ab Turno nilisſe tacitum ferunt, dixiſſe enim.) Vet. lib. ne id qoidem Turnũm tuliſſe tacitum ferunt. dixiſſe enim, Rectè. nam in priore lectione tuliſſe ad Superbum, in bac ad Turnum refertur. Quo fit oratio rectior. Nam addit: Dixiſſe enim. Sic lib. 7. Non panentibus tacitum tribunis.

34 Quod morando ſpem deſtituerit.) Vet. lib. ſpes deſtituerit. Videat autem eruditus lector, an rectius dicatur, ſpem deſtituo, an, me ſpes deſtituit. Liuius qoidem lib. 29. ait: Scipio magna ſpe deſtitutus erat. Miſcuit manipulos ex Latinis, Romanisq́; vt ex binis ſingulos faceret, binosq́; ex ſingulis.) Manipulus teſte Vegetio decem contrinet milites. Ex binis ergo ſingulos fecit, cùm ex duobus manipulis altero Latinorum, Romanorum altero quinos ex hoc, & ex illo quinos milites ſumeret, & vnum miſtum componeret. Ex ſingulis porrò binos, cum duas vnius manipuli partes in duos diuideret. Quos geminauit, cùm eundem manipolũ ex Laonis, Romanisq́; miſcuiſſet. Ni degeneratum in alijs buic quoq; decori offeciſſet.) Quærit Glareanus quo referatur vox illa, degeneratum. is ergo accipiat, referri ad verbum, offeciſſet. eſt autem hic modus dicendi Liuio vſitatus. Sic lib. 7. Diu non perlitatum tenuerat Dictatorem. Item: Tentatum domi per dictatorem, vt ambo patricij conſules crearentur, rem ad interregnum perduxit. Et illud Vergilij: Notumq́ue fureos quid fœmina poſsit. Sumitur autem ſententia pro nomine vno, & caſu recto. [Hoc rectè explicat & docet Glareanõ, qui doceri cupit, non irrideri.]

35 Pererratorum ſe omne Latium, Volſcosq́; ſe inde, & Aequos, & Hernicos petiturum.) Vet. lib. pleniores. Pererraturum ſe omne Latium, pulſumq́; ſe inde Volſcos, & Aequos. Ipſe identidem belli auctor eſſet.) lege, Eſſe, ex vet. lib. vt eadem ſit forma dicendi, atq; ea, quæ ſequitur: In eo ſibi præcipuam ſcientiam aſſumere.

36 Quam ſummam pecuniæ neq; ex vnius tum vrbis præda ſperandam, & nullius ne horum quidem magnificentiæ operum fundamenta non exuperaturam.) Rhenanus ex fide vetuſti libri corrigit. Quia ſummam pecuniæ. hoc ſenſu, ſe credere potius Fabio, quàm Piſoni, quia ſummam pecuniæ ſcribit, neq; ex vnius tum vrbis præda ſperandam. Itaq; verbum, Scribit, ſubaudiendum putat. Nos autem in vet. lib. inuenimus ita legi. Quia ſumma pecunia, & cætera in recto caſu, vt ſit hæc ſententia: ſe credere potius Fabio, quàm Piſoni de XL. millibus pondo argenti, quia ſumma pecunia ea ſit, neq; ex vnius tum verbis præda ſperanda. Qui cùm haud paruus & ipſe militiæ adderetur labor.). Vet. lib. Qui cùm haud paruus & ipſi militiæ, id eſt, cùm ædificandi labor haud paruus & ipſi militiæ adderetur.

38 P. Valerio Voleſi filio) Voluſi ſcribendum, ex capit. conſulibus. Ferro, igni, quacunq; dehinc vi poſsim exacturum.) Vet. lib. & quacunq; dehinc vi poſsim. vt lib. 2. Poutem ferro igni, & quacunq; vi poſſent, interrumpant. Itaq; Cicero pro domo ait: Deinde cum ille ſaxis & ignibus, & ferro vaſtitatem meis ædibus intuliſſet. Et pro Plancio: Quorum vidiſti toto illo anno ferrum in foro, flammam in ædibus, vim in tota vrbe verſari.

39 Præco ad tribunum Celerum, in quo tum magiſtratu fortè erat Brutus, populum aduocauit.) Hoc addit, quia niſi magiſtratui populum conuocare non licebat, vt ait Dionyſius lib. 4. ſic enim quærit à Bruto Valerius: περὶ δὲ τῆς ἐκκλησίας ὅτι βούλομαι μαθεῖν, τίς ὁ καλέσων ἐστὶν αὐτὴν κατὰ νόμους, καὶ τὴν ψῆφον ἀναδώσων ταῖς φράτραις. οὐ χὰρ γὰρ ἀποδίδοται τοῦτο πρᾶξαι. ὁ δὲ ὑπολαβὼν, ἔφη, ἐγὼ ὦ βαλέριε· τῶν γὰρ κελερίων ἄρχων εἰμὶ, καὶ ἀποδέδοταί μοι κατὰ νόμους ἐκκλησίαν, ὅτι βούλομαι, συγκαλεῖν. Duo cunſules inde comitijs centuriatis à præfecto vrbis ex commẽtarijs Ser. Tullij creati ſunt.) Ita prope Dionyſius, præterquam quod comitia à Sp. Lucretio patre Lucretiæ Interrege. non præfecto habita fuiſſe ſcribit. Quòd aotem ex commentarijs Ser. Tullj ait, ad Centuriata comitia pertinet, quorum ille rationem habendorum primus tradidit.

IN EPITOMEN LIBRI II.

SVOS quoq; & fratris filios.) Lege, & ſororis filios, ſic enim lib. 4. locutus eſt. intelligit autem Aquillios, Vitelliosq́; natos ex ſororibus duabus Collatini collegæ ſui. Contractis Veientium, & Tarquiniotum copiis.) Vetuſti libri habent, Tarquinienſium, quod placet. nam vt à Veijs, Veientes, ſic à Tarquinijs Tarquinienſes dicti ſuot. Et cùm reddita eſſet à Porſena honorificè remiſſa, equeſtriq́; ſtatua donata eſt.) Lege, & interpunge ita ex Vet. lib. Et cùm reddita eſſet Porſenæ, honorificè remiſſa. equeſtri ſtatua donata eſt. Numerus tribuum ampliatus eſt, vt eſſent triginta vna.) Ex fide vetuſtorum lib. ſcribendũ eſt, viginti vna, vt paulò pòſt oſtendam.

40 Cn. Martius.) C. Marcius, ſcribe. eſt enim apud Dionyſium, & Plutarchũ γάϊος μάρκιος. Item in quibuſdam etiam veteribus libris, C. Marcius. Et præterea genti Marciæ familiare prænomen Caij, non Cnei. T. Latinus.) T. Latinius ſcribendum eſt ex Vet. lib. Accedit, quod Lactantius Firmianus lib. 2. Ti. Atinium, Macrob. lib. 1.

Annium

Annium vocant errore non admodũ à veritate alieno. Cum Cn. Martius Coriolanus, qui in exilium pulsus, dux Volscorum factus exercitum hostium vrbi primò admouisset.) Lege ad fidem veteris lectionis: Cum C. Marcius Coriolanus, qui in exilium erat pulsus, dux Volscorũ factus exercitum hostiũ vrbi Romæ admouisset.

IN LIBRVM II.

QVAS nouas ipsi sedes ab se auctæ multitudinis addiderunt.) Dissentio à Rhenano, qui legendum putat, Multitudinis, cùm vetusti omnes libri habeant, Multitudini. Tribunitijs procellis.) Tribunicium C, litera, non T, scribendum esse ex Capitolinis lapidibus intelligitur. Inde fertur, vt in senatum vocarentur, qui patres, quiq; conscripti essent. conscriptos videlicet nouum senatum appellabant lectos.) Lege ex antiquæ lectionis fide: Conscriptos videlicet in nouum senatum appellabant lectos, id est, qui in nouum senatum lecti erant, ij conscripti vocabantur. Sic suprà dixit: In patres legere. Hic idem locus tractatur apud Festum lib. 15. sed mendose. Legendum est autem ita: Qui patres, quiq; conscripti, vocati sunt in curiam, quo tempore regibus vrbe expulsis P. Valerius consul propter inopiam patriciorum ex plebe adlegit in numerum senatorum centum sexaginta & quatuor, vt expleret numerum trecentorum. sic duo genera appellauere. Necubi ibi regum desiderium esset.) Rhenanus quia incidit in vnum librum, in quo erat fortè per incuriam librarij scriptum. Necubi vbi, vt ille ait: correxit, Necubi ibi, id est, vt ne in eo ministerio regem desideraret populus. ego autem probo magis, vt legatur, Necubi regum, quomodo legitur in omnibus antiquis libris, vt sit hic sensus: Ne quo in munere rex desideraretur. Regem sacrificulum creant.) Non improbo hanc lectionem. Illud tantum admoneo, in veteribus libris legi, Regem sacrificiorum, quo modo alibi etiam Liuius loquutus est. Quanquam sæpius, sacrorũ ait: Itaq; Plut. in Problematis inquit, à Romanis appellari ῥῆγα σακρόρουμ. Dionys. βασιλέα τῶν ἱερῶν. Aliàs etiam Rex sacrificus.

41 Vt omnes Tarquiniæ gentis exules essent.) Ita Varro rerum humanarum lib. 20. auctore Marcello: Omnes Tarquinios eiecerunt, ne quam reditionis per gentilitatem spem haberent. Vitellijs, Aquilijsq;.) Aquillij duobus ll, scribendi. sic est enim in Capitolinis monumentis. Cæterùm ne quis putet Dyonysium dissentire à Liuio, qui pro Vitellijs Gellios nominet. nam mendum est in voce γελλίους, pro οὐιτελλίους, vt est rectè apud Plutarchum, in cuius Coriolano est etiam vitiose, οὐιταίους pro λαουιναίους, eadem ratione mendi.

43 Ne se ortum eiusdem sanguinis, extorrem, egentem.) Rhenanus censet legendum esse, ortu. Verùm & quia sine auctoritate vetustorum codicum ita sentit, & quia durum genus dicendi vtrunque est, vtranque lectionem mendum suspicor continere Vereor autem ne legendum sit hoc modo: Ne se ortum ab ijs, eiusdem sanguinis. Nam infrà de eodem ita loquitur: Ne se ortum ab Etruscis, eiusdem sanguinis, nominisq;, egentes, &c. Vindicio ipsi nomen fuisse.) Vindici lego, quia Plutarchus in Problemat. ait: οὐίνδικι ἦν ὄνομα. Et Dionysius: Nominabatur inquit, οὐίνδικιος. Arsia sylua.) Sic etiam Valerius cap. de Miraculis. at Plutarch. ἱερὸν ἄλσος appellat. Vno plus Etruscorum cecidisse in acie.) Plutarch. apertius in Poplicola: ἑνὶ πλείους ἐν τῇ μάχῃ τεθνήκασι τυῤῥηνῶν, ἢ ῥωμαίων, id est, Vno plures obisse Tuscos, quàm Romanos. Idem Dionysius.

44 Vbi nunc vicus publicus est.) Miror Rhenanum corrigendum putasse, Viriplacæ. cùm vnum tantũ librum inuenerit, in quo esset, Vbi nunc vicæ pocæ. Quos quidem ego legi, ij habent. Vbi nunc via publica est: verùm vitiose vtrunq;. Nam Plut. in Poplic. ait: ὅπου νῦν ἱερόν ἐστι οἶκος ... ὀνομαζόμενος. Front. de aquæ duct. 2. meminit vici Publicij, vt verear, ne legendum sit, vicus Publicius. Publicolæ.) Scribe Poplicolæ, ex fide Capitolinorum marmorum, & græcorum librorum Dionysij, Plutarchi, Dionis. præterea ex etymologia vocis. est enim Poplicola, vt ait Dionysius, δημοκηδὴς, id est, populum colẽs. quãquam Priscianus ait à vetustissimis Latinis Poblicum esse dicunt. Ad consularia munera salis quoq; vendendi arbitrium, quia impenso pretio venibat in publicum omni sumptu ademptum priuatis.) Suspicor ne, vt censet Glareanus, legendum sit, omni sumptu adempto concessum priuatis.

45 VT pontem ferro, igni, quacunq; vi possent, interrumpant.) Vet. lect. & quacunq; vi possent. Sp. Largium.) Glareanus vbiq; Largium scribendum censet, nos Lartium partim antiquorum librorum auctoritate, partim etymologia vocis. Lartius enim à Larte prænomine dictus est. Græcorũ tamen codices vbiq; λάρκιον habẽt.

46 Tiberine pater, inquit, te sancte precor hæc arma, & hunc militem propitio flumine accipias.) Tiberinum Deum loci videtur intelligere, de quo etiam Vergil. lib. 8. Hic Deus ipse loci fluuio Tiberinus amœno, Populeas inter senior se attollere frondes visus. Quo in loco docet Seruius in sacris Tiberinum, in communi loquendi sermone Tiberim, in carmine Tibrim vocari. Nauibus vndiq; accitis. & ad custodiam, ne quid Romam frumenti subuehi fineret.) Desideratur vox, Positis, quæ est in Vet. lib. & ad custodiam positis. Consulum alter.) Vet. lib. Consul alter. Versisque in Lucretium Etruscis.) Probo coniecturam Glareani, legendum esse, in Valerium propter ea quæ sequuntur, Dextra, læuaq; hincà porta Collina, illinc ab Næuia redditus clamor: nimirum ab Lartio, & Lucretio quorum ille Collina, hic Næuia porta egressus erat.

47 Iuberem macte virtute esse.) Verus lectio: Iuberem te macte virtute esse. Modus est autẽ iubendi is, de quo Liuius lib. 4. Tum Dictator, Macte virtute, inquit, C. Seruili esto. Vt autem ibi, Macte, pro Mactus, ponitur, auctore Prisciano, sic hic Macte, pro Mactum: Scæuolæ.) Cap. lapid. edunt, Scæuulæ.

48 Huic tàm pacatæ profectioni ab vrbe Regis Etrusci abhorrẽs mos traditus ab antiquis, vsq; ad nostram ętatem inter cætera solennia manet, bona Porsenæ regis vendendi.) In omnibus Vet. lib. duæ amplius voces sunt, Bonis vendendis, quas exemit Rhenanus, quod in vno quem ipse legit libro non reperit, ex quo suspicatus est, eas esse interpretis alicuius glossema. Videndum est tamen an ita sit. Etenim Cic. in Ver. 3. Vbi illa consuetudo in bonis, prædijs, prædibusq; vendendis Consulum, Censorum, Prętorum, Quęstorum, vt optima conditione sit is, cuia res sit, cuium periculum.

49 Pax fida ita cũ Porsena fuit. Consules deinde.) Ego asteriscum ponendũ censeo inter fuit, & Consules, vt intelligatur deesse aliquid: desunt autem nomina Consulum Sp. Lartij, & T. Herminij. Quorum meminit Dionys. & Cassiodorus, qui tabulas suas cõsulares ex Liuiana historia concinnasse videtur. puto aũt deesse non Liuij, sed librariorũ vitio, vt apertè infrà in Chronologia ostẽdam. [Hoc ex Glareano habetur, qui primus id aperuit. sed
» Sigonius id dissimulat.] P. Posthumius) Postumus, & Postumius scribendũ est sine aspiratione, nam ita & in manuscriptis lib. est, & in vet. lapid. pręsertim verò ijs, qui in Capitolio sunt. Ap. Clausus, cui postea App. Claudio fuit Romæ cognomen.) Nemo miretur me & hoc loco, & infrà in IX. vbi ait: Sine Ap. Clausum, siue Ap. Claudium mauultis, legere Actium Clausum. Hæc enim est lectio vetustorum librorũ. Quæ auctoritate etiam Valerij confirmatur, qui scribit Appium prænomen ab Actio Sabinorum prænomine ortum esse. Ex quo intelligere possumus Actium Clausum Sabinum, vrbi Romam commigrauit, vtrunq; nomẽ immutasse, perinde atq; Lucumo

Tarqui-

Tarquiniensis, qui se L. Tarquinium appellari voluit. Quod cùm ita sit, non est dubium, quin mendose Suetonius in Tiberio hunc Tatium vocet, pro Actio. Et Dionysius τίτος κλαύδιος mendose habeat pro ἄττος κλαῦσος, vt Plutarchus in Poplicola. [Vide Robortellum lib. 2. emendationum cap. 31.] Præterea pro voce, Cognomen, restitue, Nomen, nam hæc vox, & aptior est huic loco, & est in Vet. libris. Ab Regillo.) Regillum vrbs est hoc in loco, non lacus, ad quem cũ Latinis post debellatum est. Nam Stephanus ait: ῥήγιλλος πόλις σαβίνων. Hoc dixi, quia Glareanus incertus esse sententiæ videtur, cùm tamen vrbs sit in Sabinis, lacus in agro Tusculano, vt ait Liuius. [Glareanus & vrbem & lacũ esse fatetur, sed dubitat vtro in loco vrbs, vtro lacus intelligendũ.] Aruncos.) Dionysius ἀρύγκους vocat. Cap. Fragm. Auruncos.

Iam in eo esset, vt in muros miles euaderet.) Vet. lectio melior: Iam in eo res esset, vt. Posthumium Co-
minium.) Glareanus vehementer hoc loco errat, qui Posthumium hoc in loco gentis esse nomen putat, & C. 50
Posthumium dici vult: est enim scribendum, Postumum Cominium, vt sit prænomen, quemadmodum ostendi in Prænominibus à me editis. [Glareanus secutus est Dionysium, vbi etiam in græco Codice legitur ποστόμιος κομίνιος, potest autẽ fieri vt etiam græcus Codex erret: Nil igitur temerè fecit Glareanus, imò admonuit quosdam legere trisyllabum.] M. Valerium M. F. Volesi nepotem.) Hunc primum Dictatorem creatum esse, contra, atque tradit Liuius, eundemq; Volusi, non Volesi nepotem fuisse, quemadmodum etiam scriptum est in Capitolinis lapidibus, docet Festus li. 13. cuius verba subiungam, partim quia vulgo mendose leguntur, partim etiam, quia digna sunt, quæ recitentur: inquit autem: OPTIMA LEX cùm nominabatur in magistro populi faciendo, qui vulgo Dictator appellatur, quam plenissimum posset ius esse significabatur. Vt fuit M. Valerij Marci filij Volusi nepotis, qui primus magister populi creatus est: postquam verò prouocatio ab eo magistratu ad populum data est, quæ antea non erat, desitum est dici, vt optima lege, vtpote imminuto iure posteriorum magistratuum. Errauit porro Rhenanus, qui M. Volesi nepotem correxit, nam Volusus prænomen est Valeriorum, ita vt Marcus sit superuacaneum.

Tacitæ induciæ quietum annum tenuere.) Vet. lib. Datæ induciæ. Quanquam lib. extremo ait: Velut taci- 51
tis inducijs quiete vtrinq; sumpta. Ser. Sulpitius. M. Manlius Tullus.) Fœde erratum est in altero horum consulum nominando: est enim scribendum Ser. Sulpicius. M'. Tullius. id est, Manius Tullius. Huius lectionis auctor est Dionysius, qui inquit: σέρουιος σουλπίκιος, μάνιος τύλλιος λόγγος. Et Cicero in Bruto, qui ait: M'. Tullium cum Ser. Sulpicio Consulem fuisse anno X. post reges exactos. Quod Glareanus non vidit. [Glareanus etiam hos consules prodidit X. anni, Sed illud M'. cum apostropho non vidit, magnum scilicet erratum. Sed quæso, Cicero vocatus est ne Manius an Marcus: Lege verba Ciceronis diligentius. non enim ad solum nomen Tullius, sed etiam ad Prænomen allusisse videtur.] Manius autem apud antiquos ita scribebatur, M'. vt in Capitolinis consulibus: aut ita, M, vt est in nummis argenteis multis, quos cùm apud alios, tum maxime apud patrem tuum virum clarissimum legi, vt M,. Sergius, M,. Cordius. T. Ebutius.) Diphtongus non negligenda est, quam affert Dionysius τίτος αἰβύτιος.

Romæ tribus vna, & triginta factæ.) Hic numerus est mendose non solum apud Liuium, sed etiam in epi-
tome. Non enim triginta vna, sed viginti vna scribendum est. [Hunc locum Glareanus ante XX. annos annota- 52
uerat, Quare æquè eius hic mentio atq; aliàs facienda fuisset, si Sigonius ad vituperium magis quàm laudem pronior videri nollet.] Id quod & vetusta exemplaria habent omnia, & Dionysius confirmat, qui in explicãdo iudicio Coriolani habito paulò pòst hunc annum, non nisi XXI. tribus fuisse apertè ostendit. Idem error fœdauit etiam sextum Liuij librum, vbi ait: Quatuor tribus additas esse, Stellatinam, Tromentinam, Sabatinam, Arniensem, atque triginta quinq; numerum expleuisse. Non enim triginta quinq;, sed viginti quinq; legendũ est, quomodo in vetustis exemplaribus legitur. Quæ verò triginta quinq; numerum expleuerint, eæ in subsequentibus libris nominãtur à Liuio. Præstat autem, vt quo facilior huius quæstionis explicatio sit, quæ quoq; tempore tribus additæ sint, ex sentẽtia Liuij exponamus. Primum igitur tres à Romulo Rege tribus factæ sunt, Tatiensium, Ramnensium, & Lucerum. Hæ deinde à Ser. Tullio Rege quatuor redditæ, à regionibus Vrbis appellatæ sunt, & vrbanæ propterea nominatæ Suburrana, Esquilina, Palatina, Collina. Idem Rex, Dionysio auctore, agro Romano diuiso rusticas alias tribus fecit. Earum ne certum ipse quidem numerum affert. Liuius VI. post R. E. anno veterem tribum Claudiam appellatam, quod in eam clientes Ap. Claudij coniecti essent, ait. Post autem anno CCLIX. tribus XXI. Romæ factas scribit, quem numerum Dionysius etiam tradit in iudicio Coriolani à tribubus facto anno CCLXIII. Liuio autem auctore decennio post quatuor additæ sunt, Stellatina, Tromentina, Sabatina, Arniensis, eæque XXV. numerum expleuerunt. Hinc decem aliæ accesserunt: duæ quidem anno CCCXCVII. Pontina, & Publilia. Item duę anno CDXXIII. Męcia, & Scaptia. Itemq; duę anno CDXXXVI. Vfentina, & Falerina. Et duæ anno CDLIII. Aniensis, & Terentina. Postremò etiam duæ circa annum DX. Velina, & Quirina.

Sed recens ad Regillum lacum accepta clades Latinos ira, odioq; eius, quicunq; arma suaderet, ne ab lega-
tis quidem violandis abstinuit.) Probo magis hanc lectionem, quàm eam, quæ est in quibusdam libris manu- 53
scriptis. Sed recens ad Regillum lacum accepta clade Latinus: præsertim verò cùm hæc forma loquendi sit frequens. Nexu vincti, solutiq; se vndiq; in publicum proripiunt.) Non vereor ne legendum sit, Nexi vincti, solutiq;: sic enim locutus est lib. 8. Ita nexi soluti, cautumq; in posterum ne necterentur. Item: Eo anno initium libertatis factũ est, quod ligati nexi desierunt. [Reprehendit hanc emendationem Robortellus lib. 2. emendat. cap. 35. vbi ait: Sigonium plus quàm mille & sexcentis locis corrupisse Liuium, quia dum ait Liuius Nexu vinctos, & solutos in publicum concurrisse: Intelligit & eos, quorum corpus ob æs alienum traditum erat creditori in seruitium, & eos qui soluti fuerant nexu concurrisse. Nam qui obligati erant nexu, poterant solui dissoluto ære alieno. Hos igitur solutos vocat Liuius nexu, qui scilicet ante mancipio & nexu in seruitutem ducti erant à creditoribus. Erant vtiq; hi experti mala teterrimæ illius seruitutis, ideò vna cum nexu obligatis in publicum prosilierunt. Nec quem ex lib. 8. allegat locum Sigonius eius sententiam comprobare potest: Ait enim, ibi Liuius nexos fuisse solutos, id est, liberatos nexu & cautum lege, ne postea necterentur, id est, ne quis liber operam suam pro pecunia creditoribus pręstaret.] Nexos enim vocatos ait Varro liberos, qui suas operas in seruitute pro pecunia quam debebant, domino, dum soluerent, præstarent. Itaque Liuius lib. 8. Cui cùm se C. Publilius ob æs alienum paternum nexum dedisset. Curiamq; ipsi futuri arbitri moderatoresq; publici consilij, circumsistunt.) Vet. lectio, Circumsistere, magis placet: ita enim fit, vt seruetur superior forma dicendi, Dicere, Postulare, Circumsistere.

Adeo in alteram causam non collega solum præceperat, sed omnis factio nobilium.) Locus proculdubio
mendosus. Rhenanus legit, Adeo vi alteram causam. Quam lectionem non probo. Veteres libri alij steterat, alij, 55
præstiterat habent. Quæ lectio suspicionem mihi affert, ne sit legendum, præceps erat: nam & sententiæ con-

gruit, & locutio est Liuio familiaris: sic enim loquitur lib. 23. Quanquam præceps ingenio in iram erat. [Hoc admonet, quasi Sabellicus ea non antè annotauerit.] M. Lectorio.) Lætorius, & Plætorius scribi debet. Quod Capitolinis lapidibus, & nummis argenteis comprobatur. Periculum libertatis in creditores à debitoribus verterant.) Multo melior prisca lectio, Verterat. Quo verbo sæpè vtitur Liuius pro suo passiuo. Ita enim fiet, vt superiori formæ respondeat, Vi agebatur.

57 Multis, vt erat, horrida & atrox Appij sententia videbatur, rursus Virginij, Largijq; exemplo haud salubres, vtiq; Largij putabant sententiam, quæ totam fidem tolleret, medium maximè, & moderatum vtroq; consilium Virginij habebatur.) Cùm hunc locum mendosè legi animaduerteret Rhenanus, homo de T. Liuio optimè meritus, hunc in modum demùm emendauit, & interpunxit, hoc sensu: Appij atrox sententia videbatur, Virginij, Lartijq; sententiç exemplo haud salubres erant. Lartij sententia totam fidem tollebat. Moderatum erat Virginij consilium. Non intellexit autem, Virginij sententiam, si ita legatur, modo probari, modo improbari. Melior igitur lectio est, ea quam ipse in vetustis exemplaribus reperi, quæ est eiusmodi: Multis, vt erat, horrida, & atrox Appij sententia videbatur, rursus Virginij, Largijq; exemplo perniciosa, haud salubrem vtique Largij putabant sententiam, quæ totam fidem tolleret. [Hic Robortellus increpat Sigonium lib. 2. emendat. cap. 34. interpunctum ponens ante illam dictionem exemplo, & præter fidem omnium exemplarium nomen Vetusij additum affirmans.] Quanquam non Virginij Largijq; exemplo, legendum est, sed Virginij, Vetusijque. Hi enim hoc anno consules cum coercendæ plebis causa seuerè delectum haberent, maiorem seditionem fecerunt. Qua de causa ait, Appij sententiam partim atrocem, partim perniciosam esse visam, Virginij Vetusijq; exemplo, quibus eadem seueritate vsis, quæ Appij sententia continebatur, male res cessit. Tollebat autem totam fidem Lartius, quia omnibus satisfieri oportere censebat, vt Appius nemini. M. Valerium dictatorem Volesi filium.) Non est hic M. Valerius Volusi filius, qui paulò antè mortuus est, sed frater eius prænomine Manius, vt Dionysius & Capitolina fragmenta ostendunt. Quæ res valdè torsit Glareanum. [Torsit, & non iniuria:] Quare M. Valerium scribe.

58 C. Licinius, & L. Albinus.) Hi primi tribuni plebis creati sunt èx Liuij sententia. Porrò autem assentior quibusdam libris manuscriptis, qui non hunc solum, sed etiam alium L. Albinum, & M. Albinum de plebe homines, quos infrà commemorabit Liuius, Albinios vocant. Est enim verisimilè, si qui duo nomina ferrent, caruisse eos cognomine, prænomen autem, & nomé tulisse, id quod in IVS definit. Albinus autem Postumiorum, qui patricij sunt, est cognomen. Idem de Latinio antè dictum est. Dissentit autem à cæteris scriptoribus omnibus Liuius in horum tribunorum nominibus recitandis. Dionysius enim λεύκιον ἰούνιον βροῦτον, γάιον σικίννιον βελλοῦτον. Itemq; Plut. in Poplicola, & Suidas in voce δήμαρχοι, tradiderunt, pariq; ratione Pædianus in Corneliana C. Sicinium L. F. Bellutum. L. Iunium C. F. Paterculum edit. [Si Liuium citat auctorem Pædianus, & nomina à Pædiano illa proferuntur ex Liuio, quomodo dissentire potest Liuius ab eo? Potius itaq; existimandum corrupta fuisse hæc nomina apud Liuium Robortellus lib. 2. emendationum cap. 29. ex Sicinio per erratum scriptum Licinium, & ex Iunio Albinum.] Quanquam apud eum mendum esse puto. Legitur enim, L. Sicinium Velutum, cùm ex græcorum auctoritate C. Sicinium Bellutum legendum esse videatur. Bellutus autem belluæ similem significare docet Festus. De duobus tribunis pleb. primum creatis citat auctorem Liuium Pædianus.

59 Posthumius Cominius.) Lege Postumus Cominius, vt antè docui. Antiates Volscos fundit, fugatq; compulsos in oppidum Longulam persecutus, mœnibus potitur, indè protinus Mucamitem Volscorum capit. tum magna vi adortus est Coriolos) Mirari satis non possum neminem adhuc vocis huius Mucamitem nouitate offensum esse, neque fœdissimum mendum sensisse. Est enim legendũ ita: Inde Poluscam item Volscorum capit. Nam paulò pòst Liuius, vbi hæc tria oppida Romanis adempta scribit, ait Longulam, Poluscam, Coriolos nouella hæc oppida Romanis ademit. Quanquam eo in loco vitiosè legitur etiam, Pollustiam, pro Poluscam. Huic autem lectioni fidem afferunt manuscripti libri, qui hoc in loco, protinus Vlscamitem: & paulò pòst, Poluscam, Coriolos, apertè habent. Itemq; Dionysius, qui priore loco πολίσκα, posteriore πολυοχυρωτάτην πόλιν, habet. Quanquam priore quidem loco mendum etiam est, inquit enim, ἐξῆγε τὴν δύναμιν ἐφ' ἑτέραν πόλιν τῶν οὐολούσκων, ἣ καλεῖται μὲν πόλις, κατὰ διάστημα δὲ οὐ πολὺ γῆς λογγόλας ἀπέχει. Legendum est enim πολίσκα, κατὰ διάστημα, id est, Adduxit autem exercitum ad alteram ciuitatem Volscorum, quæ Polusca vocatur, spatio autem non longè à Longula distat. Cn. Martius.) C. Marcius, vt antè dixi, in Coriolano, legendum est. P. Minutius.) Minucios scribe non Minutios, auctoritatem sequutus Capitolinæ scripturæ, & græcorum librorum, & veterum latinorum.

60 In Volscis, Pomptinoq;) Dionysius πωμεντῖνον πεδίον vocat. Vet. lib. In Poutino habent. Quæ sola alimenta ex insperato fortuna dederat) Melior prisca lectio, dederit. Ibi ira est suppressa.) Lege ex fide Vet. lib. Vbi ira est. Sed adeò coorta erat infensa plebs.) Luxatæ sunt voces hæ, ex Vet. libro, ita ordinandæ, sed adeò infensa erat coorta plebs. Accij Tullij, longe is tum princeps Volsci nominis erat.) Hic vir Attius Tullus dictus est, ita vt Tullus prænomen, Attius nomen gentis esset, vt in Tullo Hostilio. Quod autem dico, ex fide veterum librorum dico, & græci exemplaris Dionysij, à quo τύλλος ἄττιος dicitur vbique, semel per mendum τύλλος ἀττίδιος, vt à Plutarcho in Coriolano τύλλος ἀμφίδιος. Maior autem etiam labes insidet in principio vitæ Ciceronis, vbi τύλλος ἄππιος nominatur, pro τύλλος ἄττιος. [Reprehendit hoc Robortellus lib. 2. emend. cap. 31.]

61 Verecundia tamen magistratuum timorem vicit, ne in ora hominum pro ludibrio abiret.) Vetus lectio, pro, timorem vicit, habet, timorem iniecit. Visus Iupiter dicere, sibi ludis præsultatorem displicuisse.) Quanquam legitur in veteribus libris, Ludi, probatur tamen magis, Ludis. Nam Dionysius sic ait: ὅτι μοι τῇ νέᾳ πομπῇ τὸν ἡγούμενον ὀρχηστὴν οὐ καλὸν ἔδωκαν, id est, nuncia mihi proximis ludis præsultatorem haud bellum eos dedisse. Præsultatorem autem vocat, eum qui quasi ludorum prima pars fuerit, qui antequam ludi committerentur saltauerit. Itaq; Plut. in Coriolano ait: ὁ ὀρχηστὴς πρὸ τῆς πομπῆς. Cicero de Diu. primo. præsultorem sibi non placuisse ludis. Vrbem excederent.) Vet lib. Vrbe excederent. Quæritando, indignandoque) Vet. lib. queritando. Ad caput Ferentinum.) Priore libro Caput aquæ Ferentinæ dixit, ad quod Turnum Herdonium deiectum fuisse narrauit. Eodemq; libro Lucum Ferentinæ nominauit, ad quem conuenisse Latinos scribit, pariq; ratione libro 7. ad lucum Ferentinæ Latinorum consilium tradit esse habitum. [Hæc omnia in annotationibus Glareani inueniuntur, quare dissimulanda ita non fuissent.] Quod concilium Dionysius τὴν ἐν φερεντίνῳ ἀγορὰν, vbi de Superbo Rege agit, vocat: Plutarchus autem in Romulo quorundam sacrorum meminit, quæ fiebant à Latinis ἐπὶ φερεντίνης πύλης. Vt autem ad lucum Ferentinæ Latinorum, sic ad Fanum Voltumnæ Etruscorum populorum concilia habebantur. Qua per nostram ignominiam ludos commisere.) Vet. libri: Qui, vt referatur non ad contumeliam, sed ad populi Romani.

62 Quem spem nequaquam fefellit.) Vet. lib. Quæ spes nequaquam fefellit, quod probo. Longulam, Pollustiam, Coriolos nouella hæc Romanis oppida ademit.) Paulo antè docui, Poluscam legendum esse. Nouella

tella autem hæc oppida vocat, quia triennio antè in potestatem populi R. venerant. Labicos.) Nec græci,
nec latini libri sibi constant in hoc oppido nominando, modo enim Labicos & Labicanos: modo Lauicos & La-
uicanos: modo λαβίκους. & λαβικανούς: modo λαυίκους, & λαυικανούς edunt. Trebiam.) Seruius exponens Virgilij lo-
cum in VII. Oliuiferæq; Mutiscæ. Hæc, inquit, Trebia postea dicta est, quã modo Trebulã dicunt. Ad vrbem
à Pedo ducit.) Vet. lib. ab Pedo. Fossas Cluilias.) Fossas Clœlias legendũ ex Dionysio & Festo, vt antè docui.
Templum Fortunę muliebri ędificatum, dedicatumq; est.) Plut. in lib. de Fort. Romanorũ, primum tem- 63
plum Fortunæ virili ab Anco Marcio rege Romæ dicatum ait. alterũ Fortunæ muliebri hoc tempore. Id mo-
do non conueniebat.) Vet. lib. Id modo, sicut aliàs, non conueniebat: sic infrà. Extremo anno pacis aliquid fuit,
sed, vt semper aliàs, solicitæ certamine patrum, & plebis
Cæsone Fabio.) Cæsonem prænomen esse, & singulari litera K notari solitum esse ab antiquis, docui in prę- 64
nominibus à me editis ex Capitolinis lapidibus. In libris etiam eiusmodi notam vsurpatam esse, id esse argu-
mento potest, quod C. Fabius. pro K. Fabio sit sæpe vitiose, vt sigillatim suo loco ostendam. Itaq; antiquam prę-
nominis notam hoc loco restituendam censeo: sic paulò pòst. Cæso Fabius. K. Fabius.
L. Valerium consulem dedit.) Antiqua lectio habet, Consules, & rectè, vt & M. Fabium, & L. Valerium 65
consules datos à patribus esse intelligamus. Cum tribunis.) Vet. lib. Cum tribunis plebis. Q. Fabius indè,
& C. Tullius consules.) Vt suprà Tullios pro Iulijs esse vitiose monuimus, sic hoc loco Tullius pro Iulius: Quod
ex Casiodoro & Dionysio intelligi potest, & ex ipsomet etiam Liuio, qui infra C. Iulium decemuirum, factum
esse cum consularis esset, scribit. Artonam latinam vrbem.) Legendum puto Ortonam: me in hanc senten-
tiam ducũt cùm Liuius ipse, tum Dionysius. Sic enim est in veteribus libris Liuianis, atq; Dionysius ipse, quan-
quam mendose, tamen ita apertè, vt vestigia veræ scripturæ insideant, idem scripsisse videtur: inquit enim hoc in
loco πόλιν ὀρὺς κατὰ κράτος αἱρῶσι. Libro autem X. βιρτῶνα, inquit, τῶν λατίνων ἔθνους, Quam vrbem vulgati Liuij libri
Hortanam vocant, manuscripti Hortonam. Quibus ex locis illud conijci potest, vbiq; Ortonam esse legendum.
Quanquam si aut Dionysium, aut fragmenta quædam, quæ dicũtur esse Catonis, originum sequimur, Ortonem
legendum est, in quibus ita legitur: In Pelignis Cursellum, Orton, & Sulmo. Artenam autem vnam statuit Li-
uius in Volsco agro, alteram Cæretum fuisse ait libro quarto extremo. Sp. Licinius tribunus plebis.) Diony-
sius in hunc annũ edit tribunum plebis Sp. Icilium, quanquã mendose est apud eum σπόριος σικίλιος pro ἰκίλιος.
Quare & hoc loco ita legendum: mouet enim me maximè gens Icilia, ex qua multi per hæc tempora tribuni fue-
runt, infestißimi patribus: mouet etiam prænomẽ Spurius, quod nusquam alias in gente Licinia fuisse reperio,
in Icilia autem sæpe, ita vt decem abhinc annis Sp. item Icilius tribunus plebis à Liuio memoretur, & in annum
CCCXLVI. tres Icilij tribuni plebis prodantur, sic enim ait Liuius: Auctores fuisse tam liberi populo suffragij Ici-
lios accipio ex familia infestißima patribus, tres in eum annum tribunos plebis creatos. Ad duo simul bella
exercitus scribitur, Fabio in Veientes, in Aequos Furio datur. Et in Aequis quidem nihil dignum memoria ge-
stum est. Fabio aliquanto plus negocij cum ciuibus, quàm cum hostibus fuit.) Hic locus est, in quo primum Sa-
bellicus, deindè etiam Glareanus se valdè iactarunt, & Liuium duobus verbis sui oblitum esse contenderunt.
[Vtriq; iniuria fit, & Sabellico & Glareano, Vterq; suam sentẽtiam dixit absq; iactantia, non itaq; Viri de literis
benè meriti ita notandi erant.] Monet enim eos, quod Fabium primum scribit cum Veientibus pugnantem
ab exercitu desertum esse, in Aequis à Furio nihil gestum, deinde verò haud ita multo pòst, contraria suggerit,
Fabium nimirum cum Aequis pugnantem fuisse desertũ, ait enim: Proximo bello in ipsa acie, in ipso certamine,
consensu exercitus traditam vltro victoriam victis Aequis. Item, Non magis secum pugnaturos, quàm pugna-
uerint cum Aequis. Omnis autem eiusmodi reprehensio tollitur, si legamus, quemadmodum legitur in antiquo
exemplari. [Glareanus valdè veretur hunc, verum dicere, Nam Robortellus id quoq; sæpius facit.] Fabio in
Aequos. in Veientes Furio datur. Et in Veientibus quidem nihil dignum memoria gestum est. Quod enim op-
ponit Glareanus, Liuium ita, vt vulgata lectio est, scriptum reliquisse, quia idem à Dionysio traditũ sit, id mihi
leuißimum esse videtur, quasi verò nunc primum Liuius à Dionysio in hac historia explicanda dissentiat. Est
enim multo magis ferendum, duos inter se dißidere, qui raro conueniunt quàm vnum nõ sibi constare, & duo-
bus verbis repugnãtia dicere. Tib. Pontificius.) Cùm antè legeretur T. Pontificius, rectè Rhenanus emen-
dauit ad vetusti codicis fidem Tiberius Pontificius, nam eo prænomine affecit eum etiam Dionysius. Id autem
prænomen duabus literis, vt ab antiquis accepimus, scribebatur. Ti. non Tib. Sp. Licinio.) Sp. Icilio, vt dixi.
Nouumq; tribunorum aduersus vnum moratorem publici commodi auxilio delectum consules habent.) 66
Mendum est in voce, Nouum, quam vocem inuexit Rhenanus, cùm antea Nouem, legeretur: neq; enim nouem
tribunos vni resistere potuisse putauit, quia his temporibus non decem, vt postea, sed quinq; tantũ tribuni crea-
rentur, Liuio ipso auctore. Itaq; Nouum, ad vocem, Delectum, referendũ censuit. Qua lectione nihil esse durius
potest. Ego autem lego libenter, quomodo legi animaduerti in vetusto libro: Quatuorq; tribunorum. præsertim
verò cùm Dionysius eundem edat numerum, inquiens, τέτταρας ἐκ τῶν δημάρχων. lib. IX. Mendi causa ex notis nu-
merorum, vt sæpe fit, orta est, IV, & IX: sæpe enim X pro V mendose est.
Præceps Fabius in vulnus abijt.) Vet. codices, obijt. Consul mortifero ictus vulnere cadit.) Vet. lib. 67
Demum consul.
Eo cum exercitu Cæso missus in ipsorum Aequorum agrum depopulandum transit.) Vet. lib. depopula- 68
bundus transit: sic lib. 3. Cùm populabundus isset.
L. Aemylius.) Respuunt latini literam y, in vocibus latinis, quæ nescio quomodo temerè inuasit in multa 69
nomina Romanorum, vt in Aemilios & Papirios. Quod ex gręcis & manuscriptis libris, & ex antiquis lapidibus
præsertim Capitolinis, & argenteis nummis, percipitur. Thuscus ager.) Tuscus sine aspiratione scribitur in
tabulis Capitolinis, in veteribus latinis, & in vulgatis græcis libris. Post acceptam proximã pugnæ cladem.)
Vet. lib. Proximæ pugnæ.
Multiplicatis in arcto ordinibus.) Hoc quid velit, Glareanus homo ingenuus profitetur se nescire. Est aũt 70
sensus: Aciem quo breuiorem in spatio cogitur, & orbem colligit, eo pauciores ordines habere, quo maiore in
spatio explicatur, eo plures. [Tractat hunc locum Robortellus lib. 2. emendat. cap. 30. Confitens se non perci-
pere quid Sigonius velit, & existimat Liuium cum Multiplicatis dixit, idem intellexisse ac si dixisset, conden-
satis.] Quod inopia frumẽti quanuis in præcipitia, dum celeriora essent, agebat consilia.) Vetus lectio est,
quamuis præcipitia, quod placet, vt reddatur trita illa locutio, Agere præcipitem. Q. Confidius, & T. Ge-
nutius.) Ne quis moueatur Dionysij lectione velim. qui κοιντίλιον. pro κονσίδιον habet: displicet autem Quintilij
nomen in tribuno plebis hoc tempore, quia Quintilia gens patricia est. Porrò autem Genucius scribe ad fidem
græcæ. & Capitolinæ scripturæ. Idem Genucius in Vet. libris non Titus, sed Caius. Apud Dionysium modo τίτος
modo γάιος nominatur. Eam oppreßit.) Vet. lib. Eum oppresserunt, vt sit Q. Confidius, & T. Genucius

trib.pl.Menenium oppresserunt. CVM & patres haud minus, quàm pro Coriolano annixi essent.) Vet. lib. Pro Coriolano antè annixi essent.

71 L. Ceditio.) Cædicio scribe, græcorum librorũ,& Capitolinorum marmorũ auctoritatem sequutus. L. FVRIVS inde, & C. Manlius.) Dionysius αὖλον μάνλιον nominat, cui assentior: est enim idem Manlius, qui paulò pòst in decemuiratu, & à Dionysio, & ab ipso Liuio Auli prænomine afficitur. SVADENT, monent.) Vet. lib. Mouentq́; ITA ANIMVM nunciam inducant.) Luxatæ & deprauatæ voces ita leguntur in antiquis lib. Iam nunc ita in animum inducant. Qui dicendi modus olet vndiq; Liuianam formam. CONSILIA indè non publica, sed in priuato, seductaq; à plurium conscientia habere.) Vet. lib. Seducta à plurium conscientia habere, vt sit dicendi modus ille frequentissimus, qui Infinitiuo profertur.

72 ADEOQVE neminem noxiæ pœnitebat.) Vet. lib. Noxæ. VT ETIAM insontes fecisse videri vellent, palamq́; ferretur.) Vet lectio, Palamq́; ferrent. VOLERONEM Publium de plebe hominem.) Volero prænomen est, vt ait Valerius. Publius itẽ prænomen: Itaq; ne duo prænomina coniungantur, Publilium lege, quod plebeiæ gentis nomen est. Quæ scriptura extat etiam in Capitolinis fragmentis. RES tamen suo ipsa molimine grauis certaminibus in alterũ annũ extrahitur.) Vet. codex plenior, grauis magnis certaminibus, & rectè.

73 CONSVL lictorem ad tribunum, priuatum esse clamitans, sine imperio, sine magistratu.) Hunc locum, in quo tribunum pl. priuatum, non magistratum esse traditur, ne quem fortè Romanæ antiquitatis ignarum perturbaret, verbis Plutarchi prolatis visum est explanare. Ea sunt in libro τῶν κεφαλαίων, in hanc sententiam. Cur cum purpura alij magistratus vtuntur, tribunus pl. non vtitur? an quia tribunus pl. magistratus non est? neque enim ex sella tribuni ius dicunt, neq; principio anni, vt reliqui magistratus, ineunt, neq; creato dictatore se abdicant: verùm omni translato ad Dictatorem imperio ipsi tamen potestatem suam retinent, quasi magistratus non sint: quemadmodum autem translationem iudicium esse rhetores quidam negant, sic tribunatus impedimento potius est magistratui, quàm magistratus. Etenim resistere potentiæ magistratus, & nimiam eius licentiam coercere ad eius auctoritatem pertinet. [Errat Sigonius cùm purpuram vertit: Nam περιπόρφυρον habet Plutarchi liber, & satis notum est hanc à Plutarcho dici quam prætextam latini vocant. Robort. lib. 2. emendat. cap. 28. Et vt in hoc, sic quoq; in illo errat, quod ait creato dictatore consules se abdicare solitos. Nam Plutarchus ait παύει, quod non abdicare se, sed interim desistere vti potestate & iure suo dum dictatoris est, vt ibidem annotat Robortellus.]

TRIBVNIQ́VE, consulesq́;.) Non probo hanc lectionem Rhenani, quę antiquis libris, quos vidi repugnat, sed, tribuni, consulesq;. PISO AVCTOR est, nominat quoq; tribunos, Cn. Siccium, L. Numitoriũ, M. Duilium, Sp. Icilium, L. Mecilium.) Hos tribunos nominat Diodorus lib. 10. μάρκον δυίλιον, σπόριον ἰκίλιον, γάϊον σικίνιον, λεύκιον νομιτώριον. Scribe igitur Duilius, non Duellius partim græcis, partim Capitolinis monumẽtis auctoribus. Quanquam Cicero in Oratore Duellium videtur defendere, inquit enim, vt duellum bellum, sic Duellium, qui Pœnos classe deuicit Belliũ nominàrunt Præterea C. Sicinium, non Cn. Siccium, partim Diodori scriptura motus, partim etiam Liuij, qui paulò pòst C. Sicinium cum M. Duilio tribunum prodit. De C. autem Sicinio, & Sp. Icilio tribunis plebis, suprà etiam dictum est. VOLSCI tum Aequiq; inter seditionem Romanam, & bellum coortum vastauerant agros.) Hic locus fœdè legebatur ante ita: Volscum, Aequicunq; inter seditionem. Quam lectionem etsi valdè probo, moueor tamen cùm in vetustis libris omnibus ita lego. Ex S. C. bellum indictum contra Volscum, Aequumq́;, qui inter seditionem, & bellum coortum vastauerant agros. SE VNICO consule obiecto.) Vet. lect. Et se vnico consule obiecto. QVAM minore conatu, nequaquã tanto patrum superiores impedierint consules.) Vet. lib. omnes: Nequaquã tanta patrũ spe priores impedierint consules. NEC VLLA vi domari poterat, tantùm certamen animis imbiberant.) Vet. lib. Poterant. Quo fit, vt numerus congruat cum eo, qui sequitur, Imbiberant. Alij, poterat & imbiberat. Quod magis probo.

74 VT INVICTVS ille odio plebeio animus interdum moueretur, omni nequicquam acerbitate prompta: nihil iam cum ciuibus ageret à centurionibus corruptum exercitũ diceret, tribunos plebeios cauillans interdum & Volerones vocaret.) Ex manuscriptis libris ita interpunge & lege, Interdum moueretur. Omni nequicquam acerbitate prompta nihil iam cum ciuibus agere, &c. Item paulò pòst, dicere, item, vocare. QVANDOQVIDEM nihil præter tempus noxæ lucrarentur.) Vet. lib. Rixæ lucrarentur. T. ÆMYLIO.) Lege Ti. Aemilio ex Dionysio, qui τιβέριον αἰμίλιον hunc vbique nominat. Fuisse autem Aemilijs familiare hoc prænomen Tiberij, facile Capitolinæ tabulæ demonstrare possunt. M. DVELLIVS, & Cn. Siccius.) M. Duilius, vt antè dixi: itemq́; C. Sicinius ex vetustis libris, atq; ex Diodori auctoritate, de quo etiam antè dictum est, lego.

75 T. NVMITIVS.) Numicius, vt Minucius, videtur c litera esse scribendum: nam græci νομίκιο-. CENONEM oppidum.) Dionysius non ponit nomen, sed oppidulum maritimum vocat. Vet. lib. Cerionem.

76 IN VOLSCIS respublica egregiè gesta.) Lego, res egregiè gesta, ex Vet. lib. De quo dicendi genere dicam infrà. Sic etiam lib. 3. Ab altero consule res gesta egregiè est. CVM CÆDES & incendium circa Anienem flumen fecissent.) Vet. lib. Incendia. INGENS vis hominum ex omnibus Volscis, Aequisq́; populis in castra venit.) Vox, populis, abest à Vet. lib. neque necessaria est. CORNICINES, tubicinesq́; in equos impositos.) Vet. lib. in equis: sic libro primo dictum est, dextra in capite imposita. DEINDE vt obtinentes locum vires ferebant, audent vltrò gradum inferre.) Lege ex vetustis exemplaribus, Deinde vt in obtinentes locum.

IN EPITOMEN LIBRI III.

AD BELLVM gerendum missus est.) Vet. lib. Ad id bellum. CVM MODESTE se in honore gessissent.) Vet. lib. Se in eo honore. CVM COMPLVRA impotenter fecissent.) Ex vestigijs deprauatæ antiquæ lectionis, & ex Liuianis verbis, ita hæc verba legenda sunt, Duabus tabulis ad decem adiectis, cum complura impotenter fecissent. IN TERTIVM annum detinuerunt.) Vetus lectio, Retinuerunt.

IN LIBRVM III.

78 CONSVLES inde Posthumius Albus, Sp. Furius.) Legendum A. Postumius Albus, Sp. Furius Fusus, prętermissum est enim prænomen prioris consulis, quod & apud Dionysium est, & in Capitolinis consulibus, & ab ipso infrà affertur. Veteres antè libri in posteriore consule habent, Sp. Furius Fuscus, mendosè, pro Fusus. Quod fuit Furiorum cognomen, vt Iulus Iuliorum. Quod ex Capitolinis fragmentis intelligi potest. CENSA sunt ciuium capita centũ quatuor, & viginti millia CCXIIII.) Hic numerus est in omnibus libris, & benè habet. Hoc admoneo, ne quis Rhenanum sequatur, qui putat legendum: quater centena millia CCXIIII. non intelligens hanc summam ciuium his temporibus non conuenire: nam per multos annos CC. & CCC. millia censa sunt: sero autem CCCC millia, vt infrà ostendam.

QVI cùm haud grauate venissent.) Vet. lib. grauatim, vtrunq; rectè. PROCONSVLEM T. Quintium 79
subsidio castris cum sociali exercitu mitti.) Vet. lib. pro consule. Proconsulatus autem non est magistratus, sed
imperium, quod aut extra ordinem priuato datum est, vt hoc loco T. Quinctio, aut ex consulatu prorogatum
est, vt Q. Publilio Philoni, de quo Liuius postea lib. 8. ita: Actum cum tribunis plebis est, ad populum ferrent, vt
cum Publilius Philo consulatu abisset, pro consule rem gereret. Et paulò pòst: Duo singularia hæc ei viro conti-
gere, prorogatio imperij non antè in vllo facta, & acto honore triumphus. In Capitolinis etiam triumphis Q.
Publilius Philo primus pro consule fuisse traditur. ROMANOS cecidisse in Hernico agro V. millia.) Hæc
summa superat fidem, id quod ex Dionysio intelligi potest. Itaq; placet magis vetus lectio: Duo millia: & paulò
pòst, non duo millia, sed tria. PRO tristi nuncio tristiorem domum referentes.) Vet. lib. tristiora. INDE
Romam reditum est. Iustitium remissum est.) Vet. lib. Iustitium remissum: Quod placet, ne bis ponatur, Est.

COMITIA inde habita.) Vet. lib. deinde. CALENDIS.) In antiquis & libris & lapidibus Kalendæ 80
scribuntur, non Calendæ. LABICANOS agros.) Vet. lib. Lauicanos. EO VIS omnis tempestasq; belli
conuersa est.) Vet. lib. obuersa est. Sic lib. 6. Obuerti aciem dixit. A TVSCVLANO.) Vet. lib. Ab Tuscu-
lano. T. VIRGINIVS Butilius.) Rutilius nomen est gentis, vt in P. Rutilio Lupo. Hic autẽ cognomen quæ-
ritur. Ergo Rutilius scribendum, Quod in Capitolinis fragmentis est. Rutilius quidem ea de causa respuitur,
quod cognomina in IVS non desinant ea terminatione, quæ patronymicum significat. Itaq; Rutilius, Flauius,
Flaminius, Licinius, Pacilius & eiusmodi alia, quæ in vulgatis libris pro cognominibus vsurpantur, sunt corri-
genda, Rutilus, Flauus, Flaminius, Licinus, Pacilus.

CVM exitus haud in facili essent.) Vet. lib. Cum exitus haud inde faciles essent. C. TERENTILVS 81
Arsa.) Vet. lib. Terentilus: Legendum est Terentius. Et paulò pòst, Lex Terentia, ex Dionysio, & ratione gen-
tium, & legum Romanarum. IMMODERATA, infinita potestate.) Vet. lib. Infinitaq; potestate. ANNO
deinde insequenti.) Vet. lib. Sequenti.

SPARSVM ita iacuisse per aliquot dies.) Vet. lib. Sparsum humi: Ita Valerius vbi hac de re agit cap. de omni- 82
bus. Reliquum humi per aliquot dies prostratum iacuit. Et Dionys. τὰ δὲ ὅπλα γυμνὰ ἐκχυθέντα. SPARSVM humi
ita iacuisse per aliquot dies, vt nihil odor mutaret.) Puto legendum odoris, quia Valerius ait: Reliquum humi
per aliquot dies neq; odore tetro, neq; deformi aspectu mutatum iacuit. Et Dionys. ὅτι χρόαν μεταβάλλοντα ὅτι σε-
σηπότα διαλυόμενα οὔτε ἀπ' αὐτῶν οὐδὲν πονηρόν. nisi si, mutaret, passiue accipiamus, vt apud græcos μεταβάλλει.

ECQVID sentitis iam vos Quirites.) Vet. lib. Ecquid sentitis, inquit, iam vos Quirites. INSTRVCTVM 83
naturæ, fortunæ omnibus bonis.) Vet. lib. Fortunæq;. SINERENT tantum virum senem in ciuitate fieri.)
Vet. lib. in ciuitate senescere.

APPELLATI tribuni medio decreto ius axilij sui expediunt.) Vet. lib. Protinus ius auxilij sui expedi- 84
unt. IVSSV consulum in Tuscos in exilium abijt.) Vet. lib. Inscijs consulibus. IN TVSCOS.) Veteres
libri, Tusculum, sed placet magis, in Tuscos, quia Dionysius habet εἰς τυῤῥηνίαν. VT DIVENDITIS omnibus
bonis aliquandiu trans Tiberim veluti relegatus deuio quodam in tugurio viueret.) Vet. lib. Vt is diuenditis, &c,
relegatus vili quodam in tugurio habitarit: vocem autem, deuio, inuexerat temerè Rhenanus leuissima conie-
ctura fretus. probatur autem, vili, quia inquit Dionysius, ἐν ᾧ ταπεινὴ τις ἦν καλύβη, id est, in quo agro humile quod-
dam erat tugurium. TVM'QVE esse peregrino.) Deme vocem, Que, ex Vet. libris.

TAM FELIX vobis corrumpẽdis fuit, qui seruitia non commouit auctor.) Vet. lib. qui seruitia vestra AT 85
vos veremini deos vestros.) Vet. lib. Deos patrios.

NE SABINI, ne Veiens hostis moueretur.) Vet. lib. Ne Sabinus. 86

IN PERAGENDIS consularis officij partem ad se vindicabant.) Vetus lectio: In peragendis consularijs con- 87
sularem officij partem. Hinc ego suspicatus sum esse legendum, in peragendis consilijs consularis officij partem:
vt sit sensus, Consul alter comes animosior erat, quàm auctor, ita vt ille consiliorum esset princeps, hic consilia
ipsa exequeretur, & consulari officio in ea re non deesset.

SENATVSCONSVLTA fiunt, neq; tribuni plebis legem eo anno ferrent.) Vet. lib. Senatusconsultum fit, vt 88
neq; tribuni plebis. ALIORVM exemplo peccetis.) Vet. lib. Peccatis. FABIO, vt Antium legiones du-
ceret, datum. Cornelius, vt Romæ præsidio esset.) Vet. lib. Cornelio, quo pacto sine controuersia legendum est.

VI NVNQVAM eò subire potuit.) Vet. lib. Subiri. HAVD dubio.) Vet. lib. Haud dubiè. MVLTO- 89
RVM'QVE tabe mensium.) Vet. lib. Multorumq; tabe mensium mortuum. SECVM eum tum, frequen-
temq; ad signa, sine vllo commeatu fuisse.) Vet. lib. frequentem ad signa. L. MINVTIVS inde, & L. Nautius
consules.) Ego sequutus Dionysij, Diodori, & Capitolinorum lapidũ auctoritatẽ, C. Nautius lego. [Hoc antè
Sigonium etiam annotauit Glareanus.] M. VALERIO Valerij filio Volesi nepote.) Supra duos Marcos Vale-
rios mortuos legimus, vnum ad lacum Regillum, alterum augurem in pestilẽtia: Quorum vnus pater, alter filius
fuit. Qui verò nũc Quæstor esse dicitur, is est procul dubio, qui biennio pòst consul in Capitolinis tabulis Manij
filius, Volusi nepos dicitur. Itaque hoc loco lego, M. Valerio M'. F. Volusi nepote. Neq; enim cùm quis nomina-
batur, à patris nomine gentilicio, sed à prænomine ostendebatur. Horum autem stemma est eiusmodi:

Volusus Valerius.

P. Valerius Poplicola quater consul anno 245. 246. 247. 250.	M. Valerius consul. an. 249. ad lacum Regillum perijt.	M'. Valerius dictator. an. 260.
P. Valerius Poplicola COS. an. 292. in pręlio contra Herdonium cecidit.	M. Valerius, quem quidam aiũt dictatorem fuisse an. 253. augur mortuus an. 289.	M. Valerius. quæstor an. 294. COS. an. 296.

GRACCHVM Cluilium.) Veteres libri omnes constantissimè habent, Clœlium. Quanquam Dionysij liber 90
κολιον edit, vt puto, mendose. QVESTVM iniurias, & ex eo fœdere res tepetitum.) Vox, eo, superuacanea est.
Id & veteres declarant libri, & Liuiana forma dicendi. Sic enim etiam lib. 1. Iniurias, & non reddita res ex fœdere,
quę repetitę sunt. MVNITIONES circundãt.) Hoc expressit Dionysius his verbis: ἀποταφρεύσας καὶ ἀποχαρακώσας,
id est, fossa, valloq; castra Romana circundedit, vel munitiones castris obiecit: sic autem etiam paulo pòst. Exer-

citum

citum omnem longo agmine circundat hostium castris. VALLO obiecta.) obiecto ex vet. lib. TANTVS pauor, tanta trepidatio fuit.) Vet. lib. Tantaq; trepidatio. BIPALIO innixus.) Veteres libri omnes, Palo, Quod etiam ante me Rhenanus docuit. DICTATOREM eum gratulantes consalutant.) Vet. lib. Legati gratulantes.

91 L. TARQVINIVM patriciæ gentis.) In tabulis Capitolinis est, L. Tarquitius, quibus danda fides est. Nam Tarquinij ex vrbe exacti omnes fuerant: Et de Tarquinio non dixisset patriciæ gentis, cùm id satis constaret.

93 FABIVS successor.) Vet. lib. Q. Fabius successor. Q. MINVCIVS, M. Horatius.) Emendo, C. Horatius, partim quia Dionysius & Capirolini scriptores eo prænomine hunc afficiunt, partim etiã, quia post Liuius idem facit, vbi de C. Horatio augure mortuo loquitur. HORTANAM.) Suprà ostendi, quid de hoc loco sentirem: Ortonam enim credere legendum esse. T. ROMVLIO, & C. Veturio consulibus.) Dionysius & Diodorus auctor est, Romilium esse scribendum: Quæ eadem scriptura est in Capitolinis tabulis. Veturius autem vnà cum T. Romilio collega eius post fit decemuir. Quo in magistratu Diodorus, & Capitolini scriptores prænomine Spurij eum afficiunt. In vulgatis autem Liuij libris L. Veturius scribitur: itaq; vt vterq; locus sibi constet, Sp. Veturium, vtrobiq; vocandũ censeo. Si quidem, qui decemuir factus est, idem consularis erat. SP TARPEIO, A Aternio.) Variant omnes omnium auctorum libri in altero horum consulum nominando. Plin. lib. 7. cap. 18. Aeternium. Cassiodorus Aternium, Diodorus ἀτέριον. Gellius lib 2. cap. 11. Thermum. Dionysius τερμῖνον. Vetusti Liuiani libri Tetcinium. Ego, si coniecturæ locus dandus est, Aterium, maxime, vt est apud Diodorum, probo, alia enim nomina gentium nunquam legi. C. CLAVDIO Cicerone.) Pro hoc tribuno C. Siccium Dentatum edit Dionysius. A. MANLIVS, P. Sulpitius.) Dionysius legatos hos viros consulares fuisse tradit: Itaq; Sulpicius idem est, qui consul fuit anno CCXCI. post autem decemuir erit. Quod cùm ita sit profecto, cùm in consulatu Ser. Sulpicius nominetur, etiam in legatione, & post in decemuiratu Seruius appelletur necesse est.

94 IN cuius locum C. Veturium.) Vt dixi, lege Sp. Veturium. C. MENENIVS.) Diodorus & Festus hunc T. Menenium vocant: placet autem vt sit T. Menenij ante consulis filius. P. SEXTIVS.) Dionysius & Diodorus, σέστιον, auctores Capirolini Sestium hunc nominant. Sestij autem patricij, Sextij plebeij fuerunt, ex quibus is extitit, qui primus è plebe cousulatum cepit. LEX ACILIA de Auentino.) Hæc lex à L. Icilio tribuno plebis lata est, anno CCXCVIII. vt ait Dionysius. Itaque legendum procul dubio, Icilia. T. GENVTIVS, P. Sextius, L. Veturius.) T. Genutius, P. Sestius, Sp. Veturius, ex tabulis Capitolinis, vt antè dixi. SVLPITIVS, P. Curiatius, T. Romulius.) Ser. Sulpicius, P. Curatius, T. Romilius, vt antè dixi. SP. POSTHVMIVS.) Vet. lib. Postumius Albus. EAS LEGES babiturum populum Rom. quas consensus omnium inuasisse videri posset.) Nusquam alias legi hoc genus dicendi, Inuadere, pro Inferre & Inuebere. Itaq; pro certo babeo, legendum esse, Inuexisse. PREHENSARENT homines.) Vet. lib. prensarent.

95 EA ÆTATE, bisq; honoribus.) Vet. lib. ijsq;. DVELLIOS.) Duilios, vt ante. DEIECTIS'QVE honore per concionem duobus Quintijs.) Lego vel repugnantibus libris omnibus, per coitionem: nam lib. 9. ait, Coitiones honorum adipiscendorum causa factas aduersus remp. esse. Et lib. 39. Coierantq; candidati omnes ad deijciendum honore eum. Et Pæd. in toga. Coierant ambo, vt Ciceronem consulatu deijcerent. Q. PETILIVS.) Veteres quidam libri habent, Q. Pœtilius. Dionys. ποιτίλιος. Capitolinæ tabulæ, Pœtelius: ergo ita scribendum. M. RABVLEIVS.) Hic à Dionysio μάνιος vocatur: Quare M'. Rabuleius castigo. COMITIA decemuiris creandis in trinum nundinum indicta sunt.) Rectè trinum nundinum, quanquam pleriq; libri habent, trinundinum. Id enim significat, in tertias nundinas. Quod græci dicunt, εἰς τρίτην ἀγοράν, vt Dionys. lib. 7. προέθηκαν δὲ πάλιν τῶν δημάρχων εἰς τρίτην ἀγορὰν τὴν περὶ τοῦ νόμου διάγνωσιν. Plutarch. in Coriolano, ἡ δὲ μάχη προεγράφετο μὲν εἰς τρίτην ἀγορὰν παρεῖναι. Et pòst, ἐν δὲ τῷ μεταξὺ χρόνῳ τῆς τρίτης ἀγορᾶς, ἀγορὰς δὲ ποιοῦσι ῥωμαῖοι δι' ἡμέρας ἐνάτης νουνδίνας καλοῦντες. De Nundinis copiosius Macrob. lib. 1. Saturn. Quod autem dixit Cicero pro Cornelio ex prorogatione trinundinum Priscianus interpretatur dictum esse pro trinundinarum lib. 7. CVM fortuna, qua quicquid cupirum foret.) Vet. lib. quicquam.

96 RECEPTO ad Eretum, quod passim vagatum erat, agmine.) Dionysius pro Ereto habet, mendose, vt puto, ἐν ῥήγῳ. CASTRA in Algido locant.) Eutropius monte Algidum vocat. Dionysius modo ait, ἐν ἀλγιδῶ πόλει, modo ἐν ἀλγιδῷ. CONSENSV inuisum imperium.) Vet. lib. Inuisum consensu imperium. IAM caput fieri libertatem repetentium, si se plebs comitem senatui det.) Vet. lib. libertatis repetendæ.

97 SVARVM, quæ rerum erant, soliciti, amissa publica.) Vetus lectio, Suarumq; rerum erant, amissa publica, id est, suis rebus operam dabant. Quam formam dicendi, qui non agnouerunt, mutarunt addendo de suo, Soliciti. Sic lib. 6. Plebs cùm iam vnius hominis esset. Sic hoc libro paulò antè: Hominum non causarum toti erant. EXPERIRENTVR quanto ferocior dolor in libertate sua vindicanda, quàm cupiditas in iniusta dominatione esset.) Rhenanus, qui putat particulas duas, In, tollendas esse, idem non sensit vocem huic sententiæ deesse, quæ est in Vet. libris, In iniusta dominatione retinenda esset. QVOD vnum exequendæ sit libertatis.) Lege exæquandæ, ex vet. lib.

98 L. CORNELIVS complexus Appium, non cui simulabant, consulendo.) Vet. lib. simulabat. POSSE in obliuionem tribunorum adduci.) Vet. libri addunt vocem ita. Posse in obliuionem tribunorũ plebem adduci. M. RABVLEIO, Q. Pœtilio.) M'. Rabuleio, Q. Pœtelio, vt dixi. CÆSONE Duellio.) K. Duilio, vt suprà.

99 FIDENAS, Crustumeniamq;.) Crustomeriamq;, vt dixi in primum lib. TVSCVLVM se fide, misericordiaq; victurus hospitum, quæ tamen non fefellerunt, contulerant.) Vet. lib. Hospitum, qui tum non fefellerunt, contulerat. PERINDE vxor instituta fuerat, liberiq; instituebantur.) Vet. lib. Liberi quoq; instituebantur. DESPONDERANT filiam L. Icilio. Lege ex Vet. lectione, Desponderat, vt ad patrem L. Virginium referatur, non ad matrem, quam multis ante annis mortuam esse tradit Dionysius. AVTHORIBVS, qui aderant, vt sequeretur.) Vide. quid sit, quod quidam libri veteres habent. Adiutoribus, qui aderant, assequentibus.

100 IN HIS enim quæ asserantur in libertatem.) Vet. lib. In ijs enim qui asserantur. P. NVMITORIVS puellæ auunculus.) Libri veteres habẽt, Auus, sed placet magis auunculus, quia Dionysius inquit: ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος τῆς παρθένου. PLACIDVM quoq; ingenium, tam atrox iniuria accendisset.) Vet lib. Cum placidum quoq;, &c. NVPTAM'QVE, pudicam habiturus) Vetus lectio, Nuptam, pudicamq; habiturus. CVM instaret assertor puellæ, vt vindicaret, sponsoresq; daret.) Assertorem vocat puellæ nõ L. Icilium, vt putat Glareanus, sed M. Claudium, qui instabat, vt Icilius Virginiam vindicaret vsq; in posterum diem, datis sponsoribus, fore, vt ea postridie sisteretur. Sic etiam supra eum vocauit. ☞ [Glareanus hunc locum dubium reliquit, nihil definiuit. Sed Sigonius non explicat vt Icilius vindicarit: Nam ibi est difficultatis nodus.]

101 IMPROBVM consilium setum, vt debuit, fuit, & iam commeatu sumpto) Lege ex fide Vet. lib. Iam enim commeatu sumpto. PREHENSARE.) Vet. lib. Prensare. DECRESSE vindicias secundum libertatem.)

Vet.

Vet.lib. dedisse. Ego, dare se, legendum puto: nam tempus præsens quæritur. Hoc genere dicendi sæpius vsus est in hac re, nonquam autem decernere, inquit enim suprà: Vindicias det secundum libertatem. Et infrà: Iudicem te ab libertate in seruitutem, vindicias nō dedisse. Item: Vindicias ne ab libertate in seruitutem dederit. Dicitur autem, Dare vindicias ab libertate, vel secundum seruitutem, aliquem seruum esse iudicare: at, ab seruitute, vel secundum libertatem, liberū esse decernere. Quibus dicendi generibus vsus est hoc loco Liuius, ac Pędianus pro Cornel. Quis fuerit ille ex decemuiris, qui contra libertatem vindicias dederit. DECEMVIR alienato ad libidinem animo) Cur placeat Rhenano, Alienatus, nescio. Mihi alienato magis probatur, vt & in Vet. lib. est, & in 7. lib. dixit, Milites alienatis ab memoria periculi animis. SI inclementius in te sum inuectus.) Lib. vet. Si quid inclementius. PROPE Cloacinæ.) Plinius Cluacinam legit lib. 16. cap. 29. cùm ait: Quippe ita traditur, myrtea verbena Romanos, Sabinosq;, cùm propter raptas virgines dimicare voluissent, depositis armis purgatos in eo loco, qui nunc signa Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui purgare dicebant. At Lactantius lib. 1. de Falsa religione, Cloacinam, agnoscit. Verba eius sunt: Cloacinę simulacrum in Cloaca maxima repertum Tatius consecrauit, & quia cuius esset effigies ignorabat, ex loco illi nomen imposuit.

AGITATVS deinde consilijs, atq; ex omni parte assentiendo.) Pro certo habeo legendum, agitatis deinde consilijs, vt est in Vet. lib. Nam quarto libro ait, Consilia ad mouenda bella ad Fanum Volrumnæ agitata. Et pòst etiam: Secreta agitare consilia. Itemq; sæpius, agitare cōsilia. STRICTVM etiam telum, respersusq; ipse cruore tota in se castra conuertit.) Nemo animaduertit hic vocem vnam deesse, sine qua sensus esse nullus aptus potest: ea verò est in libris antiquis, sic: Strictum etiam telum tenens, respersusq;. Quam eandem affert etiam Dionysius in eadem re explicanda, τὴν μαγειρικὴν διὰ χειρὸς ἔχων, αἵματι πεφυρμένος ἅπας, id est, lanij cultrum manu tenens, totus sanguine fœdatus. [Hunc locum reprehendit Robortellus lib. 2. emendat. cap. 54. dictionem tenens ablegandam sentiens: Duo enim admirationem militibus iniecerunt, primo telum strictum, deinde ipse Virginius respersus cruore, nec ad rem facit quod apud Dionysium sit ἔχων, nec enim is totidem verbis vertit locum Liuij: Imò omnes veteres libri dictionem habens, non habent.] 102

SIBI vitam filiæ sua cariorem fuisse, si liberæ ac pudicæ viuere licitum fuisset.) Mallem legi hoc loco, Cariorem futuram fuisse. Cæterum lib. Vet. habent, Libere ac pudice, sine diphthongo. MISERAM, sed honestam mortem occubuisse.) Vet. lib. Misera, sed honesta morte. C. IVLIVS, P. Sulpirius.) Hic Sulpicius consularis esse traditur. At in consularu Ser. Sulpicius nominatus est. Ergo & hic Ser. etiam Sulpicius scribendum P. tamen Sulpicium consularem legatum nominat etiam Pædianus pro Cornelio, verùm reclamant græci. 103

VIA Nomentana, cui tum Ficulensi fuit nomen.) Lego, Ficulnensi, ab oppido Ficulnea: quasi verò euersa Ficulnea, mutauerit nomen. TOGATORVM aliorum.) Vet. lib. Togatorum, aliorumq;. 104

Q. FVRIVS pontifex maximus.) Hunc in oratione pro Cornelio vocat Pędianus ex Liuij, & aliorū sentētia M. Papirium. Cuius scripturę assentior magis, quàm Liuianę. Nam de Q. Furio nulla nec per hos, nec alios annos est mentio. De M. autem Papirio, magna: Qui autem Pontificatum maximū gereret, eum par est alios etiam magistratus, qui magni habebantur, cepisse. Vlnmæ autem vtriusq; nominis literæ errarum inesse indicāt, cùm sint eædem. A. VIRGINIVM inde L. Icilium, & P. Numitorium auunculum Virginiæ.) Virginius hic pater Virginiæ fuit, vt Icilius, sponsus, auctore Dionysio. Ergo L. Virginius nominandus non A. ex ijs, quæ suprà à Liuio & Dionysio, & à Pædiano pro Cornelio dicta sunt. C. SICINIVM progeniem eius, quem primum tribunum plebis creatum) Nescio cur placeat magis hoc loco Rhenano, progenie, quam progeniē, cùm ita loquatur Cicero in epistola ad Octauium: Populum, quem ipse primo, post progenies eius à regibus liberauit. AP. IVLIVS.) Appij prænomen non probo nisi in Sabinis viris, vt in Claudijs, vt in Ap. Herdonio Sabino, qui Capitolium occupauit. Iulia gens cum patricia est, tum nunquā Appio vel Publio prænomine vsa est: Itaq; legendū puto in hoc tribuno plebis P. Villius. Est enim gens Villia plebeia, vbiq; in vulgatis libris pro Iulia habita, eaq; vsa est prænomine Publio. VT quod tributim plebes iussisset, populū teneret.) Vet. lib. Vt quod tribunus plebis iussisset: placet tamē magis, Tributim plebes, id est, tributis comitijs. Sic enim ait Dionys. lib. 11. καὶ τὸ κατὰ δόγμα τοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου τεθέντας ἐν ταῖς φυλετικαῖς ἐκκλησίαις νόμους ἅπασι κεῖσθαι Ῥωμαίοις ἐξ ἴσου, τὴν αὐτὴν ἔχοντας δύναμιν τοῖς ἐν ταῖς λοχίτισιν ἐκκλησίαις τεθησομένοις. id est, leges tributis comitijs latas omnibus Romanis esse latas, eandemq; vim habere, atq; eas, quæ centuriatis comitijs latæ sunt. Sic lib. 7. Legem tributim de vicesima eorum, qui manumitterentur, tulit. Sic alibi Centuriatim. SANCIENDO nouam legem, ne quis.) Lege ex Vet lib. noua lege. 105

AEDILIBVS, iudicibus, decemuiris nocuisset.) Vox Decemuiris abest à veteribus libris: nec videtur necessaria. Est enim ridiculum plebem cauisse decemuiris, quos perosa iudicio etiam est persequuta. AD ÆDEM Cereris, Liberi, Liberæq;.) Vide ne quis ædē de suo addiderit. Nam lib. 41. ait: Supplicatio ad Cereris, Libri, Liberæq; fuit. SED eum, qui eorum cuiquam nocuerit sacrum sanciri.) Antea multo fœdius legebatur: Sed eum qui deorum cuiquam nocuerit id ad sacrum sanciri. Nos autem meliorem, vt remur, hac vtraq; lectionem reperimus in vetustis libris, quæ est hæc: Sed caput eius, qui eorum cuiquam nocuerit sacrum esse, id sanciri, rectè. Sic enim Cicero pro Cornelio: Sacrosanctum esse nibil potest, nisi quod populus plebsue sanxisset. Sanctiones autem sacrandæ sunt aut genere ipso, aut obtestatione & consecratione legis, aut pœnæ, cum caput eius, qui contra facit consecratur. VOSMET ipsi armis vindicastis.) Vet. lectio, Vosmet ipsos. VNIVS tantum criminis nisi vindices iudicem te.) Vet. lib. nisi iudicem vindices te. Sensus, nisi te à iudicio vnius criminis liberes, id est, ab libertate in seruitutem contra leges vindicias non dedisse te nisi probes. 106

SI HOC indemnato, indicta causa non liceat.) Vet. lib. Si huic indemnato. IVDICEM illi ferre, ni vindicias ab seruitute in libertatem dederit.) Lege procul dubio, pro, ni vindicias. Vindicias ne: Sensus est, Se ferre illi iudicem, qui videat vindicias ille, decemuir cùm esset, contra libertatē dederit nec ne. VALERIO Aequi euenere.) Deest vox, vt sit, Aequi, Volsciq; euenere. Eam vocem habent veteres libri, eadem paulò infra Liuius repetit: eandem habet Dionysius, ὅτι Αἰκανοὶ καὶ Οὐολοῦσκοι. 107

SED necessariorum Virginiæ trium tribunorum preces audirent.) Vetus lectio: Et trium tribunorū, ita vt altera ratio videatur, cur eorum preces sint audiendæ, & quod necessarij, & quod tribuni essent. TYBVR.) Tibur & Tiburtes inuenio scribi in antiquis libris, & in triumphis Capitolinis. 108

RESPONSVM Romanus nemo reddebat.) Vet. lib. Romanorum nemo. ARMA tegerent.) Vet. lib. contegerent. NEC omnes dum eductos.) Vet. lib. Nec dum omnes eductos. 109

PROCVRSANTES pauci, recurrentesq;.) Vet. lib. Recursantesque. VETERIS, perpetuæq; alterū gloriæ alterum nuper noua victoria elatum.) Mirum est, neminē sensisse hic deesse vocem, sine qua vix constare oratio potest: quæ est in vet. lib. gloriæ auidum, alterū, &c. SEXCENTI ferè ex equis desiliunt.) Veteres libri habent vocem vnam præterea: Sexcenti ferè propere ex equis desiliunt. 110

POPVLVS iniussu & altero die frequens ijt supplicatum.) Sic lib. 7. Si quis iniussu in hostem pugnasset. 111

Et lib. 10. Nec tamen iniussu mouere se auderent. IN PRATA Flaminia, vbi nunc ædes Apollinis est, circum iam tum Apollinarem vocabant.) Paulò antè sic, In Pratis Flaminijs, quem nunc circum Flaminium appllarue. FORTE quadam vtili ad tempus.) Vet. lib Ad id tempus. SI QVI vos minns hodie decem tribunos plebis fecerint.) Vetus lectio, Si quos minus hodie decem tribnnis, &c. HI TVM vtique quos sibi collegas cooptassent, vt illi legirimi.) Veteres libri, Hi tum, quos sibi, & pro, vt illi legitimi: ita illi legitimi. Porrò antem pro cooptassent, apparet legendum esse, cooptassint, antique dictum, pro cooptauerint. CVM præ studijs apertè petentium nouem tribunotum alij candidati tribus non explerent.) Tribus non explere, est non posse legitimum, ac necessarium suffragiorum numerum ferre. Hoc dixi, quia Glareanus tributim pro classe accipiendum ait: cum tribuni plebis tributis comitijs fierent. Alibi legirima suffragia non conficere dixit. [Glareanus non definit, sed dubitat vt lectorem excitet. Hoc Sigonius in calumniam trahere videtur.]

112 A. AETERNIVM) A. Aterium, vt suprà. SP. GERMINIVS, T. Virginius.) Sp. Herminium consulem, Dionysius λάρτον ἑρμίνιον vocat. Diodorus λαρῖνον ἑρμίνιον. Valerius in prænominib. Lartem Herminium. Ergo non Sp. sed Lar Herminius hoc loco restituendum est, vt etiam dixi in Prænominib. à me editis multò latius. CÆLIMONTANVS.) Cœlimontanus, quia Cœlius, nō Cælius scribitur. DVM X. tribunos plebis faceret.) Vet. lib. Plebi. M. CEGANIVS Macrinus.) Græci, & Capitolini scriptores Macerinum cognomen addunt Geganijs, non Macrinum. CONCIONES tribunorum aduersus nobilium iuuenturem ortas sedauere.) Quid est sedare conciones ortas? Quando vnqusm alias dixit, Oriri conciones? Quis est, qui non videat, aut coitiones, aut contentiones esse legendum? vel repugnantibus antiquis exemplaribus. DEINDE ne ipsi quidem inuiolati erant, vtiq; postremis mensibus cum & per coitiones potentiorum iniuria fieret, &c.) Hic sensus miserè laceratur ab ijs qui eius ignari, verba inscitè dispunxerunt, facilè restituetur in integrum, si ita interpunxeris, Vt vtiq; postremis mensibus, cum, inuiolati erant, iungas, sic: Ne inuiolati quidem erant vtiq; postremis mensibus, id est, præsertim postremis mensibus, cui orationi causas subnectit statim duas.

114 LEGATVM alterum P. Sulpitium.) Ser. Sulpitium, vt suprà dixi.

115 CONSVRGIT P. Scaptius de plebe magno natu: Et si licet, inquit, Consules de rep dicere, errare ego populum in hac causa non patiar.) Inconsequens oratio videatur, si ita legas, neq; enim vox subsequitur, quæ illi præcedenti, Etsi, reddatur. Intelligendum est autem orationem incipere à voce, Si licet: Vocem aurem Et, esse historici, qui ait: P. Scaptius consurgit, & inquit: Si licet consules &c. quare ita dispunge, magno natu, &. Si licet, inquit, consules. ANNVM se tertium, & octogesimum agere) Nescio cur in menrem venerit Glareano probare, tertium, & nonagesimum potius, quàm tertium, & octogesimum: præsertim verò cum hunc numerum & libri veteres habeant, & diligens annorum summa eum postulet. Nam ab hoc anno, qui est ab Vrbe condita CCCVIII. ad annum CCLXI. quo Corioli capti sunt, numerantur anni XLVII. Quibus si addátur anni XX. quos se antè militasse Scaptius ait, erunt anni LXVII. à quo anno vsq; ad annum LXXXIII. numerátur anni XVI. quo anno ætatis tyrocinium de more deposuit Scaptius. Ita vt anno ætatis XVI. militare cœperit, post annos XX ad Coriolos fuerit an. ab V.C. CCLXI. anno verò CCCVIII hæc loquatur, annos natus LXXXIII. [Glareanus nihil prorsus hoc loco asserit, sed scrupulum inijcit: Ait autem tandem de lana caprina esse.] CVM ad Coriolo sit bellatum.) Vet. lib. debellatum, quod placet: qnia tum Corioli in potestatem populi Romani venerunt.

116 CONTROVERSIAM adiudicaret rem.) Vet. lib. Controuersam.

IN EPITOMEN LIBRI IIII.

LEX de connubio patrum & plebis contentione magna.) Lege ex Vet. lib. à tribunis contentione magna. Tribunorum autem princeps fuit C. Canuleius. PERLATA est à tribunis plebis aliquot annis res populi R. domi, militiæq; per hoc genus magistratus administratæ sunt) Veteres libri ita: Perlata est. Tribuni aliquot annos. Est autem locus mancus, cuius hæc erat sentētia: Tribuni militum consulari potestate creati. Aliquot annos res populi Romani, &c. Rem autem ita habere docet Liuius: Quare stellula addenda est. SP. MELIVS.) Mælius scribe, addita diphthongo ex Capitolinis tabulis, & græcis monumentis. SERVILIO Hala.) Ahala vbiq; scribendum est. Documento sunt huins scripturæ libri aliqunt manuscripri, lapides Capitolini, & nummi argenrei. VOLSCOS & Veientes.) Adde ex Vet. libris, & ex ipso Liuio: Volscos & Veientes, Fidenates & Faliscos. EO'QVE coloni missi sunt.) Addendum, Noui: Nam Liuius nouos colonos vocat, & alio loco numerum additum colonorum ait: primum enim deducta colonia est à Romulo rege.

IN LIBRVM IIII.

M. GENVCIVS, & P. Curiatius consules.) Liuius paulò pòst C. Curiatium vocat. Dionysius γάιον κούρτιον. Diodorus ἀγρίππαν κούρτιον. Ergo C. Curtius, non P. Curiatius legendum. Accedit etiam Varro, qui lacum Curtium ab hoc consule Curtio dictum esse ait. Verba eius hæc sunt lib 4. de lingua latina, Cornelius & Luceius scribunt eum locum esse fulguratum, & ex S. C. septum esse, idq; factum esse à Curtio consule, cui M. Genucius fuit collega, Curtium lacum appellatum. CONFVNDI'QVE iura gentium rebantur.) Paulò pòst, Colluuionem gentium ait: Gentem aurem genus, ac gentilitatem intelligit, quam se solos habere patricij ipsi gloriabantur, vt scribit lib. 10. Quid autem sit gens, ac familia, quoniam non idem sunt, verùm magno inter se inteuallo disiuncta sunt, contra atque summi huius memoriæ viri, qui vtroque nomine promiscuè vtuntur, sentire videntur, paucis ostendam. Illud igitur interest, quod Gens & Nomen, Familia ad Cognomen refertur. Itaque illa tanquam totum continere videtur, hæc quodammodo partem, exempli causa: Cornelij omnes vnius gentis esse dicuntur, quia vno nomine continentur omnes, at verò partes gentis huius sunt plures, quæ ex cognominum varietate distinctæ sunt, exque familiæ dicuntur, vt Cornelij Dolabellæ, Cornelij Cethegi, Cornelij Scipiones, Cornelij Lentuli: Itemque in cæteris. At verò Cornelij omnes vnius existunt gētis. Itaque rectè Festus lib. 7. Gentem definit, quæ ex multis familijs conficiatur. Quod autem dixi de gente & familia, idem iudicandum est de genere, & stirpe, quorum item alterum ad Nomen, alterum ad Cognomen pertinet. Id autem ita esse ex his scriptorum verbis apparet. Suetonius in Galba, Imagines, inquit, & elogia vniuersi generis exequi longum est, familiæ breuiter attingam. Qui primus Sulpiciorum cognomē Galbæ tulit, cur, aut vnde traxerit, ambigitur. Hoc loco Suetonius genus appellat omnes Sulpicios, familiam verò, Sulpicios Galbas. Liuius lib. 38. Scipio Nasica orationem habuit plenam decoribus non communiter Corneliæ gentis, sed propriæ familiæ suæ. Et lib. 7 sic loquitur Valerius Coruus: Non si mihi nouū hoc Corui cognomen dijs auctoribus homines dedistis, Poplicolarū vetustū nostrę familię cognomē memoria excessit. Et lib. 1. Iulia gens Iulū auctorē nominis sui nuncupat. Et lib. 40. Inde cognomen familiæ inditum, vt Annales appellarentur. Rursus apud Suetonium sic loquitur Iulius Cæ-

sar,

far, Ab Anco Marcio sunt Marcij Reges, quo nomine fuit mater, à Venere Iulij, cuius gentis familia est nostra & in Augusto: Gens Octauia à Tarquinio Prisco rege inter Romanas gẽtes allecta, mox à Ser. Tullio inter patricias traducta. Primus ex hac magistratum cœpit C. Rufus: is quæstorius Gnæum. & Caium procreauit, à quibus duplex Octauiorum familia defluxit conditione diuersa. Et Cicero in Bruto: Funebres orationes ipsæ familiæ quasi ornamenta seruabant ad vsum, si quis eiusdem generis occidisset. Et Liuius lib. 9 Duodecim familiæ Potitiorum fuerunt, cùm gens Potitia tota interijt. Quæ adhuc protuli exempla, ea satis valere arbitror ad explicandam vim gentis, generis, & familiæ. Nunc de stirpe dicam. Loquitur Cicero pro Rabitio sic: Qua in familia laus aliqua forte floruerit, hanc ferè qui sunt eius stirpis cupidissimè persequũtur. Et de legibus primo: Hic orti stirpe antiquissima sumus. Et in Lælio: Qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis, & generis in famulatu fuerunt, Et Suetonius in Claudio: Claodius Cn. Pompeio antiquissimæ stirpis Magni cognomẽ ademit. Quæ si ita sunt, iam apparet, qui sit sensus loci illius apud Ciceronem lib. de Oratore primo. Quid? qua de re inter Marcellos, & Claudios patricios centumuiri iudicarunt? cum Marcelli ab liberti filio stirpe, Claudij patricij eiusdem hominis hæreditate gente ad se redisse dicerent, non ne in ea causa fuit de toto stirpis, & gentilitatis iure dicendũ? Sensus enim est: Claudios patricios gente pugnasse, quia ille Claudiorum liberti filius fuit, Marcellos, stirpe, quia Marcellorũ Claudiorum. Itaq; illi generis, hi familiæ iure contendebant. Hinc gentilicia sacra dicta, quæ erant communia toti genti ac generi. Et Suetonius Cæsarem gentilicijs hæreditatibus multatum scribit. id est, bonis, quæ gentis Iuliæ antè fuerant. Atq; hæc quidem hactenus: Iam verò an alius sit Gentis ipsius vsus, infra alio loco dicemus. ET MENTIO primo sensim illata à tribunis.) Lege, A tribuno, cùm ex Vet. lib. auctoritate, tum quia statim infertur, vt rogationem nouam tribuni promulgarẽt. Tribunum autem intelligit C. Canuleium. VT ROGATIONEM nouem tribuni promulgarẽt.) Quanquam sensus optimus est, si legatur, Nouem, tamen placet magis, Nouam, quę vox est in Vet. libris, hoc sensu: Mentio illata primo sensim à C. Canuleio, vt alterum ex plebe consulem liceret fieri, eò deinde processit, vt tribuni reliqui nouam rogationẽ promulgarent, vt promiscuè consules seu de plebe, seu de patribus possent pro populi arbitrio creari. Nouem autẽ si legamus, omnes accipiamus tribunos præter C. Furnium, quem excipit Dionysius

ET QVEMADMODVM plebs gloriari posset, auctiorem, ampliorem'q; esse.) Vetus lectio. Se auctiorem. 117 FINEM non fieri posse in eadem ciuitate tribunos plebis & patres esse.) Quanquam Rhenanus ita legerit in vetustis libris, miror tamen hanc lectionem ei probari potuisse. Quid est enim hoc loco, Finem fieri non posse? &c. Locus est igitur adhoc deprauatus: Quos ego libros veteres legi, ij ita habent: Finem fieri non posse. Quamohrem partim ex vulgata, partim ex antiqua lectione legendum puto: Finem ergo non fieri. Non posse in eadem, &c. Nam sunt etiam quidam libri, qui habent, Sinere non posse. Ex quo conijcio legendum, Finem ergo: præsertim verò cùm supra dixerit Liuius, Finem ergo non fieri, nec futurum vnquam. ILLI'NE vt impune.) Tolle, vt, ex Vet. lib. fide. ET CVM hostes tantum non accersierint, exercitus conscribi aduersus hostes non patiantur? sed audeat Canuleius in senatu proloqui.) Lege, vt legitur in manuscriptis libris: Et cum hostium tantum accessent, exercitus conscribi aduersus hostes non modo patiantur? sed audeat Canuleius, & tolle interrogationis notam affixam voci, patiantur. SE PRODITVRVM patriam, oppugnari atq; capi passurum.) Venustior antiqua lectio: Se proditurum patriam, patriam oppugnari, atq; capi passurum.

DEMARATI.) Damarati, vt suprà. QVID? hoc si polluit nobilitatem istam vestram, quam pleriq;, &c.) 118 Hunc locum, atq; adeo etiam hanc sententiam vituperat Glareanus, quæ ornatissima atq; apertissima est, si ita intelligatur: Si coonubia plebis contaminãt vestram nobilitatem, nónne poteratis priuatis potius consilijs eam synceram seruare, aut nullam plebeiam ducendo, aut nullam è patribus enubere sinendo, quàm lege cauere, ne connubia inter plebem, & patres essent, quam legem decemuiri tulerunt. [Glareanus non vituperat, sed ait implicatam esse]

ITAQVE ad bella ista.) Lege ex Vet. lib. Ita ad bella ista. SI HÆC impediet aliquis.) Legendũ: Sin hęc 119 impediet aliquis. QVOD nemo plebeius auspicia haberet.) Hoc ait, quòd lege Romuli Regis sacra solis patricijs erat commissa, auctore Dionysio lib. 2. ἐνομοθέτει τοὺς μὲν πατρικίους ἱερᾶσθαί τε, καὶ ἄρχειν, καὶ δικάζειν, καὶ τὰ κοινὰ πράττειν, τοὺς δὲ δημοτικοὺς τούτων μὲν ἀπολελύσθαι τῶν πραγμάτων. Et Liuius lib. 6. Penes quos sunt auspicia more maiorum? nempe penes patres: nam plebeius quidẽ magistratus nullus auspicato creatur, nobis adeo propria sunt auspicia, vt non solũ, quos populus creat patricios magistratus, aliter, quàm auspicato creet, sed nos quoq; ipsi sine suffragio populi auspicato interregẽ prodamus, & priuatim auspicia habeamus, quę isti ne in magistratibus quidẽ habẽt.

APPAREBAT aut hostibus, aut ciuibus.) Lege ex Vet. lib. Apparebat autem aut. QVIBVS indictis ex- 120 templo quicunq; aliquid seditiose dixerat aut fecerat, quàm maximè tribunicij & prehensare homines, & concursare toto foro candidati cœpere.) Veteres libri, pro, quam maximè, habent, hunc quam maximè, ex quo intelligi potest legendum esse, hinc quàm maximè, id est, inter eos, qui seditiose dixerant, aut fecerant quam maxime tribunicij prensabant. L. ATILIVS, T. Cæcilius.) Cæcilia gens plebeia fuit: Itaq; Cęcilius tribunus militaris patricius esse nequit. Dionysius hunc τίτον κλούιον σικελὸν vocat. Cognomen Siculi facit, vt mendosè esse κλούιον pro κλοίλιον putem. T. autem Clœlium Siculum paulò pòst commemorat etiam Liuius triumuirum coloniæ deducendæ, in quibusdam manuscriptis libris est, T. Celius. C. CVRIATIVS.) C. Curtius, vt antè dictum. LEGATI ab Ardeatibus Romam venerunt.) Lege ex Vet. lib. ab Ardea.

L. PAPIRIVM Mugilanó.) Ex Capit. lap. L. Papirium Mugillanum: menda est fœda apud Dionysium: ὕπατοι 121 μανίλιος παπίριος μογιλλάνος, pro ὕπατοι μὲν λεύκιος παπίριος. AD MONETÆ inuentos.) Vet. lib. Inuenta, vt referatur ad, Nomina consulum, quæ Prætermissa dixit. PVBLICORVM ius, priuatorumque locorum, vectigalia.) Lego ex Vet. lib. & vectigalia.

AEQVO Cluilio.) Clœlio, vt antè sæpe dixi de Cluilijs. ET ALIA parte.) Vet. lib. Ex alia parte MVRO 122 Ardeæ brachium iniunxerat.) Vet. lib. Immiserat. VOLSCI exiguam spem in armis, alia vndiq; abscissa cùm tentassent.) Vox deest, quæ est in manuscriptis. Volsci exiguam spem in armis ponentes, id est, Volsci exigua spe in armis posita, cum alia tentassent, id est, an per colloquiũ res componere possent, nec quicquam profecissent, hoc est enim, Vndiq; abscissa. VIX nuncijs cædis relictis.) Vet. lib. Cladis. ROMANVS consul Ardeæ turbatas.) Consul non est in Vet. libris. QVA concordiæ, pacisq;.) Vet. lib. Qui, nam ad Quintium refertur.

POSTHVMIVM Ebutium.) Postumum Aebutium, hoc loco quidam habent libri, quemadmodum antè 123 docui etiam scribendum esse. Idem docet Valerius in Prænom. C. FVRIO Pacilio.) Pacilũ esse cognomen Furiorum, qui Capitolinos consules legerit, facile inuenerit. Quare, Pacilo legendum. QVI PRÆTER minime populare ministerium agro assignando socijs.) Vetus lectio: Per minime populare. rectè. Hæc enim causa est, cur plebẽ offenderint, quia minime populare munus susceperint. M. PAPYRIO Crasso.) Diodorus Siculus hunc consulem μάνιον παπίριον vocat. Fuisse autem Papirijs familiare prænomen Manij, Dionys. ostendit, qui primum

mum Regem Sacrificulum Manium Papirium nominat lib. 5. CAVSA certaminum nequicquam à Petilio quæsita, qui tribunus pl. ea ipsa denunciando factus.) Pœtelio, vt antè, lege. Cùm autem de priore eius tribunatu ne verbum quidem antè fecerit, hoc loco, vt alibi sæpe, tribunum etiam antè fuisse tacitè intelligendum est. Ea verò ipsa, intelligit, legem agrariam, & delectus impedimentum.

124 POSTREMO perpulere plebem haud aduersante senatu, vt.) Lege, perpulere plebeij, nam id & sensus postular, & veteres libri habent. ET NVLLVM momentum annonæ fecisset) Dele particulam, Et, ex Vet. libris. SP. MELIVS.) Mælius scribe: ex fragmentis Capitolinis, græcorum libris, & quibusdam etiam manuscriptis latinis. PLEBEM'QVE hoc munere delinitam, quacunq; incederet, conspectus, elatusq; supra modum hominis priuati secum trahere.) Fœda insidet menda in voce Conspectus. Si quibusdam veteribus libris credimus, in quibus est: Consulis pectus gerens. Error ex compendiosa scriptura natus est: Cons. pectus, quas voces cum quidam coniunxisset, tertiam, Gerens, alius vt superuacaneam prætermisit. Est autem consulis pectus gerens, consularem spiritum habens, aut ad consulatum aspirans, qui ipsi à plebe despondebatur, vt suprà lib. 2. Velut omnes dictaturas consulatusq; gerens in voce, ac viribus suis. Et alibi: Tribunatum spirans. Ego tamen, Conspectus etiã probo. CONSVLATVM fauore, ac spe despondenrem.) Vet. lib. Consulatũ ei fauore. NEC DVM compositis, maturisue satis consilijs.) Dura loquutio est: Componere consilia. Itaq; sequamur auctoritatem veterum librorum, qui habent: Necdum compositis rebus, maturisue satis consilijs. HIC MINVCIVS eandem reip. curationem agens, quam Melius priuatim agendam susceperat.) Vet. lib. Quam Sp. Mælius.

125 EODEMQ'VE anno sororis filios regis, & liberos consulis.) Vox, Regis, inducenda est, quia abest, à quibusdam Vet. libris, & quia historiæ veritatem peruertit, non enim Collatinus, de quo intelligit, Rex fuit: Intelligit enim Vitellios, Aquilliosq;, natos ex duabus sororibus Collatini consulis, & Iunios liberos Bruti consulis, ita vt, consulis, bis accipiendũ sit. Cur enim Collatinum regẽ appellet, quem sequenti versu consulem nominat? VILIEVS farris libris sperasse libertatem ciuiom suorum emisse.) In omnibus antiquis libris legitur, Bilibre farris, Quam lectionẽ immutauit Rhenanus. Est autem optima sententia, si binas libras pro vili pretio ponat, quippe cùm sic etiam locutus sit in VI. Selibris ne farris gratiam seruatori relaturum. Bilibrem autem & Trilibrem, dici docet Priscianus de Mensuris. ☞ [In alijs legitur bilibra farris: Nam bilibris est adiectiuum, vt apud Martialem, Nullum ue bilibrem. Sed considerãdum erat, qua ratione hic dicatur bilibre farris, quòd si legeretur in ablatiuo bilibri farris, melius fortasse intelligeretur, nec malè bilibra farris: Sed bilibre farris non ita clarè] AEQVIMELIVM.) Vet. lib. Aequimælium L. MINVCIVS boue aurato extra portã Tergeminam est donatus, &c. Hunc Minucium apud quosdã auctores transisse à patribus ad plebem, vndecimumq; tribunũ pl. cooptatum.) Eadem tradit Plin. lib. 18. cap. 3. Minucius Augurinus, qui Sp. Mælium coarguerat, farris pretium in trinis nundinis ad assem redegit, vndecimus plebei tribunus. Qua de causa statua ei extra portã Tergeminã à populo stipe collata statuta est. SED ANTE omnia tefellit falsum imaginis titulum.) Imagini domesticæ L. Minucij falso Tribuni plebis nomen affictum fuisse significat ab ijs, qui laudem familiæ ex eo magistratu tituloq; quærebant. Sic lib. 8. Viriatam memoriam falsis imaginum titulis reor, dum familia ad se quæq; famam rerum gestarum, honorumq; fallente mendacio trahunt. Sic lib. 3. Ap. Claudium decemuirum virum honoratissimæ imaginis futurum ad posteros, legum latorem, conditoremq; Romani iuris.

126 TITINNIVS.) Titinius scribe ex græcis & manuscriptis latinis libris, itemq; nummis argenteis. HAVD dubij, quin.) Vet. lib. Haud dubia spe, quin. MAMERCVS Aemilius.) Mamerci prænomen tribus literis notatur in lapidibus Capitolinis Mam. Aemilius. C. IVLIVM Tullum, Sp. Nautium.) Horum legatorum meminit etiam Cicero Philip. 9 Tulli Clinij, Sp Ancij: neq; manuscripti libri à vulgatis dissident. Veteres libri Liuiani habent, Clœlium Tullum, Sp. Ancium. Itaq; satis mirari non possum, cur antiqua lectio immutata sit, & C. Iulium Tullum, Sp. Nautium, factum sit. Tullus autẽ in Clœlio prænomen est, vt in Tullo Hostilio, & Tullo Attio, Ancia verò gens Romæ fuit, ex qua M. Ancius Briso tribunus plebis, de quo Cicero in Bruto, ab Anco prænomine deducta. CAVSAM mortis legatis fuisse rem incredibilem, &c. nec deinde in horrorem versum facinus.) Vet. lib. Ac deinde in errorem versum facinus. Cuius lectionis hic est sensus. Ambiguam regis vocem à Fidenatibus exceptam, mortem attulisse legatis: post autem causam facinoris in errorẽ esse coniectam. Qui sensus optimus cùm sit, idem admonet reliqua omnia à, Rem incredibilem, ad, Lusus animũ, parenthesi esse includenda. L. QVINTIVM.) Quidam, vt dixi, manuscripti libri semper Quinctium habent, vna cum tabulis Capit. & Diodoro. COLLESQ'VE inter Fidenas, atq; Anienem ceperunt referenres castra.) Non est dubiũ, quin ita intelligẽdus hic locus sit, Dictator trans Anienem submouit hostes, qui cum castra referrent, colles inter Fidenas, atq; Anienem ceperunt. NEC ANTE in campos digressi sunt.) Degressi: loquitur enim de descensu ex collibus in campos, vt & antè dixi, & post dicam, nam sæpius hoc mendum est apud Liuium. NE LONGINQVAM militiam non paterentur Falisci.) Vet. libri non habent, Non.

128 ROMVLI spolia, quę prima opima appellata sola ea tempestate erant.) Vox, Prima redũdat, neq; enim tum prima appellari poterant, cùm adhuc secunda non essent relata: abest certè ab antiquis libris. ☞ [Primus respicit antecedentia non sequentia, vt, Maria primogenitum Christum peperit nullum postea. Sigonius hic non satis circumspectus.] PROPE sacrilegium ratus sum. Cossum spoliorum suorum, Cæsaremq; ipsius templi auctorem subtrahere testem.) Probo magis antiquam lectionem: Cosso spoliorum suorum Cæsarem ipsius templi auctorem subtrahere testem. Nam quę dixit, omnia Cęsaris testimoniu nituntur. SEPTIMO post demũ anno.) Nono, legendum, habita diligenti annorum omniũ ratione: error ex notis manauit, VIIII. & VII. T. QVINTIO Pœno.) Quinctiorum cognomen est Pennus, non Pœnus: si antiquis & librorum, & lapidum monumentis credimus. NAM etiam illud accedit) Vet. lib. Nam & illud.

129 DICTATOREM dici A. Seruilium) Hic in secunda dictatura, quã cepit anno CCCXXXV, & apud Liuium, & in Capitolinis tabulis, Q. Seruilius dicitur. CVIQVE Prisco alij.) Vet. lib. non habent, Que. POSTHVMIVM Ebutium.) Postumum Aebutium, vt antè. CENSORES villam publicam in campo Martio probauerunt, ibiq; primum census populi actus est.) Quærit Glareanus, quid sit, Probauerunt, &, Primum, cum census in campo Martio à Ser. Tullio Rege primum sit actus, non ab his censoribus. Respondeo, Probauerunt, ex vetere ☞ Romano more dictum esse, quomodo adhuc in antiquis lapidibus Romę visitur. [Non dubitat Glareanus ex veteri Romano more dictum esse, Probauerunt, sed explicatum voluit, quod Sigonius non facit.]

L. FABRICIVS C. F. CVR. VIAR.
FACIVNDVM COERAVIT.

Q. LEPI. M. F. M. LOLIVS M. F. COS. PROBAVERVNT. Item,
P. LENTVLVS CN. F. SCIPIO. T. QVINTIVS CRISPINVS VALERIANVS COS.
EX S. C. FACIVNDVM CVRAVERE, IIDEM'QVE COMPROBAVERE.

Si autem

Si autem census actus est alias in campo Martio, at non in villa publica, quæ hoc primum anno probata est. Qua
de re sic Varro lib. 3. de re rust. Villa publica ad temp. administrandam est vtilis, vbi cohortes ad delectum consuli
adductæ considant, vbi arma ostendant, id est, vbi censores censu admittant populum. C. FVRIVS Pacilius.)
Pacilus, vt dixi.

DEPOSITO suo magistratu, modo aliorum magistratui imposito, fine alteri.) Voces duæ, Fine alteri, sunt 130
in veteribus multis libris, nec videntur necessariæ, neque enim quis ille sit magistratus, apparet. Siquidem depo-
suit dictaturam, censuræ modum imposuit. Nisi si magisterium equitum intelligere velimus, at in suo, id est, in
Dictatura includitur. M. FOLIVS.) Capitolini lapides M. Foslius habent. Quorum auctoritas summa mi-
hi semper visa est. AVT patricios habendos fuisse tribunos plebis.) Vet. lib. Alioquin patricios habēdos fuis-
se tribunos plebi. Quod placet. CN. IVLIVS Mento. Diodorus γάϊον ἰούλιον vocat. Itemq; in quibusdã Vet. lib.
C. Iulius, quod probo: Nam Cnæi prænomen nunquam alias in Iulia gente reperi, Caij verò sæpissimè.

QVIA ETSI sæpe victi populi, maiore tamen conatu quàm alias vnquam rebellarent.) Vet. lib. Rebella- 131
rant. ANTE omnia prauitas consulum, discordiaq; inter ipsos.) Longe secus, & melius veteres libri. Ante
omnia priuata consulum discordia, quæ inter ipsos erat. SI QVIDEM cogi aliquid pro potestate ab tribuno
consules.) Vet. lib. Cogi aliquando, quod placet. GN. IVLIO.) C. Iulio, vt dixi.

VECTIVS Mesius.) Vtrunq; nomen vitiū continere suspicor, scribendumq; Vettius Metius. Est autem 132
Metius prænomen, vt in Fufetio, & Curtio, & alijs. Vettius autem non Vectius scribendū, vt Attius, non Actius.
Cuius scripturæ extat Mutinæ in monumento marmoreo peruetusto insigne testimonium eiusmodi:

P. VETTIO.
P. FIL. CAM. SABINO
EQ. P IIIIVIR.
AED. POT.
ET MAG. MVN. RAVEN.
CORNELIA MAXIMINA
MARITO INCOMPARABILI
ET SIBI VIVA POSVIT.

Item apud Appianum libro primo οὐέττιος κάτων.

HOSTIVS Lucretius Tricipitinus.) Hostius huic prænomen est. Quare HOSTVS scribendum, quemad- 133
modum etiam antè diximus. SICCITATE eo anno plurimum laboratū est.) Vet. lib. Et siccitate. NO-
VOS ritus sacrificando, vaticinando inferentibus in domos.) Vet. lib. Nouos ritus sacrificandi vaticinando.
Hac de re sic Liuius libro 39. Quoties hoc patrum, maiorumque ætate negotium est magistratibus datum,
vt sacra externa fieri vetarent? sacrificulos, vatesque, foro, circo, vrbe probiberent? vaticinos libros conqui-
rerent, comburerentque? omnem disciplinam sacrificandi præterquam more Romano abolerent. VTRVM
populi iussu indiceretur bellum, an satis esset senatusconsultum.) Placet, vt legatur, senatusconsulto, vt est
in antiquis quibusdam libris. VT QVINTIVS consul de bello ad populum ferret.) Quintius habet
mendum. non enim hoc anno consul erat, sed priore. In Vet. certè libris multis abest. Quare non dubito
quin legendum sit, Vt consules de bello ad populum ferrent. T. QVINTIVS Pennus ex consulatu.) In
quibusdam libris aliena manu notatum est super, ex consulatu, ter consul, sed temerè. Iam enim non nisi bis
consul fuerat. Intelligendum autem anno postquam consul fuit, factum esse tribunum militum consulari pote-
state, habetq; rationem eius anni, quo Quintius petiuit, non quo gessit. CVM ibi quoque religio obstaret,
ne posset nisi ab consule dici dictator.) Vet. lib. ne non posset. ADEO simul fortuna ciuitatis virtute vera
eguit: nihil censoria animaduersio effecit, quominus.) Legendum vt in manuscriptis: vt nihil censoria animad-
uersio effecerit. AD SPEM prædæ adsciuerunt.) Repone, adsciuerant, ex vet. lib.

PLACVIT. & tanquàm.) Vet. libri plerique habent, Et qui tanquam. Suspicor igitur legendum, Itaq; tan- 134
quam, vt ex it & qui, fiat, Itaque. ROMÆ TERROR ingens erat, accito exercitu ab Veijs, hostibus positis ad
Fidenas, eoq; ipso ab re malè gesta perculsa castra locatur ante portam Collinam.) Ex his verbis alia luxata sunt,
alia temerè inculcata. Germana lectio in veteribus libris reperitur. Accito exercitu ab Veijs, eoq; ipso ab re male
gesta perculso castra locantur ante portam Collinàm. Neque verò verba illa, Hostibus positis ad Fidenas, neces-
saria sunt, cùm præsertim dixerit: Traiecto Tiberi Veientes Fidenas transtulerunt bellum. VEIENTEM ho-
stem sexies victum.) Quid si legatur, toties, vt in plerisque antiquis libris legitur, præsertim cùm sæpius, quàm
sexies victi Veientes sint? CVM Etrusci pleni animorum, ac pristini diei meliore occasione, quàm pugna.)
Lege vel repugnantibus omnibus testimonijs veteribus ab pristini, vt sit dictum: pleni animorū ab pristini diei
occasione meliore, quàm pugna, quo modo dictum est etiam: exercitum perculsum ab male re gesta, & mœstam
ciuitatem ab male re gesta, & eiusmodi alia multa. QVOD incendio similius, quàm prælio territum cesserat
flammis.) Similius dictum videtur, pro, verisimilius.

EFFRENO equo.) Vet. lib. Effreni equo. RVINÆ igitur similem stragem eques quacunque peruase- 135
rat dedit.) Placet magis, Peruasit, quod est in antiquis libris. INFERT pauidos fuga in mediam cædem, ob-
truncantur in ripis.) Nescio quomodo placet magis prisca quorundam librorum lectio. Residui pauidi fuga in
mediam cædem obtruncantur in ripis, & rectè, nam inquit. Veientium maxima pars Tiberim effusi petunt. Fi-
denatium, qui supersunt ad vrbem Fidenas tendunt. Reliqui cum pauidi in mediam cædem fugerent, obtrun-
cantur in ripis. CLASSIBVS quoque ad Fidenas pugnatum.) Vet. libri alij, Classi: alij Classe habent. Classi
autem pro Classe vsus est etiam Vergil. lib. 8. Aduectum Aeneam Classi. Prisc. lib. 7. CL. CRASSVS.) Lege
Ap. Claudius Crassus: neque enim Liuius prætermittere solet prænomen in ijs nominandis, quorum tunc pri-
mum mentionem faciat: deindè verò alio loco id ipsum afferre, vt infrà, cùm ait: Ap. Claudium filium decem-
viri præfectum vrbi relinquunt. SP. NAVTIVS Rutilius.) Lege Rutilus, ex tabulis Capitolinis. T. SER-
GIVS.) Legendum est L. Sergius. Nam in priore tribunatu, & in tertio, quem cepit anno CCCXXXVII. L. ap-
pellatur à Liuio, itemque ab ijs, qui Capitolinos tribunatus descripserunt. Accedit quod Diodorus etiam in
huius anni magistratibus exponendis λεύκιον σέρτιον nominat, corrupte tamen pro σέργιον. SEX. IVLIVS Tul-
lus.) Ex Capitolinis lapidibus, itemq; ex Dionysio, & Diodoro intelligi apertè potest, Iuliorum cognomen esse
IVLVM, non Tullum.

GRAVATOS somno, epulisq;.) Vet. lib. graues somno, epulisq;. AB ROMANIS dissonus, impar, se- 136
gnis, sæpè iteratus, incerto clamore prodidit pauorem animorum.) Suspectum habeo hanc dicendi formam:
Clamor dissonus incerto clamore prodidit pauorem. Malimq; legi, incerto tenore, vt supra, Quinq; consulatus
eodem tenore gesti. Et lib. 8. Fremitus æqualis, tenorq; idem pugnæ.

CVM

137 Cvm quo tegumen modo omnis exercitus fuerat, nusquam videret.) Malim, vt in vet. libris est: Cum quod tegumen modo, &c.

138 Sex. Tempanium, A. Sellium, & Antistium, & Spurilium fecit.) In duobus posterioribus tribunis puto esse mendum, mouet enim me noua nominandi ratio, quod Tempanium, de quo ante locutus est, prænomine suo afficiat, ignotos homines Antistium, & Spurilium suo spoliet. Suspicor autem prænomina horum latere in illis duabus vocibus, Et. Et. Legendumq; esse. Sex. Tempanium. A Sellium, Sex. Antistium, & Sex. Pompilium: Nam Sex. Pompilium hoc anno cum Antistio tribunum post tradit Liuius, cùm inquit: Petentibusq; inter aliquot plebeios filio Antistij tribuni plebis, & fratre alterius tribuni Sex. Pompilij. Nostram porro coniecturam adiuuat etiam Vetus lectio, quæ pro Spurilio, Sex Polium habet. Errorem inde ortũ puto, quod qui Sex. Pompilium scripturus erat. S. Pompilium scripsit: Inde alius Spurilium. L. papyrivs Mugillanus.) Hic deest nomen quarti tribuni, Is est L. Seruilius Structus: Quem Liuius anno cccxxxviii. iterùm fuisse tradit, nec tamen apparet quo anno primum fuerit, nisi hoc anno fuisse dicamus, quo tres tantùm videmus tribunos militum nominari, cùm iam quatuor quotannis cœpissent fieri. Multos autem etiam alios in vulgatis libris desiderari infrà ostendam.

139 Plebi, patribusq; gratior fuit.) Vet. lib. Gratius, vt respondeat voci proximæ. Ingenium, non remotæ, Pietas. Cn. Fabio Vibulano.) Numerius, quod prænomen litera N notatur, erat Fabijs familiare, vt ostendi in Prænominibus ex Festi sententia. Hic autem Fabius Numerius dictus est, auctoribus scriptoribus Capitolinis. Nota autem Numerij, N, vbique ferè est per mendum in Cn. conuersa. L. Qvintivs Cincinnatus tertiùm. Sex. Furius Medullinus iterùm.) Legendum est, L. Furius Medullinus iterùm. Neque enim aut antè, aut pòst fit mentio Sexti cuiusquam Furij tribuni militum, vt nunc iterùm, aut primùm esse possit. Fauent etiam coniecturæ nostræ libri manuscripti. qui, L. Sex. Furius Medullinus. habent. Sed quoniam tres per hos annos L. Furij Medullini tribunatum ceperunt, de quibus Liuio cum Capitolinis scriptoribus non conuenit, ne quis in errorem inducatur, omnes eos ordine explicabo, vt quisque causam errandi agnoscat, de qua Glareanus desperauit. [Glareanus has nugas non tanti facit, vt propterea desperare velit.]

An. 322.	L. Furius Medullinus.
329.	L. Furius Medullinus.
335.	L. Furius Medullinus II. is qui vulgo Sex. dicitur.
348.	L. Furius Medullin. II.
350.	L. Furius Medullin. III.
355.	L. Furius Medullinus.
357.	L. Furius Medullinus. III.
358.	L. Furius Medul.in. IIII.
360.	L. Furius Medullin. V.
361.	L. Furius Medullin. VI.
364.	L. Furius Medullin. VII.

A sempronivs Atratinus.) Glareanus legendum esse docet, L. Papyrius. Mouet eum, quod Liuius in anno cccxxxix. A. Sempronium Atratinum tertiùm, scribit fuisse, cùm tamen, Quartùm, fuerit scribendum, si idem hic nunc esset, Tertiùm. Verùm errat. Nam qui fuit anno cccx non est idem cum hoc. Id quod ex sequenti stemmate Atratinorum intelligitur.

A. Sempronius Atratiuus cos. an. 257. & 263.

A. Sempronius Atratinus. Tr. mil. an. 310.

C. Sempronius Atratinus. ex Dionys. patruelis Auli. cos. an. 331. male re in Volscis gesta damnatus.

L. Sempronius Atratinus frater Auli. cos. 310. Dionys.

A Sempronius L. F. A. N. Atratinus. Tr. mil. an. 329. 335. 339.

140 Pontifex Max. iocis abstinere iussit.) Nomen huius Pont. Maximi fuit Sp Minucius, vt ait Plut. de vtilitate ex inimico capienda. Sp. navtivm. Annus.) Lego Sp. Nautium, & C. Seruilium. Desideratur enim nomen quarti tribuni militum C. Seruilij, qui est in tabulis Capitolinis. Nec runc bellum parari.) Vet. lib. Necdum bellum parari. C. servilivm Q. Seruilij Prisci filium.) Lege, C. Seruilium Prisci filium: nam vbi patris cognomen illustre est, solet Liuius ferè à cognomine patris filium indicare, vt suprà. T. Quintius Capitolini filius. Item, T. Quintius Cincinnati filius: & infrà Q. Fabius Maximi filius. Huic etiam obseruationi fauet hoc loco Vetus lectio, quæ ita, vt dixi, habet.

141 Halam Seruilium.) Ex veteribus lapid. nummis. itemq; ex aliquot manuscriptis libris, Ahalam scribendum. Captis Lauicis, ac deinde tribunis militum consulari potestate Agrippa.) Veteres pleriq; libri: Ac deinde tribunis militum consulari potestate creatis Agrippa, &c. Et sp. Rutilio Crasso.) Lege Sp. Veturio, ex Diodoro, qui [illegible] habet, non [illegible], & rectè. Nam Rutilia gens plebea est: hic patricium tribunum mil. quærimus. Et vero Crassus cognomen Veturiorũ, non Rutiliorum. Sp. navtio Rutilio. biennium.) Hoc item anno desideratur nomen quarti tribuni mil. Itaque lege Sp. Nautio Rutilio, & Q. Fabio Vibulano. Biennium. Hic enim ab auctoribus Capitolinis, & à Diodoro in hunc annum editur. Intercidit autem. vt alij superiores, librariorum vitio, non Liuij: quod ex eo intelligi potest, quod Liuius biennio post Q. Fabium Vibulanum iterùm tribunatum ait cepisse, cùm tamen. quando primùm ceperit, nunquam tradiderit, nisi hoc anno dicamus. Hæc autem quæstio quantopere torserit Glareanum, ex scriptis eius intelligi potest. Sp. mecilivs quartùm, & Metilius tertiùm.) Puto legendũ esse, Spurij Mecilius, vt intelligatur ambos eos prænomine Spurij fuisse præditos. Prehensantvr à principibus.) Vet. lib. Prensantur.

142 Ap. clavdivs nepos eius. qui x. vir legibus scribẽdis fuit.) Hoc loco nihil eram dicturus, nisi me ad hanc orationem suscipiendam Glareanus impulisset, qui inquit, legendũ esse: Ap. Claudius filius eius, qui decemuir. Mouetur autem Glareanus, quod auum suum hic memoret Ap. Claudium illum, qui primus ex Sabinis venit, quem

quem abauum fuisset dicturus: si hic verè nepos decemuiri fuisset. Errat autem, quia non intelligit proauum sæpe impropriè poni, & Ciceronem ad Ap. Pulchrum, cùm scriberet, Ap. Claudium Cæcum proauũ eius vocasse, qui ne atauus quidem propriè dici posset. Quoniam autem is multos alios Liuij locos in his Claudijs malè habere putat, & sine ratione, vt vno loco occurram omnibus Claudiorum gentẽ hic vsq; ad Ap. Claudium Cęcum expooã. [Glareanus de proprietate linguę rectè iudicauit, quod si auctor impropriè locutus est, nil ad Glareanum: Sed vide hic ingenium Sigonij, qui cùm maiorem huius Genealogiæ partem ex Glareano habuerit, gratiam scilicet rependit conuitijs.]

Actius Clausus.
Qui post Ap. Claudius, ex Sabinis venit: auctor intercessionis per tribunos pl. COS. an. 259.

Ap. Claudius Sabinus COS. an. 281.
C. Claudius Sabinus Ap. F. Xuiri patruus. COS. an. 298.

Ap. Claudius Ap. F. Ap. N. Crassinus Xuir. an. 301. 302. 303. mortuus.

Ap. Claudius Crassus Tr. mil. 330. Idemq; Xuiri filius & iuuenis à Liuio dicitur.

Ap. Claudius Crassus Sabinus Regillensis. Tr. mil. 352. Dictat. 393. Idem à Liuio dicitur an. 339. minimus natu ex patrum concilio, & Xuiri nepos. Itemq; in an. 352. & 387.
P. Claudius Crassus, de quo nihil accepimus.

C. Claudius Regillensis Dictator. an. 418.
P. Claudius P. F. Crassus. COS. an. 406.

Ap. Claudius C. F. Ap. N. Cæcus, censor. an. 442. COS. an. 446. 456.
Ap. Claudius C. F. Ap. N. Caudex. COS. 486. Cæci frater. Gell.

DVO BELLA insequens annus habuisset.) Vet. libri aliquot: Duo assidua bella. QVINTIVS Cincinnatus, M. Fabius Vibulanus.) Intercidit prænomen Quintij culpa librariorum, neque enim probare possum id ipsum à Liuio fuisse omissum, cum reliquorum tribunorum prænomina non prætermiserit. Porrò autem N. Fabius ex tabulis Capitolinis legendum est. VOLANIS suæ gentis populo.) Quod docui antè de Lauicis: idem dico de Volis. Nam modo Bolas, modo Volas apud auctorem hunc, cęterosq; scribi inuenio. Vergilius illud pręterea affert, quod singulari numero hoc nomen prodidit, cùm dixit: Coramq;, Bolamq;. Fuerunt autem oppida duo non admodum, vt videtur, inter se distantia Bolæ & Bouillæ, quibus in nominandis mirum in modum deprauati græcorum libri sunt, vt Dionysij & Plutarchi. Vterq; enim eorum in Bello Coriolani explicando, duo ab eo oppida Latinorũ euersa scribit, quorum prius βωλανῶν πόλιν, alterum βῶλας vocant, non longe à Lauicis, & ipsi capti ab eo sunt. Est autem mendum in voce βῶλας, pro βοίλλας: Siquidem Stephanus ait, Βοίλλαι oppidum Latinorum. Gentile nomen est, Βοιλλανός, vt tradit Dionys. libro 8. Romanæ antiquitatis Quod ipsum in eo libro non est, nisi Βοίλλας non βῶλας legamus. Idem mendum est etiam lib. 5. vbi populos nominat Latinos, qui in populum R. coniurauerant, inquit enim ἐχετρανῶν, βωλανῶν, pro βοιλλανῶν. Quod ex Floro intelligi potest, qui in eius belli expositione ait, De Bouillis etiam triumphatum. Eandem vicinitatem agnoscit etiam Cicero pro Plancio, cùm ait: Lauicana, aut Bouillana vicinitas. De Bola autem sic Stephan. βῶλα πόλις ἰταλίας τὸ ἐθνικὸν, βωλανός. VOLIS in sequente anno receptis Aequi, coloniaque eo deducta, nouis viribus oppidum firmarunt.) Vox, Aequi, non suum videtur tenere locum, si plerisq; manuscriptis libris credimus, verùm hoc ordine legẽda: Volis in sequente anno receptis, coloniaq; eo deducta Aequi nouis, &c. M. POSTHVMIO Regillensi.) Capitolina monumenta vna cum veteribus libris P. Postumio edunt. PRAVÆ mentis homini, quantum victoriæ magis, quàm bellum ostendit.) Vet. lib. Quam tum, diuisis vocibus habent.

INCIPITE deinde mirari.) Venustior antiqua lectio: Incipite demum mirari. P. SEXTIVS.) P. Sestius 143 legendum: est enim patricius, Sextij autem plebei, vt diximus. IACERE tandiu irritas actiones, quæ de suis commodis ferrentur.) Placet magis vox, sanctiones, quæ reprobata est à Rhenano: dictum est enim ferè sanctionem, vt legem non actionem.

QVOS vi teneret pertinacem nobilitatem esse.) Placet etiam magis huius loci prisca lectio: Quos vt teneret. 144 OPPIDVM reliquerunt.) Lege, reliquerant, ex Vet. lib. C. FVRIO Pacilio.) Pacilo, vt dixi. M. PAPIRIO Atratino, C. Nautio Rutilio consulibus.) Legendũ est, M. Papirio, C. Nautio Rutilo. Diodorus enim in hunc annum μάρκον παπίριον: Cassiodorus M. Papirium edit. Quòd autem cognomen Atratino delendum sit, intelligi potest partim ex eo, quod Atratinus non Papiriorum, sed Semproniorum cognomen est: partim ex eo, quod in veteribus libris P. Atratinus pro M. Papirio legitur, vitiose. fuit autem hæc causa vitij. Qui enim M. Papirius erat scripturus, M. Patratinus scripsit, quomodo apud Dionysium est etiam πατρίκιος, pro παπίριος. Quem errorem cum alij tollere vellent, M. P. Atratinus scripserunt: Ne autẽ duo prænomina vni tribuerentur. demum P. Atratinus mansit. Fuisse autem huius consulis cognomen Mugillanum, non Atratinum, ostendit etiam tabula quædam antiqua, in qua bini consules in singulos annos suis tantis cognominibus nominati sunt: cuius sæpe testimonium profert Cuspinianus. Ea enim ita hos consules edit, MVGILLANO, & RVTILIO, Quorum illud est Papirij, hoc Nautij consulis. M. autem Papirius Mugillanus antè trib. mil. fuit. CVM in legationes non plus singulis senatoribus inuenientes, coacti sunt binos equites adijcere.) Veteres aliquot libri, non plus singulis senatoribus missis inuenientes, rectè: nam paulò antè dixit, Dimissis circa omnes populos legatis. M. AEMYLIO, C. Valerio.) Scribe M'. Aemilio, ex Capitolinis tabulis, & Diodoro, qui μάνιον αἰμίλιον nominat. M. MENENIVS tribunus pl.) Scribe M. Mænius. Gens enim Menenia patricia est, Mænia plebeia. Infrà autem apertius ostendam pro Mænio Menenium in plebeio Dictatore esse mendose. Hæc cùm ita emendassem, inspexi librum etiam veterem ita habentem. ARCEM Caruentanam.) Steph. καρούεντος πόλις λατίνων. τὸ ἐθνικὸν καρουεντανός. DETRECTANTIBVS militiam inhibenti.) Pro Inhibenti, quidam libri habent, ferenti, & rectè. Verba autem sic ordinantur: Nouem tribuni ex collegij sententia pronunciauerunt se auxilio futuros aduersus intercessionem collegæ C. Valerio consuli damnum aliamq; coërcitionem ferenti detrectantibus delectus causa militiam.

145 VNI Patricio C. Fabio Ambusto.) Ex Capitolino huius tribunatu N. Fabio est scribendum. AVCTORES fuisse tam liberi populo suffragij Icilios accipio, &c. hi multarum magnarumq; rerum) Aut oratio inconsequens est, aut tollenda est vox, Hi, quæ non est in quibusdam libris. PRO ingenti itaque victoria id plebi fuit, quæsturamq; non honoris ipsius finem æstimabant.) Melior antiqua lectio, Quæsturam namq; non honoris. NEVE quis reficeretur in annum tribunus pl.) Vet. aliquot lib. reficeretur in anoū sequentem. CONSVLES ambo.) Vet. libri quidam, Cæterum consulum ambo.

146 VERRVGINEM in Volscis eodem exercitu receptam.) Verrugo Volscorum, arx Catuentana Aequorum fuit. Cæterum non apparet, quando amissa Verrugo sit, cùm tamen receptam esse eam hoc anno scribat. Valerius Maximus C. Sempronium consulem malè rem gesisse in Volscis apud Verruginem, scribit, de qua clade etiam loquitur suprà Liuius. C. IVLIVS Tullus.) Iulius Iulus, vt dixi. CN. CORNELIVS Cossus.) Libri omnes veteres, præterea Diodorus P. Cornelium edunt, non Cn. Cornelium. TÆDIO sordium in quibusdam insignium populum à plebeijs auertissent.) Alij libri ita habent, alij pro insignium habent, inscium: Ego autem vtranq; vocem retinendam esse puto, vt legatur, Tædio sordium in quibusdam insignium inscium populum à plebeijs auertissent. ET si maneat in sententia senatus, dictatorem nocte proxima dicturum, ac si quis intercedat, senatusconsulti auctoritate se fore contentum.) Nescio an locus alius aut pulchrior sit, aut obscurior, cuius quæ sit sententia, iure se ignorare Glareanus profitetur. [Glareanus fatendo ingenuè quod ignorabat, benè fecit, ac Sigonio cogitandi occasionem dedit, quare humanius cum eo agendum erat.] Quis enim sensus ex tam mendosis & malè interpunctis verbis elici posset? Sic igitur lege: At si quis intercedat senatus consulto, auctoritate se fore contentum. Particulam At, habent veteres libri: Reliqua Romani moris obseruatione sunt comparata: Nam inter senatus consultum, & senatus auctoritatem, illud interesse comperio, quod consultum decretum sit ratum magis, quàm auctoritas. Nam si fortè senatores omnes, qui vocati erant, non conuenissent, habebatur senatus ille quidem, & quod decretum erat scribebatur, at scitum tamen id pro imperfecto, nec rato habebatur, verùm auctoritas scribebatur tantummodo, vt senatorum voluntas, atq; iudicium de re extaret. Quoties autem nec legitimo in loco, nec die idoneo, nec edicto legitimo, sed ambitiose conuocatus senatus esset, aut tribunus pl. interdixisset, tum verò consultum senatus non poterat fieri, sed ea auctoritas dicebatur. Quæ verò dico, ea ex Dionis sententia dico, lib. 55. οἱ δ' οὖν πολλῶν ἐκ συντυχίας πρὸς μὴ συλλεχθῆναι, ὅτε ἡ χρεία ἑκάστοτε ἐκάλει, ἐκωλύοντο μέν, ἡ δὲ γνώμη συνεγράφετο, οὐ μέντοι καὶ τέλος τι ὡς κεκυρωμένη ἐλάμβανεν, ἀλλ' αὐκτώριτας ἐλέγετο, ὅπως φανερὸν τὸ βούλημα ᾖ. τοιοῦτον γάρ τι ἡ δύναμις τοῦ ὀνόματος δηλοῖ. ἑλληνίσαι γὰρ αὐτὸ καθάπαξ ἀδύνατόν ἐστι. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ εἴποτε ἐν τόπῳ τινὶ μὴ νενομισμένῳ, ἢ ἡμέρᾳ μὴ καθηκούσῃ, ἢ καὶ ἔξω νομίμου παραγγέλματος ὑπὸ σπουδῆς ἠθροίσθησαν, ἢ καὶ ἐναντιωθέντων τινῶν δημάρχων, τὸ μὲν δόγμα οὐκ ἠδύνατο γενέσθαι, τὴν δὲ γνώμην σφῶν οὐχ ὑπομένοντες ἀποκρυφθῆναι, ἐνομίζετο καὶ αὐτὴ μετὰ ταῦτα ἡ κύρωσις κατὰ τὰ πάτρια ἐπήγετο, καὶ ἡ τοῦ ἐπίκλησις τοῦ δόγματος ἐπεφέρετο. Hic idem mos explicatur etiam in epistola Cœlij. Quod M. Marcellus V. F. de prouincijs, D. E. R. I. C. Senatum existimare, neminem eorum, qui potestatem habent intercedendi, impediendi moram afferre oportere, quo minus de rep. quam primùm ad senatum referri, S. C. fieri posit. Qui impedierint eum senatum existimare contra remp. fecisse: Si quis huic S. C. intercesserit, senatui placere auctoritatem perscribi, & de ea re ad senatum populumq; referri. De senatus autem consulto faciendo, idem ita: Senatusconsultum factum est, auctoritatesq; perscriptæ prid. K. Octob. in æde Apollinis, scribendo affuerunt L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus, Q. Cæcilius Q. F. Metellus Pius Scipio, &c. Et ad Lentulum Cicero lib. 1. De his rebus senatus auctoritas grauissima intercesserat, cui cum Cato & Canitius intercesissent, tamen est perscripta. Hinc legimus etiam apud Liuium, dictatorem modo factum ex senatusconsulto, modo ex auctoritate senatus, cùm tamen non sit idem. His verbis satis & Liuij locum emendatum, & quid sit senatus cùm auctoritas, tum consultum, declaratum puto. FELICITATE, quàm gloria maior in vrbem rediit. Vet. lib. Felicitate, quàm gloria maiore, Quæ locutio venusta est, & bonis scriptoribus vsitata.

147 CN. FABIVS Vibulanus. Lege N. Fabius Vibulanus ex monumentis Capitolinis, & ex Diodoro, qui νομέριον φάβιον edit. IN SENATV magis, quàm tribunis.) Vet. lib. quàm in tribunis. C. FABIO Ambusto.) Scribe item N. Fabio Ambusto, sequutus & marmora Capitolina, & Diodorum. Vixerunt autem hoc tempore duo Numerij Fabij, alter Vibulanus Q. F. alter Ambustus M. F. Quod vt omnes ita esse intelligant, Fabiorum stemma subiungam, ex Liuij, Dionisij, Diodori, auctorumq; Capitolinorum sententia, vsque ad Q. Fabium Maximum Rullianum.

K. Fabius Vibulanus.

K. Fabius K. F. Vibulan. COS. 268. 271. 275.
M. Fabius K. F. Vibulan. COS. 269. 272.
Q. Fabius K. F. Vibulan. COS. 267. 270.

Q. Fabius M. F. K. N. Vibulan qui puer ad Cremeram superfuit CCCVI. Fabijs interfectis. COS. 285. 287. 294. Xuir. 302. 303.

Q. Fabius Q. F. M. N. Vibulan. COS. 331. Tr. mil. 339. 341.
M. Fabius Vibulanus COS. 312. Tr. mil. 321.
N. Fabius Q. F. M. N. Vibul. COS. 333. Tr. mil. 340. 342.

M. Fabius Ambustus. de quo nihil.
Q. Fabius Ambustus. COS. 343.
N. Fabius M. F. Q. N. Ambustus. quæst. 346. Tr. mil. 349.
K. Fabius M. F. Q. N. Ambustus. Tr. mil. 351. 354. 360.

Q. Fabius cum duobus Fabijs fratribus M. Ambusti F. legati ad Gallos. Tr. mil. 365.
M. Fabius N. F. M. N. Ambustus. COS. 395. 399. 401. Dict. 405.
M. Fabius K. F. M. N. Ambustus. Tr. mil. 375. 386. Pont. Max. socer Stolonis.

Q. Fabius M. F. N. N. Maximus Rullianus COS. 432.
M. Fabius Ambustus. mag. eq. 432.


LARE

LARS Tolumnius.) Lar Tolumnius est in veteribns libris, atq; ita scribendum esse ex Carisij, Prisciani & Seruij oobilium grammaticorum auctoritate docui, in Prænominibus. PREHENSANTES'QVE veteranos.) Vet. lib. Prensántesq;. PROFERTVR tempus ferundæ legis, quàm si subiecta inuidiæ esset, antiquari apparebat.) Legem intelligit, non de consule ex plebe creando, quæ post tribunos mil. creatos refrixit, relataq; postea est à L. Sextio, & C. Licinio tribunis pl. verùm legem de bello Veientibus indicendo.

ADDITVM deinde omnium maxime tempestiuo principum in multitudinem munere.) Ita legēdum pu- 148
tauit Rhenanus, cùm antea legeretur: Additum deinde omnium maxime tempestiuè præcipuum io multitudinem munus. Quæ vtraq; lectio non satis probatur: probatur autem ea, quæ est in libris veteribus, quos ipse inspexi. Additum deinde omnium maxime tempestiuè principium in multitudinem munerum. Principium autem donandæ multitudinis stipendium fuisse airtum primum de publico militibus datum. CVM commoditas iuuaret rem familiarem, saltem acquiescere eo tempore, quo corpus addictum atque operatum reip. esset.) Suspectum habet verbum, Acquiescere, Glareanus, quasi verò non lib. 5. ita locutus sit Liuius: Vt fessa diutioo bello acquiesceret ciuitas, id est, qniesceret. [Quid dicis Sigoni? Non exponit etiam Glareanus acquiescere pro quiescere? imò verò facit.] NEQVE id etiam si cæteri ferant, passuros eos.) Vet. lib. Neqne enim id. Quod 22
placet C. IVLIVS Tullus.) Iulius Iulus, vt dixi. A. MANILIVS.) A. Maolius, ex tribunatu buius Capitolino: præterea Manilij plebeij, hic patricium quærimus. Item Aulus prænomen est Manliorum, non Maniliorum. M. ÆMYLIVS Mamercus.) M'. Aemilius Mamercinus ex tribunatu huius Capitolino. M. SERGIVM Fidenatem.) Scribe M'. Sergium, ex tribunatu eius Capitol. & ex Diodoro, qui μάνιον σέργιον hunc vocat: præterea ex veteribus libris, qui Manlium Sergium habent. Fuisse autem Sergiorum prænomen Manium, argentei nummi indicant, qui multi cùm apud alios, tum apud clarissimum patrem tuum sunt, cum his literis. M. SERGI. SILVS. C. FABIVM Ambustum.) Diodorus hunc καίσωνα φάβιον vocat, id est, Cæsonē Fabiū, itemq; Capitolini scriptores, apud quos est hoc anno K. Fabius. Qnare ita legendum est.

SERVIVS Romanus vocitatus.) Vet. lib. Seruus. SED eam reges Romani deleuere.) Vet. lib. Diruere: 149
vt lib. 7. Restitutaq; vrbs quam Latini dituerānt.

IN EPITOMEN LIBRI V.

CVM inundatio in lacu Albano facta esset.) Vet. lib. Ex lacu Albano. AB hostibus captus est.) Vet. lib. De hostibus, præclarè: erat enim vates ille vnus ex hostibus. CVM alter ex censoribus Iulius decessisset.) Vet. lib. C. Iulius, itemq; Liuius. L. APVLEIO.) Appuleius duobus pp, scribi debet, si sequimur nummos argenteos, & lapides Capitolinos. AD Alliam.) Aliam scribendum vno l, & Dies Aliensis Hanc enim habenr scripturam plerique veteres libri, item græci scriptores: παρὰ ἀλίαν ποταμὸν, & ἀλιάδα ἡμέραν, vt Plutarchus. Seruius etiam in 7. Aeneidos docet à poëtis Aliam duobus ll, dici, metri causa, vt Relliquias. IN quod se iuueues contulerant.) Vet. lib. In quod se iuuentus contulerat. INTER pendendum aurum.) Vet. lib. Inter ipsum colloquium, quo de pacis conditionibus agebatur. AEDES Loquutio facta.) Liuiani libri veteres Alloquutio habent. Hunc Deum Gellius lib. 16. cap. 17. Aium vocat. Cicero de Diuin. Aium loquentem. ex quo ego suspicatus sum Aio loquuto & hic. & apud Liuium esse legendum. Verba Ciceronis sunt hæc, lib. 2. At paulò pòst audita vox est monenris, vt prouiderent ne à Gallis Roma caperetur, ex eo Aio loquenti aram in Noua via consecratam, quid ergo? Aius iste loquens, quando eum nemo norat, aiebat, & loquebatur, & ex eo nomen inuenit, posteaquam & sedem, & aram, & nomen inuenit, obmutuit? Plutarchus in Camillo φήμην ᾗ κλῃδόνα vertit.

IN LIBRVM V.

M. ÆMILIVS Mamercus iterum.) Lege M'. Aemilius Mamercinus iterum: sic enim scriptum est in primo & tertio huius tribunatu Capitolino, & apud Diodorum. M. IVLIVS Tullus.) Scriptores Capitolinorum tribunatuum L. Iulium Iulum vocant. Diodorus item λούκιον ἰούλιον ἴουλον. M. FVRIVS Camilius. M. Posthumius Albinus.) Nemo est, qui non M. Furium Camillum tribunum militum hunc esse putet, qui pòst Dictator Gallos vrbe expulit. Ita eos sentire, argumento est, quod & tertium, & septimum tribunum hunc posthac contra auctoritatem veterum librorum scripsere, hunc annum numerantes. Errare autem eos ostendam, si prius tribunatus Camilli, prout in vulgatis habent libris, apposuero.

An. 352. M. Furius Camillus cum M. Postumio Albino vnus ex octo.
354. M. Furius Camillus iterum.
357. M. Furius Camillus tertium.
361. M. Furius Camillus, sine nota numeri, Faliscos vicit.
370. M. Furius Camillus, sine nota numeri, Sutrium tecepit.
372. M. Furius Camillus quintum.
375. M Furius Camillus septimum.

Quæ, malùm, est ista emendatorum inscitia, qui, si septem tribunatus Camilli numerarunt, non anno CCCLXXII sextum correxerint, pro quintum? Itaq; quoniam Camillus in libris veteribus inuenitur esse trib. mil. an. CCCLVII. iterum, nō tertium, & CCCLXXV sextum, non septimū: quoniam item Plutarchus, CCCLVII. cum Capenatibus eum pugnasse tribuum mil. τὸ δεύτερον, non τὸ τρίτον ait, quo anno vterq; prodigium Albani lacus exponit, & an. CCCLXXV. eundem Camillum sextum tribunatum gessisse narrat, non septimum: quo anoo L. Furium collegam infestum habuisse vtero; tradit. præterea verò quoniam inter Capitolinos huius anoi tribunos non M. Furius Camillus numeratur, sed M. Furius Fusus. Camillus autem cum M Postumio Albino censuram hoc anno gessisse scribitur, propterea oon videtur esse dubitandum, quin principium tribunatuum Camilli non ab boc anno, sed ab anno CCCLIIII. ducamus, quo anno apertè apparet, insignem illum Camillum in magistratu fuisse, hoc autem anno non illum, sed alium M. Camillum minus strenuum tribunatum gessisse dicamus, quippe qui nihil in magistratu gessisse tradatur. Quare ita dispone & corriges

An. 352. M. Furius Camillus alius à Dictatore.
354. M. Furius Camillus, qui pòst Dictat.
357. M Furius Camillus II.
361. M. Furius Camillus, sine nota numeri.
370. M. Furius Camillus, sine nota numeri.
372. M. Furius Camillus V.
375. M. Furius Camillus VI.

ALTIS frons in Etruriam spectans.) Glareanus notat hunc locum, vt vitiosum, sine causa: Nihil enim habet mendi, quanquàm obscuritatis non parum. [Glareanus non dicit locum vitiosum, sed mutatum dicendi genus, id quod verum est, nec mendi vllam facit mentionem: Imò Sigonius hic fatetur obscuritatis non parum huic adesse loco.] Romanis, inquit, cùm ad Veios castra haberent, etsi nunciabantur quietæ res ex Etruria, ita vt subsidio eos ab Etruscis adiutum iri non timerent, tamen muniebant ita, vt vna muuimenti fronte Veientium eruptionem ex vrbe impedirent, altera auxilijs, si qua ab Etruscis fortè venirent, aditum obstruerent, sic enim pòst Appius loquitur: Munitiones non in vrbem modo, sed in Etruriam etiam spectantes, si qua inde auxilia veniant, opposuere. Ergo rectè aut ancipitia munimenta erant, alia erant in vrbem versa, alijs frons spectans in Etruriam opponebatur auxilijs, si qua fortè inde venirent.

150 SVB pellibus durare ne hyemis quidem spatio, quæ omnium bellorum terra marique sit quies, arma deponentem.) Liuius libro 37. Aut sub pellibus habendos milites esse, aut si concedere in hyberna vellent, differendum esse in æstatem bellum. Et Cicero in Lucullo: Vt non multum imperatori sub ipsis pellibus ocij relinquatur. His hybernacula, vel tabernacula pellibus contecta significantur. Siquidem recta castrensia Tabernacula vocantur, licet tentorijs, aut pellibus contegantur, aut fiant. Vnde contubernales vocati sunt, auctore Festo. Ex hoc loco Hyberna, & Hybernacula inter se differre, & quid differant, intelligitur. QVAM dissoluendæ maximè tribuniciæ potestati rentur esse.) In vetustis plerisque libris legitur, potestatis, in casu gignendi, non potestati. Quam lectionem probat Rhenanus, non intelligens vsitatam hanc locutionem historicis esse, vt dicant: Esse alicuius rei faciendæ, pro pertinere ad rem illam faciendam. Sic loquitur Liuius lib. 5. Quod vnum exæquandæ libertatis esset. Et lib. 39. Nihil æquè dissoluendæ religionis esse. Et Sallustius in concione Lepidi: Et omnia retinendæ dominationis honesta æstimet. Et Liuius lib. 27. Ea prodendi imperij Romani, tradendæ Annibali victoriæ esse. Ergo Potestatis retinendum. SIVE illud pro plebe, seu contra plebem est.) Vet. lib. Siue contra.

151 NOS tanquam cum ciuibus agere volumus.) Vet. lib. At nos tanquam cum. ADEO quicquid tribunus plebis loquitur, & si prodēdæ patriæ, dissoluendæq; reip. est, assuestis audire, & dulcedine potestatis eius capti quælibet sub ea scelera latere sinitis.) Veteres libri alij habent, assuestis qui audire, & dulcedine. Alij assuestis quippe audire, dulcedine. Ex quo intellexi legendū esse, assuestis audire, quippe dulcedine potestatis eius capti. Quod enim dixit: Et si prodendæ patriæ, pro quamuis accipiendum est. ET EQVIS certus numerus æris est assignatus.) Vet. lib. Equiti. C. SERVILIVM Halam.) Ahalam, vt dixi. M. SERGIVM iterum.) M'. Sergium iterum, vt suprà. Q. SERVILIVM, P. Virginium.) Veteres libri aliquot habent, P. L. Virginium. Diodorus λεύκιος οὐεργίνιος. Ex quo L. Virginium puto legendum, præsertim verò, cùm nusquam alias Publij prænomen in Virginia gente reperiatur, Lucij autem frequētissimè. Accedit, quod sequenti anno inquit Liuius: Fortunasq; L. Virginij, ac M'. Sergij sit execratus, cum de hoc loquatur.

154 NEC suis munimentis arcere iam vim.) Vox, iam, non est neque in ijs, quos ego legi libris, neq; in ijs, quos se legisse Rhenanus profitetur. VT quosque studium, aut gratia occupauerunt, adsunt.) Vet. lib. Occupauerat. M. FVRIO Camillo iterum.) Tolle vocem, iterum: nam, vt dixi ante, hic est primus tribunatus Camilli Dictatoris. M. AEMILIO Mamerco tertium.) Lege, M'. Aemilio Mamercino tertium, ex tertio huius tribunatu Capitolino. C. FABIO Ambusto.) Diodorus καίσων φάβιος. Capitolini auctores K. Fabium scribunt. Eos igitur sequuti K. Fabio Ambusto corrigimus. L. IVLIO Tullo.) L. Iulio Iulo, ex Capitolinis lapidibus. ROMAE simul delectu, simul tributo conferendo laboratum est.) Lege ex Vet. lib. Simul de delectu.

155 VNVM bellum annum iam tertium trahi.) Annum quintum emendandum esse censet Glareanus, quia quinto an te anno Veij obsideri cœpti sint. Non intelligit autem, tribunos plebis, quorum hæc oratio est, non habere rationem eius anni, verùm anni ante tertij quo primum Veiorum obsidendorum causa hybernacula facta sunt, quod plebs indignissimè tulit. Itaque ab eo anno trahi bellum inquiunt. POSTQVAM obtineri non poterat, tamen labefactandæ legis tribuniciæ causa effectum est.) Vet. lib. Tum labefactandæ. TRIBVNI pl. C. Lacerius.) Plerique libri habent C. Lacerius: aliquot etiam C. Lucretius. Lucretios autem constat & patricios, & plebeios fuisse. IS QVOD perissent patres.) Pendet oratio à Vociferans, vsque ad Arguere: est autem Vociferans arguebat. TAMEN tribunos militum expugnasse.) Veteres libri: Tum tamen tribunos militum. P. CVRIATIVS.) Vet. lib. omnes, Curatius. Fuit autem Curatia gens & patricia, & plebeia. Itaque & hic & alius P. Curatius, Nasica & Bruto consulibus tribuni pl. fuerunt. Epit. lib. 55. COMPACTO eam rem, & communi fraude patriciorum actam.) Aliquot libri, Conspecto. Alij, quibus assentior, ex composito, habent, pro compacto, sic infrà: Clarissimis viris ex composito præparatis ad petendum.

156 L. VIRGINII, ac M. Sergij.) M'. Sergij, vt dixi. MINIME conuenire, quibus iratos quisque deos precatus sit, in ijs sua potestate, cùm liceat & oporteat, non vti.) Veteres libri habent, Summa potestate, atq; ita sine dubio legendum est. M. AEMILIVS, & Q. Fabius.) Lege, M'. Aemilius, & K. Fabius. Hic est enim qui in comitijs huius anni describendis à Liuio C. Fabius vulgo dictus est. itaq; satis mirari non possum, cur hos locos emendatores isti non concordarint. Nos autem supra huius correctionis rationem reddidimus. P. MANLIVS, & P. Titinius, P. Melius, L. Furius Medullinus, L. Popilius Volscus.) Nomina horum tribunorum pleraq; vitiose habent. Quod ex Diodoro, & ex Capitolinis tribunatibus intelligi potest. Nam veteres libri nulla in re alia dissentiunt à vulgatis, nisi quod quidam habent P. Manlius, P. Titinius, sine particula, Et, quod etiam placet. Diodorus autem ita habet: πόπλιος μάλιος, μάνιος σπόριος, φίλος λεύκιος, καὶ ἕτεροι τρεῖς. in secundo horum tribunatu: λεύκιος τιτίνιος, πόπλιος λικίνιος, πόπλιος μάλιος, κόιντος μάνιος, γναῖος γενύκιος, λεύκιος ἀτίλιος. Ergo legendum est P. Mænius, L. Titiuius, P. Mælius, L. Furius Medullinus. Cùm autem Diodori liber μάνιον, modo πόπλιον, modo κόιντον nominet, nos tamen P. retinendum esse putamus. quod prænomen Mænijs familiare esse reperimus. Porrò autem L. Publilius non Popilius legendum est: Quod & tribunatus eius Capitolinus ostendit, & Vulsci cognomen, quod Publiliorum est, non Popilliorum. Cùm autem Liuius dicat vno P. Licinio excepto, reliquos ex his tribunos militum patricios esse, Titinium etiam, & Mænium, & Mælium, & Publilium patricios esse intelligamus necesse est, cùm tamen nusquam alias patricios eos esse appareat. ALII Cn. Cornelij fratris.) P. Licinius ex plebe vir, nō erat frater Cn. Cornelij patricij ex eadem matre, quod eadem nupsisset primum plebeio, post patricio post communicata plebis & patrum connubia, vt tradit Glareanus. Qui enim potuit P. Licinius iam extrema senecture vir ex eadem matre nasci, quo Cn. Cornelius, postquam plebi patriciorum sunt impertita connubia, cum hoc nisi annos ante XLV. concessum sit. Verùm frater erat P. Licinij Cn. Cornelius, ita vt ex ijsdem parentibus natus esset ille quidem, sed in Corneliam gentem esset adoptatus, adeò vt modo Cn. Cornelius Cossus, modo Licinius Cossus diceretur, perinde atque M. Brutus M. etiam Brutus Cæpio dicebatur,

quod

quod à Cæpione adoptatus esset. Hoc autem ita esse, ex Plutarcho didici, qui in Camillo legatos tres Delphos missos ait, Licinium Cossum, Valerium Potitum, & Fabium Ambustum, eosdem propè qui collegæ etiam in tribunatu mil. fuisse à Liuio traduntur. P. LICINIVS, vt cœperat, haud rumulruose magistratum maiore gaudio plebis, quàm indignatione patrum, ita etiam gesiit.) Ceperat, à Capio, non à Cœpi legendum est: & ceperat haud rumultuose magistratum, scribendum est sublato commate. L. TITINIVM, P. Menenium Racilium, Cn. Genutium, L. Attilium.) Hoc anno M. Veturium patricium reliquos ex plebe tribunos militum creatos esse scribit Liuius, L. Titinium, P. Menenium Racilium, Cn. Genntium, L. Attilium. Pro his autem nominibus in omnibus vetustis libris hæc inuenio: M. Veturius, M. Pomponius, C. Duilius, Volero Publilius, Cn. Genucius, L. Atilius. Itemq; apud Diodorum: γναῖος γενύκιος, λεύκιος ἀτίλιος, μάρκος πομπώνιος, γάϊος δυίλιος, μάρκος οὐετούριος, οὐόλερος πουπλίλιος. Quapropter ego satis mirari non possum, cur hic locus contra auctoritatem omnium monumentorum sit viriarus, & alij tribuni siut inuecti, qui nunquam fuerunt. Sequamur igitur antiquam lectionem, vulgatam autem, in qua ne omnium quidem tribunorum nomina exprimuntur reijciamus. De Volerone Publilio extat etiam fragmenti Capitolini testimonium. Porrò autem Atilios vno t, scribi oportere docent & veteres libri, & græci scriptores, & Capitolini lapides, & etymologia vocis. Ab Atijs enim orti sunt. Atij autem ab Ati. Vnde Vergilius: Alter Atis, genus vnde Atij duxere Latini.

M. FVRIVM Camillum tertium.) Vet. lib. Iterùm. Plutarchus etiam hoc anno, quo lacus Albanus inundanit agros, Camillum fuisse τὸ δεύτερον ait, vt suprà ostendi. PRODIGIA interim multa nunciari.) Plerique libri veteres, Nunciata. 157

L. IVLIVS Tullus.) Iulus, vt antè. A. MANILIVS.) A. Manlius, ex Capitolinis tribunatibus. MAGISTRATVM inierunt.) Ineunt. Vet. lib. CÆTERA bella, maximeq; Veiens incerti exitus erant.) Vet. lib. In cætera bella. 158

P. LICINIVM Caluum prærogatiua tribunum militum non petentem creant. Vet libri habent, Tribunum militum consulari potestare non petentem. Cæterùm prærogatiuæ, non prærogatiua legendum est: Nam quæ primæ tribus suffragium inibant, prærogatiuæ dicebanrur, quod primæ rogarentur, quos vellent consules fieri, secundæ iure vocatæ, quod in his sequente populo, vt sæpe contigit, prærogatiuarum voluntatem, iure omnia complerentur, vt scribit Pædianus in secundam Verrinam, sic lib. 10. Eumq; & prærogatiuæ, & primo vocatæ omnes centuriæ consulem dicebant. Erat autem vna iuniorum prærogatiua, altera seniorum. Quod ex alijs locis intelligi porest. Prærogatiuæ autem sorte educebantur. OMNES QVE deinceps ex collegio eiusdem anni refici apparebat, L. Titinium, P. Menenium, Cn. Genucium, L. Attilium.) Veteres libri nihil dissentiunt à vulgatis, nisi quod non P. Menenium, sed P. Mænium babenr. Diodorus autem, vt antè dixi, hæc edit nomina: λεύκιον τιτίνιον, πόπλιον λικίνιον, πόπλιον μαίλιον, κόιντον μάλλιον, γναῖον γενύκιον, λεύκιον ἀτίλιον. Quare cùm quinque tantum tribunorum nomina sint iu libris Liuij: pro P. Menenio, P. Mænium, P. Mælium reponendum est, præsertim verò cùm scribat: Omnesq; deinceps ex collegio eiusdem anni refici apparebat. Sunt enim omnes ex eodem collegio præter Cn. Geuncium, & L. Atilium, & rectè: non enim ait omes refectos esse eius collegij, sed apparebat omnes refici. Atq; hic locus causam dedir Glareano, vt in Liuium acerbè inueberetur. [Glareanus non inuéhitur in Liuium, sed ait fieri posse, vt Codices Liuij sint deprauati, aut Liuius lapsus memoria.] QVI priusquam renunciarentur, iure vocatis tribubus permissu interregis P. Licinius Caluus ita verba fecit.) Si sensum explicauero quemadmodum interpungi verba oportet, apparebit. P. Licinium, iuquit, non perentem prętogatiuę tribunum milirom creant, omuesq; deinceps eo collegio eiusdem anni refici apparebat, qui priusquam renunciarentur à iure vocatis tribubus, P. Licinius permissu interregis ita loquutus est. OMEN concordiæ Quirites rei maximæ in hoc rempns vtilis.) Vet. aliquot libri habent, vtili, ita vt concordiæ sit casus dandi, uon gignendi. Cæterùm obscurissimi loci hic sensus est. Vos video Quirites, dum me, collegasq; meos tribnnos pl. reficitis memoria prioris magistratus nostri in insequẽtem annum omen concordiæ petere rei maxime in hoc tempus vtili, id est, ominari concordiam anni futuri. Quod si collegas eosdem reficitis, me certe præterire debetis. PRECIPITAVERE se in insidias.) Vox, se, abest à Vet. libris. Ita aurem locutus est etiam in sexto: Ipsi præcipitauere in insidias. IAM ludi, latinæq; instaurata erant.) Vet. lib. Instauratæ.

EFFICIT'QVE nè hostis.) Vet. lib. Effecitqne. SVIS consilijs, patientia militum.) Vet. lib. Et patientia militum. DVÆ senatum distiuebant sententiæ, Senis P. Licinij, &c. Altera Ap. Claudij.) Quis est, qui non sentiat huic senrentiæ explicandæ vocem vnam maximè necessarium deesse? quæ est in veteribus libris: Duæ senarum distinebant sententiæ, vna senis P. Licinij. VT segnior sit prædator, vt fortissimus quisq; laboris periculiq; præcipuam petere partem soleat.) Refellit Ap. Claudius sententiam P. Licinij, quæ fuerat, vt qui particeps esse prędę vellet, in castra Veios iret, cuius rei causam affert his verbis. Quod ita fermè eueniat, vt qui segnior sit prædæ, fortissimus quisq; laboris, periculique præcipuam petere partem soleat, quæ lectio ex coniectura antiquæ lectionis eruitur, quæ est, vbi segnior sit prædator, fortissimus quisq;, &c. Quorum verborum sententiam elicere nequiuit Rhenanus. SEDITIONVM inde, ac legum nouarum.) Vet. lib. Seditionumque inde, ac legum. 160

PRECATVS esse, vt si cui deorum, hominumq; nimia sua fortuna populiq; Romani videretur, vt eam inuidiam leniri quàm minimo suo priuato incommodo, publicoque Romani populi liceret.) Vet. lib. Populi Romani, habent. Cæterùm qnod Glareanus contra omnium librorum fidem legendum putat, Lenire suo priuaro incommodo, quàm minimo Romani populi liceret, non procedit: Nam Plutarchus hanc seuteutiam ita vertit in Camillo: Εἰ δέ τις καὶ ἡμῖν ἀντίκειται τῆς παρούσης εὐπραξίας νέμεσις, εὔχομαι ταύτην ὑπὲρ τῆς πόλεως καὶ στρατοῦ ῥωμαίων εἰς ἐμαυτὸν ἐλαχίστῳ κακῷ τελευτῆσαι. Et Valerius libro primo: Si cui deorum nimia felicitas populi Rom. videretur, eius inuidia suo aliquo incommodo satiaretur. [Id minus syncere scribis Sigoni, cùm libri ad manus sint, quos Glareanus secutus est, Ac Plutarchi verba & Valerij pro Glareano sunt.] 161

ATQVE ille dies cæde hostium, ac direptione vrbis opulentissimæ consumptus est.) Vet. lib. Itaqtie ille dies. PVRE lautis corporibus.) Vet. lib. Purè lotis. GRATIAS dijs agentium.) Vet. lib. Grates dijs agentium. 162

C. FABIVM Ambustum iterùm.) Veteres libri, Cæsonem Fabinm Ambustum iterùm habent. Diodorus item καίσωνα φάβιον nominat. Quoniam autem Cæso Fabius Ambustus bis ante tribunus militum fuit. Liuio ipso & Capitolinis scriptoribus, & Diodoro testibus, propterea hoc anno tertium sit necesse est, non iterùm. CRATEREM auream) Vet. lib Crateram. SIMVL extrahi tem ex eo anno viderunt.) Vet. lib. Simul vt extrahi. TRIBVNOS plebis latores legis in annum eosdem reficiunt.) Vet. lib. In eum annum eosdem. 163

SED timor longius progredi prohibuit, mille ferè passuum ab oppido castra locant.) Vet. lib. Sed timore longius progredi prohibente, mille ferè passuum, &c. 164

165 VEIENTIVM exitum pene, quàm Capenatium pacem mallent.) Vet.lib. Exitium.

166 IN conspectu erant posita in plano.) Vet.lib. Et in conspectu erant posita in plano.

His adhortationibus principis concitati patres, senes, iuuenesque, cùm ferretur lex, in forum venerunt.)
167 Scribe ex auctoritate veterum librorum: His adhortationibus patres concitati, principes, senes, iuuenesque. PREHENSANTES.) Vet.lib. prensantes. ET LEGEM vnam plures tribus antiquarunt, quàm iusserunt.) Cur vnam? quasi verò multæ leges promulgatæ, vna tantum antiquata esset, reliquæ latæ. Lex hæc est promulgata de commigrando Veios, Quare legendum est, Et legem vna plures tribus, id est, vno consensu. Sic suprà de hac lege. Senatum verò incitare aduersus legem haud desistebat. Item, cum dies ferendæ legis venisset. QVOD perseuerantior cædendis in fuga fuit.) Vet.lib. Cædendis hostibus in fuga. CVM Volsiniensibus.) Vulsinij, & Vulsinienses scribendum est, ex lapidibus Capitolinis. Porrò autem Salpinatium, de quibus ambigit Glareanus, meminit Fabius Pictor in vulgatis eius fragmentis.

168 M. CEDITIVS.) Cædicius ex Capitolinis tabulis, & græcorum monumentis scribendum. Plutarchus de Fortuna Romanorum μάρκον καιδίκιον vocat, vbi de hac re agit. L. APPVLEIO.) Apuleio, vt dixi. PRECATVS ab dijs immortalibus si innoxio sibi ea iniuria fieret. primo quoque tempore desiderium sui ciuitati ingratæ facerent.) Has preces sic expressit Suidas, ὁ κάμιλλος δ᾽ ἔξατο τὴν ἀχίλλειον εὐχὴν, ἐπιποθῆσαι ῥωμαίους κάμιλλον ἐν χρείᾳ. ἀπαίτησει δ᾽ αὐτῷ οὐ πολὺ ὕστερον. ARVNTEM Clusinum ira corruptæ vxoris ab Lucumone, cui tutor is fuerat ipse, præpotente iuuene.) Glareanus intelligit Lucumonem aut Arunti, aut vxori Aruntis ab se corruptæ tutorem fuisse, cùm tamen intelligendum sit, Lucumoni Aruntem tutorem puero fuisse. Id enim apertè scribit Plutarchus in Camillo his verbis: ἄῤῥων τυῤῥηνὸς ἀνὴρ ἐπιφανὴς ἦν ἐπίτροπος παιδὸς ὀρφανοῦ πλούτῳ τε πρώτου τῶν πολιτῶν, καὶ θαυμαζομένου κατ᾽ εἶδος ὄνομα λουκόμωνος. Et paulò pòst: ἔτος πολλοὺς χρόνον ἐλάνθανε διαφθαρεὶς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, καὶ διαφθαρμένος ὑπ᾽ ἐκείνης. [Glareanus dubitauit & Sigonio ansam dedit inquirendi. Sed nulla apud eum est gratiarum actio.]

Is QVOD eis ex populis abundabat.) Quis vnquam latinè dixit: Abundare ex populis, nisi Liuius hoc in
169 loco? imò verò ne Liuius quidem, si emendatè locus legatur, prout in veteribus libris legitur, sic is, quod ea gens populis abundabat. NVLLA dum via, quod quidem continens memoria sit, nisi de Hercule fabulis credere libet, superatas.) Ego germanam huius loci lectionem eam esse existimo, quæ in priscis aliquot exemplaribus est, eiusmodi: Nulla dum via (quod quidem continens vlla memoria sit) nisi ab Hercule (si fabulis credere libet) superatas: ita vt hanc totam sententiam duæ parentheses includant. Præterea malim etiam, Quo de quidem continens, quàm, Quod quidem, vt sit elegans, & vsitata verborum transgresio. MASSILIENSES erant hi, nauibus à Phocide profecti.) Phocæa legendum est non solum propter rationes, quas alij afferunt, quia ita emendandum duxerunt, sed etiam qui ita est in exemplaribus priscis. SENONES, Aeduos.) Vox, Senones, olet mendum: Ita enim fiet, vt Senones & primi, & vltimi alpes transcenderint, si quidem subijcit. Tum Senones recentisimi aduenarum, fortè, Santones, reponendi pro Senonibus sunt. IPSI per Taurinos saltusque Iuliæ alpis transcenderunt. Itaque assentior Rhenano acutisimo viro, qui locum hunc ita legit: Ipsi Taurino saltu inuias alpis transcenderunt, Si quidem subijcit Liuius. Alia subinde manus Cænomanorum vestigia priorum sequuta eodem saltu cùm transcendisset alpes. Iuliæ autem alpes aut nullæ vnquam, aut per ea certe tempora non fuerunt. CVM transcendisset alpes.) Vet.lib. Transcendissent, quod probo, quia sequitur etiam, Considunt. Cænomani, inquit, cùm transcendissent alpes, vbi nũc Brixia & Verona sunt, (eos locos ante Lebui tenuere) considunt. POST hos Saluuij, qui propè antiquam gentem Leuos Ligures, incolentes circa Ticinum amnem, petiere Apenninum: deinde Boij, Lingonesq; transgresi.) Dici non potest, quàm hic locus mendosè legatur, ita vt nec sententiæ sanitas extet, neque verborum. His autem incommodis ope vnius veteris libri, longe omnium, quos legi, optimi, subuenimus, in quo ita est: Post hos Saluij, qui præter antiquam gentem Læuos, Ligures incolentes citra Ticinum amnem expulere, Pœnino deinde, Boij, Lingonesq; transgresi. Sensus est. Post Cænomanos Saluij alpes transgresi sunt, qui omnes citra Ticinum amnem incolentes præter antiquam gentem Læuos Ligures, expulere. Post hos Boij, Lingonesque alpes Pœnino transgresi, &c. Est enim propositum auctori ostendere, qui Galli qua parte Alpium transgresi sint, & quibus populis pulsis, qua in parte Italiæ consederint. Itaq; Bituriges, inquit, & Auerni Taurino saltu alpes transgresi agrum Insubrium tenuerunt. Eodemq; saltu Cænomani cùm transcendissent alpes, Lebuorum loca occuparunt. Post hos Saluij transgresi præter Læuos, Ligures reliquos, qui citra Ticinum amnem incolunt, expulerunt. Deinde Boij, Lingonesq; Pœnino transgresi Etruscos, Vmbrosq; agro pellunt, ita tamen vt se intra Apenninum continerent. Quod ad voces singulas pertinet in Vet.lib. est modo Saluuij, modo Saluij, qui ijdem à Plinio Salyi, ab alijs Salyes nominatur. Læui Ligures etiam cum diphtongo sunt in veteribus libris, de quibus Plin.lib.3. cap.17. Ex Liguribus Lęui, ac Marici condidere Ticinum non procul à Pado, sicut Boij trans alpes profecti Laudem Pompeiam. Porrò autem alij habent Pœninon, alij, Pœnino, quas voces inducendas esse censet Rhenanus. Ego autem probo magis Pœnino, vt duas vias, quibus Galli in Italiam venerint, ostendat. Taurino saltu, & Pœnino iugo. De quo Liuius lib.21. sic: Miror ambigi quânam Annibal alpes transierit, & vulgò credere Pœnino, atque inde nomen & iugo alpium inditum, transgressum. Et pòst: Neque certè montibus his ab transitu Pœnorum vllo Veragri incolæ iugi eius norunt nomen inditum, sed ab eo, quem in summo sacratum vertice Penninum montani appellant. Læuos, Lebuosque Polybius λάοὺς & λεβέκιους vocat lib.2. TVM Senones recentisimi aduenarum ab Vfente flumine vsque ad Athesim fines habuere.) De Senonum finibus loquitur. Est autem mendum in nomine vtriusq; fluminis. Nam Vfens est in ora Campaniæ ad Tarracinam, vt ait Plinius, Athesis ad Veronam, quæ nihil ad Senonum fines attinent. Mihi autem dubium non est, quin sit legendum, pro Athesim, Aesim. Etenim lib.5. Strabo sic ait: Antea Aesim flumen Galliæ terminum faciebant, rursus Rubiconem. Aesis inter Anconem labitur, & Senogalliam, at Rubicon inter Ariminum, & Rauennam, vterq; in Adriaticum influit Pelagus. Idem ferè Plinius, & Ptolemęus: De Vfente in ijs locis flumine nihil adhuc comperi. Veteres libri habẽt, Vteute, mira inter se cõsensione. CVM multitudinem, tum formas hominum inusitatas cernerent.) Lege ex veterum librorum fide: Cum multitudinem, cum formas.

170 ECQVID in Etruria rei Gallis esset.) Vet. lib. Et quid. quod probo. P. SVLPITIVS Longus.) Lege, Q. Sulpicius Longus: ita enim hic vocatur tum in veteribus libris, tum apud Diodorum, tum etiam apud Macrobium lib.1. Satur. tum apud Gellium lib.5. cap.17. P. SERVILIVS Maluginensis.) In vocibus P. Seruilius fœde erratum est, neque enim Maluginensis est Seruiliorum cognomen, sed Corneliorum. Errauit autem librarius, quia cùm Seruius Cornelius esset scripturus, Seruilius scripsit. Quo errore nihil est in libris manuscriptis frequentius. Emendandum est autem, Ser. Cornelius Maluginensis: primum quia Diodorus in hunc annum nominat tribunum militum σέρουιον κορνήλιον μαλούγινα, deinde quia Ser. Cornelium Maluginensem per hæc tempora

porà tribunum militum septies fuisse inuenio in tabulis Capitolinis, qui numerus ex Liuio colligi non potest, nisi hunc annum numeremus. Id autem ex sequenti descriptione cognosci poterit.

An. 385. Ser. Cornelius, lapides Capitolini addunt, Maluginens. VII.
385. Ser. Cornelius, lapides Capitolini addunt, Maluginens. VI.
376. Ser. Cornelius Maluginensis.
374. Ser. Cornelius Maluginensis IIII.
372. Cornelius Maluginensis III. mendosè tamen II. legitur.
370. Ser. Cornelius.
365. Ser. Cornelius Maluginensis, qui mendosè P. Seruilius Maluginensis dicitur.

Qoando igitur nullus alius annus inuenitur, quo Ser. Cornelius Maluginensis primum tribunatum gesserit, cum hoc anno gesisse dicendum est. FLVMEN Allia.) Alia scribe, vt dixi.

ROMANI, cùm pars maior ex acie Veios petisset, quàm Romam, nemo superesse quenquam præter eos, qui 171
Romam refugerant, credere, complorati omnes pariter viui, mortuiq; totam prope vrbem lamentis repleuerũt.) Quanquam ferre hęc lectio potest, nescio tamen, cur non antiqua, quæ multò rectior est, restituatur, quæ est: Romani, cùm pars maior ex acie Veios petisset, nec superesse quenquam, præter eos, qui Romam refugerant, crederent, comploratis omnibus pariter viuis, mortuisq; totam prope vrbem lamentis repleuerunt. IN ARCEM, Capitoliumq; concedere.) Vet. lib. Conscendere. VRBIS per trecentos sexaginta annos omnibus bellis victricis.) Hunc numerum Glareanus putat esse mendosè, quod hic annus non sit ab Vrbe condita CCCLX. verùm CCCLXV. vt Liuius ait paulò pòst in Oratione Camilli, neq; intelligi Romam dici hoc anno per CCCLX. annos omnibus bellis victricem fuisse, & rectè dici. Nam à primo bello, quod anno quarto ab Vrbe condita gessit Romulus, vt ait Dionysius, cum Sabinis ad hunc anni numerantur CCCLX. post autem Camillum, cùm Romam captam anno CCCLXV. ait, annos ab origine vrbis, non à prima victoria numerare, quanquam lib 7. rhetoricè ait, conditæ vrbi æqualem victoriam esse. [Glareanus non dicit mendosè, sed dicit non rotundam supputationem.]

L. ALBINVS de plebe.) Vet lib. L. Albinius. Valerius item Maximus, vt est in manuscriptis, Albinios, re- 172
ctè. Est enim nomen gentis plebeiæ, non cognomen patriciæ Postumiæ. IRRELIGIOSVM ratus sacerdotes publicos, sacraq; populi Romani pedibus ire, ferriq; se ac suos in vehiculo conspici.) Distinguenda verba ita: Pedibus ire, ferriq;, inde, se, ac suos in vehiculo conspici. Nam ire ad sacerdotes, ferri ad Sacra refertur.

M. PAPYRIVS vnus ex his.) Hunc vocat in Camillo μάκιον ταμίειον Plutarch. credo vitiose pro μάνιον παπίριον, 173
vt sit M Papirius Crassus, qui consul, & tribunus mil. fuit ante annos ad triginta, ex quo merito eum vocat senem honoribus perfunctum. CHARITATE ædium suarum.) Vet. lib. Sedum, quo pacto veteres locutos esse docet Priscianus lib. 7. Frequentius inquit in Es terminantia vbique I. inueniuntur, vt vatum pro vatium. Vergil. in 4. Multaq; præterea vatum prædicta priorum. Cicero pro Sextio: Vestrarum sedum templorumq; causa. Est autem locus pro Sextio mendosissimus. Nam vulgò legitur: Te patria obtestor, & vos penates, patrijque dij, me vestrarum sedium, templorumq; causa, &c. cùm & Testor, &c. Sedum, & Templorum legendum sit. QVOCVNQVE clamor, sonitus hostium, mulierum, puerorumq; ploratus, sonitus flammæ, & fragor tectorum.) Vox prior, Sonitus, redundat. neque enim propriè sonitus hostium dicitur, sed flammæ. Rectè autem habebit res si sua cuique reddantur, clamor hostium, ploratus mulierum, sonitus flammæ. Quod etiam veteres comprobant libri.

A CEDITIO.) Vet. lib. Ab Q. Cædicio. AD SALINAS.) Romanas Salinas vocat lib. 7. C. FABIVS 175
Dorsno.) Dorso, vt Mento, vt Labeo, scribendum, ex veteribus libris, & Valerio Maximo, & Velleio libro primo, qui inquit. Fabio Dorsone consule Pæstum colonia deducta. GABINO cinctu, sacra manibus gerens.) Libri quidam scripti habent, Gabino ritu cinctus: Quam lectionem habet etiam Valerius Maximus libro primo. C. Fabius Dorso, inquit, Gabino ritu cinctus manibus, humerisque sacra gerens. Et Liuius libro decimo: Incinctum Gabino cultu super telom stantem. Ego tamen nihil mutandum censeo. Nam idem Liuius libro octauo de Decio ait: Ipse incinctus cinctu Gabino. Et Vergilius: Ipse Quirinali trabea, cinctuque Gabino insignis. Et Festus: Procincta classis dicebatur, tum exercitus cinctus erat Gabino cinctu. CVIVS haudquaquam negligens est.) Vet. lib. Est gens. PONTIVS Cominius.) Cominus. Vet lib. & Front. lib. 3. cap. 13. Quod probo. Plutarchus de Fortune Romanorum, γάιον πόντιον vocat. EADEM digressus nuncius Veios contendit. Eandem sententiam de eodem loquens expressis verbis Quadrigarius, vt est apud Gellium lib. 17. cap. 2. Cominius, inquit, qua ascenderat, descendit, atque verba Gallis dedit, id est, latuit Gallos. Itaquè Degressus, non digressus, legendum. Quam vocem sæpe deprauatam apud Liuium sæpe ostendam. Est autem. Degredi, Descendere. Item legendum paulò pòst, degressus ex arce. CARMENTIS saxum.) Id est, quod Carmentali portæ imminet, vt Plutarchus in Camillo ait, & Dionysius libro decimo, vbi de Capitolio ab Ap. Herdonio capto tradit.

CVM primos sterneret.) Vet. lib. Cum proximos sterneret. SELIBRAS farris, & quartarios vini.) Re- 176
pudianda est antiqua quorundam librorum lectio, qui habent: Sex libras farris, sex quartarios vini. Etenim Plutarchus in Camillo ita vertit: σίτου μὲν ἡμίλιτρον, οἴνου δὲ κοτύλας ἑλληνικὰς τέτταρας. Eodem modo lib. 7. Liuius: Libras farris, sextarios vini contulerunt. P. SVLPITIVS tribunus militum.) Q. Sulpicius, vt antè dixi. OB nocturni periculi memoriam.) Vet. lib. Nocturni periculi memoria. HVMORI'QVE, ac frigori assueta.) Vet. lib. Humori, ac frigori assueta. TVM æstu, & rigore vexati, vulgeris velut in pecora morbis morerentur.) Vet. lib. Cum æstu, & algore vexata vulgatis velut in pecua morbis moreretur. Hæc enim omnia referuntur ad vocem illam, Gens. Alij libri, langore, non algore habent. ET CVM stationes procederent.) Veteres libri aliquot, Et cùm in stationes procederent. INTER P. Sulpitium.) Legendum, Inter Q. Sulpicium, vt dixi. AVDITA'QVE intoleranda Romanis vox, væ victis esse.) Festus hũc locum sic expressit: Væ victis in prouerbium venisse existimatur, cum Roma capta Senonibus Gallis aurum ex conuentione, & pacto pensum, vt recederent, quod de iniquis ponderibus vno ex tribunis querente, Brennus dux Gallorum ad pondera adiecit gladium, & dixit, væ victis: quem postea Furius Camillus cum insidijs circumuentum concideret, & quereretur contra fœdus fieri, eadem voce remunerasse dicitur. SED dijque, & homines prohibuere.) Veteres plerique libri, Sed dij, & homines.

RETVLIT, & Senatusconsultum facit.) Veteres lib. Retulit, Senatusconsultum fit. CVM CÆRI- 177
TIBVS publicè hospitium fieret.) Gellius libro 16. capite 13. Cæritibus hoc tempore ciuitatem datam sine suffragio ait, ob conseruatorum sacrorum meritum. LOCVTIO.) Aio Locuto, vt ante dixi. IN IOVIS sellam collatum.) Repone cellam, vt lib. 6. In Iouis cella constat ante pedes Iunonis positas fuisse.

178 QVID inter nos ac maiores intersit.) Vet. lib. Ac maiores nostros intersit.

179 NON MALITIS hanc solitudinem vestram, quàm vrbem hostium esse?) Sensus, quem se percipere non posse Glareanus ex his verbis fatetur, hic est: Si Aequi, Volsciq; Romam commigrent à vobis relictam, non ne malitis Romæ solitudinem hanc vestram esse, quàm vrbem hostium Veios? Solitudinem autem iccircò ait, quia vastatam à Gallis Romam plebs deserere cupiebat, & Veios transmigrare. Hoc autem vult is: Nónne relictis tum Veijs ad Romam occupandam recurretis? [Docere Glareanum nititur, sed is æquè intelligit, ac antea, hoc est, dicit se non intelligere, & vix credit Sigonium quid diceret intellexisse.]

180 ET quidem fatebor vobis.) Vet. lib. Equidem fatebor vobis. FORTVNA certè loci huius transferri non possit.) Vet. lib. Transferri hinc non possit.

IN EPITOMEN LIBRI VI.

RES aduersus Aequos & Volscos, & Hetruscos prosperè gestas continet.) Pro Hetruscos repone, Prænestinos. Nam hæc vox est in Vet. lib. Et de Prænestinis subactis agit hoc in libro pluribus Liuius. SABBATINA.) Sabatina vno b, scribendum. Est enim, vt ait Festus, à Sabate lacu appellata. PROMENTINA, Arniensis.) Tromentina, Arniensis, scribendum ex Festo, qui à campo Tromento tribum Tromentinam inuenisse nomen ait. Item ex veteribus libris, oratione prima contra Rullum, & lib. 29. Liuij. NE CVI de Manlia gente Marco cognomen esset.) Perspicuè mendosum, Marco cognomen. Prænomen enim potius scribendú esset, vt ait Quintilianus lib. 3. M. Manlij prænomen è familia in posterum exemptum est: At legendum tamen puto Nomen. Errauit autem librarius, quia Marco cognomen scripsit syllaba, vt fit, repetita, sine causa. Itaque rectè Plutarchus in lib. τῶν κεφαλαίων. τὸν μάλλον ἀπόμοτον φασὶν εἶναι τῷ οἴκῳ μηδενὶ Μαλλίῳ ὄνομα Μάρκον τίθεσθαι. [Huic emendationi Robortellus lib. 1. emendat. cap. 23. opponit locum ex Valerio Max. lib. 3. cap. 4.] VT consules etiam ex plebe fierent.) Veteres libri non habent Etiam. EAM legem.) Vet. lib. Eamq; legem. PRIMVS omnium ex plebe factus est.) Induc vocem, Omnium, ex Vet. lib. NE cuiquam.) Vet. lib. Ne cui.

IN LIBRVM VI.

TVM quod perraræ per eadem tempora literæ fuere.) Vet. lib. Tum quod & raræ per eadem Nam sequitur pars altera: & quod etiam. ET, quod etiam si quæ in commentarijs pontificum, alijsq; publicis, priuatisque erant monumentis incensa vrbe pleræq; interire, clariora deinceps, certioraq;, &c.) Plutarchus de Fortuna Romanorum hæc verba ex Liuio vertit, citato eius nomine. Ita, ἀλλὰ τί δεῖ περὶ τούτων διαπιστεῖν, ἃ σαφὲς οὐδὲν, οὐδὲ ὡρισμένον ἔχει, τοῦ γε καὶ τὰ ὑπομνήματα διαφθαρῆναι τῶν Ῥωμαίων, καὶ συγχυθῆναι τὰς ὑπ' αὐτῶν ἀπομνημονεύσεις, ὡς Λίβιος ἱστόρηκε. τὰ δὲ ὕστερον μᾶλλον ὄντα δῆλα καὶ καταφανῆ δηλοῦσι τὴν τύχης εὐμένειαν.

181 CÆTERVM primo quo adminiculo erecta erat, eodem innixa stetit.) Lege ex veteribus libris: Cæterùm quo primo adminiculo. INTERREGNVM inijt P. Cornelius Scipio.) Vet. lib. Inter Interregnum inijt tum P. Corn. P. CORNELIVS Scipio interrex.) In vet. codicibus paucis non est vox illa, Interrex. Eademq; aut non admodum necessaria est, aut si necessaria, pro interrex, Iterum, reponendum est. Si quidem hic idem interregnum etiam antè cepit. [Hos locos ex Glareano emendauit.] A. VALERIVM Publicolam iterum.) Ex quatuor reliquis eius tribunatibus mil. apparet non A. sed L. Valerium Poplicolam legendum. Auli etiam prænomen non tulerunt, quod memoriæ traditum sit, Valerij, nisi in mendosis perspicuè libris. II EX interregno.) Vet. lib. Hi ex interregno. ERANT autem ex duodecim tabulæ.) Vet. lib. Erant autem æreę duodecim tabulæ. ALIA ex eis edita etiam in vulgus.) Ex eis, id est, præterea, vt in principio lib. 29. DIEMQVE ad xv. Cal. Sextiles.) Legendum puto, Diemque ad xv. Kal. Sex. Qua de re infrà dicam. NON litasset Sulpicius.) Vet. lib. Non litasset P. Sulpicius, at ego suprà ostendi Q. Sulpicius legendum. INDE vt postridie Calendas quoq; ac Nonas eadem religio esset traditum putant.) Miratur Glareanus Liuium dixisse, Traditum putant, pro Tradunt, eumq; quasi parum latinè loquutum arguit: verum immeritò, non enim interpuncta scitè hæc verba sunt, verùm ita debent distingui. Inde, vt postridie Kal. quoq; ac Nonas eadem religio esset, traditum, putant, hoc sensu. Inde putant traditum atque institutum esse, vt postridie Kal. & Nonas ater dies haberetur. Id enim ita esse docet Macrobius libro primo Saturnalium. Tum patres iussisse, vt ad collegium Pontificum de his religionibus referretur, pontificesq; statuisse, postridie omnes Kal. Nonas, Idus atros dies habendos. Idem tradit etiam Gellius lib. 5. cap. 17. Et Plutarch. in libro τῶν κεφαλαίων, citato etiam Liuij testimonio. [Glareanus ait se Syntaxin non intelligere, ex quo non sequitur Liuium nó loqui satis latinè, vt hic falsò syllogizat.] AD MECIVM is locus dicitur.) Plutarchus in Camillo in expositione huius belli bis ait περὶ τὸ Μαίκιον ὄρος, id est, ad Marcium montem, vt intelligi ex eo possit hoc etiam in loco legendum esse diuisis vocibus, ad Marcium. Eiusmodi loquendi forma est apud Festum lib. 4. Capralia appellatur ager, qui vulgo ad Capræ paludem dici solet. Item scribit Diodorus lib. 14. Verba eius omnia apponam, quia liber ille adhuc vulgatus non est. ταπεινῶν δ' ὄντων Ῥωμαίων διὰ τὴν προειρημένην συμφορὰν οἱ Οὐολοῦσκοι πρὸς αὐτοὺς πόλεμον ἐξήνεγκαν. οἱ μὲν οὖν χιλίαρχοι τῶν Ῥωμαίων καταγράψαντες στρατιώτας, καὶ προσαγαγόντες τὴν δύναμιν εἰς ὕπαιθρον ἐν τῷ καλουμένῳ Μαρκίῳ κατεστρατοπέδευσαν, ἀπέχοντες ἀπὸ Ῥώμης σταδίους διακοσίους. τῶν δὲ Οὐολούσκων μετὰ μείζονος στρατιᾶς ἀντιστρατοπεδευόντων, καὶ τῇ παρεμβολῇ προσβαλόντων, οἱ κατὰ τὴν Ῥώμην φοβηθέντες ὑπὲρ τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ κατέστησαν αὐτοκράτορα μὲν Μάρκον Φούριον: quo loco legendum est Μαίκιον, ex Vet. lapid.

182 QVOMINVS speratam minimè largitore duce.) Vet. lib. Speratam à minimè largitore duce. VICTOR ex Volscis in Aequos transijt, exercitum eorum ad Bolas oppressit.) Hanc rem his verbis complexus est Diodorus lib. 15. μετὰ δὲ τὴν μάχην δυνάμει αὐτοκράτωρ πορθήσας πόλιν Βώλας ὑπὸ Αἴκλων τῶν νῦν Αἰκικλῶν καλουμένων, &c. AD deditionem Volscos septuagesimo demú anno subegit.) Mouet me numerus septuagesimus. Etenim Volsci bellum renouarunt Liuio auctore anno CCLIX. hoc autem demum anno, qui est CCCLXVII. ad deditionem subacti sunt. Quæ summa annos continet centum ac septem, vt mendose locus esse videatur, ac pro septuagesimo, septimo ac centesimo sit reponendum. [Hunc locum Glareanus ante Sigonium tractauit, sed Sigonius egregiè dissimulat.] ETRVRIA propè omnis armata Sutrinm socios populi Romani obsidebat.) Quos hic socios Sutrinos vocat Liuius, colonos nominat Diodorus eodem lib. ἐπιθέμενοι δ' αἰφνίδιον εἰς Σουτριανὴν οὖσαν ἀποικίαν, ταύτην βίᾳ κατελάβοντο. MVLTITVDO in custodias diuisa.) Vet. lib. Dimissa. DIES præstituta, capitalisq; pœna, qui non remigrasset Romam.) Vet. lib. Nisi remigrassent Romam, placet.

IVLIVS Tullus.) Lege L. Iulius Iulus, ex Diodoro. SVLPITIVS Ruffus.) Sulpicius Rufus, ex Vet. lib. 183
& argenteis nummis. AD Cortuosam.) Cort Nossam legendum ex fragmentis originum Catonis. Con-
tenebra.) Cort Enebra, ex ijsdem. L. PAPIRIVM, Cn. Sergium, L. Aemylium iterum, L. Licinium, M. Me-
nenium, L. Valerium Publicolam tertium.) Ita propè etiam Veteres libri, præterquam quod pro L. Licinium,
M. Menenium, habent Licinium Menenium. Nam cùm animaduertissent quidam non nisi quinque tribunos
militum memorari, Licinium, Meneniumq; duos fecerunt, quàm inconsulto autem id egerint, vnus Diodorus
ostendere potest, apud quem huius anni tribuni his nominibus eduntur: λεύκιος παπίριος, γάϊος σέργιος, λεύκιος
μενίνιος, γάϊος σερουίλιος, ἀκίλιος αὖλος, κόϊντος φάβιος. Ita pro Cn. Sergio est, C. Seruilius, pro L. Aemilio, Q. Fa-
bius. Additur postremò sextus tribunus, vitio librariorum apud Liuium omissus, C. Cornelius. Erroris causam
præbuit librarijs, quod cùm scripturi essent, C. Cornelius, C. Sergius, C. Sergium tantum scripserunt, alterum
reliquerunt. Puto autem legendum esse, C. Sergius: nam Liuius post etiam C. Sergium III. tribunum edit. Non
ergo Licinius Menenius, sed L. Menenius legendum, vt Diodorus ait. Nam prænomen huic quærimus: Licinius
autem gentis nomen est.

POMATINA, Sabbatina.) Tromentina, Sabarina, ex Vet. lib. vt antè dixi. EÆ'QVE triginta quinque 184
numerum expleuere.) Lege viginti quinq; ex Ver. lib. vt antè. POPVLOS iuuentutem suam misisse ad id
bellum.) Vet. lib. Iuuentutem summisisse. TAM honoratorum collegarum obsequio.) Vet. lib. Tam hono-
rato collegarum obsequio. TE Sergi Cornelij.) Vet. lib. Te Serui Corneli. DVCIBVS pluribus, & ex-
ercitibus administrandam remp. esse.) Vet. lib. Administrandam remp. opus esse. Ex quo intellexi legendum
ad administrandam remp. opus esse. ARMA, tela, frumentum, quæq; belli alia tempora poscent.) Vet. lib.
Arma, tela, frumentumq;, quæ bellica tempora poscent.

AB NEPETE, ac Sutrio.) Reprehendit Liuium Glareanus, quod Nepete dixerit in casu auferendi, cùm Ne- 185
peti fuerit dicendum, quippe cùm in recto casu Nepete dicatur: sed facit iniustè, non enim Liuius scripsit vllo in
loco Nepete, sed Nepet, vt est in vetustis libris. Docent autem Grammatici, Carisius & Priscianus, Git, & Nepet,
oppidi Italici nomen t litera terminari, eaq; flecti non posse. Quanquam ne si Nepete quidem in recto casu di-
ceretur, Nepeti tamen esset ei in ablatiuo edendum. Nam propria in e desinentia eiusdem terminationis habent
nominatiuum cum ablatiuo, vt Præneste. Dixit enim Vergilius: Quique altum Præneste viri. Et: Qualis eram
cùm primum aciem Præneste sub ipsa. Hæc Priscianus. Sic etiam infrà corrigendum est, Nepet exercitus ductus,
pro Nepete. [Glareanus non reprehendit Liuium, sed ad honorem eius ait, eum non curasse rancidas Gram-
maticorum leges.]

ITAQVE diuiso exercitu.) Vet. lib. Ita diuiso exercitu. OPPIDANIS iam oppugnando fessis.) Vet. lib. 186
Pugnando. T. & L. Quintijs Capitolinis, L. Papyrio Cursore tribunis consulari potestate.) Hoc habet boni
veteres libri, quod in ijs est, L. Papirio Cursore II. tribunis militum consulari potestate. Quoniam autem non
nisi quinque tribunorum nomina eduntur. C. autem Sergius, & antè semel, & post tertium tribunus militum
fuisse à Liuio traditur, quo autem anno iterum fuerit, nisi hoc dicamus, ne colligi quidem coniectura potest,
propterea videtur esse legendum, L. Papirio Cursore II. C. Sergio II. tribunis militum consulari potestate.
[De C. Sergio admonuit quoq; antè Glareanus: Hic autem quasi primum hoc viderit narrat.]

ET non contentus agrarijs legibus, quæ materia semper tribunis plebis seditionum fuisset, idem moliri 187
cœpit. Acriores quippe æris alieni stimulos esse, qui non egestatem modo, atq; ignominiam minentur, sed neruo,
ac vinculis corpus liberum territent, & erat æris alieni magna vis, res damnosissima etiam diuitibus ædificando
contracta.) Huius loci obscuritatem cùm sentiret Glareanus, ita de eo tradidit: Colon ponendum puto post ver-
bum, Stimulos: Quæ verò deindè sequuntur, verba sunt, Manlij sediriose conquerentis de patribus, mouentisq;
feriarui inuidiam. Qua in re laudandum Glareani ingenium, quòd difficultatem sensit, irridendum, quod por-
tenta dixit, neque, quæ verba vitium contineretur, intellexit. [Glareanus non ait portenta, quare ea illi affin-
genda non erant.] Vitiose autem habent illa, Idem moliri. Neque enim intelligi potest, quid velit Liuius,
cùm ait: Non contentus agrarijs legibus idem moliri cœpit: Neque enim Manlius, de quo nunc loquitur agris
dandis, vt Sp. Cassius, neque frumento, vt Sp. Mælius, sed pecunia condonanda, vt nemo antè, plebem ad se alli-
ciebat. Cùm autem eos, qui æs alienum fecerant, quia soluendo non essent addictos duci ægrè pateretur, atque
id ne fieret sua se pecunia prohibiturum esse profiteretur, propterea rectè dici potest, fidem moliri cœpisse: Ita vt
legatur non, Idem moliri, sed fidem moliri cœpit. Est autem fidem moliri prohibere ne qui debent, ea quæ de-
bent, soluant. Sic autem suprà accepit Fidem lib. 3. Haud salubrem vtique Lartij sententiam putabant, quæ fi-
dem tolleret. Et Cicero pro lege Manilia: Scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse. Et paulò pòst Hęc
fides, atque hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro versatur implicita est cum istis pecunijs Asiaticis,
ruere illa non possunt, vt hæc non eodem labefactata motu concidant. Et Cæsar lib. 3. Bellorum ciuilium. Cùm
fides tota Italia esset angustior, neq; creditæ pecuniæ soluerentur. Et Liuius hoc libro haud ita multo pòst: Spem
factam à te ciuitati vide, fide incolumi ex thesauris Gallicis, quos primores patrum occultent, creditum solui
posse Sic libro 9. Montes sua sede moliri, pro demoliri. Et alio loco, Fores moliri. QVÆ nunc vix seminario
militum relicto seruitia Romana ab solitudine vindicant.) Huius loci, quod se non intelligere Glareanus fate-
tur. hic est sensus: Ea tum loca frequentissima fuisse, quæ nunc propè deserta essent, nisi à seruis Romanis, qui ea
à solitudine vindicant, colerentur, præsertim cùm ibi pauci admodum sint, qui militent, vix militum exiguo se-
minario relicto. GLADIIS tantum dextram armemus.) Vet. lib. Dexteras. TV Quinti.) Vet. lib. Tu T.
Quinti.

FLVCTVANTIS similis acies.) Vet. lib. Fluctuanti similis. ILLI deuouere.) Vet. lib. Illi se deuouere. 188
SIVE vt & ipse in parte prædæ sis, siue quia vanum indicium est.) Vet. lib. Siue quod & ipse in parte prædæ
sis, siue quod vanum indicium est. VERBORne abstuleritis obseruantibus etiam oculos.) Vet. lib. Oculis. 189
SATRICVM coloniam duo millia ciuium Romanorum.) Non dubito, quin apud Velleium lib. 1. vbi ait: 190
Sutrium post annos VII. quam capta Roma est, deductam esse coloniam: legendum sit ex huius loci auctoritate,
Satricum. Satrici etiam coloniæ meminit lib. 9. Liuius. Nam coloniæ Sutrij meminit Diodorus anno post Ro-
mam captam. COLONIS Circeiensibus, & à Velitris purgantibus se.) A Velitris dixit, vt primo lib. Turnus
ab Aricia. Et Vergilius in Georgicis: Pastor ab Amphryso.

CREATIQVE tribuni militum consulari potestate Sergius Cornelius Maluginensis secundum, P. Valerius 191
Potitus iterum.) Antiqui libri ita: Creatique tribuni militum consulari potestate ex patribus Seruius Corne-
lius Maluginensis II. Ex patribus autem iccircò dictum est, quia aliquando per hæc tempora fiebant etiam ex
plebe. Cæterum non Maluginensis II. sed III. scribe: Nam proximè infrà IIII. fuisse dicitur, & iam bis antè
fuisse eundem docuimus. TEMPVS EST etiam maiora conari.) Vet. lib. Vnde tempus est etiam maiora conari.

192 Tribuni consulari potestate, tribunique plebis.) Vet. lib. Tribuni militum consulari potestate. M. Menenius, & Q. Publius tribuni plebis.) Lege, M. Mænius, & Q. Publilius. Mænius, quia Menenij patricij, & sæpe in hoc nomine erratum est. Publilius, ne duo prænomina coëant. Quod in hac gente fit vbique, vt antè etiam admonui. Qvid cum plebe aggredimur.) Videtur legendum, Quin cum plebe. Ad hoc seruatos.) Vet. lib. Ad hæc.

193 Nepete coloniæ deducendæ.) Vet. lib. & ratio, quam ante attuli, docent, Nepet, legendum esse. Labicanis.) Vet. lib. Lauicanis.

194 Foede'que in captis exercuere victoriam.) Vet. lib. Fœdamq; in captiuis exercuere victoriam. M. Furium Camillum VII. tribunum militum.) Vet. lib. VI. vt antè ostendi, & rectè.

195 Versus itaq; in victoriam terror, & nouo hoste, & supina valle Romanam inclinauit aciem.) Duas causas affert, quibus Romana acies exterrita inclinata est. Nouum hostem & supinam vallem, quam paulò ante legem à tergo cliuum appellauit. Itaque locum integrum esse censeo, contra atq; censet Glareanus. [Glareanus non ,, ait corruptum locum, sed obscurum ac suspectum.] Et, qvod ductu meo soletis, vincite.) Vet. lib. Et vt ductu meo soletis, vincite. Nisi victorem receptatura sunt.) Vet. lib. Receptura. Inde vt circumagi signa obuertiq; aciem viderunt in hostem.) Deest vox vna ad sententiam complendam, quæ est in veteribus libris, in quibus ita legitur. Vt circumagi signa, obuertiq; aciem viderunt, ruunt in hostem.

196 Verbis confutare nihil attinet.) Vet. lib. Nil attinet. Ab Thusculo legiones reductæ.) Vet. lib. Deductæ. Creatis militaribus trib.) Vet. lib. Creatis tribunis militaribus. Licinio Menenio II.) Miror eos, qui supra Licinium Menenium in L. Licinium & M. Menenium commutarunt, huius loci rationem non habuisse. Alioquin frustrà quæras, quo primum anno Licinius hic Menenius tribunus militum fuerit: opus est igitur in emendando diligentia summa, vt omnes omnibus locis certissima ratione respondeant. L. autem Menenio II. esse legendum, apparet ex priore tribunatu, vt docui ex Diodoro.

197 In agro Sabino concedisse.) Consedisse. Qvin ipsi Galli si offerantur, illo loco se ita pugnaturos.) Vetusta lectio vestigia certa continet germanæ lectionis, in veteribus enim libris aliquot est. Quin ipsi sibi Galli se offerant. Puto autem legendum: Quin ipsi si ibi Galli se offerant. Ibi autem intelligit, ad Aliam.

198 Die XX. quàm creatus erat, dictatura se abdicauit.) Nihil emendatius hac esse oratione videtur, cùm tamen si veteres libros attendamus, turpissimè deprauata sit, in quibus ita est: Duodeuicesimo quàm creatus fuerat dictatura se abdicauit. Item: duodeuicesimo quàm creatus fuerat die, dictatura se abdicauit. Quod magis probatur: prior enim syllaba vocis, Dictaturæ, in errorem impulisse librarium videtur, vt vocem, Die, omiserit. Hæc autem si germana lectio est, accipiendum est dictum esse, duodeuicesimo die, pro XXII. die: sic enim antiquos locutos esse docet Nonius his verbis: Duodeuicesimo, ita vt, Duodecimo. Varro humanarum rerum libro 16. Mortuus est anno duodeuicesimo, rex fuit XXI. Cato quarto originum. Inde duodeuicesimo anno post dimissum bellum, quod IIII. & XX. annos fuit. Quanquam Gellius lib. 5. cap. 4. Superius exemplum ex Fabij annalibus profert ita: Mortuus est anno duo & vicesimo, Rex fuit anno vicesimo primo. [Næ hic Sigonius ostendit se ,, quoq; errare posse, cùm Liuius lib. 1. de Tarquinio Prisco dicat duodequadragesimo fermè anno, ex quo regnare ,, cepit Tarquinius. Quis nescit pro XXXVIII. anno dictum?] Plebs C. Sextilij, M. Albinum.) Vet. lib. M. Albinium, optimè: est enim è plebe. Cvius & ipsos post modò & patres, qui dederant, pœnituit.) Vet. lib. Postmodum. Vtrobiqve proditæ temeritate, atq; inscitia res.) Vet. lib. Prodita. Eodem anno etiam ipsis querentibus penuriam hominum, noui coloni adscripti.) Desideratur coloniæ nomen. Nam de Prænestinis rebellantibus intelligi non potest. nec de Satrico quidem, & Velitris, neq; enim syllabas habent, quę erroris causam tribuere librario potuerint. Itaq; ego sine dubio legendum puto. Eodem anno Setiam ipsis querentibus. Setiæ enim coloniæ post Satricum deductæ meminit Velleius lib. 1. Et Liuius lib. 7. extremo Norbam, & Setiam finitimas colonias vocat, cùm tamen quo anno deducta Setia sit, nusquam apud eum extet. Quod autem Noui coloni dicat de ijs, qui tum primum deducti sint, non est mirum. Etenim sic loquutus est suprà: Norbę in montes nouam coloniam miserunt. Et Pædian. in Pison. Pompeius non nouis incolis eas constituit, sed veteribus incolis manentibus ius dedit Latij. Item Placentiam noui coloni deducti sunt. Q. Servilio II. Licinio Menenio III.) Pro Licinio Menenio III. legendum puto. C. Licinio, me in hanc sententiam ducit Diodorus, qui quatuor huius anni tribunos militum his nominibus edit: λεύκιος φούριος, κόιντος σερουίλιος, γάϊος λικίνιος, πόπλιος κλοίλιος. Item Liuius, qui postea C. Licinium eum, qui primus è plebe magister equitum fuit, tribunum militum scribit fuisse, neq; tamen quo anno fuerit, extat, nisi hoc anno dicamus. Item quod idem sequenti anno tribunos militum patricios omnes à plebe inuita factos scribit, quasi verò hoc ipso non omnes fuerint, siquidem C. Licinius è plebe fuit. Quod verò in veteribus etiam libris legatur Licinio Menenio III. causam attulerunt imperiti illi emendatores veteres Nicomachus & Victorianus, qui quia scripserant, bis Licinium Menenium ante tribunum, hoc etiam loco inscitè scripserunt, vbi in Licinium inciderunt, & de suo III. addiderunt, itemque Menenium.

199 Dvobvs millibus indè aberat.) Vet. lib. Duo millia passuum indè aberat.

201 Qvam nec honos, nec gratia intrare posset.) Vet. lib. In quam nec. Alteram de modo agrorum, ne quis plus quingenta iugera agri possideret. Huius legis meminit his verbis Varro libro primo de re rust. Nam Stolonis illa lex, quæ vetat plus quingenta iugera habere ciuem Romanum. Tertiam ne tribunorum militum comitia fierent, consulumq; vtiq; alter ex plebe crearetur.) Repone, vt est in Vet. lib. Ne tribunorum militum comitia fierẽt, sed consulum, & vt vtiq; alter ex plebe crearetur. Ita enim fit, vt huius legis duo capita essent: vnum, quo tribuni militares abrogarentur: alterum, quo consulatus plebeius constitueretur. A. et C. Valerij.) Legendum est P. & C. Valerij. Id docent Capitolina fragmenta, in quibus est, POPLICOLA V. Ex quo apparet, P. Valerium Poplicolam esse, qui quater ante tribunus militum fuit, & post etiam VI. traditur esse à Liuio. Quæ res in magnum errorem Glareanum induxit, vt annum ibi sine causa interijciendum esse putarit. [Glareanus alias adducit rationes, quę non diluuntur, vt fieri oportebat.]

202 C. Vetvrivs, A. & M. Cornelij.) Quia antea legebatur C. Veturius. M. Aulus, M. Cornelius: propterea probo coniecturam Glareani, quæ est vt legatur, C. Veturius II. A. & M. Cornelij. Nam C. Veturius semel ante fuit. A. autem & M. Cornelij infra iterum esse dicuntur, quorum alter Cossus est, alter Maluginensis. An placeret fœnore circumuentam plebem, ni potius quàm sortem creditum soluat, corpus in neruum, ac supplicia dare.) Glareanus tollendam vocem putat illam, Ni, & immeritò: Sensus enim est, Placeret ne plebem ni prius vsuram, quàm sortem soluat vinculis astringi? [Glareanus non simpliciter asserit hoc, sed sibi videri abesse posse clariore sensu.] Repleri vinctis nobiles domos.) Vet. lib. Nobilium domos. An iam memoria exisse.) Hic

Hic locus, quem alij aliter interpungunt, sic mihi viderut, legendus, atque interpungendus. An iam memoria
exisse, cum tribunos militum idcirco potius, quàm consules creari placuisset, vt & plebeijs pateret summus bo-
nos, IIII. & XL. annis neminem ex plebe tribunum militum creatum esse? Quis crederet duobus ne in locis sua
voluntare impertituros plebi honorem, qui octona loca tribunis militum creandis occupare soliti sint? IIII.
& XL. annis neminem ex plebe tribunum militum creatum esse.) Reprehendit bunc numerum Glareanus, vt
alios mulros, quòd à primis tribunis militum vsq; ad hunc annum multò plures numerētur anni, quàm XLIIII.
itemq;, qoòd sæpius quàm quater & quadragies fieri ex plebe tribuni militum potuerint. Verùm iniusta accu-
satio est, Mens enim auctoris est hæc: Quater & quadragies tribunos militum ex patricijs solis factos esse nullo
admisto plebeio. Hinc errot natus est Sex. Rufi, qui scribit, Romam sub tribuois milirum consulari potestate
fuisse annos XLIII. Quanquam re diligenter inspecta, ne patricios quidem solos in hoc magistratu fuisse, reperire
possum, nisi annos duos & quadraginta. Ex plebe cœptos creari?) Tolle notam interrogationis.
Et vti rogassent primæ tribus dicerent.) Veteres libri habent, Vri rogas, non solum hoc in loco, sed etiam 203
lib. 10. vbi ait Liuius: Hanc legem vti rogastis iubendum ceuseo, & rectè: Fuit enim Vti rogas, vox, aut tabella, qua
populus rogatus in iubendo, sciscendoq; aliquid, vtebatur, de qua Cicero lib. 2. de Legibus: Suade igitur istam
ipsam legem, vt ego, Vti rogas, posim dicere (sic enim legendum est, non vt legitur, edicere.) Idem ad Attic. lib.
3. Tabellæ ministrabantur ita, vt nulla daretur, Vti rogas. Itaq; apud Liuium lib. 30. De pace vti rogassent omnes
tribus iusserunt: legendum est, Vti rogas. Et lib. 31. In suffragium missi, vti rogarat, bellum iusserunt: Vti rogas.
Has autem voces cum mendose esse animaduerterent ij, qui ante me Liuium emendarunt, Vri rogata est, Vti ro-
gatæ essent, Vti rogati estis, corrigendum sine ratione putarunt. Dictator intercessioni adero.) Vet. lib.
Intercessioni vestræ adero. Sacramento omnes iuniores adacturum, exercitum exremplò ex vrbe de-
ducturum.) Vet. lib. Exercitumq; exremplò educturum. Et quod vsque ad memotiam nostram tribuni-
cijs, consularibusq; certatum viribus est, Dictaturæ semper altius fastigium fuit.) Desideratur vox vna, sine qua
stare hæc sententia non potest, quam diu à me quæsitam vix in vno tandem manuscripto libro reperi. Et quod
quotiens vsq; ad: at malim illam postponi, sic: Et quod vsque ad memoriam nostram, quoties tribunicijs. De
plebeio consulatu antiquabant.) Vet. lib. De plebeio consule. Ni tribuni se.) Vet. lib. Ni tribuni ple-
bis se.
C. Licinio, qui tribunus militum fuerat, magistro equitum de plebe.) Hic non est C. Licinius, qui tri- 204
bunatus pl. nouem per hos annos gessit cum L. Sextio, vt tradit Plutarchus in Camillo. Nam de eo vel hoc etiam
anno tribuno plebis, ita suggerit Liuius: Licinius, Sextiusq; cum tribuoorum plebis creandotum indicta comi-
tia essent, ita se gerere, vt negando iam sibi velle continuari honotem acerrimè accenderent ad id, quod dissimu-
lando petebant, plebem. Pauloq; post ijdem loqountur: Iam nec collegas, nec bellum, nec dictatorem obstare,
quippe qui etiam omen plebeio consuli magistro equitum ex plebe dicendo dederit. Cùm autem non extaret
annus apud Liuinm, quo tribunatum hic militum cepisset, eum ipsum suprà ex Diodori auctoritate tradidi. Est
autem verisimile, si Liuius Licinium tribunum plebis intellexisset, non qui tribunus militum fuerat, sed qui
tribunus plebis erat, dicturum fuisse. Quod ne animaduertit quidam etiam Glareanus. Deinde comitijs
tribunicijs declararent voluntatem.) Tribunicia vocat comitia, quibus plebs mandare tribunatum plebis Lici-
nio, Sextioq; cupiebat. Quare non est, cur Tributis legamus, vt placet Glareano. Succlamare bona ve-
nia vestra liceat.) Hæc verba ita interpungenda, vt appareat: Bona venia vestra, &c. esse Appij succlamantis, sic:
Succlamare, Bona venia.
Non, inquit, licebit tu de fœnore atque agris.) Fœdata pulcherrima sententia est ab ijs, qui eam non perci- 205
pientes, non rectè distinxerunt: sic enim accipiendum est, vt illæ voces: Non, inquit, licebit: siot Licinij respon-
dentis Appio succlamanti. Reliqua verò: Tu de fœnore, &c. sint Appij, Licinium ex eius responso arguētis: Quare
sic scribe: Non, ioquit, licebit, Tu de fœnore, &c. Contra sensit Glareanus. Vt Sextium.) Vet. lib. Vti
Sextium: ex quo colligi potest legendum, vt L. Sextium. Videas, aut omnia accipe, aut nihil fero, vt si quis ei,
quem vrgeat fames.) Adde notam interrogationis voci, Videas? Quæ sequuntur verba: Aut omnia accipe, aut
nihil fero, verba sunt Licinij tribuni pl. ab Appio recitara per μίμησιν, perinde atque illa. Non, inquit, licebit. Iam
verò illa. Vt si quis ei, quem vrgeat fames: sunt Appij coarguentis Licinij senrentiam illam: Aut omnia accipe,
aut nihil fero. Rogationibus tuis.) Adde notam interrogationis. Quid est dicere aliud, quia in-
dignos vestra voluntate.) Vet. lib. Quid est dicere aliud, nisi quia indignos, &c. Est aliquis se æstimari fa-
stidiat?) Et hæc, & quæ sequuntur verba sine interrogatione legenda sunt.
De decemviris sacrorum ex parte de plebe creandis pertulere.) Vet. lib. Legem pertulere. T. Quin- 206
tium Pœnom.) Penum, ex Capirolinis lapidibus. Cum quo prouocatus manus conseruit.) Vet. lib. Ma-
num. Hoc autem anno in Albano agro cum Gallis dictatore M. Furio signa collata.) Hac de re sic Polybius lib. 2.
[illegible] δὲ πάλιν τῶν κατῶν εἰς Ἄλβαν στρατεύματι μεγάλῳ μετὰ τὴν τῆς πόλεως κατάληψιν ἔτει τριακοστῷ. Hoc tamen à Liuio
discrepat, nam à Roma capta ad hunc annum non XXX. sed XXIII. apud Liuium numerantur. Prope se-
cessionem plebis, terribilesq; alias mioas ciuilium certaminum venit.) Vet. lib. Propè ad secessionem: Probo,
Nam lib. 6. ait: Propè ad vltimum dimicationis ventum est. Et lib. 10. Quam prope ad vltimum discrimen nuper
ventum foret.

IN EPITOMEN LIBRI VII.

Dvo noui magistratus adiecti sunt.) In Vet. lib. non est vox, Noui, & sine ea sensus stare potest. A M. 207
Pompeio tribuno pl.) Lege, M. Pomponio, ex Liuio & Cicerone. Propter delectum acerbè factum.)
Vet. lib. Actum. Filium relegatum.) Vet. lib. Filium rus relegatum, rectè: sic enim Liuius. Manlius
adolescens.) Vet. lib. T. Manlius. Plus quingentorum iugerum.) Aut lege plus quingenta iugera, vt Li-
uius: aut, Plus quingentis iugeribus, vt in epit. lib. 6. Corvini nomen.) Corui nomen, vt pòst dicam P.
Decii tribuni.) Vet. lib. P. Decij Muris tribuni. In iugum, in quo Samnites sederant.) Vet. lib. Confede-
rant. Milites, qui Capuæ in præsidio eraot relicti, cùm de ea occupanda vrbe conspirassent.) Vet. lib. Cùm
milites Romani, qui Capuæ in præsidio erant relicti, de ea occupanda vrbe conspirassent. Corvinum di-
ctatorem.) Coruum, vt dicam. Patriæ restituti sunt.) Præter hæc adde. Res præterea contra Hernicos, &
Gallos, & Tiburtes, & Priuernates, & Tarquinienses, & Samnites, & Volscos prosperè gestas continet; sic enim
est in Vet. lib. atque ita est apud Liuium.

IN LIBRVM VII.

ANNVS hic erit insignis noui hominis consulatu.) Nouus homo apud Liuium dicitur, & is, qui magistratum capit, quem non antea gessit, & qui primus ex familia sua curulem magistratum cepit. Priore modo locutus est lib 22. Nec cuiquam eorum præter Terentium consulem, erat mandatus honos, quem iam non antea gessisset, præteritis aliquot fortibus ac strenuis viris, quia in tali tempore nullus nouus magistratus videbatur mandandus. Posteriore hoc loco: Hominem enim nouum L. Sextium plebeium vocat, qui primus è genre sua curulem magistratum consulatum ceperit. Nouis autem hominibus Nobiles opponuntur, & Nouitati Nobilitas. Nobiles autem ij dicti, qui maiorum suorum habent imagines. Imagines autem sui ponere, ac posteris tradere non possunt, nisi qui curulem magistratum gesserunt, quorum primus erat ædilitas. Qui magistratus quoniam soli e patricijs primum patuerunt, iccircò soli patricij nobiles primum appellati. Vbi verò plebi honores etiam curules sunt communicati, tum plebei etiam nobiles nominati ij, qui maiorum suorum imagines haberent. Est autem imago (auctore Polybio lib 6.) simulacrum oris similitudinem affabre, miroq; artificio effictam coloribus, pigmentisq; adumbratam referens, quam in insigniori ac celebriori domus parte collocabant. De iure autem ponendarum imaginum sic Cicero in Verrem: Ego me ob ædilitatem mihi delatam adeptum esse intelligo antiquiorem in senatu sententiæ dicendæ locum, togam prætextam, sellam curulem, ius, imagines ad memoriam, posteritatemq; prodendam. Et contra Rullum, Est hoc in more positum, Quirites, vt ij, qui beneficio vestro imagines familiæ suæ consecuti sunt, eam primam habeant concionem, qua gratiam beneficij vestri cum suorum laude coniungant. Est autem consequi imagines familiæ, magistratus, curules à maioribus suis item gestos capere. Et pòst: Me hominem nouum consulem fecistis. Item: Mihi apud vos de meis maioribus dicendi facultas non datur, non quod non tales fuerint, quales nos illorum sanguine creatos, disciplinisq; institutos videtis, sed quod laude populari, atq; honoris vestri luce caruerunt. Item: quemadmodum cùm petebam nulli me vobis auctores generis mei commendarunt, sic, si quid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me à vobis deprecentur. Et in Pisonem: Commendatio fumosarum imaginum. Et Liuius lib. 1. Ancus Marcius nobilis vna imagine Numæ. Et Pædianus in oratione in Toga, Cicero competitores quatuor plebeius habuit, ex quibus duo nobiles, duos qui tantum non primi ex familijs suis magistratum adepti erant. Et Liuius lib. 22 Nec finem ante belli habituros, quam consulem verè plebeium, id est, hominem nouum fecissent: Nam plebeios nobiles iam ijsdem initiatos esse sacris, & contemnere plebem, ex quo contemni desierint à patribus. PATRES præturam Sp. Furio M. Filio Camillo dederunt.) Hic M. Camilli quinquies Dictatoris filius fuit, auctore Suida, qui ita scribit in voce Πραίτωρ. πρῶτος στρατηγὸς ἀπεδείχθη υἱὸς Καμίλλου τοῦ πολλάκις μοναρχήσαντος, ὃν πραίτωρα τῇ ἰδίᾳ γλώττῃ οἱ ῥωμαῖοι ὀνομάζουσι. SVARVM gentium viris gratia campestri ceperunt) Vet. lib. omnes, Dederunt. Sic pòst ab patribus L. Cornelius Scipio consul datus. COLLEGAM consulibus) Prætor collega consulum dicebatur, quod ijsdem auspicijs crearetur, auctore Messalla apud Gellium lib 13. cap 14. CENSOREM, &c. mortuos ferunt.) Nomina censorum per hos annos edit nulla Liuius, in Capitolinis tabulis est. Postumius Albinus Regillensis, & C. Sulpicius Peticus. Albinus procul dubio mortuus. Nam de Petico pòst magna mentio fit. PAR deinde per quinq; & triginta annos.) Libri veteres, viginti quinq;, egregiè, tot enim à Roma capta ad hunc vsq; annum numerantur, id est, ab anno CCCLXV. ad annum CCCXC. [Hoc Glareanus antè Sigonium notauit, sed hoc obticet.] T. SVLPICIO Petico.) Lege, C Sulpicio Petico, ex lapidibus Capitolinis, ex Diodoro, Cassiodoro, omnibus. [Et hoc quoq, Glareanus an notauit.] NAM circi modo spectaculum fuerat.) Hoc quid sit declarat Valerius libro 11. cùm ait: Itaq; placandi cœlestis numinis gratia compositæ carminibus vacuas aures præbuit, ad id tempus Circensi spectaculo contenta, quod primus Romulus raptis virginibus Sabinis Consualium nomine celebrauit.

208 QVIA hister Tusco verbo ludio vocabatur) Quidam libri Histrio habent: at Plutarchus etiam in Problematis à Tuscis ἴστρον vocatum scribit, vt rectè Hister legatur. NON sicut ante fescennio versu similem incompositum temerè, ac rudem alternis iaciebant) Hic locus partim librariorū vitio, partim antiquitatis ignoratione obscurissimus est. Habent tamen libri veteres impressa aliqua vestigia veræ lectionis. Nam in quibusdam est: Fescennino similem versu incompositum temerè. Quibus adductus sum, vt credam legendum esse: Fescennino similem versum, compositum temerè, ita vt prima syllaba vocis, incompositum, sit vltima litera vocis Versum. Quid enim significat versus incompositus temerè? Est autem sensus: Primum ludiones ex Etruria acciti sine carmine ad tibicinis modos saltarunt: pòst versus sed inconditi, & motus à voce non absoni accesserunt, tum diligentia quoq; maior adhibita est. Non enim fescennino similis versus, temerè compositus ac rudis, vt antè allatus est, verùm descripto ad tibicinem cantu, saltuq; congruenti satyras peregerunt. Quo fit, vt mos ille explicetur, qui ab Aristotele in Poëticis recitatur. Veteres nimirum histriones imitatos esse ῥυθμῷ ἁρμονίᾳ καὶ λόγῳ, id est, saltu, concentu & versu. [Hunc locum reprehendit Robortellus lib. 2. emendationum cap. 33. concedens ea quidem se ita habere quæ ab Aristotele exponuntur. at simul ostendens aliud esse quod ab Andronico factum Liuius scribit. Cùm enim vnus esset qui imitaretur cantu & sermone, separare is cepit, quia impediri illum qui duo simul faceret, videbat Aristoteles verò histriones tres fuisse introductos, Primum à Sophocle, qui sermone imitarentur, vt hic esset primarum partium, alter secundarum, tertius tertiarum.] QVI ab Satyris ausus est primus argumento fabulam serere.) Hanc sententiam his verbis tradidit Valerius libro 2 Paulatim deinde ludicra ars ad Satyrarum modos perrexit, à quibus omnium primus poëta Liuius ad fabularum argumenta spectantium oculos & animos transtulit: Isq; sui operis actor, cùm sæpius à populo reuocatus vocem obtudisset, adhibito pueri, & tibicinis concentu gesticulationem tacitus peregit. DIVERBIA QVE tantum ipsorum voci relicta.) Hinc est, quod ait Donatus in Andr. Diuerbia à solis histrionibus fuisse pronunciata. Histriones enim videtur vocare eos tantum, qui canerent, non qui item saltarent, aut tibias inflarent. Quasi verò intelligendum sit, in Canticis rem actam esse tibijs, saltu & versu, in diuerbijs autem versu tantummodo, id quod veteres Latini, assa voce dixerunt. Diuerbia partes comœdiarum sunt auctore Diomede, in quibus plures personæ versantur, Cantica, in quibus vna tantum. QVÆ inde exodia postea appellata) Exodia idem sunt, atq; apud Aristotelem in Poëticis, Episodia, hæc quod extra rem sint, illa quod rei inserantur, appellata. Etenim Suidas ait: Ἐπεισόδιον τὸ εἰς τὸ δρᾶμα εἰσαγόμενον κατὰ περίστασίν τινα, καὶ αὔξησιν τοῦ δράματος. Item: Ἐπεισόδιον τὸ ἐπεισφερόμενον τῷ δράματι γέλωτος χάριν ἔξω τῆς ὑποθέσεως ὄν. καταχρηστικῶς δὲ τὸ ἐξαγώγιον ἅπαν πρᾶγμα. Sic Liuius vocat: Ridicula intexta versibus: Consertaq; fabellis potissimum Attellanis. Nonius Marcellus exempla sæpe profert ex fabula Nouij poëtæ comici, Exodio. C. GENVTIO.) Cn Genucio, ex tabulis Capitolinis, & Diodoro, qui Γναῖον Γενύκιον edit. REPETITVM ex seniorum memoria dicitur) Hac de re nihil ante tradidit. NOTAM numeri fuisse ferunt) Scilicet, vt quot anni, tot claui numerarentur. Quod Glareano obscurum videtur, cùm tamē scribat Festus: Clauus

anna-

annalis appellatur, qui figebatur io parietibus sacrarum ædium per annos singulos, vt per eos colligeretur nomerus annorum. QVIA numerus Mineruæ iouentum sit.) Vet. lib. A Mineruâ inuentus sit. VOLSINIS.) Vulsinis, ex veteribus libris, & Capitolinis lapidibus. PERINDE AC reipublicæ gerendæ, ac non solueodæ religione gratia creatus esset.) Non possum non vehemenrer dissentire à Sigismundo Gelenio, qui cùm antea legeretur, Rei gerendæ, ac non soluendæ religionis gratia, & rectè legeretur, emendauit, Reip. gerendæ, ac non soluendæ religione gratia. Dissentio aotem ab eo non solum, quod à veterum auctoritate librorum, sed etiam quod ab ipsa ratiooe alienam attulir lectionem. Neque enim dictatorem vnquam traditum est creatum esse Reip. gerendæ causa, sed Rei. Rem autem gerere est bellum Reip. causa gerere. Itaq; cum alijs multis de causis dictator creari solitus fuerit, hæ tamen duæ præcipuæ semper habitæ sunt, pacis & foris, & domi præstandæ. Quorum illud Rei gerendæ dixerunt, hoc, Seditionis sedandæ, quemadmodum ex Capirolinis dictaturis intelligi potest. Neque verò solum Rei, sed etiam Belli gerendi causâ inquir Liuius, vt lib. 8. extremò. Id ambigitur bellí ne gerendi causa creatus sit. Et lib. 34. Nouumq; Imperatorem rei gerendæ causâ ex Italia venisse. Soluere autem Religione, & Religionem, non sunt idem: Nam illud est liberare eo officio, quo per religionem tenemur, hoc præstare illud, quod ipsi vt faciamus oostra nos religio admonet. SANGVINE ipso soo exerceret.) Vet. lib. Sanguine ipse suo.

QVOD naturæ damnum vtrum nutriendum patri, si quicquam in eo humani esset, an castigandū, ac vexa- 209
tione insigne faciēdum.) Glareanus sine veterum librorū auctoritate ita legendū putat: Vtrum nutriendū patri, ac vexatione insigne faciēdom, an castigandum potius, si in eo quicquam humani fuisset? Quæ lectio alienā edit sententiam, ab ea quæ vulgata continetur, quæq; germana videtur. Induxit autem eum io hunc errorem, quod ignorauit, quemadmodum filiorum vitia à patribus nutrirentur. Qua de re Horatius Satyra 3.

At pater vt gnati, sic nos debemus amici
Si quod sit vitium, non fastidire. Strabooem
Appellat pætum pater, & pullum malè paruus
Si cui filius est. vt abortiuus fuit olim
Sisyphus. hunc varum distortis crutibus, illum
Balbutit: Scaurum prauis fultum malè talis.

Est igitur sensus: Nutriendum potius fuisse patri vitium filij pro humanitate eius, quàm relegatione castigandum, atq; iosigne faciendum. Nutrire autem dixit Liuius, qnod Horatius non fastidire. AD M. Pomponium tribunum pergit.) Vet. lib. Tribunom plebis pergit. AD conciliandum gratiam.) Vet. lib. Ad conciliandam gratiam. CVM eo anno primum placuisset tribunos militum ad legiones suffragio fieri.) Eo modo dixit tribunos militum ad legiones, quo Cicero, Cùm in Africam venissem tribunus militum ad quartam legionem, libro sexto de Republica. NAM ET antea sicut nunc, quos Rufulos vocant, imperatores sibi faciebant.) Festus item. Rufuli appellabantur tribuni militum à consule facti, non à populo, de quorum iure, quod Rutilius Rufus legem tulerit, Rufuli, ac pòst Rutuli sunt appellati.

NVNC famæ retū standum est.) Corrige Fama. Etenim cùm dicimus stare pactis, stare promissis, & eiusmo- 210
di, casom auferendi vsurpamus, noo dandi. Sic Liuius in extremò octauo: Ne quisquam æqualis rempotibus illis scriptor extat, quo satis certò auctore stetur. DEINDE vt eueniret res, ita commounicatos honores prosperè aut cæcus consulto habitura.) Vet. lib. Perinde vt eueniret. Item: Probe aut secus. AB inscijs, quem interfecissent, occideretur.) Vet. lib. Quem interficerent. CREARENT consules ex plebe.) Vet. lib. Consulem: Siquidē lata lex erat, vt alter vtiq; ex plebe consul crearetur. QVIA dissuaserat legem.) Vet lib. Legem in concione. NEQVE segnius ad hostes bellum apparatur.) Veteres libri alij habent: Neq; segnius apud hostes bellū apparatur, alij. Neq; segnius & hostes bellū apparant. Vtrunq; probè magis, quàm quod vulgò legitur.

CLAMORE pronolant ante signa.) Scribe ex veteribus libris: Clamore ingenti prouolant anre signa. 211
QVICQVID hinc aut illioc communis Mars bello aufert.) Quanquam veteres omnes libri habent, bello, corrigo tamen, belli. Est enim hæc locutio Liuio familiarissima, cuius ex plurimis pauca exempla subijciam. lib. 8. Affirmando communem verè Martem belli vtranqoe aciem pari cæde prostrauisse. Et lib. 10. Quanquam communis adhuc Mars belli erat. Et lib. 28. Quid quod in Africa quoque Mars communis belli erit? Et lib. 30. Martem belli communem propone animo. Et lib. 42. Quam incertus fortunæ euentus, cōmunisq; Mars belli sit. AGMENQVE fugientium ab signis, cùm præter mœnia eotum infreqnentia signa conspecta essent, fusum, ac per agros trepida fuga palatum est.) Nullum babet vitium hic locus, contra atque ceoset Glareanus: sensus est, cùm signa Hernicorum prope mœnia oppidi conspecta essent deserta ab suis, agmen eotum, qui ab signis fugerant fusum, fugatumq; est. Signa autem infrequentia vocat, quæ militum frequentia oon essent stipata, sic lib. 9. locutus est. [Glareanus nullum vitium hic esse ait, sed locum obscurum, vt est.] CVM L. Sulpitius.) C. Sulpicius legendum, ex priore huius consulatu, partim Liuiano, partim Capirolino: Item ex Diodoro, & Cassiodoro, & cæteris. TYBVRTES.) Tibur & Tiburtes, scribendum litera i, ex veteribus libris, & lapidibus Capitolinis, & Græcorum monumentis.

GALLI ad tertium lapidem Salaria via trans pontem Anienis.) Glareanus Falaria legit his verbis: Falarien- 212
sium meminit Plinius lib. 3. cap. 13. in Picenis, quod melius quadrat, quàm Salaria via, vt quidam habent codices. Quæ autem affert Glareanus, portenti similia sunt: Nam de Salaria via ita Festus lib. 17. Salaria via Romæ est appellata, quia per eam Sabini sal à mari deferebant. Et lib. 10. Lucaria festa in luco colebant Romani, qui magnus inter viam Salariam & Tiberim fuit, pro eo, qnod victi à Gallis fugientes è prælio ibi se occultauerūt. Hinc tertium Gallotum motum oominat Appianus in Celtico T. Quintio duce compressum. SERGIVM Cornelium.) Ser. Cornelium perspicuè. RECIPIVNT se inde ad stationem.) Melius in Vet. lib. Recipiunt se inde ad statiooem cæteri. ET, quoniam id quoque memoria dignum antiquis visum est, liognam etiam ab irrisu exerentem.) Inter antiqnos fuit etiam Q. Claudius Quadrigarius, qni in primo anoalium, testè Gellio, hanc pugnam describens, ita ait: Deinde Gallus irridere cœpit, atq; linguam exertare

CVM SCVTO scutum imum perculisser, totoq; corpore interior periculo vulneris factus insiouasset se in- 213
ter corpus, armaq;. vno alteroq; subinde ictu ventrem atque inguina hausit.) Obscurum qoia censet esse bunc locum Glareanus, eius sensum exponam. [Sigonius quidem exponit, res tamen nihilominus manet in obscuro: discutiat lector locum, & videbit Liuium ipsum ex Quadrigarij imitatione banc commisisse obscuritatem.] Manlium ait, cum scuto scutum imum Galli percussisset. toto corpore, ne à Gallo vuloeraretur, Gallum ipsum subijsse, & proximè ad eum accessisse, ita vt se ioter corpus Galli & scutum eius implicaret. Sic enim Q. etiam Quadrigarius in primo annalium auctore Gellio, à quo huius pugnæ descriptio sumpta à Liuio est. Manlius iterùm scuto scutum percutit, atque de loco hominem iterùm deiecit: eo pacto ei sub Gallicum gladium

successit, atque Hispanico pectus hausit. TORQVATI nomen auditum.) Lege, Additum, ex Veterib. libris. CELEBRATVM deinde posteris etiam, familiæq; honori fuit.) Vet. lib. Posteris, & familiæ honori fuit. C. PETILIVS Balbus.) Capitolini lapides hunc C. Pœtelium Libonem vocant. FVGA Tibur sicut arcem Gallici petunt: palati à consule Pœtelio haud procul Tibure excepti.) Suspicor legendum esse, Fugati Tibur: nam subsequitur, Palati. Syllaba quidem prima vocis Tibur errorem probabiliorem mihi reddit. EGREGIE cùm ab Dictatore, tum ab consule gesta est res.) Vet. lib. Egregie tum ab Dictatore, tum ab consule res gesta est. TVMVLTVM HERNICOS deuincit.) Vet. lib. Deuicit. RECEPISSE se in vrbem.) Vet. lib. Intra vrbem. TVMVLTVM exciere in hostium portis.) Quidam legunt: excire: at Exciere infinitiuus verbi Excieo, est in veteribus libris. M. POPILIO Lenate.) Ex Capitolinis tabulis M Popillio Lænate scribendum est. Diodorus item μάρκον ποπίλλιον λαινάτην consulem vocat. Duxit autem cognomen à læna, vt ait Cicero in Bruto. M. Popillius Lænas consul cùm esset, eodemq; tempore sacrificium publicum cum læna faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebis contra patres concitatione & seditione nunciata, vt erat læna amictus, ita venit in concionem, seditionemq; cum auctoritate, tum oratione sedauit. Liuius item hoc anno orientem seditionem inter patres, & plebem metu Tiburtini belli compressam scribit. AD HOC multorum inscitia.) Vet. lib. Ad hæc.

214 TARQVINIENSES fines Romanos, maximè qua ex parte Etruriam adiacent, peragrauere.) Vet. lib. Qua ex parte Etruriæ adiacet, probo. CONSVLES C. Fabius, & C. Plautius.) Diodorus μάρκον φάβιον, & γάϊον πλαύτιον edit. EX FOEDERE vetusto.) Quod ictum cum Latinis erat victis ad lacum Regillum. Liuius lib. 2. GALLOS mox Præneste venisse, &, Dictatorem dici C. Sulpicium placuit.) Hic est quartus Gallorum in Romanos impetus, C. Sulpicio Dictatore repressus: de quo sic Appian. in Celtica: μετὰ δὲ βραχὺ κελτικὸν ἄλλο στράτευμα ἐπῆλθε ῥωμαίοις, καὶ αὐτοῖς γάϊος σουλπίκιος δικτάτωρ μετὰ στρατιᾶς ἀπήντα. SI QVIS iniussus in hostem pugnasset.) Vet. lib. Iniussu, Probe. sic enim & lib. 3. Populus iniussu & altero die frequens supplicatum ijt. NEC IN circulis modo fremere, sed iam in principijs.) Veget. lib. 2. Principia principales milites ait fuisse, qui priuilegijs muniebantur. vt tribuni, ordinarij, aquiliferi. Hoc loco, in principijs, est in cœtu principalium militum. OBEDIENTISSIMVM militum.) Vet. lib. Militem.

215 NOSTRA quoque quidam ætate vsi sunt.) Inter cæteros C. Marium nominat Frontinus lib. 2. qui contra Theutonas dimicaturus iumentorum magnam partem instruxit, eaq; agasones, lixasq; conscẽdere iussit, vt per id facies equitatus obijceretur. Idem eodem in loco C. Sulpitij etiam meminit. VBI digressos repente viderunt.) Degressos: Nam paulò antè dixit. Euadere in montes iubet. Item, non descensuros in æquum Romanos. MVLTIS strata detrahi iubet, binisq; tantum centunculis relictis agasones partim captiuis, partim ægrotum armis ornatos imponit.) Sic Frontinus lib. 2. de Mario. Agasones lixasq; armatos simul ire iussit, iumentorumq; magnam partem instructorum cum centunculis, vt per hoc equitatus species obijceretur. Ex his locis centunculus videtur fuisse pannus, quo equi inseruiebantur. Nam mulis & Sulpicius, & Marius centunculos addiderunt, vt speciem equorum præberent.

216 A C. Petilo tribuno pl.) Pœtelio, ex Capitolinis lapidibus. A FALLACI equitum specie, agasonibusq;.) Vet. lib. Non habent vocem, Que: ita vt, Agasonibus, appositiuè dictum sit. Fallax enim equitum species, nihil aliud erat, quàm agasones mulis impositi. IGNOMINIA populi Romani insignitior fuit.) Vet. lib. Insignior. M. DVELLIO, L. Menenio tribunis pl.) M. Duilio, L. Mænio, vt antè. AD bella noua priore anno destinata Falisci quoq; hostes exorti.) Veteres quidam libri habẽt, Falisci quoq; noui hostes exorti. Verùm non sine menda. Non enim noui hostes Falisci erant, quos antè domuerat Camillus. Suspicor legendum, Noti hostes, ita vt vox Noti respondeat vocibus illis, Ad bella noua. De hoc bello Faliscorum sic Diodorus lib. 16. ῥωμαίοις δὲ πρὸς φαλίσκους συνέστη πόλεμος, καὶ μέγα μὲν οὐδὲν, οὐδ' ἄξιον μνήμης ἐπετελέσθη. NIHIL enim non per milites iuratos in consulis verba, quamuis perniciosum populo, si id liceret, fieri posse.) Lego, Ferri posse, quia de militibus, qui legem nouo exemplo in castris tulerant, loquitur.

217 INDE terror maximus fuit, quod sacerdotes eorum facibus ardentibus anguibusq; prælatis incessu furiali militem Romanum insueta turbauerunt specie.) Obscurè hoc à Liuio dictum esse ait Glareanus: at Frontinus lib. 2. cap. 4. ijsdem ferè vtitur verbis. Falisci, & Tarquinienses compluribus suorum in habitu sacerdotum subornatis faces & angues furiali habitu præferentibus aciem Romanorum turbauerunt. Idem Veientes, & Fidenates facibus arreptis fecerunt. De his autem sic scribit Florus, quasi rem exponens. Fidenæ, quia pares erant ferro ad terrorem mouendum facibus armatæ, & discoloribus serpentum in modum vittis furiali more processerunt. Quod autem ait Florus de anguibus Fidenatum, id non est apud Liuium, qui sic loquitur lib. 4. Ignibus armata ingens multitudo facibusq; ardentibus tota collucens velut phanatico instincta cursu in hostem ruit. CONCITATVR deinde nomen Etruscum.) Sic Diodorus lib. 16. τυρρηνοὶ δὲ διαπολεμοῦντες ῥωμαίοις ἐπόρθησαν πολλὴν τῆς πολεμίας χώρας, καὶ μέχρι τοῦ τιβέρεως καταδραμόντες ἐπανῆλθον εἰς τὴν οἰκείαν. QVIA nec per dictatorem.) Vet. lib. Et quia nec per dictatorem. INTERCẼDENTIBVS'QVE tribunis.) Vet. lib. Tribunis plebis. QVINTO tricesimo.) Vet. lib. Quinto & tricesimo. ABLATO post nonum annum è plebe consulatu.) XI. corrigendum est, id est, vndecimũ: tot enim anni sunt, ex quo plebeijs patuit consulatus. Error ex notis natus est, IX. & XI. [Hæc Glareanus de verbo ad verbum, Sigonius verò quod is prior correxit, quasi ipse primus hoc inuenisset adducit.] MEDIO in foro omnes virgis cæsi.) CCCLVIII Tarquinienses in foro Romæ cæsos scribit: at Diodorus CCCLX. sic enim lib. 16. ταρκυνίους δὲ ἄνδρας τ καὶ ξ δημοσίᾳ ἐθανάτωσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ. VT SAMNITES quoq; amicitiam peterent.) Diodorus his item consulibus fœdus inter Samnites & Romanos factum scribit. SI PLEBEIVS iam magistratus fiat consulatus, aut posidendum totum.) Vet. lib. Si plebeius iam magistratus consulatus fiat, aut totum posidendum.

218 PRO T. Quintio M. Popillium consulem inuenio.) Diodorus etiam T. Quintium edit consulem. NEXVM'QVE inibant.) Id est, operas in seruitute pro pecunia, quam debebant, præbebant, auctore Varrone. VERVS belli terror inuasit.) Vet. lib Etiam verus belli terror inuasit.

219 EANE meritos crederet quisquam hostes repente sine causa factos?) Sententia, quæ obscurissima Glareano visa est, hæc est: Credibilè ne esset, eos qui tam magna beneficia populo Rom. dedissent. hostes eius repente sine causa factos? Inde transfertur culpa aut in temeritatem eorum, qui fecissent, aut in necessitatem. Q. PVBLIVS, & T. Aemylius.) Q. Publilius, & Ti. Aemilius. De Publilio suprà dictum est. De Aemilio dicam haud ita multò pòst.

220 CVI magister equitum adiectus L. Aemylius.) Veeteres lib. Magister equitum ei adiectus est L. Aemilius. TENTATVM domi per dictatorem, vt ambo patricij consules crearẽtur, rem ad interregnum perduxit.) Rectus huius orationis casus est, Tentatum. Eiusmodi forma dicendi vsus est suprà. Diu non perlitatum tenuerat dictatorem. QVIDAM, Cæsonem, alij C. cognomen Quintio adijciunt.) Cæso, & Caius prænomina sunt, non cognomina.

cognomina. Neque quiſquam qui latinè locutus ſit, alio vnquam modo loquutus eſt, niſi fortaſſe vitiatæ voces
ſint, vt hoc loco. In antiquis enim libris legitur: Quidam Cæſonem, alij cognomen Quintio adijciunt. Quæ le-
ctio veſtigia germanæ lectionis oſtendit, quæ eſt, alij C. nomen Quintio adijciunt. Deprauatum eſt enim C. no-
men, mutatumq́; primum in conomen, pòſt in cognomen. Nomen autẽ & prænomini, & cognomini congruit.
[Errare hoc loco Sigonium demonſtrat Robortellus lib. *1.* emendat. cap. *19.* aſſerens nomen prænomen nunquàm
appellari itidem cap. *23.*] QVIN cum Manlio Næuio cenſor Marcius crearetur.) Si Marcius hic è plebe pri-
mus cenſor factus eſt, vt ait Liuius, profectò Manlius Næuius hic patricius ſit neceſſe eſt. Nam ambo ex plebe
cenſores ſerò admodum fieri cœpti ſunt, cùm autẽ cenſores niſi ex conſularibus ferè crearentur, non eſt dubium,
quin hic Manlius Cnæus Imperioſus ſit, qui conſul antè fuit. Erroris autem cauſam attulit prænomen Cnæus,
quod antiqui Næum dixerunt. NVLLO terrore belli, ſed nè Licinia lex comitijs conſularibus obſeruare-
tur.) M. Fabium non rei gerendæ, ſed comitiorũ habendorum cauſa creatũ eſſe ſignificat, ne conſul alter ex plebe
ex lege Licinia fieret, ſed vterq; patricius. Qua de lege lib. priore tradidit. GALLICVM bellũ Popillio extra
ordinem datum.) Popillium item Appianus in Celtica egregiè rem poſt Sulpicium geſsiſſe cum Gallis auctor
eſt. POSTQVAM neque in æquum dimitti agmen vidit.) Demitti legendum eſt, vt libro *27.* In inferiorem
campum equites Numidas Aſdrubal demiſit. Et hoc libro paulò pòſt: Quod totum in vallem infimam demitte-
ret agmen. Idem error eſt, qui eſt in Digredi: Nam vbi de deſcenſu verba fiunt, Degredi, ſic non Dimitti, ſed De-
mitti. TRIARII erant.) De Triarijs, Principibus & Haſtatis, Polybius lib. *6.* Liuius lib. *8.* Suidas in voce
Πρίγκιπες, nos etiam infrà.

IN campum digreſsis.) Degreſsis, vt antè dixi. REDDIDIT patribus poſſeſsionem priſtinam conſula- 221
tus.) Id eſt, nomen nullius plebeij comitijs conſularibus accepit, ac neminem plebeium conſulem fieri paſſus
eſt, contrà quàm M. Fabius dictator fecerat. COLLEGAM Ap. Claudium Craſſum dixit.) L. Camillus eſt,
qui collegam Ap. Claudium dixit. Eſt autem legendum, P. Claudium, ex veteribus libris Ciceronis de Sene-
ctute, vbi ait: Platonem veniſſe Tarentum L. Aemilio, Ap. Claudio COSS. cùm in veteribus libris legatur: L. Ca-
millo, ac Pu. Claudio. Confirmant hanc lectionem Capitolina quoque fragmenta, in quibus hic Claudius P. F.
vocatur. Maximus enim natu filius fermè patris prænomen ferebat. INTER hos longè maximus extitit ter-
ror.) Vet. lib. Inter hæc.

CONSVL alter Ap. Claudius.) P. Claudius, vt ante. De eius obitu ſcriptum eſt & in fragmento Capitolino. 222
OB OMEN fauſtum ad Gallicum tumultum cognominis.) Hoc ait, quia pater eius Camillus Gallos prælio vi-
ctos vrbe exegerat: patrem autem L. Furij, M. Camillum fuiſſe docet ipſe pòſt, cùm ait: Paternæ virtutis memor.
Itemq́; Appianus in Celtica, vbi poſt Popillium à L. Furio Camilli filio Gallos deuictos eſſe ſcribit. CVM in
agrum Pomptinum deſcendiſſet.) Gallos item in agro Pontino conſediſſe his conſulibus tradit Gellius lib. *9.*
cap. *11.* QVATIENS'QVE ſcutum haſta.) Gellius eodem in loco dixit, manu telum reciprocans, nimirum ex anti-
quo aliquo Annali totam hanc Galli, & Valerij pugnam ſumens.

INDE Apuliam ac mare inferum petierunt.) Malim & ipſe, ſuperũ, vt Glareanus. Volſci enim ad inferum, 223
Apuli ad ſuperum mare ſunt. AEMVLVM'QVE decoris ſui.) Quia T. Manlius, qui comitia habebat Gallum
& ipſe ſingulari in certamine obtruncarat. M. VALERIVM Coruinum, id enim illi deinde cognominis fuit.)
Scribe, Coruum, non Coruinum: ſic enim eſt in Capitolinis tabulis, & veteribus pleriſq; libris. Egregiè. Vt enim
Albus, Rufus, Craſſus, Luſcus, Longus cognomina primum inuenta ſunt. pòſt autem Albinus, Rufinus, Craſsi-
nus, Luſcinus, Longinus ſubſequuta ſunt, ſic qui primus cognomẽ hoc tulit, Coruus, poſteri Coruini appellati
ſunt. CVIVS populi ea, cuiuſq; gentis claſsis fuerit, nihil certi eſt, maximè Siciliæ fuiſſe tyrannos credide-
rim.) Vereor ne claſsis ea Timoleontis Corinthij fuerit, qui priore anno Dionyſium tyrannum Syracuſanum
vicit, & regno exegit, legesq́; Siciliæ victor dedit, vt ſcribit lib. *16.* Diodorus, qui idem fortaſſe Italiæ quoq; oram
tanta elatus victoria claſſe tentauerit. Idem tamen poſt Poſtumij tyranni prędonis, aliorumq́; quorundam, quos
idem Timoleon ſuſtulit, meminit. T. MANLIO Torquato, C. Plautio ſecundum conſulibus.) In veteribus
libris, nota iterati honoris eſt adiuncta Torquato: at abeſſe tamen ab vtroque debet. Nam nec Caſsiodorus eam
affert, & Torquatus in Capitolinis tabulis ea caret, quia nunquam antè conſulatum cepit, cùm tamen bis dicta-
turam geſſerit. Et pòſt iterùm, tertiumq́; conſul eſſe, non tertium, quartumq́; traditur. Neque verò Plautius ea
nota affici debet, quia non eſt idem cum eo, qui paulò antè conſul fuit, ille enim Proculi cognomen tulit, hic, vt
opinor, Hypſæi. Qua de re dicam in ſecundo huius conſulatu. IN penſiones æquas triennij.) Vet. lib. In
triennium. M. FABIVS Dorſuo. Dorſo, vt ſuprà dixi.

AD eandem ædem.) Vet. lib. Ad eam ædem. SIMILI vetuſto montis Albani prodigio.) Hoc prodi- 224
gium factum eſt Tullo Hoſtilio regnãte, vt ſcripſit libro primo. AMBO patricij conſules creati ſunt.) Priore
etiam anno ambo patricij conſules fuerunt, cuius tamen rei non meminit, Fabius, inquam & Sulpicius. PO-
PVLVS nos Campanus legatos.) Hæc petitio Campanorum expreſſa eſt ex primo libro Thucydidis, quo in loco
Corcyræi auxilium ab Athenienſibus petunt. Quod quiſq; intelliget, qui vtraſq; orationes comparabit.

NON loquor apud recuſantem iuſta bella populum. Sed tamen ſi oſtenderitis auxilia veſtra, ne bello qui- 225
dem arbitror vobis opus fore.) Glareanus mendoſe habere putat illas voces, ſed tamen, legendumq́;, Sed tan-
tum: neq; intelligit correctionem hanc eſſe oratoriam, ita, quanquàm quid dixi bella, neq; enim ſi oſtenderitis
auxilia veſtra, bello vllo opus fore arbitror. [Mendoſe aduerbium non dixit Glareanus: Locum autem lecto-
ris iudicio committit.]

AD SATRICVLAM.) Saticulam, ſic enim libri veteres, ſic Velleius libro primo, ſic Diodorus, ſic Stephanus, 226
vterq; enim *σατίκολας* edit. MONTEM Gaurum.) Huius montis meminit Florus, Cicero contra Rullum,
Plin. lib. *3.* cap. *5.*

MOLLITIA'QVE ſua, quàm vi hoſtium victos eſſe.) Vet. lib. Quàm virtute hoſtium. VTRVM qui au- 227
diendus magnificus duntaxat adhortator ſit.) Glareanus legendum putat, Vtrum audiendus, qui magnificus
duntaxat adhortator ſit, quaſi verò non optimus ſenſus eliciatur ex hac lectione, id eſt. vtrum qui imperat, & cui
obediendum eſt, ſit tantum magnificus adhortator, ſic paulò pòſt. Hoc ſilentium in me audiendo ſeruãdum eſt.
NON factionibus modo, nec per conciones vſitatas nobilibus, ſed hac dextra mihi tres conſulatus, ſummamq́;
laudem peperi.) Glareanus tollendam vocem, Modo, putat: quia eadem quoque præcellerit. Nec diſciplinam
modo, ſed exemplum etiam à me petere. neque videt illam, ſolum, ſignificare, hanc verò, nuper, atq; ita vtranq;
locum habere. Cęterùm legendum eſt, per coitiones, non conciones. Quid autem ſit in petendo magiſtratu coi-
tio, ſuprà oſtendi, cum alia loca emendaui. FACTIS benignus pro re, dictis haud minus libertatis alienæ,
quàm ſuæ dignitatis memor.) Senſus huius loci, quem ſe ignorare Glareanus fatetur, eſt. Factis. inquit, habita
perſonæ, & temporis ratione liberalis erat, dictis ita cautus, vt non minus aliorum libertatis, quàm ſuæ dignitatis

rationem haberet. Dicta autem Latini vocant, quæ Græci ἀποφθέγματα. [Glareanus inquit, non admodum patet: Sigonius dicit Glareanum fateri se ignorare, ita vbiq; inuertit verba.] QVADRINGENTORVM annorum decora.) Hic annus est CDXII. ab Vrbe condita, non enim vbique rotundi postulantur numeri.

228 CACVMEN illud suprà hostes.) Asperum, editumq; locũ intelligit, quem verrucam appellat Cato, vbi de simili facto Calpurnij Flammæ tribuns mil. bello Punico primo agebat in Originibus, auctore Gellio lib. 3. capit. 7.

229 DIGRESSOS in vallem.) Degressos, vt antè. QVÆNAM illa inscitia belli ac pigritia est, quonam modo isti ex Sidicinis.) Vet lib. Aut quonam modo. QVÆ pars maior erit, eo stabitur consilio.) Vet. lib. Eius stabitur consilio. ECCE hoc aliud minus dubium.) Vet. lib. Ecce autem aliud.

230 DECIVS cùm non fallerent, clamorem tollere iussis militibus.) Vet. lib. Quando non fallerent: alij, quoniam non fallerent. CENTVM bobus, eximioq; vno albo.) Eximium sacrificale verbum est, de hostijs dictum, quæ ad sacrificium destinatæ eximantur è grege, auctor Macrobius lib. 3. GRAMINEAM coronam obsidionalem.) De hac corona Gellius lib. 5. cap. 6. itemq; de cæteris. AD Suessulam.) Suessulani, vt ex hoc loco apparet, Campani erant.

231 QVAM in exiguum orbem contracta castra essent, paucitatem inde militum colligentes.) Vet. lib. Quod in exiguum, probo. CAMPANORVM deinde, Soessanorumq;.) Legendum, Suessulanorum, à Suessula, ad quam pugnatum est: non à Suessa, quod alia quàm Suessula sit.

232 IAM tum minime salubris militari disciplinæ Capua.) Hoc dictum est propter hyberna Annibalis, cuius Capuæ corruptus exercitus est. EODEM scelere adimendæ Campanis Capuæ, per quod illi eam antiquis cultoribus ademissent.) Hac de re lib. 4. Capuam Etruscorũ vrbem Samnites cepere prius bello fatigatis Etruscis, in societatem vrbis, agrorumq; acceptis, deinde festo die grauatos somno epulisq; incolas veteres noui coloni nocturna cæde adorti. Idem Strabo lib. 5. IN VRBE insidentem labem crescentis indies fœnoris pati.) Vet. lib. Tabem. PER tribunos comperta & ætate haberet, & vsu doctus.) Vet. lib. Comperta haberet, & ætate, & vsu doctus. IAM valido admodum numero manus erat. Vet. lib. Valida.

233 IN SACRVM montem.) In sacrum montem secessio facta, & pro libertate plebis, in Auentinum pro pudicitia. Liuius lib. 2. & 3. QVANQVAM vel iniquis standum est potius.) Id est, vel quantumuis iniqua conditio accipienda est. ORAVIT, vt causam.) Vet. lib. Orauitque vt causam. IN LVCO Petilino.) Lib. 6. Petelinum lucũ appellauit. Plutarchus etiam in Camillo πετηλῖνον ἄλσος apud Varronem de lingua Latina lib. 4. est Petilius, pro Petelious, per mendum.

234 ORAVIT etiam bona venia Quirites.) Sic suprà lib. 6. Putate me ex media concione vnum ciuem succlamare: Bona venia vestra liceat, ex his rogationibus legere, quas salubres nobis censemus esse. ET NE particeps eorum esset.) Vet. lib. Nec particeps eorum esset. placet. ROMÆ eorum multitudinem coniuratorum ad arma consternatam esse.) Consternari est erigi & concitari, hoc loco, vt lib. 8. Tumultu sanos etiam consternante animos. Et lib. 34. Consternatio muliebris, pro seditione mulierum. Sic Marcellus.

IN EPITOMEN LIBRI VIII.

LABORANTIBVS Romanis, P. Decios tunc cum Manlio deuouit se.) Vet. lib. P. Decius deuouit se. Malim P. Decius tunc cum Manlio consul deuouit se.

235 AVSONIBVS victis in oppidum Cales colonia deducta est.) Vet. lib. In oppidum ex ijs captum Cales. VICTI bello, & obsidione.) Vet. lib, Bello & obsidione victi. Q. PVBLIO, qui eos obsederat primum imperium prolatum, & per consules ei decretus triumphus.) Ex Capit. Triumphis, & ipsius Liuij verbis legendum est. Q. Publilio, qui eos obsederat primo, & imperium prolatum est, & pro consule decretus triumphus. Sensus est: Q. Publilius primus fuit, cui in insequentem annum prorogaretur imperium, & qui non consul, sed pro consule triumpharet. C. PVBLIO) C. Publilio. CONTRA edictum eius præliatus est, qui prosperè aduersus Samnites pugnauit.) Vet. lib. Contra edictum eius prosperè aduersus Samnites pugnauit.

IN LIBRVM VIII.

CONSVLES erant C. Plautius iterùm.) Glareanus C. Plautium, tertium legit, atq; hunc C. Plautium Venocem esse censet, in quo multiplex error est. Primùm quod C. Plautij Proculi consulatum, quem ille gessit anno CCCXCVII. huic C. Plautio tribuit: deinde quod hunc Venocis cognomine afficit, cùm Hypsæus potius appellandus sit. De Proculo scriptum est in Capitolinis tabulis. De Hypsæo in nummis argẽteis. Hic enim C. Plautius Priuernum in hoc consulatu cepit, auctore Liuio. Itaque est apud patrem tuum nummus cum his literis.

ab vna parte, { C. YPSÆVS COSS. PRIV. CEPIT. } ab altera, P. YPSÆVS S.C.

Videtur autem P. Hypsæus is fuisse, qui nummum cudendum curarit, qui nobilitandæ familiæ causa vnum ex suis maioribus clarissimi tituli virum ab altera, vt fiebat, parte nummi inciderit. PRIVS ad Priuernum proprofectus. Vet. lib. Prius Priuernum. RECENSENTIBVS, quos viros in acie amisissent.) Vet. lib. Quot viros. T. ÆMILIVS prætor.) Ti. Aemylius, Nam Diodorus hunc in consulatu τιβέριον nominat, suprà etiam alius Ti. Aemilij meminimus ex Dionysio. QVO MINVS perpetua amicitia esset.) Vet. lib. Perpetua cum eis amicitia. INDE exercitus Romanus ductus.) Vet. lib. Deductus: sic paulò pòst. Reductæ Romam legiones, vt fortasse rectè. Romam deductus, legi posit. EX HIS tot populis ingens exercitus.) Vet. lib. Vnus ingens exercitus.

236 DVO interreges fuerunt, M. Valerius, ac M. Fabius, creauere consules.) Vet. lib. Is creauit consules. Rectè, vt de posteriore interrege Fabio intelligatur. IN ITALIAM classe appulisse.) Vet. lib. Classem, probo: non enim appellere naui, sed nauim, latine dicitur. sic lib. 10. Classis Romana cum appulsa Pompeios esset. Hunc Alexandrum Molossum vocat, Gel. lib. 17. vbi de hoc eius in Italiam aduentu ait. IN ALIO tractu orbis.) In Asia ad orientem. Adhuc tamen Philippus Alexandri pater viuebat, nec in Asia res gerebantur, sed in Græcia, auctor Diodorus. L. NVMITIVM.) Numicium. Græci enim νομίκιον. EVOCATTOS se ab senatu docent Romano.) Quid si Romam, legas?

CVM plus ducentorum annorum morem solueremus.) Elatorie loquuntur Latini: non enim nisi CLX. anni numerātur à pugna ad lacum Regillum, qua victi à Romanis leges acceperunt, ad hunc annum, nisi à fœdere cum L. Tarquinio icto initium sumas. QVONIAM vires quoq; ęquari dijs immortalibus placuit.) Vet. lib. Quando vires. 237

EST COELESTE numen, es magne Iupiter.) Sic lib. 3. Dum pro se quisq; deos esse, & non negligere humana fremunt. AGITATVM etiam in concilio est, vt si quando vnquam seuero vllum imperio bellum administratum esset, tunc vti disciplina militaris ad pristinos redigeretur mores.) Malim, tunc vtique, quod est tunc omnino, tunc maximè, alioquin vacet necesse est aut Vt, aut Vti. PRÆERAT Geminius Metius.) Meminit huius etiam Valerius: sic Vet. lib. HIC quoq; efficiemus profecto, ne nimis acies vobis, & collata signa nobiscum, cordi sint.) Vet. lib. Ne quid minus, quàm acies vobis, &c. 238

IGNARVS facti, futuriq;, laus an pœna merita esset.) Sic Vet. lib. At Fati, malim, hoc sensu: Ignarus fatalis futuri supplicij, siue laus, siue pœna à se merita esset. sic etiam antè: Præceps ad id certamē agitur, quo vinceret, an vinceretur, haud multum interesset. Et, Mouet iuuenis animum inexuperabilis vis fati. FVIT enim ciuili maxime bello pugna similis.) Vet. lib. Fuit autem ciuili, & rectè. Est enim nouæ narrationis initium. CLYPEIS Romanis.) Quales Romani clypei fuerint exponit pluribus lib. 6. Polybius. Eum enim credo esse clypeū, quem πάρμην vocat, scutum verò quod θυρεόν. PRIMA acies hastati erant, &c.) Secus de Romana militia Polybius, quam hoc loco Liuius agit, ita tamen, vt quid ille sentiat facilius, quàm quid Liuius, intelligi posit. Legionem enim quatuor millium peditum fuisse scribit. Eam verò in quatuor partes diuidit: Velites, quos χροσφομάχους appellat, Hastatos, Principes & Triarios, primos natu minimos, extremos maximos, medios inter vtrosq; interiectos fuisse: præterea Triarios sexcentos, Principes, itemq; Hastatos singulos mille & ducentos, Velites inde mille. Sin autem legio maior fuerit, tum præter hastatos reliquarum trium partium numerum pro portione auctum fuisse. Hastatos præterea in x. partes distributos, ac singulis earum Centuriones duos præfuisse, itemque in Principibus ac Triarijs. Velites porrò in parte æquales diuisisse, ijsque separatim centuriones duos præfecisse, partes has σπεῖραν, τάγμα, σημαίαν, præfectos ταξιάρχους, κεντυρίωνας nominat. Hæc ille. Liuius autem primam aciem Hastatos facit, id est, leues milites, ac seruatos, in eamque pubescentes ad militiam omnes conijcit. alteram Principes vnà cum scutatis, quos antè pilanos vocabant. Tertiam ex xv. ordinibus constituit, quorum vnusquisque tres partes haberet, earum vnamquanq; primum pilum vocabant: ex tribus vexillis constabat, Triariorum, Rorariorum & Accensorum. In nominibus autem, Ordo, & Manipulus, atq; in summa militum ex verbis eius concipienda mira obscuritas est. 239

QVATVOR ferè legiones quinis millibus peditum.) Mallem legi, legiones ferè quinis, non enim de numero legionum ambigit, sed de numero militum cuiusque legionis. Libro autem priore, quaternum millium & ducenorum peditum fuisse legionem scribit. Et lib. 22. auctam esse vsq; ad quina millia, sic enim ait: Numero quoq; peditum equitumq; legiones auctas, millibus peditum, & cētenis equitibus in singulas adiectis, vt quina millia peditum, treceni equites essent. Quo ex loco apparet ante tempus illud, non nisi quaternum millium eam fuisse, quemadmodum apertè quoq; ibi Polybius ait. Eadem dubitatio de equitibus incidit, quos hoc tempore trecenos vocat, cum secundo bello Punico centum adiectis primum trecenos factos esse scribat. Fortasse autem hæc non ad hoc, sed ad illud tempus accommodauit. DVO primi pili.) Nomina horum centurionum omisit, Romani & Latini. PARES ordines duxerunt.) Malim, duxerant. HAVD procul radicibus Vesuuij montis. Ad easdem radices castra posita fuisse scribit Valerius lib. 1. cap. 5. DECIO caput iecinoris à familiari parte cæsum aruspex ostendisse dicitur.) Festus Pestifera auspicia fuisse ait, vbi caput in iecinore non fuisset. Fuisse autem & Fissum, & caput iecoris apparet ex lib. 2. Ciceronis de Diuinatione. Fissum, inquit, familiare tractant, & vitale caput iecoris ex omni parte diligentissimè considerant. Vnde Lucanus in primo Pharsaliæ. 240

Ecce videt capiti fibrarum increscere molem
Alterius capitis pars ægra, & marcida pendet,
Pars micat.

Quod autem Cicero familiare fissum, & Liuius caput à familiari parte cæsum aiunt, eo pertinet, quod pars vna hostis, altera familiaris dicebatur. Vnde Lucanus: Venasq; minaces Hostili de parte videt. SI AB collega litatum est.) Vet. lib. Si ab collega prosperè litatum est. PRECOR, veneror, veniam peto.) Solennia in eiusmodi deuotionibus verba. Quæ adhibet etiam Macrobius lib. 3. vbi de ratione vrbium, & exercituum deuouendorum agit.

SIGNVM septem pedes altum.) Signum opinor vocare imaginem eius hominis, qui deuotus non est mortuus, mortem enim eius defossione imaginis & hostiæ cæde repræsentari voluerunt. ET PIACVLVM hostia cædi.) Nisi quid vitij inest: Piaculum cædi, dixit, pro fieri Nam paulò pòst ait: Marti Sue oue taurilibus piaculum fieri. SVE oue taurilibus.) Olim Solitaurilibus legebatur. At Festus docet rationem, cur & Solitaurilia, & Sue oue taurilia defendi posint. VESCIA vrbs eis receptaculum fuit.) Stephanus: Βεσκία πόλις αὐσόνων. Hoc dixi, quia Glareanus se nusquam alibi legisse hoc nomen ait. [Hoc non dicit Glareanus, sed se, quæ de hac vrbe dicat, nihil habere.] INTER Sinuessam Minturnasq; is locus est.) Hinc Diodorus lib. 16. ait Latinos, Campanosq; ad Suessam hoc anno victos: vitiose pro ad Sinuessam. ῥωμαῖοι δὲ πρὸς λατίνους, καὶ καμπανοὺς παραταξάμενοι περὶ σινόεσσαν τούτους ἐνίκησαν, καὶ τῶν ἡττηθέντων μέρος τῆς χώρας ἀφείλαντο. ὁ κατορθωκὼς τὴν μάχην μάλλιος ὁ ὕπατος ἐθριάμβευσε. LATIVM, Capuaq; agro multari.) Vet. lib. Latini, Capuaq;. POST DIEM decimum Latinarum.) Vet. lib. Decimam. Latinæ feriæ per quatuor dies agebantur, post x. diem, quàm actæ erant renouabatur hoc fœdus. FVERE autem mille, & sexcenti.) Ne quis de hac lectione dubitet, ita etiam in lib. vet. esse scito. 242

T. ÆMYLIVS Mamercus.) Ti. Aemilius Macercinus. Diodorus & vet. lib. Q. PVBLIVS Philo.) Publilius, vt antè. AB LANVVIO, Antioq;.) Lauinio, ex Vet. lib. vt pòst dicam. QVA cupiditate offensis patribus, negantibusq;.) Proculdubio legendum est, offensis patribus: præsertim cùm subsequatur, Negantibusq;. AEMILIVS cuius tum fasces erant.) Vet. lib. Cui, vt lib. 1. Brutus prior concedente collega fasces habuit. Et alibi de eadem re: Penes quem summa imperij erat. [Hęc non probant, Cui pro cuius legendum.] DICTATVRA popularis.) Lego, Dictator popularis: nam sequitur, leges tulit, alioquin fiet, vt dicamus: Dictatura leges tulit, sic Vet. lib. MAGISTER equitum Iunius Brutus.) Hic est D. Iunius Brutus Scæua, qui post consul erit. VT plebiscita omnes Quirites teneret.) Contra alij, vt Plinius, Gellius, & Iurisconsulti, qui hanc legem primum latam esse à Q. Hortensio Dictatore scribunt. vt pòst dicam in epitoma lib. 11. TERTIAM, vt alter vtique ex plebe, cum eò ventum sit, vt vtrunque plebeium fieri liceret, censor crearetur.) Miror non hoc loco notatum esse à Glareano Liuium, qui scripserit eò ventum esse, vt vtrunque censorem fieri liceret, cuius rei nihil antè meminerit. Nam de altero tantum occupato à plebe censuræ loco egit. Hoc tamen si quis fecerit, iniustè faciet: legitur enim mendose in vulgatis libris, rectè autem in manuscriptis, sic, cum eò ventum sit, vt vtrunque 243

plebeium consulem fieri liceret: sensus est, Vt, quoniam quod grauius erat, concessum est à patribus, vtrunque consulem ex plebe fieri, coucedant id etiam, quod leuius esse videtur, vt alter vtiq; censor ex plebe fiat. De vtroq; autem consule plebeio lata lex est anno CDXIII. vt ait Liuius lib. 7. extremo. L. FVRIO Camillo, C Mænio consulibus) Plin. lib. 34. cap. 5 C. Mænium cum Liuio consules edit. Diodotus λεύκιον φούριον, γάϊον μαίνιον. C. Mænius P. F P. N. in Censura, & Dictatura eius Capitolina dicitur. At collega L. Furius Sp. F. M. N. Camillus Ex quo apparet, errare Glareanum, qui bunc iterùm consulem esse scribendum putat, quasi verò idem sit, atque ille qui antè & consul & dictator fuit, cum ille M. F. hic Sp. F. M. N. sit, hoc modo.

M. Furius Camillus.
Tr. mil. an. 352.

M. Furius Camillus Tr. mil. an. 354. 357.
361. 370. 372. 375. Dictator 359.
365. 367. 387. 388.

M. Furius Camillus mortuus in damnatione patris. Liuius, Plutarchus.

Sp. Furins Camilli Dictat. F. prætor primus 389.

L. Furius Camillus Dictatoris F. Dict. 405. 410. COS. 406.

L. Furius Sp. F. M. N.
Camillus. COS. 417. 430.

INSIGNITIVS omissa res.) Vet. lib. Insignius. ARICINOS, Lanuuinosqne, & Veliternos Antiatibus Volscis se coniungentes ad Asturæ flumen Mænius improuiso adortus fudit.) Quemadmodum paulò antè ab Antio, Lauinioq; dixit, sic hoc loco, Aricinos, Lauiniosq;, legendum puto. Me in banc senrentiam adducũt cùm libri veteres, tum maximè Capitolini lapides, in quibus hic C. Mænij triumphus his verbis descriptus est.

C. MÆNIVS P. F. P. N. COS. DE ANTIATIBVS AN. CDXV.

LAVINIBIS, VELITERNEIS PRIDIE K. OCT.

Quoniam autem in his duorum oppidorum nominibus tanti errores implicant non latinorum, sed etiam græcorum auctorum, vt vix Lauinium à Lanuuio distinguere, vel diuturna attentione queas, non alienum ab hoc instituto ésse duxi, notas quasdam afferre, quibus alterum ab altero prudens lector internoscere posit. Est autem illa vna, quod Lauinium ab Aenea, vt omnes, Lanuuium à Diomede vt Appian. lib. 2. ait, conditum est. Altera quod Lauinium colonia, Lanuuium municipium fuisse traditur. De Lauinio scriptum est in Epitome lib. 70. Marius Antium, & Ariciam, & Lauinium colonias deuastauit. De Lanuuio in oratione pro Milone, pro Murena, & apud Pædianum. Tertia quod Lauinij consules Vestæ, & penatibns sacra peregerint, Lanuuij verò Sospitæ Iunoni. Illius historiæ auctor est Dionysius lib 1. Et Macrobius lib. 3. cùm ait: Consules & prætores, & dictatores cùm ineunt magistratum, Lauinij rem diuinam faciunt penatibus pariter, & Vestæ. Huius Cicero pro Murena: Nolite, inquit, à sacris patrijs Iunonis Sospitæ, cui omnes consules facere necesse est, domesticum, & suum consulem potisimum auellere. Erat autem Murena è municipio Lanuuio, vt ipse paulò antè ait. Quarta quod Lauinium longius abest à Roma, quàm Lanuuium. Distat enim à mari quatuor stadia, vt ait Dionysius lib. 1. situm inter Ostiam & Autium, auctore Strabone lib 5. At Lanuuium abest à Roma stadia CL. vt ait Appian. lib. 2. ita vt auctore Strabone ab eo mare, & Antium prospici posit, haud procul ab Aricia, quæ CLX. stadia abest in Appia via sita. Ipsa tamen inter se non admodum distantia videntur fuisse. Quæ res maiorem etiam erroris causam præbuisse videtur. Horum etiam oppidorum populos commemorat Diouysius lib. 5. λαυρεντίνους, λανουίνους, λαβινιάτας, id est, Laurentes, Lanuuinos, & Lauinios. Ac Srephanus quidem etiam λαβίνιον κτίσμα τοῦ αἰνείου populos edere λαβινιάτας ait: Vbi verò ait λαύινιον μητρόπολις τῶν λατίνων. τὸ ἐθνικὸν λαουινιάτης. διονύσιος ε ῥωμαϊκῆς ἱστορίας, dubitationem affert, quia Dionysij ex quinto libro testimonium profert, ne mendose pro Laurento, aut pro Lanuuio sit. Apud Dionysium etiam vox illa λανῖνοι vitiose videtur esse, pro λανουΐνοι. Verùm vt dixi mira horum nominum deprauatio est. AD ASTVRÆ flumen.) Vet. lib. Ad Saturam flumen. Ego tamen legendum puto: Ad Sturam flumen. Nam Festus in vocibus incipientibus à litera S, ait: Stura fluuius est in agro Laurenti. Item Strabo lib. 5. eundem in his locis fluuium στόρας vocat. MAXIME valido exercitu, maiore mole.) Maiore mole, quod Glareanus ait nescire vt intelligatur, est, maiore apparatu. Nam quia de Mænio dixit: Aricinos improuiso adortus fudit, hinc opponit, at Camillus Tiburtes, maiore mole, quanquam æquè prospero euentu.

244 OPPIDA Latina omnia, & Antium ex Volscis aut vi capta, aut recèpta in deditionem.) Quanquam Volsci Latini erant, tamen Latinorum numero haud habiti esse videntur. Captum ergo ait Annium Camillus, quod tamen nominatim suprà non est expressum à Liuio, nisi cùm dixit: Nec quieuere antè, quàm expugnando, aut in deditionem accipiendo singulas vrbes Latium omne subegere. ET VESTRAM itaque de eis.) Placet antiqua quorundam librorum lectio, & vestram vtique. Quæ lectio desiderare videtur, vt verba illa: Tot populos, &c. parenthesi includantur, atque boc modo tota sententia colligatur. Sed maturato opus est, quicquid statuere placet, (tot populos inter spem, metumq; suspensos animi habetis,) & vestram vtiq; de eis curam quamprimum absolui, & illorum animos dum expectatione stupent seu pœna, seu beneficio præoccupari oportet. LANVVINIS ciuitas data. sacraq; sua reddita cum eo, vt ædes, lucusq; Sospitæ Iunonis communis Lanuuinis municipibus cum populo Rom. esset.) Quanquam in quibusdam libris est, Lauinijs, tamen Lanuuinis, legendum est. Nam de Municipio, deq; sacris Iunonis Sospitæ mentio fit. Hoc autem primum tempore Lanuuini municipea facti sunt vna cum alijs Latinis multis, quos numerat Liuius. Hac de re Cicero pro Cornelio, sic: Itaque ex Latio multi & Tusculani, & Lanuuini, & ex cæteris generibus gentes vniuersæ in ciuitatem sunt receptæ, vt Sabinorum, Volscorum, Hernicorum. Neque verò moueat quenquam, quòd Lanuuinis ciuitatem datam scribat, quos ne victos quidem antè tradiderit. Nam, vt dixi, satis habuit dicere. Neque antè quieuere, quàm expugnando, aut in deditionem accipiendo singulas vrbes, Latium omne subegere. TVSCVLANIS seruata ciuitas, quàm habebant.) Data est ciuitas Tusculanis auctore Liuio an. ab V. C. CCCLXXV. vt meritò Cicero pro Plancio municipium antiquisimum vocet Tusculum. VELITERNOS veteres ciues Romanos.) Velitræ colonia deducta est anno ab V. C. CCLX. lib 2. ET ANTIVM noua colonia missa.) Ea primum deducta fuit anno ab V. C. CCLXXXV. ARMA quondam.) Hac de re libro priore dictum est. CVIVS Capuam.) Capuam agro multatum tantum dixit suprà. Latini Capuaque agro multatis. ROSTRIS'QVE earum suggestum in foro extructum adornari placuit. Rostraque id templum appellatum.) Hinc Plin. lib. 16. cap 4. Antea rostra nauium tribunali præfixa fori decus, erant, velut populo Rom. ipsi corona imposita Et Cicero in Vatin. In rostris

stris

ftris in illo inquàm augurato templo, ac loco. Et pro lege Manilia: In eum ipsum locum ascendere, quem maiores exuuijs nauticis, & classium spolijs ornatum reliquissent. P. ÆLIO Peto.) Pæto ex Capitolinis lapidibus, & nummis argenreis.

SVESSAM communisse.) Vet. lib. Commeasse, Rectè: nam inquit Auruncos oppidum antiquum suum deseruisse, ac profugisse. Nomen autem eius oppidi Aurunca fortasse fuit, quo deinde nomine Suessa ipsi etiam affecta est. Sic Ausonum fuit oppidum Ausona. VIVA sub terram ad portam Collinam dextra via strata defossa est.) Cur sub terram stratam dicat, exponit Plutar in Numa, vbi de pœna Vestalium agit: ἐνταῦθα κατασκευάζεται κατάγειος οἶκος οὐ μέγας. κεῖται δ' ἐν αὐτῷ κλίνη ὑπεστρωμένη, id est, Eo in loco, ad portam Collinam, præparatur sub terram domus haud admodum magna, in ea verò lectus est stratus, SCELERATO campo, credo ab incesto id ei loco nomen factum.) Vet. lib. A incestu. At Festus: Sceleratus campus appellatur proximè portam Collinam, in quo virgines Vestales, quæ incestum fecerunt, defossæ sunt. QVI negabat rationem eius se habiturum.) Id est, nomen eius candidati non recepturum, consules enim prætoria comitia habebant. MINVS in prætura intendente.) Vet. lib. Tendente, quod sæpe vsurpat Liuius. CÆSONE Duellio.) K Duilio, vt suprà, nota huius prænominis mendum peperit in epistola Cic ad Pætum, cùm ait: L. Papirius Crassus quadriennio postquam Dictator fuit, consul factus est cum C. Duilio, cùm sit legendum K. Duilio. L. ÆMILIVM Mamercum.) Mamercinum, ex Vet. lib. Quo prænomine multi Aemilij vsi sunt. T. VETVRIVS, Sp. Postumius.) Caluinus ille, hic Albinus vocatus est: Liuius auctor lib. 9. Plutar. in Parallelis.

L. CORNELIVS iterùm.) A. Cornelius est scribendum Casiodoro, Diodoro, & Vet. lib. attestantibus: Est 246
autem is, qui consul antè fuit anno CDXII. ADVERSVS regem exscensionem à Pæsto facientem.) Vet. lib. omnes, Exscensionem habent, quomodo alio loco locutus est Liuius, vt lib. 22. Exscensu è nauibus in terram facto. Et lib. 28. Ad Erythras excensionem fecit: Quæ lectio placet, si ad Pæstom, legamus. At placet alijs, excursionem, legi. Quod etiam probatur, cum paucis antè annis idem Alexander appulisse classem in Italiam suprà dicatur. T. VALERIO consulib.) Nusquam alias Titi prænomen in genre Valeria comperi. Quare assentior Diodoto, & Casiodoro, qui hunc consulem C. Valerium vocant. Q. FABIVM Maximum ædilem.) Adhuc Maximus non dicebatur, nam pòst in censura id cognomen inuenit. [Et hoc Glareanus annotauit.] IN secessione quondam plebis.) Hac de re antea nihil Liuius, secessit primum plebs in montem sacrum, eius sedandæ causa Dictator M'. Valerius creatus est, iterùm in Auentinum, per consules reducta est: denique secessit exercitus, per M. Valerium Coruum Dictatorem res composita est. Liu. lib. 2. 3. & 7. nusquam autem claui figendi mentio facta est. [Hæc rursus ex Glareani annotationibus habet.] L. PLAVTIVS Venox.) Venno scribendum est ex secundo huius consulatu Capit. Nam qui Venox est dictus, is & Caij prænomen tulit, & multis pòst annis in censura illud cognomen inuenit, sunt autem cognomina duo Venno, & Venox, vtrunq; Plautiorum: verùm librariorum incuria alterum propè ex hominum memoria euulsum est, & à scriptoribus Capit. modo restitutum. EX VOLSCIS Fabraterni, & Lucani Romam venerunt orantes, vt in fidem reciperentur.) Vox, Lucani, mendum habet: [Et hæc ex Glareano notat nulla eius mentione] Neque enim Lucani aut Volsci sunt, aut Volscis vicini, neq; ita per se inualidi, vt à Samnitibus quicquam timere possent, quibus paulò antè erant amici: præsertim verò cùm dicat haud ita multo pòst Lucani atq; Apuli, quibus gentibus nihil ad eam diem cum populo Rom. fuerat, in fidem venerunt

QVÆ Vacci prata diruto ædificio, publicatoque solo appellata.) Hinc Cicero pro domo: In Vacci pratis do- 247
mus fuit M. Vacci quæ publicata est, & euersa. SANA constare mens.) Vet. lib. Sane. FVNDANIS pacem esse.) Vet. lib. Fundis, quod placet: dixit eo in Priuerni hostes esse. CARCERES eo anno in circo primum statuti.) Varro lib. 4. de lingua latin. In circo primo, vnde mittuntur equi, Carceres dicuntur, dicti, quod coërcentur equi, ne inde exeant ante, quàm magistratus signum misit. CONSVLES noui L. Aemylius Mamercus, & Cn. Plautius.) Scribe L. Aemilius Mamercinus, & C. Plautius. De Mamercino testantur & vetera, & Capitolina monumenta. De C. Plautio triumphus eius Capitolinus, in quo ipse ita describitur: C. PLAVTIVS P. F. P. N. DECIANVS. Sunt enim multi per hæc tempora illustres Plautij, sed diuersis cognominibus præditi. Proculo, Hypseo, Vennone, Venoce, Deciano. Hunc tamen adoptionis cognomine vti censeo, non familiæ. IN sacello Sangi versus ædem Quirini) Vet. lib. Aduersus ædem. SI bonam dederitis.) Idem tradit Valerius lib. 6. cap. 2.

P. PLAVTIO Proculo, P. Cornelio Scapula.) Pro Plautio Diodotus edit A. Postumium: sic enim est apud 248
eum, αὖλος ποστόμιος, πόπλιος κορνήλιος. FREGELLAS, Signinorum si ager, deinde Volscorum fuerat.) Satis apparet ex locorum descriptione, Sidicinorum legendum, qui populi fuerunt inter Volscos & Campanos, non Signinorum, quæ vrbs fuit in Latio. PROXIMIS comitijs absens præsentibus prefertur.) Vet. lib. omnes, absentis petentibus. Glareanus præsentibus mauult, quasi verò non alio loco Liuius apponat. absentes petentibus, quippe cùm absens non solum dicatur is, qui non adest in vrbe, sed etiam qui ne in campo quidem, vt alio loco ostendam. [Quid ergo tu in tuo codice habes præsentibus non petentibus.] CVMANI ab Chalcide Euboica.) Idem Strabo lib. 5. IN insulas Aenariam, & Pythecusas egressi.) Plin. has duas insulas vnam facit, at Mela duas, cùm inquit: Pythecusa, Leucothea, Aenaria, Sinonia, &c. Italico lateri citra Tiberina ostia obiacet. Hoc torsit valde Glareanum. SAMNITIVM infidæ aduersus Romanos societati freta) Vet. lib. Infida societate. Quod latina locutio etiam postulat.

RECEPTA Palæpoli miserat) Vet. lib. Recepta Palæpolim miserat, Vtrunque rectè. Dixit enim Cicero 249
pro Archia: Luculli eum domum suam receperunt Et Liuius: Oppido, ac tectis receperunt, est enim sensus: Publius ad senatum miserat, duo millia Nolanorum, & quatuor millia Samnitium Palæpolim hostium oppidum esse recepta. ROMÆ compertum est, delectum) Vet. lib. alij habent: Romæ compertum est, Cornelius delectum, alij omnino vacant vocibus his: Romæ compertum est, habent verò vocem, Cornelius: Quorum lectionem valdè probo. Nam cùm ab vtroq; consule de Samnitium bello certiorem senatum factum dixisset, pòst subdidit, quid Publilius nunciasset: hoc verò loco, quid Cornelius, ita: Ab vtroq; consule exiguam spem pacis cum Samnitibus esse, certior fit senatus. Publilius duo millia Nolanorum militum, & quatuor Samnitium, magis Nolanis cogentibus, quàm voluntate Græcorum recepta Palæpolim miserat. Cornelius, delectum indictum à magistratibus, vniuersum Samniũ erectum, ac vicinos populos Priuernatem, Fundanumq;. & Formianũ haud ambigue solicitari, egregiè Nam Publilius in Græcos ierat, Cornelius in Samnites. QVID perplexè agimus, inquit.) Subaudiendum est, Samnis. Sequitur enim, Et Samnis, Romanus ne imperio Italiã regat, decernamus. PROCONSVL rem gereret.) Vet. lib. Proconsule. ORIENTE nocte.) Vet. lib. Ineunte. Oriente. glossema est. CONSVLES creat C. Pœtelium.) C. Pœtelium tertium scribendum esse censet Glareanus, putat enim eundem esse cum eo, qui consul fuit anno CCCXCV. in quo decipitur: ille enim pater, hic filius est. Quod ex

consulatu eius, & ex dictatura huius Capitolina cognoscitur, in quibus ille C. Pœtelius, C. F. Q. N. Vibo Visolus, hic C. Pœtelius C. F. C. N. Libo Visolus appellatur. Est igitur C. hic Pœtelius consul II. non III. nam primùm fuit anno CDIX. [Glareanus in hoc secutus est Cassiodorum, quem reprehendere debebat, sed Glareanum maluit.] L. PAPIRIVM Mugillanum, Cursorem in alijs annalibus innenio.) Quanquam ambigere de cognomine Papirij consulis videtur, Cursorem tamen probat magis, quod ex eo intelligi potest, quod eum II. post consulem profitetur, hunc annum numerans. Idem faciunt Capitolini scriptores. EODEM anno Alexandriam in Aegypto proditum conditam.) Sic Solinus cap. 35. L. Papirio Sp. F. C. Pœtelio C. F. COSS. Alexandria condita est. Idem Cassiodorus. ACCITO ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caueret Acherusiam aquam, Pandosiamq; vrbem, ibi satis eius terminum dari.) Oraculum hoc his duobus græcis versibus expressum est.

αἰακίδη προφύλαξο μολεῖν ἀχερούσιον ὕδωρ
Πανδοσίαν θ', ὅπη τοι θάνατος πεπρωμένος ἐστί.

Eandem rem tradit etiam Strabo lib. 5. his verbis: πρὸ τῆς πανδοσίας ἀλέξανδρος ὁ μολοττὸς διεφθάρη. ἐξηπάτησε δὲ καὶ τοῦτον ὁ ἐκ δωδώνης χρησμὸς φυλάττεσθαι κελεύων τὸν ἀχέροντα, καὶ τὴν πανδοσίαν. δεικνυμένων γὰρ ἐν τῇ θεσπρωτίᾳ ὁμωνύμων τούτων ἐνταῦθα κατέστρεψε τὸν βίον.

250 BRVTTIORVM coloniam Acerinam.) Meritò suspectam habet vocem Acerinam Glareanus, neque enim eius oppidi apud quenquam vlla mentio est. Quo fit, vt suspicer, pro Acerinam, Terinam esse legendum, quod oppidum Bruttiorum fuisse scribit apertè Strabo lib. 6. τερίνας δὲ συνεχὲς ποιεῖ, ἣν ἀννίβας καθεῖλεν οὐ δυνάμενος φυλάττειν, ὅτε δὴ εἰς αὐτὴν κατέφυγε τὴν βρεττίαν, εἶτα κωσεντία μητρόπολις βρεττίων. Eandem Stephanus vocat κτίσμα κροτωνιατῶν. Itaque subdit. alias indè Mesapiorum, ac Lucanorum vrbes. Terinæ Plinius etiam, & Mela meminerunt. HAVD procul Pandosia vrbe imminente Lucanis, at Bruttijs finibus tres tumulos aliquantum inter se distantes insedit.) Eorundem tumulorũ meminit etiam Strabo, & alterius oraculi, à quo Alexander deceptus sit. ait enim ὑπέρκειται δ' ἐπὶ τὸ φρούριον, ἡ τρίκορυφος ποταμὸς ἀχέρων. προσεξηπάτησε δὲ καὶ ἄλλο λόγιον. Πανδοσία τρικόλωνε πολύν ποτε λαὸν ὀλέσσεις, ἐδόξε γὰρ πολεμίων φθορὰν οὐκ οἰκείων δηλοῦν. CORPORE regio vtcunque multato.) Glareanus Erasmo præceptori suo placuisse ait: hoc in loco pro multato, legendum esse, mutilato. At Cicero ita quoque locutus est pro Milone. Quain turba C. Vibienus ita est multatus, vt vitam amiserit. FOEDERE ergo in amicitiam accepit.) Rectè. Nam aut fœdere, aut deditione in amicitiam veniebant. Sic enim supra: Campanorum aliam conditionem esse qui non fœdera, sed per deditionem in fidem venissent.

251 TARENTINORVM iuuentutem, Græci Græcos.) Tarentinos Græcos Palæpolitani græci expectabant. Tarentum enim Lacedæmoniorum colonia fuit, Iustinus lib. 3. AD PHILONEM venit.) Vet. lib. ad Publilium Philonem QVOD bonum, faustum, felix.) Vet. lib. Felixq;. HAVD ignarus opinionis alterius, qua hęc proditio à Samnitibus facta traditur, &c.) Sensus est. Proditionem Palæpolis ab alijs Palæpolitanis auctoribus, ab alijs Samnitibus auctoribus factam esse traditum est, me vt Palæpolitanis ducibus factam esse credam, cùm scriptorum auctoritas mouet, qui id tradiderunt, tum fœdus Neapolitanum. Nam græcorum rei summa à Palæpoli Neapolim deinde translata est. Videtur autem fœdus Neapolitanum vocare id, quod Græci cum Romanis victoribus Neapoli icerunt: nam si cum Samnitibus ictum esset, non Neapoli fœdus, quæ græcorum erat, sed in Samnio factum esset. DVO singularia hæc ei viro primum contigere, prorogatio imperij: non ante in vllo facta, & acto honore triumphus.) Glareanus legendum censet, Aucto honore. Quid tamen sit aut, Acto, aut Aucto honore, se ignorare profitetur. [Glareanus ingenuè fatetur sibi non constare vt alijs cogitãdi daret ansam.] Mihi verò hæc esse videtur mens auctoris. Duo hæc singularia Publilio contigisse, & quod primus prorogato vltra consularum imperio pro consule rem gesserit, & quod primus exacto consulatu pro consule triumpharit. Est enim acto honore, pro eo, quod est postquam honore abijt: sic libro 3. Ea ætate, ijsq; honoribus actis. Et epitom. lib. 61. Gracchus seditioso tribunatu acto interemptus est: sic in Capitolinis lapidibus.

Q. PVBLILIVS Q. F. Q. N. PHILO II. PRIMVS PRO COS.
DE SAMNITIBVS. PALÆPOLITANEIS.

CVM corpora nuda intulissent.) Vet. lib. Nudata.

252 INITIVM libertatis factum est, quod necti desierunt.) Vet. lib. Quod ligati nexi desierũt, Rectè. Nam paulò pòst subdit: Ita nexi soluti: cautumq; in posterum ne nectetentur. Et epitome lib. 6. Cum obstrictos ære alieno liberaret nexos exolueret. Et Varro lib 1. de lingua latina: Liber, qui suas operas in seruitute pro pecunia, quam debebat, præbet, nexus vocatur, vt ab ære obęratus. Hoc C. Pœtelio Visolo Dictatore institutum ne fieret. Quæ verba quanquam mendosa sunt, tamen ad hunc locum pertinere perspicuum est. Et Suidas in voce νέξος. Καὶ διελύθη τὸ νέξον ἅπαν τοῖς δανείσασι πρὸς τὰ χρέα ῥωμαίοις νόμῳ χυρωθέντι ἀρχαίαν ἐκ δὴ πέας ἐκομίσαντο. L. FVRIO Camillo iterùm.) Quam vehementer erret Glareanus, qui L. Furio Camillo tertiũ legit suprà ostendi. FORTES fortunam iuuare.) Eodem prouerbio vtitur lib. 34. Et Cicero Tusc. lib. 2. Fortes non modo fortuna adiuuat, vt est in veteri prouerbio, sed multo magis ratio. Q. FABIVS Maximus Rutilianus) Ex Capitolinis tabulis apparet Rullianum, non Rutilianum esse legendum. Mendosè etiam apud Valerium lib. 2. cap. 2. At apud Plinium rectè Q. Fabius Rullianus. Liuius eundem pòst Rullum nominat. Plutarchus in Pompeio ῥύλλον, in Fabio ῥυλλίαν appellat, vt puto vitiosè.

253 PROFECTVS ad Imbrinium.) Hermolaus Barbarus in 3. lib. Plinij, meminit huius loci, Idque etiam Simptiuium dictum scribit. Vnde Tacitus ad stagna Simptiuina. Et Silius: Gelidoq; rigantur Simpriuio. Et iterùm Tacitus: Fontes sub Imbriuinis collibus deductos vrbi intulit. SEV CREDERE libet Fabio auctore factum, ne.) Vet lib. Seu, si credere libet, Fabio, &c. SPOLIA in triumphum ferret.) Vet. lib. In triumpho. T. MANLII facta laudauitem.) Vet. lib. Factum, probo. Seueritatem enim eius in filium, qui iniussu imperatoris pugnauerat, intelligit. QVOD se absente resp. egregiè gesta esset) Vet. lib. Res egregiè, vt antè: sic paulò pòst. Ad rem gerendam.

254 CONSVLES, regia potestas.) Rectè, quòd pro Rege, duo consules creati sint ijsdem insignibus, & eadem ferè potestate, præterquam quod annua hæc, illa perpetua erat. lib. 2. QVO TV imperio meo spreto.) Quò, est pro eo, quod Græci dicunt, πρὸς τί, & τί. Vt Cicero ad Fabium: Martis verò signum quò mihi pacis auctori? LACERANTIBVS vestem lictoribus.) Vet. quidam lib. Lacerantibus fœde lictoribus.

255 PATRE auctore M. Fabio, qui teriam consul, dictatorque fuerat.) M Fabius Ambustus pater fuit COS. an. CCCXCV. CCCXCIX. CDI. Dictator an CDV. Liuius & Plin. auctores. ITERATA deinde contentio.) Vet. lib. Contẽtio est. TRIBVNOS plebis appello & prouoco ad populũ.) Hinc intelligi potest à Dictatore ad populum prouo-

prouocationem fuisse. Qua de re sic Festus: Optima lege cùm dicebatur in magistro populi faciendo, qui vulgò dictator appellatur, quàm plenissimũ posset ius esse significabatur, vt fuit M. Valerij M. F. Volusi N. qui primus magister populi creatus est. postquam verò prouocatio ab eo magistratu ad populum data est, quæ antè non erat, desitum est dici, Vt optima lege, vtpote imminuto iure posteriorum magistrorum. BENE agis, cum eò nos deduci iussisti, vnde & priuati vocem mittere possemus.) Hoc ait, quia M. Fabius in concione pro rostris ad populum loqui non potuisset, quod esset priuatus, ex inferiore autem loco, quo eum deduci Dictator iusserat, licebit. Non enim nisi magistratus, & qui à magistratibus producti erant, in concionẽ ascendere poterant. NON tam perpetuæ orationes, quàm altercatio exaudiebantur.) Quidam libri, altercationes audiebantur, quod non probo. Nam lib. 4. inquit. Cùm res à perpetuis orationibus in altercarionẽ uertisset. DICTATOREM Quintium Cincinnatum in L. Minucium.) Hac de re lib. 3. M. FVRIVM Camillum in L. Furio.) Hoc fecit Camillus trib. mil. VI. an. CCCLXXV. Liuius lib. 6. NE IRAM quidem fuisse atrociorem in eos, qui temeritate, atque inscitia exercitus amisissent, quàm vt pecunia eos multaret.) Lib. 4. Mœstę ciuitati ab re male gesta, & iratæ ducibus M. Postumius reus obiectus, qui tribunus mil. procos. ad Veios fuerat. X. millibus æris grauis damnatur. PROPTER Q. Fabium ciuitatem in lætitia, victoria, supplicationibus, ac gratulationibus esse.) Vet. lib. Propter Q. Fabij victoriam ciuitatem in lætitia. supplicationibus, ac gratulationibus esse.

CVM se nihil morari magistrum equitum pronunciasset.) Genus dicendi, quo vtebantur in absoluendo: 256 sic suprà lib. 4. Tribunus plebis. Sempronium nihil moror. Et Philip. 13. in epistola Antonij: Nihil moror eos saluos esse & ire quo lubet. DIGRESSVM, eum templo.) Templum, non curiam Hostiliam intelligendum esse puto, vt ait Glareanus quibusdam placere. sed Rostra, quæ summoto magistro equitum Dictator ascenderat, & ex eis verba ad populum fecerat: suprà autem Rostra templum dici, monuimus. ADOLESCENTIS Manlij.) Vet. lib. T. Manlij, rectè. præcesit enim Q. Fabij,

Q. ÆMILIVM Cæretanum.) Cerretanum, ex Cap. consulibus, & Vet. lib. Q. AEMILIO.) Aulium qui- 257 dam annales habent. Quæstio est an alter COS. Q. Aemilius, an Q. Aulius Cerretanus fuerit. Aulium vocandum esse, & Liuius, & Capitolini scriptores consentiunt: est enim is qui pòst magister equitum in prælio occisus est: Liuius lib. 9. & Capitolinæ tabulæ. AEMILIO sorte euenerunt.) Malim, Aulio, vt dixi. Accedit quod pro Aemilio Diodorus Αἴλιον, Cassiodorus Aelium vocant, mendose. SOCIOS eius generis populos.) Id est, socios populi Romani Apuliæ populos: in amicitiam enim paulò antè venerant vna cum Lucanis. CLAMATVMQVE ad arma.) Vet lib. Conclamatumq; ad arma. VT IN Tusculanos animaduerteretur, quorum ope ac consilio, Veliterni, Priuernatesq; populo Rom. bellum fecissent.) De Tusculanis nihil ante lib. 7. vbi de Priuernatibus & Veliternis ita ait: Accesit ad eam cladem vastatio Romani agri, quam Priuernates, Veliterni deinde incursione repentina fecerunt.

NEC quenquam fermè ex Pollia tribu candidatum Papiriam ferre solitum.) Locus non est, vt censet, man- 258 cus ac debilis. Quod ipsum sensus ostendit, qui est hic: Cum Pollia tribus vna Tusculanos condemnasset, memoriam iræ Tusculani in Polliam tribum vsque ad patrum memoriam conseruarint, neq; enim quisquam ex tribu Pollia candidatus Papiriam ferre solitus erat, in quam præsertim coniecti Tusculani ciues fuerant, & in qua suffragia ferebant. Auctor Valerius lib. 9. quanquam ibi Popillia est. pro Papiria. [Explicare debebat quid sit Papiriam ferre, sic enim satisfecisset Lectori. Ego credo Papiriam ferre suffragiũ à Papiria tribu ferre.] Q. FABIO.) Rullianum intelligit, ex triumpho Capit. hoc anno acto. L. FVLVIO.) Fuluij cognomen Curuus, ex Capit. eius triumpho. M. FABIVS Ambustus) Magister equit. erat Ambustus, Rullianus consul. Ambustum Rulliani patruelem fuisse reor M. Ambusti Pont. Max. F. NEC pedestres quidem copiæ.) Vet. lib. Ne pedestres quidem. Samnitium autem copias intelligit. LOCVM castris dimetari iussit.) Vet. lib. Communiri iussit. ID VERO, circumfuso vndiq; equitatu, vt vallum peteretur, opusq; inciperet, fieri non poterat.) Sensus est: Dictator, vbi vltra progredi se non sine summo incommodo posse vidit, locum castris communiri iussit: cùm autem hostium equitatus circumfusus esset, ne id quidem fieri poterat, vt vallum poneretur, & opus inciperet. In quibusdam enim libris est pro, peteretur, poneretur. AT HERCVLE illo die.) Vet. lib. Et hercule.

IMPIO bello, & contra fœdus suscepto) Hoc ait, quia paulò antè dixerat: Samnites inducias annuas ab vrbe 259 retulerunt, nec earum ipsarum sancta fides fuit, &c. Itaq; subdit. Brutulus Papius haud dubiè erat proximarum induciarum ruptor. BRVTVLVS Papius.) Papia gens Italica fuit. Itaq; bello Italico Papius Mutilus inter eius belli duces insignis est. Appianus. Alij. CÆTERARVM rerum irrita fuit deditio.) Id est, non acceptæ res cæteræ, quæ dedebantur, nec ex eo pax consequuta est. HOC BELLVM à consulibus bellatum quidam auctores sunt.) Inter cæteros sunt Capitolini scriptores, qui Q. Fabium, L. Fuluium huius anni consules de Samnitibus triumphasse, non Dictatorem A. Cornelium tradiderunt. FABIVM etiam in Apuliam processisse.) Hinc apud eum qui scripsit de viris illustribus scriptum est, Q. Fabium COS. primum de Apulis, & Lucerinis triumphasse. Quod idem extat etiam in Capitolino triumpho. SIGNVM mittendis quadrigis daret.) Inter cæteras causas Dictatoris creandi hæc etiam fuit, ludorum Rom. causa, quod est, vt signum mittendis quadrigis daret. Signum autem dedisse Dictatorem & prætorem hic locus docet, consulem, liber 45. primus. VITIATAM memoriam funebribus laudibus reor, falsisque imaginum titulis, dum familia ad se quæq; famam rerum gestarum, honorum fallente mendacio trahunt, inde certè & singulorum gesta, etiam publica monumenta rerum confusa.) Hunc locum à Cicerone accepisse videtur in Bruto. Nisi quem nonnullæ mortuorum laudationes fortè delectant, & hercules hæ quidem extant: ipsæ enim familiæ sua quasi ornamenta, ac monumenta seruabant, & ad vsum, si quis eiusdem generis occidisset, & ad memoriam laudum domesticarum, & ad illustrandam nobilitatem suam quanquam his laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior: multa enim scripta sunt in eis, quæ facta non sunt, falsi triumphi, plures consulatus, genera etiam falsa, & à plebe transitiones, cùm homines humiliores in alienum eiusdem nominis infunderentur genus.

IN EPITOMEN LIBRI IX.

OMNIBVS, qui per fœdus spoponderant.) Vet. lib. Qui fœdus spoponderant. NEC etiam multo pòst.) Vet. lib. Nec multo pòst. LIBERTINORVM filios in senatu legit.) Vet. lib. In senatum. EA QVE res Fabio Maximo nomen dedit.) Vet lib. Maximi, id est, ex ea re Maximus appellatus est. sic Liuius. Porrò autem adde hæc verba ex manuscriptis libris. [Badius hæc habet in exemplari suo.] In hoc libro mentionẽ habet Alexandri, qui temporib. his fuit, & æstimatis populi Rom. viribus, quę tunc erát, colligit: si Alexander in Italiam

traie-

traiecisset, non tam facilem ei victoriam de populo Rom. fore, quàm de gentibus, quas ad orientem imperio suo subiecerat.

IN LIBRVM IX.

260 AVCTORES belli, quia viuos non potuimus.) Brutulum Papium intelligit, cuius exanime corpus deditum erat. LEGIONES Samnitium in Apulia esse, Luceriam omnibus copijs circumsedere.) Apuli quadriennio antè societate iuncta in fidem populi Rom. venerant. Ea de causa Romani hoc tempore Luceriæ, quam à Samnitibus circumsederi nunciabatur, opem ferunt, ait enim: Haud erat dubium, quin Lucerinis opem Romanus ferret, bonis ac fidelibus socijs, ijdem tamen post cladem Caudinam ad Samnites defecisse videntur. Itaque Luceria pòst à Romanis recipitur, iterumq; cum defecisset, capta, colonia deducitur. Neque etiam probare videtur Liuius eorum auctoritatem, qui Q. Fabium prioris anni consulem de Apulis, & Lucerinis triumphasse scripserunt. MONTIBVS circa se perpetuis inter se iuncti.) Vet. lib. Montibus perpetuis inter se iuncti. PER alium saltum arctiorem, impeditioremq;.) Vet. lib. Altiorem impeditioremque, Rectè. Nam paulò antè dixit: Saltus duo alti, angusti. CVM ad alias angustias protinus pergerent, septas deiectu arborum saxorumq; ingentium obiacentem molem inuenerunt.) Malum, obiacente mole, vt sit, Septas deiectu arborum, & saxorum obiacenre mole.

261 ALIVS per obices viarum, alius per diuersa montium.) Vet. lib. Per aduersa montium. QVEM annos iam propè XXX. vincimus.) De Samnite loquitur, qui vinci cœptus est anno V.C. CDXII. Quoniam autem ab eo adhunc annum, nisi XXIII. anni numerantur. Glareanus hunc numerum reprehendit, & XX. non XXX. legendum censet. Ego contrà: Nam si XX. dixisset, particulam, propè, non addidisset, quæ solet addi, cùm numerus re vera minor est, quàm dicitur. [Badij codex habet XX. & propius id est, verò quidquid hic arguetur Sigonius.] IAM is grauior annis.) Vet. lib. Grauis annis. QVICQVID istuc præsens necessitas iusserit.) Vet. lib. istinc. Malim ego, Istic. HERENNIVS domum è castris est auectus.) Vet. lib. Reuectus, Egregiè. Indè enim in castra vectus fuerat. SVIS deinde legibus. Vet. lib. Suis inde legibus.

262 IN medios me mittere hostes paratus sum.) Vet. lib Immittere. PRODVNTVR magis omnia.) Vet. lib. Ea omnia.

263 OMNIVM egena corpora humi prostrauerunt.) Vet. lib. Egeni. SVPER mœrorem pudor quidam effugere colloquia, & cœtus hominum cogebant.) Vet. lib. Cogebat. AD FINEM Campanum prosequerentur.) Vet. lib. Ad finem vsq; Campani agri. Dixit tamen alibi: Finem Pisanum. MVLTO sibi mœstiores & abiectiores animi visos.) Vet. lib. Mœstioris & abiectioris animi

264 OFFILIVS Calauius Ouij filius.) Vet. lib. Oui. SINE vlla publica auctoritate concessum in omnem formam luctus est.) Vet. lib. Sine vlla publica auctoritate consensuue in omnem formam luctus populus versus est. Ego tamen nihil muto. M. AEMILIVS Pappus.) Scribe M. Aemilius Papus, auctoribus Capitolinis lapidibus, & libris veteribus. QVO die creati sunt, eo, sic enim placuerat patribus, magistratum inierunt.) Ante solenuem ineundi consulatus diem inisse significat, qui per bellum Punicum II. & reliqua insequentia fuit Idus Mart. His autem X. primis libris res hæc tota inconstantissima est. Nam modo K. Sept. modo K. Sext. modo Idibus Maijs, modo Id. Decembr, modo K. Octobr, modo K. Quintilis inijsse consules à Dionysio, Liuioq; traduntur. SOLENNIBVSQ'VE senatusconsultis perfectis, de pace Caudina retulerunt.) Vet. lib. Solennibusq; sacris. Probo tamen magis, Senatusconsultis. Erant enim quædam solennia senatusconsulta, quæ ad religionem & cæremonias pertinebant. Nam quemadmodum scriptum est apud Gellium, ante de rebus diuinis, quàm de humanis referebatur. Itaque Cicero ait ad Quirites post reditum. P. Lentulus consul simulatq; de solenni religione retulit, nihil humanarum rerum sibi prius, quàm de me agendum iudicauit.

265 L. LIVIO, & Q. Melio tribunis pl.) Mælio, scribe. Mendose autem sunt apud Ciceronem hæc nomina. Numicio, & Aemilio, in Catone. Cæterùm tribunatum pl. ceperunt, postquam sub iugum ad Caudium missi fuerant. Neque enim tribunos pl. in castris fuisse consentaneum est, & si fuissent, & spopondissent, eorum suprà meminisset Liuius, cùm dixit: Spoponderunt consules, legati, quæstores, tribuni militum.

266 POSTHVMIVS in ore erat.) Vet. lib. In ore omnium erat. PIACVLA'QVE pro populo dare Romano.) Vet. lib. Romano dare. NOXAM nocuerunt. Vet. lib. Noxa nocuerunt. EO IVSTIVS bellum gesturos, Vet. lib. Romanos eo iustius bellum gesturos, quod placet. QVI te captum victori cum qua potes fide restituis?) Vet. lib. Qui te nunc captum victori. NVNQVAM ne causa defiet.) Vet. lib. Deficiet.

267 QVOD nec ad Luceriam ire.) Hoc loco Luceria Samnitium est, quod forte ad eos, vt dixi, post Caudinam cladem defecerit, quemadmodum tacitè intelligi vult Liuius. PVBLILIVS in Samnio subsistit aduersus Caudinas legiones.) Si, Aduersus, legas, Caudinas legiònes Samnitium exercitum ad Caudium victorem intelligas, si, vt malim, & est in quibusdam libris Vet. Adducens, Romanorum exercitum ad Caudium sub iugum missum, accipias necesse est. Ita verò accipiendum esse, docet Liuius lib. 25. Caudinæ legiones, quæ sine armis redierant Romam, armatæ remissæ in Samnium, eundem illum hostem sub iugum miserunt, qui hac sua ignominia lætatus fuerat. Idem autem tradit hoc loco Liuius. Ex quo intelligi debet, Publilium cum Caudino exercitu in Samnium esse profectum, Papirium cum nouo in Apulism. SAMNITES ea tempestate in montibus vicatim habitantes campestria, & maritima loca contemptu cultorum molliore, atque vt euenit ferè, locis simili genere, ipsi montani, atq; agrestes depopulabantur.) Glareanus meritò obscuritatem huius loci iactat, non enim solum obscurus est, sed etiam vitiosus. Lege autem ex veterum librorum fide. Contempto cultu molliore, vt sit: Samnites montani campestria loca populabantur contempto cultu molliore, & locis eiusmodi, vt fieri solet. TVM quoq; profectos inde.) Vet. lib. Tum verò profectos.

268 AVCTORIBVS dijs, vt videtis, ad rem agendam proficiscimur.) Vet. lib. Rem gerendam. CONSVLERE quid victis patiendum censeret.) Vet. lib. Paciscendum, probè: agitur enim de conditionibus pacis.

269 ID magis mirabile est, ambigi Lucius'ne Cornelius Dictator cum M. Papirio Cursore magistro equitum eas res ad Caudium, atq; inde Luceriam gesserit.) Scriptores Capitolini L. Cornelium Dictat. cum L. Papirio mag. equit. ascribentes has res ab eo gestas esse sentire videntur. Puto autem hunc esse L. Cornelium Lentulum, qui ante consul fuit, qui ob res benè gestas ad Caudiū Caudinus appellatus sit: siquidem Caudinus post fuit Lentulorum cognomen. SEQVITVR hūc errorem alius error, Cursor ne Papirius proximis comitijs cum Q. Aemilio Cæretano iterùm ob rem benè gestam Luceriæ continuato magistratu consul tertium creatus sit, an L. Papirius Mugillanus, & in cognomine erratū sit.) L. Papirium Cursorem COS. III. & Capitolini triumphi eius scriptores & Liuius ipse, qui post hunc eundem IIII. consulem nominat, sentiunt. Quod autem ad Q. Aemilium Cæretanum attinet, cùm ne de hoc quidem nomine inter auctores conueniat, an Aemilius, an Aulius sit, vt ait Liuius, intelli-

intelligendum est Aulium à Liuio, & scriptoribns Capitolinis magis probari: nam in Vet. lib. apud Linium & hoc loco, & infrà, Aulius est, non Aemilius. Cæterùm Cerretano ex Capitolinis lapidibus & veteribus aliqnot libris legendum est, non Cæretano. CVM Ferentanis vno secundo prælio debellauit, vrbemq; ipsam, quo se fusa contulerat acies, obsidibus imperatis, in deditionem accepit.) Oppidum intelligit nomine Ferentum. De quo Horatius Oda 4. lib. 3. Et aruum pingue tenent Humilis Ferenti, quo loco ait Acro. Ferentum oppidum est Apuliæ Venusinæ ciuitati vicinum in valle situm. Itaq; Diodorus lib. 20. hâc victoriam sic describit, ῥωμαῖοι δὲ διαπολεμοῦντες σαμνίταις φερέντην πόλιν τ' ἀπουλίας κατὰ κράτ☉ εἷλον. Fuit autem Ferentium, quod & Ferentinum est dictum, in Samnitibus, de quo sic Stephanus, φερεντῖν☉, λέγεται καὶ φερέντ☉ πόλις σαυνίτων ἐν ἰταλίᾳ. τὸ ἐθνικὸν φερεντῖνος. Huius meminit Liuius lib. 10. Idq; oppugnatum esse vna cum Romulea scribit anno V.C. CDLVI. Porrò autem Ferentinum alterum in Volscis, sine in Latio fuisse satis constat. Quod ipsum Volscis ademptum, Hernicis donatum esse à Romanis Liuius scribit lib. 4. Itaq; lib. 7 Ferentinum Hernicorum vrbem vi captam esse ab ijsdem ait, & Ptolemæus Ferentinum inter mediterraneas vrbes Latinorum statuit. Ab hoc ciues Ferentinates appellati sunt, vt hoc libro Linius. Præter Aletrinatem, Ferentinatemq;, & Verulanum omnes Hernici nominis populi populo Rom. bellum indixerunt. Et Plin. lib. 4. cap. 5. Ex agro Falerno Ferentinares. Hinc concilia Latinorum ad lucum Ferentinæ habita esse scribit Linius lib. 1. & 8. Quod, vt suprà dixi, concilium Dionysius τὴν ἐν φερεντίνῳ ἀγορὰν vocat. Hinc etiam idem Liuius lib. 1. meminit aquę Ferentinæ, & 2. capitis Ferentini. Postremò Ferentiam oppidum collocat in Tuscis Ptolemæus, quam Ferentinum etiam nominat Plinius lib. 3 cap. 5. cùm ait: Fesulę, Ferentinum. Prærer hæc sunt etiam populi quidam nomine Frentani Apulis finitimi. De quibus Mela. Picentes, Frentani Apuli. Et Plin. Peligni Frentani, Marrucini, Vestini. Et pòst: In ora Frentanorum. Item: Anxani, Frentani. Ptolemæus item pòst Apulos statuit Frentanos, Pelignos, & Marrucinos. Et Polybius lib. 3. μαρρουκίνων καὶ φρεντανῶν χώραν. Quæ cum ita sint, non est dubium, quin libro hoc extremò sit legendum, Frentani, vbi vulgò legitur, Marrucini, Marsi, Peligni, Frentini. Hæc dixi, vt intelligerent omnes, quanto cum studio atque iudicio in veterum auctorum lectione versandum esset. CVM ad mœnia Satrici admotus esset exercitus.) Vet. lib. Satricæ, per mendum. Intelligit enim Satricum coloniam Romanam in Latio, quippe cùm subijciat: Plus ea voce, quàm armis illatis terroris colonis iniectum. QVA noctis hora, quamque per portam, & quam in viam egressurus hostis foret.) Vet. lib. Quaq; porta. PRÆCIPVA pedum pernicitas inerat, quæ cognomen etiam dedit.) Vet lib. alij, Quæ cognomen via dederat. Alij, Quę cognomini viam dedit. Hinc ego suspicor legendum: Quæ cognomen auo iam dedit. [Liuius hunc à cursu laudat non auum: Nihil igitur hic agit Sigonius.] Vt intelligamus, quemadmodum necessario intelligendum est, non hunc primum inuenisse hoc Cursoris cognomen, sed auum eius antè. Auus autē eius fuit L. Papirius Cursor, qui censor fuit anno V.C. CCCLXI. & post etiam tribunus militum consulari potestate. Hic enim de quo non loquitur Liuius in lapidibus Capitolinis L. Papirius Sp F. L. N. Cursor dicitur.

QVOD vnus fuit, quod adolescens in incremento rerum.) Scribe ex Vet. lib. Quod adolescens, quod in 270
incremento rerum, vt tertia esse causa videatur. M. CVRIVM.) M'. Curium, Capitolini lapides: item alij. SI PVNICVM Romano præuertisset bellum, seniorq; in Italiam traiecisset.) Sensus: Si Alexander antè intulisset Romano bellum, quàm Pœni: Quod futurum erat, si senior in Italiam traiecisset: nisi malimus legere pro Punicum, Indicum. QVEM iuuenes duo.) T. Manlius Torquatus, & M. Valerius Coruus, de quibus paulò pòst. Cessisset videlicet in acie oblatus par Manlius Torquatus, aut Valerius Coruus. [Hæc ex Glareano habet.] QVEM qui ex regibus constare dixit.) Cyneas hic fuit legatus Pyrrhi bello Tarentino. Plutar. in Pyrrho. INTER purpuram atque aurum eneruatum fortunæ suæ apparatibus.) Vet. lib. Oneratum, Quod placet: subdit enim prædam verius quàm hostem, & præcessit, Mulierum, ac spadonum agmen trahentem.

NON intelligunt se hominis res gestas, & eius iuuenis cum populi iam octingentesimum bellantis annum 271
conferre.) Scribe ex Vet. lib. Se vnius hominis. Opponuntur enim hæc inter se: Vnus homo, idemq; iuuenis, & populus idemq; iam octingentesimum annum bellans. Paulò antè dixit: quod vnus fuit, quod adolescens, Elatoriè autem dixit, Octingentesimum. [Hic inscinam Historiæ Alexandri Sigonius prodit. Alexander enim cùm ex India Babylonem redijsset, iam classem destinarat in Carthaginienses non in Romanos: Et si tum rebus humanis ereptus non esset, ac in Africam venisset, aliquot annis ibi bellandum erat, pone ro X. Iamq; Alexander erat XLIII. annorum, sic senex non tamen, Valde venisset in Italiam. Sensus igitur est: Si Alexander præuertisset bellum Africanum quàm Romanum, hoc est, prius Africam aggressus quàm Italiam, id etiam in eius senectute futurum erat.]

IMPEDIMENTVM maius, quàm auxilium traheret.) Vet. lib. Impedimentum magis. CVM & fœde- 272
ribus vetustis iuncta Punica res Romanæ esset.) Fœdera hæc renouata iterùm atque iterùm, & quo tempore, latè tradit Polybius lib. 3. ABSIT inuidia verbo.) Vet. lib. Vero. M. FOLLIVS Flaccina.) M. Foslius Flaccinator, ex consulatu Capitolino. L. PLAVTIVS Venox.) Venno, ex consulatu Capitolino, vt dixi. INDVCIÆ biennij, cùm per aliqnot dies fatigassent singulos, precibus impetratæ.) Dispunge ita, vt sit, fatigassent singulos precibus, non autem, precibus impetratæ. Nihil est enim tam familiare Liuio, quàm Fatigare precibus, vt lib. 1. Precibus raptarum fatigata. EX APVLIA Teanenses.) Theanenses sine aspiratione, ex Vet. lib. & græcis τεανον. EX APVLIA Teanenses, Canusinique populationibus fessi, obsidibus L. Plautio consuli datis in deditionem venerunt.) Hac de re sic Diodorus libro 20. ἐπόρθουν δὲ καὶ τῆς πόλεις τῆς δαυνίας τεανον, καὶ κανυσίνων ὁμήρους τῇ αὐτῶν ἔλαβον ET DVÆ Romæ additæ tribus Vfentina, ac Falerina.) Earundem meminit Diodorus: προσέθηκαν δὲ καὶ δύο φυλὰς τοῖς προϋπαρχούσαις τὴν τε φαλερίναν, καὶ τὴν ὠφεντίναν. INCLINATIS semel in Apulia rebus, Theates qnoque Apuli ad nouos consules C. Iunium Bubulcum, Q. Aemilium Barbulam petitum fœdus venerunt.) Parum constat, qui sint Theates Apuli. Nam Theate Theatinos edit, vt Reate Reatinos, quos tamen non inter Apulos, sed inter Marrucinos collocat Plinius. De Teanensibus autem dixit paucis ante versibus, Teanenses, Canusinique populationibus fessi obsidibus L. Plautio consuli datis in deditionem venerunt, vt superuacaneum fuisse videatur, eosdem ad nouos consules fœdus petitum venisse, nisi si, quia pacis per omnem Apuliam præstandæ auctores venerant, audacter id petentes impetrauerint. Cæterùm Teana duo fuisse, auctor est Strabo, vnum cognomine Sidicinum, alterum Apulum. Et Plinius lib. 3. cap. 11. Apulorum, inquit, tria genera sunt, Teani à duce Gares, Lucani subacti à Calchante, & Daunij. Vet. lib. Teates habent. Stephanus populos, & ciues Teani vocat τεανῖς. Polybius tamen lib. 3. nominat Calenos, Teanitas, Daunios, Nolanos, vt Campaniæ mediterranea incolentes, καληνοὺς, τεανίτας, δαυνίους, νωλανούς. NEQVE vt æquo tamen fœdere, sed in ditione populi Rom. essent. Vet. lib. Sed vt in ditione. Est autem hoc vnum e tribus generibus societatis ineundæ, de quibus Liuius lib. 35. aut enim victis leges dātur, aut pares bello paciscūtur, aut cum nunquam hostes fuerint, fœdere iunguntur. APVLIA perdomita, nam Tarēto quoq; valido oppido Iunius potitus erat.)

Quid

Quid sit hoc loco Tarentum ambigitur, neq; enim Tarentum Apuliæ est, neq; à Romanis hoc tempore captum est. Neque verò Ferentum habere locum potest, quod quibusdam placuit, est enim biennio ante captum. Vet. lib. alij Acronto, alij Acerronto cùm habeant, me in hanc sententiam trahunt, vt putem legendum esse Acheronto, quod oppidum erat in Apulia, vt ait Horatius, & eius interpres Acro: quanquam Horatius Acherontiam vocat Oda 4. lib. 3.

Mirum quod foret omnibus
Quicunque celsæ nidum Acherontiæ,
Saltusque Batinos, & aruum
Pingue tenent humilis Ferenti.

QVI sine legibus certis, sine magistratibus agere querebantur.) Vet. lib. Sine legibus, certisque magistratibus. SATRICVLAM oppugnare.) Saticulam, vt antè.

273 SATRICANI magno cum tumultu.) De Saticulæ ciuibus cùm agatur, Saticulani certè scribendum est. Nam Stephanus σατικόλα πόλις. τὸ ἐθνικὸν σατικολανός. Et Diodorus lib. 19. vbi Saticulæ meminit à Romanis obsessæ, ait: ῥωμαίων σατικόλας πολιορκούντων σαμνῖται ἐπεφάνησαν μετὰ δυνάμεως ἁδρᾶς, ὡς λύσοντες τὴν πολιορκίαν. PLISTIAM ipsi socios Romanorum circumsidunt.) Diodorus lib. 19. Plisticam vocat, cùm ait hac de re ita: Πλιστικὴν μὲν ἔχουσαν φρουρὰν ῥωμαϊκὴν ἐξεπολιόρκησαν. BELLVM deinceps ab Q. Fabio dictatore gestum est.) Glareanus hunc dictatorem hoc anno fuisse sine consulibus existimat, verùm errat. Fuit enim Q. Publilio, & L. Papirio quartum consulibus, teste Diodoro, qui in horum consulatu ait: εἰωθότες δὲ ἐν τοῖς κινδύνοις αὐτοκράτορα τῷ πολέμῳ καθιστᾶν τὸν ἀξιολογώτατον αὐτῶν, προεχειρίσαντο τότε κόιντον φάβιον καὶ μετὰ αὐτοῦ κόιντον αὔλιον ἵππαρχον. οὗτοι τὰς δυνάμεις ἀναλαβόντες παρετάξαντο πρὸς τοὺς σαμνίτας περὶ τὰς καλουμένας λαυτόλας. Narrat deinde Romanorum item, vt Liuius, fugam, & Q. Aulij magist. equit. necem. est enim apud Diodorum αὔλιον, pro Aulium, vt cùm dicimus Clodius, pro Claudius. CONSVLES noui sicut superiores Romæ manserunt.) Desunt nomina nouorum consulum, sine dubio librariorum vitio, neq; enim alias vnquam ea studiose Liuius prætermisit. Sunt autem apud Cassiodorum L. Papirius, Q. Publilius. Itemque in Capitolinis tabulis, L. Papirius Cursor IIII. & Q. Publilius Philo IIII. Et apud Diodorum lib. 19. λεύκιος παπίριος τὸ τέταρτον, καὶ κόιντος ποπλίλιος τὸ δεύτερον. Atque ita restituendum esse apud Liuium puto, vt est in Capitolinis lapidibus. Nam in horum temporum consulibus nominandis mirè diligens est, ita vt neq; cognomina, neque multiplicatorum honorum notas vllas prætereat, & L. Papirium biennio post consulem quintum tradit. Quod non faceret, nisi hoc anno eum consulem quartum nominasset. Hoc ipsum, vt dixi, cùm Glareanus non intelligeret, annum vnum sine consulibus interseruit: L. autem Papirium, & Q. Publilium in insequentem annum transtulit, ita vt vno anno Liuium antecedat contra omnium monumentorum auctoritatem. [Glareanus vbique testatur se pro vno anno cum nemine certaturum. At hic ita nunc clamat, quasi id non legerit apud eum.] EO intentius Dictator in mœnia hostium versus, id bellum tanti ducere, quod vrbem oppugnabat: securior ab Samnitibus agere, stationibus modo oppositis, ne qua in castra vis fieret. Eo ferocius adequitare Samnites vallo, neque ocium pati.) Huius loci sensus, quem sibi ignotum esse Glareanus ait, hic est: Dictator ad oppugnationem vrbis conuersus, id opus tantum pro bello habebat, quatenus oppugnabat, at cæteris in rebus nulla belli species erat. Nam à Samnitibus securus, stationibus tantum, ne qua vis in castra fieret, oppositis erat. Quo fiebat, vt Samnites, cùm se contemni putarent, ferocius obequitarent vallo castrorum, neq; quietem agere possent. In veteribus enim libris obequitare legitur, nō adequitare. Post hæc nouæ orationis principium fieri debet. Et cùm iam prope. NEC, vt fit, ad ducis casum perculsa magis, quàm irritata est multitudo omnis, qui circa erant in Aulium temerè inuectum.) Vet. lib. Omnes, qui circa erant. SORA ad Samnites defecerat interfectis colonis Romanorum.) Sic Diodorus lib. 19. σωρανοὶ τὸ ἔνοικοι κατασφάξαντες τοὺς παρ' αὐτοῖς ῥωμαίους, συμμαχίαν δὲ πρὸς σαμνίτας συνέθεντο.

274 ET si homines iuuare velint, iniqua loca sunt.) Vet. lib. Omnes. AD Lautulas ancipiti prœlio dimicatum est.) παρετάξαντο πρὸς τοὺς σαμνίτας περὶ τὰς καλουμένας λαυτόλας. CONSVLES M. Petilius, C. Sulpicius.) Pœtelius, ex consulatu Capitolino. Diodorus, μάρκος ποίτηλος, γάϊος σουλπίκιος: at ποίτηλος mendose. ARX ab hostibus capta est, defendire, ite.) Vet. lib. Ite, defendite: sic suprà, Ite consules, redimite ciuitatem. Et lib. 7. Irent, crearent consulem ex plebe.

275 CONCVRSANTES per viam.) Vet. lib. Per vias. EX his CCXXV.) Vet. lib CCXXXV. AVSONA, & Minturnæ, & Vestina vrbes.) Vet. lib. alij Vestitia, alij Vestia. Ego Vescia legendum puto. Nam Vescia, vt lib. 8. dixi, Ausonum erat, auctore Stephano. VICIT tamen sententia, vt mitterentur coloni.) De Luceria colonia deducta in Apulia loquitur. De qua sic Diodorus in consulatu priore: οἱ δὲ ῥωμαῖοι φοβηθέντες μὴ κατὰ τὴν ἀπουλίαν προσχήματα τελέως ἀποβάλωσιν ἀποικίαν ἐξέπεμψαν εἰς λουκερίαν πόλιν ἐπιφανεστάτην τῶν ἐν τοῖς τόποις. DICTATOREMQVE quæstionibus exercendis dici placuit, C. Mænius dictus, is M. Foslium magistrum equitum dicit.) Hos iterùm ambos factos esse scriptum est in tabulis Capitolinis. De quibus sic Diodorus lib. 19. ὁ δὲ δῆμος διδοὺς δύναμιν τινὰ ἱκανὴν ἐξέπεμψεν ἐπ' αὐτούς, καὶ στρατηγὸν αὐτοκράτορα γάϊον μαίνιον καὶ μετ' αὐτοῦ κατὰ τὸ πάτριον ἔθος μάνιον φούλβιον ἵππαρχον. τούτων δὲ τῇ πλησίον χώρας καταστρατοπεδευσάντων οἱ καμπανοὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐνεχείρουν ἀγωνίζεσθαι. Ergo Diodorus Dictatorem creatum rei in Campanos gerendæ, non questionis in eos exercendæ causa ait. CALAVIOS Ouium, Nouiumq;.) Vet. lib Ouum, Nouumq;: sunt autem hæc Calauiæ gentis prænomina. QVI vsquam coissent, coniurassentúe aduersus Romanum populum.) Pro certò habeo legendum esse, aduersus remp. nam subdit, coitiones honorum adipiscendorum causa factas, aduersus remp. esse. Et hæc est trita loquendi forma. Error ex notis ortus, R P.

276 QVÆSTORES idoneos eius criminis.) Vet. lib. Quæsitores, vt Vergil. Quæsitor Minos vrnam mouet. TVTOS à criminibus istis esse.) Vet. lib. Criminationibus. IIS ENIM à senatu mandata res est.) Vet. lib. Erat.

277 CVM audisset arcem Fregellanam à Samnitibus captam.) Q. Fabium Dictatorem his COSS. ad arcem Fregellanam rem gessisse, non C. Pœtelium scribit Diodorus. De C. tamen Pœtelio auctores sunt scriptores Capitolini. Diodorus sic lib. 19. τὸ δὲ λοιπὸν στρατόπεδον ἀναλαβὼν κόιντος φάβιος, ὃς ἦν αὐτοκράτωρ ᾑρημένος, τήν τε φρεγελλανῶν πόλιν εἷλε καὶ τῶν ἀλλοτρίως διακειμένων πρὸς τὴν ῥώμην τοὺς ἐπιφανεστάτους ἐξήγαγεν. ET frequenter ibi habitatur.) Vet. lib. Habitabatur. SVESSA, & Pontia coloniæ deductæ sunt.) Vet. lib. Suessam, & Pontiam: sic lib. 10. Soram atq; Albam coloniæ deductæ. Sic Diodorus, ὁ δὲ δῆμος κατὰ τὸν τῶν πραγμάτων αὐτῷ προχωρούντων ἀποικίαν ἀπέστειλεν εἰς τὴν νῆσον ποντίαν καλουμένην. ET in tertiam Casinum vt deducerentur coloni S. C. factum est.) Vet. lib. alij habent, Et Minturna, & Casinum vt deducerentur coloniæ: alij Veteranam & Casinum: alij釣Internam, & Casinum. Quę voces in eam Gelenium traxerunt suspicionem, vt: Et in tertiam Casinum affirmarit esse legendum, & pro deducerentur coloniæ, Deducerentur coloni, subiecerit. Ego autem restituendum puto ita: Et vt Interamnam, &

nam,& Casinum deducerentur coloniæ. Etenim Velleius lib. *1.* post Suessam Auruncam coloniam deductam,
cuius hoc loco meminit Liuius: Interamnam deductam esse scribit. Et Liuius libro *10.* anno CDLVIII. ait: Sam-
nites Interamnam coloniam Romanam, quæ via Latina est, occupare conati, neq; tamen quo anno deducta co-
lonia sit antè dixit, nisi hoc loco tradiderit. Mouet etiam me loquendi forma, Deducere colonias vel colonos in
Casinum tertiam coloniam. CONSVLES M. Valerius, P. Decius.) M. Valerius hic non est Coruus, sed M.
Valerius Maximus, vt est in Capitolino horum consulatu. DICTATOREM C. Iunium Bubulcum dixit.)
Lege ex auctoritate Capitolinarum tabularum: Dictatorem C. Sulpicium Longum is magistrum equitum, C.
Iunium Bubulcũ dixit. Etenim satis apparet, errore librarij C. Sulpicij nomen desiderari, neq; enim Liuius ma-
gistros equitum prætermittere solet. CENSVRA clara eo anno Ap. Claudij, & C. Plautij.) Pro C. Plautio L.
Claudium edit Diodorus lib. *20.* C. Fabium Frontinus de aquæductibus. C. Plautium Capitolini scriptores.
OB infamem atq; inuidiosam senatus lectionem.) Vet. lib. Atq; ignominiosam, Egregiè. Nam libertinorum
filij lecti erant. POTICIA gens.) Potitia: græci enim ποτίτιος.
IN plaustra somno victos conijciunt.) Vet. lib. Vinctos, probè. Etenim nisi somno vincti fuissent vinculis 278
constringendi fuerant, quod Romam inuiti perducerentur. PENTRORVM Samnitium.) De Pentris Sam-
nitibus item lib. *22.* SED quem esse iam virtuti Romanæ inexpugnabilem locum?) Lege, Ecquem esse, &
cum priore membro iunge ita: dummodo conniterentur vno animo inuadere hostem victum acie, castris exu-
tum, ecquem esse iam virtuti Romanæ inexpugnabilem locum?
SED loca difficilia hosti quæsita, ipsos cum sua fraude impediebant.) Vet. lib. Sed loca difficilia ab hoste 279
quæsita ipsos cum sua fraude impediebant. AB oppugnando Sutrio, quæ vrbs socia Romanis velut claustra
Etruriæ erat.) Sutrium coloniam deductam à Romanis post annos VII quàm Roma à Gallis capta est, scribit Vel-
leius. Eandem ἄποικον hoc anno vocat Diodorus, præterea Liuius lib. *27.* inter colonias numerat. NEC quic-
quam eo anno rei memoria dignæ apud Sutrium gestum est.) Vet. lib. Memoria dignum. INTER patricios
magistratus, tribunosq;.) Vet. lib. Tribunosq; plebis.
NAM & si tenuerit lex Aemilia eos censores, quorum in magistratu lata esset, quia post illos censores creatos 280
eam legem populus iussisset, quodq; postremum iussisset, id ius ratumq; esset, nõ tamen aut se, aut eorum quen-
quam, qui post eam legem latam creari censores, teneri ea lege potuisse.) Hæc cauillatio hanc habet vim: Legem
Aemiliam de annua & semestri censura remisisse tantum censores eos, quorum in magistratu lata est, quia bis de
illorum magistratu sciuit populus, primum comitijs censorijs, vt censuram in quinquennium obtinerent: de-
inde legem ferente Aemilio Dictatore, vt obtinerent in XVIII. menses. Itaq; videri latam legem illam in eos tan-
tum censores, qui tum erant, non in eos, qui futuri erant. Hunc sensum non percipiens Glareanus, hic aliquot
verba intercidisse sine causa existimat. CVM centensimus iam annus sit.) Vox illa, Iam, habet hanc vim, vt
centesimum annum iam præterisse significet: sic enim res habet. Quod intelliget, qui summam annorum conci-
piet. VBI duæ contrariæ leges sunt, semper antiquæ abrogat noua.) Alij in manuscriptis libris legi aiunt, vt
Ferrarius: Antiquam abrogat noua. At ego legi: Antiquæ obrogat noua. Est autem obrogare legem, non tollere
legem latam, id enim abrogare dicitur: sed nouam legem ferre veteris infirmandæ causa. INTERREGNO
quinq; diebus contentum fore.) Vet. lib. Quinq; dierum.
GENS antiquior originibus huius vrbis.) Potitiam intelligit, quæ ante aduentum Aeneæ Herculis sacrũ fa- 281
ciebat: vt ait lib. *1.* NISI Aemiliæ legi parueris, in vincula duci iubebo.) Vet. lib. Te in vincula. QVOSDAM
etiam pedẽ referentes, fluctuantesq;, & instabilem.) Vet. lib. Fluctuantemq; & instabilẽ aciem. SILVA erat
Ciminia, magis tũ inuia atq; horrenda, quàm nuper fuere Germanici saltus.) Cæsarẽ intelligit, qui, vt ait Florus,
Germanos hostes Hercynijs quæsiuit in siluis. Sed in saltus & paludes omne genus diffugerat. Et de bello Etru-
sco: Ciminius interim saltus in medio ante inuius plane quasi Calydonius, vel Hercinius. EOS ipsos nõ signum
certum, non ducem sequentes fundit Romanus, fugatosq; persequitur.) Vet. lib. Fugatos eques persequitur.
COORTIS vndiq; Tuscis, Vmbrisq; opprimeretur.) Vet lib. Vndiq; ab Tuscis. CVM hæc in Etruria ge- 283
runtur.) Vet. lib. Dum hęc. [Ita Badius.] FABIVS infestus priuatim Papirio erat.) Vet. lib. Infensus. [Ita Badius.]
SINE respõso ac mẽtione facta sui, legatos dimisit, vt apparet.) Vet. lib. Ita legatos dimisit, vt appareret. ATQVE
ei legem curiatã de imperio ferẽti, triste omen diem diffidit, quod Fauciæ curiæ fuit principiũ.) Curiatis comitijs
mandari cõsueuisse imperiũ, ex eo intelligi potest, quod Liuius ait lib *6.* Curiata comitia rem militarẽ continẽt.
Et curiatam legem latam de imperio Camillo absenti tradendo. Et Cicero contra Rullum: Consuli si legem cu-
riatam non habet, attingere rem militarem non licet. Et ad Lentulum: Appius legem curiatam ferre vult. Erant
autem comitia Curiata, cùm populus descriptus in curias suffragabatur. Nomina XXX. curiarum interciderunt,
Festus Tifatæ, & Titiæ meminit, Liuius nunc Fauciæ, quam prærogatiuam fuisse significat in imperio Papirio
mandando. Me vt hæc dicerem, coëgit Glareanus, qui se non satis intelligere hunc locum inquit. [Non vere-
tur dicere Glareanus se non omnia intelligere: Sigonio verò omnia inuia sunt peruia scilicet] CVM ab neutris
prælium inciperetur.) Vet. lib. Inciperet.
NAM & cum Vmbrorum exercitu acie depugnatum est.) Transit à bello Samnitum, ad res in Etruria cum 284
Vmbris & Etruscis gestas, adhibita particula, Nam, quod mirabilè mihi cùm videretur, inspexi veteres libros di-
ligentius, quorum alios ita habere inueni, vt vulgò legitur, alios ita: Nam & cum Vmbrorum exercitu acie de-
pugnatum est, fusi tamen magis, quàm cæsi hostes, quia cœptam acriter non tolerarunt pugnam. Interea res in
Etruria gestæ. & ad Vadimonis lacum Etrusci: Tum intellexi causam admirationis meæ probabilem esse, Deesse
enim huic transitioni hæc verba: Interea res in Etruria gestæ, quæ in veteribus libris luxata erant. Itaque ita lege:
Interea res in Etruria gestæ, nam & cum Vmbrorum exercitu acie depugnatum est, &c. Et ad Vadimonis lacum
Etrusci, coniungit enim Vmbrorum, Etruscorumq;, vt ante bellum. Hinc temerè Glareanus mendum esse pu-
tauit in voce Vmbrorum, quos Samnitum populos esse voluit, & ad Samnitiũ bellum hæc referenda esse. [Gla-
reanus non est Geographiæ tam imperitus, vt Vmbros Samnites credat, nec hoc dixit, sed hoc loco putat aliud
nomen substituendum.] AD Vadimonis lacum.) Polybius lib. *2.* οὐάδμονα λίμνην vocat.
CAMPANI ab superbia & odio Samnitium, gladiatores, qui spectaculum inter epulas erant, eo ornatu ar- 285
marunt, Samnitiumq; nomine appellarũt.) Hinc Cicero dixit pro Sextio: Ex ergastulis emptos nominibus gla-
diatorijs ornauit, & sortito alios Samnites, alios prouocatores fecit. Et Lucilius, vt est apud Marcellum.

Aeserninus fuit flacco ore vna equidem
Samnis, spurcus homo, vita illa dignus, locoq;
Cum Pacidiano componier, optimus multo
Post homines natos, gladiator, qui fuit vnus.

Erant etiam alia gladiatorum nomina, vt Thrax, Mirmillo, Retiarius, de quibus alij. PRÆSTANTIORE,

 quàm

☞ quàm Dictator victoria.) Vet. lib. Præstantiore etiam, quàm. [Ita Badius.] IS profectus ad Nuceriam Allifates iam tum pacem petentes, quòd vti ea cùm daretur noluissent, aspernatus, oppugnando subegit.) Vet. lib. Is profectus ad Nuceriam Alphaternam, iam tum pacem petentes, quod vti ea cùm daretur noluissent, aspernatus, eam oppugnando subegit. Ita autem legendum esse apertè etiam docet Diodorus, qui scribit, Sp. Nantio, & M. Popillio consulibus, ita: οἱ δὲ νουκερίαν τὴν ἀλφατέρνην οἰκοῦντες πεισθέντες ὑπό τινων τὴν ῥωμαίων φιλίαν ἀπέστησαν. Id est, Qui Nuceriam Alphaternam incolunt à Romanis defecerunt. Itaque paulò antè Liuius dixit: Classis Romana à P. Cornelio in Campaniam acta, cùm appulsa Pompeios esset, socij inde nauales ad depopulandum agrũ Nucerinum profecti. Est autem Nuceria in Campania IX. millia passuum distans à mari, auctore Plinio, qui idem de Alphaternis populis mentionem facit. Neq; verò hic Alifæ locum habent, quas supra captas tradidit, neq; postea defecisse adscripsit. Glareanus tamen Luceriam sine causa emendat. VOLSINIENSIVM.) Vulsiniensium, ex Capitolinis triumphis. IN AGRO Pipiniensi.) Scribe Pupiniensi, id est, qui erat in Pupinia, de qua dicam pòst, quod quid ea sit, se dicat Glareanus ignorare.

286 VRBEM Romanam oppugnaturos minati sunt.) Vet. lib. Expugnaturos. MIRABILIA dictu.) Vete-
☞ res libri, Mirabilè dictu. [Ita Badius.] VMBONIBVS, incussaq; ala.) Veteres libri, Vmbonibus incussa ala. L. POSTHVMIVS, T. Minucius.) Ti. Minucius, tum ex fragmento consulatus Capitolini, tum etiam aper-
287 tius ex Diodoro, qui τιβέριον μινύκιον edit. TIFERNVM Postumius.) Tifernum cùm sit in Vmbria oppidum, miratur Glareanus hoc loco in Samnio poni, quod idem fit etiam sequenti libro. Ego verò vtroq; in libro Trifernum in omnibus veteribus libris legi reperio.

288 ALII haud dubiè Samnites victos, ac triginta inde millia hominum capta tradunt, alij æquo Marte discessum.) Malim in dubia inter auctores victoria duo millia, quàm triginta, vt Diodorus scribit: στρατιώτας δὲ ἐζώγρησαν ὑπὲρ τοὺς δισχιλίους. SAMNITIVM imperator Statius Gellius.) Diodorus vocat γέλλιον γάϊον. BOVIANVM, vbi postero die cœptum oppugnari, breui capitur.) Miratur hoc etiam loco Glareanus, Bouianum, quod anno CDXLIII. suprà expugnatum traditur, idem hoc anno iterùm, sine vlla defectionis mentione, captum à Liuio scribi, ne miretur, Diodorus admonet, qui Bolam, non Bouianum captum ait, libro vigesimo, vbi res gestas his consulibus edit: τῶν δὲ ὑπάτων διαδεξαμένων πόλιν βώλαν γέλλιος ὁ γάϊος ὁ τῶν σαμνιτῶν ἡγεμὼν ἑάλω μετὰ στρατιωτῶν ἑξακισχι-
☞ λίων. [Glareanus hic tibi occasionem præbuit inspiciendi locum apud alios authores: Quare pro gratia non
„ erat reddendum conuicium.] SORA, Arpinum, Consentia recepta ab Samnitibus.) Vet. lib. Censennia. Diodorus Serêniam edit, libro vigesimo: οἱ δὲ ὕπατοι τῶν συμμαχίδων πόλεων τὰς ἁλούσας ἀνεκτήσαντο σώραν, ἀρπίνας, καὶ σερέννιαν. Consentia certè locum non habet. Qua de re laborat Glareanus. P. SVLPICIO Auerrione.) Sauerrione ex tabulis Capitolinis.

289 VNVM & quadraginta oppida intra dies triginta omnia oppugnando ceperunt.) Vet. lib. Dies quinquaginta: atq; ita etiam Diodorus libro vigesimo ἐχειρώσατο μὲ πόλεις ἐν ἡμέραις πάσαις ν. MARRVCINI, Marsi, Peligni, Ferentini.) Supra ostendi legendum esse Frentani. Eadem menda est apud Cæsarem libro primo de bello ciuili. Per fines Marrucinorum, Ferentinorum, Larinatium in Apuliam peruenit. Diodorus item libro vigesimo: Cum Marrucinis, Marsis, Pelignis amicitiam & societatem initam pariter scribit. CVM appareret ædilibus, fieriq; se pro tribu ædilem videret, neq; eius accipi nomen, quod scriptum faceret. Vox, Eius, non est in veteribus libris. Sic Piso apud Gellium de eodem: Cn. Flauius patre libertino natus scriptum faciebat, isque in eo tempore ædili curuli apparebat, quo tempore ædiles subrogantur. Eumq; primæ tribus ædilem curulem renunciauerunt: at ædilis qui comitia habebat, negat accipere, neque sibi placere, qui scriptum faceret, curulem ædilem fieri. Cn. Flauius dicitur tabulas posuisse, scripto sese abdicasse. Isque ædilis curulis factus est. Factum porrò esse cum Q. Anicio Prænestino scribit Plinius libro trigesimo tertio, capite primo. Hic autem non C. Flauius, vt vulgò, sed Cn. dicitur in veteribus libris apud Diodorum, apud Ciceronem in epistolis ad Atticum, & apud Pisonem: ex quo perspici potest, etiam hoc loco Cn. Flauium esse scribendum. Porrò autem pro tribu ædilem fieri, est à prima tribu ædilem renunciari, vt ait Piso. AB EODEM institutum dicitur, vt equites Idibus Quintilibus transueherentur.) Idem isdem verbis tradit Valerius. Cæterùm id significare videtur, de quo Plutarchus in Pompeio, ad sedentes in foro censores, vnumquenq; equitem equũ suum adduxisse, & de stipendijs legitimis confectis interrogatos rationem ijs reddidisse. ita: ἐπεὶ δὲ προεκάθηντο μὲν οἱ τιμηταὶ γέλλιος, καὶ λέντλος ἐν κόσμῳ, καὶ πάροδος ἦν τῶν ἱππέων ἐξεταζομένων. ὤφθη δὲ πομπήϊος ἄνωθεν ἐπ' ἀγορὰν κατερχόμενος τὰ μὲν ἄλλα παράσημα τῆς ἀρχῆς ἔχων, αὐτὸς δὲ διὰ χειρὸς ἄγων τὸν ἵππον. ἐπεὶ ὁ πρεσβύτερος ἠρώτησε, πυνθάνομαί σου ὦ πομπήϊε, εἰ πάσας ἐστράτευσαι τὰς κατὰ νόμον στρατείας. Cæterùm de censura Ap. Claudij huius copiose Diodorus lib. 20.

IN EPITOMEN LIBRI X.

LEX de prouocatione ad populum à Valerio consule tunc primum lata est.) Turpem mendam tolle ex veteris libri fide. Et, à Valerio consule tunc tertiùm lata est, restitue: id enim scribit Liuius: Primus autem legem de prouocatione tulit anno CCXLV. P. Valerius Poplicola, deinde anno CCCIIII. L. Valerius Potitus, nunc demùm tertium M. Valerius Coruus. ANIENSIS & Terentiana.) Terentina. Q. FABIO ducibus.) Vet. lib. Q. Fabio consulibus ducibus. QVI iureiurando adstrictus fuerat, quo maiore constantia virtutis in aciem descenderet.) Vet. lib. Qui iureiurando obstrictus, quo maiore constantia virtutis pugnaret, in aciem descenderat, probè.

IN LIBRVM X.

290 SORAM, atq; Albam coloniæ deductæ.) Soram, atq; Albam colonias duas deductas esse decennio post Interamnam tradit etiam Velleius. Itaq; videndum est, quid sit, quòd Liuius anno CDXXXIX. lib. priore Soræ coloniæ meminerit, vbi ait: Sora ad Samnites defecerat interfectis colonis Romanorum. Et pòst de eadem: ad recuperandam coloniam. M. LIVIO Dentre, & C. Aemilio consulibus.) Scribe M. Aemilio ex Diodoro, & ipsomet Liuio, qui hunc eundem magistrum equitum hoc anno M. Aemilium vocat. VT tumultus eius causa dictator diceretur C. Iunius Bubulcus cum M. Titinio magistro equitũ profectus primo congressu Aequos subegit.) Vet. lib. Dictator diceretur C. Iunius Bubulcus. Is cum M. Titinio magistro equitũ profectus. TVRIAS vrbem in Salentinis, vi cœpit.) Vet. lib. Thurios, oppidum est in Sallentinis, quod auctore Stephano Thurij, Thuriæ, & Thurium dicitur: Itaque Liuius paulò pòst Thuriæ redditæ. Sallentini, duobus ll, scribendi, vt

pòst

pòst dicam. ILLIRICI.) Vet. lib. & Capitolini triumphi, Illyrij. IBI expositis paucis, qui loca explora-
rent, cùm audissent tenue prætentum littus esse, quod transgressis stagna ab tergo sint irrigua maritimis æstibus,
agros haud procul campestres cerni, vlteriora colles videri esse, ostium fluminis præalti, quo circumagi naues in
stationem tutam vidisse, Meduacus amnis erat, eò inuectam classem subire aduerso flumine iussit.) Hoc in loco
valdè laborat Glareanus, vt aliquorum verborum ordinem reperiat, neq; sese explicare potest. Est autē locus val-
dè memorabilis, propter situm vrbis huius, quæ pòst in æstuario, de quo loquitur, condita est. Interpungitur au-
tem, & legitur in veteribus libris hoc modo: Ibi expositis paucis, qui loca explorarent, cùm audisset, tenue præ-
tentum littus esse, quod transgressis stagna ab tergo sint irrigua æstibus maritimis, agros haud procul proximos
campestres cerni, vlteriora colles, inde esse ostium fluminis præalti, quo circumagi naues cùm in stationem tu-
tam vidisset (Meduacus amnis erat) eò inuectam classem subire aduerso flumine iussit. [In Venetis facilè con-
cesserit Sigonio Glareanus, tamen occasionem discutiendi loci ei dedit.] Est autem ita accipiendum: Cleony- ,,
mus cùm audisset hæc ab exploratoribus, itemq; cùm alia vidisset, ita fieri iussit.

SIMVL Marsos agrū vi tueri, in quem colonia Carseoli deducta erat.) Aliquot libri habent: Simum à Mar- 291
sis. Quo fit, vt putem legendum esse: Simul à Marsis agrum vi teneri. Nam sequitur: Prælio vno Marsos fundit.
Carseolos coloniam biennio post Albam, & Soram. deductam scribit Velleius. Cur autem Liuius banc dedu-
ctam quadriennio pòst etiam repetat, vt de Sora antè admonui, causa incerta est. M. ÆMILIVM Paulum.)
Paullum scribi duobus ll Capitolini lapides, & nummi argentei docent. MILIONIAM, Plestinam.) Gla-
reanus miratur Milionia, & Plestinam hic Marsorum oppida dici, quorum illud paulò pòst Samnitium esse tra-
ditur, hoc verò lib. 9. Inter Samnitium etiam oppida numeratum est, nec iustè miratur. Nam Samnitium oppi-
da sunt Milonia, & Plistia. Marsorum verùm Milionia & Plestinia, vt pòst etiam dicam ex veterum librorum, &
Stephani auctoritate. [Glareanus accusat Codices, quos sæpe etiam repræhēdit Sigonius: Verùm id quod sibi
laudi dat, in alio carpit.] Eò & hostes sequnti, quanquam ex re benè gesta.) Vet. lib Et quanquam. ,,

QVO magis festinantes vider dictator.) Vet. lib. Festinantes ire videt. ET SVPER alios alij nunciant.) 292
De Romanis intelligendum, non de Etruscis. Itaque noua periodus instituenda est. CÆTERVM satis fre-
tus esse etiam nunc tolerando certamini legatum) Vet. lib. Cæterùm fretus satis esse etiam nunc. AGGER
pondere suprastantium in fossam procubuit.) Vet. lib. Superstantium. PER interregem ea comitia facta.)
Probo magis, habita, quod est in Vet. lib. Q. APVLEIO.) Appuleio, ex Capitolinis tabulis. QVA non
infimam plebem accenderent, sed ipsa capita plebis.) Vet. lib. Qua non infimam modò plebem. ROGA-
TIONEM promulgarunt.) Vet. lib. Rogationem ergo promulgarunt. VT TRES antiquæ tribus Ramnen-
ses, Tatienses, & Luceres.) Has libro primo vocauit centurias, quas nunc tribus nominat. Easdem tamen & Plu-
tarchus in Romulo, & Pædianus, & Festus tribus vocant.

PRO lege Licinia quondam.) De hac libro sexto tradidit. SEV Ap. Clausum, seu Ap. Claudium ma- 293
uultis.) Suprà ostendi legendum, seu Actium Clausum.

SEMPER ista audita sunt eadem, penes vos auspicia esse, vos solos gentem habere.) De patricijs loquitur, 294
qui soli se gentem habere gloriabantur. quod est idem, atque gentiles esse: sic enim definit Gentiles in Topicis
Cicero ex Scæuolæ sententia, Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quo-
rum nemo seruitutem seruiuit, neq; capite diminutus est. Eiusmodi verò esse se patricij profitebantur, quod Ro-
mulus tales legisset, id est, qui patrem, gentemq; haberent, nam paulò pòst patricios interpretatur, qui patrem
ciere possent. id est, nihil vltra, quàm ingenuos. Itaque lib. 6. Ap. Claudius ita loquitur: An boc si Claudiæ fami-
lię nō sim, sed vnus Quiritium quilibet, qui modò me duobus ingenuis ortum, & viuere in libera ciuitate sciam,
reticere possim. Post autem hæc laus gentilitatis cum plebeijs etiam communicata est, vt boc loco Decius argu-
mentatur. EN VNQVAM fando audistis.) Vet. lib. En Romæ vnquam fando audistis. QVI patrem ci-
ere auumq; possent.) Voces, Auumque, inducendæ sunt, neq; enim reperiuntur in Vet. lib. neq; verò desideran-
tur. Patriciorum enim tradit etymologiam, eosq; dictos ait, qui patrem ciere possent. Quod etiam Dionysius, &
Plutarchus in Romulo prodidit. Qui verò auum addiderunt, id credo ea muti ratione fecerunt, quòd subdit.
Consulem iam patrem ciere possum auumq; iam poterit filius meus. Cuius orationis hic est sensus: Si patricij
sunt, qui patrem ciere possent, ego certè patricius, qui patrem consulem, multoq; magis filius meus, qui patrem
& auum ciere consulem potest. VTI rogatis iubendam censeo.) Suprà ostendi, Vti rogas legendum esse.
PORCIA tamen lex sola.) Vet. lib. Porcia inde lex. SVLPITIO Auerrione.) Sulpicio Sauerrione, ex Capi-
tolinis lapidibus.

EODEM anno ab Etruscis aduersus inducias paratum bellum.) Induciæ datæ fuerant in biennium Liuio, 295
& Aemilio consulibus extremo anno CDLI. At hoc anno, qui est CDLIIII. aduersus inducias parant bellum, re-
ctè: non enim biennium completum est, neq; enim annus quo datæ sunt numeratur. Hoc dixi, vt defenderem à
Glareani calumnia Liuium. [Magna verò calumnia, si quis dicat aliquem memoria lapsum] M. VALE-
RIVM consulem omnes sententiæ.) Hic est M. Valerius Coruus, qui anno priore V. hoc verò VI. consul creatus est
Plutarcho, Linio & Cicerone, & Suetonio auctoribus. PECVNIAM ingentem sine labore ac periculo para-
tam.) Vet. lib. Partam. VT nemo extra munimenta egredi auderet.) Veteres libri, Munitiones.

IN AGRVM Aequicolorum deducta.) Vet. lib. In agro Aequicolarum, Rectè vtrunq;: sic enim in epitoma 296
lib 19. Colonia deducta in agro Sallentino Brundusium. Et lib. 20. Coloniæ deductæ in agro de Gallis capto, Cre-
mona, & Placentia. Aequicolarum autem ab Aequicola scribendum, vnde Vergilius: Duris Aequicola glebis.
Neque enim audiendus est Gelenius, qui Plinium scribentem Carseolanos esse Aquicolarum, Aequicolorum
emendat, atq; diminutiuum esse ait. LEGEM recitari iussit, qua intra decem annos eundem refici consu-
lem non liceret.) Hæc lex lata est anno CDXIII. C. Marcio, Q. Seruilio consulibus, vt ait Liuius lib. 7. extremo.
Ea verò nunc tenetur Q. Fabius: nam tertium consul fuerat anno CDXLV. Hic autem annus, quo quartus ei de-
fertur consulatus est CDLIIII. Legis autem hæc erat sententia, vt nemo postquam consul fuisset nisi exactis de-
cem annis reficeretur, ita vt inter duos consulatus anni X. interessent, qui inter tertium & quartum Fabij consu-
latum numerari non possunt. Quod cùm ita sit, ergo meritò contemnēda sunt ea, quæ à Glareano cōtra Liuium
hoc in loca sunt dicta. De Scipione enim quod ille opponit suo loco respondebo. [Glareanus carpitur iniustè,
nec enim respondet ad alteram partem, quando hæc lex toties neglecta est.] ,,

AB SVTRIO, & Nepete.) Nepet, vt antè dixi. NON fefellere ad Tifernum.) Trifernum, vt antè. SI- 297
VE quia ex omnium.) Vet. lib. Seu quia ex omnium: sequitur enim alterum membrum: Seu quia discrimen.
ET IPSOS nominatim iuuenes pari comitate vtrunq; nunc laudibus, nunc promissis onerat.) Vet. lib. Vtrunq;.
AVERSO'QVE hosti ab tergo repente se ostendere.) Vet. lib. Et aduerso hosti. NI secunda acies iussu consulis
in primum successisset.) Vet lib. In primam. NON verò tantum metu terruere.) Vet. lib. Non verò metu

tantum. CAPTI trecenti fermè & viginti.) Vet. lib. Capti ad trecentos fermè, & triginta. NI P. Decius consul) Vet. lib. Ni P. Decius consul alter. NEC valli tantum, ac fossarum vestigia relicta, sed multa illis insigniora monuméta vastitatis circa, regionumq; depopulatarũ.) Vet. lib. Sed multo illis insigniora monumenta vastitatis circa regionibus, depopulatisque.

298 CVM primo vocatæ Q. Fabium dicerent omnes centuriæ.) Primo vocatæ centuriæ dicebantur, quæ primo post prærogatiuas vocarentur. Nam sic paulò pòst loquitur: Eumq; & prærogatiuæ, & primo vocatæ omnes centuriæ consulem cum L. Volumnio dicebant. Ex quo conuincitur in veteribus libris esse mendose: Cum primo vocatum Q. Fabium. FABIVS primo de se eadem ferè.) Vox, primo, non est in veteribus libris, nec desiderari videtur. MAIESTATEM'QVE pristinam tum honori, tum patricijs gentibus redderet.) Id forè putabat nobilitas si duo, vt antè, patricij consules facti fuissent. AD MVRGANTIAM, validam vrbem.) Stephanus: [illegible]

299 AD Romuleam vrbem.) De hac sic Stephanus: [illegible] CÆTERVM ibi plus laboris ac periculi fuit, & defensa summa vi mœnia sunt.) Vet. lib. Nam & defensa. SED alterius P. Volumnij.) L. Volumnij, ex ipsomet Liuio & Capitolinis tabulis. CÆTERVM magis eò profectum est, quod.) Vet lib. Eo magis.

300 IBI longiores orationes habitæ in eandem fermè senténtiam, in quam inter paucos certatum verbis fuerat.) Vet. lib. In quam paucis ante certatum verbis fuerat, rectè: icircò enim ait, longiores nunc orationes habitas. IN CAMPANIAM, Falernumq; agrum transcendunt.) Vet. lib. In Campanum, Falernumque agrum. Per Vestinos in Campanum, Falernumq; agrum transcendunt.) Vescinos legendum est, à Vescia oppido in his locis, vt alibi dixit: nam Vestini Sabinos attigerunt, non Campanos: sic paulò pòst, Vestinum, & Falernum agrũ: item, in saltu Vestino Falernum contingente, lege Vescinum, & Vescino. CALOENVM agrum.) Caleuum, sine diphtongo ex Capitolinis triumphis, & græcis [illegible].

301 PRÆDAM, Prædæq; custodes exire, ignobile agmen.) Vet. lib. Immobile agmen, Verè: nam subdit, Samnites præda impediti. STATIVM Egnatium ducem.) Vet. lib. Statium Minatium. QVOD fuerat dies decem octo.) Vet. lib. Per dies decem, & octo.

302 ADVERSVS quatuor populos duces consules illo die deligi meminissent.) Vet. lib. Duos consules, optimè. Quatuor enim populos duobus consulibus opponit. QVI haud dubiè tum primus omnium ductor habeatur, dictatorem fuisse exemplo dictutum.) Ludit in vocibus Ductor, & Dictator. AD collegam P. Decium poscendum, id senectuti suæ adminiculum fore.) Vet. lib. Hunc senectuti suæ. ESSE præterea viros natos militiæ.) Vet. lib. Gnaros militiæ, Verè: nam sequitur oppositum, ad verborum, linguæq; certamina rudes, sic suprà: Gnaros Oscæ linguæ. CONSVLES creati Q. Fabius, & P. Decius, Ap. Claudius prætor, omnes absentes.) Non est prętereundum hoc in loco, quin dicendi genus hoc, quod multos sępe, in primis autem Glareanum torsit, explicetur. Id est, quid sit apud Liuium, Absentem consulem, aut prætorem creari: non enim eum significat tantum, qui abest ab vrbe, sed etiam, qui cùm in vrbe sit, abest à campo, in quo tamen comitia creandi magistratus causa habeantur. Sic loquitur lib. 4. Plebs tribunos plebis Sex. Tempanium, A. Sellium absentes fecit, hos verò ex castris in vrbem cum consule reuersos paucis ante versibus tradidit. & hoc libro suprà: Consul ex Dictatura factus M. Valerius. Non petentem, atq; adeo absentem creatum tradidere quidam, sic hoc loco. Q. Fabius, & P. Decius facti consules sunt, cùm in campo non adessent, Ap. Claudius prætor, cùm non solum in campo, sed ne in vrbe quidem tum, sed in Etruria versaretur. Hoc autem ita esse apertè docet Dionysius lib. 9. de Ap. Claudio consule absente facto, id est, vt ipse interpretatur qui in campum non descenderat: [illegible] [Absentes hos dici æquè Glareanus atq; Sigonius sciuit.] PVBLICE vinum, ac thus præbitum) Vet. lib. Ac thus sacrificijs præbitum.

303 QVAM arborem conseruisset) Vet. lib. Seruisset. VT quod populi sit, populus iubeat potius, quàm gratificentur.) Sic locutus est Pædianus in oratione pro Cornelio: promulgauit legem, ne quis, nisi per populum legibus solueretur, eamq; tulit inuitis optimatibus, qui vel pauci gratificari solebant: sic enim legendum est, non paucos, vt vulgò legitur, nam antè præcessit, eaq; ipsa senatusconsulta per pauculos admodum fiebant.

304 QVI nomina dederitis mecum ducam.) Vet. lib Dederint. AD OPPIDVM Aharnam Vet. lib. Adharnaham. AD CLVSIVM, quod Camars olim appellabant.) Hinc Polybius lib. 2. [illegible] Quos Polybius Camartinos vocat, eos Clusinos esse intelligendum est. MINVS quinq; millia peditũ, equitumq; cum Fabio venisse.) Vet. lib. Equitumq; mille cum Fabio, Rectè: minor enim numerus equitum debet esse, quàm peditum.

305 L. POSTHVMIVS Megillus.) Vet lib. & lapides Capitolini, L. Postumius Megellus. SAMNITI, Gallisq; delegata pugna.) Vet. lib Samninbus, Gallisque. ETRVSCOS ex agro Sentinate ad suos fines tuendos mouit.) Polybius lib. 2. vbi de hac re loquitur: [illegible] [Conueniebat vt diceret vbi & quis esset ille ager, sed nesciebat: In Vmbris est.]

306 COELESTIVM, infernorum iras) Vet. lib. Infernorumque. [Ita Badius habet.] CORNELIVS Scipio, & C. Marcius.) Vet. lib. L. Cornelius Scipio.

307 ET IN Etruria per eos dies.) Vet. lib. Per eosdem dies. RES ex senténtia gestæ, & præter ingentem.) Vet. lib. Nam præter ingentem. PEDITVM quadraginta millia CCCXXX. equitum sex, & quadraginta millia.) In quibusdam libris est, equitum sex millia, Rectè: non enim equitũ numerus numerum peditum superare debet. L. VOLVMNIVM proconsulem ducem consulibus, exercitumq; eius legionibus consulum adijciunt.) Vox, Ducem, non est in plerisq; libris veteribus. & inducenda est. Nam sine ea præclarè stat [illegible]. adijciunt proconsulem consulibus, & exercitum proconsulis legionibus consulum. IN TIFERNVM montem.) Trifernum, vt antè.

308 ET PARTE alia in Esetruniũ, quæq; Vulturno adiacent flumini, descendere.) Vet. lib. Et parte alia in Aeserniacum, quæ Vulturno adiacet flumini, vt agrum Aeserniæ intelligat oppidi Samnitium. AGRVM Vestinum, Formianumq;.) Lege, vt suprà, Vescinum. L. VOLVMNIVS proconsul sequeretur.) Vet. lib. Pro consule. SVPERSVNT etiam nunc Samnitium bella, quæ continua per quartum iam volumen, annumq; sextum, & quadragesimum à M. Valerio, A. Cornelio consulibus, qui primi Samnio arma intulerunt, agimus. Rotundus numerus erit, si annus consulum Valerij, Cornelijq; numerabitur, id est, si anni extremi non negligentur, neq; verò aliter loqui potest, cùm dicat: Bella agimus per annum XLVI. alibi, vt ostendam, primum annum non numerat. L. POSTHVMIVS Megillus.) L. Postumius Megellus, vt antè. ATTILIVS.) Atilius. Veteres

teres libri,& Capitolini lapides. VELVT ex composito ibi obuium habuere hostem.) Veteres libri plerique, habuit,& rectè: refertur enim ad vocem, Atilius. SAMNITES prohiberentur.) Venustior est prisca lectio. Samnitem prohiberent. Cuius hic est sensus: Romani ibi obuium habuerunt hostem Samnitem, vbi & intrare, nedum vastare Samnitium agrum ipsi prohiberentur, & egredi in fines populi Rom. Samnitem prohiberent. Deinde nouæ periodi faciendum est initium. Cum castra castris.

QVAM ædilis curulis ex multatitia pecunia faciẽdam curauerat, dedicauit.) De L. Postumio Megello con- 309
sule loquitur, quem in ædilitate ædem Victoriæ faciendam curasse ait: cùm suprà tamen huius ædilitatis nulla
mentio fit, neq; hoc librorum vitio. Est enim hoc Liuio familiare, vt magistratus alicuius, aut legis, aut rei, non
anno illo, quo de ea actum est, verùm multos post annos mentionem inferat. Quæ res sæpe angit Glareanum, vt
in lege Oppia abroganda. quam nunquam antè latam esse scripserat lib. 34. [Glareanus non frustrà clamat in ☞
hoc πρώτερον ὕστερον.] POSTHVMIVS Milioniam oppugnare adortus.) Vet. lib. Milonijũ. Item Stephanus μιλωνίαν ,,
vrbem esse Samnitium clarissimam scribit. AB HORA quarta vsque ad octauam fermè horam.) Vet. lib. Ab
hora quarta diei ad octauam.

HOSTEM in castra venturum, nisi illi extra exissent.) Vet. lib. Nisi ipsi. ARMATIS ac dimicantibus du- 310
biam victoriam esse.) Turpe mendum sensum attendentes tollimus, ita, haud dubiam victoriam esse: siquidem
altera, quæ sequitur pars ἀπόδοσις id ostendit. Qui nudus atq; inermis hostem maneat, ei aut mortem, aut serui-
tutem patiendam. TVNC enim verò consul indignum facinus esse vociferari.) Vet. lib. Tum verò. PRO-
CEDVNT aduersus hostem nec spe, nec animo certiorem.) Vet. lib. Fortiorem, Egregiè. Nam de Romanis dixit,
Mœsti, ac propè victi. PROCVRRERANT Samnites.) Vet. lib. Procurrerunt.

NVMERVS fuit septem millia CCC.) Vet. lib. Septem millium ac ducentorum. NVMERVS relatus 311
septem millia trecenti.) Vet. lib Septem millium & ducentorum.

L. HORATIVM, M. Valerium consules.) M. Horatium. L. Valerium, f.· :runt enim anno CCCIII. ab vrbe 312
condita. Liuius, Dionys. Cassiod. NOVA lege, vt qui iuniorum nõ conuenisset ad imperatorium edictum,
quique iniussu abisse. caput Ioui sacratum erat.) Vet. lib. Sacratum esset. IBI ex libro vetere linteo lecto sa-
crificatum sacerdote Ouio Paccio quodam.) Sunt, qui ambigant, Lecto, ad librum ne, an ad sacerdotem refe-
rendum sit. Mihi non est dubium, quin ad librum referatur: hic enim est sensus, In eo linteis contecto loco ex ve-
teris libri lintei lectione sacrificatum est, Ouio Paccio quodam sacerdote rem diuinam faciente. TVM in lo-
eo circa omni contecto aræ in medio.) Paulò antè hunc locum linteis contectum dixit. In hoc ergo loco tam vn-
dique clauso erant aræ in medio, vel, vt Festus ait, ara. EIS dictum, vt vir virum legeret.) Vet. lib. Eis edi-
ctum: sic suprà lib. 9. Etrusci lege sacrata coacto exercitu, cùm vir virum legisset. Et Vergil. 11. Legitque virum vir.
EA LEGIO linteata ab integumento consepti, quo sacrata nobilitas erat, appellata.) Vt Septum. sic Conseptum
dicitur, qua voce vsus est & Varro, & Columella. Vocat autem conseptum, locum vndique septum cratibus, qui
quod linteis erat contectus, linteatæ legioni dedit nomen, quæ ibi conscripta est. Quare Festus ait: Legio Sam-
nitium linteata appellata est, quod Samnites intrantes singuli ad aram velis linteis circundatam, non cessuros se
Romano militi iurauerunt.

PAPIRIVS nouo exercitu, ita decretum fuerat, scripto.) Vet. lib. Ita enim decretum fuerat. AVREAM 313
olim, atq; argenteam Samnitium aciem à parente suo occidione occisam.) De hac re lib. 9. Duo exercitus erant.
Scuta alterius auro, alterius argento celauerunt. DATVM hoc nomini.) Vet. lib. Datum hoc forsan nomini.
EXEVNTI iam in aciem.) Vet. lib. Iam forte in aciem. C. CEDITIVM, & Trebonium.) Vet. lib. C. Cædi-
cium, & C. Trebonium.

PROMOVENT & Samnites signa, insequitur acies ornata, armataq;.) Ornatam vocat Linteatã legionem, 314
cui dixit arma fuisse insignia data, vt inter cæteros eminerent, ea fuit XVI. millium. Armatam alteram vocat XX.
millium, quam post linteatam conscriptam esse dixit.

VT PARVO admodum plures caperentur.) Vet lib. Paruo admodum numero plures. NEQVE obsidio, 317
neque bellum ex æquo erat. Papirius, inquit ad Sepinum difficilius bellum gessit. Etenim sæpe in acie, sæpe in
agmine, sæpe circa ipsam vrbem aduersus eruptiones hostium pugnauit. Neque verò aut obsidendi, aut dimi-
candi facilis, & expedita ratio erat, quod Samnites non minus acriter armis mœnia sua defenderent, quàm ipsi
se muris tutarentur. Quod autem ait. In agmine, in itinere faciendo intelligit. Hæc dixi, quia Glareanus vitium
subesse suspicatur sine causa. [Glareanus dubitat: at apud Sigonium ne dubitare quidem oportet.] TRAN- ☞
SIERE, ac transuecti.) Vet. lib Transuecti sunt. ÆRIS grauis transuecta vicies centum millia, & quingenta
triginta millia.) Vet. lib. Aeris grauis magna vis transuecta, vicies centies millies, & quingẽta triginta millia. Sic
etiam lib. 26. Et auri, argentiq; relata ad imperatorem magna vis. MINVS duo millia capti.) Vet. lib. Capta.
IN Etruria Troilium.) Trossulum. Plin. lib. 33 cap. 2.

SERVILIO Tullo.) Ser. Tullio. Plutarchus in libro de Fortuna Romanorum, cum multarum ædium For- 318
tunæ à Ser. Tullio dedicatarum meminerit, Fortis tamen Fortunæ ab eo dicatæ non meminit. De ea tamen scri-
ptum est apud Varronem lib. 5. de lingua latina. CENSA capitum millia ducenta sexaginta duo.) Et Liuia-
ni, & epitomarum manuscripti libri, septuaginta, habent. CENSORES vicesimi sexti à primis censoribus,
lustrum vndeuicesimum fuit.) In Capitolinis fragmentis hoc lustrum tricesimum esse scriptum est. Varietatis
causa est, quod Liuius decem lustra ante censores creatos acta præterire videtur. Numerus etiam hic censorum
negligentiam eius arguit in tradendis ante censoribus, neq; enim qui ab eo suprà editi sunt hanc summam con-
ficere possunt.

IN EPITOMEN LIBRI XI.

EO'QVE insulam Tiberis egresso, eodem loco sedes Aesculapij cõstituta est.) Castiga ex fide Vet lib. Aedes Aesculapio consecrata est. Nam Festus etiam lib 9. inquit. In insula Aesculapio facta ædes fuit, quod ægroti à medicis aqua maximè sustententur. Et Valerius lib. 1. At in ripam Tiberis egressis legatis, in insulam, vbi templum dicatum est, transnauit. PLEBS propter æs alienum, & graues & longas seditiones ad vltimum secessit in Ianiculum.) Vet. lib. Post graues, & longas seditiones. Nam Augustinus etiam lib. 3. cap. 17 de ciuitate Dei ita loquitur: Post graues & longas Romanas seditiones ad vltimũ plebs in Ianiculũ hostili diremptione secessit. VNDE à Q. Hortensio Dictatore deducta est.) De hoc Dictatore sic Plinius lib. 16. cap. 10. Q. Hortẽsius Dictator, cum plebes secessisset in Ianiculum, legem in Esculeto tulit, vt quod ea tulisset, omnes Quirites teneret. Idem scribit Gellius lib. 15. cap 27. Idem est in libro primo Institutionum Iustiniani. Hac de re suprà dixi in librum octauum. COLONIÆ deductæ sunt Castrum, Sena, Adria.) De Sena per hos annos in agro Gallorum deducta. Polybius lib. 2. VOLSINIENSES.) Vulsinienses, lapides Capitolini.

IN EPITOMEN LIBRI XII.

L. CÆCILIVS prætor.) Hunc Cæcilium prætorem Orosius & Augustinus lib. 3. cap. 17. vocant. Polybius lib. 2. λεύκιον στρατηγὸν nominat, in eiusq; occisi locum suffectum esse M'. Curium. DVCE, qui præerat classi occiso.) Vet. lib. Duumuiro, qui præerat classi. Duumviri autem nauales creari primũ cœpti sunt anno ab vrbe condita CDXLIII.
319 BRVTIOS.) Bruttij duobus tt, in Capitolinis lapidibus scribuntur, itemq; in nummis argenteis, quos perantiquos pater habet tuus, cum his literis ΒΡΕΤΤΙΩΝ. Præterea Eustathius in Dionysium docet, omnino Βρέττιοι διὰ δύο τ esse scribendos. CVM in præsidium Rheginorum legio Campana cum præfecto Decio Iubellio missa esset.) Polybius lib. 1. hunc Δήκιον Καμπανὸν vocat.

IN EPITOMEN LIBRI XIII.

VALERIVS Leuinus.) Læuinus, ex Capitolinis lapidibus á Læuo, vt Crassinus à Crasso, Albinus ab Albo. Plutarchus in Pyrrho mendose ἀλβῖνος habet, pro λαιβῖνος. C. FABRICIVS missus ad eum, vt.) Vet. lib. Missus ad eum à senatu, vt. CYNEAS legatus.) Cineas: sic enim Plutarchus in Pyrrho: sic Suidas κινέας. IANDIV à consilijs publicis abstinuerat.) Vet. lib. Consilijs publicis se abstinuerat. P. DOMITIVS censor primus ex plebe lustrum condidit.) Vet. lib. Cn. Domitius. Quod placet: est enim Cn. Domitius, qui per hæc tempora cum P. Dolabella consul fuit: præterea Publij prænomen nusquam alias in Domitia gente reperi, vt autem C. Marcius Rutilus primus è plebe censor fuit, auctore Liuio, sic Cn. Domitius primus è plebe censor lustrum condidit. CVM Carthaginiensibus quarto fœdus renouatum est.) Huius fœderis meminit Polybius libro tertio: ἔτι δὲ τελευταίας συνθήκας ποιοῦνται ῥωμαῖοι κατὰ τὴν πύῤῥου διάβασιν πρὸ τοῦ συστήσασθαι τοὺς καρχηδονίους τὸν περὶ σικελίας πόλεμον. Is, qui ad eum à Pyrrho transfugerat.) Hunc alij Timocharem, alij Niciam appellarunt, auctor Gellius lib. 3. cap. 8.

IN EPITOMEN LIBRI XIIII.

CVRIVS Dentatus, cùm delectum haberet, eius, qui citatus non responderat, bona vendidit.) Vet. lib. Bona primus vendidit. Hac de re sic Varro, vt est apud Marcellũ. Manius Curius consul in Capitolio cùm delectum haberet, nec citatus in tribu ciuis respondisset, vendidit tenebrionem. Valerius & bona, & ipsum, qui citatus erat venisse à Curio scribit lib. 6. cap. 3. PIRRHVM iterùm ex Sicilia in Italiam reuersum vicit.) Vet. lib. Iterum Pyrrhum, præclarè: est enim aliud iterùm reuersum, & iterùm vicit. Est autem, iterùm vicit, intelligendum. CENSA sunt capita ciuium CCLXXI. millia.) Placet legi CCLXXXI. millia, vt singulis lustris numerus ciuium augeatur. Nam tertio ante lustro censa sunt CCLXXII. millia, altero verò CCLXXVIII. hoc, CCLXXXI. proximo insequenti CCXCII. COLONIÆ deductę sunt Posidonia, & Consa.) Cossa legendum est. Velleius lib primo Cossam, & Pæstum colonias deductas ait, Fabio Dorsone, Claudio Canina cõsulibus. Et Plin lib. 3. cap 5. Cossam Vulcientium coloniam deductam ait: Ita etiam lib. vet. CARTAGINENSIVM classis auxilio Mamertinis venit, quo facto ab ijs fœdus violatum est.) Primum intelligendum est placere antiquis grammaticis, Carthaginiensium dici, quod à casu dandi eiusmodi nomina edantur additis syllabis ENSIS, idq, præceptum versu Ennij confirmari. Hostem qui feriret mihi erit Carthaginiensis: deinde verò vocem, Mamertinis, mendum continere, neq; enim de Mamertinis adhuc dicendi locus est, verùm initio belli Punici: & Mamertinis quidem etiam tum non Pœni, sed Romani venerunt auxilio. Tarentinis autem reponendum est, non solùm quia ita habent manuscripti libri, sed etiam, quia Anno Carthaginensis apud Liuium lib. 21. id factum esse significat, cùm ait: sed vt Tarento tum, & Italia non abstinueramus ex fœdere, sic nunc Sagunto non abstinemus: sic Orosius, vt ibi dicam. PYRRHI mortem.) Vet. lib. Pyrrhi regis mortem.

IN EPITOMEN LIBRI XV.

SALENTINI.) Sallentini duobus ll, scribi debent ex fide Capitolinorum triumphorum, & Gręcis scriptoribus: sic enim Stephanus, σαλλεντία πόλις μεσσαπίων, τὸ ἐθνικὸν σαλλεντῖνος. TVNC primum populus Romanus argento vti cœpit.) Plin. lib. 33. cap 3. Q. Fabio consule argentum signatum est annis quinq; ante primum Punicum bellum cœptum. QVÆSTORVM numerus ampliatus est.) In Vet lib. est, Quæstorum numerus ampliatus est, vt essent. Desideratur autem numerus: sic enim in epitoma lib. 2. Numerus tribuũ ampliatus est, vt essent XXI. & libri decimi. Collegium augurum ampliatum est, vt essent nouem. Et libri 20. Prætorum numerus ampliatus est, vt essent quatuor. Puto legendum hic esse, vt essent octo. Quæstores enim primum duos creatos esse anno primo post reges exactos scribit Plutarchus in Poplicola. Duos deinde bis additos esse, vt essent quatuor, duos qui vrbanas, duos, qui militares res curarent, anno ab vrbe condita CCCXXXIII. tradit Liuius lib. 4. & lib. 6. & Tacitus lib. 11. cùm autem Tacitus subsequatur his verbis: Mox duplicatus quæstorum numerus stipendiaria iam Italia, & accedentibus prouinciarum vectigalibus, eos profecto octonos factos esse hoc tempore significare videtur.

IN EPITOMEN LIBRI XVI.

ORIGO Carthaginiensium, & primordia vrbis referuntur.) Vet. lib. Vrbis eorum referuntur. CENSA sunt ciuium capita CCCLXXII. millia.) Melius Eutropius, qui CCXCII. millia edit. Etenim tertio ante lustro censa sunt CCLXXVIII millia, neq; interea clades vlla accepta est, vt tanto perè ciuium numerus imminutus sit. EDIDIT primus.) Vet. lib. Primus edidit. ESERNIA.) Vet. lib. & Græci, Aesernia. RES præterea
320 contra Pœnos & Volscos prosperè gestas continet.) Dij boni quid hoc tempore rei Romanis cum Volscis erat toties victis? certè nihil. Ergo nõ Volscos, sed Vulsinios scribe, vt est in Vet. lib. Cum quibus hoc tempore bellatum esse docent historici, & maximè Capitolinus M. Fuluij Flacci consulis triumphus de Vulsiniensibus, primo anno primi belli Punici actus.

IN EPITOMEN LIBRI XVII.

CN. DVILIVS COS.) C. Duillius. Vet.lib. lapid. Capit. & reliqui. OB QVAM causam ei perpetuus honos habitus est, vt reuertenti à cœna tibicines canerent, & funale præferretur.) Vet.lib. Perpetuus quoque honos babitus est, vt reuertenti à cœna tibicine canēte funale præferretur. Sic Valerius lib. 3. cap. 6. Ad funalem cereum præeunte tibicine, & fidicine à cœna domum reuerti solitus est. M. CALPVRNII tribuni militum virtute.) Hunc lib. 22. Calpurnium Flammam nominat Liuius: eundem Q. Cædicium Cato, alij Laberium appellarunt, auctor Gellius lib. 3. cap. 7.

IN EPITOMEN LIBRI XVIII.

ATTILIVS Regulus in Africa.) Vet. lib. Atilius Regulus consul in Africa. SERPENTEM portentosæ magnitudinis. Hanc historiam à T. Liuio curiose pariter, ac facunde relatam scribit Valerius libro primo. Quam eandem recitat etiam ex Aelio Tuberone Gellius lib. 6. CVM aliquot prœlijs aduersum Carthaginenses pugnasset.) Vet. lib. Cum aliquot prœlijs benè aduersus Carthaginenses pugnasset. INTER causas petēdi successoris erat, quod agellus eius à mercenarijs deuastaretur.) Vet.lib. A mercenarijs desertus esset. Sic Valer. lib. 4. cap. 4. Consulibus scripsit villicum in agello, quem septem iugerum in Pupinia habebat, mortuum esse, occasionemq́; nactum mercenarium amoto inde rustico instrumento, discessisse: ideoq́; petere, vt sibi successor mitteretur, ne deserto agro non esset, vnde vxor & liberi sui alerentur. T. CORVNCANVS.) Ti. Coruncanius. Vet. lib. Triumphi Capitolini, Polybius, Pomponius de origine iuris. M. SEMPRONIVS Sophus, Valerius Maximus censores.) P. Sempronius Sophus, M. Valerius Maximus censores, ex Capit. lapid. CENSA sunt ciuium capita CCCXVII. millia CCXVII.) Vet.lib. CCXCVII. millia DCCXCVII. rectè. Nam priore lustro ex Eutropij sententia censa sunt CCXCII. millia. ET si eam minimè impetraret.) Vet.lib. Et si eam non posset impetrare. IVREIVRANDO adstrictus est rediturum.) Vet.lib. Iureiurando astrictus rediturum.

IN EPITOMEN LIBRI XIX.

C. GLAVCIAM dixit.) Et hic & apud Suetonium in Tiberio legendum est, Claudium Gliciam, ex Capitolina huius Dictatura, apud Suetonium enim est Iliciam. COLONIÆ deductæ sunt Fregellæ.) Vet. lib. Fregenæ, optimè. Fregellæ enim Colonia deductæ sunt anno CCCXXVII. in agro Volscorum, auctore Liuio lib. 8. Idem etiam Fregenarum meminit maritimæ coloniæ lib. 36. Alsij porrò, & Fregenarum meminit Cato in fragmentis Originum, & Plin. lib 3. cap. 5. Eadem menda est apud Velleium lib. 2. vbi ait: Postque XII. annos Aesulum, & Alsium, Fregellæq́; post biennium, proximoq́; anno Torquato, Sempronioq́; consulibus Brundusium: legendum est enim Fregenæ. CENSA sunt ciuium capita CCLI. millia.) Priore lustro censa sunt CCXCVII. millia, hoc autem CCLI. minore multo summa. Hic autem numerus, si probè habet, idcircò imminutus est, quia maxima pars cum P. Claudius consul rem nauali prælio malè gessisset, interijt. A LVDIS diuertens.) Vet. lib. Reuertens. Gellius lib. 10. cap. 6. de hac eadem Claudia, à ludis exiens. OB eam causam multata est.) Vet. lib. Multa ei dicta est: Sic loco citato Gellius, ob hæc mulieris verba tam improba, ac tam inciuilia C. Fundanius, & Ti. Sempronius ædiles pl. multam dixerunt ei æris grauis XXV. millia. Id factum Fabio Licinio, Otacilio Crasso consulibus. De eadem Suetonius in Tiberio. REBVS aduersus Pœnos pluribus ducibus gestis.) Vet. lib. A pluribus ducibus prosperè gestis.

DVAE tribus adiectæ sunt Velina, & Exquilina.) Turpis menda est in voce Exquilina, hæc enim tribus 321
vna fuit ex vrbanis quatuor à Ser. Tullio Rege factis, vt suprà diximus. Itaque non Exquilina, sed Quirina restituendum est, manuscriptis præsertim libris ita admonentibus.

IN EPITOMEN LIBRI XX.

SPOLITIVM.) Vet. lib. Spoletum. Priscianus etiam ita dicendum esse contendit. TVTIA virgo. Vet. lib. Tuccia. Sic alibi Tucciæ gentis mentio. QVI in Italiam eruperant.) Vet.lib. irruperant. Eo bello populus Rom. sociorum, Latiniq́; nominis trecenta millia armatorum habuisse dicitur.) Vet. lib. ad trecenta millia. Eadem summa colligitur etiam ex Polybij lib. 2. qui quot quiq́; socij pedites, quot equites dederint, exponit. In summa tamen concipienda inest apud eum labes: inquit enim omnem exercitum tam Romanorū, quàm sociorum fuisse, pedites ὑπὲρ τετταράκοντα μυριάδας, cùm sit legēdum πεντήκοντα: equites autem fuisse ἑξακισχιλίων, cùm sit legendum ἑξακισμυρίων apertè ex verbis eiusdem BELLVM Illyrijs propter vnum ex legatis, qui ad eos missi erant occisum, indictū est.) Legatos duos missos scribit Polybius lib. 2. C. & L. Coruncanios: ex ijs alterum Teutæ reginæ iussu fuisse interfectum, qui liberius in eam inuectus fuerat. ὧν ἀποκτεῖναι τινὰς τῶν παῤῥησιαζομένων τῶν πρεσβευτῶν ἀποκτεῖναι. M. CLAVDIVS Marcellus consul occiso Insubrium Gallorum duce Viridomato opima spolia retulit.) Lege Virdumaro. Sic enim Propertius libro quarto: Virdumari genus hic Rheno iactabat ab ipso. Et in lapidibus Capit. M. CLAVDIVS M. F. M. N. MARCELLVS COS. DE GALLEIS INSVBRIBVS ET GERMAN. ISQVE SPOLIA OPIMA RETTVLIT DVCE HOSTIVM VIRDVMARO AD CLASTIDIVM INTERFECTO. ITERVM Illyrij cùm rebellassent domiti in deditionē venerunt.) De Illyrijs priore bello triumphauit Cn. Fuluius Centumalus COS. vt est in Capit. triumphis. De ijsdem hoc tempore L. Aemilius Paullus Polybio auctore libro tertio. Eius belli initium intulit Teuta regina, huius Demetrius Pharius Rex. CVM antè dispersi fuissent.) Vet. lib. Cùm antè per omnes dispersi fuissent. MVNIVIT, & circum Flaminium extruxit.) Locus, vt omnes sentiunt mancus, ita restitui debet. C. Flaminius censor viam Flaminiam muniuit, & circum Flaminium extruxit. De via, & circo à C. Flaminio hoc anno censore factis auctor est Cassiodorus & Festus. De lustro condito C. Flaminio. & L. Aemilio censoribus Liuius lib. 22. & 23. vt de hac lectione omnino dubitādum non esse videatur. Cassiodorus ita: L. Veturio, C. Lutatio consulibus, via Flaminia munita, & circus Flaminius factus est. Festus autem ita. Flaminius circus, & Flaminia via dicta est à Flaminio censore, qui interfectus est ad lacum Thrasimenum. Circus Flaminius, quondam prata Flaminia ductu. Liuius libro tertio.

IN EPITOMEN LIBRI XXI.

In Italia belli secundi Punici acta narrantur.) Malim, vt alibi, Initia narrantur. Pyreneo saltu.) Pyreneo: sic græci πυρηναῖος. Fusis, qui obsistere ei conati erant.) Vet. lib. Fusis Volcis, qui. Sic autem tradit de Volcis Liuius.

IN LIBRVM XXI.

Perfecto Africo bello.) Hoc bellum cum mercenarijs militibus per quinquennium in Africa Carthaginienses gesserunt post bellum primum Punicum, auctor Polybius lib. 1. Tactis sacris iureiurando adactum.) Hoc narrat Antiocho Annibal apud Polybium libro tertio. Sicilia, Sardiniaque amissæ.) Sicilia amissa est primo Punico bello. Sardinia inter primum & secundum, auctor Polybius. Nimis celeri desperatione rerum.) Vet. lib. rerum desperatione. Hæc sententia sumpta est à Polybio: καρχηδόνιοι γὰρ βαρέως ἔφερον καὶ τὴν σικελίας ἧτταν. συνεπέτεινε δὲ αὐτῶν τὴν ὀργὴν τὰ κατὰ σαρδόνα, καὶ τὸ τῶν τελευταίων συσταθέντων χρημάτων πλῆθος. mille antem ducenta talenta imposita tradit. Per quinque annos.) Malim per quatuor. Nam Polybius libro primo extremo scribit tribus annis, & quatuor mensibus hoc bellũ esse cõfectum: τρία μὲν ἔτη, καὶ τέτταρας τοὺς μῆνας πολεμήσαντες οἱ μισθοφόροι πρὸς τοὺς καρχηδονίους. Vt appareret, maius eum, quàm quod gereret.) Vet. lib. vt appareret omnibus, maius eum.

322 Flore ætatis, vti ferunt, primo Amilcari conciliatus.) Hac de re Polybius nihil. Paulò tamen pòst, Anno, florem ætatis, inquit, Asdrubal quem ipse patri Amilcari fruendum dedit. Gener inde ob altam indolem profectus animi adscitus.) Vet. lib. Ob altam indolem animi profecto ascitus. In quibusdam etiam lib. profecto, vacat. In imperio positus.) Vet. lib. Imperio potitus. Cvm hoc Asdrubale. &c. fœdus renouauerat populus Romanus, ut finis vtriusque imperij esset amnis Iberus.) Hoc sextum fuit fœdus cum Pœnis ictum Asdrubale duce Itaq; rectè Cato libro quarto Originum dixit: Carthaginienses sextùm de fœdere decessere. Tertij fœderis meminit Liuius libro nono. P. Cornelio Aruina, Q. Marcio Tremulo consulibus. Quarti in epitome lib. 13. dum cum Tarentinis, & Pyrrho bellabatur. Quinti Polybius libro tertio confecto primo Punico bello. Sexti cum Asdrubale icti, & Polybius libro tertio, & hoc libro sæpius Liuius. Annibal intra prætorium delatus.) Vet. lib. in prætorium. Prærogativam militarem.) Polybius τὴν τῶν στρατοπέδων αἵρεσιν. Hunc vix dum puberem Asdrubal literis ad se accersierat.) Vix dum puberem appellat iuuenem natum annos ad XXII. Id ita esse apparet ex eo, quod Probus tradit, imperium Annibali mortuo Asdrubale esse delatum. cùm esset minus XXV. annis natus, per triennium autem antè sub imperatore Asdrubale militasse scribit hoc loco Liuius. Atque huc idem alia etiam confirmari ratione potest. Annibal enim anno ætatis nono cum patre Amilcare in Hispaniam venit, qui per annos nouem in ea prouincia fuit. His annis, qui XVII. esse concipiuntur si VIII. quibus successor Amilcaris Asdrubal in Hispania rem gessit, adiunxeris, annorum XXV. summam effeceris, ex quibus trienio detracto, relinquuntur anni XXII, quos natus Annibal Carthagine in Hispaniam ad Asdrubalem miles venit. Hæc ex Liuij, & Polybij verbis omnia collecta sunt. [Hic vide quàm nititur hic defendere Liuium, & primam Glareani annotationem conuellere, sed nihil facit]

323 Deinde breui effecit, vt patri in se minimum momentum ad fauorem conciliandum esset.) Vet. lib. vt pater in se. Vestitvs nihil inter æquales excellens, arma, atque equi conspiciebantur.) Conspiciebantur, conspicua erant, intellexit: vestitu nõ differebat à cæteris, armis, & equis differebat: sic alio loco, conspectum esse, pro excellere dixit. Hoc non intelligens Glareanus, interpretatur, si quando arma, & equi conspiciebãtur, equitum, peditumq; idem primus erat, quo nihil absurdius. [Glareanus dubitauit, nihil asseruit. idq; ea de causa vt alijs esset cogitandi occasio: Hanc sanam Glareani curam dissimulans, assertiuè accipit, quæ dubia relicta sunt, vt lector videret illum carpendi studiosiorem, quàm vt ingenuè doceret Doceri petit Glareanus, conuitijs aspergi odit.] Has tantas viri virtutes ingentia vitia æquabant: inhumana crudelitas, perfidia plusquam Punica, nihil veri, nihil sancti, nullus deum metus.) Sæpe, vt dixi, sententiam pro nomine ponit, vt Sallustius de Catilina. Animus audax, subdolus, varius. cuiuslibet rei simulator, ac dissimulator. alieni appetens. sui profusus, ardens in cupiditatibus, satis eloquentiæ, sapientiæ parum. Vltimvs conserto prælio excedebat.) Vet. lib. confecto. Qvibvs oppugnandis, haud dubiè Romana arma mouebantur, in Olcadum fines prius induxit exercitum.) Vox vna deest, quæ maximè sententiam sustinet, ea ex vet. lib reuocanda est. Quibus oppugnandis, quia haud dubie Romana arma mouebantur. De Olcadibus Polybius & Stephanus Vt non petisse Saguntinos, sed rerum seriè finitimis domitis gẽtibus, iungendoq; tractus ad id bellum videri posset.) Vet. lib. Iungendisq;. Sic paulò antè. Solicitandis gentibus, imperioq; iungendis suo. Carteiam vrbem caput gentis eius.) Carteiam Olcadum caput esse ait: cùm sit vrbs Bastulorum ad Calpen montem auctore Ptolemæo. Plinio, & præter cæteros ipsomet lib. 28. Ad Carteiam classe accessit. Vrbs ea in ora Oceani est. Quare sequutus Polybium lego Altheiam, in eo enim est ἀλθίαν. Est autem Olcadum vrbs, teste Stephano: ἀλθαία πόλις ὀλκάδων, οἱ δὲ ὀλκάδες ἔθνος ἰβηρίας πλησιόχωρον καρχηδόνος, ἣν ἐκάλεσαν καὶ καινὴν πόλιν τὸ ἐθνικὸν ἀλθαῖος. Cvnctis ciuium suorum, sociorumq; animis in se firmatis. Vox. suorum, abest à vet. lib. Hermandica.) Polybius: ἑλμαντικῆς: Stephanus, ἑλμαντικὴ πόλις ἰβηρίας ἐντὸς ἴβηρος ποταμοῦ. πολύβιος γ. Itaq; Helmandica lego. Arbacala.) Vet. lib. Arbocala. Polybius ἀρβύκαλα. Carteiorvm vrbs vi capta.) Vet. lib. Carthorum. Polybius Vacceorum Itaque eandem vocem repono: dixit enim in Vaccæos promotum bellum. Concitant Carperanos.) Hos vbiq; καρπησίους vocat Polybius. In ripa elephantos ante quadraginta disposuit.) Non vereor ne vox, Ante, mendose sit, pro, Ad: siquidem Polybius ait: καὶ τοῖς θηρίοις, οὓς εἶχε περὶ τετταράκοντα τὸν ἀριθμόν. Id est, & Elephantis. quos ad quadraginta habuit. Sic alibi docebo ex Ad, Ante factum esse. Olcadvm, Vacceorumq; centum millia fuere.) Polybius item: πλείους ἢ δέκα μυριάδας ἀνθρώπων. Vel inermi equite equo temerè acto peruerti posset.) Vet. lib. Vel ab inermi equite. Postremi, quibus ingressus in suam ripam tutior fuit.) Vet. lib. Postremis, quibus regressus in suam ripam tutior fuit. Egregie: vt sit. postremis Annibal fugam ex ripa fecit.

324 Qvos cùm adisset idem, qui litis erat sator, nec certamen iuris. sed vim quæri appareret.) Vet. lib. Quibus cùm adesset idem, qui litis erat sator: sensus est, Annibalem, qui litem inter Turdetanos & Saguntinos serebat, Turdetanis affuisse contra Saguntinos, Legati à Saguntinis Romam missi auxilium ad bellum iam haud dubiè imminens orantes. Consules tunc erant, P. Cornelius Scipio, & T. Sempronius Longus.) Dissentit Liuius à Polybio, quem maximè tamen in hoc bello tradendo sequitur, de rebus ab Annibale in Hispania gestis, de anno, quo Saguntus oppugnata est, & quo legati ad Annibalem missi sunt. Quia

verò

verò multo verisimilius & planius hæc omnia Polybius explicat, ea quemadmodum apud ipsum disposita sint, prius demonstrabo, tum demum, quæ Liuius tradiderit, subiungam. Sic igitur Polybius. P. Cornelio. M. Minucio consulibus. Annibal mortuo Asdrubale Imperator in Hispania declaratus in Olcadum fines transgressus, Altheiam capit, & Carthaginem in hybernare cedit. L. Veturio. C. Lutario consulibus. Annibal vere primo in Vaccæos ducit, Arbocalam, & Helmandicam eorum vrbes capit. Carpetanos in deditionem accipit. Quo terrore finitimi Saguntini compulsi Romam legatos res has nunciatum mittunt. Legati Romani in Hispaniam venientes ab Annibale Carthagine Noua, dum in hybernis esset, auditi sunt. Bellum Annibali indictum, nisi Sagunto abstineret, ab ijsdem idem Carthagine factum. M. Liuio. L. Aemilio consulibus. Annibal Carthagine Noua profectus Sagũtum oppugnat, & intra octo mẽses capit, & in hyberna reuersus omnes milites domum ad suos reuisendos misit. Legati alteri Carthaginem missi ad deposcendum Annibalem rupti fœderis auctorem, & nisi traderetur, ad bellum apertè indicendum, indictum est. P Cornelio Scipione. Ti. Sempronio Longo consulibus. Annibal motis Carthagine Noua castris traiecto Ibero Ilergetes, Bargusios, Ausetanos, & cæteros Hispaniæ populos vsq; ad Pyrenæos montes subigit, ijsq; superatis, per Galliam ad Alpes venit. & in Italiam quinto mense, quàm Carthagine mouerat, transgressus P. Cornelium consulem ad Ticinum, Ti. Semproninm consulem ad Trebiam fundit. Hæc Polybius, cui assentiri videtur Probus, qui per triennium res in Hispania ab Annibale gestas scribit. Liuius autem ita. L. Veturio. C. Catulo consulibus. Annibal Altheiam Olcadum capit, & in hyberna Carthaginem Nouam reuertitur. M Liuio. L. Aemilio consulibus. Arbocala, & Helmandica Vaccæorum, & Carpetani subacti, Saguntus oppugnari cœpta. P. Scipione. Ti. Longo consulibus. Legati Saguntini, qui antequam Saguntus oppugnaretur profecti erant, his consulibus Romam perueniũt, Legati Romani P. Valerius Flaccus. Q. Bæbius Tamphilus in Hispaniam ad Annibalem Saguntum oppugnantẽ cum venissent, & ab eo nõ admissi. Carthaginem profecti. Saguntũ octauo mense, quàm cœptum erat oppugnari, captum. inde in hyberna Annibal secessit. quinto deinde mẽse, quàm ex hybernis profectus est, in Italiam venit. Quæ si ita sunt, inquit, fieri nõ potuit, vt P. Cornelius, & Ti. Sempronius cõsules fuerint. ad quos, & in principio oppugnationis legati Saguntini missi sint, & qui in suo magistratu cum Annibale, alter ad Ticinum amnẽ, ambo aliquanto post ad Trebiam pugnauerint, aut Saguntũ principio anni, quo P. Cornelius, & Ti. Sempronius consules fuerunt, non cœptum oppugnari est, sed captum. Hæc Liuius. Non intelligit autem si capto Sagunto Annibal in hyberna concessit, & primo vere in Italiam superatis Alpibus venit, Saguntum ne initio quidem consulatus Scipionis, & Longi potuisse capi, siquidem inierunt Idibus Martijs, quo tempore illum ex hybernis mouentem transitum in Italiam parasse verisimile est, sed captum esse Liuio, Aemilioq; consulibus. Quod si ita est, ne legati quidem Saguntini, qui aut antequam Saguntum oppugnaretur, aut initio oppugnationis profecti sunt, Scipione, & Longo consulibus Romam peruenire potuerunt, præsertim verò cùm Legati Romani, quos serius miserunt. Annibalem Saguntum etiam oppugnãtem inuenerint. Habet igitur incommoda multa hæc Liuiana tractatio, in quæ miror illum incidisse, Polybio præsertim hæc omnia diligentissimè explicante. T. SEMPRONIVS Longus.) Polybius Τιβέριον Σεμπρώνιον nominat. Eutropius Tiberium, itemq; Probus, & pleriq; vetusti libri. Filius etiam huius in Capitolinis tabulis Ti. F. Ti. N. Longus scribitur. LEGATOS ad res sociorum inspiciendas.) Sic Polybius πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλαν τοὺς ἐπισκεψομένους τῶν πραγμάτων. Q. BAEBIVS Pamphilus.) Vet. aliquot lib. Q. Bæbius Tamphilus: Ita Capitolini vbiq; lapides, nummi argentei, Bæbius Tampilus. MILLE fermè passus à mari.) Sic Polybius: ὡς δέκα στάδια. ET iuuentus delectu vbi plurimum periculi ac laboris ostendebatur, ibi vi maiore obsistebant.) Vet. lib obsistebat, AD CENTVM enim quinquaginta.) Vet. lib ad centum enim & quinquaginta.

FALARICA erat Saguntinis missile telum.) Festus: Falarica genus teli missile, quo vtuntur ex falis, id est, 325
locis extructis, vel, vt ait Nonius, ex turribus ligneis dimicantes. NEC tuto eos adituros inter tot effrenatarum gentium arma.) Vet. lib. efferatarum, probò: Porrò autem Polybius hanc legationem admissam esse ab Annibale ait. AEGATES insulas, Erycemq; ante oculos proponite.) Vet lib. insulam Sic Polybius τὴν Αἰγοῦσαν, & τὰς Αἰγούσας appellat. Ad Aegates autem insulam priore bello nauali prælio victus est Amilcar, idemq; in fœderibus iungendis Eryce, quem tenebat in Sicilia, præsidia deducere iussus est, auctor Polybius. SED Tarento tum in Italia non abstinueramus ex fœdere.) Vet. lib Sed tunc Tarento, & Italia. Cæterùm hic est locus, quem Glareanus malè habere credidit, quia Tarentinis Pœnos auxilio venisse nunquam accepit. At suprà in epit. lib. 14. Carthaginiensium classis auxilio Tarentinis venit: quo facto ab ijs fœdus violatum est. Item Orosius: Tarentini Pyrrhi morte comperta noua arma sollicitant aduersus Romanos, Carthaginiensium auxilia poscunt, atque accipiunt.

ALCON inconscijs Saguntinis.) Vet. lib. Alcon inscijs Saguntinis. 326

NE ignoretis.) Vet. lib. Ne ignoraretis. [Ita Badius.] OCTAVO mense, quàm cœptum oppugnari, 327
captum Saguntum.) Polybius: [illegible] ἐν ὀκτὼ μησὶ κατὰ κράτος εἷλε τὴν πόλιν.

QVINTO deinde mense, quàm à Carthagine profectus sit in Italiam peruenisse.) Polybius item: τὴν μὲν πο- 328
ρείαν ἐκ Καινῆς πόλεως ἐν πέντε μησὶ ποιησάμενος. TREPIDARENT magis, quàm consulerent.) Vet. lib. Consultarent. HISTROS, atq; Illyricos.) Istros atq; Illyrios: Capit. Triumphi Nominat bella inter primum, & secundum Punicum bellũ gesta cum Sardis, Corsis, Istris, Illyrijs & Gallis. De quibus triumphi aliquot acti sunt. FOENVM hostem veteranum trium & viginti annorum militia durissima inter Hispanas gentes semper victorem primum Amilcare, deinde Asdrubale, nunc Annibale duce acerrimo assuetum.) Lege, XVIII. annorum, non XXIII. [Hic omittit V. annos belli Africi pudendo errore, ritè igitur legitur XXIII. non XVIII.] Amilcar enim nouem imperauit annos, Asdrubal octo, vnũ Annibal auctore Liuio: si quidẽ intelligendum est octauum annum Asdrubalis primum esse Annibalis: error ex notis natus V. enim in X. mutatum est. L. MANLIVS prætor.) Meminit huius prætoris etiam Polybius, cæterùm hoc anno L. Manlius, C. Terentius Varro, M. Aemilius, C. Atilius Serranus prætores à Liuio memorantur. L. Manlius Galliam C. Atilius Ligures, M. Aemilius Siciliam. C. Terentius vrbanam iurisdictionem obtinuisse videtur. AVT ea parte belli dimicaturum hostem credebant.) Aliquot. lib. vet. non habent vocem, Belli, nec necessaria ea est. M. LIVIVM.) Hic M. Liuius, is qui postea Salinator dictus est, esse nõ potest, quod consul esset, tum cùm hæc legatio missa est, aut si posteriore anno missa est, vel reus, vel damnatus, vt lib. 29. apparet. [Glareanus omnino putat Salinatorem fuisse.]

LVCTATIO cõsule.) Lutatio scribe: sic enim lapid. Capit. sic Greci, sic pleriq; veteres libri. NISI ex aucto- 329
ritate, aut iussu vestro icta. Vet lib Nisi aut ex auctoritate, aut iussu vestro icta. Hęc aũt de fœdere disceptatio apud Polybiũ est multis verbis. ET quod diu parturit animus vester, aliquando pariat.) Hoc à Cicerone sumptũ, qui dixit in Antonium. Vtinam aliquando dolor populi Rom pariat, quod iamdiu parturit. TVM Romanus sinu ex toga facto. Hic, inquit, vobis bellũ, & pacem portamus.) Sic Polyb. ὁ δὲ πρεσβύτατος αὐτῶν δείξας τοῖς ἐν τῷ συνεδρίῳ

τὸν

τὸν κλῆρον, ἐν τοῦτοις ἐπὶ τὸν πόλεμον αὐτοῖς ἔσεσθαι, καὶ τὴν εἰρήνην φίλην. ITAQVE aliud deintegro fœdus publico consilio ictum est.) Senatus Rom. non stetit conditionibus ijs pacis, de quibus inter Lutatium Imperatorem, & Amilcarem conuenerat, verùm x. legatos in Siciliam misit, ex quorum sententia, auctoritateque aliud ictum fœdus, ac confirmatum est, auctor Polybius. ITA nequicquam peragrata Hispania in Galliam transeunt. In his noua terribilisq; species visa est, quod armati, ita mos gentis erat, in concilium venerût.) Excidit hoc loco nomen eius populi, quem primum in Gallia legati Romani adierunt, vt enim in Hispania Bargusios, & Volcianos aditos dixit, sic in Gallia præcipuos quosdam nominabat populos, præsertim verò cùm dicat: In his noua terribilisque species visa, quod armati, ita mos gentis erat, in concilium venerunt. Non enim totius Galliæ hic erat mos, sed præcipuè eorum, quos primum adierunt, & pòst subiungat: Eadem fermè in cæteris Galliæ concilijs dicta, audita q;. Qui verò populi fuerint, ne diuinare quidem possum. Ita tamen legendum existimo. Ita nequicquam peragrata Hispania in Galliam ad . . . . . transeunt. In his noua, &c. Idem sentit etiam Glareanus.

330 SI CÆTERA prospera euenissent.) Vet. lib. Prosperè. TREDECIM millia octingentos quinquaginta pedites.) Sic Polybius: πεζοὶ μύριοι τρισχίλιοι ὀκτακόσιοι πεντήκοντα, ἱππεῖς δὲ χίλιοι διακόσιοι. FIRMATQVE eum Africis maxime præsidijs peditum Afrorum XI. millibus, octingentis quinquaginta Liguribus, trecentis Balearibus, ad hæc peditum auxilia.) Harum copiarum summa ad verbum sumpta est à Polybio, qui ita ait: πεζοὺς Λίβυας μυρίους χιλίους ὀκτακοσίους πεντήκοντα, Λιγυστίνους τριακοσίους, Βαλιαρεῖς πεντακοσίους. Ex cuius verbis perspicuè apparet in Liuianis libris deesse vocem, quingentis, vt sit Balearibus quingentis, atque ita hunc locum esse legendum & distinguendum. Peditum Afrorum XI. millibus DCCCL. Liguribus CCC. Balearibus D. Ad hæc: Nota numeri D. creauit errorem, præsertim verò cùm sequeretur, AD. eaq; excidit. ELEPHANTI XIIII.) Vereor vt legendum sit XXI. Nam Polybius edit: ἐλέφαντας εἴκοσι καὶ ἕνα.

331 APTÆ instructæque remigio.) Hoc ait Polybius πεπληρωμένας ἔχουσας. Cæterùm in numero nauium non discrepant. PRÆTER Etouissam vrbem.) Ptolemæus nominat ἰτόβησαν, statuitque inter ἰλέρκαονες. NONAGINTA millia peditum, duodecim millia equitum Iberum traduxit.) Sic Polybius: πεζοὺς μὲν ἔχων εἰς ἐννέα μυριάδας, ἱππεῖς δὲ περὶ μυρίους καὶ δισχιλίους, καὶ διαβὰς τὸν Ἴβηρα ποταμόν. ILERGETES, inde Bargusiosque & Ausetanos, & Aquitaniam.) Sic Polybius: τὸ τῶν Ἰλουργητῶν ἔθνος, καὶ Βαργουσίων, ἔτι δὲ τοὺς Αἰρηνοσίους, τοὺς Ἀνδοσίνους. Quos vocat Liuius Ausetanos, eos Ptolemæus αὐσητανοὺς nominat. AQVITANIAM, quæ subiecta Pyrenæis montibus est.) Aquitania pars est Galliæ citra Pyrenæos montes. Hispaniæ autem oram Liuius nominat, neque enim adhuc Annibal in Galliam traiecerat. Vox autem corrupta est. Hanc oram Ptolemæus vocat λακετανίαν: Plutarchus λακετανίαν: Strabo ἰακκητανίαν. Sic enim inquit: συνοικεῖται δὲ ὑπὸ πλειόνων ἐθνῶν ἡ χώρα γνωριμωτάτῳ δὲ τῷ τῶν ἰακκητανῶν λεγομένῳ. τοῦτο δὲ ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς παρωρείας τῆς κατὰ τὴν Πυρήνην εἰς τὰ πεδία πλατύνεται. id est, Hæc ora compluribus incolitur gentibus, è quibus nobilissima Lacetana dicitur. Hæc à Pyrenes radicibus inchoans in campos latius extenditur. Est pòst Liuius Cn. Scipio cum Pyrenæos montes circumuectus Emporijs appulisset classem orsus à Lacetanis omnem oram vsque ad Iberum flumen Romanæ ditionis fecit. Et Sallustius in epistola Pompeij: Recepi Galliam, Pyrenæum, Lacetaniam. PYRENÆVM transgreditur, & ad oppidum Illiberim castra locat.) Illibirrim vocat Strabo lib. 4. ἐν μὲν τῇ Πυρήνης ῥυσκίνων καὶ ὁ Ἰλλιβίρρις πόλιν ἔχων ὁμώνυμον ἑκάτερος αὐτῶν. De Ruscinone paulò pòst Liuius. NVPER circa Padum Placentiam, Cremonamque colonias in agrum Gallicum deductas ægrè patiebantur.) Hæ coloniæ deductæ sunt hoc anno P. Cornelio, Ti. Sempronio COSS. prid. K. Ianuarij, auctore Pædiano in Pisonianam, nec dissentit Polybius. Hac de re etiam in epitome lib. 20. C LVTATIVS, C. Seruilius, T. Annius. Lutatij nomen haud dubium est, pro C. Seruilio, & T. Annio Q. Acilium, & C. Herennium habent quidam annales: alij, P. Cornelium Asinam, & C. Papirium Masonem.) De his ita Pædianus: Deduxerunt triumuiri P. Cornelius Asina, C. Papirius Maso, Cn. Pompeius, siue Cn. Cornelius Scipio. Porrò autem in vulgatis Liuianis libris erat A. Seruilius. Scripsi tamen C. Seruilius, quia hic pater est C. Seruilij consulis anno DLVII. auctore Liuio, qui in consulatu Capitolino C. F. scribitur. Polybius C. Lutatium consularem, & duos prætorios nominat.

332 SYLVÆ tunc circa viam erant, plerisq; incultis.) Vet. lib. Plerisq; locis incultis. Polybius: τοὺς ὑλώδεις τόπους vocat. NEC dum per patentia loca ducebatur agmen, cùm apparuit hostis.) Sensus docet legendum esse: Nec dum per patentia loca ducebatur agmen, apparuit hostis, vbi rursus siluæ intratæ, tum postremos adorti, vt sit, hostes non apparuisse interea dum exercitus Romanus patentibus campis iter faceret, vbi siluas intrauerit, extremum agmen esse adortas: potest etiam vulgata lectio retineri, hoc sensu, neque adhuc per satis patentia loca ducebatur agmen, cùm apparuit hostis, vbi siluæ intratæ sunt, vehementius se intulit. FINIS, & Gallis territandi.) Vet. lib. Finis inde & Gallis territandi. CANNETVM vicum.) Vet. lib. Tanetum. Polybius lib. 3. τὴν Τανέτου καλουμένην κώμην. Ptolemæus τάνητον. Liuius lib. 30. vbi de eadẽ hac re loquitur, Tanetũ edit. C. ATILIVM prætorem.) Nomen prætoris, non affert Polybius, cætera ab eo sumpta sunt. TRANSCRIPTA legione noua.) Polybius: ἄλλο δὲ στρατόπεδον συνάγειν, καὶ καταγράφειν. SEXAGINTA longis nauibus) Polybius: ἑξήκοντα ναυσὶν tantum dixit. MOX peruenit Massiliam.) Hoc quid sit exponit Polybius: πεμπταῖος. id est, quinto die. AD proximum ostium Rhodani.) Polybius: περὶ τὸ πρῶτον στόμα τοῦ Ῥοδανοῦ, τὸ Μασσαλιωτικὸν προσαγορευόμενον. METV, aut pretio pacatis.) Polybius: τοὺς μὲν χρήμασι πείσας, τοὺς δὲ βιασάμενος. ET diffisi citeriore agro.) Vet. lib. Sed diffisi. CÆTEROS accolas fluminis Annibal, & eos ipsos, qui ipsas sedes tenuerunt, simul perlicit donis.) Vet. lib. Et eos ipsos, quorum sedes tenuerat. Polybius: φιλοποιησάμενος τοὺς παροικοῦντας τὸν ποταμόν. Rectè autem: Quorum sedes tenuerat, quia subdit: Simul & ipsi traijci exercitum leuariq; quamprimum regionem suam tanta vrgente hominum multitudine cupiebant. ITAQVE ingens coacta vis nauium est, lintriumq; temerè ad vicinalem vsum paratarum.) Vicinalem dixisse videtur Liuius, pro vicinitatis. Hoc sic expressit Polybius: ἐξηγόρασε παρ' αὐτῶν τά τε μονόξυλα πλοῖα πάντα, καὶ τοὺς λέμβους ὄντας ἱκανοὺς τῷ πλήθει διὰ τὸ ταῖς ἐκ τῆς θαλάττης ἐμπορίαις πολλοὺς χρῆσθαι τῶν παροικούντων τὸν Ῥοδανόν. Vsum viciniæ expresisit in mercibus vltro citroq; deuehendis. NOVASQVE alias primum Galli inchoantes cauabant ex singulis arboribus.) His verbis vocem expresisit Polybij μονόξυλα. MILLIA quinque & viginti fermè.) Polybius ὡς διακόσια στάδια. SVPRA paruæ insulæ circumfusum amnem.) Polybius περί τινα τόπον ἐν ᾧ νησίζοντι περὶ τὸ χωρίον ποταμόν προσχίζεσθαι.

333 HISPANI sine vlla mole in vtres vestimẽtis coniectis, ipsi cetris superpositis incubãtes flumẽ transnatauere.) Vet. lib. habent Suppositis. Quam vocẽ sententia quoq; desiderat. EQVES ferè propter equos nantes nauium agmen ad excipiendũ aduersi impetum fluminis parte superiore transmittens tranquillitatẽ infrà traijcientibus lintribus præbebat.) Equites, habent Vet. lib. Hinc ego legendũ suspicor: Equites ferè præter equos nantes. Est enim hic sensus: Nauium agmen ad excipiendũ aduersi fluminis impetũ equites præter equos nantes superiore fluminis parte transmittens tranquilitatem lintribus, quibus pedites inferiore parte traijciebantur, præbebat. Inquit autem, præter equos nantes: nam non omnes equi in naues impositi fuerant, verùm magna pars loris à puppi-

puppibus trahebantur. Sic propè etiam Polybius. [Rectè quidem Polybius, at vide quæ hic fit constructio,
equites transmittens.] IMPOSVERVNT in naues.) Vet. lib. Imposuerant. CVM varijs vlularibus, can-
tuque.) Polybius, τῶν βαρβάρων παιανιζόντων. CERTE variata memoria est.) Vet. lib. Certè varia memoria est.
TRADVNT ferocißimum ex ijs irritatum à rectore suo, cùm refugientem in aquam natantem sequeretur.) Vet.
lib. Cùm refugientem eum in aquam: Rectorem autem intelligit. VT QVENQVE timentem altitudinem
destituerat vadum, impetu ipso fluminis in alteram ripam rapiente.) Sensus, quem elicere Glareanus nō potuit,
hic est: Elephantem à rectore suo irritatum, cùm eundem refugientem in aquam sequeretur, traxisse gregem
impetu ipso fluminis in alteram ripam rapiente, prout quisq; eorum altitudinem aquæ timens, à vado destitue-
batur.

NEC Scipionis stare sententia poterat, nisi vt.) Lego Scipioni. Hoc enim latina locutio postulat, sic paulò 334
pòst: Annibal, postquam ipsi sententia stetit pergere ire. Et lib. 30. Proinde seu ipsi staret iam sententia, seu con-
sulendus Asdrubal esset. Et lib. 44. Interim consuli sententia stetit eo saltu ducere. REGVLI Matali aduen-
tus.) Magili, ex Polybio: τοὺς βασιλίσκους ἀεὶ τὸν Μάγιλον. AB OCCASV solis ad exortus.) Vet. lib. Ad ortum. AL-
PES quidem habitari, coli, gignere atq; alere animantes, peruias paucis esse, exercitibus inuias.) Malim, peruias
paucis, esse exercitibus inuias, id est, quas pauci legati Gallorum superauerint, eas hic exercitus non traijciet.
HAS Alpes ingentibus sæpe agminibus.) Quoties Galli alpes superauerint ante hoc tempus, tradidit suprà lib. 6.
& Polybius lib. 2. NEC maiores quidem eorum.) Vet. lib. Ne maiores quidem eorum. TVTO trans-
misisse.) Vet. lib. Tuto transisse. CEPISSE quondam Gallos ea.) Romam intelligit. AD INSVLAM per-
uenit, ibi Arar, Rhodanusque amnis diuersis ex Alpibus decurrentes, agri aliquantulum amplexi confluunt in
vnum.) Polybius, ἧκε πρὸς τὴν καλουμένην νῆσον, ἔχουσαν δὲ τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τοῦ συμπτώματος, τῇ μὲν γὰρ ὁ Ῥοδανὸς τῇ δὲ σκάρας
προσαγορευόμενος ῥέοντες παρ' ἑκατέραν τὴν πλευρὰν συμπίπτουσιν. mendum tamen puto esse in voce σκάρας pro ὁ Ἄραρ. AD
LÆVAM in Tricastinos flexit, inde per extremam oram Vocontiorum agri tetendit in Tricorios, haud vsquam
impedita via, priusquam ad Druentiam flumen peruenit.) Hoc de itinere nihil Polybius: at Ammianus lib. 15.
Annibal Taurinis ducentibus accolis per Tricastinos, & oram Vocontiorum extremam ad saltus Tricorios ve-
nit, indeq; exorsus aliud iter ante hac insuperabilè fecit, excisâq; rupe in immēsum elata per Druentiam flumen
gurgitibus vagis in totum regiones occupauit Etruscas.

SAXA glareosa voluens.) Vet. lib. glomerosa, rectè. Subdit enim, nihil stabilis, nec tuti ingredientibus præ- 335
bet. GENVAM repetit.) Antea, Placentiam, at Genuam habent & veteres libri, & Ammianus loco citato.
Suprà autem dixit eum præter oram Ligurum peruenisse Maßiliam. GALLIS'QVE ad visenda loca præ-
missis.) Legatos Boiorum intelligit, qui se huius itineris duces futuros esse professi fuerant. CVM repente
conspiciunt alios arce occupata sua super capita imminentes.) Vet. lib. sua supra capita.

QVOSDAM & armatos, inde ruinæ maximæ, modò iumenta cum oneribus deuoluebantur.) Vet. lib. Qui- 336
dam & armati in ruinas maximas, modò iumenta cum oneribus deuoluebātur. CASTELLVM inde, quod
caput eius regionis erat, vicosq; circumiectos capit.) Hanc πόλιν vocat Polybius, id est, vrbem eam, ex qua Allo-
brogum incursiones in exercitum Annibalis fiebant. FREQVENTEM cultoribus alium, vt inter montana,
populum.) Populum dixit, æquè ac græci δῆμον vsurpant. Qui & populum significat & castellum. OCCVR-
SANTES per obliqua montani erupto medio agmine viam insedere.) Vet. lib. perrupto medio agmine. Rectè.
NONO die in iugum alpium peruentum est.) Polybius: ἐνναταῖος δὲ διανύσας εἰς τὰς ὑπερβολὰς αὐτοῦ κατεστρατοπέδευσε,
καὶ δύο ἡμέρας ἔμεινε. OCCIDENTE iam sidere Vergiliarum.) Polybius: διὰ τὸ συνάπτειν τὴν τῆς πλειάδος δύσιν.
CIRCVMPADANOS campos.) Polybius: τὰ περὶ τὸν Πάδον πεδία.

NATVRA locus iam ante præceps recenti terræ lapsu in pedum mille admodum altitudinem abruptus 337
erat.) Ita emendauit olim Valla, cùm antè legeretur: Natura locus iam antè præceps, recenti terræ lapsu impedi-
tus, tum ille admodum altitudinem abruptus erat: Vtranq; autem lectionem mendosam esse sensus ipse docet.
Describit enim Liuius locum angustum, & abruptum. Nam paulò antè dixit: Ventum est ad multo angustio-
rem rupem, atq; ita rectis saxis, vt, &c. Ex emendatione autem Vallensi nihil elici de angustia potest. Quamob-
rem ex veterum libris aliquot fide ita legēdum est: Natura locus iam antè præceps recenti terræ lapsu impeditus,
in miram admodum altitudinem abruptus erat. Duo enim significat incommoda naturalibus incommodis ac-
cessisse, quod cum natura locus iam antè præceps esset, nunc deiectu terræ impeditus erat, & in magnam admo-
dum altitudinem abruptus. Quo fit, vt expresserit causam, cur dixerit: Multo angustiorem rupem, atq; ita rectis
saxis. Ita etiam Polyb: ἐπὶ τοὺς ὑποζυγίους ἀδύνατον ἦν παρελθεῖν διὰ τὴν στενότητα, σχεδὸν ἐπὶ τρία ἡμιστάδια τῆς γῆς ἀπερρωγυίας,
καὶ πρὸ τοῦ μὲν οὔσης. τότε δὲ καὶ μᾶλλον, ἔτι προσφάτως ἀπερρωγυίας ἐνταῦθα πάλιν ἀθυμῆσαι, καὶ διατραπῆναι συνέβη τὸ πλῆθος. Et paulò
antè dixerat: ὄντος γὰρ στενοῦ, καὶ κατωφεροῦς τῆς καταβάσεως. HAVD dubia res visa, quin per inuia circa, nec trita antea,
quamuis longo ambitu circumduceret agmen.) Sensus est: Digressus ad rupem inuisendam Annibal sensit, se
per inuia loca, nec trita antea agmen ducere, neque ea re quicquam profecisse, quod longo ambitu exercitum
circumduxisset, quo facilius & expeditius iter haberet. Polybius ait, Annibalem inspecta rupe conatū esse eam
superare, verum noua accedente niue deterritum esse, atq; ad saxum illud cedendum se conuertisse, in quo nihil
ab eo dissidet Liuius. ITAQVE in leui tantum glacie, tabidaq; niue volutabantur iumenta, secabantur in-
terdum, etiam tum infirmam ingredientia niuem & prolapsa iactandis grauius in continendo vngulis, penitus
perfringebant, vt pleraq; velut pedica capta hærerent indurata & alta concreta glacie.) Primum dicam, quæ in
his verbis emendanda arbitror, deinde qui sit eorum sensus. Nam eum Glareanus homo ingenuus planè se igno-
rare profitetur. In vet. lib. est, pro. Itaq;, Ita, pro infirmam, infimam, pro secabantur, necabantur, pro interdum
etiam tum, Interdum etiam dum, pro alta concreta, alte concreta. [Glareanus libenter fatetur se nescire quæ-
dam, imo plurima exemplo D. Erasmi præceptoris sui, Angeli Politiani, ac aliorum doctißimorum virorum, At
Sigonio omnia sunt peruia.] Ea verò omnia probè habere sensus ipse demonstrat, qui est eiusmodi: In superan-
da rupe duplex labor susceptus est, vnus propter recentē modicam, alter propter veterem intactam niuem. Nam
cum superior illa hominum iumentorumq; incessu dilapsa esset, & per nudam infra glaciem, fluentemq; labem
liquescentis niuis ingrederentur, tetra ibi luctatio erat, vt à lubrica glacie non recipiente vestigium, & in prono
citius pede se fallente. Et seu manibus in assurgendo, seu genu se adiuuissent, ipsis adminiculis prolapsi, si iterùm
corruissent, nec stirpes circa, radicesue, ad quas pede aut manu quisquam eniti posset, erant. Atq; hunc, inquit, in
modum in leui glacie, tabidaq; niue iumenta volutabantur, adde deinde: Necabantur interdum etiam, dum in-
fimam ingredientia niuem, & prolapsa iactandis grauius vt se continerent, vngulis, perfringebāt, vt pleraq; ve-
lut pedica capta hærerent indurata, & altè concreta glacie. Quam posteriorem sententiam sic expreßit Polybius:
τὰ δὲ ὑποζύγια διέκοπτεν, ὅτε πέσοι, τὴν κάτω χιόνα κατὰ τὴν ἐξανάστασιν, διακόψαντα δὲ ἔμενε μετὰ τῶν φορτίων. Id est, iumenta
verò perfringebant, vbi prolapsa erant, infimam niuem in assurgendo, qua fracta hærebant vna cum oneribus.

QVINTO

338 QVINTO decimo die Alpibus superatis.) Polybius: τὴν τῶν ἄλπεων ὑπερβολὴν ἡμέραις πεντεκαίδεκα κατήρε τολμη-ρῶς. INFERIORA vallis.) Vet. lib. Inferiores valles. L. CINCIVS Alimentius, qui captum se ab Annibale scribit, maximè auctor moueret me.) Vet. lib. Alimentus, nō hic solum, sed etiam in epistolis ad Atticum. Quod probo. Cognomen enim est Cinciorum, vt Rutilus Marciorum, non, vt vulgò, Rutilius. In ijsdem libris est, Maximus auctor, & hoc quoq; placet. Maximum enim auctorem vocat locupletissimum, quippe qui rebus ipsis gerendis interfuerit. POSTQVAM Rhodanum transierit, triginta sex millia hominū. Polyb. 38. millia edit. πεζοὺς εἰς ὀκτακισχιλίους καὶ τρισμυρίους. eorum verò dimidiam partem in Alpibus superandis amisisse. INGENTEMQVE numerum equorum & aliorum iumentorum amisisse in Tauriuis, quæ Gallis proxima gens erat in Italiam digresso.) Ne in id incommodum incidamus, vt dicendum sit Annibalem in Taurinis, id est, in Italia ea amisisse, quæ in alpibus traijciendis amiserat, legendum est, in Taurinos: Itemq; Degresso, non digresso. Est autem verbum Liuio familiare, vbi de descensu loquitur, idq; sæpissimè vitiatum, vt infrà ostendam: Sensus autem erit, se audisse, ipso in Taurinos, quæ Gallis proxima gens erat in Italia, degresso, triginta sex millia postquam Rhodanum transierit amisisse. Taurinos scribit Polybius ad radices alpium fuisse. [In Taurinos etiam Glareanus legendū antè admonuerat.] OTIVM etenim ex labore.) Vet. lib. Otium enim ex labore. EA P. Cornelio consuli causa fuit, cū Pisas nauibus venisset, exercitu à Manlio, Atilioq; accepto tirone, & in nouis ignominijs trepido, ad Padum festinādi.) Sic Polybius: πόπλιος δὲ κατέπλευσε εἰς πίσας, τεινεσάμενος δὲ τὴν πορείαν διὰ τυῤῥηνίας, καὶ παραλαβὼν τὰ παρὰ τῶν ἐξαπειλικῶν στρατόπεδα τὰ προπολεμοῦντα τοῖς βοίοις ἧκε πρὸς τὰ περὶ πάδον πεδία. Intelligendum autem est, Genua Pisas venisse. Liuius porrò nomine Pisarum prouinciam Liguriam, vt Arimini citeriorem Galliam significare solet. L. Manlius Galliam, C. Atilius, opinor, Ligures prouinciam obtinebat, vt antè dixi. TAVRINORVM'QVE vrbem vnam caput gentis eius, quia volens in amicitiam nō veniebat, vi expugnarat.) οὐχ ὑπακουόντων δὲ προστρεπτικῶς τὴν βαρυτάτην πόλιν ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐξεπολιόρκησε.

339 CONFESSIONEM sedentis ac detrectantis certamen.) Vet. lib. Cedentis. QVASSATA, fractaque arma.) Vet. lib. Confractaq;. AC NIHIL magis vereor, ne antequam vos.) Vet. lib. Quàm, ne antequam vos. LICVIT in Hispaniam prouinciam meam ire.) Vet. lib. Licuit mihi in Hispaniam. PEDITVM agmē, quod in modum fugientium raptim agebatur, quia assequi terra non poteram, neque regressus ad naues erat, quanta maxima celeritate potui, tanto maris, terrarumq; circuitu in radicibus Alpium obuius fui.) Hoc loco illud admirationem mouere facilè potest, qui factum sit, vt si regressus ad naues nō erat, tanto maris, terrarumq; circuitu obuius fuerit. Hoc enim dicere vult, se quia hostem assequi terra non poterat, naues conscendisse. Quod cùm ita sit, ergo rectè legitur in veteribus libris. Quia assequi terra non potui, regressus ad naues, quanta maxima celeritate, &c. ANNIBAL hic si æmulus itinerum Herculis.) Herculem fama erat vnum ante Annibalem cum exercitu alpes transmisisse, cùm à Gerionis bello recederet. Probus in Annibale, Ammianus lib. 15. Hinc Graiæ alpes ab illo dictæ. RESPICERET profectò, si non patriam victam, domum certè, pacemq; & fœdera Amilcaris scripta manu.) Vet. lib. Domum certè, patremq;, probo. PACEM cum victis fecimus, tutelæ nostræ deinde duximus, cum Africo bello vrgerentur.) Commemorat beneficia populi Rom. erga Pœnos, maximè, quod eos auxilio iuuit bello Africo. De qua re sic Polybius lib. 1. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ῥωμαῖοι τηροῦντες τὰ κατὰ τὰς συνθήκας δίκαια προθυμίας οὐδὲν ἀπέλιπον. Itaque suspicor hoc loco legendum esse: tutelæ nostræ deinde addiximus, aut quid tale.

340 VNVSQVISQVE se non corpus suum, sed coniugem, ac liberos.) Vet. lib. Non corpus suum solum, sed. &c. Porrò autem summa huius orationis est apud Polybium, vt etiam eius, quæ sequitur Annibalis. VT VIGINTI annorum militiam vestram.) Elatoriè XX. annorum militiam vocat Annibal, quam suprà XVIII. Liuius verius appellarat: at seruit causæ Annibal. CÆSO, victo, circumsesso à Gallis.) Vet. lib. Circumsessoq;.

341 TVM laudastis me milites.) Vet. lib. Collaudastis me milites. TRADVCTVS Romanus exercitus in agrum Insubrium, quinq; millia passuum à vico tumulis consedit.) Probo Glareani suspicionem, Vici nomē desiderari: Probus hanc pugnam pugnatam ad Clastidium ait, cuius vici pòst meminit Liuius. MVTATAM secum fortunam.) Vet. lib. Immutatam. SERVIS quoq; dominos prosecutis libertatem proponit.) Vet. lib. Promittit.

342 SCIPIO iaculatores, & Gallos equites in fronte locat, Romanos, sociorumque quod roboris fuit in subsidijs.) Polyb. ὁμοῦ ἐν τόπῳ προθέμενος τοὺς ἀκοντιστὰς, καὶ τοὺς ἅμα τούτοις γαλατικοὺς ἱππεῖς, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐν μετώπῳ καταστήσας. ANNIBAL frænatos equites in medium accipit, cornua Numidis firmat.) Polybius: ὁ δὲ ἀννίβας τὴν μὲν κεχαλινωμένην ἵππον, καὶ πᾶν τὸ στάσιμον αὐτῆς κατὰ πρόσωπον τάξας, τοὺς δὲ νομαδικοὺς ἱππεῖς ἀφ' ἑκατέρου κέρατος ἡτοιμάκει πρὸς κύκλωσιν. TRANSIRE non potuit pontem, vt extrema resoluta erant.) Vet. lib. Quod extrema. CIRCA flumen interceptos.) Vet. lib. Citra flumen.

343 AD CLASTIDIVM vicum.) Polybius: κλαστίδιον πόλιν vocat: mentio Clastidij est in triumpho Marcelli Capitolino. HÆC sicut audita erant, rex Messanæ Aemilio prætori, cuius Sicilia erat prouincia, perscribit.) Lege ex veteribus libris: Hæc, sicut nunciata erant Messanæ, rex Aemilio prætori. Hiero enim Syracusarum rex fuit, non Messanæ, nisi intelligas: Rex Messana, vbi tum fortè erat, perscribit. Aemilius hic est tertius huius anni prætor. NEQVID moram conscendendi facerent) Vet. lib. Ne quis moram conscendendi faceret. Malim tamen: Nequid. EXTEMPLO & circa prætorem ad ciuitates missi legati.) Circa prætorem, dixit, pro, à prætore. Ego malim, circa à prætore. SVBLATIS ornamentis veniebant.) Sublatis, intelligit in altum elatis, vt procul conspici possent. Itaque subsequitur oppositum. Demendis armamentis eo tempore consumpto.

344 NAM vt socijs naualibus affatim instructam classem, ita inopem milite habebat.) Socios nauales hoc loco remiges vocat, eosq; demum, qui nautica ministeria aliqua in naui obeunt, vt lib. 6. De remigum supplemento agi cœptum est, in quam rem, cùm neque hominum satis, nec ex quo pararentur, stipendiumq; acciperent, pecuniæ quicquam ea tempestate in publico esset, edixerunt consules, vt priuati ex censu, ordinibusq;, sicut antea, remiges darent. Nam, vnde cum pecunia in ærario nō esset, paraturos socios nauales, paulò pòst ait: Milites, nautasq;. Item: legiones sociosq; nauales. Item: Classicos milites, naualesq; socios. FVGAM, cæteræ ceperunt.) Vet. lib. Cæteræ fugam ceperunt. ET FRETVM intranti.) Vet. lib. Ei fretum intranti. QVIBVSDAM volentibus res nouas.) Vet. lib. Et quibusdam.

345 CONSVL alter equestri prælio vno, & vulnere suo minutus.) Quid si legas, vna. DVO millia peditum, & mille equites, Numidas plerosq;, mistos quosdam & Gallos.) Polyb. ἑξακισχίλιοι πεζοὺς μὲν δισχιλίους, ἱππεῖς δὲ κελτοὺς, καὶ νομάδας εἰς χιλίους. VLTRA differri, ac teri tempus.) Vet. lib. aut teri. FAMA prius, deinde recognitum.) Lege, re cognitum.

346 PRÆDARE omnes iuberent.) Polybius: πᾶσιν ἀριστοποιεῖσθαι παρήγγειλε. ANNIBAL prima luce.) Polybius: ἅμα τῷ φωτί. ERAT fortè brumæ tempus, & niualis dies.) Polybius: οὔσης δὲ τῆς ὥρας περὶ χειμερινὰς τροπὰς, καὶ τῆς ἡμέρας νιφετώδους καὶ ψυχρᾶς. PECTORIBVS tenus.) ἕως τῶν μασῶν, Polybius. BALEARES locat ante signa, leuem armatu-

armaturam.) Vet. lib. Leuemq; armaturam. Sic lib. 22. Baleares, cæteramq; leuem armaturam post montes circunducit. Et Polybius: τοὺς λογχοφόρους, καὶ βαλιαρεῖς ὄντας εἰς ὀκτακισχιλίους. DVODEVIGINTI millia Romanorum erant, socium, nominisque latini XX.) Polybius: Romanorum XVI. millia tradit: τοὺς μὲν ῥωμαίους ἑξακισχιλίους τοὺς δὲ συμμάχους εἰς δισμυρίους. NAM cùm vix per se resisterent x. millibus equitum quatuor millia, & fessi Romani plerisque integris Pœnis.) Voces Romani, & Pœnis, absunt à Vet. lib. & glossema sunt alicuius, qui verba illa, vt fit, interpretatus est.

VESTIGIA cedentis sequentes agminis.) Vet. lib. Vestigia sequentes cedentis agminis. ELEPHAN-
TES propè omnes absumpsit.) Polybius: ὥστε τὰ μὲν θηρία διαφθαρῆναι, πλὴν ἑνός. absumpsit. reposui ex Vet. lib. Cùm 347
antè, consumpsit, legeretur. EMPORIVM propè Placentiam fuit, & opere valido & magno munitum præsidio.) Vet. lib. Et opere magno munitum, & valido firmatum præsidio, valdè probo: sic paulò pòst, ad firmãdum præsidio saltum. CÆTERVM ne hyberna quidem Romanis quieta erant, vagantibus passim Numidis equitibus. & quæ his impeditiora erant, Celtiberis, Lusitanisq;.) Glareanus Celtiberos, & Lusitanos impeditiores, quàm Numidas fuisse intelligit, in quo vehementer, vt opinor, errat. Sensus enim est: Hyberna & Romanis inquieta erant vagantibus passim Numidis equitibus, & eadem his equitibus erant impeditiora, quàm Celtiberi, Lusitaniq; in Hispania fuerant. Nam paulò antè dicebat Annibal ad milites: Satis adhuc in vastis Lusitaniæ, Celtiberiæq; montibus pecora consectando nullum emolumentum tot laborum vidistis. Causam deinde subdit, quòd omnes vndiq; clausi commeatus erant. In Vet. lib. est: Aequeq; his impeditiora erant. Suspicor inde: Omnes enim vndiq;, legendum. [Glareanus hic nihil definit, Sigonius autem non est ausus in contextum hoc ponere, cùm dubitet.] QVO magis ratam fore cum his pacem, societatemq; crederet, traduntur.) Sensus est: Venienti in Ligures Annibali quæstores, tribuniq; Rom. intercepti à Liguribus traduntur, quo ipse ratam magis societatem cum Liguribus crederet contra Romanos, quos tanta iniuria affecissent.

TRANSEVNTEM Appenninum.) Vet. lib. Transeuntem autem Appeninum. SED perculsos hostes in 348
castra persequerentur.) Vet. lib. Pulsos hostes,

ET sicut æquata fermè pugna erat, ita clade discessum est.) Vet. lib. Ita pari clade discessum est. EMPO-
RIIS appulisset classem.) Emporium vocat Polybius: τοὺς περὶ τὸ καλούμενον ἐμπορεῖον τόπους. Item Strabo libro tertio. 349
ORSVS à Lacetanis vsq; ad Iberum flumen.) Vet. lib. Orsus à Lacetanis omnem oram vsque ad Iberum flumen, &c. ANNO non inscius erat, eum reliquerat Annibal ad regionis eius præsidium.) Nemo est, qui non sit quæsiturus nomen huius regionis, in qua Anno erat. Quod ipsum librariorum vitio prætermissum est. Illud est in Vet. lib. Anno non inscius in Iberi prouincia erat. Idque historiæ veritas quærit. [Badius ita habet, Hannonis cis Iberum prouincia erat: Non est igitur nomen vllum omissum vt imaginatur Sigonius.] ET Stissum, propinquum castris oppidum expugnatur.) Cissam vocat Polybius: ἀντιστρατοπεδευσάντων αὐτοῖς περὶ πόλιν προσαγορευομένην κίσσαν. Vet. lib. Habent. Scissum. CIRCA Pyreneum relictis.) Vet. lib. Citra. SCIPIO raptim ad famam nouorum hostium agmine acto.) Vet. lib. Accito, acciuit autem agmen Scipio classicorum militum, & naualium sociorum, quos vagos, palantesq; per agros Asdrubal oppresserat, vt in paucos præfectos animaduerteret. EXCITO deinde Scipione hybernis, hostis cis Iberum Tarraconem versus cedit. Agros Scipio relictos ab auctore defectionis, & Ilergetum gentem cum infesto exercitu inuasisset.) Hunc locum, vt vitiosum notat Glareanus, probatq;, vt ita legatur: Hostis cis Tarraconem Iberum rursus cedit, neq; Liuij sententiam assequitur, quæ vetusta in lectione continetur, ita: Excito deinde Scipione hybernis, toto cis Iberum rursus cedit agro. Scipio relictam ab auctore defectionis Ilergetum gentem cum infesto exercitu inuasisset, &c. Quod enim ait: Toto cis Iberum rursus cedit agro, rectè ait: quia paulò antè idem Asdrubal trans Iberum se receperat: pòst autem digresso ab Tarracone Scipione reuersus est. Tum excito hybernis Scipione, toto rursus cessit agro. Quia verò trans Iberum Asdrubal se receperat, propterea ait: Ilergetum gentem, quam ad defectionem sollicitauerat, ab auctore defectionis Asdrubale relictam fuisse. Nam Ilergetes cis Iberum sunt.
[Rectè hic Glareanus dubitauit quod ex vetusto exemplari Sigonius ostendit.]

HOMINVM species procul candida veste visas, nec tamen illis congressos.) Vet. lib. alij: nec tamen cum illis 350
congressos. alij nec tamen cum vllo congressos. SVBINDE alijs procurandis propè ciuitas operata fuit.) Vet. lib. Propè tota ciuitas. [Ita Badius habet] VT IS exercitus Idibus Martijs Arimini esset in castris.) Vet. lib. Adesset. MEMORI veterum certaminum cum patribus, quæ tribunus plebis, & quæ postea consul, prius de consulatu, qui abrogabatur, deinde triumpho habuerat.) De C. Flaminij tribunatu sic Cicero in Catone. Q. Fabius Max. COS. iterum Sp. Caruilio collega quiescente, quod potuit C. Flaminio tribuno pl. restitit agrum picenum, & gallicum viritim contra senatus auctoritatem diuidenti. Et Valerius lib. 5. Cùm C. Flaminius tribunus pl. legem de Gallico agro viritim diuidendo promulgasset inuito senatu, precibus, minisq; eius resistens, ac ne exercitu quidem aduersus se conscripto, si in eadem sententia perseueraret, absterritus, postquam pro rostris ei legem iam ferenti pater manum iniecit, priuato fractus imperio, descendit è rostris. Idem Polybius lib. 2. Cicero de Inuent. De consulatu, & triumpho C. Flaminij scribit Plutarchus in Marcello: Cùm augures vitio creatos esse consules Flaminium, Furiumq; dixissent, senatum eos exemplo ab exercitu literis emissis reuocasse: receptas autem literas Flaminium nõ ante aperuisse, quàm hostes fuderit. Itaq; ei redeunti triumphum vix concessum esse, ipsum priuatum triumphasse, atq; consulatu se abdicare coactum esse. Triumphauit de Gallis. OB HOC tatus auspicijs ementiendis, Latinarumq; feriarum mora.) Olim Emendis, inde ementiendis, factum est: In quo verbo sensus est ille quidem, verùm non germanus. Quis enim erat, cuius interesset ementiendis consulto auspicijs C. Flaminium consulem retinere, ne aduersus ferocissimum hostem exiret? Malim ego petendis, aut repetendis, vt est in Vet. aliquot libris, id est, cum secunda non apparuerunt iterùm atq; iterùm vsq; ad perlitationem petendis. Quam rem sæpissime consules ne extemplo in prouincias ire possent, moratam esse alibi tradit, vt lib. 41. Cn. Cornelio, & Q. Petillio consulibus. CONSVLEM antè inauspicato factum, reuocãtibus ex ipsa acie dijs, atq; hominibus non paruisse, & nunc comitia prætorum & Capitolium & solennem votorum nuncupationem fugisse.) C. Flaminium vt dixit vitio consulem factum á senatu à bello quod cum Gallis gerebat, reuocatum non paruisse tradit Plutarchus. Quod cùm ita sit sanè intelligi potest, cùm in vet. lib. Conscientias prætorum inueniatur, conscientia præteritorum, esse emendandum. Nam quo modo vulgo legitur: Comitia prætorum, nihil ad rem pertinet, neque enim initio consulatus habebantur comitia prætoribus creandis, sed eodem ferè tempore, quo consulibus. Hanc autem lectionem excogitauit Paulus Manutius, qui in eiusmodi veterum auctorum mendis, & dignoscendis, & emendandis maxima cum ingenij & doctrinæ laude iam per multos annos versatur. NE SENATVM inuisus ipse, & sibi vni inuisum.) Vet. lib. Inuisus ipsi.

IN EPITOMEN LIBRI XXII.

CVM IN iniquo loco conflixisset.) Vet. lib. Cùm iniquo. IDEM'QVE milites facere commilitoni-

 bus

bus iussit.) Veteres libri non habent vocem, commilitionibus. EFFECIT'QVE, vt omnes minimè relictum iri à se Italiam.) Vet. lib. Vt omnes non relictum iri.

IN LIBRVM XXII.

IAM ver appetebat.) Polyb. ἐπιφαίνουσης δὲ τῆς ἐαρινῆς ὥρας. CVM Annibal ex hybernis mouit.) Annibalem in Gallia hybernasse tradit Polybius, itaq; tacite intelligendum est apud Liuium, eundem ex Liguribus, in quos profectum esse ante dixit, in Galliam in hyberna se recepisse. VIDERENT hybernis.) Vet. lib. Hybernis viderent. DVOS se consules creasse, vnum habere, quod enim illi iustum imperiũ, quod auspicium esset magistratus, id à domo, publicis, priuatisq; penatibus, Latinis ferijs actis, sacrificio in monte perfecto, votis ritè in Capitolio nuncupatis, secum ferre, nec priuatum auspicia sequi, nec sine auspicijs profectum in externo ea solo noua, atq; integra concipere posse.) Nihil erat causæ, cur hoc loco verbum facerem, nisi Glareanus admoneret nos, vt videremus, quemadmodum Liuius paucis verbis pugnantia diceret. Nam paulò antè dixisse, Flaminium Capitolium, & solennem votorum nuncupationem fugisse, ne Latinas indicere, ne Ioui Latiali solenne sacrum in monte Albano faceret, nunc autem dicere. Eundem ferijs Latinis actis, sacrificio in monte perfecto, votis in Capitolio rite nuncupatis ab domo iustum imperium. atq; auspicium ferre. Quamobrem cogor ego quoq; te, cæterosq; admonere, vt videant, ne temerè Glareano assentiantur, neq; enim ipsum, vt alias, Liuianam sententiam percepisse. Hoc enim ait Liuius: Questum esse senatum. duos se consules creasse, vnum habere, consulem enim eum demum esse, qui iustum imperium & auspicium habeat. Iustum autem imperium & auspicium à domo, & à priuatis, publicisq; penatibus secum in prouinciam ferri Latinis ferijs actis, sacrificio in monte Albano perfecto, votis in Capitolio nuncupatis. Quæ quia non fecit Flaminius, propterea consulẽ non esse habendum, sed priuatum. Auspicia enim non sequi priuatum, qui autem sine auspicijs sit profectus, vt Flaminius, ea in externo solo noua, atq; integra ipsum non posse concipere.

352 SCVTA duo sanguinem sudasse.) Hæc eadem prodigia tradit Plutarchus in Fabio: θυρεούς τε δύ' αὐτῶν αἵματι νοτίδας διαβρέχειν. Et quod ait: Ardẽtes lapides cœlo cecidisse, ille vertit: καὶ λίθους ἐκ τοῦ ἀέρος διαπύρους, καὶ φλεγομένους φέρεσθαι. Et quod ait: Antij metẽtibus cruentas in corbem spicas cecidisse, ille vertit: καὶ θέρη σταχύων περὶ Ἄντιον κείρεσθαι. In Veteribus autem libris est: Et in Antij agro metentibus. FALERIIS cœlum findi visum, velut magno hiatu, quaque patuerit ingens lumen effulsisse: sortes suas sponte attenuatas, vnamq; excidisse ita scriptam: Mauors telum suum concutit.) Sit lib. 21. Cæræ sua sponte sortes extenuatas. Prænestinæ autem quędam sortes inter cęteras fuerunt, quæ perfracto quodam saxo erupisse dicuntur: id est, in robore insculptæ priscarum literarum notæ, auctor Cicero lib. 2. de Diuin. Plutarchus autem vbi hoc prodigium tradit, tabulas quasdam cœlo decidisse ait, quarum vna has literas haberet, sic enim ait: τοῦ δ' ἐπὶ Φαλερίοις οὐρανοῦ ῥαγῆναι δόξαντος, ἐκπίπτειν, καὶ διασπείρεσθαι πολλὰ γραμματεῖα, καὶ τούτων ἐν ἑνὶ γεγραμμένον φανῆναι κατὰ λέξιν· Ἄρης τὰ ἑαυτοῦ ὅπλα σαλεύει. LVNÆ'QVE inter imbrem cadentis.) Lego, candentis, id est, splendentis, præcessit enim speciem cœli ardentis. DECEMVIRI Ardeæ in foro maioribus hostijs sacrificarunt.) Mirum Glareano videtur, Decemuiros Ardeæ sacrificasse, cum ibi prodigium nullum extitisset neque videt idem cùm alias factum, tum lib. 42. Nam cum columna rostrata Romæ fulmine discussa esset, Decemuiri lustrandum oppidum, supplicationem, obsecrationemq; habendam, victimis maioribus sacrificandum & in Capitolio Romæ, & in Campania ad Mineruæ promontorium renunciarunt. DECEMBRI iam mense ad ædem Saturni Romæ immolatum est, &c. ac per vrbem Saturnalia die ac nocte clamatum, populusq; eum diem festum habere, ac seruare in perpetuum iussus.) Hic dies ad XIIII. Kal. Ianuar. fuit, auctore Macrobio libro primo. MAXIMA Gallos, si tædio labori, longæq; viæ, vt est mollis ad talia gens, dilaberentur, cohi-

☞ bentem.) Succensere solet Liuio Glareanus, vt falsam Gallis molliciem ascribenti, idq; immerito. [Non so-
,, lum hoc loco male Gallis loquitur Liuius, sed & in prima Decade multis in locis.] Hæc enim ille ab alijs sum-
,, psit, vt à Polybio καὶ μάλιστα τῶν Κελτῶν μαλακίας καὶ φυγοπονίας, ἵν' ἐὰν κακοπαθοῦντες τρέπωνται πάλιν εἰς τοὐπίσω, κωλύῃ. Et paulò pòst: Galli neque sustinere se prolapsi, neque assurgere ex voraginibus poterant, &c. Polybius: οἱ δὲ Κελτοὶ δυσχερῶς μὲν εἰς τοὔμπροσθεν προέβαινον διατεθραυσμένοι, καὶ καταπατούμενοι εἰς βάθος τῶν ἑλῶν. ὑπέμενον δὲ καὶ ταλαιπωρῶς ὑφιστάμενοι τὴν κακοπάθειαν. MAXIME'QVE omnium vigiliæ conficiebant, per quatriduum iam & tres noctes toleratæ.) Polybius: πάντες μὲν οὖν ἐκακοπάθουν καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἀγρυπνίαν, ὡς ἂν ἑξῆς ἡμέρας τέτταρας, καὶ τρεῖς νύκτας συνεχῶς δι' ὕδατος ποιούμενοι τὴν πορείαν.

353 IVMENTORVM itinere toto prostratorum passim acerui, tantum quod extaret aqua quærentibus ad quietem parui temporis necessarium cubile dabant.) Hoc ita Polybius: τῶν δ' ὑποζυγίων αὐτοῦ τὰ πλεῖστα πίπτοντα διὰ τοὺς πηλοὺς ἀπώλλυτο μίαν παρεχόμενα χρείαν ἐν τῷ πεσεῖν τοῖς ἀνθρώποις, καθεζόμενοι γὰρ ἐπ' αὐτῶν, καὶ τῶν σκευῶν σωρηδὸν ἐπὶ τὸ ὑγρὸν ὑπερέχοντες, τῷ τοιούτῳ τρόπῳ βραχὺ μέρος τῆς νυκτὸς ἀπεκοιμῶντο. IPSE Annibal æger oculis, &c. elephanto, qui vnus superfuerat, quod altius ex aqua extaret vectus.) Vet. lib. Ab aqua. Cæterum hoc sic Polybius: αὐτὸς δὲ μόλις ἐπὶ τοῦ περιλειφθέντος θηρίου διεσώθη μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας, περιαλγὴς ὢν διὰ τὴν βαρύτητα τῆς ἐπιγενομένης ὀφθαλμίας αὐτῷ, δι' ἣν καὶ τέλος ἐστερήθη τῆς μιᾶς ὄψεως. FESVLAS.) Polybius & cæteri, φαισόλας vocant. Quare non est omittenda diphtongus. SICVT olim Camillum ab Veijs.) Hac de re lib. 6. CONSVLEM super caput, lapsum effudit) Plutarchus in Fabio: φλαμίνιος ἐξέπεσε κατενεχθεὶς εἰς κεφαλήν. ANNIBAL quod agri est inter Cortonam vrbem, Thrasymenumq; lacum.) Polybius κυρτώνιον vocat, quam Polybius Cortonam, neque esse in Polybio menda potest, cum Stephanus scribat. κυρτώνιον, πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν κυρτωνιᾶτος, ὡς σαμνιᾶτος. Πολύβ. γ. Et alio loco scribat κορτῶνα vrbem esse Etruriæ. Thrasymenum, græci τὴν Θρασυμένην λίμνην appellant. BALEARES, cæteramq; leuem armaturam.) Polybius, vt antè, τοὺς δὲ Βαλιαρεῖς, καὶ λογχοφόρους. VT CVM terræmotum, qui multarum vrbium Italiæ magnas partes prostrauit.) Hæc verba vertit Plutarchus in Fabio, vbi huius terræmotus meminit.

354 NON ILLA ordinata per principes, hastatosq; ac triarios.) De hoc loco dicam in 30. librum. CIRCA consulem tamen acrior, infestiorq; pugna est.) Vet. lib. Pugna erat. DONEC Insuber equum, Ducario nomen erat, faciemq; noscitans.) Probo magis antiquam lectionem, quam alij respuerunt. Donec Insuber eques, Ducario nomen erat, faciem noscitans. Cur probem hæc causa est, quod ni, Eques, dicturus Liuius fuisset, Insuber quidam, dixisset: præterea, faciem equumq;, potius dixisset, si modo verisimile est, Flaminium, ex quo cum Gallis Insubribus bellauit per annos VII. eodem semper equo esse visum. Polybius à quibusdam Gallis eum interfectũ taurum modo scribit. Equitem certè eum fuisse, apparet ex eo, quod subdit. Subditisq; calcaribus equo, per confertissimam hostium turbam impetum facit.

355 CVM in tumulo quodam constitissent.) Polybius: ἀντιχώρησαν εἰς τινὰ κώμην Τυρρηνίδα. NEQVE perspicere præ caligine poterant.) Vet. lib. Prospicere. TRIARII obiectis clypeis arcuere.) Vet. lib. Scutis. [Ita
☞ Badius.] Rectè est enim scutum Triariorum. lib. 8. Triarij sub vexillis considebant, scuta innixa humeris tenentes. CVM calescente sole depulsa nebula aperuisset diem.) Vet. lib. Dispulsa. QVINDECIM millia

Roma-

Romanorum in acie cæsa sunt.) Polybius: ἔπεσον τῶν ῥωμαίων εἰς μυρίους, καὶ πεντακισχιλίους. M. POMPONIVS prætor, Pugna, inquit, magna victi sumus.) Polybius: διόπερ ἅμα τῷ τὸν στρατηγὸν εἰπεῖν τοῖς ὄχλοις ἀπὸ τῶν ἐμβόλων, ὅτι λειπόμεθα μάχῃ μεγάλῃ. Plutarchus autem sic: ὡς πρῶτος ἧκεν ὁ στρατηγὸς πομπώνιος, συγκαλέσας, νενικήμεθα ὦ ἄνδρες ῥωμαῖοι μεγάλῃ μάχῃ. CVM C. Centronio proprætore.) Vet. lib. quidam, Centronio. Polybius: γάιον κεντήνιον vocat, & C. Centeoium Probus. Paulò pòst: C. Centenij Penulæ etiam meminit, vt dubitandum non sit, quin C. Centenio sit legendum.

ACTVM pro penatibus, pro vrbe dimicandum esse quando Italiam tueri nequiuissent.) Restituẽda est prisca lectio. Cum Pœnis pro vrbe dimicaudum esse. Vrbis enim tantum mentio facienda est, qnia dixit: Negotium ab senatu datum, vt muros, turresq; vrbis firmarent. Si penatum autem mentionem facturus fuisset. pro vrbe, pro penatibus, dixisset, vt oratio rhetoricè cresceret. PER Vmbriam vsque ad Spoletum venit, inde &c. in agrum Picenum auertit iter.) Vmbriæ tantum, & Piceni meminit Polybius: διανύσας δὲ τὴν τῶν ὄμβρων καλουμένην χώραν, καὶ τὴν τῶν πικέντων ἧκε δεκαταῖος πρὸς τοὺς κατὰ τὴν ἀδρίαν τόπους. PRÆTVLIANVM, Adrianumq; agrum: Marsos inde, Marrucinosq; & Pelignos deuastat, circaq; Arpos, & Luceriam proximam Apuliæ regionem.) Polybius ita: διελθὼν τήν τε πραιτεττιανὴν, καὶ τὴν ἀδριανὴν, ἔτι δὲ τὴν μαρρουκίνην, καὶ φρεντανὴν χώραν ὥρμησε ποιούμενος τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ τὴν ἰαπυγίαν. ἀρξάμενος δὲ ταύτης ἀπὸ λουκαρίας ἥτις ἀποικία ῥωμαίων ὑπῆρχε, πορθεῖν τὴν χώραν. μετὰ δὲ ταῦτα στρατοπεδεύσας περὶ τὸ καλούμενον ἰβώνιον, περιέσχε τὴν ἀργυριππανὴν, καὶ πᾶσαν ἀδεῶς ἐλεηλάτει τὴν δαυνίαν. Q. FABIVS Maximus Dictator, quo die magistratum inijt.) In quibusdam Vet. lib. inueni, Dictator iterùm. Quam vocem credo consulto ab istis emendatoribus esse omissam, quod nescirent Fabium ante altera dictatura esse functum: itaq; extare inscriptionem quandam in libro Epigrammatum Antiq. vrbis, eiusmodi: Q. FABIVS MAXIMVS DICTATOR BIS COS. V. CENSOR INTERREX II. ÆD. CVR. &c. Fuit autem Dictator paulò antè hoc bellum cum C. Flaminio magistro equitum, vt ait Valerius libro primo capite primo: Occentus soricis auditus Fabio Maximo Dictaturam, C. Flaminio magisterium equitum deponẽdi causam præbuit. [Liuius sanè hic fatetur vetustate propè oblitos homines eius imperij, quid ad hoc dicis?] PLVS negligentia cærimoniarum, auspiciorumq; temeritate, quàm inscitia peccatum.) Corrige ex Vet. lib. Plus negligentia cærimoniarum, auspiciorumq;, quàm temeritate atq; inscitia peccatum. Negligentia dixit, id est, despicientia atq; neglectu. Plutarchus: ὀλιγωρίᾳ καὶ καταφρονήσει τοῦ στρατηγοῦ περὶ τὸ δαιμόνιον. Et Liuius infra: Clades per temeritatem atq; inscitiam ducum acceptas.

VER sacrum vouendum.) Festus: Ver sacrum vouendi mos fuit Italis, magnis enim periculis adducti vouebant, quæcunq; proximo vere nata essent apud se animalia, immolaturos. Sed cùm crudele videretur, pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem velabant, atq; ita extra fines suos exigebant, & Sisenna hist. lib. 4. ait: Quondam Sabini feruntur vouisse, si res communis melioribus locis constitisset, se ver sacrum facturos: ex Nonio Plutarchus votas esse captas, sues, oues, boues, quotquot vere proximo orirentur ait: itemq; Liuius Itaq; quoniam in Vet. lib. legitur: Suillo, ouillo, caprino, ouillo grege, suspicor legendum: suillo ouillo, caprino, bouillo grege: nam Plutarchus vertit: αἰγῶν, συῶν, προβάτων βοῶν. Extremam enim vocem, ouillo, quia temerè iteratam esse emendatores duxerunt, omnino repudiandam esse duxerunt. M. ÆMILIVM prætorem, ex collegij pontificum sententia, omnia ea, vt maturè fiant, curare iubet.) Hoc loco ver sacrum iussu pontificum votum esse ait à M. Aemilio prætore. At lib. 33. vbi de hoc tempore, & de hac re loquitur à Mammula, vt aut vitium sit librarij, aut auctoris. Ver, inquit, sacrum ex pontificum iussu fecere, quod A. Cornelius Mammula prætor vouerat: fuisse autem hoc anno Mammulam prætorem hinc intelligi potest, quod anno insequenti Sardiniam proprætore obtinuisse traditur. L. CORNELIVS Pont. Max.) Hic est L. Cornelius Lentulus Caudinus, qui consul cum Q. Fuluio Flacco fuit inter primum & secundum bellum Punicum: ante hunc fuerat L. Cæcilius Metellus, is qui palladium ex incendio rapuit: ante Metellum Ti. Coruncanius, qui primus è plebe factus est. DATVM donum duit populus Rom.) Quid si, votum donum duit? EIVSDEM rei causa ludi Magni voti.) Vet. lib. Et eiusdem rei causa. AERIS CCCXXXIII. millibus, triente) Hoc sic vertit Plutarchus: ἀπὸ συγκειμένων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, καὶ δηναρίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, ἔτι τριτημορίου προσόντος. TVM ædes vota Veneri Erycinæ, ædẽ Q. Fabius Maximus Dictator vouit.) Castiga ad fidẽ optimi cuiusq; libri. Tum ædes votæ. Veneri Erycinæ ædem Q. Fabius Maximus Dictator vouit. Nam sequitur: Menti ædem Atilius prætor vouit. MENTI ædem Atilius prætor vouit.) Satis constat T. Otacilinm Crassum prætorem hoc anno fuisse. Itaq; anno sequenti Liuius T. Otacilium proprætorem vocat. Eundem etiam T. Otacilium Crassum Mentis ædem dedicasse idem tradit lib. 23. Quare dubium non est, quin & hic & infrà alibi mendose sit Atilius, pro T. Otacilius. TVM de bello, req; publica.) Vet. lib. deq; rep. VIATOREM misit, qui consuli nunciaret, vt sine lictoribus ad dictatorem veniret.) Idem tradit Plutarchus in Fabio. VETVSTATE iam propè oblitos eius imperij.) Paucis ante annis idem Fabius Dictator primum fuerat, & ante eum, L. Cæcilius Metellus, ante Metellum C. Duilius, ante Duilium, Ti. Coruncanius, ante Coruncanium, A. Atilius Calatinus. qui ante annos XXXIII. fuit. Itaq; miror eum, ciues, sociosq; vetustate oblitos fuisse Dictatorij imperij, scribere, nisi fortè intelligendum est, oblitos fuisse Dictatoris rei gerendæ causa creati. Nam pòst A. Atilium Calatinum omnes comitiorum habendorum causa vsque ad Q. Fabium Maximum Dictatorem iterùm creati sunt: ex Capitol. tabulis.

ANNIBAL ex Arpis in Samnium transit.) Vet. lib. ex Arpinis. Sunt autem Arpini Arporum populi. TELESIAM vrbem capit.) Polybius: ὀυενσίαν. Ego tamen nihil mutandum puto. VT se in agrum Casinatem ducat.) Sic Plutarchus: ἡγεῖσθαι περὶ τὸ κασίνατον. PER æstiuos saltus deuiosq; colles.) Vet. lib. Calles. Sic paulò pòst: Prope inuijs callibus ad Dictatorem profugerunt. 358

DICTATOR vnicus in rebus afflictis quæsitus.) Vet. lib. Affectis. MODO consuli Luctatio quæ res alia, quàm vel celeritas victoriam dedit.) Lutatio, ex Græcis & Capitolinis tabulis. Malim etiã ita legi: Modo C. Lutatio. Sic enim paulò antè dixit. L. Papirius Cursor, absq; nomine magistratus. quem magistratum si nominasset, Lutatio consuli, potius dixisset, vt semper alias. Sic alibi ostendam proconsul Scipio, pro P. Scipio esse mendose, neque verò in hac re consulatus nomen momentum aliquod ad augendum habet. C. Lutatium Catulum intelligit, qui bello punico primo confecto triumphauit. 359

SVCCESSIT tamen Pœnus cum expeditis equitibus, atq; ad lacessendum hostem raptim, & procursando recipiendoq; sese pugnauere.) Vet. lib. Cum expeditis equitibus ad lacessendum hostem carptim: vt sit sensus: Pœnus cum equitibus ad lacessendum carptim hostem paratis successit. Itaq; procursando, recipiendoque sese pugnarunt. LINTERNI) Vet. lib & Græci, Literni. MAXIME, si posset, super saltus ab hoste insessos.) Vet. lib. Super saltu ab hoste insesso: Rectè. Nam paulò antè dixit: Minucius se coniunxerat Fabio ad firmandum præsidio saltum. Item: Qui ad transitus saltus insidendos locati erant. Saltum vocat Polybius: τὰ στενά, id est, angustias. 360

GERIONEM peruenit.) Polybius: γερούνιον vocat Stephanus: γερουνίον πόλις ἰταλίας. κυαδράτος δὲ γερουνίαν ταύτην καλεῖ. 361

καλεῖ, τὸ Γερούνιον. In Vet. lib. sæpe est Gerionum. EXTRACTA prope æstate per ludificationem hostis.) Vet. lib. Exacta. [Ita Badius.] Sic paulò pòst: Per variam fortunam diei maiore parte exacta. SACRORVM causa Romam reuocatus.) Plutarchus: τῶν ἱερῶν καλούντων αὐτὸν εἰς Ῥώμην ἐπί τινας θυσίας. IN Hispania terra, mariq; cœptum bellum est.) Vet. lib. Pugnari cœptum. QVADRAGINTA nauium classem Himilconi tradidit.) Polybius: Ἀσδρούβας ἀνήχθη τετταράκοντα ναυσὶ καταφράκτοις ἐκ Καινῆς πόλεως προχειρισάμενος Ἁμίλκαν τοῦ στόλου ναύαρχον. Ex his verbis Amilcarem præfectum esse, non Imilconem apparet, nisi vitium sit apud Polybium. DEINDE minus terra propter ingentem famam nouorum auxiliorum concurrere ausus.) Vet. lib. Occurrere, Verè. Sic enim Polybius: τὸ μὲν κατὰ γῆν ἀπαντᾶν ἀπεδοκίμαζε. QVINQVE & triginta nauium classe.) Polybius: συμπληρώσας δὲ πέντε καὶ τριάκοντα ναῦς. ALTERO ab Tarracone die ad stationem XX. millia passuum distantem ab ostio Iberi amnis peruenit.) Legendũ X. millia, ex Vet. lib. & ex Polybio, qui LXXX. stadia ait: καὶ κατῆρε δευτεραῖος ἐκ Ταρράκωνος, εἰς τοὺς περὶ τὸν Ἴβηρα ποταμὸν τόπους, καθορμισθεὶς δὲ τῶν πολεμίων ἐν ἀποστήματι περὶ τοὺς ὀγδοήκοντα σταδίους.

362 CVM alij resoluunt oras, aut anchoram vellunt, alij ne quid, &c.) Vet. lib. Cum alij resolutis oris anchoram vellunt, &c. [Ita Badius.] DVÆ tamen primo concursu captæ erant.) Vet. lib. primo occursu. PRORAS littore illisas.) Vet. lib. Littori. AD V. & XX. naues ex XXX. cepere.) Puto legendum, ex XXXX. tot nauium classis Asdrubalis fuit, vt antè scripsit XXV. captas item tradit Polybius. [Hęc à Glareano antè annotata fuerũt.] TECTA quoq; coniuncta muro.) Vet. lib. Iuncta.

363 FVISSET'QVE per Pœnum hostem.) Vet. lib. Fuissetq; propter per Pœnum hostem. MAGNO'QVE commeatu adiecto.) Vet. lib. Aduecto. ACEDVX erat Sagunti nobilis Hispanus.) Hic à Polybio dicitur Ἀβίλυξ, constantissima libri fide, vt Abilux vocandus esse videatur.

364 ARGENTI pondo bina & selibras.) Plutarchus vertit: δραχμὰς πεντήκοντα καὶ διακοσίας. CCXLVII. CVM plures Romanos, quàm Pœnos recepisset.) Vet lib. CCLIII. Plutarchus, ducentos quadraginta vertit. Vereor ne scriptum fuerit, CCXLII. vt in vetere lectione V. pro X. temerè scriptum sit. ARGENTVM'QVE pro eis debitum. &c. tardius rogaretur.) Rogaretur, pro erogaretur, dictum videtur. CVIVS vrbis captæ, atq; incensæ ab se vsum horreorum pauca reliquerat tecta.) Vet. lib. In vsum horreorum. Polybius: διαλαβόμενος ἀποθήκαις χρῆσθαι πρὸς τὴν παραχειμασίαν.

365 DVO ferme à Gerione millia.) Polybius: ἀπὸ τῆς πόλεως ἑκκαίδεκα σταδίους. NVMERII Decimi Samnitis deinde aduentu prælium restitutum.) In Vet. lib. est, interuentu Porrò autem Decimij legendum est. Nam Numerius prænomen est. Decimorum autem sæpe mentio fit. CVM læta ciuitate dictator vnus, nihil nec famæ, nec literis crederet, vt si vera omnia essent, secũda se magis, quàm aduersa timere diceret.) Vet. lib. Et, vt vera omnia essent. M. MATELLVS tribunus plebis.) Hic à Plutarcho μετίλιος dicitur. Fuit autẽ etiam gens Metilia, è qua tribuni pl. multi, atq; ita puto legendum: Nam M. Cæcilius Metellus dixisset, vt infrà L. Cæcilium Metellum deserendæ Italiæ auctorem nominauit. Huius M. Metilij legati cum C. Lætorio meminit etiam libro 25. ID VNVM enimuerò ferendum esse negat.) Vnum, abest à Vet. lib. DVOS prætores Sicilia, atq; Sardinia occupatos.) T. Otacilius Crassus Siciliam, A. Cornelius Mammula Sardiniam obtinuisse videtur. Cornelius quidem sequenti anno in ea pro prætore fuit, & Crassus classem hoc anno obtinuit. Reliqui duo prætores fuerunt, M. Aemilius, qui vrbanam, M. Pomponius Matho qui peregrinam prouinciam obtinuit. SED Campanum, Calenumq;.) Vet. lib. Et Campanum, Calenumq;. EXERCITVM cupientem pugnare.) Vet. lib. Verùm etiam exercitum cupientem pugnare.

366 SE SÆVO tempore, & sine ignominia seruasse exercitum.) Vet. lib. Se in tempore, & sine ignominia. Est autem. In tempore, idoneo tempore, vbi tempus tulit ac postulauit. Quod qui ignorarunt, sæuo, addiderunt. CONSVLE creato M. Atilio Regulo.) Polybius: μάρκον ῥηγοῦλον vocat. Iterùm creatum esse pòst scribit Liuius. Fuerat enim antè consul cum P. Valerio Flacco. C. TERENTIVS Varro, qui priore anno prætor fuerat.) Huius prætoris priore anno non meminit. Vrbanus autem prætor fuit. QVOD nulla memoria habeat annalium.) Sic Plutarchus: πρᾶγμα μὴ πρότερον ἐν Ῥώμῃ γεγονός. Id est, vt magister equitum æquo esset cum Dictatore imperio. Item Polybius: ὃ πρότερον οὐδέποτε συνεβεβήκει κατὰ Ῥωμαίους. SIBI communicatum cum illo, sed non ademptum imperium esse.) Sed, vacat, ex Vet. lib.

367 TVMVLVS erat inter castra Minucij, Pœnorumq;: eum, qui occupasset. haud dubiè iniquiorem erat hosti locum facturus.) Vet. lib. Minucij, & Pœnorum, quem qui occupasset. Plutarchus ad verbum ita: λόφος δὲ τις ἐν μέσῳ, καταληφθῆναι μὲν οὐ χαλεπός, &c. PRIMA & quarta Minucio, secunda & tertia Fabio euenerunt.) Plutarchus primam & quartam legionem Fabio, secũdam & tertiam Minucio euenisse tradit. PRINCIPIO leuem armaturã dimittit, deinde conferto agmine mittit equites.) Plutarchus sic vertit: πρῶτον μὲν ἀφίησι τὴν κούφην στρατιάν, ἔπειτα τοὺς ἱππεῖς, τέλος δ' ὁρῶν τὸν Ἀννίβαν προσβοηθοῦντα τοῖς ἐπὶ λόφου πάσῃ δυνάμει, κατέβαινε συντεταγμένος. ITA est, inquit, non celerius, quàm timui deprehendit fortuna temeritatem.) Sic Plutarchus: ὦ Ἡράκλεις, ὡς ταχίον μὲν ἢ ἐγὼ προσεδόκων, βράδιον δ' ἢ αὐτὸς ἔσπευδε Μινούκιος ἑαυτὸν ἀπολώλεκε. SÆPE ego, inquit, audiui milites, eum primum esse virum, qui ipse consulat, quid in rem sit, secundum eum, qui benè monenti obediat, qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, eum extremi esse ingenij.) Hanc sententiam expressit ex Hesiodo, qui ait:

Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει
Φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω,
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ὃς δὲ μήτ' αὐτὸς νοέει, μήτ' ἄλλου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖτ' ἀχρεῖος ἀνήρ.

Hanc eandem sententiam sic vertit Cicero pro Cluentio. Sapientissimum esse dicunt eum, cui quod opus sit ipsi veniat in mentem, proximè accedere illum, qui alterius benè inuentis obtemperat. In stulticia contrà est. Minus enim stultus est is, cui nihil in mentem venit, quàm ille, qui quod stultè alteri venit in mẽtem comprobat. Eandem ita adumbrauit Plutarchus: τὸ μὲν ἁμαρτεῖν μηδὲν ἐν πράγμασι μεγάλοις, μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπόν ἐστι, τὸ δ' ἁμαρτόντα χρήσασθαι τοῖς πταίσμασι διδάγμασι πρὸς τὸ λοιπὸν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, καὶ νοῦν ἔχοντος.

368 TANDEM eam nubem, quæ sederet in iugis montium solicitatam procella imbrem dedisse.) Plutarchus: τὴν ἐπὶ τῶν ἄκρων ταύτην καθημένην νεφέλην ὑπὸ μετὰ ζάλης ποτὲ, καὶ καταιγίδος ὄμβρον ἐκρήξειν. MENINGE insula vastata, & ab incolentibus circa eam ne & ipsorum vreretur, diripereturq; ager, decem talentis argẽti acceptis.) Hanc insulam Cercinam vocat Polybius: μετὰ δὲ ταῦτα καταπλεύσας ἐπὶ τὴν Κέρκιναν τὴν νῆσον, καὶ λαβὼν παρ' αὐτῶν χρήματα ἐπὶ τῷ μὴ πορθῆσαι τὴν χώραν, ἀπηλλάγη. In Vet. lib. Menia insula est: duæ hæ finitimæ insulæ sunt ad Syrtim. CVM à sequentibus palantes.) Malim, vt antè, frequentibus. [Ita Badius.] quia præcessit, Insulas cultorum egenteis, & pòst: Littoribus hostium plenis. SEMPRONIO Blæso.) Blæso, ex Capit. lapid. & græcis libris. TRADITA'QVE Lilybæi tota Atilio prætori.) Iam ostendi hoc anno Atilium nullum prætorem fuisse, T. Otacilium fuisse.

fuisse. Ea res me admonuit, vt turpe mendum delerem, & pro, tota Atilio, T. Otacilio scriberem. LITERIS'QVE Fabij accitus.) Lege Literis Q. Fabij perspicuè.

AD deposcendum Demetrium Pharium.) Hic rex Illyriorum fuit paulò antè hoc bellum à Romanis bello superatus: auctor Polybius lib. 3. qui item eundem ad Philippum ex acie confugisse ait. BIENNIO antè L. Manlius prætor in Gallia vouisset.) Miror dixisse, Biennio antè, de eo, qui anno antè prætor in Gallia fuerit, vt lib. 21. tradidit. CÆSO Quintius Flaminius.) Lege K. Quinctius Flamininus. Sic enim & antiqua prænominis nota, & nominis, cognominisque huius vera scriptura custodietur, vt enim Augurinus Minuciorum, Censorinus Marciorũ cognomen est, sic Flamininus Quinctiorum, lapidibus Capitolinis, & quibusdam etiam Vet. lib. testibus. 369

M. POMPONIVM Mathonem.) Scribe M'. Pomponium Mathonem, ob causam, quam pòst dicam. CN. CLAVDIVS Appij filius Cento.) Scribe, C. Claudius Ap. F. Centho, ex Capitolinis consulibus. BÆBIVS Herennius tribunus plebis.) Herennius hic loco cognominis est, vt lib. 9. prænominis, in Herennio Pontio C. Pontij patre, alio loco pro nomine est, vt in M. Herennio consule. Vereor tamen ne & in prænomine, & in cognomine vitij aliquid sit. Hoc autem loco suspicor, ne Vibus Terentius sit legendum: est enim Vibus cognomen, vt in Vibo Sextio, & Vibo Virio. Hic autem cognatus fuisse C. Terentij à Liuio dicitur. IN Italiam abductum.) Vet. lib. adductum. [Ita Badius.] VOLSONE.) Vulsone, ex consul. Cap. & vet. sæpe libris. L. ÆMILIVM Paulum, qui cum M. Lælio consul fuerat.) Vet. lib. M. Liuio: Rectè. Sic enim est apud Casiodorum, & apud Plin. lib. 39. consules autem fuerunt biennio antè. DAMNATIONE collegæ.) De M. Liuio Salinatore agit, qui consularis damnatus est à populo, quod prædam nõ æqualiter diuiserat militibus: Auctor Frontinus lib. 4. cap. 2. INTER ciues, & inter peregrinos.) Vet. lib. Inter ciues & peregrinos: sic alia vbiq;. QVIA in tali tempore nullus nouis magistratus videbatur mandandus.) Nouum hominum hic intelligit, non vt paulò antè C. Terentium appellauit, id est, eum qui primus ex familia sua magistratum curulem cepisset, sed eum qui non antea magistratum eundem gessisset, quiq; nouus ad munus illud tractandum veniret, id est, qui tum primum præturam caperet. IS proximo comitiali die.) Vet. lib. Ita is proximo. PARQVE magis in aduersando.) Vet. lib. Par magis. 370

ALII nouas quatuor legiones quinq; legionibus additas, vt nouem legionibus rem gererent.) Veteres legiones quatuor fuisse, non quinq; apparet, ex eo, quod Fabio prima & quarta, Minucio secunda & tertia euenerunt. Polybius quidem hoc loco octo legionibus rem gestam ait, non nouem: ὀκτὼ δὲ στρατοπέδοις ἐκ τῶ διακινδυνεύειν, ὃ πρότερον οὐδέποτε γεγόνει παρὰ ῥωμαίοις. Hæc autem sumit à Polybio Liuius. NVMERO quoq; peditum, equitumq; legiones auctas, millibus peditum & centenis equitibus in singulas adiectis, vt quina millia peditum, treceni equites essent.) Romulus primus legiones constituit ex tribus millibus peditum singulas, vt vnaquæq; tribus, tum cum tres erant, tria millia daret. Post quatuor millium facta est, vnde quadrata dicta, equitum ducentorum. Hoc autem primum tempore, quinq; millium peditum reddita est, & trecentorum equitum, Liuio, & Polybio auctoribus. Postremò C. Marius sex millium vt esset, instituit, vt ait Festus. Itaq; alios alijs temporibus fuit militum legionis numerus. SEPTEM, & octoginta millia armatorum, & ducentos.) Plutarchus summam confecit, octo, & octoginta. Sic enim ait: μυριάδες ὀκτὼ δισχιλίων ἀνδρῶν δέουσαι. At Polybius: πεζῶν μὲν εἰς ὀκτὼ μυριάδας, ἱππεῖς δὲ μικρῷ πλείους τῶν ἑξακισχιλίων. AB HIERONE classis Hostiam cum magno commeatu accessit.) Vet. lib. Cum magno apparatu. [Ita Badius.] Quod placet, vt non commeatum solum, sed etiam sagittarios, & funditores ab Hierone missos intelligat. LEGATI in senatum introducti.) Vet. lib. Legati Syracusani in senatũ. [Ita Badius.] CÆDEM C. Flaminij consulis, exercitusq; allatam adeò ægre tulisse regem.) Vet. lib. Adeo effecisse regem, quod probo: quia rectior oratio est. & quia sequitur, vt nulla sui propria, regniq; sui clade mooeri magis potuerit. QVANTVM præterea opus esset, quo iusissent, subuecturum.) Vet. lib. & quo Iussissent. 371

NAM ad eam diem nihil præter sacramentum fuerat, & vbi ad decuriatum, aut centuriatum conuenissent, sua voluntate ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites coniurabant.) Quod hoc loco ait interesse Liuius inter sacramentum & iusiurandum, id tradit Seruius in VIII. Aeneid. interesse inter coniurationem, & sacramentum. [Sigonius ostendere debebat coniurationem & iusiurandum esse quod non facit.] Nam cum ipsi qui conuenerant, simul iurabant, coniuratio, cum singuli iureiurando adigebantur, sacramentum erat, auctore Seruio. Coniurationem autem & sacramentum idem esse apparet ex eo, quod Liuius in sacramento explicando coniurandi verbum adhibuit. Sacramentum ergo voluntarium, iusiurandum necessarium, & legitimum ait fuisse. 372

PRO Gerionis castelli Apuliæ inopis, tanquam pro Carthaginis mœnibus.) Vet. lib. Gerioni, vt verè ita legendum esse videatur, quia Polybius γερύνιον edit. CN. SERVILIVS atq; Atilius.) Vet. lib. Atque M. Atilius. 373

A VERITATE laborare nimis ius sæpe aiunt, extingui nunquam.) Vox, ius, non est in Vet. lib. hoc sensu: tritum illud prouerbium est, Hominem veritatis causa nimis sæpe laborare, nunquam verò extingui. Hæc autem vox, ius, ex ingenio à Valla allata est. NEC ego, vt nihil agatur, sed vt agentem te ratio ducat, non fortuna.) Vox vna, Moneo, ex Vet. lib. Repetenda est, ita: Nec ego, vt nihil agatur, moneo, sed vt agentem. QVID consilij aduersus collegam seditiosum, ac temerarium virum, atq; auctoritatis fore?) Vet. lib. Non virum, habẽt, sed virium: vt sit, consilij, virium atq; auctoritatis.

CLAVDII'QVE consulis primo Punico bello memorata naualis clades.) P. Claudium Pulchrum intelligit, qui pullos pascere nolentes, in mare proijci iusit, vt biberent: auctor Cicero de Diuinatione. Valerius de contempta religione. SI maturitas temporum expectata foret.) Vet. lib. Temporis. 374

CVM vtriusq; consulis eadem, quæ semper antè fuisset, sententia.) Vet. lib. Cum vtriusque consulis eadem esset, quæ semper antè fuisset sententia. NVMIDAS ad inuadendos ex minoribus castris.) Polybius: τοὺς δὲ νομάδας ἐπὶ τὰς τοῖς ὑδρευομένοις ἀπὸ τῆς ἐλάττονος παρεμβολῆς. NIHIL consulto collega signum proposuit.) Vet. lib. Signum pugnæ proposuit. Signum autem est, vt ait Plutarchus: χιτὼν κόκκινος ὑπὲρ τῆς στρατηγικῆς σκηνῆς διατεταμένος. CN SERVILIO media pugna tuenda data.) Polybius, Seruilio M. etiam Atilium priore anno Seruilij collegam addit, quem tamen ætatem excusantem Romam à consulibus missum fuisse autè Liuius scripsit. BALEARIBVS, leuiq; alia armatura præmissa.) Polybius antè ait: τοὺς μὲν βαλιαρεῖς καὶ λογχοφόρους. DEXTRVM cornu Numidis equitibus datum, media acie peditibus firmata.) Vet. lib. Media acies. 375

GALLI super vmbilicum erant nudi. Hispani linteis prætextis purpura tunicis.) Polybius: τῶν μὲν κελτῶν γυμνῶν, τῶν δ' ἰβήρων λινοῖς περιπορφύροις χιτωνίσκοις κεκοσμημένων. Ex quo intelligi potest prætextis purpura dixisse Liuium, quod Polybius περιπορφύροις: & cum prætexta toga dicitur, præcise, dici, pro prætexta purpura toga. NVMERVM omnium, qui tum peditum, equitumq; in acie stetere, illum ferunt, videlicet quadraginta peditum 376

 millia.

millia, decem equitum.) Voxillum, apertè mendosè est: neq; enim intelligere potes quo referenda sit: suspicor, millia, pro ea scriptum fuisse, & L. millia esse legendum, ita: Numerum omnium, qui tum peditum, equitumq; in acie stetere L. millia fuerunt, videlicet quadraginta peditum millia, decem equitum. De summa peditum, eqnitumq; idem scribit Polybius. Placet autem, vt quemadmodum de Romanis dixit in vniuersum affuisse VII. & LXXX. millia: sic de Pœnis dicat, deinde verò distinguat. DEXTRVM tegebat Maharbal.) Vet. lib. Regebat. Polybius pro Maharbale edit Annonem: τὸ δὲ δεξιὸν Ἄννων. ROMANI diu, ac sæpe consilio agitabant, qua fronte, &c.) Malim, consilia. Est anim hæc ei trita locutio. Agitare consilia. Agitare consilio, adhuc non legi. ASDRVBAL, qui ea parte præerat, subductos ex media acie Numidas.) Asdrubal læuum cornu regebat, Numidæ in dextro erant. Itaq; mirum videtur, Liuium ita loqui. Asdrubal Numidas ad persequendos hostes mittit, cum ea parte præesset. Ego certè malim: Qui læua parte præerat. Siquidem hoc loco Polybius ait: Asdrubalem à læuo cornu ad Numidas subleuandos se contulisse: ἐπεὶ δ' οἱ περὶ τὸν Ἀσδρούβαν παραβοηθήσαντες ἀπὸ τῶν εὐωνύμων τοῖς Νομάσι.

377 QVAM mallem vinctos mihi traderet.) Plutarchus τοῦτο μᾶλλον ἐβουλόμην, ἢ οἱ Λίβυες παρέδωκαν, id est, Hoc mallem, quàm si mihi vinctos traderet. HÆC exigentem.) Cum legeretur: Hæc exagentis. Valla emẽdauit, exigentem. Malim ego, Exequentem, quo verbo vtitur sæpe Liuius. QVADRAGINTA millia peditum, duo millia septingenti equites.) Polybius item ad septuaginta millia occisa ait. Quod sequitur: Et tanta ciuium, sociorumq; pars, expositionis vim habet: eum enim numerum ciuium, sociorumq; parem propè fuisse significat. CVM quinquaginta ferme equitibus Venusiam profugit.) Polybius septuaginta edit: διέφυγον μὲν εἰς Οὐενουσίαν μετὰ ἑβδομήκοντα. INTER eos Cn. Seruilius, & C. Minutius Numatius, qui magister equitum priore anno aliquot diebus antè fuerat.) In veteribus libris est, M. Numatius, mendosè vtrobiq;. Fuit autem magister equitum aliquot ante dies Manius Pomponius Matho, is (vt reor) qui consul fuit anno DXVII. quemadmodum scriptum est in consulibus Capitolinis. Cùm autem Liuius M'. Matho, aut Manius Matho scripsisset, imperiti librarij M. Numatius, & Minutius Numatius fecerunt. Postremò imperitiores emendatores C. prænomen de suo addiderunt. PRÆTEREA senatores, aut qui eos magistratus gessissent, vnde in senatum legi deberent.) Eorum qui in senatum veniebant, alij senatores erant, quippe qui lecti à censoribus essent, alij iure magistratus, quem aut tum gerebant, vt antè gesserant, ius quidem sententiæ dicendæ habebant, verùm sententias non rogabantur, sed quas senatores dixissent, in eas descendebant. Itaque de M. Liuio dixit Liuius lib. 27. Sed tum quoq; aut verbo assentiebatur, aut pedibus in sententiam ibat. Hinc cum senatores in curiam vocabantur ita vocabantur. Senatores, quibusq; sententiam dicere licet. Seminarium autem senatus, id est, eorum qui à censoribus legerẽtur, cum alij multi pro arbitrio censorum fuerunt, tum maximè ij, qui curules magistratus gessissent. Hæc fere ex Liuio & Gellio. HÆC est pugna Cannensi clade nobilitata, par cætera Alliensi, vtq; hæc illa ijs, quæ post pugnam accidere leuior, quia ab hoste cessatum est, sic strage exercitus grauior.) Placet prisca lectio. Hæc est pugna Cannensi clade nobilitata, par Aliensi. Cæterùm, vt hæc illa, &c. sic Polybius: ἡ μὲν οὖν περὶ Κάνναν γενομένη μάχη Ῥωμαίων, καὶ Καρχηδονίων τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος. QVI in maioribus castris præerant.) Vet. lib. Qui maioribus castris preerant. VNO agmine Cannusium abituros esse.) Canusium vno n, & veteres libri, & græci scribunt. [Nam Canusi lapidosus aquæ non ditior Vrna. Hor. lib. 1. Serm. Satyra 5. Hoc adducere debebat pro fide Sigonius.] In ijsdem vet. lib. est, Vno agmine inde Canusium abituros: sic paulò pòst. Atq; vnde protinus Canusium peruenerunt. ET exquiri ab interrogantibus, Romanus ciuis sis, an Latinus socius.) Hæc interrogatio fiebat, vt in Romanos Annibal animaduerteret, socios conciliandæ eorum sibi gratiæ causa dimitteret.

378 QVANVIS per confertos hostes.) Id est, per quamuis confertos. QVIETEM & ipse sibi sumeret.) Vet. lib. Et ipse sibimet. MAHARBAL præfectus equitum.) Hunc vocat Plutarchus in Fabio: Βάρκαν τὸν Καρχηδόνιον. IMMO, vt quid hac pugna sit actum scias, die quinta, inquit, in Capitolio epulaberis, sequere cum equite.) Vet. lib. alij. die qointo habent. Ego legendum puto, die quinti, copulatè pro aduerbio. Nam vt Gellius & Macrobius tradiderunt, die quarto, & die quinto de præterito dicitur, diequarti, & diequinti de futuro, vt hoc loco. Accedit quod Cœlius, & Cato, cum hunc eundem locum tractarent, diequinti dixerunt, à quibus Liuius hæc verba mutuatus est. Cato in originibus: Igitur Dictatorem Carthaginiensium magister equitum monuit. Mitte mecum Romam equitatum, diequinti in Capitolio tibi cœna cocta erit. Cœlius historiarum lib. 2. Si vis mihi equitatum dare, & ipse cum cætero exercitu me sequi, diequinti Romę in Capitolio curabo vt tibi cœna sit cocta. Plutarchus πεμπταῖον γὰρ ἀπὸ τῆς νίκης ἐν Καπιτωλίῳ δειπνήσεις. PRÆCEDANT, Annibal inquit, nuncij, lęta res est, sed via maior, quàm vt eam statim capere animo possim.) Ego neq; hanc lectionem, neq; hunc sensum probare possum. Vet. lib est, Præcedant Annibal inimici letales, & via maior, quàm vt eam capere non possint. Hinc ego hanc elicio, & lectionem & sententiam: Præcedant, Annibal inquit, nuncij letales, est via maior, quàm vt eam statim capere nunc possint, respondet enim ad id, quod Maharbal dixerat, sequere cum equite, vt prius te venisse, quàm venturum sciant, viam maiorem esse, quàm vt statim capere nunc equites prælio defessi possint. VINCERE scis Annibal, victoria vti nescis.) Plutarchus: οὐ νικᾶν οἶδας, νίκῃ δὲ χρῆσθαι οὐκ οἶδας. ET omnium primum brachio fluminis obiecto, eos excludit.) Malim, brachio, flumini obiecto: sensus est enim, Annibalem brachio obiecto Romanis vsum fluminis, & aquationis eripuisse. sic enim captiui ipsi pòst aiunt: cum circumsesi ab exercitu victore, aqua arceremur, lib. 4. Muro Ardeæ brachium immiserat. Item: Et mœnibus hostiũ vallum obiecere. INTRA castra hostes acceperunt.) Vet. lib. Receperunt. EOS, qui Canusium perfugerant, mulier Paula nomine Busa genere clara, at diuitijs mœnibus tantùm, rectisq; à Canusinis receptos, fruméto, veste, viatico etiam iuuit.) Nemo est, qui non quærat, quid sit, mulier Paula, nomine Busa, genere clara, menda enim est in voce Paula. Nam de Busæ nomine satis constat, ipse enim pòst ait: sed Canusij grauius otius Busæ multitudo faciebat. Et Valerius libro quarto de liberalitate: Busa nomine, regionis Apuliæ ditissima. Suspicor igitur legendum esse: Muliercula Busa nomine, vt mulierculam appellet, eam comparans cũ Canusinis. Id enim fecit muliercula, inquit, quod cuncta ciuitas non fecit, vt veste, frumento, & viatico Romanos iuuaret. Qua de causa Valerius eandem etiam, Fœminam appellauit: & pòst Liuius: Neà muliere Canusina populus Venusinus beneficijs vinceretur. Est autem hic mos Liuij, vt primum appellationis nomen afferat, deinde proprium, vt lib. 23. Cum pręfecto nomine Isalca Item lib. hoc: Eques, Ducario nomen erat.

379 L. PVBLICIVS.) L. Poblicius, ex Capitolinis lapidibus & nummis argenteis. CVSTODIENDOS'QVE semetipsos contra Annibalem Scipioni tradunt.) Vet lib. Annibalem contra. Sic sæpe alias præpositio post ponitur. APPIVS'QVE, & Scipio.) Vet. lib. Appius, & Scipio. OCCIDIONE occisum cum duobus exercitibus consulem, delectasq; omnes copias, allatum fuerat.) Suspicor legi oportere: ocisos cum duobus exercitibus consules, subdit enim: Consule exercituq; ad Trasymenum priore anno amisso, non vulnus super vulnus, sed multiplex clades cum duobus consulibus consulares exercitus amissi nunciabátur, nec vlla iam castra Romana, nec ducem, nec militem esse. Non enim inquit, consul cum exercitu amissus, quod vulnus super vulnus fuisset,

sed

sed duo consules cum duobus exercitibus perijsse: ideò multiplex clades accepta nunciabatur. AMISSI annunciabantur.) Vet. lib. Nunciabantur. P. FVRIVS Philus, & M. Pomponius prætores.) Horum alter vrbanam, alter peregrinam iurisdictionem habebat.

PERCONTARENTVR aliquos profectos ex fuga, passim dissipatos, fortè referant.) Vet. lib. Si fortè referãt. 380
CANVSII'QVE se esse.) Que, vacat in aliquot vet. lib. SED Annibalem nunc sedere.) Sed, vacat in aliquot vet. lib. SENATVS consulto diebus xxx. luctus est finitus.) Sic Plutarchus: πένθος δὲ καὶ τοῦτον, ἀλλὰ χρόνον ὁρίσας, καὶ ἀποδῶναι κελεύσας ἐφ' ἡμέρας τριάκοντα τὸν βουλόμενον. T. OCTACILIO.) Otacilio, ex græcis & Capitolinis monumentis. M. CLAVDIVM, qui classi ad Ostiam stanti præesset, Canusium ad exercitum mittendum.) Subaudienda sunt verba, censuerunt partes, vel decreuerũt. Sic enim Plutarchus in Marcello: δόγματι δὲ βουλῆς δεξάμενος εἰς Κανύσιον παρῆλθεν, καὶ τοὺς ἐκεῖ συνειλεγμένους παραλαβὼν, ἐξῆγεν τῶν ἐρυμάτων. SCITATVM quibus precibus, supplicationibusq; deos possent placare.) Vet. lib. Quibus precibus supplices deos possent placare.

IPSE legione classis, ea tertia legio erat, cum tribuno militum Teano Sidicino præmissa.) Vet. lib. Cum tribunis militum Teanum Sidicinum, rectè: Hanc enim legionem ex classe Canusium adducturus, Teanum præmisit. 381

T. SEMPRONIVS magister equitum.) Hic est, qui post ab Annibale occisus est in Lucania, quem Valerius lib. 5. cap. 1. Tiberium Gracchum vocat. Quare Ti. Sempronius scribendum est. Est autem Tiberij prænomen Sempronijs, familiarissimum. AD milites ex formola accipiendos.) De hac formula scribit lib. 8. vbi de fœdere cum latinis icto agit. TRECENOS pediti, seruo centum.) Vet. lib. Centenos. AD Heracleam cum Pyrrho.) Plutarchus in Pyrrho.

SI tam duri oris esse velitis.) Vet. lib. Si duriores esse velitis. VIX existimari potest.) Vet. lib. æstimari. 382

PRIORI Punico bello Calpurnius Flamma.) Liuius lib. 17. vt est scriptum in epitoma. DIMINVTI capite.) hoc est, amissa ciuitate & libertate. Sic enim pòst ait: abalienati iure ciuium, serui Carthaginiensium facti, 383
NEQVE ijs quadraginta millia hostium obstitere.) Suprà Quinquaginta millia edidit. In Vet. autem libris est hoc loco: Sexcenta millia, vt videantur opponi, sexcentis armatis, ita: Ex millibus septem armatorum sexcẽti extiterunt, qui erumpere auderent, neq; ijs sexcenta millia hostium obstitere. Est autẽ hic numerus vsitatus etiam Ciceroni pro magno quodam & immenso numero.

VNVS ex ijs domum abijt, quod fallaci reditu in castra, iureiurando se exoluisset.) Hæc Polybij sententia fuit, vt ait Cicero lib. 3. de Offic. Polybius bonus auctor imprimis scribit ex decem nobilissimis, qui tunc erant missi; nouem reuertisse, à senatu re non impetrata, vnum ex decem, qui paulò pòst quàm egressus erat è castris, redisset, quasi aliquid esset oblitus remansisse. Polybij liber ille, vbi hoc tradebat interciderit. Eadẽ historia est apud Gellium lib. 7. cap. 8. EST & alia de captiuis fama, decem primos venisse, &c.) Acilij hæc opinio fuit eodem Cicerone teste. Acilius autem ille, qui græcè scripsit historiam plures ait fuisse, qui in castra reuertissent eadem fraude, vt iureiurando liberarentur. AB cognato Scribonij tribuni plebis de redimendis captiuis relatũ esse) Legendum tribuno plebis, id est, ab Scribonio tribuno pl. L. Scribonij captiui legati cognato relatum esse. OMNIVM notis, ignominijsq; confectos esse.) Vet. lib. Affectos. Cicero lib. 3. de Offic. eosdem à censoribus omnibus ignominijs notatos esse scribit Et Gellius lib. 7. cap. 8. de ijsdem. omnium notarum eos damnis & ignominijs affecerunt. APVLORVM pars.) Ἀργυριππανοὶ defecisse ex Apulis scribit Polybius. SAMNITES præter Petellinos.) Nec Petellini inter Samnites sunt, sed inter Bruttios, neq; ijdem hoc tempore ab Annibale defecerunt, cum sequenti libro vni in Bruttijs in amicitia Romana mansisse dicantur. Quid ergo? obloquimur sępe bonis auctoribus, eosq; aut inconstantiæ, aut imprudentię, aut negligẽtiæ arguimus, sed sine causa, vt hoc loco Glareanus Liuio, quem iccirco temerariæ confusionis arguit. [Glareanus dicit Liuio multa commixta, quod satis notum est: Sententia itaq; in alios à Sigonio contorta in eius caput recidit.] Quam iustè ipse viderit, non enim hoc loco Petellinos, legendum est, sed Pentros, quod ille didicisset, si accuratius manuscriptos libros, quos se adisse quidem videtur, legisset. Pentrorum Samnitiũ meminit in lib. 9. Inde victor exercitus Bouianum ductus: Caput hoc erat Pentrorum, Samnitium longe ditissimum. Possis etiam legere: præter Petellinos Bruttij omnes. ET græcorum omnis fermè ora, Tarentini, Metapontini.) Polybius ita: κεχωρήκεισαν πρὸς Καρχηδονίους τὰ μὲν λοιπὰ τῆς χώρας πάσης, καὶ μεγάλης καλουμένης Ἑλλάδος ἄνευ ἐγχειρισμοῦ. Ταραντῖνοί τε γὰρ ... ἐνεχείριζον αὑτούς. Polybius statim hos populos defecisse ait, quod tamen non ita esse, infrà apparebit, nisi, Statim, intelligamus. Vt primum potuerunt. Cæterùm quatuor hi populi Græci vocabantur, quod Græcorum coloniæ essent. CROTONENSES.) Croto Crotonienses edit, at Cortona Cortonenses, Priscianus. Accedit quod Croto Crotoniatas quoque edit, vt omnino Crotonienses videatur esse legendum. NEQVE ante consulis Romani aduentum, nec postquam is redijt.) Ex veteribus lib. Neq; antè consulis aduentum Romam. In ijs enim est: antè consulis aduentum Romani. OBVIAM itum frequenter ab omnibus ordinibus fit.) Plutarchus in Fabio: ἀπήντησαν αὐτῷ πρὸς τὰς πύλας ἥ τε βουλὴ, καὶ τὸ πλῆθος ἅπαν ἀσπαζόμενον.

IN LIBRVM XXIII.

ANNIBAL pòst Cannensem pugnam castra capta, ac direpta confestim ex Apulia in Samnium mouerat.) 385
Glareanus putat legendum: Castris captis ac direptis, neq; enim, inquit, Annibal Romanorum castra capta ac direpta mouit, neque sua cepit, ac diripuit, verùm contrà. Errat autem, non enim ea est mens scriptoris, sed hæc: Annibal post Cannensem pugnam confectam, & post Romanorum castra capta, ac direpta, in Samnium mouerat, ita vt verbum, mouerat, absolutè accipiamus, vt sæpe aliàs, non ad castra referamus. [Hic rectè Glareanum carpit, sed Glareanus antè suum errorem agnouerat quam hic admonuit.] ACCITAS in Hirpinos.) Irpini Samnitium sunt auctore Strabone lib. 5. dicti: ἀπὸ τοῦ ἵρπου, id est, lupo, qui dux eis in deducenda colonia fuit. Grçcè autem sine aspiratione scribuntur. POLLICENTE se Cossam traditurum.) Vet. lib. Compsam & Compsanus. Plinius lib. 3. cap. 11. Compsam in Irpinis statuit, de qua nunc Liuius. QVACVNQVE arte poterat, disposuit.) Vet. lib. Potuit. PACVVIVS Calauius.) Calauium gentis Campanæ nomen esse constat. Ergo Pacuuius hoc in loco prænomen est. Vereor tamen ne Pacullus sit legendum. Nam Silius Italicus hunc Paculonem vocat. Et Liuius lib. 39. Pacullæ Miniæ Campanæ sacerdotis meminit. Et in hoc libro haud ita multo pòst: Minios Celeres Stenium, Pacuuiumq; nominat. In veteribus etiam libris est Pacinus. FILIAM'QVE Romam nuptum Liuio dedisset.) Vet. lib. Romæ.

386 VIDEO quæ sententia de hoc sit data.) Quid si legamus, lata: sensus enim est. Video hunc à vobis condemnatum esse. HOC multo magis in secundo, ac tertio senatore est factum.) Vet. lib. Ac tertio citato senatore. SI plebis ibi esset concilium.) Vet. lib. Adesset.

387 AD Satriculam.) Saticulam, vt in libro septimo dixi, & sæpius alias. COEPTVM'QVE propter vos cum Samnitibus bellum, per centum prope annos variante fortuna euentum, tulerimus.) Elatoriè dixit Terentius, per cētum prope annos. Veriùs autem legatus Romanus in concilio Aetolorum lib. 31 qui per annos septuaginta bellatum esse cum Samnitibus ait. Etenim cœptū est anno ab vrbe condita CDXII. M. Valerio, A. Cornelio COSS. finitum an. CDLXXIX. C. Fabricio, C. Claudio COSS. De ijs enim C. Claudius COS. triumphauit, vt extat in Capitolinis Triumphorum fragmentis. [Hæc omnia diligenter à Glareano notata, tanquam ipse primus inuenerit narrat.] QVOD fœdus æquum dedimus, quod leges nostras.) Hoc factum M. Foslio, L. Plautio consulibus, vt ait lib. 9. Eodem anno primū præfecti Capuæ creari cœpti, legib. ab L. Furio prætore datis. POENVS ne Africæ quidem indigena ab vltimis terrarum oris freto Oceani Herculisq; columnis, expertem omnis iuris, & conditionis, & linguæ propè humanæ militem trahit.) Vet. lib. habent: Indigenam, quam lectionem probo, vt non Annibalem, sed militem eius Africæ indigenam esse neget, quippe quem ex vltimis terrarum oris extraxisset. Etenim lib. 28. sic ait, cùm de exercitu Romano loquatur: Romana arma, & exercitum alienigenam. [Et hæc quoq; à Glareano notata sunt.] VESCI humanis corporibus docendo.) De Annibalis crudelitate loquitur, qui adeò efferauerat animos militum, vt eos etiam vesci carnibus humanis docuerit. Hoc autem falsum esse tradit Porphyrius lib. 2. περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων. SVBIVS Virius.) Vet. lib. Vibius Virius: puto legendum Vibus Virius. Est enim Vibus, prænomen, vt in P. Sestio Q. F. VIBI. N. Capitolino consule. LATINORVM quondam postulationis.) De qua supra lib. 8.

388 BALNEIS includi iussit, vbi feruore atq; æstu anima interclusa.) Vet. lib. Fœtore atq; æstu. DECIVS Magius.) Magios item gentem Campanam esse, & hic Liuius, & contra Rullum Cicero ostendit, cùm inquit: Magios, Blosios mihi videbar illos videre, ac Iubellios. Quare Decius, quod aliàs nomen est gentis, in hoc viro prænomen est, mendosè, vt solet, pro Decimus. MARIVM Blossium.) Blosios pariter gentem esse Campanam idem Ciceronis locus docet: vnde C. Blosius genus traxit, is qui cum Ti. Graccho tribunus pl. fuit. De quo Cicero in Lælio, & contra Rullum. Quod si ita est, ergo corruptè Marius pro Marco, vel Manio. Sit enim prænomen necesse est. MVNIOS Celeres.) Vet. lib. Minios, rectè: nam Pacullæ Miniæ Campanæ lib. 39. meminit. CONVIVIVM non ex more Punico, aut militari disciplina esse, sed vt in ciuitate atq; etiam domo diu ad varias omnium voluptatū illecebras instructum.) Malim pro diu, diuite: vt in ciuitate, & domo diuite. Nam Calauios, quorum domi erat Annibal inclytos nobilitate, ac diuitijs paulò antè nominauit. In Vet. lib. est interdiu, luxatis fortasse syllabis. Hoc certè sententia postulat, vt recta sit ἀντίθεσις.

389 ANNIBALEM pater filio meo potui placare.) Vet. lib. Annibalem modo. SED si nihil sancti, non fides, non religio, non pietas, audeantur infanda, si non perniciem nobis cum scelere afferunt, vnus es aggressurus Annibalem.) Longe aliter hæc oratio, & legitur & interpungitur in Vet. lib. & proculdubio melius: Sed si nihil sancti, non fides, nō religio, non pietas audiantur, infanda si non perniciem nobis cum scelere afferunt, vnus es aggressurus Annibalem. Duo enim argumenta sunt, quibus deterret filium pater ab impetu in Annibalem faciendo, vnum ἀπὸ τοῦ αἰσχροῦ, alterum ἀπὸ τοῦ ἀδυνάτου. QVID tot dextræ? torpescent ne in amentia illa? vultum ipsius Annibalis, quem armati exercitus tremunt, horret populus Rom. tu sustinebis?) Et hic etiam locus castigatior, ac syncerior est in manuscriptis exemplaribus, sic: Quid tot dextræ? torpescent ne? in amentia illa vultum ipsius Annibalis, &c. quasi verò velit intelligi, alij temporibus eum posse, in amentia illa fore, vt non possit. O PATRIA, ferrum; &c. recipe.) Vet. lib. Accipe. SENATVS frequens datur Annibali.) Vet lib. Datus. IVRA'QVE inde cum cæteris populis Romanum etiam petiturum.) Vet. lib. Cum cæteris populum Rom. etiam petiturum. HAVD paruo initio minui videbatur ius libertatis.) Vet. lib. Iudicio. Iudicium enim intelligitur, quod parabatur in Magium ex S. C. ATQVE ante pedes destitutum causam dicere iussit.) Videtur legendum, antè pedes statutum, quod librarius bis per errorem scripserit syllabam, des: sic Cicero ad Att. Alter qui nos sibi quondam ad pedes stratos ne subleuauit quidem. EXTEMPLO'QVE impositus in nauim, & Carthaginem missus.) Malim, est Carthaginem missus. HABETIS libertatem Campani.) Vet lib. Habetis en libertatem Campani. TRANSFVGÆ magis, quàm hospitis fore domicilium.) Vet. lib. domicilium fore. VESTRAE res meliores, faciliores'q; erunt.) Vet. lib. Feliciores'q;.

390 Q. FABIVS Pictor legatus à Delphis Romam redijt.) Eiusdem legati meminit Plutarchus in Fabio. Hunc eundem illum esse, qui res Romanas scripsit tradit Appianus in Annibalis historia, quam manuscriptam sæpius apud eum, quem antè etiam nominaui, omni & literarum, & humanitatis, genere ornatissimum Ludouicum Beccatellum, legi, cuius historici, vt horum temporum æqualis, sæpe & in hoc bello, & in alijs meminit Liuius. CVM sex imperatoribus eum.) Præteritus est Ti. Sempronius, quem Annibal ad Trebeiam vicit, non librarij vitio, sed auctoris. Quod ex verbis ipsis intelligi, perspicuè potest. Nam Dictatorem & magistrum equitum nominat, Q. Fabium, & M. Minucium, & duos consules occisos, C. Flaminium, & C. Paullum: & duos, quorum alter saucius fuerit, P. Cornelius Scipio, alter vix cum L. hominibus euaserit, C. Terentius Varro. PRO his tantis totq; victorijs verum sacrum dijs immortalibus agi.) Vet. lib. Non habent vocem, verum: & pro tantis totq;, habent tot tantisq;. Quidam libri olim habebant, rerum non, verum. Itaq; in suspicionem venio, ne quoniam huic sententiæ subaudiendum est verbum, petere, ne pro RERVM voce perspicuè deprauata, petere, sit substituendum. Quod tamen non affirmo. DIMIDIVM supertreis modios explesse.) Hinc Plinius lib. 33. cap. 10. Annulorum aureorum promiscuus vsus fuit secundo bello Punico, neq; enim aliter potuissent trimodia illa annulorum Carthaginem ab Annibale mitti. ETIAM nunc pœnitet belli suscepti.) Vet. lib. Etiam nunc te pœnitet. NVNC interroganti senatori, &c. si reticeam.) Videtur legendum, interrogante senatore. RESPONDRAM, inquit, Himilconi.) Vet. lib. Respondeam igitur Imilconi, & rectè: Cur enim vox inquit, in media oratione inculcetur, quæ initio solet collocari? apta autem est huic loco particula, igitur, qua concludit, sibi potius respondendum esse, quàm reticendum.

391 QVAM nunc vicimus dat nemo.) Legendum perspicuè. Quam nunc cum vicimus. DICTATOR'QVE cum Magone in Hispaniam, &c.) Miratur Glareanus Liuium Dictatoris Carthaginēsis meminisse. Iam nūc mirari desinat. [Glareanus quærit duo, nihil de admiratione, Sigonius ad vnum respondet, alterum omittit.] Nam Gellius lib. 10. capit. 24. hæc verba profert ex Catonis origine. Dictatorem Carthaginiensium magister equitum monuit, mitte mecum Romam equitatum, die quinta in Capitolio tibi cœna cocta erit. Dictatorem autem Cato vocat imperatorem Annibalem. LATO'QVE, vt solet, ad populum, vt equum ascendere liceret.) De hoc more, de quo ambigit apud Liuium Glareanus agit etiam Plutarchus in Fabio, id est,

cur

cur Dictator peteret, vt sibi equum ascendere liceret: πρῶτον μὲν ᾐτήσατο τὴν σύγκλητον, ἵππῳ χρῆσθαι παρὰ τὰς στρατείας. οὐ
γὰρ ἐξῆν, ἀλλ' ἀπηγόρευτο κατά τινα νόμον παλαιόν. εἴτε τὴν ἀλκὴν τὸ πλεῖστον ἐν τῷ πεζῷ τιθεμένων, καὶ διὰ τοῦτο τὸν στρατηγὸν οἰομένων
δεῖν παραμένειν τῇ φάλαγγι, καὶ μὴ προλείπειν. εἴθ' ὅτι τυραννικὸν εἰς ἅπαντα τἆλλα, καὶ μέγα τὸ τῆς ἀρχῆς κράτος ἐστίν, ἔν γε τούτῳ βουλομέ-
νων τὸν δικτάτορα τοῦ δήμου φαίνεσθαι δεόμενον. Et sex millia hominum Gallicis spolijs.) Vet.lib. Ea sex millia homi-
num. Eos enim intelligit, quos se noxa, pecuniaq; exoluturum Dictator promiserat. Itaqve cum xv. mil-
libus armatorum ab vrbe proficiscitur.) Vet.lib. Ita cum.

Legatos properè ad prætorem Romanum Marcellum Claudium, qui Canusij cum exercitu erat, mit- 392
tunt.) Vet.lib. habent Casilini, quam lectionem probat Glareanus. Ego contrà probo magis, Canusij, quod &
primo libro Marcellum magnis itineribus Canusium contendisse dixerit, & quòd Plutarchus in Marcello, Ca-
nusio item Marcellum ad tutandos socios esse profectum, tradiderit: ἔπειτα δόγμα τῆς βουλῆς δεξάμενος εἰς κανύσιον πα-
ρῆλθε, καὶ τοὺς ἐκεῖ συνειλεγμένους παραλαβὼν ἐξήγαγε τῶν ἐρυμάτων, ὡς οὐ προησόμενος τὴν χώραν. Perqve agrum Sa-
triculanum.) Vet.lib. Saticulanum, rectè, vt antè dixi. L. Bantivs.) Hunc λεύκιον βάνδιον vocat Plutarchus
in Marcello. Seminecem eum ad Cannas in aceruo cæsorum corporum inuentum.) Eadem ad verbum
scribit Plutarchus in Marcello. Eqvvm eximium dono dat, bigatosq; quingentos quæstorem numerare
iubet.) Plutarchus ita: ἵππον τε δωρεῖται πολεμιστὴν αὐτῷ, καὶ δραχμὰς ἀργυρίου πεντακοσίας.

In hac comitiaria duorum exercituum statione.) Vet. lib. In hac continua duorum. Privsqvam 393
aliquis motus in muris oriretur.) Vet.lib. Intus oriretur. Vix equidem ausim affirmare, quod quidam au-
ctores sunt, duo millia, & CCC hostium cæsos, non plus vno Romanos amisisse.) Suprà quinq; millia hostiũ cæ-
sa, haud plures, quàm quingentos Romanos cecidisse tradit Plutarchus, hoc tamen à Liuio reprobari ait: λέγονται
γὰρ πεντακισχίλιοι ἀποθανεῖν, ἀποκτεῖναι δὲ ῥωμαίων οὐ πλείους, ἢ πεντακοσίους. ὁ δὲ λίβιος οὕτω μὲν οὐ διαβεβαιοῦται γενέσθαι μεγάλην
ἧτταν, ὅτι πεσεῖν νεκροὺς τοσούτους τῶν πολεμίων. Ingens eo die res, ac nescio an maxima illo bello gesta sit.) Hinc Ci-
cero in Bruto ait: Post Cannensem illam calamitatem primũ Marcelli ad Nolam prælio populus Rom. se erexit.

Cvm à Casilino dictatorem Romanum, legionesq; nuncij accipi nunciassent.) Vet lib. Legionesq; minus 394
accipi nunciatum esset. Pro his repositum est, nuncij accipi nunciassent, rectè: quod ad sententiam pertinet, quod
autem ad verba, malim legi, auctore Valla. Legionesq; nouas accipi nunciatum esset. Nam de his legionibus
paulò antè scripsit. Casilinvm quingenti Prænestini habebant.) In ver.lib. Nullus numerus est Prænesti-
norum. Paulò pòst Liuius eos quingentos septuaginta fuisse scribit: at Strabo lib. 5. quingentos quadraginta: ἐν
τῷ κασιλίνῳ πολιορκούμενοι παρεκαρτέρησαν ἄνδρες φμ', καὶ πρὸς ἀκμάζοντα ἀννίβαν ἐπὶ τοσοῦτον ἀντέσχον, &c. Vt ergo de Perusinis ait,
CCCC. & LX. sic de Prænestinis, D & LXX. scribendum, videtur. Cvm dies aliquot suspecti Campanis, &c.
traduxissent, iamq; de Capuæ defectione agi, accipiq; Annibalem satis pro certo habuere.) Tempus, habuere,
non est sententiæ huic aptum. Haberent, sensus postulat. In vet. certe libris est, habere: reliquæ duæ literæ nt, ex
principio insequentis vocis, interfectis, sunt repetendæ.

T. Sempronivs præerat.) Ti. Sempronius, vt antè: magistrum enim equitum intelligit. Qvia præ- 395
dictum erat dictatoris.) Vet. lib. Quia edictum erat dictatoris. Nvces inde fusæ ab Romanis.) Hinc Fe-
stus Prænestinos Nuculas dictos esse ait, quod inclusi à Pœnis Casilini famem nucibus sustẽtarint. Et cvm
hostes obarassent, quicquid herbidi terreni extra murum erat, raporum semẽ iniecerunt.) Glareanus credit eam
hoc loco fuisse Liuij sententiam, vt ijdem Pœni, qui herbidum terrenum extra muros obarassent, raporum semen
iniecerint, cum rapos non Pœni, sed Casilinates iniecerint, ac fructum ex Pœnorum obaratione illa se capturos
esse indicauerint, neq; verò aliter Liuius tradit, atque Strabo lib. 5. ὁ δ' ἀννίβας ἰδὼν αὐτοὺς πλησίον τοῦ τείχους σπείροντας
γογγύλην ἐθαύμαζεν. Quod autem ait Strabo πλησίον τοῦ τείχους, id est, propè muros, Glareanus intrà muros interpre-
tatur, quasi verò Pœni ad terrenum obarandum Casilinum accepti sint. [Quid hoc loco in Liuio reprẹbendat
Glareanus, non intellexit Sigonius.] Eo ne usq; dum ea nascantur ad Casilinum sessurus sum.) Vet. lib. „
Sessuri sumus.

Cvm obsistere malis nequirẽt Petellini.) Vet.lib. Quibus cùm resistere malis nequirẽt Petellini. Con- 396
svltiqve iterùm à M. Aemilio prætore patres.) Hoc anno M. Pomponius prætor vrbanam, P. Furius peregri-
nam sortem, M. Marcellus Siciliam, L. Postumius Galliam sortiti sunt. Quod cùm ita sit, certè mendosè legitur
hoc in loco. M. Aemilio, pro M. Pomponio. Quod inde etiam intelligi potest, cùm ait: Consulti iterùm: tum
enim consulti sunt primum, cum C Furius, & M'. Pomponius prætores senatum in curiam Hostiliam vocaue-
runt. Germanam autem lectionem, & quæ deprauando nomini causam dederit, fuit, puto, quod scriptum erat,
consultiq; iterùm à Manio prætore. Nam Pomponium hoc prænomen tulisse suprà ostendi. Quam vocem qui
deprauatam esse duxerunt Mamilio fortasse, atq; inde, M. Aemilio fecerunt. Relaxata postero die per
minorem trepidationem retinuerunt optimates.) Vet. lib. Relaxata postero die per minorem trepidatio-
nem re renuerunt optimates. L. Fvrivm prætorem cum classe.) Lege, P. Furium. Sic enim alias vbique
hunc Liuius vocat. L. Æmilivs qui consul censorque fuerat.) L. Aemilium Papum consulem cum C.
Atilio Regulo, censorem cum C. Flaminio intelligit. Glareanus inscitè L. Aemilium Paullum, qui ad Cannas
ceciderat interpretatur. M. Atilivs Regulus, qui bis consul fuerat) M. hic Atilius Regulus consul
primum fuit cum P. Valerio Flacco, iterùm suffectus in locum C. Flaminij ad Trasimenum occisi cum Cn.
Seruilio Gemino. Qvi ceciderant pugna Cannensi.) Vet. lib. In pugna Cannensi. L. Æmilivm,
C. Flaminium censores.) De his censoribus dixi in epitoma libri 20. Cvm de ea re M. Aemilius prætor.) Le-
go: Manius prætor, vt antè dixi, vt sit M'. Pomponius. Vt ex singulis populis Latinorum binis senatoribus,
si patres Romani censuissent, ciuitas daretur.) Vet.lib. quos patres Romani censuissent.

M. Fabivm Buteonem ex S.C. sine magistro equitum dictatorem.) N. Fabium scribi oportere existimo, 397
quia inquit, hunc vetustissimum ex censorijs, qui viuerent, fuisse. Censor autem, vt opinor, fuit anno DXII. cum
C. Aurelio Cotta, cum consul fuisset anno DVI. vt est in Capitolinis tabulis. Neqve dictatorem se sine ma-
gistro equitum.) Vet.lib. Neq; dictatorem sine magistro equitum, probè: res enim eum non persona offendebat.
Neqve duos dictatores tempore vno.) Horum dictatorum M. Iunij, & Fabij Buteonis, quorum alter rei geren-
dæ causa creatus aberat, alter senatus legendi causa dictus erat, meminit quoq; Plutarchus in Fabio. Ita in
demortuorum locum sublecturum, vt ordo ordini, non homo homini prælatus videretur.) Sensus est: Dictator
ne in legendo senatu ignominia quenquam afficeret, ex veteribus censorijs tabulis senatores eo ordine quo in
illas relati erant, recitauit: in demortuorũ autem locũ alios ita sublegit, vt si quem alteri præferret, is eum ordinis,
non hominis dignitate adductus, prætulisse videri posset. Nam primum legit eos, qui curulem magistratũ, dein-
qui tribunatũ ædilitatemq; plebis, & quæsturã gessissent, tũ ex ijs, qui magistratũ non cepissent, qui spolia ex Ro-
mano hoste fixa domi haberẽt aut coronam ciuicam accepissent. In legendis aũt ijs qui magistratus gesserãt, quo
quisq; eorũ ordine magistratũ ceperant, eos ita legebat ac recitabat. In demortuorũ locum legit, qui pòst L.
Aemi-

Aemilinm, C. Flaminium censores curulem magistratum cepissent, nec dum in senatum lecti essent, vt quisque eorum senator primus creatus erat.) Vox, senator, redundat. [Nec Badius habet, & ante Sigonium notauerat Glareanus.] Hic enim sensus est: Qui post priores censores curulem magistratum ceperant. quo quisq; illum ordine ceperat, lectum in senatum esse. TVM legit, qui ædiles tribuni, prætores, quæstoresq; fuerant.) Paulus Manutius vir, vt suprà dixi, summo iudicio præditus, legendum existimat: ædiles tribuni plebis, quæstoresq;, & rectè: nam prætura inter curules magistratus erat, quos superiore versu complexus est. Errorem attulit, vt solet compendiosa scriptura: Trib. pr. & Trib. pl. TVM ex ijs, qui spolia ex Romano hoste fixa domi haberet.) In manuscriptis omnibus, & plerisq; etiam impressis legitur: Tum ex ijs, qui magistratus cepissent, qui spolia ex Romano, &c. Quod cum emendatores nescio qui non intelligerent, omnino tollendum putarunt. Est autem ita legendum: Tum ex ijs, qui magistratus non cepissent, qui spolia, &c. Nam ex ijs qui magistratus ceperant, legit primum, qui curulem, deinde, qui plebeium ceperant magistratum Ex ijs autem, qui omnino nullum ceperant magistratum, legit, qui spolia ex Romano hoste baberent. TEMPVS hoc sedulo terens.) Vet. lib. hic, id est, in foro. Sic etiam reddit Plutarchus in Fabio, vbi eandem rem his verbis persequitur: ὥσπερ ἰδιώτης ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἀναστρέφεσθαι. CONSVLTVS à M. Pompooio prætore senatus.) Ita lib. vet. Ex hoc loco conuincitur etiam suprà bis meodose esse M. Aemilio prætore. QVO statu respublicæ essent.) Vet. lib. resp. esset. [Ita Badius.] COMITIA'QVE edixit, quibus L. Postumius III. absens, qui tum Galliam prouinciam obtinebat, & Ti. Sempronius Gracchus, qui tum magister equitum eo accurrerat, consules crearētur.) Vet. lib. qui tum magister equitum, & ea accurrerat. Suspicor legēdum, ad ea, vt comitia intelligamus: opponit enim hunc Postumio, ille enim absens in Gallia, hic cum ad comitia accurrisset, consul est creatus: sic paulò antè. Qui tum Galliam prouinciam obtinebat. L. autem Postumius Albinus primum cum Sp. Caruilio Maximo, iterùm cum Cn. Fuluio Centumalo consul fuerat. ALIA supra alia cumulanrein eum annum fortuna.) Vet. lib. Super aliam. NOVA clades nunciata) Huius Postumianæ cladis auctor est etiam Polyb. lib. 3. extremo. LITANAM Galli vocāt.) Huius siluæ, & harum insidiarum meminit etiam Frontinus lib. 1. cap. 6.

398 POCVLVM'QVE idem sacerdotis esse, ac templi antistitibus.) Vet. lib. Sacerdoti. MOESTITIÆ speciem publicæ) Vet. lib. Mœstitiæ publicæ speciem. [Ita Badius] DVO ne consulares exercitus satis firmati tanto bello sufficerent.) Vet. lib. Ne secundo consulares exercitus satis firmi ad tantum bellum efficerentur, ini batur ratio. Quod cùm ita sit, aptior est certè ad sententiam emendatio Vallæ, qui pro, ne secūdo, legit, nec quomodo. Sequitur enim: Itaq; Galliam omitti eo anno placuit. P. & Cn. Scipiones inter se partiti copias, vt Cn. terra, P. mari, nauibusq, rem gereret.) In Vet. lib. est, partiti copias: vt legendum esse videatur, partiti sunt copias. Ita enim lib. 24. Ita inter se munera belli partiti sunt, vt Epicides præesset custodiæ vrbis, Hippocrates aduersus consulem Rom. bellum gereret. Nisi malis, Partitis copijs & sententiæ aliquid deesset. vt lib. 25. optimum rati diuisis bifariàm copijs, totius simul Hispaniæ amplecti bellum. ita inter se diuiserunt, vt P. Cornelius duas partes exercitus aduersus Magonem duceret, Cn. Cornelius cum Asdrubale bellum gereret. FECERANT ij transfugæ motum in Carpesiorum gēte.) Glareanus nusquam se legisse Carpesios populos ait, itaq; Tartesios mauult, à Tarteso oppido ad Calpen sito. Carpesiorum tamen ad Iberum meminit Polybius lib. 3. & Stephanus ita: Καρπήσιοι ἔθνος Ἰβηρικὸν τῶν ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ.

399 VRBEM Asenam.) Vet. lib. Ascuam. DIGRESSVS colle.) Degressus, vt alias.

400 ITAQVE duo diuersa prælia erant.) Vet. lib. Ita duo.

RECEPTA Perelia Pœnus ad Consentiam copias traducit.) Si Consentia in Bruttijs pro Romanis stabat,

401 profectò non Petelini vni inter Bruttios in fide Romanorum post Cannensem cladem mansisse videntur. quod antè dixit, præsertim verò cùm Consentia Bruttiorum metropolis sit, auctore Strabone lib. 6. ITAQVE vrbe defensoribus vastata facilè potiti sunt hostes.) Magna mendа est in voce, vastata, quæ ex prisca lectione deletur, quæ est defensoribus vacua, siquidem opulentissimam olim vrbem eò redactam, vt omnis ætatis minus viginti millia ciuium superessent, scribit. Sic lib. 42 Vacua defensoribus mœnia. SENATVS decreuit, vt Ti Sempronius consul designatus, cùm primum magistratum inisset, ad populum ferret) Videndum etiam atq; etiam, quid sit, quod in omnibus vet. lib. legitur: Vt Ti Sempronius COS. des. cùm in bono inisset. Nam qui emendarunt, cùm primum magistratum inisset, mentem potius attendisse videntur auctoris quàm verba. Valla olim legendū putauit: Cum bono omine ad populum ferret: quod non probo, quia nullam habet rationem vocis Inisset. Ego malim, cùm magistratum inisset. Sic enim Cicero ptima Philip. Vti C. Pansa. A. Hirtius consules designati, cùm magistratum inierint Et Cœlius ad Ciceronem D. E. R. I. C. vti C. Paullus, C. Marcellus, cùm magistratum inissent. VT Fabium duumuirum esse iuberent ædis dedicandæ causa.) Miror hoc loco neglectam esse Vallæ correctionem, quæ veterum librorum auctoritate confirmatur. Vt duumuiros esse iuberent: miror item spretam esse alteram Glareani, ædium dedicandarum causa. Duæ enim erant ædes dedicandæ, quarum causa duumuiri creandi erant. Quare paulò pòst ita loquitur: Interea duumuiri creati sunt, Q. Fabius Maximus. & T Otacilius Crassus ædibus dedicandis, Menti Otacilius, Fabius Veneri Erycinæ. M. ÆMILIO Lepido, qui bis consul augurque fuerat.) M. Aemilium Lepidum, & M. Valerium Lęuinum bis consules nominat Liuius, quos tamen neque in Capitolinis tabulis, neq; apud Cassiodorum inuenias nisi semel fuisse. Hinc ego suspicor, ne suffecti fuerint L. Veturio, & C Lutatio consulib. Lepidus II. Lęuinus primum. Quoniam autem ea pars in Capitolinis consularibus desideratur & Cassiodorus eorum tantum consulum, qui primum facti sunt, qui ordinarij nominātur, meminit, in neutro horū monumentorū hæc nomina inueniri. Sed de hac re accuratius in Fastorū cunsulariū commentarijs: me enim mouet, quod duo patricij consules comparantur. C. LECTORIVS, & T. Sempronius.) C. Lætorius, & Ti. Sempronius, vt sæpe dixi. PRÆTORES'QVE Fuluius Flaccus.) Castiga: Prætores, Q. Fuluius Flaccus; perspicuè. Cęterùm consul hic fuerat cum L. Cornelio Lentulo, censor cum T. Manlio Torquato.

402 SEX legiones in castra Claudiana supra Suessulam deducerētur.) Hinc paolò antè dixit: Claudius à Canusio Calatiam petit, atq; inde Vulturno amne traiecto, perq; agrū Saticulanū, Trebianumq; super Suessulam per montes Nolam peruenit. Et paulò pòst. M. Claudius ad eū exercitū, qui supra Suessolam Nolę præsideret, missus. DELATVM ad populum, vt ciues Romani essent.) Emendo. Dein latum ad populum. Hæc est enim vsitata in hac re loquendi forma: & ipse subdit: Maximè, vt hoc ferretur, mouerat. CVI ineunti consulatum cum tonuisset, vocati augures vitio creatum videri responderunt.) Plutarchus idem in Marcello: ἀποδειχθεὶς δ' ὕπατος, ἐβρόντησε· τῶν δὲ ἱερέων οὐκ αἴσιον ἡγουμένων τὸ σημεῖον, ἐμφανῶς δὲ κωλύειν ὀκνούντων καὶ δεδιότων τὸν δῆμον αὐτὸς ἐξωμόσατο τὴν ἀρχήν. FABIVS Maximus tertium.) Primum fuit cum M'. Pomponio Mathone: iterùm cum Sp. Caruilio Maximo.

403 TI. SEMPRONIVS militibus Sinuessam diē ad conueniendū edixit.) Idem Sempronius paulò antè diem duabus legionibus vrbanis Cales ad conueniendū edixerat, ad quas accipiendas deinde M. Marcellus est missus: nunc Sinuessam ad conueniendum diem edicit volonibus, & sociorum XXV. millibus, quæ sibi sorte euenerant.

mire. ANTE calendas Iulias primas.) Vet. lib. Iunias, quod placet: quia de hoc tempore locutus, Quintiles dum det. TERENTIANVM mitti cum aliquo legatotum.) Sensus est: Terentianum exercitum in Siciliam mitti, legiones ex Sicilia reuocatas M. Valerio cum classe ad tutandam oram maritimam dari. AD M. Valerium prætorem circa Nuceriam castra habentem.) De legatis Philippi loquitur per Apuliam venientibus. Ex quo. Luceriam, videtur esse legendum. Nam paulò pòst ait: Ti. Gracchus à Cumis Luceriam in Apuliam legiones cùm duxisset, M. Valerium inde prætorem Brundusium cum eo, quem Luceriæ habuerat, exercitu misit. [Hæc de Luceria Glareanus ante Sigonium notauit, sed ipse subticet, quasi ipse primus hoc notasset.] ITINERA'QVE cum cura demonstrent.) Que, abest à vet. lib. Q. FVLVIVS Flaccus Corcyræos ad persequendum.) Castiga ex vet. lib. P. Valerius Flaccus. Etenim Q. Fuluius Flaccus prætor vrbanus, cui suburbana littora custodienda tradita erant, adhuc ab vrbe non mouerat. P. autem Valerius Flaccus, de quo pòst meminit etiam Liuius, M. Valerij Læuini prætoris, cui ora inter Brundusium & Tarentum tutanda decreta fuerat, legatus erat. [Et hæc ex Glareani annotationibus habet.]

T. MANLIVS Torquatus, qui bis consul, censorq; fuerat.) Consul fuit cum C. Atilio Bulbo, quo in magistratu de Sardis triumphauit, iterùm cum Q. Fuluio Flacco, quem eundem etiam in censura collegam habuit, auctoribus Capitolinis scriptoribus. LINTERNVM.) Vet. lib. Liternum. 404

HOMINVM eo tumultu nocturno cæsa plus duo millia.) Vox, nocturno, redundat, nam ex priore versu satis intelligitur rem nocte actam esse: abest certè à vet. lib. 405

EXERCITVS'QVE Cumas reductus.) Miror, quod Cumas M. Valerius exercitum reduxerit, cùm ipse Luceriæ in Apulia præsideret. Cumis autem Ti. Sempronius in præsidio esset, præsertim verò cùm ex Irpinis reduxisse dicatur. AD NAVES XXV. quibus Q. Fuluius Flaccus præfectus præerat. Legendum, vt antè dixi, P. Valerius Flaccus. Et paulò pòst: Iussusq; Q. Fuluius, iussusq; Valerius, sic enim veteres libri. 406

M. MARCELLVM proprætore.) Vet. lib. Pro consule: sic etiam paulò pòst. sic Plutarchus ad Nolam ἀνθύπατον vocat, id est, proconsule. CALARES.) Carales, græci & latini libri veteres auctores. T. OTACILIVS prætor quinquaginta nauium ab Lylibeo classe in Africam transuectus.) Vet. lib. Quinquaginta nauium classe ab Lylibeo in Africam transuectus. 407

PYRRHO regi nos adiunximus.) Samnites loquuntur. Est autem illud bellum Pyrrhi, Tarentinorũ, Samnitum, Lucanorum & Brutiorum copijs, exercituq; gestum. Quod ex triumphis illorum annorum intelligi potest. M'. quidem Curius non tam de Pyrrho rege, quàm de Samnitibus triumphasse traditur. A QVO telicti, pacem necessariam accepimus, fuimusq; in ea per annos propè quinquaginta ad id tempus, quo tu in Italiam venisti.) Pax data Samnitibus est anno ab vrbe condita CDLXXIX. quo anno C. Claudius Canina consul de ijs triumphauit, cùm per annos LXX. gestum bellum esset, vt ait Liuius lib. 31. in oratione legati Rom. in concilio Aetolorum. Quod ita esse inde facile intelligi potest, quod cœptum erat bellum M. Valerio, A. Cornelio consulibus anno CDXII. si igitur anno CDLXXIX. victis Samnitibus pax data est, in pace autem fuerunt vsque ad aduentum Annibalis in Italiam. P. Scipione, & Ti. Longo consulibus anno DXXXII. id est, annis LIII. postquam pacem Samnites acceperant: ergo hoc loco legendum videtur, In ea fuimus per annos prope LX. Nam vox illa, propè, maiori numero non expleto adijcitur. In hac autem oratione omnia oratoriè in maius ornantur, vt cùm ait: per centum prope annos cum populo Rom. bellum gessimus, nullo externo adiuti, nec duce, nec exercitu. NON ego secundis nostris rebus gloriabor.) Vet. lib. Non ergo secũdis nostris rebus gloriabimur, rectè: loquuntur enim legati Samnitum, Irpinorum, Caudinorumq;. Sequitur autem: Quæ aspera, aduersaq; tunc acciderũt, minore indignatione referre possumus. NVMIDARVM paucorum illi quidem præda erunt, præsidiumq; missum nobis erit, & Nolæ ademeris.) Sensum aptum nullum elicere possum ex his verbis, & Nolæ ademeris. Suspicor autem, quia in veteribus libris legitur, præsidiumq; missum nobis & Nolæ ademeris, ne sit legendum: præsidiumq; missum nobis & Nolam ademerit. Suadent enim Samnites, vt Annibal præsidium Numidarum ad se ab impetu militum Romanorum, qui Nolæ erant, defendendos, mittat, quod eidem præsidium & se defensurum sit, & Nolam, cui maxime imminebat Annibal, Romanis ad empturum sit. 408

HERIVM Petrium.) Vet. lib. Henum. LEGATVM ne Rom. & legionis vnius, atq; alæ magno certamine vix toleratis pugnam?) Vet. lib. Legati ne Romani. 409

MARCELLVS tirone milite, ac Nolanis subsidijs fultus nos iam iterùm lacessit.) Vet. lib. Pro fultus, inultus, habent, id est, impunitus: innuit cladem à Marcello ante acceptam ad Nolam, quam adhuc Annibal non erat vltus, iccirco ait: Inultus iterùm nos iam lacessit? FERRVM nunc hebet, an dextræ torpent?) Vet. lib. Ferrum ne hebet, an dextræ torpent? Fortè ita legendum: Ferrum ne nunc hebet? NVNC paucis plures vix restaris.) Vet. lib. Resistitis. HOSTIVM plus mille cęsi eo die. capti mille DC. & signa militaria vndeuiginti, & duo elephanti, quatuor in acie occisi.) Vet. lib. Hostium plus vel cæsi, vel eo die viui capti V. millia. Suspicor autem legendum: Hostium plus vel cæsi eo die, vel viui capti quinq; millia: si quidem Plutarchus hunc numerum edit in Marcello, vbi hunc totum locum ita vertit: νεκροὺς μὲν γενομένους πεντακισχιλίους, καὶ τῶν ἐλεφάντων τέτταρας μὲν πεσόντας, δύο δὲ ζῶντας ἁλόντας. TERTIO post die mille CCLXXII. equites misti Numidæ, Hispaniq; ad Marcellum transfugerunt.) Hoc sic vertit Plutarchus: ἡμέρᾳ τρίτῃ μετὰ τὴν μάχην ἱππεῖς Ἰβήρων καὶ Νομάδων μιγάδες αὐτομόλησαν ὑπὲρ τοὺς τριακοσίους. Discrepat autem in numero, nisi fortè legendum sit: ὑπὲρ τοὺς χιλίους τριακοσίους. 410

DARET'QVE opima spolia victus.) Opima propriè dici spolia non potuerunt, siquidem ea opima sunt quæ dux duci detraxerit: Dux autem sit, cuius auspicijs bellum geratur, vt suprà traditum est. Neuter enim eorum equitum dux erat. 411

NISI fides staret resp. opibus nõ staturam.) Ita Sallustius in epistola Pompeij, voce, Fide, vtitur. Ego non tem familiarem modo, sed etiam fidẽ cõsumpsi: sensus est: Nisi resp. pecunia mutuo sumpta subleuetur, præsenti ærarij pecunia se sustinere non posse. CONDVCERET'QVE ex lege præbenda, quæ ad exercitum Hispaniensem opus essent.) Nihil desideratur, contra quàm censet Glareanus. Lex enim quam requirit, hæc est, vt conducerent ea lege, vt cum primum pecunia in ærario esset, ijs primis solueretur. Hinc ego malim legi, conducerentq; ea lege. HÆC prætor in concione edixit.) Malim: Hinc prætor. Sensus est: Hinc, id est, ex S. C. prætor in concione edixit, qua die quæ exercitui Hispaniensi præbenda essent, esset locaturus. VT quæ in naues imposuissent, ab hostiũ, tempestatisq; publico periculo essent.) Suspicor ne vox desit, legendumq; sit: ab hostiũ, tempestatisq; vi publico periculo tuta essent. postulat enim vt populus Rom. sibi damnũ præstet, quod à tempestate, & hostibus afferri posit. HI mores, eaq; caritas patriæ per omnes ordines velut tenore vno pertinebat.) Vitiatũ esse suspicatur hũc locũ Glareanus, ob verbi pertinebat, vsum: neq; intelligit eodẽ modo locutũ etiam Ciceronem esse de natura deorũ. Ratio quędã pertinens per omnem rerum naturã. [Glareanus nõ ait Vitiatum vt hic vertit verba, sed hæret vt solet.] ILLITVRGI obsidione liberato ad Incibili oppugnandum Punici exercitus traducti.) 412

Glarea-

Glareanus legit, Ab Indibili. putatq; viri nomen esse, eius de quo pòst sæpius Liuius: verùm errat. Nam siue Incibili, siue Indibili legas, oppidi nomen est: sic enim Frontin. lib. 1. cap. 3. Cn. Scipio in Hispania aduersus Annonem ad oppidũ Indibili cum animaduertisset Punicam aciem directam. De huiusmodi nominibus sic Priscianus lib. 6. Inueniuntur & barbara in I. Liuius vigesimo tertio ab vrbe condita: Illiturgi oppidum oppugnabatur.
☞ [Probat hanc correctionem Glareanus.]

IN EPITOMEN LIBRI XXIIII.

SYPHAX rex Numidarum in amicitiam ascitus contra Massanisam regem Masæsulorum pro Carthaginiensibus pugnans victus.) Syncera lectio, & sententia huius loci eruitur partim ex ipso Liuio, partim ex veteribus epitomæ libris, in quibus ita est, & à Massanisa rege Massyliorum pro Carthaginiensibus pugnante victus.

IN LIBRVM XXIIII.

VT ex Campania in Bruttios reditum est, Anno adiutoribus.) Sic libro priore ferè extremo: Anoibal ab
413 Nola remisso in Bruttios Annone cum quibus venerat copijs. DVCIBVS Bruttijs Græcas vrbes tentauit.) Polybius libro tertio omnem ferè Magnam Græciam ad Annibalem post Cannẽsem cladem desecisse ait: Sunt autem Græcæ vrbes Rhegium, Locri, & Croto, quas à Bruttijs separare videtur & hoc loco, & suprà, cum vnos ex Bruttijs Petellinos in fide Romana mansisse dixit, alioquin & Rhegini, & Locrenses, & Crotoniatæ etiam permanserunt. INTERIM Locrenses frumentum.) Hoc loco Locrenses à Pœnis oppugnãtur, cùm tamen priore libro antequam Anno in Bruttios rediret, eos & ad Pœnos desciuisse scripserit. & Romanis portas clausisse, neque verò occurri potest, eos postquam se à Pœnis ad Romanos contulissent, à Pœnis iouadi, neque enim de ijs ita hoc loco dixisset: Pauci magis taciti probarẽt constantem fidem, quàm probatam tueri auderent. Quid ergo est? an priore libro rem strictim ἐν σφίγγῃ demonstrauit, hic autem pluribus verbis ac consulto exposuit? Idem de Crotone iudicandum est, quod oppidum & priore libro captum esse à Bruttijs excepta arce dixit, & hoc loco repetit: verùm ibi breuiter, hic verò plurimis verbis. Ita est profecto, vt etiam in principio libro 25. ostendam. AB Annone nihil certi allatum.) Vet. lib. Ablatum.
VT plebes ab optimatibus dissentirent.) Vet. lib. dissentiret.
414 FIDEM erga populum Rom. quinquaginta annos ab se cultam.) De Hierone Rege loquitur, qui secundo
anno primi belli Punici in societatem venit Romanam M'. Valerio Maximo. M'. Otacilio Crasso coosulibus, vt
415 scribit Polybius, à quo anno ad hunc numerantur anni XLIX. LEGATI'QVE ad Annibalem missi, ac remissi ab eo cum Annibale nobili adolescẽtulo Hippocrates, & Epicides nati Carthagine, sed oriundi ab Syracusis.) Duos legatos vbiq; nominat Liuius ad Annibalem ab Syracusanis missos de fœdere contra Romanos iungendo Hippocratem & Epicidem, quia nati Carthagine erant, oriundi ab Syracusis, Annibalis adolescentuli tertij legati nusquam meminit nisi hoc loco. Quamobrem probo opinionem Henrici Glareani, qui legendum putat, ac remissi ab eodem Annibale nobiles adolescentuli Hippocrates, Epicides: ita vt mentio tollatur tertij le-
416 gati Annibalis, & omnia ad imperatorem Annibalem referantur.
TAM'QVE laxaret elatum pedem abstricto nodo.) Lego, ab stricto, ita postulante sensu.
417 MORAM vllam offerret.) Vet. lib. Afferret. VT tempora postulabunt belli.) Vet. lib. Vt belli tempora
418 postulabunt.
STANTIBVS vobis in aciem armatis.) Vet. lib. In acie. LACVS Thrasymenus, & Cannæ triste ad recordationem exemplar, at ad præcauendum simile vtiles documenro sunt.) Vet. lib. Vtilia documẽta sunt Quod magis placet: Sic enim inter se hæc respondebunt: Triste exemplar ad recordationem, vtilia documenta ad simile præcauendum. CVM securibus sibi fasces præferri.) Minatur se io eum animaduersurum, quod secures sibi præferantur, quas nisi extra vrbem consul non præferebat. PRÆTOR vnus refectus Q. Fuluius Flaccus nonum, alij creati T. Otacilius Crassus iterùm, Q. Fabius consulis filius.) Fœdam labem in his verbis insidentem nemo adhuc non solum non exemit, sed ne animaduertit quidem. Quid est enim, Refectus nonum? non ne qui nouies iam prætor factus est? certè, at hic honos nemini vnquam habitus est, ne ipsi quidem. Sequamur igitur auctoritatem manuscripti libri, in quo est. Prætor vnus refectus Q. Fuluius Flaccus, noui alij creati T. Otacilius. Interest autem an aliquis reficiatur, an nouus fiat. Nam qui reficitur, continuat magistratum in annum sequentem. Qui nouus fit, is aut tum primum, aut certe interposito anno hoorem illum rursus capit. MAXIMVM Rullum cum P. Decio ad bellum Gallicum. (Hi consules fuerunt anno CDLVII. Q. Fabius Maximus Rullianus V. P. Decius Mus. IIIII. Liuius lib. X. Sic postea Papirium, & Caruilium aduersus Samnites, Brutiosque & Lucanom cum Tarentino populum) L. Papirius Cursor II Sp. Caruilius Maximus II. consules fuerunt anno CDLXXX. etque ambo in magistratu de his populis triumpharunt. vt extat in Fragmentis Capitolinis. CVM summo imperatore opus esse reip. sciret, seque eum hand dubie esse.) Vet. lib. Quod cum summo imperatore opus esset reip. sciretque eum haud dubie esse. Ex prætoribus prioris anni proprætor Q. Mucius obtineret Sardiniam.) Vet. lib. Pro prætore.
419 HADRIÆ aram.) Vet. & Græci libri Adriæ.
FORTISSIMVS quisque pugnator esse desierat.) Adde hæc verba ex vet. lib. fide, incuria librariorum
421 omissa. Segnibus, ac timidis tradita pugna erat. EA demum vox ita animos accendit, atque renouaro clamore velut alij repente facti tanta vi se in hostem intuleruot.) Vet. lib. Ita animos accendit, vt reoouato clamore, velut alij repente facti tanta vi se in hostem intuleriot.
422 GRACCVM'QVE orabant, vt epulari permitteret militibus. Et Gracchus ita permisit: in publico epulareotur omnes.) Malim legi, si in publico epularentur omnes, vt reperenda sit vltima syllaba vocis præcedentis, permisit, quanquam eodem genere hoc libro vsus est Permissum ipsi erat, faceret quod è rep. duceret esse, POMPONIO pro prætore cum eo exercitu, qui super Suessulam in castris erat acciro) M. Pomponium pro prætore in agro Gallico manere iussum paulò ante tradidit. CVM coortum prælium videret.) Vet. lib. Cum cœptum prælio videret. GRAVITER est ab consule increpatus.) Vet lib. Increpitus.
423 PRÆERAT Statius Metius.) Vet. lib. Statius Minius. probo, ne duo prænomina coeant, Minij aotem gens Campana est, vt supra osteodi. Hic autem Campanus fuit.
424 HAVD multo minorem, quàm à Beneuenro acceperat reddidit hosti cladem.) Vet. lib. Ad Beneuentum.
TELESSIA, Cossa.) Vet. lib. Compsa. Ita vero nominari Irpinorum vrbem, quẽ nunc significat, anre etiam docui. STATIVAQVE ad Ardoneas communita.) Ptolemæus Erdoneæ in Apulis meminit. Ardonearum nemo.

nemo. Strabo lib. 6. χερδόνιαν. appellat, vt puto mendosè. NON id modestia militum, aut ducis, nisi ad conciliandos Tarentinorum animos fieri.) Vet. lib. Sed ad conciliandos. Quod genus dicendi planiùs est. P. VALERIVS legatus missus.) P. Valerium Flaccum, quem suprà Q. Fuluium Flaccum bis per mendum vocauit, significat. Hoc autem loco vulgo T. Valerius legebatur in vet. lib. hoc nomen omissum est. Suspicor autem ne M. Liuius potius reponendum sit, præsertim quod eo præfecto Tarentum amissum sit. Polybio, Liuio & Plutarcho auctoribus, quanquam apud hunc mendosè est μάρκιος λίβιος, pro μάρκος λίβιος. [Hœc ex Glareani commentarijs habet, omisso eius nomine.] SPE labefactandæ fidei haud absistens Salapiam tendit.) Vet. lib. ,,
Haud assistens. hoc sensu: Annibal vbi se à proditoribus Tarenti non excipi vidit, haud diu ad Tarentum assistens Salapiam tendit, quòd celeritate discessus speraret, se fidem hominum esse labefacturum, se Tarenti capiendi caussa cùm venisset, elusum esse, si legas: haud absistens spe, id erit æque ac si dicas: Haud spe destitutus.

ET insulam, & arcem, & alia quæ poterat, quæq; opportuna erant, præsidijs firmarat.) Insulam, Syracusarum quartam partem intelligit, non totam Siciliam, vt pòst dicam. TRANSVECTI per Thicam.) Vet. lib. Ticam. legendum est autem Tycham vel Tychen, pars vna & hæc Syracusarum fuit, quòd ibi templum Fortunæ esset, ita appellata: auctor Cicero in Verrem. IN Acradinam.) Vet. lib. Achradinam. Sic Stephanus: ἀχραδίνη νῆσος ἔχουσα πόλιν ἣν ἐπολιόρκησε μάρκελλος, καὶ ἀχραδίνη μοῖρα συρακουσῶν. Hanc etiam partem Syracusarum fuisse scribit eodem in loco Cicero. 425

VTRVM quod satis libertatis foret, contenti nec e tyranni essent.) Vet. lib. libertati, id est, quod ad libertatem recipiendam satis valeret. PERICVLVM'QVE ingens manet, nisi communi concordiæ consulitis, ne libera efferatur res. Post hanc orationem.) Nihil est obscurius his verbis: Ne libera efferatur res. Qua de re nos etiam admonuit Glareanus. Dicam ipse quid sentiam: puto legẽdum esse, Ne libera efferatur resp. Fecit enim litera prima sequentis vocis, Post, vt librarius literam, P, inconsultò præteriret. Verba autem sunt ad tyrannicidas, quorum hic est sensus: Quæ egistis magna sunt, sed inchoata vestra gloria nondum perfecta est. Nam nisi ciuitatis concordiæ consulitis, timendum est, ne resp. liberata intereat, quasi dicat: non est satis ciuitatem tyrannide liberare, nisi intestina seditione liberetur, alioquin fiet, vt quodammodo libera seruiat. Quod autem dixit, Efferatur, verbo vsus est translato. Efferri enim dicuntur cadauera. Sic lib. 28. Meo vnius funere elata populi Rom. esset Resp. SOPATRVM, ac Deomenem.) Vet. lib. Dionem. DEIN factio, & pauci auctores.) Vet. lib. Ac per pauci auctores. THEMISTIO.) Vet. lib. Themisto, & sic vbiq;. 426

SICVT tum extemplo prætores rogationem promulgarunt) Vet. lib. Sic tum extemplo. VT omnis regia stirpis interficeretur.) Vet. lib. Vt omnes regiæ stirpis interficerentur. DEMARATAM Hieronis, & Harmoniam Gelonis filiam.) Vet. lib. Demarata. Item filias. Stirps autem Hieronis regis hæc fuit. 427

Hiero Rex.

- Damarata vxor Andronodori.
- Gelo ante patrem mort.
  - Hieronymus Rex annorum xv. post Hieronem.
  - Harmonia vxor Themisti.
- . . . . . . vxor Zoili.
- Heraclea vxor Sosippi.

CLASSEM nauium centum Romanus habebat.) De Ap. Claudio loquitur, de quo ita Polybius lib. 8. ἄππιος μὲν ἑκατὸν πεντήρεσι ... μάρκος δὲ κλαύδιος πεζικὰς ἔχων δυνάμεις ἐφήδρευε τοῖς κατὰ τὴν σικελίαν. 428

VTRA societas sit vtilior longe minoris adeo rem momenti consultatione esse.) Vet. lib. Consultationem. Hinc ego, ad consultationem, lego. Sic enim paulò pòst: Esse etiam momenti aliquid ad consilium. Et Cicero de Fin. Ne minimi quidem momenti ad summum bonum adipiscendum. SED tamen Hieronis potius.) Si rectè attendas, nihil huic sententiæ deesse reperias, contra quàm statuit Glareanus, qui subaudit verbum ostendere. [Glareanus hoc loco nihil statuit, sed Academicum agit, vt solet.] 429

VT Leontinos irent.) Vet. lib. Vt in Leontinos irent. DVCVNT Megaram.) Vrbs Siciliæ Megara, quæ ante Hybla dicebatur auctore Stephano. Hanc etiam Megaras vocat Liuius. Et Plutarchus in Marcello, μεγαρέας πόλιν, fortè pro μέγαρας. 430

AD olympium, Iouis id templum est.) Thucydides ὀλυμπιεῖον vocat lib. 7. Huius templi Iouis Olympij Syracusis meminit lib. 16. Diodorus, ita: κατέστησε δὲ καὶ τὴν κατ' ἐνιαυτὸν ἐντιμοτάτην ἀρχὴν, ἣν ἀμφιπολίαν διὸς ὀλυμπίου οἱ συρακούσιοι καλοῦσι. 431

IVNCTÆ aliæ binæ ad quinqueremes &c. turres cõtabulatas, machinamentaq; alia quatiendis muris portabant) Hoc sic Plutarchus in Marcello: ἀλλὰ δὲ μεγάλη ζεῦγμα τι νεῶν ὀκτὼ πρὸς ἀλλήλας συνδεδεμένων μηχανὴν ἄρας ἐπέπλει πρὸς τὸ τεῖχος. Vterq; horum à Polybio sumpsit, qui lib. 8. ita scribit: ἅμα δὲ τούτοις ὀκτὼ πεντήρεσι παραλελυμέναις τοὺς ταρσοὺς, ταῖς μὲν ἐκ δεξιῶν, ταῖς δὲ τοὺς εὐωνύμους, καὶ συνεζευγμέναις πρὸς ἀλλήλας σὺν δύο κατὰ τοὺς ἐψιλωμένους τοίχους προσῆγον πρὸς τὸ τεῖχος διὰ τῶν ἐκτὸς τοίχων εἰρεσίας τὰς λεγομένας σαμβύκας. Quas Polyb. σαμβύκας dixit, turres contabulatas vertit Liuius. Porrò autem cum vterq; græcorum horum auctorum octo quinqueremes nominet, quę binę coniunctæ fuerint exemptis remis interioribus, suspicor ne quid vitij sit apud Liuium, præsertim verò cum Polybij locum hunc ad verbum verterit, sitq; legendum: Iunctæ aliæ binæ ad octo quinqueremes. MVRVM ab imo ad summũ crebris cubitalibus ferè cauis aperuit, &c.) Polybius sic: γινομένων δὲ αὐτῶν ἐντὸς βέλους πρὸς τῇ γῇ πάλιν ἑτέραν ὁ τοιαύτη παρασκευὴ πρὸς τοὺς ἀπομαχομένους ἀπὸ τῶν πλοίων. ὡς ἀνθρωπίνου ὕψους κατατετρήκασι τρήμασι τὸ τεῖχος ὡς παλαιστιαίοις τὸ μέγεθος κατὰ τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν. οἷς τοξότας καὶ σκορπίδια παραστήσας ἐντὸς τοῦ τείχους, καὶ βάλλων διὰ τούτων ἀχρήστους ἐποίει τοὺς ἐπιβάτας. 432

QVÆ propius quidem subibant naues quo interiores ictibus tormentorum essent, in eas tollendas desuper murum eminentem ferrea manus firmæ catenæ illigata, cum iniecta proræ esset, grauique libramento recelleret ad solum suspensa prora nauim in puppim statuebat. Pulcherrimus locus ita deformatus est, vt nulla neq; sententiæ, neq; latinitatis adsit integritas. Describit autem machinamenti rationem, quo Archimedes naualem belli apparatum, & oppugnationem Syracusarum elusit. Vitium verò est in his vocibus. In eas tollendas desuper murum eminentem. Quæ quid ad rem pertineant, non satis apparet. Ego autem vestigia germanæ lectionis sequutus, quæ sunt in vet. lib. hoc modo: In eas tollendo esuper murum eminente ferrea manu. Corrigendum puto: In eas tollenone super murum eminente ferrea manu. Est autem tolleno machina quæ ferrea manu sibi illigata naues in altum supendebat. De qua sic Festus: Tolleno dicitur machinę genus, quo trahitur aqua in alteram par-

tem prægrauante pondere. Et Vitruuius lib. 4. cap. 21. Tolleno dicitur quoties vna trabs in terram præfata defigitur, cui in summo vertice alia transuersa trabs longior dimensa medietate connectitur eo libraméto, vt si vnum caput depresseris, aliud erigatur. Est autem vsus hac voce Liuius lib. etiam 38. In arietes tollenonibus libramenta plumbi, aut saxorum, stipites ve robustos incutiebant. Est autem hic horum verborum ordo. Tollenone super murum emisso Archimedes prora nauis suspensa è ferrea manu firmè catenæ illigata, cum eadem manus iniecta proræ esset, & graui libramento ad solum recelleret, statuebat nauim ipsam in puppim. Hoc autem sic Polybius lib. 8. ἅμα δὲ ταύτῃ χεῖρα σιδηρᾶν ἐξ ἁλύσεως δεδεμένην, ᾗ δραξάμενος ὁ τὴν κεραίαν οἰακίζων, ὅθεν ἐπελάβετο τῆς πρῴρας, κατῆγε τὴν πτέρναν τῆς μηχανῆς ἐντὸς τοῦ τείχους, ὅτε δὲ κουφίζων τὴν πρῷραν ὀρθὸν ποιήσειε τὸ σκάφος ἐπὶ πρύμναν, τὰς μὲν πτέρνας τῶν ὀργάνων εἰς ἀκίνητον καθῆπτε, τὴν δὲ χεῖρα, καὶ τὴν ἅλυσιν ἐκ τῆς μηχανῆς ἐξέρραινε διά τινος σχαστηρίας. οὗ γινομένου τινὰ μὲν τῶν πλοίων πλάγια κατέπιπτε, τινὰ δὲ κατεστρέφετο, τὰ δὲ πλεῖστα τῆς πρῴρας ἀφ᾽ ὕψους ῥιφθείσης βαπτιζόμενα πλήρη θαλάττης ἐγίγνετο, καὶ ταραχῆς. Et Plutarchus ita in Marcello: ταῖς δὲ ναυσὶν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἄφνω ὑπεραιωρούμεναι κεραῖαι, τὰς μὲν ὑπὸ βρίθους στερεοῦ ὠθοῦσαι κατέδυον εἰς βυθόν, τὰς δὲ χερσὶ σιδηραῖς, ἢ στόμασιν εἰκασμένοις γεράνων ἀνασπῶσαι πρῴραθεν ὀρθὰς ἐπὶ πρύμναν ἀνεβάπτιζον. Hic sensus atque hæc lectio cùm & Polybij, vnde Liuius & Plutarchi, qui à Liuio sumpsit verbis confirmetur, satis magnam apud quenq;, vt reor, habebit auctoritatem. DEIN remissa subito, velut ex muro cadente nauim cum ingenti trepidatione nautarum, ita vndæ affligebant, vt etiam si recta recideret aliquantum aquæ reciperet.) Legendum puto, affligebat, vt vox Vndæ, sit casus dandi, non nominandi, hoc sensu: Archimedes qui suspensa prora nauim in puppim statuebat, eadem remissa eandem vndæ affligebat. Est autem dictum: Affligere vndæ, vt lib. 44. vasa parietibus affligunt. Et apud Ciceronem pro Rabirio: Nec tuas vnquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titij afflictam nauim videres. Hoc autem dixit Plutarchus: ναῦς ὑπὸ τὸ τεῖχος εἰσπεφυκόσι κρημνοῖς, καὶ σκοπέλοις προσηράσσετο. AD Heracleam, quam vocant Minoam.) Vrbs Siciliæ, de qua Stephanus in vtraq; voce: & Suidas. HIERONIS impensis, Archimedis vnica arte.) Polybius: ὡς ἱέρωνος μὲν χορηγοῦ γεγονότος, ἀρχιτέκτονος δὲ καὶ δημιουργοῦ τῶν ἐπινοημάτων ἀρχιμήδους.

433 PROFECTVS Carthaginem, accitusq; ibi, & ab legatis Hippocratis, & literis Annibalis, qui venisse tempus aiebat.) Qui, Accitus ibi, scribit, verè portenta scribit. Vet. lib. habent, Aditusque ibi. Quid est, literis Annibalis aditus? nihil aliud nisi linguæ latinæ monstrum. Legendum ergò: alteriusq;, vt intelligamus, Imilconem ab legatis Hippocratis, & alteris Annibalis Carthagine esse aditum: nam in veteribus libris est, & literisque, præterea. Qui venisse tempus aiebant, non aiebat. vt ad vtrunq; referatur. CIRCA Accillas vrbem.) Vet. lib. Actillas, atq; ita puto legendum: Nam Stephanus post ἀκραίφνιον vrbem sic ait: ἀκρίλλα πόλις σικελίας ἡ πλησίον συρακουσῶν. τὸ ἐθνικὸν ἀκριλλαῖος. Idem mēdum est apud Plutarchum in Marcello, qui inquit: εἷλε δὲ τὸ ἱπποκράτους περὶ ἀκίλλας στρατόπεδον. ACRAS perfugit.) ἄκρα τῶν συρακουσίων κτίσμα: Stephanus. ADEO vterq; populus in Siciliam intentus fuisse videri poterat.) Quid si legas optarat, id est, adeo Romanus Pœnusq; optarunt videri in Siciliam intentos esse, vt ab Italia in Siciliam verterint bellum. MVRGANTIAM primum.) Strabo μοργάντιον vrbem in Sicilia nominat: Stephanus etiam μοργάντιας dici scribit. AENNA in excelso loco.) Vet. lib. Enna. Item græci ἔννα.

434 PRÆSIDIO decedere apud Romanos capitale esse, & nec liberorum etiam suorū causa parentes sanxisse.) Vet. lib. Eam sanxisse, vt videatur esse legendum: & nece liberorum etiam suorum eam parentes sanxisse, vt cùm ait: Eam, legem intelligamus, qua capitale factum erat, præsidio decedere, ita vt ad rem referatur, non ad verbū, placet autem, vt de Torquato, qui in filium animaduertit, intelligatur, vt Valla docuit. CAVETE ne quisquam ex ijs supersit.) Vet. lib. Cauete, quisquam ex ijs supersit. SI vitandæ, non ferendæ causa.) Vet. lib. Inferendæ.

435 FVGA'QVE & cædes omnia tenet.) Vet. lib. Tenent.

CESSERE inde Romani propius pacata loca.) Vet. lib. Per prius pácata loca.

436 SAGVNTVM oppidum, quod causa belli esset, octauum iam annum sub hostium potestate esse.) Si primo

437 huius belli anno captum Saguntum est, hic autem annus eiusdem belli est quintus, vt Liuius auctor est, profectò pro octauo quintum annum est reponendum. [Hæc ex Glareano habet tacito eius nomine vt solet.] CN. Fuluius Centimalus.) Vet. lib. & lapid. Capitol. Centumalus. [Ita Badius.] QVOD in Cossano agro est.) Vet. lib. Compsano. Est autem Cossa Etruscorum, Compsa Samnitium. PATER filio legatus ad Suessulam in castra venit.) Valerius eandem historiam recitat lib. 2. cap. 1. vbi est Suessam, pro Suessulam. ET is, vt descenderet ex equo, inclamauit.) Vet. lib. Et vt is descenderet. CLASSIVS Altinus Arpinas.) Vet. lib. Clasius Altinus Arpinus, rectè: ab Arpis enim erat, vnde Arpini, non ab Arpino, vnde Arpinates dicti.

438 SI sibi præmio foret.) Vet. lib. præmium. CVM eam tunc rem ad consilium retulisset Fabius, alijs pro transfuga verberandus, necandusq; videri.) Vet. lib. pro, alijs, Altinus habent, perspicuè verùm. VT proditio pro septemuirali iudicio esset.) Vet. lib. Prodiris pelli septemuirali iudicio est. Locus deprauatus est. AD Faleriorum, Pyrrhi'ue proditorem.) Falerijs ludi magister principum libros Camillo tradidit, Nicias, vel Timochares se veneno sublaturum esse Pyrrhum Fabricio pollicitus est, in vtrunq; animaduersum est. Liuius libro quinto, Gellius libro tertio, capite octauo. ET non votitent, documentum autem ducat.) Vet. lib. Et non nocitiuum documentum: & hic locus insanabilis est, nisi quis de suo addens diuinare velit.

439 AB altero prętore Sempronio Tuditano oppidum Cliternum expugnatum.) Tuditano Ariminum prouincia obtigerat. Itaq; pro Cliterno, repono Aternū, quæ vox est in veteribus libris: & Strabo lib. 5. Aternum oppidum esse ait cum flumine eiusdem nominis Piceno vicinum. Cliternū collocat Ptolemæus in Sabinis. [Antonius Sabellicus antè Sigonium hoc docuit.]

SYPHAX erat rex Numidarum.) Hunc eundem Masæsulorum regem fuisse scribit lib. 28. his verbis, Sypha-

440 cem primum regem statuit tentare. Masæsulorū is rex erat. Et lib. 29. Masæsulorumq; fines, id Syphacis regnum erat. Egregiè: erant enim Masæsuli & Massyli Numidiæ populi, vt est apud Dionysium de situ orbis.

Τοῖς δ' ἐπὶ δὲ νομάδων παρεκτέαται ἄσπετα φῦλα.
Ἔνθα μασαισυλοί τε, καὶ ἀγχόνομοι μασαυλῆες
Βόσκονται.

Et Appianus in Libyco: Νομάδων δὲ τῶν ἐν λιβύῃ δυνάσται μὲν ἦσαν κατὰ μέρη πολλοί. σύφαξ δὲ ὑπὲρ ἅπαντας, καὶ τιμὴν εἶχε παρὰ τῶν ἄλλων ἐξαίρετον. Quod autem Massanissam Masæsulorum item regem vocat, mendosè, pro Massylorum, vocat: siquidem in hoc libro haud ita multo pòst ait: Galam Massanissæ patrem in altera parte Numidiæ, Massylia ea gens vocatur, regnasse. Et Appianus in Libyco ait: μασσυλίων δ' αὖ γένους ἀλλοίου παῖς ἦν τῷ Γαλαῖ μασσανάσσης. De Masæsulis autem sic Stephanus: μασαισυλία χώρα λιβύης προσεχὴς τῇ τῶν μαυρουσίων. τὸ ἐθνικὸν μασαισυλοι, καὶ μασαισυλεῖς, καὶ μασαισυλῖται. De Massylis autem sic: μάσσυλοι λιβύων γένος. πολύβιος ἐν ιβ' βίβλῳ μασσυλοῖς αὐτοὺς φησί. Et Eusthatius in Dionysium: μασσυλεῖς δὲ πολύβιος μασσυλοὺς λέγει. Hoc autem ita esse tum demum credidi, cum veteribus libris Liuianis, & epitomarum diligenter inspectis Masæsulos Syphaci, Massylios Massanisę apertè attribui vidi. Cuius rei nodum implicuit magis, quàm soluit Glareanus. [Glareanus neutiquam implicat,

Tu

Tu implicas tuis allegationibus & reticentia, Quin explicas in quibus nationibus: aut Africæ locis habitent »
Massyli, & in quibus Massæsyli.] CVM duobus Romanis relara Numida, legatosq; Hispaniá misit.) Vet. lib. Re- »
lata, Numidasq; legatos. vt præter Romanos legatos, quos remisit, Numidas & ipsum misisse intelligamus. AD CAPIENDAM fidem ab imperatoribus Romanis.) Vet. lib. Ad accipiendam. MASSYLA ea gens vocatur.) Vet. lib. Massylia. MASANISSAM.) Massanissam, græci enim μασανάσσαν, Vet. lib. Massanissa. SYPHAX cum paucis equitibus in Maurusios ex acie Numidas, extremi prope oceanum aduersus Gades colunt, refugit.) Legendum puto, Numidis, quasi cum paucis equitibus Numidis refugerit. Hoc facio, ne Marusios in Nnmidia reponamus. Quo nihil esse potest ineptius.

IN EPITOMEN LIBRI XXV.

ANNIBAL vrbem Tarentum præter arcem per Tarentinos iuuenes, qui se noctu venatum ire simulauerant, cepit.) In Vet. lib. est. Præter arcem, in quam præsidium Romanorum fugerat, per Tarentinos &c. IN INSIDIAS ductus. Vet. lib. Deductus. CONFLIXIT acie cum Annibale, qui cum exercitu eum cecidit.) Vet lib. Conflixit cum Annibale, & cum exercitu cæsus est. AD TRIGINTA septem milia cæsa ex mille octingentis præda ingens capta.) Emenda ex vet. lib. & ipsomet Linio. Ad mille octingentos triginta capti. præda ingens parta. 441

IN LIBRVM XXV.

SALENTINORVM.) Sallenrinorum, vt ante dixi. EODEM tempore in Bruttijs ex XXII. populis, qui anno priore ad Pœnos desciuerant, Consentini, & Thurini in fidem populi Rom. redierunt.) De Bruttiorum defectione sæpius agit Liuius, Omnes locos nominabo, vt si quid in hac re difficultatis insideat, leuemus. Anno DXXXIIII. Varrone & Paullo consulibus post Cannẽsem cladem ita loquitur: Defecere ad Pœnos Bruttij omnes Lucani, præter hos Surrentini, & Græcorum omnis ferme ora Tatentini, Metapontini, Crotonienses, Locrique. Lib. 22. Eodem anno. lib. XXIII. ita Petillia in Bruttijs à Pœnis capta, post Consentia. Tum Croto vrbs Græca à Brutijs occupata. Postremo Locrenses desciuere ad Bruttios, Pœnosq;. Rhegini tantummodo regionis eius in fide erga Romanos ad vltimum manseruut. Anno DXXXV. Ti. Sempronio consule, & lib. 24. scribit Rhegium à Pœnis frustrà tentatum. Locros ab eis captos. Croto à Bruttijs occupata, omnis Locros multitudo translata. Anno DXXVII. Q. Fabio, Ti Sempronio consulibus, lib. 25. ita. In Bruttijs ex XII. populis, qui anno priore desciuerant, Consentini & Thurini in fidem populi Rom. redierunt. Hoc loco, priorem annum videtur intelligere, annum DXXXV. & reditum ad Romanos factum esse anno DXXVI. quanquam de eo scribat in anno DXXXVII. illo anno omnium Bruttiorum populorum, quos hoc loco XII. fuisse ait, defectionem factam esse accipere debemus: ita vt ter de hac re locutus sit: primùm breuissimè, pòst aliquanto latiùs, idq; non suo anno, sed anno DXXXIIII. ad Cannensis cladis damna ingentia demoustranda, qua consternati tot populi defecerint: postremò latissimè anno suo DXXXV. quanquam ibi nihil de Petelia, & Consentia dixit, de quibus obiter antè dixerat. Hæc mihi pluribus verbis exponenda fuerunt, vt quoquo modo possem Liuium à Glareàni obtrectatione mea interpretatione defenderem, paulò pòst ostendam videri hoc loco legendum esse, Derinæi, non Thurini. [Glareanus secutus est Codicum quos habere potuit fidem, pulchrè occasionem præbens alijs inquirendi meliores codices. Hic omnia putat eo animo à Glareano facta, quo animo ille vbicunq; Glareani scripta »
vellicare conatur. Hoc etiam malè habet hominem, quòd Glareanus Liuium non vt deum colit, sed vt aliũ ho- »
minem sanæ mentis.] PRÆFECTVS socium.) Egregiè: tales enim fuisse præfectos scribit Polybius lib. 6. »
πραίφεκτοι δώδεκα ἄρχοντες προβεβλημένοι ὑπὸ τῶν ὑπάτων, οἱ τοῖς ὑπάτοις τοὺς ἐπιλεκτοτάτους πρὸς τὴν ἀληθινὴν χρείαν ἐκ τῶν παραγινομένων συμμάχων ἱππεῖς τε καὶ πεζοὺς ἐκλέγουσι τοὺς ἐπιλεγομένους ἐκστραορδιναρίους, ὃ μεθερμηνευόμενον, ἐπίλεκτοι. MVLTA prælia parua, haud vllum dignum memoratu fecit.) Vet. lib. Haud vlla digna memoria fecit. SACRIFICVLI ac vates ceperant hominum mentes.) Eandem rem expressit sic libro quarto: Animos multiplex religio, & pleraq; externa inuasit, nouos ritus sacrificandi vaticinando inferentibus in domos, quibus quæstui sunt capti superstitione animi. CVM emoueri eam multitudinem.) Vet. lib. Emonere. M. ÆMILIO prætori vrbis negotium datum est.) Emendandum est M. Atilio prætori vrbano. Nam hoc anno M. Atilius prætor fuit vrbanus, M. Aemilius peregrinus. Sic enim suprà Liuius. M. Aemilius prætor, cuius peregrina sors erat, iurisdictionem Atilio collegæ prætori vrbano mandarat, vt Luceriam prouinciam haberet. Item hoc libro infrà: Prætorum Fuluij Flacci, quæ Luceriæ sub Aemilio prætore essent. In libris porrò vet. est pro vrbis, vrbano, quomodo scribendum esse videtur. EDIXIT, vt quicunq; libros vaticinios, precationesue, aut artem conscriptam sacrificandi haberet, eos libros omnes, &c.) Hinc lib. 39. Quoties hoc patrum maiorumq; ætate negotium est magistratibus datum. vt sacra externa fieri vetarent? sacrificulos, vatesq; foro, circo vrbe prohiberent? vaticinios libros conquirerent, comburerentq; omnẽ disciplinam sacrificandi præterquam more Romano abolerent. C. PAPYRIVS C. F. Masso.) C. Papirius C. F. Maso, ex consulatu eius Capitolino, in quo primus in monte Albano de Corsis triumphauit.

CN. Seruilius Cepio.) Cæpio. ex Capit. lap. nummis argenteis, græcis monumẽtis, in quibus est καιπίων, & 442
per mendum, κεπίων. L. QVINTIVS Flaminius.) L. Quinctius Flamininus. ex lap. Capitol. CENTONEM.) Centhonem, lap. Capit. C. Claudius hic Centho Dictator consul antè fuerat cum M. Sempronio Tuditano. PRIMO comitiali die.) Varro lib. 5. Comitiales dies dicti, quòd tum iret populus ad suffragia ferenda, nisi si quæ feriæ conceptæ essent, propter quas non liceret, vt Compitalia & Latinæ. CN. Fuluius Flaccus, Claudius Nero.) Vet. lib. C. Claudius Nero. Eodem pòst etiam prænomine in consulatu afficitur. M. IVNIVS Syllanus.) Silanus, ex Capit. lap. & græcis libris σιλανὸς. P. Cornelius Sylla.) Lap. Cap. Sulla. Cæterùm P. hic Cornelius Rufinus dicebatur, in hoc autem magistratu Suellæ cognomen inuenit, vt pòst dicam. AEDILIS Curulis fuit eo anno cum M. Cornelio Cethego P. Cornelius Scipio, cui pòst Africanus fuit cognomen.) Placuit hoc loco adscribere. Polybium lib. 10. auctorem esse P. Scipione cum L. Scipionem fratre ædilem fuisse. Quod innuit etiam Velleius libro secundo cùm ait. Nam censura Metellorum, patruelium, non germanorum fratrum fuit. quod solis contigerat Scipionibus. Commemorat enim fratres collegas in aliquo magistratu. AEDILICIA largitio hæc fuit.) De largitionibus ædilium Cicero libro secundo de Officijs. M. FVNDANIVS.) Vet. lib. M. Fundanius Fundulus. Rectè est enim Fundulus Fundaniorum cognomen. Quod ex consulatu Capitolino C. Fundanij Funduli anno DX. intelligi potest. CLAVDIVS Nero Suessulam.) Vet. lib. C. Claudius, vt antè. M. IVNIVS Syllanus inter consules.) Assentior Vallæ & Glareano, quatenus voces illas, inter consules, mendosè esse dixerunt: dissentio ab ijsdem, quatenus pro ijs, Etruriam, esse restituendum putarunt. Neque verò nego. quin M. Iunius prætor Etruriam sit sortitus, siquidem in anno sequẽti ita ait: Prætoribus prioris anni.

M.Iunio in Etruria, P.Sempronio in Gallia prorogatum imperium est, sed illud dico, non Etruriam, sed Tuscos, esse reponendum non solũ hoc in loco, sed etiã infrà, vbi ait: M.Iunio inter consules legiones vrbanæ prioris anni datæ, vbi, in Tuscos, legendum esse dico. Me autem, vt ita sentiam, adducit primùm Liuius, qui ita loqui solitus est, vt in anno DLX. Prætores prouincias sortiti L. Aurunculeius vrbanam, Cn.Fuluius peregrinam, L. Aemilius Regillus classem, P.Iunius Tuscos: & paulò pòst: P.Iunius in Tuscos exercitum scribere iussus: deinde erroris verisimilitudo. Nam pro Tuscos, vel in Tuscos, factũ est à librarijs intus COS. & inter COS. Quæ qui explicare omnibus literis voluerunt, inter consules, & intus consuli, & creatus consul, hæc enim omnia in veteribus libris alijs atq; alijs inueniuntur, scripserunt. HISPANIÆ P.Cn.Cornelius.) Vet.lib.P.& Cn.Cornelijs. POPVLANTEM temerè agros in Lucanis.) De eo ita huius libri initio. Prosperis aliquot populationibus in agro Bruttio iusti ducis speciem nactus. QVIA publicum periculum erat à vi tempestatis in ijs, quę portarētur ad exercitus.) Hac de re sic lib.24. extremò. Alterùm postulatum publicanorum fuit, vt quæ in naues imposuissent, ab hostium tempestatisq; vi publico periculo essent. EA fraus indicata M. Aemilio prętori priore anno fuerat.) Superiore anno, vt ostēdi, M.Atilius in vrbe mansit, quippe qui prætor esset vrbanus: reliqui prætores in prouincias profecti sunt. Ergo M.Atilio, vt antè corrigendum. QVIA patres ordinem publicanorum in tali tempore offensum nolebant, populus seuerior vindex fraudis erat.) Miratur Glareanus quid sit, quod cum populum fraudis vindicem vocet Liuius, paulò pòst, plebis consilium habitum esse hac de re dicat, neq; intelligit, cùm de tributis comitijs agitur, vt hoc loco, populum pro plebe accipi, præsertim verò cùm ab his comitijs patres essent exempti. [Hoc ipsum vult Glareanus populum pro plebe accipi, sed sic non tollitur obscuritas.] Quod Liuius tradidit lib.2. Insignem annum maximè tributa comitia efficiunt res maior victoria suscepti certaminis, quàm vsu: plus enim dignitatis comitijs ipsis detractum est patribus ex consilio summouendis, quàm virium, aut plebi additũ, aut demptum patribus: & eodem libro, Consules, nobilitasq; ad impediendã legem in concione cõsistunt, summoueri Lætorius iubet, præterquam qui suffragium ineant. Item Gellius lib.15. cap.27. Is, qui non vniuersum populum, sed partem aliquam adesse iubet, non comitia, sed concilium edicere debet. Tribuni autem neq; aduocant patricios, neq; ad eos referre de re vlla possunt. Ita ne leges quidem propriè, sed plebis scita appellantur, quæ tribunis pl. ferentibus accepta sunt. Sæpe autem populi voce Patres etiam continentur, vt eodem in loco significat Liuius. Consul Appius negare ius esse tribuno in quenquam nisi plebeiũ, non enim populi, sed plebis eum magistratum esse. TRIBVNI plebis, &c. ducentum millium æris multam M. Postumio dixerunt, cuius certandæ cùm dies aduenisset.) Magistratus multare quenquam non poterat, sed multam pronunciare, quàm deinde populus aut iuberet, aut remitteret. Illud erat multam dicere, hoc multam certare. Sic lib.3. de Legibus Cicero: Magistratus nec obedientem, & nocuũ ciuem multa, vinculis, verberibusúe coercento, ni par, maiorúe potestas prohibessit, ad quos prouocatio esto. Cùm magistratus iudicassit, irrogassitúe, per populum multæ, pœnæ certatio esto. Et Philip.XI. Crassus consul Pont.Max. Flacco collegæ Flamini Martiali multam dixit, si à sacris discessisset, quam multam populus Rom, remisit. Sic Liuius paulò pòst: Tribuni pl. omissa multę certatione rei capitalis diem Postumio dixerunt.

443 TESTVLIS datis, tribuni populum summouerũt, cistellaq; allata est, vt sortirentur, vbi Latini suffragium ferrent.) Vet.lib. habent, omnes, Vestibus datis. Quæ lectio neglecta est sine causa. In einsmodi enim re sic loquitur Cicero in prætura vrbana: Accusabo, respondebis: testibus editis ita mittam in consilium, vt etiam si lex ampliandi faciat potestatem, tamen isti turpè sibi existimēt, non primo iudicare: & lib.26. Liuius. Bis est accusatus, pecuniæq; anquisitum, tertio testibus datis, cum iurati permulti dicerent, fugæ initium à prætore ortum, tanta ira accensa est, vt capite anquirendum concio succlamaret: Sic hoc loco: Tribuni. qui diem dixerāt, datis testibus summouent populum, vt tribus ad suffragãdum introuocent. Quod est æquè atq; iudices in consilium mittere. Præterea pro, Cistella allata est. Vet.lib. habēt: Si te illaq; lata est, vt sitella, magis probem. Sic Cicero lib.1. de Nat. deorum. Vt igitur Ti. Gracchum cum videor concionantem in Capitolio videre de M. Octauio deferentem sitellam. Idem tamen est, cistula, vt ad Heren. lib.1. Ille nihilominus cistulam detulit. Et paulò pòst: pontes disturbat, cistas deijcit. Has vocat ὑδρίας. Plutarchus in Tiberio: καὶ τὸν δῆμον αὐτοῦ καλοῦντος ἐπὶ τὴν ψῆφον, ἡρπάσθησαν ὑπὸ τῶν πλουσίων αἱ ὑδρίαι. Sitellam autem tulerunt tribuni, vt ea sortè tribus educerentur, in quibus Latini ciues Romani facti suffragium ferrent, quasi verò in alijs tribubus censerentur, in alijs suffragarētur. CONSILIO diem eximeret.) Nota forma dicendi aliorum interpretatione facta est. Cicero de leg.3. Diem tollere dixit. Idemq; sæpius Eximere. Quod est, ne quid eo die conficiatur in populo, vel in senatu de re aliqua, vel dicendo, vel alia ratione impedire. VOS in ordinem coactos esse.) Idem est in ordinem redactus: Quo de genere dicendi sic Priscianus lib.18. In ordinem redactus est, id est, inter viles & abiectos connumeratus est. Liuius lib.30. ab vrbe condita, Tribuni plebis in ordinem redacti pro cõtemptissimis habiti sunt. Hinc etiam extra ordinem redacti, pro egregijs dicuntur. Attici ἐγχειρητικώτερος ἀρετ. Ξενοφῶν Ἑλληνικῶν δ, ἦν δὲ οὗτος ὁ ἀνὴρ οὐ χεῖρόν τι, μᾶλλον δὲ συντεταγμένος, καὶ ἐγχειρητικώτερος αὐτοῦ. M. FVRIVM Camillum.) Hac de re lib.5. DECEMVIROS ante eum.) lib.3. TRIBVNI pl. vocarunt plebem. quæ ita sciuit. Si M. Postumius.) Hanc lectionem nobis olim restituit Valla, cùm legeretur Tribuni plebis vocarunt, plebesq; sciuit, & ita: Tribuni plebem vocarunt. Nos autẽ germanam lectionem esse censemus. Tribuni plebis plebem rogarunt, plebesq; sciuit. Sic enim lib.3. M. Duilius tribunus plebis plebem rogauit, plebesq; sciuit. Et lib.26. Vt M. Antistius tribunus plebis rogationem ferret, sciretq; plebs. Et lib.27. Ex auctoritate patrum ad plebem latũ, plebemq; sciuisse. Et lib.31. Tribuni ad plebem tulerũt, plebesq; sciuit. Et Cicero Philip.1. Hoc accepimus à maioribus ius rogãdi. Consules populũ iure rogauerunt, populusq; iure sciuit. NOVVS Pontifex M.Cornelius Cethegus.) L.Lentulus duobus sacerdotijs præditus fuit, Pontificatu, & Pontificatu maximo. In eius mortui locum M.Cornelius Cethegus Pontifex factus est, P. verò Crassus Pont.Max. ET Licinius Crassus.) Vet.lib. Et P.Licinius Crassus, quo eodem prænomine postea in consulatu afficitur. ANTE hunc intra centum annos, & viginti nemo præter P. Cornelium Calussam Pont.Max. creatus fuerat, qui sella curuli non sedisset.) Nusquam alibi Calussam cognomen reperi. Puto autem legẽdum esse, Scapulam, vt P. Cornelius Scapula intelligatur, qui annos antè prope viginti consul fuit. VT qui minores septem, & decem annis sacramento dixissent, ijs perinde stipendia procederent, ac si septem & viginti annorum, aut maiores milites facti essent.) Vet.lib. Ac si septem & decem annorum. Hæc est enim ætas militaris legibus constituta. Qui cum P. Lentulo militabant.) Hin anno DXXXVI. Siciliam prouinciam in prætura habuit, eandemq; biennio pòst prorogato imperio obtinuit.

444 CONSVLEM te M.Marcello.) Vet.lib. Consulem, inquit, te M. Marcelle. QVI capti à Pyrrho ad Heracleam erant.) Hæc pugna pugnata est P. Valerio Læuino consule duce. De qua Plutarchus in Pyrrho, Florus, Orosius. Qui scripsit de Viris illustribus. IMPERATORE eo, cui.) C. Terentio Varrone lib.22. AD Aliam prope omnis exercitus fugit.) lib.5. AD Furcas Caudinas.) lib.9. VT vlla ignominia ijs exercitibus inureretur.)

tur.) Valla, restituit, Innreretur, cùm in Vet. lib. legeretur: Quæreretur, vt hodie quoq; legitur. Mihi verò vetusta lectio placet, vt quemadmodum Cicero dixit, Quærere alicui honores, sic Ignominam quærere dicamus. Quod verbum eò huic loco accommodatius est. quod genus ignominię, qua notati sunt Cannenses isti milites, nouum & nunquam antea vsurpatum est. Cicero Philip. 9. Vellem dij immortales fecissent, vt viuo potius Ser. Sulpicio gratias ageremus, quàm mortuo honores quæreremus. APVD patres nostros captiui.) Bello Pyrrhi. EX Cannensi acie.) Vet. lib. Pugna.

DVM ne quis eorum munere vacaret.) Id est, dum ne quis excusatus vacationem haberet militiæ. Sic enim 445
lib. 26. Quibus senatus missionem, reditumq; in patriam negauerat ante finem belli. REFICIENDIS ædibus Fortunæ, & matris Matutæ.) Vet. lib. Fortunæ, & Martis, vt suspicandum sit, ne vox, Matutæ, afficta sit ab ijs, qui Matris pro Martis legerunt. EX ijs tredecim ferè nobiles Tarentini coniurauerunt.) Vet. lib. nobiles iuuenes Tarentini, egregiè: nam paulò pòst subiungit: Conspecta ea præda iuuenum est. Ex ijs autem quod ait, ob ea, intelligendum est, id est, ob supplicium de obsidibus Tarentinis sumptum. NICO, & Philomenes.) Vet. lib. Philomenus. Polybius lib. 8. νίκων καὶ φιλήμενος.

NOCTE per speciem venandi vrbe egressi ad eum proficiscuntur.) Ex hoc loco incipit fragmentum huius 446
Historiæ apud Polybium libro 8. vnde hæc ad verbum sumpsit Liuius: τὸ μὲν οὖν πρῶτον ὡς ἐπ' ἐξοδίαν ὁρμήσαντες ἐκ τῆς πόλεως, καὶ συνεγγίσαντες τῇ παρεμβολῇ τῶν καρχηδονίων νυκτός, ἄλλοι μὲν συνεπαδιέντες εἰς τινα τόπον ὑλώδη παρὰ τὴν ὁδὸν ἔμειναν. ὁ δὲ φιλήμενος, καὶ νίκων προσῆλθον πρὸς τὴν παρεμβολήν, &c. FIDE sanxerunt, liberos Tarentinos leges, suaq; omnia habituros.) Sic Polybius: αὐτοί τε τοῖς περὶ τὸν αννίβαν ἔδοσαν πίστις, καὶ παρ' ἐκείνου ἔλαβον ἐπὶ τούτοις· ἦ ταραντίνους ἐλευθερώσειν, καὶ μήτε φόρους πράξασθαι κατὰ μηδένα τρόπον, &c. DONABAT aut præfecto, aut custodibus portarum.) Polybius: διὸ τοῦτο μὲν ἐποιήσαντο ἐξοδίας διὰ τῆς ἀνοιγομένης ὑπ' ἐκείνων πρότερον μὲν τῆς ὑπὸ τῆς πόλεως τετραμμένης πύλης λαθεῖν διὰ τὸ τοὺς μὲν φυλάττοντας τὴν πυλῶνα. Quo in loco C. Liuium præfectum appellat, quem postea Liuius M. Liuium Maçatum, Cicero in Catone M. Liuium Salinatorem. ÆGRVM simulabat.) Polybius: ὁ δὲ πάλαι ἐπεποίει σκῆψιν, ὡς ἀρρωστῶν. TRIDVI via aberat.) Sic Polybius: ἀπέχοντος τοῦ στρατοπέδου τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν τοῦ τάραντος. DECEM millibus peditum atq; equitum, quos in expeditione velocitate corporum, ac leuitate armorum aptissimos esse ratus est, electis.) Polybius: παρασκευάσας εἰς τι τὴν ἱππείαν, καὶ τῶν πεζῶν τοὺς διαφέροντας δυνάμει καὶ τόλμῃ περὶ μυρίους τὸν ἀριθμόν. QVARTA vigilia noctis.) Polyb. ὑπὸ τὴν ἑωθινήν. PRÆMISSISQVE octuaginta ferè Numidis equitibus, &c.) Polyb. τῶν δὲ νομαδικῶν ἱππέων εἰς ὀγδοήκοντα προχειρισάμενος, ἐκέλευε προπορεύεσθαι, &c. IPSE rapt. m agmine facto, quindecim fermè millium spatio castra ab Tarento posuit.) Malim, agmine acto, quod est, moto. Quod Liuius quindecim millia, Polybius, ὡς ἑκατὸν εἴκοσι σταδίων. ET ne ibi quidem nunciato, quo pergerent, tantum conuocato milites monuit, via omnes irent, &c.) Malim quo pergerent, de Annibale enim loquitur: de quo sic Polybius: καὶ συναθροίσας τοὺς ἡγεμόνας, κυρίως μὲν οὐ διεσάφει τὴν ἐπιβολήν, ἁπλῶς δὲ παρεκάλει συνέχειν ἑαυτοὺς ἐν τῇ πορείᾳ τοῖς ὑφ' αὐτοὺς ταττομένοις, &c. quo in loco legendum est ex Liuio: κυρίως μὲν οὐ διεσάφει. Illud etiam interest, quod Liuius milites, Polybius duces conuocatos scribit. NEV quid nisi ducum iussu facerent.) Polybius: καὶ μηδὲν ἰδίᾳ πράττειν παρὰ τὸ τῶν προεστηκότων. Sic enim legendum, non autem: καὶ μηδὲν ἰδίᾳ διαπραγματεύειν. vt legitur vulgò. INTEREA adeò nihil obedienter curatum est, vt contra pro argumento fuerit illa procursatio Numidarum, Annibalem exercitumque castris non mouisse.) Breuius Polybius: τὸ γὰρ μὲν ὅλας πράξεως διὰ ταῦτα καὶ μᾶλλον ἀνύποπτος ἦν ὁ λίβιος, id est, Ex his minus suspecta tota actio Liuio Præfecto erat. Quod autem ait Liuius: Nihil obedienter curatum est, ab equitibus intellige, quos ad arcendas populationes Numidarum præfectus emiserat. ANNIBAL concubia nocte mouit. Dux Philomenus erat cum solito captę venationis onere.) Polyb. ἐκεῖνος τὴν προειρημένην κυνηγέτης τῆς γεγονυίας συνθήκης καὶ τὸ τείχει περὶ μέσας νύκτας, καθηγεμόνα τὸν φιλήμενον ἔχων, ὃ παρεσκευασμένος ἄγειν αὐτῷ πρὸς τὴν διατεταγμένην χρείαν. PARTE alia portam Temenitidam adiret Annibal. Ea mediterranea regione Orientem spectabat, aliquantum intra mœnia includitur.) Vet. lib. Temenida. Sic etiam Polyb. κατὰ τὴν ἀπὸ τῆς μεσογαίας πρὸς ἕω δὲ κειμένην πλευράν, ὡς ἐπὶ τὰς τημενίδας προσαγορευομένας πύλας. Quod ait: aliquantum intra mœnia includitur: intelligendum est nihil eiusmodi de porta à Polybio afferri, sed de sepulchris quibusdam, ad quæ Nico, & socij eius venerunt, vnde ignem excitarunt, ut & Polybius, & Liuius ait: Editus ex composito ignis ab Annibale refulsit. Idem redditum ab Nicone signum. Hæc autem sepulchra intra mœnia, atq; intra portas fuisse scribit Polybius: ἐγγὺς ἦσαν τοῦ τάφου. τὸ γὰρ πρὸς ἕω μέρος τῆς ταραντίνων πόλεως μνημάτων ἐστὶ πλῆρες, διὰ τὸ τοὺς τελευτήσαντας θάπτεσθαι ἐν αὐτῇ καὶ νῦν ἔτι τοῦ ἐντὸς. Est pòst: διὰ ταῦτα δὲ ἐλθόντες καὶ νῦν τοὺς μεταπεμψάμενοι ἐντὸς τῆς πυλῶν. In Vet. lib. est. Aliquantum intra mœnia includuntur, vt omnino locus hic totus videatur ita esse supplendus. Conuenerat autem vt Philomenus portula assueta venationem inferens armatos induceret, parte alia portam Temenida adiret Annibal. Ea mediterranea regione Orientem spectabat. Nico cum socijs ad monumenta esset. Ea aliquantum intra mœnia includuntur. Nam nisi ita suppleas, vanum erit quod sequitur: Cùm portæ appropinquaret, editus ex composito ignis ab Annibale refulsit, idem redditum ab Nicone signum: Neq; enim quid cum Nicone Annibali conuenisset præcessit. EDITVS ex composito ignis ab Annibale est, refulsitq;.) Vet. lib. Ab Annibale refulsit. ANNIBAL cum peditũ agmine ingreditur, equites subsistere iubet, vt quo res postulet, occurrere libero campo possent.) Polybius apertiùs, ait enim Annibalem in forum venisse, equites intra mœnia subsistere iussisse, quare paulò pòst Liuius: Cum silentio in forum ducti Annibale se iunxerunt. PORTVLÆ parte alia.) Vertit ex Polybio πυλίδα, & πυλίδα portulam. VIX sustinere grandis bestiæ onus.) Polyb. ἐπὶ τὸ πλῆθος ἐπιβαρυνόντων, φέρουσι γὰρ ἦν ἄγειν. SEQVVTVS ipse cum expedito venatore.) Polyb. καὶ σὺν αὐτῷ νομαδικὴν ἔχων διασκευὴν ἐπιτρ. INGRESSI deinde triginta ferè armati.) Polybius Afros triginta fuisse ait.

TVM duo millia Gallorum Pœnus in tres diuisa partes per vrbem dimittit, Tarentinos, & Afros quam maximè frequentia occubare iubet.) Sæpe fit, vt qui locum se emendare existimet, is non solum non emendet, sed magis etiam deprauet, ac cuiusdam sensus specie cæteris facultatem cognoscendę labis omnem eripiat, vt hoc loco Valla, qui cùm legatur in veteribus libris, Tarentinos & infrà: putauit emendatum esse locum, si pro, infra, Afros, reposuisset. Cæterùm Polybius docet non ita legendum, multo verò minus ita interpretandum hunc locum esse, neque enim aut Tarentini, aut Afri ab Annibale ad occupãda frequentia missi sunt, sed Galli ducibus iuuentibus Tarentinis, quod etiam addit Liuius: quanquã quid est, Frequentia? quis sic latinè locutus est vnquã? occupare frequentia. Polybius Gallis mandatum esse ab Annibale ait, vt aptissimas quasq; in forum ferẽtes vias occuparent. Hinc ego voces, Tarentinos, & fœdissimè deprauatas esse existimo, pro, & ferentes vias, vocem aũt, infra, in fora, legendam esse, vt ita sit. Tum duo millia Gallorum Pœnus in tres diuisa partes per vrbem dimittit, & ferentes vias in foro quàm maximè frequentia occupare iubet. Atq; sensum hunc esse exploratum habeo. Polybius: ἀπομερίσας δὲ τῶν κελτῶν εἰς δισχιλίους, καὶ διελὼν εἰς τρία μέρη τούτους συνέστησε τῶν νεανίσκων δύο πρὸς ἕκαστον μέρος τῶν τὴν χρείαν παρεχόντων. προστάξας διαλαβεῖν τῶν εἰς τὴν ἀγορὰν φερουσῶν ὁδῶν τὰς εὐκαιροτάτας. & paulò pòst πανταχόθεν συντρέχειν τοὺς ταραντίνους ἀτάκτως, id est, cum Tarentini in fora concurrerent. Liuius paulò pòst: Viam ferentem in agros & lib. 20. Via quę

Suessulam fert. PRÆFECTVS primo excitatus tumultu.) Polybius, C. Liuium præfectum ad portam, atq; inde in arcem peruenisse, item scribit. Liuius nomen præfecti omittit, ne notam familiæ suæ nomini aliquam inureret, siquidem C. Liuij præfecti culpa, quem ebrium etiam tum fuisse ait Polybius: Tarentum amissum esse constat. TERROREM & tuba audita ex theatro faciebat. Nam & Romana erat à proditoribus ad hoc ipsum præparata, & inscienter à Græco inflata quis, aut quibus signum daret incertum efficiebat.) Vet. lib. Scienter, idque rectè: sic enim Polybius: οἱ δὲ τοῦ Φιλημένου ἀπομασσάμενοι σάλπιγγας ῥωμαϊκάς, καὶ τινὲς αὐτῶν χρῆσθαι δυνάμενοι διὰ τὴν συνήθειαν, στάντες ἐπὶ τὸ θέατρον ἐσήμαινον. POSTQVAM lux certior erat, &c. tum Annibal Tarentinos sine armis conuocare iubet.) Polybius: ἅμα δὲ τῷ διαυγάζειν, ὁ μὲν Ἀννίβας ἐκήρυττε τοὺς Ταραντίνους ἄνευ τῶν ὅπλων ἀθροίζεσθαι πάντας εἰς τὴν ἀγοράν. PERSECVTI fuerant.) Vet. lib. Prosecuti: est enim officij verbum, quod huic loco conuenit. Polybius: ἀπεχώρουν εἰς τὴν ἄκραν. RECIPERE se in domos suas quenq; iussit, & foribus nomẽ suum inscribere.) Polybius: συνέταξεν ἑκάστοις εἰς τὴν ἰδίαν οἰκίαν ἐπανελθόντας μετὰ σπουδῆς ἐπὶ τὴν θύραν ἐπιγράψαι, Ταραντίνου. Inde τοῖς δὲ ἐπὶ τὰς ῥωμαϊκὰς καταλύσεις ἐπιγράψασι ταυτὸ τοῦτο θάνατον ὥρισε τὴν ζημίαν. Liuius. Si quis in hospitio ciuis Romani nomen inscripsisset, eum se pro hoste habiturum. Idem affert rationem, quæ non est apud Polybium. Vacuas autem cernebat domos. QVAM cùm & mari, quo in peninsulæ modum pars maior circumluitur, & præaltis rupibus, & ab ipsa vrbe muro, & fossa ingenti septam videret.) Et præaltis rupibus. Ex vacat, ex vet. lib. & sensu ipso. Intelligit enim arcem à mari præaltis rupibus septam fuisse, ab vrbe muro & fossa. Itaq; quod Glareanus hunc locum sequenti repugnare ait. Et est non altitudine, vt cætera, tuta, sed loco plano posita, non procedit: hic enim de altitudine, quæ mare spectat, pòst de ea, quæ terram, loquitur, siquidem in plano positam esse ait.

448 VALLO vrbem ab arce intersepire statuit.) Polybius: ἔκρινε διατειχίσαι τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς ἄκρας. ET si ferocius procurrissent.) Priscianus Liuium ait hoc loco scripsisse procucurrissent, vt Cato dixit: Concucurrisse. Polybius: θρασεῖς ὄντας τῶν Ῥωμαίων, καὶ τεταπεινωμένου ἐγκεχειρηκότος τοῖς ὑπεναντίοις. LOCI angustiæ eos, impedimentaq; alia opere iam cæpto alia apparatu operis morabantur) Placet vetus lectio, Impeditaq; alia, vt sit alia loca impedita opere iam cœpto, alia impedita apparatu operis VT simul interfaciendo muro adiuuaret.) Vet. lib. infaciendo. AD Galesum flumen, quinq; millia ab vrbe abest, posuit castra.) Polybius: κατεστρατοπέδευσεν ἐπὶ τὸ πεντήκοντα σταδίους ἀπέχον τῆς πόλεως παρὰ τὸν ποταμὸν ὃν οἱ μὲν περὶ Γαλαῖσον, οἱ δὲ τοῖς πλείστοις προσαγορευόμενον Εὐρώταν. MISSVM à Metaponto præsidium Romanis fecit animum.) Polybius: παραγενομένης ἐκ Μεταποντίου βοηθείας εἰς τὴν ἄκραν κατὰ θάλατταν, βραχὺ ταῖς ψυχαῖς ἀναθαρρήσαντες οἱ Ῥωμαῖοι νυκτὸς ἐπέθεντο τοῖς ἔργοις. ANNIBAL, conuocatis principibus Tarentinis, omnes præsentes difficultates exposuit.) Polybius: ἀθροίσας τοὺς Ταραντίνους ἀπεδείκνυε, διότι κυριώτατόν ἐστι πρὸς τοὺς ἐνεστῶτας καιροὺς τὸ τῆς θαλάττης ἀντιλαμβάνεσθαι. Et paulò pòst: ὑπέδειξε τοῖς Ταραντίνοις ὡς ἐὰν ἀποκλεισθῶσι τῆς κατὰ θάλατταν ἐλπίδος οἱ τὴν ἄκραν τηροῦντες, παρὰ πόδας αὐτοὶ δι' αὑτῶν εἴξαντες, λείψουσι ταύτην, καὶ παραδώσουσι τὸν τόπον. QVO si naues sint.) Vet. lib. Quod si naues sint. ASSENTIEBANTVR Tarentini, &c.) Polybius: ὧν ἀκούσαντες οἱ Ταραντῖνοι τῶν μὲν λεγομένων συγκατετίθεντο, &c. PVNICAS enim naues ex Sicilia accitas id posse facere.) Polybius addit, fieri hoc per ea tempora non potuisse. EVADENT, inquit Annibal.) Ficta à Liuio verba, quæ non sunt apud Polybium. VIA, quæ in portum per mediam vrbem ad mare transmissa est, transueham naues.) Polybius: ἡ δὲ συνεγγίζουσα τὴν πλατεῖαν διαλαμβάνουσα ἦν, τὴν ὑπάρχουσαν μὲν ἐντὸς τοῦ διατειχίσματος, φέρουσα δὲ παρὰ τὸ διατείχισμα ἐκ τοῦ λιμένος εἰς τὴν ἔξω θάλατταν, ταύτῃ διεκόμιζε τὰς ναῦς ἐκ τοῦ λιμένος εἰς τὴν νότιον ὑπερβιβάζειν πλάτεαν. Ex his apparet legendum esse apud Liuium, ex portu, non, in portum. Vet. quidem libri, in portu, habent. Transtulit enim plaustris naues è portu per vrbem ad mare, quod ad meridiem spectat. CONTRACTA extemplo vndiq; plaustra.) Latius rationem exponit Liuius, qua transuectæ naues sint, quàm Polybius, qui breuissime eam est complexus. HVNC statum rerum Annibal Tarenti reliquit, regressus ipse in hyberna.) Polybius: αὐτὸς δὲ φυλακὴν ἀπολιπὼν τῆς πόλεως ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ παραγενόμενος τριταῖος ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς χάρακα, τὸ λοιπὸν τοῦ χειμῶνος ἐνταῦθα διατρίβων ἔμενε κατὰ χώραν.

449 IN M. Aemilij prætoris vrbis.) Iam bis admonui priore anno A. Atilium prætorem vrbanum fuisse, non M. Aemilium, qui ad Luceriam cum exercitu fuit. Quare & hic M. Atilij prætoris vrbani, legendum. Ex huius Marcij duobus carminibus alterius postea aucta declarata auctoritas euentu, alteri quoq;, cuius nondum tempus venerat, afferebat fidem.) Valla sic legit: alterius post rem actam editi cum rato auctoritas euentu: at ex fide antiqui exemplaris ita legendum: alterius post ea acta editi certo auctoritas euẽtu. quanquam malim: post acta. Duo enim Marcij vatis carmina erant, inquit, quorum priore Cannensis clades iam accepta prædicta erat: posteriore Pœnorum fugatio ex ludis Apollini deo vouendis. Factum est autem, vt auctoritas prioris versus, qui post acta editus fuerat ex certo rei euentu comparata fidem quoq; alteri, qui antè rem editus erat, attulerit. IIS fiat esca caro tua.) Vet. lib. Fluat. Ego, Fuat. Festus: Fuam sim, vel fiam. Vergil. Tros, Rutulusue fuat: verbum antiquum est. hæc autem carmina redolent antiquitatem. DIOMEDIS Argiui campos.) Strabo lib. 6. λέγεται δὲ ἀμφότερα Διομήδους κτίσματα, καὶ τὸ πεδίον, καὶ ἄλλα πολλὰ δείκνυται τοῦ Διομήδους ἐν τοῖς τόποις τούτοις τῆς ἐκεῖ δυναστείας σημεῖα. HOSTES Romani si expellere vultis.) Hic totus locus tractatur ijsdem verbis à Macrobio lib. 1. Satur. quo in loco legitur: Hostem Romani si ex agro pellere vultis. QVI quotannis comiter Apollini fiant.) Vet. lib. & Macrob. communiter, quod est sumptibus populi, & priuatorum. vt se exponens subdit. PRIVATI vti conferant pro se suisq;.) Malim, Pro se quisq;. IIS ludis faciendis.) Vet. lib. & Macrob. His ludis. NAM is diuus extinguet.) Vet lib & Macrob. is diuus. PERDVELLES vestros, qui vestros campos pascit placidè.) Vet. lib. & Macrob. Pascunt. AD id carmen explanandum vnum diem sumpserunt.) Facit Macrobius, vt putem, mendum esse in voce, Explanandum, inquit enim, Ex hoc carmine cum procurandi gratia dies vnus rebus diuinis esset impensus. Puto autem apud Liuium legendum esse, Expiandum. Est enim idem Expiare, quod Procurare. Eadem macula multos etiam Ciceronis locos fœdauit, à nemine, quod sciam, adhuc notatos. Nam in oratione de responsis. Religionis explanatio vel ab vno Pontifice perito rectè fieri potest. vbi legendum est, Expiatio. Nam in eadem ait: Expiabo religionem ædium mearum. Et in Philippica prima: Vt inexpiabiles religiones in Rempublicam inducerentur. Item in eadem de responsis, cùm ait: Portentorum explanationes Etruscorum disciplina contineri voluerunt, Expiationes, restituendum. Etenim Valerius, qui ijsdem ferè verbis eundem locum libro primo, capite primo tractat, ait: Portentorum depulsas Etrusca disciplina explicari voluerũt. Ac vereor etiam, ne cùm Cicero ait de Diuin. lib. 2. Si ea dij nobis obijciunt, quorum neq; scientiam, neq; explanationẽ habeamus: legendum sit, expiationem. SACRA græco ritu facerent, ijsq; hostijs.) Ex Macrobio legẽdum, hisce hostijs. LVDOS prætor in Circo Maximo cùm facturus esset, edixit.) Prætor erat vrbanus P. Cornelius Sulla, idemq; ludos Apollinares hos ludos, qui deinde solennes prætorum vrbanorum fuerunt, primus fecit. Eundem Decemuirum vocat Macrobius, sic: Bello Punico secundo ludi Apollinares ex libris Sibyllinis primum sunt instituti suadente Cornelio Rufo decemuiro, qui propterea Sybilla cognominatus est, & postea corrupto nomine primus Sylla cœpit vocitari. Hinc etiam Velleius lib. 2. L. Cornelium Sullam, sic enim est in lapid. Capitol. non

Syllam,

Syllam, Dictatorem, sextum esse à P. Cornelio Rufino, qui Pyrrhi bello floruit, ait: Quod ita esse cum diuturna Romanarum familiarum obseruatione compererim, placuit etiam hoc loco subtexere.

P. Cornelius Rufinus Dictator. 421

I P. Cornelius Rufinus. COS. 462. 475. Dict. 476. bello Pyrrhi floruit.

II P. Cornelius Rufinus. de quo nihil comperi.

III P. Cornelius Rufus. præt. 538. Sibylla, post Sulla dictus. Macrob.

IIII P. Cornelius Sulla. præt. 564 — Ser. Cornelius Sulla legatus in Maced. 583.

V L. Cornelius Sulla de quo nihil.

VI L. Cornelius L. F. P. N. Sulla. COS. 662. 671. Dict. 658. Sextus à Cornelio Rufino. Vell. lap. Cap. — Ser. Cornelius Sulla.

L. Cornelius Sulla. Faustus. Pæd. — Fausta Cornelia — P. Cornel. Sulla. COS. abdic. 585. pro quo Cicero. — Ser. Cornelius Sulla

Hi Seruij Sullæ Dictatoris fratris filij dicuntur à Sallustio in coniuratione Pisonis.

Id pro cætera secordia, negligentiaq; à Campanis actum. Nam paulò plus CCCC. vehicula missa & pauca præterea iumenta.) Vet. lib. quadraginta, habent, non quadringenta: quod ad secordiam Campanorũ demonstrandam magis valet, de qua castigati ab Annone sunt, atq; ita profecto legendum. Alia prædicta dies.) Vet. lib. Prodita. Festus, Referri diem proditam.

Collegam quoque, & exercitum eius se acciturum, totumque eo versuros bellum.) Vet. lib. versurum. 450
Manipulares sui primum transcendentem fossam, dein legio tota sequuta est.) Vet. lib. Primum transcenderunt fossam. Capta itaque momento temporis, velut in plano sita, nec permunita castra.) Paulò antè negauit Pœnorum castra in plano esse, cùm dixit: Tantum pauoris iniecerunt, vt si in plano castra posita essent, haud dubiè primo impetu capi potuerint: altitudo loci, & monumenta defenderunt. Nunc ait, Ea castra momento capta, æque atq; si in plano sita, nec permunita fuissent. Itaq; non sibi repugnat.

Itaque Metapontini extemplo metu, quo tenebantur, liberati, ad Annibalé defecere. Hoc idem eadem 451
ora maris & Thurini fecerunt.) Anno DXXIIII. post Cannensem cladem acceptam, ad Pœnos Græcorum omnem fermè oram, Tarentinos, Metapontinos, Crotonienses, Locrosq; defecisse scripsit lib. 22. Quod dixi ita intelligendum esse, vt non statim eos defecisse accipiamus, sed sequentibus deinceps annis, vt cuiq; populo facultas oblata est. Nam Locrenses, Crotoniensesq; defecerunt anno DXXXV. Nunc demum verò anno DXXXVII. Tarentini, & Metapontini, Thurini, & Consentini priore anno à Pœnis ad Romanos redierant, vt initio huius libri dixit. ergo Thurini iterùm hoc anno deficiunt ad Pœnos Itaque quoniam mirabilè videri potest, eosdem quotannis deficere, neq; suspectam eorum, à quibus semel defecerint, fidem haberi: in altero horum locorum mendum esse suspicor, duosq; populos esse Terinæos, & Thurinos, suprà autem, Terinæi, & Consentini, hoc loco, Metapontini & Thurini legendum. Nam & Strabo, & Plinius Consentiæ Terinam, Ptolemæus Thurio Metapontum adnectunt. De Terina quidem Bruttiorum vrbe ab Annibale hoc bello euersa, quod se eam tueri posse desperaret. Strabo libro sexto. M. Atinius Thurinis cum modico præsidio præerat.) Vet. lib. Thurijs. Rectè. Thuriæ enim etiam dicuntur. Atinius tamen cum paucis receptus.) Vet. lib. Cum paucis se recepit: malim tamen, Receptus. à Thurinis enim primũ receptum, post ad naues deductum Atinium ait. Quod vrbi tam propinquæ tertium annum impunita defectio esset.) Capua defecit anno DXXXIIII. Ex quo apparet, cum, tertium annum, dixit, integros annos medios intelligere, extremos imperfectos non numerare. Alioquin Quintum, erat scribendum.

Ad exta, sacrificio perpetrato, angues duo.) De eodem prodigio Valerius cap. de prodigijs. Inten- 452
tius exta reserata seruarentur.) Vet. lib. Reseruata seruarentur. Fideque ab eo accepta, si Romanum is imperatorem tradidisset, liberos cum suis legibus venturos in amicitiam Lucanos, deducit Pœnum in locum pacis Gracchum adducturus.) Puto legendum esse, si manum sibi imperatorem. In vet. enim lib. sæpe est si pro sibi, quod imperiti eius scripturæ fecerunt, is. Cæterùm verba illa. Deducit Pœnum in locum pacis, deprauata sunt valdè. Vet. lib. Dedit Pœnus. Hinc hanc ego lectionem elicio. Fideq; ab eo accepta, si Romanum sibi imperatorem tradidisset, liberos cum suis legibus venturos in amicitiam Lucanos, dein edit, quem sit in locum cũ paucis Gracchum adducturus. Valerius libro primo, Gracchus hospitis insidijs in eum locum deductus, in quo Pœnorum dux Mago cum armata manu delituerat. Hunc tamen locum, quousq; melior lectio inueniatur, signandum esse asterisco puto.

Ad Cn. Cornelium quæstorem.) Ipsius Gracchi imperatoris. Tum Badius progressus ante stationes. 453
Hanc totam rem alijs tamen verbis expressit Valerius capit. de humanitate.

Itaque equestre prælium erat.) Vet. lib. Ita equestre prælium erat. Pugnatum tamé vt in nulla pa- 454
ri te duas amplius horas, concitata etiam donec dux stetisset Romana acie.) Huius lectionis auctor fuit Lau-

rentius Valla, cùm antea legeretur: Pugnatũ tamen vt in nulla parte duabus amplius horis concitata donec dux
stetisset Romanã aciẽ. Ex quibus verbis melior & sententię aptior lectio mihi videtur elici posse, quàm quę à Valla
collecta est, hoc modo: pugnatũ tamẽ duabus amplius horis vt in nullã partẽ concitata, donec dux stetit, Roma-
na acie. Sic loquitur etiã lib. 27. pugnatũ amplius duabus horis est, cedere inde cæpere. & lib. 42. pugnatũ est am-
plius tres horas, ita vt neutro inclinaret spes. Sensus est: Quanquam pugnæ haud dubius euetus erat, quod & im-
perator, & exercitus apud Romanos deterior multo erat, pugnatum est tamẽ per duas amplius horas ita egregiè,
vt in nullam partem Romana acies inclinari posset, donec dux eorum stetit, postquam autem cecidit, fusa est ex-
templo Romana acies. CASILINVM frumentum conuectum, ad Vulturni ostium, vbi nunc vrbs est, castel-
lum communitum, antè Fabius Maximus munierat, præsidium impositum.) Quod dicat, Vbi nũc vrbs est, non
est, quod desiderari quicquam putet Glareanus. Vulturnium enim oppidum intelligit, quod ad ipsius Vultur-
ni fluminis ostium fuit, vt Strabo lib. 5. tradit. duo autem maritima castella hoc loco nominat. Vulturnum, quod
in ore fluminis, & Casilinum, quod ad flumen ipsum Vulturnum fuit. Quod autem inquit, Vulturnum antè à
Fabio Maximo communitum fuisse, κατὰ συστήματα intelligendum est: non enim supra Vulturnum, sed Puteo-
los communitos esse à Fabio scripsit libro quarto. Tria autem fuisse castella hoc bello communita, Vulturnum,
Casilinum, Puteolos, ipse paulò pòst tradit ita, Ap Claudius cõsul D Iunio ad ostium Vulturni, M. Aurelio Cot-
ta Puteolis præposito, ipse Capuam regressus Q. Fuluium collegam inuenit Casilino omnia comportãtem, mo-
lientemq; ad oppugnandam Capuam. QVOQVE Mutius prætor ex Etruria coemerat.) Vet. lib. Alij Minu-
tius, alij Mutinius habent. Ergo M. Iunius. [Hic vide annotationes Glareani, & an Sigonius, vel ipse hunc lo-
cum emendant, cognosces.] Est enim M. Iunius Silanus is, cui Tusci, vt suprà diximus, euenerunt: neq; enim
Minucius vllus per hæc tempora prætor fuit, & Q. Mucius triennio antè in Sardinia, non in Etruria fuit, & nunc
in eadem prouincia prorogato imperio erat. Error natus est ex M. Iunius, Miunius, Minucius, Mucius.
455 CIRCA Herdoneam Romanæ legiones, & prætor Fuluius erant.) Suprà, Ardoneas, dixit, vt puto, per men-
dum, dum de Q. Fabio prætore Apuliæ loqueretur, in qua nunc est Cn. Fuluius. ANNIBAL quidem haud
quaquam simili exercitu, neq; ita instructo aderat.) Liber Vallæ habuit ita: Haud quaquam simili sua, neq; si-
mili exercitu. Ex quo ille correxit: Haud quaquam simili via. Ego verò reperi in vet. lib. Haudquaquam simili
sententia, neq; simili exercitu: Idq; probo.
456 C. LECTORIVM.) C. Lætorium lap. Capitol. nummi argentei. P CORNELIO.) Sullæ prætor vrbano.
DE exercitu volonum.) Festus, Volones dicti sunt milites, qui post Cannensem cladem vsq; ad octo millia cum
essent serui, voluntarie se ad militiam obtulere. NE PER metum, & desperationem hosti se dederent.) Vet.
lib. Ne qui per metum. AB Suessula ex Claudianis castris) Claudiana castra supra Suessulam à M. Claudio
Marcello communita intelligit, de quibus suprà. LIBEROS eos, ac suis legibus victuros) Suprà: liberos cum
suis legibus. Græci vno verbo αὐτονόμους, vocant.
DEINDE in piscatoria quidam naui.) In, abest à vet. lib. CIRCVMVECTI'QVE ita ad castra Romana.)
457 Ita, abest à vet. lib. DAMASIPPVS quidam Lacædemonius.) Vet. lib. Damippus. Plutarchus etiam in Mar-
cello: Δάμιππον τινὰ Λακεδαιμόνιον vocat. MEDIVS maximè atq; vtriusque opportunus locus ad portum Trogi-
lorum, & cętera, visus.) Malim: medius maximè vtriusque opportunus locus visus. Vacat enim vox, At-
que. AD portum Trogilorum.) De hoc loco sic Thucydides libro sexto: οἱ δὲ λίθους καὶ ξύλα ξυμφορήσαντες παρέβαλον
ἐπὶ τὸν Τρωγίλον καλούμενον ὅπερ βραχύτατον ἐγίγνετο αὐτοῖς ἐκ τοῦ μεγάλου λιμένος ἐπὶ τὴν ἑτέραν θάλασσαν τὸ ἀποτείχισμα. TVR-
RIM, quam vocant Galeagram.) Plutarchus in Marcello, πύργον τινα vocat, omisso Turris nomine. QVI ob
id ipsum intentius custodiebatur.) Plutarchus vertit, negligentius, cùm ait: φυλαττόμενον μὲν ἀμελῶς. FESTVM
Dianæ.) Eandem rem Plutarchus. PROPE Hexapylon est portula, ea magna vi refringi cæpta.) Plutarchus:
καὶ τὰ Ἑξάπυλα διακόψας. EPIPOLAS frequentem custodijs locum.) Stephanus: Ἐπιπολαὶ χωρίον ἀπόκρημνον περὶ
τὰς Συρακούσας. ἐκαλεῖτο δὲ αὐτό. Thucydides autem libro sexto: καὶ ὠνόμασται ὑπὸ τῶν Συρακουσίων διὰ τὸ ἐπιπολῆς τοῦ ἄλλου εἶναι,
Ἐπιπολαί. PARTIVM sensu non satis pertinente in omnia.) Sic Vet. lib. At Valla mauult, pertingente, Glarea-
nus pertendente: quasi verò Cicero non ita dixerit de natura deorum. Venæ in omnes corporis partes pertinen-
tes. IN Insula, quam ipsi Nason vocant.) Partem Syracusarum eo nomine intelligit. ILLACRYMASSE
458 dicitur.) Plutarchus idem tradit. ATHENIENSIVM classes demersæ.) Hanc historiam breuiter tangit Iusti-
nus libro quarto. Plutarchus in Alcibiade. Thucydides. TOT bella cum Carthaginiensibus.) His de rebus
lib. 19. & lib. 20. Diodorus agit. AD Euryalum signa referri iussit.) Stephanus: Εὐρύαλος ἡ μακρὰ πόλις τῆς Σικελίας,
πολίχνιον δὲ τῶν Συρακουσῶν ἀπόκρημνον. INTER Neapolim & Thicam, nomina partium vrbis, & instar vrbium
sunt.) Sic Plutarchus: πρὸς τὴν ἔξω πόλιν, ἧς τὸ μὲν νέαν, τὸ δὲ τύχην ὀνομάζουσιν. Cicero etiam in Verr. 6. Vnam Syracusa-
rum partem, Insulam, alteram Acbradinam, tertiam, quod ibi fanum fortunæ esset, Tychen, quartam quod po-
stremò ædificata sit, Neapolim nominatam esse tradit: ergo Tychen, hoc etiam loco scribendum PRECAN-
TES, vt à cædibus & ab incendijs parceretur.) Vet lib Vt cædibus & incendijs parceretur. NE quis liberum
corpus violaret.) Plutarchus: τῶν δὲ ἐλευθέρων σωμάτων ἀποσχέσθαι. PORTIS regione platearum patentibus.)
Portæ, inquit, castrorum patentes partem & regionem eam, quæ in plateas ferebat, spectabãt. Sic paulò pòst: Ex-
ponitq; milites regione portæ, quæ prope fontem Arethusam est. Forte dictũ pro, E regione, vt Cæsar. Cùm vter-
que vtriq; esset exercitui in conspectu, fereq; è regione castris castra poneret
459 VT NON modo non lacrymis.) Vet. lib. Vt non modo lacrymis. Hoc modo sępius Ciceronem esse locutum,
alij collectis multis exemplis docuerunt. Et vt ferro potius morerentur, quidam inuadebãt soli hostium statio-
nes.) Vet. lib. Ferro quidam inuadebant, vt vox, Ferro, iteretur. MVLTO tamen maior vis pestis Pœnorum
castra, quàm Romana, diu circunsedendo Syracusas, cæde, aquisq; affecerat magis.) Vet. lib. Cæde, aquisq; affe-
ratur magis enam hostium exercitu. Corruptissimus locus sine aut meliorum exemplarium, aut Polybij, apud
quem hæc historia intercidit, ope sanari non potest. Itaque signandus est asterisco. [Idem Glareanus habet.]
HAVD in magna oppida, cæterùm & situ, & munimentis tuta, tria millia alterùm ab Syracusis, alterùm quinde-
cim ab ostio.) Suspectas habeo voces ab ostio: neq; enim ostij supra vlla mentio: vereor ne corrupta vox sit, pro
distantia, quod oppida illa, alterùm tria, alterùm quindecim millia ab Syracusis abfuerint. [Et hic etiam hæsit
Glareanus.]
MISSI QVE nuncijs Heracleam) Siciliæ Heracleam intelligit. PROPE iterùm Romanis traditam.) Id
460 est, vt primo bello Punico primum traderant. MVLTITVDINE ad concionem conuocata.) Vet. lib. Voca-
ta. NOBILISSIMÆ, pulcherrimæq; vrbis Græcarum. Verba sunt Ciceronis de Syracusis, in VI. Verrina Ar-
chias autem eam coloniam, vt Strabo ait lib. 8. deductus ex Corintho profectus. FAMAE ne credi malis.)
Id est, Rogamus te, ne malis posteros fama accipere, quàm aspectu, quãta vrbs Syracusæ fuerint, ne gloriosiorem
tibi putes Syracusarum euersionem, quàm incolumitatem. INCOLVMES QVE Syracusas.) Aut nihil,
aut

tur aliquid eiusmodi desideratur. Sed saluas, incolumesq; Syracusas, Glareanus, alijq; vndique vitiosam esse su-
spicati sunt, credo ob dicendi genus, subauditur enim Oramus, vt alibi, sic etiam Liuius, vt lib. 29. Quibus per
vos, fidemq; vestram P. C. priusquam eorum scelus expietis, neq; in Italia, neq; in Africa quicquam gesseretis.
De Siculis autem Marcellorum clientibus Pædianus in Diuinationem.

NAVIM onerariam cum armatis remulco quadriremis trahi ad Achradinā iussit.) Onerarias naues nō con- 461
sueuisse remis agi indicat hic idem auctor lib. 27. Onerarias quoq; non eas solum, quæ remis agerentur. Remis
autem agi, non scapharum, vt Glareanus censet, sed aliarum nauium solitas fuisse intelligi potest ex primo Poly-
bij: ὅτι δὲ τούτους ἐκείνοις τὰς ἱππαγωγὰς, ῥύματα δόντες ἐξ αὐτῶν τοῖς ἐν τοῖς τε σκάφεσι. Et lib. 20. Diodori: ἐπαναλαβεῖν δὲ τὰς στρα-
τιωτικὰς, καὶ τὰς ἱππαγωγὰς ἐμπεπλησμένας ὑπὸ τῆς εἰρεσίας χωρίων. Ergo rectè Liuius, Remulco quadriremis trahi onera-
riam dixit, id est, impetu quadriremis, quæ remis agebatur. Sic etiam lib. 37. Contemplatus Eudemus ho-
stes claudas, mutilatasq; naues, apertis nauibus remulco trahentes. [Glareanus ait Grammaticos ita exponere,
vt sanè facit Badius, ipse nihil definit, sed Sigonius vbiq; quærit carpendi occasionem, vbi non erit locus,]

QVI inter præsidia Romana fuerant.) Vet. lib. Intra. [Ita Badius.] SE quidem tertium annum cir- 462
cumsedere Syracusas, non ne populus reseruatam ciuitatem haberet, sed ne transfugarū duces, captā & oppres-
sam tenerent.) Emenda ad fidem Vet. lib. Non ne populus Rom. seruam ciuitatē haberet. Erroris causa nota est.
CVM multa iræ, multa inuidiæ, auaritiæq; fœda exempla ederentur.) Vox inuidiæ, vacat, neq; eam veteres habēt
libri, neq; sensus postulat sic ergo lege, cum multa iræ, multa auaritiæ fœda exempla. ARCHIMEDEM memo-
ria proditum est.) Multas huius casus recitat sententias Plutarchus, quarum vna contentus fuit Liuius.

ET quocunq; occurrissent loco.) occurrisset. [Ita Badius.] ex vet. lib. de Indibili enim loquitur. CVM 463
obuijs hostibus manus conseruit.) Vet. lib. Manum.

DVCES Pœni.) Asdrubal Gisgonis & Mago, contra quos P. Scipio Inerat. NISI defuncto suo fratre bel- 464
lo.) Vet. lib Nisi defuncto fratre suo bello. Vox certè, suo, cum bello iungenda est, non cum fratre. NVNC ab
tergo, nunc in latera concursantes.) Vet. lib. Incursantes. Sic paulò pòst: Impetus incursantium Numidarum.
CIRCVNSPECTARE atq; agitare dux cœpit.) Vet. lib. Accogitare.

NEC moliri onera obiecta, nec cædere stipatas clitellas. Moliri dictum pro amoliri, vt pòst. Amoliri obie- 465
cta onera. & post: Fores nulla moliri potuerunt vi. IN propinquam castris turrim.) Appianus in Hispanica,
Cn Scipionem cum socijs in turri inclusum crematum fuisse scribit. ANNO septimo postquam in Hispa-
niam venerat Cn. Scipio.) Venit in Hispaniam Cn Scipio Ti. Longo P. Scipione consulibus, vt ait Liuius lib. 21.
Ne nuda auxilijs Romanis Hispania esset, quam prouinciam sortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maxima
parte copiarum aduersus Asdrubalem misit. Ab illo autem anno ad hunc sex anni numerantur, non octo, vt est
in Vet. lib. nec septem, vt emendauit Glareanus. [Glareanus de vno anno cum nemine se certaturum sæpe cla-
mat. hic scit sed sedulo dissimulat, atq; hoc loco rectius septem annos legitur.] Nam in hoc loquendi genere
primus annus non numeratur, vt pòst sæpe dicam sic paulò pòst: Inuictos per octo annos milites suos. Lego se-
ptem, tot enim sunt, si primus numeretur. PRIMVS dederat.) Paulò antè, prior. Est autem accipiendum
Priorem ad fratrē referri, Primum ad omnes. Primus enim omnium Romanorum in Hispaniam venit Cn. Sci-
pio. CVM deletus exercitus, amissæq; Hispaniæ viderentur, vir vnus res perditas restituit) Vet. lib. Vir vnus
has restituit, vt ad Hispanias referatur. L. MARTIVS Septimij filius) Hic alio loco L. Martius Septimius di-
citur. Ex quo puto legendū, L. Marcius Septimi filius, partim quia ita quidam lib vet. habent, partim vt cogno-
men familiæ sit. Quomodo dictum est, Q. Fabius Maximi filius. IPSO minitante & increpante Marcio.) Vet.
lib. Ipso mulcente & increpante Marcio, vt duobus cōtrarijs remedijs mœrorem militum sustulisse Marcium in-
telligamus, modo consolando, modo increpando Sic etiam lib. 26. Militum animos nunc consolando, nunc ca-
stigando sedauit. AD hæc tot iam necopinata.) Lege, tot, tam necopinata. Vtuntur enim latini, Necopina-
tus, pro inopinato. Liuius autem omnium maximè. Cicero pro Plancio: Tu me ignaro, nec opinante, inscio.
Res non eget exemplis. paulò post ad necopinatum tumultum.

NE tamen subita res, & nocturnus error etiamnum suæ fortunæ cōsilium perturbaret.) Vet. lib. Nocturnus 466
terror.

SED in rebus asperis, & tenuibus fortissima quæq; consilia tutissima sunt.) Voces, & tenuibus. vacant. Ex 467
Vet. lib. & ex sensu. AD id, quod ne timeatur, fortuna facit, minimè tuti sunt homines.) Vet. lib. Minimè cauti
sunt homines, id est, non cauent homines ea pericula, quæ fortunæ beneficio non videntur esse timenda. NE-
QVICQVAM mox omissam quereris.) Vet. lib. Quæras. HIC terror in fugam auertit omnes.) Vet. lib Vertit.
ITA nocte & die.) Vet. lib. Atq; ita nocte & die. AVCTOR est Claudius, qui Annales Acilianos ex græco in
latinum sermonem vertit. Vet. lib. Ex græco sermone vertit. C. Acilij græci scriptoris meminit Plutarchus in
Romulo, Dionysius lib. 3 Cicero de Officijs lib. 3. Claudium eum esse puto, qui Clodius Licinus à Liuio dicitur
lib. 29. Alius Q. Claudius Quadrigarius fuit, cuius & ipse sæpe meminit. SEPTEM millia cæsa hostium.) Vet.
Lib. septem millia fermè cæsa hostium.

FLAMMAM ei concionanti fusam è capite.) De eadem flamma Valerius capite de prodigijs. QVÆ po- 468
stremo in Romanos deos.) Signa, tabulasq;, & spolia Siculorum intelligit. LIBIPHOENICVM generis Hip-
poniates, Mutinem populares vocabant.) Hipponiates non est proprium viri nomen, sed patriæ, id est, ab Hippo-
ne vrbe Libyæ, vt enim à Crotone, Crotoniates, sic ab Hippone Hipponiates. Viri autem nomen esse censet Gla-
reanus. Cæterum Pædianus in Pison. ex Varrone tradit, huic Mutini, quod in Sicilia cum equitatu suo transierat
ad Romanos ciuitatem datam, ædesq; & pecuniam ex ærario. HERACLEAM Minoam.) Minoæ vrbis Siculæ
meminit Stephanus. DEGENEREM Afrum.) quia Libyphœnicum generis erat.

NE ab suo ipsi equiti oppugnarentur.) Vet. lib. Ne ab suo & ipsi. CENTIMALVM.) Centumalum, ex la- 469
pid. Capitol. L. CORNELIVS Lentulus, Cornelius Cethegus.) Vet. lib. M. Cornelius Cethegus. Sic enim pòst
Liuius. Sic tabulæ Capitolinæ in consulatu eius. SVLPICIO Gallia, Cethego Apulia.) Emendo, Sulpiciū A-
puliam, Cethego Siciliam. Hic est enim M. Cornelius Cethegus, de quo pòst ait: Id enim M. Cornelio mandatum, vt
vbi ei videretur, vrbem eis, agrumq; in Sicilia assignaret. & pòst. Inter has difficultates M. Cornelius prætor item,
Ex Sicilia exercitus cui M. Cornelius præesset, vbi consul in prouinciam venisset, dimitti iussus. Quibus ex locis
satis probatur Siciliam Cornelio Cethego. non Apuliam obtigisse Neq; verò procedit, quod Glareanus affert,
hunc esse P. Cornelium Lentulum, qui proprætore in Sicilia esset. Nam Sicilia per hæc tempora duplex prouin-
cia erat. [Idem dicit Glareanus lib. sequente.] Vna quia vetus prouincia erat, quàm P. Cornelius in prætura
sortitus fuerat, altera, qua regnum Hieronis parebat, quam post M. Marcellum. M. hic Cornelius Cethegus ob-
tinuit. Itaque libro sequente de Sulpicio, vbi loquitur, ita emendo. C. Sulpicio, cui Apulia euenerat.

IN

IN LIBRVM XXVI.

Vt proconsul in Sicilia reliquias belli perficeret.) Vet.lib. Pro consule. C. SVLPICIO, cui Sicilia eue-
nerat.) Legio Apulia, cum ob eas rationes, quas priore libro attuli, tum quia Liuius subdit hoc loco. Huic supple-
mentum de exercitu Cn. Fuluij, qui priore anno in Apulia fœdè cæsus, fugatusq; erat, decretum.
PROPRÆTOR senatui scripserat.) Vet.lib. pro prętore. SOLENNE auspicatorum comitiorum.) Id est,
470 solenne institutum, quo comitia aospicato habebantur. Est enim substantiuũ, vt alias. BLESVS.) Blæsus, lap.
Capit. & græci. OB exercitum in Apulia amissum.) Priore anno lib. 25. QVID interfuisse inter Ti. Sempro-
nium.) Id est, inter Cn. Fuluium, & Ti. Sempronium [illegible] notanda. CVM ad Beneuentum eos.) Hæc de
seruis etiam à Ti. Sempronio seruatis, ait suprà. C. FLAMINIVM, &c.) Flaminius ad Trasimenum, Paulus
ad Cannas, Postumius in Gallia, Scipiones in Hispania ceciderunt.
471 PECVNIA QVE anquisitum: & paulò pòst, cum tribunus plebis bis pecunia anquisisset, tertio capitis se an-
quirere diceret.) Anquirere pecunia, & anquirere capite, est id quod suprà de Postumio Pyrgensi dixit. Multam
dicere, & diem rei capitalis dicere, id est, ad populum ferre de multa, vel de capite alterius, vt ea populus vel acci-
piat, vel antiquet: In Vet.lib.est: Capi se anquirere diceret. Quod tam capite, quàm capitis legi potest: Qui capi-
tis voluerunt à syllaba. se, proxima decepti sunt. PERDVELLIONIS.) Genus judicij capitalis quod conti-
netur iudicio de maiestate. Minuit enim maiestatem populi Rom. qui exercitum eius hostibus sua culpa cędcn-
dum præbuit, & qui turpi fuga sibi salutem peperit, vt pòst Q. Cœpio contrà Cimbros. Cicero lib. 2. de Oratore.
QVOAD vel capitis, vel pecuniæ iudicasset priuato.) Iudicare capitis vel pecunię, est diem rei capitalis, & multam
dicere, vel capitis, & pecuniæ anquirere. QVIDAM Numida.) Vet.lib Numida quidam. EQVESTRIA
prælia fermè prospera faciebant.) De Campanis intelligendum est, qui prælio equestri superiores erant. INI-
TA tandem ratio est, vt quod viribus deerat, arte æquaretur.) De Romanis accipiendum, qui quomodo equestri
prælio victores esse possent, rationem inierunt: concludi enim inde equitatu quoq; superior Romana acies fuit.
Frontinus lib. 4 cap 7. Cum Romani Campanis equitibus nullo modo pares essent, &c. Q. NAVIVM.) Q.
Næulom Frontinus vocat loco citato.
472 RES nec explorata.) Eodem modo dictum est, quo nec opinata, pro Inopinata & Inexplorata. CLAV-
DIVS Nero.) Vet.lib. C. Nero. CAMPANOS facilè in vallo Appius arcebat.) Vet. lib. à vallo. LEGATVS
primi principis.) Vet.lib primi pili, vt L. Marcius cẽturio primi pili apud Ciceronem pro Balbo. L. PORTIVS
Licinius.) L. Porcius Licinus, ex Vet.lib. & Capit. consulibus.
473 CONVERTERE agmen peditum.) Vet.lib Conuertere agmen retro peditum. CÆTERVM Annibal,
vt nec hostes elici amplius ad pugnam vidit, nec per castra eorum perrumpi ad Capuam posse, &c.) Polyb. lib 9.
sic: ἀσιλίας δὲ δυσαρεστούμενος τοῖς ὅλοις, διὰ τὸ μήτε [illegible] εἰς τὴν πόλιν δύνασθαι τοὺς ῥωμαίους, [illegible]
[illegible]. Et post aliquot versus: [illegible] τὴν πορείαν [illegible] κατὰ τὴν ῥώμην [illegible]
[illegible] περὶ τὴν πόλιν [illegible] χειρώμενος, [illegible] τοὺς [illegible], εἰ δὲ μὴ τοῦτο, [illegible]
[illegible] τὴν πολιορκίαν [illegible] τῇ πατρίδι βοηθεῖν, ἢ διαιρουμένους τὴν δύναμιν, [illegible] καὶ τοὺς βοη-
θοῦντας, καὶ τοὺς ἀπολειπομένους αὐτοῦ.
474 SI ROMA in discrimine esset.) Vet.lib. Eo si Roma in discrimine esset. VNA ea cura angebat, ne vbi ab-
scessisset, extemplo dederentur Campani.) Polybius: [illegible] καὶ τε-
[illegible], ὡς ἀπελπισάμενοι [illegible] τοῖς ῥωμαίοις ἑαυτούς. NVMIDAM donis perlicit, vt literis acceptis spe-
cie transfugæ, castra Romana ingressus, altera parte Capuam clam peruadat.) Polyb. γράμματα [illegible] εἰς τὴν [illegible]
[illegible] τῶν Λιβύων αὐτομολεῖν [illegible] πρὸς τοὺς ῥωμαίους, [illegible] εἰς τὴν πόλιν, [illegible] περὶ [illegible] τῶν γραμμάτων ἀσφαλείας.
NAVES in flumine Vulturno comprehensas duci Casilinum, quod iam ante præsidij causa fecerat Castellum
iussit.) In Vet.lib. omnibus est, duci Gladio, quod, pro qua voce alij Casilinum, alij Galatiam reponendum cen-
sent. Casilinum, quod ad vulturnum flumen sit, Galatiam, quod paulò antè de eodem Annibale Liuius dixe-
rit. Adueniens cum castellum Galatiam præsidio inde vi pulso cepisset, in circumsedentes Capuam se vertit. Ve-
rùm neutra lectio procedit. Casilinum, quod Romanorum castellum semper fuerit, non Annibalis, Galatiam,
quod ad Vulturnum non fuerit. Itaq; in incerta loci lectione, probo magis Vallæ opinionem qui legendum pu-
tauit. Duci ad id, quod, vt castellum notet occultato nomine eius. P. CORNELIVS, cui Asinæ cognomen
erat.) Consul hic fuerat an. DXXIX. P. VALERII Flacci.) Consul fuerat an. DXXIIII. SETIAM, Soram,
Lauinium præmisit.) Hæc oppida nunc Municipia dicuntur, at suprà Coloniæ nominatæ sunt. Sic Cicero in Pi-
sonem, Placentiam coloniam vocat Municipium. PER Suessulam, Alifanumq;, & Casinatem agrũ via La-
tina ducit.) Polybius per Samnitiũ agrum profectum esse Annibalem ait. Alifæ autem & Casinum Samnitium
fuit: at Suessula Campaniæ, vt suprà diximus. Porrò autem legẽdum puto, per Suessulanum, Alifanumq; & Ca-
sinatem agrum. INTERAMNAM, Nequinumq;.) Aquinumq; ex vet. lib.
475 MATRONÆ in publicum effusæ circa deum delubra discurrunt, crinibus passis, aras verrentes.) Hunc esse
mulierum Romanarum morem scribit Polybius: αἱ δὲ γυναῖκες [illegible] τοὺς ναοὺς [illegible] τοὺς θεοὺς πλύνουσαι ταῖς
κόμαις τὰ τῶν ἱερῶν ἐδάφη [illegible]. CVI ne mi-
nueretur imperium, si in vrbem venisset.) In vrbe enim proconsule nemo habebat imperium, sed ad vrbem.
INDE in Pupiniã exercitu demisso.) Meminit huius agri Varro de lingua latina. Valerius Maximus libro quarto,
capite quarto, cùm ait: M. Atilium regulum agellum in Pupinia habuisse. Et Liuius lib. 9. In agro Pupiniensi ad
famam hostium consedit. Est autem nomen tribus, per quam tum venit Annibal, vt lib. 35. Consul per tribum
Sappiniam in Boios venit. Hoc adscripsi, quia Glareanus huius agri mentionem à nemine fieri ait: Qua de re
antè dictum est. ANNIBAL ad Anienem fluuium tria millia passuum ab vrbe castra admouit.) Polybius:
διαβὰς τὸν ἀνίωνα ποταμὸν, καὶ [illegible] σταδίων ἀπέχων τῆς ῥώμης. AD portam Collinam
vsq; ad Herculis templum est progressus.) Vet.lib. à porta Collina vsq; ad.
476 ALIÆ paruæ magnæq; res.) Vet. lib. Aliæ magnæ. paruæq; res. HIS motus ad Turiam fluuium ca-
stra retulit sex millia passuum ab vrbe) Quid sit Turia fluuius sex millia passuum ab vrbe distans, meritò mihi
quærere Glareanus videtur: neq; enim eiusmodi nominis flumen apud quenquam extat. In Vet. libris legitur
Tutiam, & rectè: meminit enim eius Silius vbi de hoc Annibalis itinere loquitur. AD lucum Feroniæ pergit
ire, templum ea tempestate inclytum diuitijs.) De oppido Feronia, deq; Feroniæ deæ templo sic Strabo lib. 5. [illegible]
[illegible] Φερωνία πόλις [illegible] δαίμονι τιμωμένη [illegible], ἧς τέμενος ἐν τῷ τόπῳ [illegible]
[illegible] ἔχει. &c. CAPENATES aliqui accolæ eius erant.) Sic lib. 27. In agro Capenate ad lucum Fero-
niæ. COELIVS Romam euntem ab Ereto diuertisse eo Annibalem tradit, iterq; eius ab Reate, Cutilijsq;, & ab
Amiterno orditur. &c. & hinc Amiternũ, Forulosq; vicũ venisse.) Miratur Glareanus, quomodo Cœlius ordiatur
iter

iter Annibalis ab Amiterno, cum eundem addat, Amiternum tandem, Foruloſq; vicum veniſſe. Magna quidem queſtio, atq; difficilis hæc videatur, niſi Liuiana verba attentè legantur. Eſt enim hæc ſententia: Cœlius orditur Annibalis iter à Reate, Cutilis, & Amiterno. Si quis autem quærat, quánam à Capua Amiternum idem venerit, reſpondet, altius iter eius repetendo. Ex Campania in Samnium, inde in Pelignos, pòſt in Marrucinos, poſtremò in marſos, atq; inde Amiternum. Foruloſq; veniſſe. Strabo autem lib. 5. Sabinos vſq; ad Veſtinos pertendit, vrbesq; eorum nominat νώμεντον, ἀμίτερνον, ἰντεραμνίας ῥεάτον κοττυσκωλίας, φορουλὸς, κύρεις, ἠρητόν. Ex quo apparet nullam eſſe in verbis auctoris, quam ille arguit, inconſtantiam. NANQVE ex Lucanis in Bruttium agrum, ad fretum verò ac Rhegium eo curſu contendit, vt propè repentino aduentu cautos oppreſſerit.) Polybius: ποιησάμενος τὴν πορείαν διὰ τῆς Δαυνίας, καὶ τῆς Βρεττίας ἐπέστη τοῖς κατὰ τὸ ῥήγιον τόποις ἀδοκήτως, ὥστε παρ' ὀλίγον μὲν καὶ τῆς πόλεως κυριεῦσαι.

FAMES'QVE, quæ tam diu Capuæ erat.) Malim, Iamdiu. VIBIVS Virius.) Vibus Virius. vt antè. QVORVM ploratus hic quoq; prope exaudiebantur.) Vet lib. hinc quoq;. 477

NE ſtirpis, ne memoria originum ſuarum extaret.) Vet. lib. Ne ſtirps. QVO cum veniſſent.) Vet. lib. veniſſet: præceſsit autem, ſenatus. 478

LITERAS'QVE à C. Calpurnio, populoq; Rom. Fuluio cùm reddidiſſet.) Voces, populoq; Rom. mendoſiſsime ſunt, neq; enim literas à populo Rom. accepit Fuluius, ſed à ſenatu potius, immò verò à ſenatu quidem, ſed à C. Calpurnio prætore, qui ſenatuſconſultum miſit. Itaq; haud dubie legendum eſt, C. Calpurnio prætore. Erroris cauſam attulit, quod iiſdem literis prætor & populus Rom. ſcribuntur ita: P. R. PR ſic paulò pòſt ait: Referente Calpurnio prætore ſenatus decreuit. ET cum mirabundus, quidnam ſeſe vellet, reſediſſet Flaccus.) Vet. lib. Et commirabundus, quidnam ſeſe vellet, inquireret, reſidens Flaccus. PRÆFECTVM ad iura reddenda ab Roma quotannis miſſurus.) De Capuæ loquitur præfectura. Fuiſſe autem Italica oppida alia colonias, alia municipia, alia præfecturas ſatis conſtat. De Præfecturis autem ſic Feſtus: Præfecturæ ex appellantur in Italia, in quibus & ius dicebatur, & nundinæ agebantur, & erat quædam earum reſp. neq; tamẽ magiſtratus ſuos habebant, in quas legibus præfecti mittebantur quotannis qui ius dicerent, quarum duo fuerunt genera: alterùm, in quas ſolebant ire præfecti quatuor VI. VIR. qui populi ſuffragio creati erant, in hæc oppida Capuam, Cumas, Caſilinum, Vulturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Sueſſulam, Atellam, Calatiam: alterùm, quos prætor vrbanus quotannis in quæq; loca mittebat legibus, vt Fundos, Formias, Cære, Venafrum, Aliſas, Priuernum, Anagniam, Fruſinonem, Reate, Saturniam, Nurſiam, Arpinum, aliaq; complura.

CLAVDIO Neroni.) Vet lib. C. Neroni, vt antè. INTER oppida Illiturgim, & Mentiſſam.) Scribe, Illiturgi. Numerat enim Priſcianus Illiturgi inter nomina neutra, quæ deſinunt in i, & ſunt aptota. 480

IVSSI deinde inire ſuffragium.) Vet. lib. Inire confiſum ſuffragium, quod quid ſit, quærendum eſt. [Badius legit confuſum ſuffragium, atque ita Budęus in annotationibus in Pandectas.] Quod ait, omnes centurię: mallem, Curiæ, quia curiatis comitiis imperium mandabatur, non centuriatis. P. SCIPIONI imperium eſſe in Hiſpaniam iuſſerunt.) Egregiè: non enim magiſtratus mandatus eſt Scipioni, cùm pro conſule miſſus eſt, ſed imperium, vt pòſt etiam dicam. VT iam reſiderant impetus.) Vet. lib. reſederat. [Ita Badius.] ARDOREM eum, qui reſederat) Vet. lib. reſiderat. NVLLO die prius nullam publicã, priuatamq; rem egit, quàm.) Vet. lib. Vllam publicam. [Ita Badius.] QVAM in Capitoliom iret.) Idem eſt apud eum, qui ſcripſit de Vir. Illuſtr. EMPORIS, Græca vrbe.) Vet. lib. Emporiis. Liuius Emporias vocat. Strabo lib. 3. Emporio. Sic enim ait: ἐμπόριον μασσαλιωτῶν ἐστὶ κτίσμα, ὅσον τετρακισχιλίους διέχον τῆς πυρήνης σταδίους. 481

ASDRVBAL Giſgonis vſq; ad Oceanum, & Gadeis. Mago in mediterranea maxime ſuprà Caſtulonenſem ſaltum, Aſdrubal Amilcaris filius proximus Ibero circa Saguntum hybernauit.) Polybius lib. 10. μάγωνα μὲν ἐντὸς ἡρακλείων στηλῶν ἐν τοῖς κονίοις προσαγορευομένοις, ἀσδρούβαν τὸν γέσκωνος περὶ τὸ τοῦ τάγου ποταμοῦ στόμα κατὰ τὴν λυσιτανίαν, τὸν δ' ἕτερον ἀσδρούβαν πολιορκεῖν τινὰ πόλιν ἐν τοῖς καρπητανοῖς, οὐδένα τῶν προειρημένων ἧττον δέχ' ἡμερῶν ὁδὸν ἀπέχειν τῆς καινῆς πόλεως. AD populum tulerunt, vt Marco Marcello, quo die vrbem ouans iniret, imperium eſſet.) Miratur Glareanus quaſi inconſtantiam Liuii, qui ſcribat. Negatum eſſe Marcello triumphum, permiſſum eſſe, vt ouans iniret: deinde per tribunos pl. ad populum ex ſenatus auctoritate latum, vt Marcello, quo die ouans iniret, imperium eſſet, poſtremò in monte Albano triumphaſſe: verùm nihil eſt inconſtantiæ. Nam Marcellus ex S. C. ouans iniit, ex ſui ſententia ſine S. C. (quod fieri poſt C. Papirium Maſonem, qui primus id fecit, cœptum erat) triumphauit: quoniam verò ſine imperio triumphare non poterat, nec imperium niſi extra vrbem pro conſule erat, propterea latum eſt ad Populum, vt ei quo die ouans vrbem iniret, imperium eſſet. Idem autem de L. Aemilio Paullo ſcribit lib. 45. IN monte Albano triumphauit.) Plutarchus in Marcello: ἐκεῖ ὁ δ' ἕτερον ἦγεν ὁ τρίτος θρίαμβος, συγχώρησιν αὐτοῖς, τὸν μὲν ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ μέγαν εἰς τὸ ἀλβανὸν ὄρος ἐξελάσαι, τὸν δ' ἐλάττω καταγαγεῖν εἰς τὴν πόλιν, ὃν εὔαν ῥωμαῖοι καλοῦσιν. ID M. Cornelio mandatum.) M. Cornelius Cethegus, vt ſuprà dixi, prætor erat Siciliæ. Glareanus P. Cornelio legit, & P. Cornelium Lentulum intelligit, qui prætor antè fuerat. 482

PRÆROGATIVA centuria iuniorum declarauit T. Manlium Torquatum.) Vt hoc loco in vet. lib. eſt pro Centuria, Veturia: ſic infrà. Redite in ſuffragium Veturiam iuniorum. Item: Veturiam ſeniorum citaret. Item: citatis Veturiæ ſenioribus: idq;, vt ego cenſeo, rectè. Eſt enim Veturia centuriæ nomen, vt Galeria, cuius meminit lib. 27. his verbis: Galeria iuniorum, quæ ſortè prærogatiua erat. Q. Fuluium, & Q. Fabium conſules dixerat. Quod qui non intellexerunt, Centuria ibi quoq; repoſuerunt. [Robortellus lib. 2. emend cap. 31 vehementer hoc loco increpat Sigonium, oſtendens centurias quæ erant claſsium partes illarum VI. nominà non habuiſſe vlla quibus vocarentur, ſicuti tribus illæ XXXV. Atqui nonaginta tres erant, nec tamen vllum nomen habebant, centuriæ vt docet Halicarnaſſeus. Et vt in hoc erroris conuincit Sigonium, ſic nullibi Veturiam legendum, ſed centuriæ vocem retinendam aſſerit, lib. 2. cap. 32.] DATVM ſecreto in ouili cum his colloquendi tempus.) Ouile locus in campo Martio, quod etiã ſepta dicitur. Lucanus: Et miſeræ maculauit ouilia Romæ. M. CLAVDIVM Marcellum fulgentem tum Sicilia domita, & M. Valerium abſentes conſules dixerũt.) Sic lib. vet. abſentes, id eſt, non petentes, intelligit: alioquin M. Claudius, qui paulò antè triumphauerat, in vrbe erat, ſed non in cãpo. QVAM docte fingũt magis, quã norunt.) Platonẽ intelligit in libris de rep. P. MANLIVS Volſo.) Vulſo ex lap. Cap. L. CINCIVS Alimetius.) Alimẽtus vt ſuprà. C. LECTORIVS.) Lætorius, vt ſuprà. LVDI Apollinares & priore anno fuerãt, & eo an. vt fierẽt repẽte Calpurnio prętore ſenatus decreuit.) Placet Paulo Manut. legi, Referente Calpurnio, & rectè, Calpurnius enim prętor vrbanus, cuius ea cura erat ad ſenatũ de ludis retulit. 483

AD victorias, quæ in ante fixæ erãt.) Antes quadraturę, & quadræ columnę: Marcellus. IN locũ M. Aemilii Numidę Decemuiri ſacrorum.) Emendo M'. Aemilii. Nam inuenio in tabulis Capit. vbi de tertiis ludis ſæcularibus fit mentio, huius Xuiri, vt reor, fieri mentionem, ſic: LVDI. SÆCVLARES, TERT. 484

M'. ÆMILIO M'. F. MAG. XVIR.

M. LIVIO M. F. M. N. SALINATORES.

PLEVRATVS.

PLEVRATVS & Scerdiletus.) Vet. lib. Scerdilendus. Polybius: σκερδιλαΐδος. OLYMPIÆ, Aetolis, in Capitolio ab Romanis.) Vet. lib. Olympiæ ab Aetolis. Rectè. [Ita Badius.] ET OLENIADA, Naxumq; Acarnanum. Item paulò pòst. Iam mœnia Oleniadon, Naxumq;.) Vet. lib. Etholoniadas. Item: Meniadas. Quę lectio etsi ex omni parte recta non est, habet tamen vestigia aliqua germanæ integritatis. Est enim legēdnm: Et Oeniadas. Item, Iam Oeniadas. Est enim vrbs Acarnanũ hoc nomine: de qua ita Stephanus. οἰνιάδαι πόλις ἀκαρνανίας περὶ τὸν ἀχελῷον, ἡ καὶ ἐρυσίχη καλουμένη. Et Polybius lib. 10. in oratione Lycisci. ὅτε παρῄρηνται μὲν ἀκαρνάνων οἰνιάδας, καὶ νῆσον. vbi de his ademptis loquitur.

485 PER Pelagoniam, & Nymphæum, & Boleam in Thessaliam descendit.) Vet. lib. Bœotiam, quæ vox apertè mendosa est. Probo igitur coniecturam Glareani, qui legendnm putat Berœam. De hac enim vrbe & Plinius & Strabo, & Stephanus ea tradunt, quæ suspicionem Glareani corroborare maximè posse videantur. [Hic semel „ probat Glareanum, cùm plus quàm sexcentos locos ab illo repurgatos babeat, sicut proximè Oeniadas pro Ole- „ niadas idem Glareanus emendarat. ipse quasi ex Stephano primus emendarit, obticet nomen Glareani.] RELICTO ad fauces Thessaliæ Perseo) Philippi regis filius Perseus fuit. IN Thraciam exercitum, ac Medos eduxit.) Mædos scribe ex 11. lib. Polyb. μαίδων. Et Stephanus μαῖδοι ἔθνος θρᾴκης πλησίον μακεδονίας. Alij sunt Medi Asiani. INCVRRERE ea gens Macedoniam.) Vet. lib. In Macedoniam. [Ita Badius. VRBEM Iampharniam.) Vet. lib Iamphorinam. ARCEM'QVE Medicæ.) Mædicæ, vt suprà. ET iam mœnia Oleniadon.) Et iam Oeniadas, vt dixi. MORTEM occubuerunt.) Vet. lib. Oppetierunt. [Ita Badius.] CASTRA in extremis finibus suis obuiam hosti posuerunt.) Vet. lib. Obuia. PRÆDA ex pacto Romani cessit.) De Anticyra capta loquitur eadem Lyciscus Acarnanum legatus apud Polybium lib. 9.

486 COMPREHENSÆ Latumiæ.) Festus: Latumias ex græco, & maximè à Syracusanis, qui Latomias, & appellant, & habent ad instar carceris, ex quibus locis excisi sunt lapides ad extruendam vrbem. PRIDIE Quinquatrus.) Quinquatrus accusatiuus casus est, vt pridie Kalen. Cuius rectus est. Quinquatrus. Cicero ad Cœlium, Molestæ quinquatrus. Carisius sic: Quinqnatrus, nō quinquatria, noti enim dictę sunt quinq; dies atri, sed quod Quitiqnatus antiqui dicebant, siue à quinquando, id est, lustrando, quod eo die arma ancilia lustrari sint solita. QVOAD eo animo in populum Romanum esse sciret.) Vet. lib. Quoad alieno animo à populo Rom. esse sciret. HAC circunfusus multitudine simul Siculis obuiam egressis, potestatem Romam adeundi fecit, clarissimarum vrbium excidio celeberrimis viris victos bello accusatores in vrbem adducens.) Hic locus Vallæ tempore in manuscriptis libris ita legebatur. Hac circunfusus multitudine simul Siculis obuiam egressis Romam præbuit, clarissimarum, &c. atq; ita nunc etiam legitur. Valla autem multa hic verba desiderari suspicatus, ita ex ingenio legit: Hac circunfusus multitudine simul Siculis obuiam egressis potestatem Romam adeundi fecit, & nonnullis vel æmulis querimoniam præbuit, clarissimarum, &c. Quam lectionem nemo iure probare potest, quia nimis multa de suo infercit, haud satis auctoris sententię congruentia. Ego igitur veterem lectionem tueor, vno paululum immutato verbo, & pro, præbuit, peruenit, restituo. sic: Hac circũfusus multitudine, simul Siculis obuiam egressis Romam peruenit, clarissimarum, &c. hoc sensu: Læuinus Campanorũ multitudine, & Siculis obuiam egressis circunfusus Romam peruenit, accusatores bello victos Campanos, & Siculos in vrbem adducēs Fuluio, & Marcello viris celeberrimis excidio clarissimarum vrbium Capuæ, & Syracusarum. Hinc Suidas: ἐπεχείρησαν δὲ καὶ καμπανοὶ τῷ φλάκκῳ, καὶ οἱ συρακούσιοι τῷ μαρκέλλῳ κατηγορῆσαι. Sic paulò pòst: Vt victos armis accusatores habeamus. ACARNANES, Locriq;.) In Acarnania Oeoiadæ, Nasus captæ, in Locridæ Anticyra fuerat.

487 VRBANÆ duæ superioris anni.) Aliæ hæ legiones sunt à quatuor ijs, quas ante nominauit. OBRVI ab Aetnæ ignibus.) Vet. lib. Obrui Aetnæ ignibus. HÆ Siculorum querelæ domos primum nobilium circumlatæ.) Vet. lib. Per domos. ALIAM forsitan futuram fuisse sententiam suam dicere.) Suam, de quo ambigit Glareanus, procul dubio ad Marcellum referendum est. DEPRECARI senatus præiudicium.) Sensus precari ne permutatio prouinciæ à senatu permissa sibi in contumeliam vertat. RAPIENTE fato Marcellum ad Annibalem.) Hoc ait, quia pòst v. consulatu Marcellus ab Annibale interfectus est.

488 EXCEDERE templo.) Curiam intelligit. Nam senatus non nisi sacrato haberi loco poterat. Itide paulò pòst: Reductis in curiam legatis. SI AB inferijs existas.) Vet. lib. Si ab inferis.

489 IN fidem & clientelam, se, vrbemq; Syracusas acciperet.) Vet. lib. Reciperet. POST hæc consul clementer appellatos eos dimisit.) Plutarchus qui totam hanc eandem historiam narrat, hoc sic exprimit: ἐπικλασθεὶς ὁ μάρκελλος τότε τι διηλλάγη, καὶ τοῖς ἄλλοις συρακουσίοις ἀεί τι πράττων ἀγαθὸν διετέλει. QVI omnibus gerendis rebus affuerant.) Vet. lib. Interfuerant. MORTVVS enim post captam Claudius consul erat.) Legendum proconsule, quod eo anno, quod Capua capta est, P. Sulpicius, & Cn. Fuluius consules fuerint. Q. autem Fuluius, & Ap. Claudius ad Capuam cnm proconsulari imperio. Itaq; paulò pòst ait: Fuluio proconsuli. Nisi si accipias, consul, pro eo qui consulare gerat imperium, vt paulò pòst: In consilio arbitror me fuisse consulibus Capua capta.

490 IDQVE & apud maiores nostros factum est in Sutrianis, cùm defecissent.) Vet. lib. In Satricanis, & rectè. Satricanos enim ad Samnites defecisse anno ab V.C. CDXXXIIII. tradit Liuius lib. 9. De Sutrinis autē, sic enim legendum esset, nihil est traditum. QVOD senatus maxima pars iubeat, qui assidēs, id volumus, iubemusq;.) Solennia hæc verba esse videntur, quibus plebs in senatus consulto comprobando vtebatur. Vet. lib. Qui assidetis. EXTRA filias, quæ nupsissent priusquam in populi Rom. potestatem venissent.) Vet. lib. Enupsissent, egregiè, quasi quæ è paterna domo in mariti transissent, vt enim Innubere est in mariti domum transire, sic Enubere è patris domo exire. Liuius lib. 1. Ea cum innupsisset: & lib. 10. Virginiam quod è patribus enupsisset, sacris arcuerant. TANTVS fremitus hominum, tanta indignatio fuit.) Vet. lib. Tantaq; indignatio fuit.

491 TECTA Hosteis incendisse seruos agricultores rempublicam adduxisse, nunc ad militiam paruo ęre emendo, nunc remiges imperando.) Integra lectio, siquidem ex hac nullus sensus percipitur, est in vet. lib. seruos agricultores populi Romani abduxisse. Quanquam suspicor etiam, ne pro, populi Rom. legendum sit, prætores. Est enim lapsus, vt dixi, quotidianus. Querela autem plebis hæc est, quæ suas calamitates aperit, & ait tecta ab hostibus incensa, seruos, qui agros colebant à prætoribus abductos partim ad militiam paruo ære emendo, partim remiges imperando. Intelligit autem eos, qui post Cannensem pugnam à Ti. Graccho pro cons. armati fuerant. Itaque lib. 34. ait: L. Valerius loquens de hac re & tempore, ita: Serui, quibus arma darentur, ita vt precium pro ijs bello perfecto dominis solueretur emebantur. Glareanus hoc loco hæret. [Quid mirum si Glareanus hæ- „ reat, cùm & Sigonius eius Doctor hæreat?] SPATIVM deinde bis tribuere se, dareq; ad cogitandũ dixerũt.) Nemo hunc locum mendose esse animaduertisset, nisi veteres libri id docuissent, in quibus est: Spatium deinde tridui se dare ad cogitandum dixerunt. Est enim verisimile certum dierum spatium esse datum. AVRVM, argentum, æs signatum. Quia fœde vitiatus hic locus multis in partibus est, ipsum, quomodo legendum esse censeo, recitabo: deinde cur ita legā exponam. Loquitur ita Læuinus consul de ratione auri, argentiq; in publicum

confe-

conferendi. Aurum, argentum, æs signatum omnes senatores crastina die in publicum conferamus, ita vt annulos sibi quisq; & coniugi, & liberis, & filio bullam, & quibus vxor filiæue sunt vncias, pondo relinquat auri, argenti, qui curuli sella sederunt equi ornamenta, & libras pondo, vt salinum, patellamq; deorum causa habere posint. Cæteri senatores libram argenti tantum, æris signati quina millia in singulos patres familiæ relinquamus. Ex eiusmodi verborum interpunctione, & lectiooe satis commode seosum colligi puto, qui ex vulgata lectione nullus eliciebatur. Quod autem antea legebatur: Singulas vncias auri pondo relinquant, argenti, qui sella. Inueni in vet. lib. legi. Singulas vncias pondo relinquat auri, argenti. ita vt aliud deinceps sequatur membrũ. Qui sella caruli sederunt, ij sibi relinquant equi ornamenta, & libras pondo auri, argenti, ita vt salinum, patellamq; habere posint. Cæteri senatores nihil auri sibi relinquant, ac libram argenti tantum. Porrò autem æris signati quinq; millia in singulos patres familiæ relinquamus. Quod autem ait: Vncias pondo auri: &, libras pondo, rectè ait: sic enim loquebantur antiqui, cum libram ponderalem, non mensuralem significabant, vt Plautus in Pseudolo: Eo laserpicij libram pondo diluunt, & in Rudente: Neq; piscium libram vnam iam hodie pondo cepi. Et Liuius hoc libro paulò pòst: Pateræ aureæ fuerũt CCLXXVII. librales fermè omnes pondo. Et libro quarto: Coronam auream libræ pondo. Itaq; lib. 34. de hoc decreto sic scriptum est: Cautum erat, quo ne plus auri, & argenti facti, quo ne plus signati argenti, & æris domi haberemus. Hic locus torsit Vallam & Glareanum. [Locus Glareanum torsit, sed eius obiectiones non diluuntur: maximè quæ ad rem pecuniariam intelligendam facere videbantur.] CÆTERVM omne aurum argentum.) Cæterum nomen est, non aduerbium. intelligit enim reliquum aurum, argentumq; in publicum conferendum, præter id, quod sibi quisque ex senatus auctoritate reliquerit. Itaq; accentus tollendus est. PVBLICA prodendo tua nequicquam serues.) Vet. lib. Perdendo, verè.

DASIVS, & Blactius.) Vet. lib. Blatius. Valerius Max. libro tertio, capite quarto: Blasium, vbi de eadem re agit. vocat. Quæ eadem scriptura est In vetustissimo, quem apud ingeniosissimum, humanissimumq; Ioa. Baptistam Pignam legi, libro est. BLASIVS de proditiooe Dasium appellabat.) Hoc item exponit Valerius. BLASIVS vultu dissimulante, ac voce summissa monere Dasium cœpit, vt Romanorum potius, quàm Carthaginiensium partes foueret. VT præsidium Punicum, hi autem Numidæ erant, Salapiaq; traderetur Marcello.) Solet in eiusmodi re Liuius numerum eorum, qui sunt in præsidio nominare. Quare noo dubito quin vox, hi, mendose sit, pro D. nam quingentos fuisse Numidas, qui traditi Marcello à Blasio sunt, eodem loco Valerius scribit, qui cætera à Liuio mutuatus est. Hoc autem tanto veriùs puto, quod subdit: Nec plus quinquaginta ex his in potestatem hostium viui venerunt. PRÆFECTVS QVE præsidij atque arcis M. Liuius.) Suprà nomen, vt dixi, huius præfecti reticuit, quem C. Liuium Polybius nominauit. A VELIA & Pesto.) Vet. lib. & à Pæsto. 492

VT ad componenda armamenta, expediendumq; remigem, ac militem ad imminens certamen satis temporis esset.) Adde vocem ex vet. lib. Vix satis temporis esset. TARENTINI, vt recuperata vrbe ab Romanis, post centesimum prope anñ arcem etiam liberarent.) LXXX anni numerantur à L. Papirio, Sp. Caruilio COS. quibus de Tarentinis debellatis triumphatum est anno ab vrbe condita CDLXXX. ad hunc annum, qui est DXL. 493

NEMO ante me nouus Imperator.) Capita huius orationis Scipionis sumpta sunt à Polybio, qui ita scribit li. 10. ὁ μὲν ἀλλὰ τότε συναθροισμένων τῶν δυνάμεων παρεκάλει μὴ καταπεπλῆχθαι τὴν προγεγενημένην περιπέτειαν, οὐ γὰρ ἀρετῇ τοὺς ῥωμαίους ὑπὸ καρχηδονίων ἡττῆσθαι, &c. 495

PER nocturnos etiam visus omnia læta, ac prospera portendunt.) Polybius eũ se à Neptuno in quiete monitum, vt vrbem eam inuaderet, dixisse ait. SED vi vltro transeamus.) Vet. lib. Sed vt vltro transeamus. IAM quid hoc bello memorem. Vet. lib. Iam quid hoc de bello memorem. ITALIÆ, Siciliæ, maioris partis Sardiniæ.) Maioris partis Siciliæ, intelligendum. NIHIL iam maius precatur deos.) Vet. lib. Nihil iam magis. NAM & deseruntur ab socijs, & diduxere exercitus.) Polybius: χωρὶς γὰρ ἀπ' ἀλλήλων διεσπασμένους στρατοπεδεύειν, τοῖς τε συμμάχοις ὑβρεισικῶς χρησαμένους ἅπαντας ἀπηλλοτριωκέναι. HAC oratione accensis militum animis relicto ad præsidium regionis eius M. Silano cum tribus millibus peditum, & trecentis equitibus, &c.) Polyb: ταῦτα εἰπὼν, τρισχιλίους μὲν ἔχοντα πεζοὺς, καὶ πεντακοσίους ἱππεῖς Μάρκον ἀπέλιπε τὸν συνεφέξοντα περὶ τὴν διάβασιν, ἐφεδρεύοντα τοῖς ἐντὸς τοῦ ποταμοῦ συμμάχοις. αὐτὸς δὲ τὴν ἄλλην ἐπεραιοῦ δύναμιν. Polybius quingentos equites pro trecentis affert. Numerus copiarum Scipionis idem est apud Polybium. QVONIAM in treis tam diuersas regiones discessissent Punici exercitus.) Asdrubal Gisgonis ad Gades. Mago suprà Castulonensem saltum. Asdrubal Amilcaris proximus Ibero circa Saguntum. Liuius suprà. SITAM præterea cum opportune ad traijciendum in Africam, tum super portum satis amplum quãtæ vis classi, & nescio an vnum in Hispaniæ ora, qua nostro adiacet mari.) Verba Polybij: ἀκούων δὲ πρῶτον μὲν ὅτι λιμένας ἔχει σχεδὸν καὶ ναυτικαῖς δυνάμεσι, μόνη σχεδὸν τῶν κατὰ τὴν ἰβηρίαν, ἅμα δὲ καὶ διότι πρὸς τὸν ἀπὸ λιβύης πλοῦν, καὶ πελάγιον δίαρμα λίαν εὐφυῶς κεῖται τοῖς καρχηδονίοις. Ex quo apparet legendũ esse: & nescio an vnam, quia dixit μόνη Polybius. Et ad Carthaginem, non ad portum referendum esse, vt antè legebatur, quàm Rhenanus, Vnum, emendaret. NEMO omnium, quo iretur sciebat. præter C. Lælium. Is classe circummissus ita moderari cursum nauium iussus erat, &c. Polybius: πλὴν τότε τὸ μὲν ἐπὶ τοῦ ναυτικοῦ Γαΐῳ Λαιλίῳ δοὺς ἀπόρρητον ἐγχειρισάμενος παρήγγειλε πλεῖν ἐπὶ τὴν προειρημένην πόλιν. μόνος γὰρ οὗτος αὐτῷ συνῄδει τὴν ἐπιβολήν. αὐτὸς δὲ τὰς πεζικὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν ἐποιεῖτο τὴν πορείαν μετὰ σπουδῆς. SEPTIMO die ab Ibero Carthaginem ventum est, simul terra, mariq; castra ab regione vrbis, qua in septentrionem versa est, posita: his ab tergo, nam frons natura tuta erat, vallum abiectum.) Veteres libri, Nullum vallum obiectum. Polybius duplum vallum exteriori castrorũ parti obiectum ait. ἀφικόμενος δὲ βεβιασμένως κατεστρατοπέδευσε κατὰ τὸ πρὸς ἄρκτους μέρος τῆς πόλεως, καὶ περιεβάλλετο κατὰ μὲν τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν τῆς στρατοπεδείας τάφρον καὶ χάρακα διπλοῦν ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν. κατὰ δὲ τὴν πρὸς τὴν πόλιν ἁπλῶς οὐδέν. αὐτὸ γὰρ ὁ τόπος φύσει ἱκανὴν ἀσφάλειαν αὐτῷ παρεσκεύαζε. Quod tergum vocat Liuius castrorum, id exteriorem partem nominat Polybius, quam frontem Liuius eam ad vrbem versam Polybius. 496

ETENIM sita Carthago sic est.) Vet. lib. Cæterùm sita Carthago sic est. Polybius: κεῖται μὲν οὖν. [Ita Badius.] SINVS est maris media ferè Hispaniæ maximè Africo vento oppositus, & quingentos passus introrsus retractus, paululo plus passum in latitudinem parens.) Ex Polybio legendum est, Ad duo millia, & quingentos passus: ipse enim ad viginti stadia, habet: κεῖται μὲν οὖν τῆς ἰβηρίας κατὰ μέσην τὴν παραλίαν ἐν κόλπῳ νεύοντι πρὸς λίβα. οὗ τὸ μὲν βάθος ἐστὶν ὡς εἴκοσι σταδίων, τὸ δὲ πλάτος ἐν ταῖς ἀρχαῖς ὡς δέκα. HVIVS in ostio sinus parua insula obiecta ab alto portum ab omnibus ventis, præterquam Africo, tutum facit.) Polybius: νῆσος ἐπὶ τοῦ στόματος αὐτοῦ κεῖται βραχὺ δ' ἐξ ἑκατέρου μέρους εἴσπλους εἰς αὐτὸν ἀπολείπουσα. λαμβανούσης δὲ ταύτης τὸ πελάγιον κῦμα συμβαίνει τὸν κόλπον ὅλον εὐδίαν ἴσχειν, πλὴν ἐφ' ὅσον οἱ λίβες καθ' ἑκάτερον τὸν εἴσπλουν παρεισπίπτοντες κλύδωνας ἀποτελοῦσι, τῶν γε μὴν ἄλλων πνευμάτων ἀκλύδωνος ὢν τυγχάνει διὰ τὴν περιέχουσαν αὐτὸν ἤπειρον. AB INTIMO sinu peninsula excurrit, tumulus is ipse, in quo condita vrbs est, ab ortu 497

solis,& à meridie cincta mari,ab occasu stagnum claudit,paulum etiam ad septentrionem fusum,incertæ altitudinis vtcunq; exæstuat,aut deficit mare,contioenti vrbem iugum ducétos ferè,& quinquaginta passus patens cooiungit.) Polybius: ἐν δὲ τῷ μυχῷ τοῦ κόλπου πρόκειται χερρονησίζον ὄρος, ἐφ' οὗ κεῖσθαι συμβαίνει τὴν πόλιν περιεχομένην θαλάττῃ μὲν ἀπ' ἀνατολῶν καὶ μεσημβρίας, ἀπὸ δὲ τῶν δύσεων λίμνῃ προσεπιλαμβανούσῃ καὶ τοῦ πρὸς ἄρκτον μέρους, ὥστε τὸν λοιπὸν τόπον μέχρι τῆς ἑτέρας θαλάττης, ὃς καὶ συνάπτει τὴν πόλιν πρὸς τὴν ἤπειρον, μὴ πλεῖον ὑπάρχειν ἢ δυεῖν σταδίων. Seruius Vergiliũ in primo hũc portum descripsisse ait,cùm ioquit:

Est in secessu longo locus. Insula portum
Efficit obiectu laterum,quibus omnis ab alto
Frangirut,inque sinus scindit sese vnda reductos.

Nam quod sequitur,de scopulis,prætermissum est à Liuio,cùm tamen apud Polybiom sit: ἡ δὲ πόλις αὐτὴ μεσόκοιλός ἐστι, κατὰ δὲ τὴν ἀπὸ μεσημβρίας πλευρὰν ἐπίπεδον ἔχει τὴν ἀπὸ θαλάττης πρόσοδον, τὰ δὲ λοιπὰ περιέχεται λόφοις, δυοῖν μὲν ἐρυμνοῖς καὶ τραχέσιν, ἄλλοις δὲ τρισὶν πολὺ μὲν χθαμαλωτέροις, σπιλάδεσι δὲ καὶ δυσβάτοις. Et Vergilius:

Hinc atq; binc vastæ rupes,geminiq; mioantur
In cœlum scopuli,quorum sub vertice late
Aequora tuta silent.

VNDE cùm tam parui operis munitio esset,non obiècit vallum imperator Romanus.)Polybius: τὸ δὲ μεταξὺ τούτων διάστημα τὸ συνάπτον τὴν πόλιν πρὸς τὴν ἤπειρον, ἀχαράκωτον εἴασε κατὰ μέσην ὑπάρχον τὴν αὐτοῦ στρατοπεδείαν. SIVE fiduciam hosti superbe ostentans,siue vt subeunti sæpe ad mœnia vrbis recursus patetet.)Polybius: ὅτι καὶ καταπλήξεως χάριν, ὅτι καὶ πρὸς τὴν ἐπιβολὴν ἁρμοζόμενος, ὅπως ἀνεμποδίστους ἔχῃ καὶ τὰς ἐξαγωγάς, καὶ τὰς ἀναχωρήσεις εἰς τὴν παρεμβολήν.

AD vrbem vnam oppugnandum.) Vet.lib. Oppugnandam. [Ita Badius.] Summa hoius orationis est eòam apud Polybium,quanquá Liuius non omnia illa expressit. TERRA,mari instrui.)Vet.lib. Terra,mariq; instrui. [Ita Badius.] OPPIDANORVM duo millia ab ea parte,qua castra Romana erát,opponit,quingétis militibus arcem insedit,quingentos tumulo vrbis iri orientem verso imponit, multitudinem aliam, quo clamor, quo subita vis aduocasset,resistentem ad omnia,occurrere iubet.) Polybius: ὁ δὲ Μάγων ὁ τεταγμένος ἐπὶ τῆς πόλεως, τὸ μὲν τῶν χιλίων σύνταγμα διελὼν τοὺς μὲν ἡμίσεις ἐπὶ τῆς ἄκρας ἀπέλιπε, τοὺς δ' ἄλλους ἐπὶ τοῦ πρὸς ἀνατολὰς λόφου παρενέβαλε, τῶν δὲ λοιπῶν τοὺς εὐρωστοτάτους εἰς δισχιλίους καθοπλίσας τοῖς ὑπάρχουσιν κατὰ τὴν πόλιν ὅπλοις ἐπέστησε κατὰ τὴν πύλην τὴν φέρουσαν ἐπὶ τὸν ἰσθμὸν ἐπὶ τὴν τῶν πολεμίων στρατοπεδείαν. τοῖς δὲ λοιποῖς παρήγγειλε βοηθεῖν κατὰ δύναμιν πρὸς πάντα τὰ μέρη τοῦ τείχους. Quod ἰσθμὸν vocat Polybius,vertit Iugum Liuius. ET primo haud impari stetere acie, subsidia deinde identidem summissa è castris non auerterurt solum in fugam hostes,&c.Omnia è Polybio versa sunt ὁ μὲν ἀλλ' ἕως μέν τινος ἐφάμιλλον συνέβαινε γίγνεσθαι τὴν μάχην. τέλος δ' ἐκβιασθέντες τῷ βάρει,&c. IPSE trium præ se iuuenum validorum scutis oppositis.)Polybius: ὁ δὲ Πόπλιος ἐπέδωκε μὲν αὑτὸν εἰς τὸν κίνδυνον, ἐποίει δὲ τοῦτο κατὰ δύναμιν ἀσφαλῶς. εἶχε γὰρ μεθ' ἑαυτοῦ τρεῖς ἄνδρας θυρεοφοροῦντας, οἳ παρατιθέντες τοὺς θυρεοὺς, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ τείχους ἐπιφάνειαν σκεπάζοντες, ἀσφάλειαν αὐτῷ παρεσκεύαζον.

498 QVIDAM stantibus scalis cum altitudo caliginem oculis offudisset,ad terram delati sunt.) Polybius: ἐφ' αἷς δ' οἱ πρῶτοι προσβαίνοντες ἐσκοτοῦντο διὰ τὴν εἰς ὕψος ἀναγωγήν, καὶ βραχείας προσδεόμενοι τῆς ἐκ τῶν ἀμυνομένων ἀντιπράξεως, ἐρρίπτουν σφᾶς αὐτοὺς ἀπὸ τῶν κλιμάκων. SED quod euntes.)Subaudiendum,Pœni,vt sit: Pœoi Romanos subeuutes ad ancipites vtrinq; ictus subiectos habebant. Ancipites vtrinq; ictus,à lateribus intelligit,vt pòst:Ancipitem vtrinque hostẽ,à fronte & à tergo intelligit. CONFRACTIS, ne iter impediretur, foribus.) Vet.lib. Confractis,ac distractis ne iter impediretur, foribus.

499 TVMVLVS primo impetu est captus.) Polybius: τὸν δὲ λόφον οἱ διὰ τῆς πύλης εἰσπεσόντες κατελάμβανον τὸν πρὸς τὰς ἀνατολὰς τρεψάμενοι τοὺς φυλάττοντας. MAGO conatus arcem defendere,cum omnia hostiũ plena videret, neq; spem vllam esse, se arcemq; & præsidiũ dedidit.) Polybius: ὁ Πόπλιος δὲ τοὺς χιλίους ἔχων ὥρμησε πρὸς τὴν ἄκραν, ἐγκλεισθεὶς δ' αὐτοῦ τὸ μὲν πρῶτον ἐνεβάλλετο Μάγων ἀμύνεσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα συννοήσας βεβαίως ἤδη κατειλημμένην τὴν πόλιν, διεπέμψατο περὶ τῆς ἀσφαλείας αὐτοῦ, καὶ παρέδωκε τὴν ἄκραν. EOS publicos fore populo Rom. edixit.) Vet. lib. populi Rom. Ita Polybius: τοῖς δὲ χειροτέχναις κατὰ τὸ παρὸν εἶπε, διότι δημόσιοι τῆς Ῥώμης εἰσίν. CETERAM multitudinem incolarum iuuenum,ac validorum seruorum in classem ad supplementum remigum dedit.)Polybius: ἐκ δὲ τῶν λοιπῶν αἰχμαλώτων ἐκλέξας τοὺς εὐρωστοτάτους, καὶ τοῖς εἴδεσι, καὶ ταῖς ἡλικίαις ἀκμαιοτάτους προσέμιξε τοῖς αὐτοῦ πληρώμασι. ET auxerat nauiuibus octo capòuis classem.)Polybius: καὶ ποιήσας ὑπηρέτας τοὺς ναύτας, τὸν πρόσθεν συνεπλήρωσε καὶ τὰς αἰχμαλώτους ναῦς, ὥστε τοὺς ἄνδρας ἑκάστῳ σκάφει βραχὺ πλείους τῶν διπλασίους εἶναι τῶν ὑπαρχόντων τῶν προσγενομένων. αἱ μὲν γὰρ αἰχμάλωτοι νῆες ἅμα ὀκτωκαίδεκα τὸν ἀριθμόν, αἱ δ' ἐξ ἀρχῆς πέντε καὶ τριάκοντα. Ex his verbis apparet legendum esse apud Liuium: Nauibus decem & octo captiuis. Quanquam pòst ait Liuius,Non de numero captarum rıauium conuenit. CATAPVLTÆ maximæ formæ centum viginti, minores CCLXXXI.) Vet.lib. Catapultæ maximæ fermè centum viginti. XL. millia modiorum.) Vet.lib. Modium. INTER tantas opes belli captas.) Vet.lib. Inter tantas opes bellicas. [Ita Badius.] ET capienda vrbe tantum laboris,periculiq; adissent.) Vet.lib.Et in capienda. [Ita Badius.] SEX Digioùs socius naualis.)Socium naualem appellat,quicunq; naualem operam nauat hoc loco. P. CORNELIVM Caudinum.)Caudinus cognomeo Corneliorum Lentulorum fuit,vt suprà diximus.

500 QVIPPE cum alibi CCC. fermè.)Polybius: πλείους ὄντας τῶν τετρακοσίων ἀνδρῶν,ait. E MEDIA turba obsidum mulier magno natu,Mandooij vxor,qui frater Indibilis Ilergetum reguli erat,flens ad pedes imperatoris procubuit,obtestariq; cœpit,vt curam,cultumq; fœminarum impensius custodibus commendaret.)Polybius: ἐν δὲ τῶν αἰχμαλωτίδων ἡ Μανδονίου γυνή, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἀνδοβάλου τοῦ τῶν Ἰλεργητῶν βασιλέως, προσπεσοῦσα αὐτῷ καὶ δεομένη μετὰ δακρύων ἐπιστροφὴν ποιήσασθαι τῆς αὐτῶν εὐσχημοσύνης ἀμείνω Καρχηδονίων. CVM Scipio nihil profecto defuturum ijs diceret, tum rursus mulier,haud magni ista facinus,inquit,quid enim huic fortunæ oon satis est?Polybius: συμπαθὴς γενόμενος εἴρετο τί λείπει τῶν ἐπιτηδείων αὐταῖς, καὶ γὰρ ἦν ἡ γυνὴ πρεσβυτέρα, καὶ τινὰ προστασίας ἀξιωματικὴν ἐπιφαίνουσα. ὁ δὲ Πόπλιος θαρρεῖν ἐκέλευε τὰς γυναῖκας, αὐτὸς γὰρ ἑτέρους ἐπιστήσειν φροντιοῦντας, ἵνα μηδὲν αὐταῖς ἐλλείπῃ τῶν ἐπιτηδείων. ἡ δ' ἐπισχοῦσα μικρόν, οὐκ ὀρθῶς, ἔφη, στρατηγέ, τοὺς ἡμετέρους ἐκδέχῃ λόγους, εἰ νομίζεις ἡμᾶς ὑπὲρ τῆς γαστρὸς δεῖσθαι σου νῦν. Quibus ex verbis intelligi potest nihil huic Liuianæ sententiæ desiderari,contrà quàm censet Glareanus. Scipio victui se consulturum fœminarum respondit,mulier pudicioæ eum vt consulat,rogat. [Glareanus rectè dubitauit, Nam ex his Polybij verbis hæc Liuij verba: Quid enim huic fortunæ non satis est?non eruuntur. Qui græcè scit hoc facilè videbit.] ALIA me angit cura ætatem harum intuentem, nam ipsa iam extra periculum muliebris iniuriæ sum, simul ætate, & forma florentes circa eam Indibilis filiæ erant.)Vet.lib.non habent vocem,Angit,& pro,simul,habent stimulat. Quam lectionem probo. Polybius: καὶ τότε λαβὼν ὁ Πόπλιος ἐν νῷ τὸ βούλημα τῆς γυναικός, καὶ θεωρῶν ὑπὸ τὴν ὄψιν τὴν ἀκμὴν τῶν Ἀνδοβάλου θυγατέρων, καὶ πλειόνων ἄλλων δυναστῶν, ἠναγκάσθη δακρῦσαι τῆς γυναικὸς ἐν ὀλίγῳ τὴν τῆς περιστάσεως ἔμφασιν ὑποδεικνυούσης. NE quid quod sanctum vsquam esset.) Virginum deditarum pudicioa. QVÆ nec iri malis quidem.)Vet.lib.Ne io malis quidem. CAPTIVA deinde à militibus adducitur ad eum adulta virgo,&c.)Polybius:

bius: κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον νεανίσκοι τινὲς τῶν ῥωμαίων ἐπιτυχόντες παρθένῳ κατὰ τὴν ἀκμὴν, καὶ κατὰ τὸ κάλλος διαφερούσῃ τῶν ἄλλων γυναικῶν, καὶ συνειδότες φιλογύνην ὄντα τὸν πόπλιον, ἧκον αὐτὴν ἄγοντες, &c.

Qvia ipse, si frui liceret ludo ætatis, præsertim recto, & legitimo amore, & non respublica animũ nostrum 501
occupasset, veniam mihi dari sponsam impensios amari vellem.) Vet. lib. Præsertim illecto recto legitimo amore, vt sit: si mihi liceret frui ludo ætatis, præsertim illecto, recto, & legiomo amore. Qvindecim ferè senatoribus, qui cum eo capti erant.) Polybius: δύο μὲν γὰρ ἦσαν κατειλημμένοι τῶν ἐκ τῆς γερουσίας, πέντε δὲ καὶ δέκα τῶν ἐκ τοῦ συνεδρίου. In naui impositis.) Vet. lib. In nauem. Ipse paucos dies, quibus morari Carthagine statuerat, exercendis naualibus, pedestribusq; copijs absumpsit.) Polybius: αὐτὸς δὲ χρόνον μέν τινα ἐν τῇ καρχηδόνι τάς τε ναυτικὰς δυνάμεις ἐγύμναζε συνεχῶς, καὶ τοῖς χιλιάρχοις ὑπέδειξε τοιοῦτόν τινα τρόπον τῆς τῶν πεζικῶν στρατοπέδων γυμνασίας. Primo die legiones in armis quatuor millium spatio decurrerunt: πρώτην μὲν ἡμέραν ἐκέλευσε προτροχάζειν ἐπὶ τριάκοντα σταδίους ἐν τοῖς ὅπλοις. Secundo die arma curare, & tergere ante tentoria iussit: τὴν δὲ δευτέραν πάντας ἐκτρίβειν, καὶ θεραπεύειν, καὶ καταθεωρεῖν ἐν τῷ φανερῷ τὰς πανοπλίας.

Tertio die sudibus inter se in modum iustæ pugnæ concurrerunt, præpilatisq; missilibus iaculati sunt, 502
quarto die quies data.) Polybius hæc præposterè narrat: τῇ δὲ ἑξῆς ἀναπαύεσθαι καὶ ῥᾳθυμεῖν. τῇ δὲ μετὰ ταύτην, τοὺς μὲν μαχαιροφορεῖν ξυλίναις ἐσκυτωμέναις μετ' ἐπισφαιρῶν μαχαίραις, ἐπὶ δὲ τούτοις ἐσφαιρωμένοις γρόσφοις ἀκοντίζειν. Quinto iterùm in armis decursum est: τῇ δὲ πέμπτῃ πάλιν ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς δρόμους κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐπανάγειν. Refectis qve, quæ quassata erant muri.) Vet. lib. Refectisq;, quos quassauerant muris. [Ita Badius.] Dispositisqve præsidijs ad custodiam vrbis Tarraconem est profectus.) Polybius: μετὰ ταῦτα ταῖς τε φυλακαῖς, καὶ ταῖς τῶν τειχῶν κατασκευαῖς ἀσφαλισάμενός τι κατὰ τὴν πόλιν, ἀνέζευξε καὶ τῇ πεζικῇ καὶ ναυτικῇ δυνάμει, καὶ προῆγε ποιούμενος τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ ταράκωνος ἔχων μετ' αὐτοῦ καὶ τοὺς ὁμήρους.

IN EPITOMEN LIB. XXVII.

Cn. Fvlvivs procos. cum exercitu ab Annibale cæsus est.) Vet. lib. Cæsus ad Herdoneã est: rectè. ita enim quoq; Liuius. Svbinde cedentem pressit, donec effugeret.) Vet. lib. dunec confligeret. Fabivs Maximus pater consulis.) Emenda: pater consul, vt infrà Maximus filius. Tarentinos per deditionem accepit.) Vet. lib. per proditionem recepit, egregiè: vt enim amissum fuerat: sic receptum proditione Tarentum est. Plutarch. in Fabio: τὴν δὲ ταραντίνων πόλιν ἐπιχειρῶν ἑλεῖν ἐκ προδοσίας. Ita vt inimicũ falleret, electa manu profectus.) Vet. lib. Ita vt hostem falleret, cum electa manu profectus.

IN LIBRVM XXVII.

In Italia consul Marcellus.) Vet. lib. In Italia autem consul Marcellus, quæ lectio nescio cur à Rhenano reijciatur. Salapia per proditionem recepta.) Vet. lib. per deditionem. Maroneam & Meles de Samnitibus vi cepit.) Nomina horum oppidorum reticet Plutarchus in Marcello, cùm ait: τὰς σαμνιτικὰς πόλεις μεγάλας ἀφεστώσας εἷλεν. Item quod ait Liuius: Ad tria millia militum, Annibalis, Plutarch. inquit: Ἀννίβου στρατιώτας τρισχιλίους ὄντας. Prædæ aliquãtum eius militi fuit concessum.) Placet coniectura Beati Rhenani, quam miror ab alijs esse repudiatam. Prædæ aliquantum, vsui militum concessa. Nam lib. 25. ait: Ad diripienda hospitia Romana passim discursum est, & fuit prædæ aliquantum. Cn. Fuluius procoosul.) Cn. Fuluius Centumalus. Nam Cn. Fuloium Flaccum prætorem biennio ante in ijsdem locis deuicerat.

Ita vt famã prope præueniret.) Vet. lib. Famam quoq;. Qvinta legio, & sexta alacriter pugnam inie- 503
runt.) Vet. lib. Quinta legio, & sinistra ala acriter pugnã inierũt, rectè. [Ita Badius.] Nam paulò pòst ait: Prima legio, & dextra ala. Itẽ: Primæ legioni tertia, dexteræ alæ sinistra subit. Itẽ multo pòst: peditũ prima legio, & dextera ala prælium inibant. Mvlti cecidissent Romanorum.) Vet. lib. Romanorum cecidissent. Cn. Fuluius cum duodecim tribunis militum cecidit.) Vet. lib. habent, cum vndecim: quod placet. Nam Plutarchus in Marcello sic ait: ἔπεσε τῷ αὐτῷ φλάβιος γναῖος ἀνθύπατος ἐν ἀπουλίᾳ κατακοπέντος μὲν αὐτοῦ σὺν ἕνδεκα χιλιάρχοις. Marcellvs nihil admodum tanta clade territus literas Romam ad senatum de duce, & exercitu ad Herdoneam amisso scribit. Cæterùm eundem, &c. ire aduersus eum, breuem illi lætitiam, qua exultet facturum.) Hæc verba vertit Plutarchus in Marcello, & Liuium auctorem profitetur, ita: κατηφείας δὲ τῇ στρατιᾷ τὸ πλεῖστον, ἀνέπεμψεν εἰς ῥώμην γράμματα, τοὺς πολίτας παρακαλῶν θαρρεῖν. αὐτὸς γὰρ ἤδη βαδίζειν, ὡς ἀφέλοιτο τὴν χαρὰν αὐτοῦ. καὶ ταῦτα μὲν ὁ λίβιός φησιν ἀναγνωσθέντα, τὰ γράμματα μὴ λύπας ἀφελεῖν ἀλλὰ τὸν φόβον προσθεῖναι τῶν ῥωμαίων μεῖζον ἡγουμένων τοῦ γεγονότος τὸ κινδυνευόμενον, ὅσῳ φαβίου κρείττων ἦν ὁ μάρκελλος. ὁ δὲ ὥσπερ ἔγραψεν εὐθὺς αὐτίκα διώκων, εἰς τὴν λευκανίαν ἐνέβαλεν, καὶ περὶ πόλιν νομίστρωνα καθήμενος, &c. Ab hora tertia cùm ad noctem pugnam extendissent, &c.) Plutarchus: ἀπὸ γὰρ ὥρας τρίτης συμπεσόντες ἤδη σκότους μόλις διέλυσαν. Postero die ab sole orto in multum diem stetere in acie.) Plutarchus: ἡμέρᾳ δὲ προαγαγὼν αὖθις τὸ στράτευμα παρέταξε διὰ τῶν νεκρῶν, &c.

Valerivm potius consulem ex Sicilia reuocari.) Plutarchus: ἀλλὰ καὶ ἀρχαιρεσιῶν ἐπειγόντων ἔδοξε τῇ βουλῇ μᾶλλον ἐκ 504
σικελίας τὸν ἕτερον ὕπατον, ἢ μάρκελλον συμπεπλεγμένον ἀννίβᾳ κινεῖν. L. Fvrio Purpurione.) Purporeone ex Capitolinis tabulis. L. Manlio prætore vrbis.) Vrbano. Vet. lib. Legati ab rege Syphace Romam venerunt, quæ is prospera prælia rex cum Carthaginiensibus fecisset, memorantes.) Vox, Rex, abest à vet. lib. neq; certè est necessaria. M. Atilivs, & M. Acilius.) Scribe M'. Acilius. est enim M'. Acilius Glabrio, de quo infrà magna fit mentio. Mvlta æstate, qua hæc facta sunt.) Vet. lib. Ea æstate, qua. Lascivientivm piscium more exultasse.) Vet. lib. Piscium modo exultasse.

Prope annos LX. in Sicilia.) ab Ap. Clandio consule, qui primus bellum in Siciliam transtulit ad hunc 505
nomerantur anni LV. Improviso in agro Vticensi excursionem fecit.) Vet. lib. In agrum Vticensem. Q. Fvlvivs dictator dictus.) Plutarchus in Marcello: ἐλθόντα δὲ ἐκέλευον εἰπεῖν δικτάτορα κόϊντον φούλβιον. ἐπεὶ δὲ ἐλθὼν ἀπὸ τῆς σικελίας ὁ τοῦ μαρκέλλου συνάρχων ἕτερον ἐβούλετο λαβεῖν δικτάτορα, καὶ βιασθῆναι παρὰ γνώμην μὴ βουλόμενος ἐξέπλευσε νυκτὸς εἰς σικελίαν, &c. Galeria iuniorum, quæ sorte prærogatiua erat.) Vet. lib. Quæ fortè. Quanquam, sorte. probatur, vt lib. 24. Eo die cùm sors prærogatiuæ ante ioniorum exisset. & Cicero Philip. 2. Sortitio prærogatiuæ. Galeria autem nomen est centuriæ, vt Veturia, de qua supra. Eodemqve iure vocatæ reliquæ inclinassent.) Vox, reliquæ, vacat, vt veteres indicant libri. opponit autem, iure vocatas centurias prærogatiuis. iudicium autem inquit prærogatiuæ sequutæ essent ex quæ iure vocatæ dicuntur, de quibus oos suprà. Magistratvm continuari.) Ex dictatore consulem fieri.

Cvm Flamioius alter consul.) Vet. lib. Cum C. Flaminius. L. Posthvmii Megilli) L. Postumij Me- 506
gelli, ex Capit. consulibus, & vet. lib. Consvl cum Cn. Iunio Bubulco.) Lege, cum C. Iunio, ex Cassiodoro

 &tabulis

& tabulis Capit. consules fuerunt anno V.C. CDLXI. PRÆTORES creati.) Veteres lib. Praetores inde creati, P. Manlius Volso.) Vulso, ex Capit. tabulis. T. SEMPRONII T. F. Longi T. Sempronius C. F. Longus.) Lege Ti. Sempronij Ti. F. Longi. Ti. Sempronius. Est enim Tiberius Semproniorũ cognomen. M. AEMI-
507 LIVS Pappus.) Papus ex Capitolinis tabulis. L. PORCIVS Licinius.) Licinus, ex Capitolinis tabulis.

C. CALPVRNIVS eidem præesset prouinciæ, exercituiq; quem Q. Fuluius habuisset, Capuam exercitumq; T. Quintius obtineret.) Ex vet. lib. legit Rhenanus: Capuam, exercitumque, quem Q. Fuluius habuisset, T. Quintius obtineret, & rectè. nam paulò pòst ait: Consulum alter T. Quintius Crispinus ad exercitum, quem Q. Fuluius Flaccus habuerat, profectus. C. MANILII Attelij, qui vnus ex plebe petebat.) Hunc eundem lib. 41. vbi de morte eius agit. C. Attelium Aemylium nominat. Est autem vtrobique legendum C. Mamilius Vitulus. Nam alibi etiam pro Mamilio, Aemilius, & Manilius est vitiose. Mamilij autem plebeij sunt, ex quibus Q. Mamilius Vitulus cosul fuit anno CDXCI. in tabulis Capitolinis. Vet. lib. hoc habent varietatis, quod Atellius habent. C. LECTORIVS.) Lætorius, vt antè. CVM L. Licinius prætor inde eduxisset.) Nemo hoc anno Licinius prætor fuit, at sequenti duo Pub'ij Licinij Varus, & Crassus, ille vrbanus, hic peregrinus. vrbanum autem intelligit. Itaq; P. est scribendum non L.

508 TRIGINTA tum coloniæ populi Rom. erant.) Hic locus est, quo colonias populi Rom. enumeremus, quas hoc tempore triginta fuisse scribit Liuius, quarũ duodecim negasse opẽ Romanis, duodeuiginti benignè præstitisse. Nomina XII. Liuius edit hæc: Ardeam, Nepet, Sutriũ, Circeios, Albam Carseolos, Suessam, Sorã, Setiam, Cales, Narniam, Interamnam. XVIII. autem, hæc: Signiam, Norbam, Saticulam, Brundusium, Fregellas, Luceriam, Venusiam, Adriam, Firmum, Ariminum, Pontiam, Pæstum, Cossam, Beneuentum, Aeserniam, Spoletum, Placentiam & Cremonam. Placet autem omnes colonias, quæ huc vsq; Liuio auctore deductæ sunt, & quo quæque anno deducta sit exponere, vt multo plures, quàm triginta deductas fuisse probemus.

I Medullia à Romulo rege deducta, Dionysius.
II Cameria à Romulo Rege. Dionysius.
III Fidenas à Romulo deductas scribit Dionysiue, eidem colonos additos esse anno CCCXXVI. scribit Liuius.
IIII Antemnæ à Romulo Rege.
V. Crustomeria à Romulo Rege.
VI Ostia ab Anco rege. Plin. lib. 4. ca. 5. Huius pòst meminit Liuius anno DXLIII. & añ. DLIX.
VII Signia à Superbo Rege.
VIII Circeij à Superbo Rege.
IX Cora, X Pomeria } Harum meminit anno CCLI. Liuius, quo autem anno deductæ sint non exponit.
XI Velitræ deductæ anno CCLX.
XII Norba, vt in Pomptino arx esset, anno CCLXII.
XIII Antiũ in Volscis, anno CCLXXXV. Eodem noua colonia missa, añ. CCCCXIII. Huius pòst meminit Liuius anno DXLIII. & añ. DLIX.
XIIII Ardea, anno CCCXII.
XV Lauici, anno CCCXXXVII.
XVI Vitella. Huius meminit anno CCCLXII. quo anno deducta sit non ait.
XVII Sutrium. Liuius nusquam coloniæ huius meminit nisi hoc loco. & lib. 29. vbi XII. harum etiam coloniarum nomina profert. at meminit Sutrij coloniæ Diodorus anno postquàm Roma capta est. Velleius septem pòst Rom. captam annos deductam tradit.
XVIII Nepet anno CCCLXXIII.
XIX Satricum. Huius meminit Liuius anno CCCLXXIIII. quo anno expugnatam à Prænestinis ait. Itèm pòst etiam anno CCCCXXXV. quo tamen anno deducta sit, non exprimit. Velleius annos septem post Romam captam deductam scribit. quanquam ibi vulgo Sotrium, non Satricum scribitur.
XX Setia Norbæ finitima, aono CCCLXXVII.
XXI Cales, anno CCCCXXI.
XXII Anxur, anno CCCCXXVI. eadem Tarracina dicitur anno CCCCLVIII. & DLIX.
XXIII Fregellæ, anno CCCCXXVII.
XXIIII Luceria, anno CCCCXL.
XXV Suessa Auruncorum, anno CCCCXLI.
XXVI Pontia, anno CCCCXLI.
XXVII. Saticula. hanc eodem anno cõditam quo Suessam scribit Velleius, cuius rei nihil meminit Liuius, Saticulanos tamen inter XVIII. fidos colonos hoc loco numerat.
XXVIII Casinum, anno CCCCXLII.
XXIX Interamna, anno CCCCXLII.
XXX Sora Volscorum, anno CCCCL. deductæ. Soræ tñ coloniæ meminit antè in añ. CCCCXXXIX.
XXXI Alba Aequorum, anno CCCCL.
XXXII Carseoli, anno CCCCLI.
XXXIII Nequinum, siue Narnia in Vmbria, anno CCCCLIII.
XXXIIII Minturnæ, anno CCCCLVI.
XXXV Sinuessa, anno CCCCLVI.
XXXVI Venusia. Hanc deductã esse scribit Velleius quadriennio post Sinuessam, id est, anno CCCCLX. cuius ne verbũ quidem Liuius, quia perijt ille annus. Nominat tamẽ hoc loco Venusinos inter fidos colonos.
XXXVII Castrum, XXXVIII Sena, XXXIX Adria } Hæ coloniæ deductæ sunt post annum CCCCLXII. quantũ diuinari ex epitoma libri XI. possum. Velleius Castrum deductã ait initio belli Punici, id est, añ. CCCCLXXXVI. Castri noui coloniæ maritimæ meminit Liu. añ. DLIX. Senæ meminit Polybius lib. 2.
XL Cossa, XLI Pæstum } Has deductas esse scribit Velleius Fabio, & Canina COS. id est, añ. CCCCLXXIX. In epit. lib. XIIII. Posidonia. & Cossa.
XLII Ariminum, XLIII Beneuentũ } deductæ, vt ait Velleius Sempronio Sopho, & Ap. Claud. COS. id est. añ. CCCCLXXIII. item epit. lib. 15. huius meminit Pol. lib. 2.
XLIIII Firmiom initio belli Punici cũ Castro deductã ait Vell. id est, CCCCLXXXVI. & Firmatũ inter fidos colonos nũc à Liu. referũtur.
LXV Aesernia post annum, quàm Firmum deducta, vt ait Velleius. item est in epitoma lib. 16. id est, CCCCLXXXVII.
XLVI Aesulum, XLVII Alsium } deductæ post annũ XVII. quàm Aesernia, vt ait Velleius, apud quẽ est XXII. mẽdose pro XVII. id est, anno DIII.
XLVIII Fregeoæ. post bienoium quàm Aesulum vt ait Velleius, id est, anno DV. Fregenæ coloniæ maritimæ meminit Liuius añ. DLIX.
XLIX Brundusium proximo anno, quàm Fregenæ Torquato, & Sempronio COS. vt scribit Velleius, id est, anno DVI.
L. Spoletum trieotrio post Brundusiũ ex Velleio, & epit. lib. 20. id est, anoo DIX.
LI Valentia post biennium quàm Spoletum. Velleius, id est, anno DXI.
LII Cremona, LIII Placentia } Sub aduentum Annibalis, vt ait Velleius. & epito. lib. 20. Pæd. in Pisonem, Scipione, & Longo COS. deductas scribit primo anno II. belli Punici, id est, anno DXXXII. Placentiam autem vocat coloniam à populo Rom. deductam LIII.

NEPETE.) Nepet, vt suprà sæpius. CVM alternis hęc cõsules diu iactassent.) Vet.lib. Consules demon-
strassent. VBI tantus pauor animis hominum est iniectus.) Vet.lib. Omnium.
VT magna pars actum de imperio diceret.) Vet.lib. Dicerent. SATRICVLANI'QVE.) Suprà ostendi 509
ex Velleio, Stephanoq; legendum esse Saticulam, addo etiam ex Veterum librorum auctoritate. ESSERNI-
NI.) Asernini, vt suprà etiam ostẽdi. SPOLETINI.) Vet.lib. Spoletani, itemq; Prisc.lib.2.docet esse loquen-
dum, vt Spoletum Spoletanus, vt Beneuentum Beneuentanus. [Ita Badius.] VT C. Hostilius Pr. ludos
Apollinis, sicut his annis voti, factiq; erant, vouerct, faceretq;.) Vet.lib. Apollini. & rectè. CREATI censores
ambo, qui nondum consules fuerant, M. Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus, duo censores, vt agrum
Campanum fruendum locarent latum ad plebem est.) Vox, duo, ni fallor, habet mendum. Cur enim duo, quan-
do sic locutus est Liuius? vereor ne, hi legendum sit, idque erroris causam librario tribuerit, quod hi pro, i,i. duo-
rum nota acceperit.
T. MANLIVS Torquatus erat.) Is anno DXIX. censor fuerat. Capit.lapid. EX ijs, qui principio eius bel- 510
li sexdecim annos nati fuerant, neq; militauerant, ærarios fecerunt.) Vet.lib. Decem & septem annos, rectè. [Ita
Badius.] Sic enim & ipse ait lib. 25. Tribuni pl. ad populum ferrent, vt qui minores septem, & decem annis sa-
cramento dixissent, ijs perinde stipendia procederent, ac si septem & decem annorum, aut maiores milites facti
fuissent. ET audacia, & audendi omnia necessitatibus pares.) Vet. lib. Et audacia, & ad audẽdum omnia.
MARCELLVS, & consulis literis excitatus.) Vet.lib. Excitus. [Ita Badius.] PAVCOS post dies consecutus
Fabius, qui & collegam coram obtestatus, & per literas Marcellũ, vt quam acerrimo bello detineret Annibalem,
dum ipse Tarẽtum oppugnaret. & pòst: Marcellus literis consulis excitus, ad Canusium Annibali occurrit.) Hæc
ita vertit Plutarchus in Marcello: συνθέμενος δὲ πρὸς φάβιον μάξιμον, ὅπως ἐκεῖνος μὲν ἐγχειρῇ ταραντίνοις, αὐτὸς δὲ συμπλεκό-
μενος, καὶ περισπῶν ἀννίβαν ἐμποδὼν ᾖ τοῦ βοηθεῖν πρὸς ἐκεῖνον, ἀννίβᾳ περὶ κανύσιον. NOCTE prægressum assequitur.) Vet.
lib. Nocte prægressum eum assequitur.
CEDERE inde Romanis dextra ala, & extraordinarij cœpere.) Plutarchus, τοῦ δεξιοῦ ὠσθέντος. Qui sint extra- 511
ordinarij, docet Polybius lib. 6. παραυθέντες διάδοχοι ἄρχοντες προσβεβλημένοι ὑπὸ τῶν ὑπάτων, οἱ τοῖς ὑπάτοις τὰς ἐπιλεκτοτάτους
πρὸς τὴν ἀληθινὴν χρείαν ἐκ τῶν παραγεγονότων συμμάχων ἱππέων τε, καὶ πεζῶν ἐξέλεγον τοὺς ἐκτραορδιναρίους, ὃ μεθερμη-
νευόμενον, ἐπιλέκτους. CECIDERE QVE in pugna ad duo millia & septingenti.) Plutarchus: ἑπτακοσίων ἐπὶ δισχιλίοις
ῥωμαίων πεσόντων. QVOS leuibus prælijs fugastis.) Vet. lib. Fatigastis. CORPORA tantum, atq; arma ea-
dem sunt) Plutarchus: ὁρᾶν, ἔφη, ῥωμαίων ὅπλα πολλά, καὶ σώματα, ῥωμαῖον δὲ μηδένα ὁρᾶν. NE prius hesternæ fugæ, quàm
hodiernæ victoriæ fama, Romam perueniat.) Plut. ὅπως οἱ πολῖται τὴν νίκην πρότερον, ἢ τὴν φυγὴν ἀκούσωσιν. CO-
HORTIBVS, quæ signa amiserant, hordeum dari iussit. Plutarch. προσέταξε ταῖς ἡττημέναις σπείραις ἀντὶ πυρῶν κριθὰς με-
τρηθῆναι. CVM eo nimirum, inquit, hoste res est, qui nec bonam, nec malam ferre fortunam potest, &c.) Plutar-
chus: ὦ ἡράκλεις, εἶπε, τί χρήσεταί τις ἀνθρώπῳ, μήτε τὴν χείρονα τύχην, μήτε τὴν βελτίονα φέρειν εἰδότι. μόνος γὰρ οὗτος οὔτε νικῶν δί-
δωσιν ἀνάπαυσιν, οὔτε λαμβάνει νικώμενος. ANNIBAL elephantos in primam aciem induci iussit.) Plutarchus: ἐκέ-
λευεν αὐτίκα τὰ θηρία προστήσαντας εἰς πρώτην τάξιν ἐπάγειν τοῖς ὅπλοις τῶν ῥωμαίων.
NI C. Decimius Flauus tribunus militum signo arrepto primi hastati.) Plutarchus: εἷς τῶν χιλιάρχων ὄνομα φλά- 512
βιος ἁρπάσας σημαίαν, ὑπήλλαξεν. VT est genus anceps.) Quod elephanti tàm in suos, quàm in hostes ruant.
CÆSA ad octo millia hominum.) Plutarchus: λέγονται γὰρ ὑπὲρ ὀκτακισχιλίους ἀποθανεῖν. Quod autem de Romanis ait
mille fermè & septingentos interfectos, Plutarchus ait aliter: ῥωμαίων δὲ νεκροὶ μὲν ἐγένοντο τρισχίλιοι. OPPIDVM
in Salentinis Manduriam.) Stephanus Mandurium vocat: μανδύριον πόλις ἰαπυγίας, ὁ πολίτης μανδυρῖνος.
PRÆSIDII præfectus deperibat amore mulierculæ.) Plutarchus & hanc opinionem, & alteram de muliere 513
à præfecto amata recitat, quam quidam Fabij pallacam fuisse tradiderunt. PRODITIONIS conciliator nun-
ciauerat.) Vet. lib. pronunciauerat. AD proditionis famam extinguendam.) Plut. ὡς μὴ προδοσίᾳ τὴν πόλιν
ἔχων φανερὸς γένοιτο. BRVTTII quoq; multi interfecti.) Vet.lib. passim interfecti.
QVI interroganti scribæ, quid fieri de signis vellet, deos iratos Tarentinis relinqui iussit.) Plutarchus: λέγε- 514
ται δὲ γραμματέως πυθομένου τοῦ φαβίου περὶ τῶν θεῶν τί κελεύει, τὰς γραφὰς οὕτω προσαγορεύοντα, καὶ τοὺς ἀνδριάντας, τὸν φάβιον εἰπεῖν, ἀπο-
λείπωμεν τοὺς θεοὺς ταραντίνοις κεχολωμένους. IIS qui Cauloniam obsidebãt.) Obsessæ Cauloniæ meminit etiam Plu-
tarchus in Fabio: καὶ καυλωνίαν ἐξελεῖν κατὰ κράτος. ET Romani, inquit, suum Annibalem habent.) Plutarchus:
καὶ σαφῶς μὲν εἰπεῖν, ἦν ἄρα καὶ ῥωμαίοις ἀννίβας τις ἕτερος, ἀπεβάλομεν γὰρ τὴν τῶν ταραντίνων πόλιν, ὥσπερ ἐλάβομεν. QVIN-
QVE millia fermè ab vrbe.) Plutarch. τεσσαράκοντα σταδίους. INDE duos Metapontinos cum literis principum
eius ciuitatis ad Fabium Tarentum mittit.) Plutarch. συνθεὶς ἐπιστολὰς παρὰ τῶν ἐν μεταποντίῳ δυνατῶν ἔπεμψε πρὸς τὸν φά-
βιον, &c. P. SCIPIO in Hispania.) Hinc etiam Polybius persequitur res gestas P. Scipionis in Hispania lib. 10.
κατὰ δὲ τὴν ἰβηρίαν ὁ πόπλιος ὁ τῶν ῥωμαίων στρατηγὸς ποιούμενος τὴν παραχειμασίαν ἐν ταρράκωνι. EDESCO ad eum clarus
inter duces Hispanos venit.) Polybius, Edeco. λαβὼν συναγωνιστὴν ἐδεκῶνα τὸν δυνατὸν δυνάστην. EADEM causa In-
dibili, Mandonioq; fuit.) Polybius: ἀνδοβάλης δὲ καὶ μανδόνιος μέγιστοι μὲν ὄντες δυνάσται τῶν τότε κατ' ἰβηρίαν, &c. NA-
VALES socios terrestribus copijs addidit.) Polybius: συνέζευξε ταῖς ναυτικαῖς δυνάμεσι τὰς πεζικὰς δυνάμεις. ET
iam Lælius redierat ab Roma.) Polybius: ἥκοντος δὲ προσδεξάμενος γαΐον λαίλιον, καὶ διακούσας τὰ παραγγελλόμενα ὑπὸ τῆς
συγκλήτου προῆγε τὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν ἐκ τῆς παραχειμασίας.
PROPE vrbem Bætulam.) Polybius Bæcula nominat. ἐγγίσας δὲ τῷ χαρακώματι, καὶ τοῖς περὶ βαίκυλα τόποις. & Liuius 515
paulò pòst: Paucis post prælium factum ad Bætulam diebus, cum Scipio rediens Taraconem saltu Castulonensi
iam excessisset. Stephanus item: βαίκυλα πόλις ἰβηρίας. τὸ ἐθνικὸν βαικυλεύς. Item Ptolemæus. IPSE expeditos ad
leuem armaturam infimo stãtem supercilio ducit.) Polybius: τοὺς δὲ γροσφομάχους, καὶ τῶν πεζῶν τοὺς ἐπιλέκτους ἐξαγαγὼν, ἐκέ-
λευε προσβάλλειν πρὸς τὴν ὀφρύν, καὶ καταπειράζειν τῆς τῶν πολεμίων ἐφεδρείας. ET assuetudine succedendi.) Vet. lib. Assue-
tudine tamen succedendi. IPSE ab læua, circuitu haud magno, in transuersos hostes incurrit.) Polybius: τοὺς
δὲ λοιποὺς ἐπιλέκτους ἔχων αὐτὸς ἀναλαβὼν τὴν ὀφρὺν κατὰ τὸ λαιὸν τῶν ὑπεναντίων προσέβαλλε τοῖς καρχηδονίοις.
ASDRVBAL iam antequam dimicaret, pecunia rapta, elephantisq; præmissis, quam plurimos poterat de fu- 516
ga excipiens præter Tagum flumen ad Pyrenæum tendit.) Polybius: ἀσδρούβας δὲ κατὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς διαλογισμὸν θεωρῶν
κλινούσας, καὶ διατετραμμένας τὰς αὐτοῦ δυνάμεις, τὸ μὲν ψυχομαχεῖν μέχρι τῆς ἐσχάτης ἐλπίδος ἀπεδοκίμασε, λαβὼν δὲ τά τε χρήματα,
καὶ τὰ θηρία, καὶ τῶν φευγόντων ὅσους ἐδύνατο πλείστους ἐπισυναγαγόμενος ἐποιεῖτο τὴν ἀναχώρησιν παρὰ τὸν τάγον ποταμὸν ὡς ἐπὶ τὰς πυρήνης
ὑπερβολάς. IN recensendis captiuis decem millia peditum, duo millia equitum venit.) Polybius: συναθροίσας
τὸ τῶν αἰχμαλώτων πλῆθος, ἦν ὅσον πεζοὶ μὲν εἰς μυρίους, ἱππεῖς δὲ καὶ πλείους δισχιλίων. REGEM eum ingenti consensu appel-
lauit.) Polybius: κατὰ δὲ τὰς ἐντεύξεις βασιλέα προσφωνούντων τῶν ἰβήρων. Et pòst: μετὰ δὲ μάχην ἁπάντων βασιλέα προσφωνούντων.
SIBI maximum nomen imperatoris esse dixit.) Polybius: παρήγγειλε στρατηγὸν αὐτὸν προσφωνεῖν. TACITE iudi-
carent.) Vet. lib. Taciti iudicarent. NVMIDAM te esse ait.) Vet. lib. Numidam se lacrymans esse ait.
PRÆSIDIO tantum ad insidendum Pyrenæum misso.) Polybius: ἐπὶ δὲ τὰς ὑπερβολὰς τῶν πυρηναίων ὀρῶν ἐξαπέστειλε τοὺς

περιόντας τ̀ ἀσφάλας. CVM Scipio rediens iam Taraconem saltu Castulonensi excessisset.) Vet. lib. Cum Scipio rediens Taraconem saltu Castulonensi iam excessisset. Polybius: ἀναχώρησαι μετὰ τ̀ δυνάμεως εἰς ταρακῶνα ἐν τούτοις τοῖς τόποις ποιεῖσθαι τὴν παραχειμασίαν.

517 MEDIA æstate Venusiam in tecta milites abduxisset.) Plutarchus Sinuessam edit pro Venusia. ἀλλὰ κατὰ χειμῶνα εἰς χαμαιλίαν αὐτὸ δεῖξεν, ἐκ τὸ θέρος ἐν σινοέσσῃ διῆγεν ἀναλαμβάνων τοὺς στρατιώτας. INIMICVS erat ei C. Publicius Bibulus tribunus pl.) Plutarchus: οἱ δ' ἐχθροὶ πουβλίκιον βίβλον ἐνίδα τῶν δημάρχων ἀνέστησαν ἐπὶ τὴν κατηγορίαν αὐτοῦ. Lapides Capitolini, Poblicius. CVM tamen necessarij Claudij obtinuerunt.) Vet. lib. Tum tamen. NEC ab imperio eius abrogando.) Vet. lib. Nec de imperio eius. Malim tamen, Ei. Nam, Abrogare alteri imperium dicitur, & magistratum. ACTVM de imperio Marcelli in circo Flaminio est.) Plutarchus: τοῦ δήμου συνελθόντος εἰς τ̀ φλαμίνιον ἱππόδρομον. Q. CLAVDIVS Flamen.) Vet. lib. Q. Claudius Flaminius. Suspicor, Flamininus legendum: eumq; esse, de quo priore libro dixit, C. Claudius Flamen dialis, quod exta perperam dederat, Flaminio abijt, atq; inde cognomen inuenisse, quod Quintij etiam tulerunt.

518 MVRES in æde Iouis aurū rosisse.) Plutarch. in Marcello: καὶ μύες τ̀ ἐν διὸς χρυσὸν κατεφαγόντες. SINGVLOS dies instaurati.) Vet. lib. In singulos dies: rectè. sic enim semper alibi loquitur, nō est opus exemplis. EX Campania nunciata erant.) Vet. lib. Et ex Campania nunciata erāt. PESTILENTIA grauis incidit per vrbē, agrosq;.) Redde suam vocem, incidit in vrbē. sic enim veteres, quos legi, habēt libri. FECITQVE ad III. Nonas Quintiles.) Scribe ex omnium librorū veterū auctoritate, ante diem tertium Nonas Quintiles, cuius locutionis vim non intelligens Rhenanus, mutauit, & deprauauit. Est aūt ante diem tertium Nonas, idem atq; III. Nonas, id est, tertio die ante Nonas. Integrū hanc fuisse Latinā dicendi formā indicat etiam Plutarchus in Numa, qui scribit Romam conditam πρὸ ἕνδεκα μιᾶς καλανδῶν μαΐων, id est, antè diem vndecimum Kalendas Maias. & in Poplicola pugnatum cum Tarquinijs esse πρὸ μιᾶς καλανδῶν μαρτίων, id est, ante vnum Kalendas Martij, id est, pridie K. Martij. Et Dionysius libro sexto creatos ait tribunos plebis: τετάρτῃ πρὸ τῶν εἰδῶν δεκεμβρίων. quod pòst Liuius lib. 34. ait, ante diem quartum Idus Decembres. Itaq; cùm dicimus, Ad III. ad IIII. puto mendosè dici, diuidendasq; literas esse, ita: A. D. id est, ante diem. VARRO imperio missus.) Castiga, cum imperio.

519 IN sententiam M. Acilij.) M'. Acilij, vt suprà de eodem admonui. ALIIS sententijs notantibus præfectum, quod eius socordia Tarentum proditum hosti esset, alijs præmia decernētibus, quod, &c.) Vox, sententijs, sine dubio mendosa est. Rhenanus, quia libros veteres, socijs, pro sententijs habere legit, in eam opinionem venit, vt vocii, putarit esse legendum, quam lectionem adeò probauit, vt eius etiam in Taciti castigationibus meminerit. Nos autem quia sæpe mendosè, socijs, pro S. C. id est, senatusconsulto esse inuenimus, & quia librum etiam vnum, senatusconsulto, apertè habere comperimus, senatuscōsulto reponimus. Nam & sensus est optimus, & locutio Liuio vsitata: vt lib. 25. Ac per eum delata ad senatum, nec vllo senatusconsulto notata. ADIECIT tamen fateri se, opera Liuij Tarentum receptum.) Cicero idem scribit in Catone, prauè tamen M. Liuium Salinatorem hunc vocat. Idem Plutarchus in Fabio. QVOD cum bello Gallico ad Clastidium ædem Honori & Virtuti vouisset, dedicatio eius à pontificibus impediebatur.) De bello Gallico, & prælio à Marcello ad Clastidium in primo eius consulatu commisso scribit Polybius lib. 2. & Plutarchus in Marcello. De ædibus autem his Idem Plutarchus sic: ἔπειτα ναὸν ἐκ τῶν σικελικῶν λαφύρων οἰκοδομημένον ὑπ' αὐτοῦ δόξης, καὶ ἀρετῆς καθιερῶσαι βουλόμενος, καὶ κωλυθεὶς ὑπὸ τῶν ἱερέων, οὐκ ἀξιούντων ἐνὶ ναῷ δύο θεοὺς περιέχεσθαι πάλιν προσοικοδομεῖν ἤρξατο ἕτερον. VNI deo rectè dedicari.) Vet. lib. Ritè. INTER Venusiam, Brutiamq;) Vet. lib. Bauriamq;. Ego: Bantiam. sic enim Plutarchus μεταξὺ βαντίας πόλεως, καὶ οὐενουσίας. Et Stephanus: βαντία πόλις ἰταλίας τὸ ἐθνικὸν βαντινός.

520 PARTEM exercitus, quæ in præsidio erat.) Vet. lib. Qui in. SVB tumulo Peteliæ.) Vet. lib. Peteliæ: Stephanus: πετηλία πόλις ἰταλική, τὸ ἐθνικὸν πετηλινός. Plutarchus: τ̀ περὶ πετηλίαν λόφον ait, pro πετηλίας. AD duo millia armatorum cæsa.) Plutarchus: ὑφεὶς ἐνέδρας πεντακοσίους καὶ τετρακοσίους ἀπέκτεινε. TVMVLVS erat syluestris inter Punica & Romana castra.) Plutarchus: ἦν δ' μεταξὺ τῶν στρατοπέδων λόφος ἱκανῶς μὲν εὐερκὴς ὕλης δ' παντοδαπῆς ἀνάπλεως. FREMEBANT vulgò in castris Romanis, occupandum eum tumulum esse.) Plutarchus: ἦν πολὺς ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν ῥωμαίων λόγος, ὡς χρὴ τὸ χωρίον καταλαμβάνειν. PRIMA hostia cæsa iecur sine capite inuentum.) Plutarchus: καὶ τοῦ πρώτου πεσόντος ἱερείου δεικνυσιν αὐτῷ τὸ ἧπαρ οὐκ ἔχον κεφαλὴν ὁ μάντις. AVCTVM etiam visum in capite.) Plutarchus: ὅ τε κεφαλὴ μέγεθος ὑπερφυὲς ἀνῆγεν. De eadem re Valerius lib. 1. de prodigijs. NEC id sanè aruspici placuisse, quod secundum trunca, & turpia exta, nimis læta apparuissent.) Plutarchus: οἱ δ' μάντεις ταῦτα μᾶλλον ἔφασαν δεδιέναι, καὶ ταράττεσθαι. λαμπροτάτων γὰρ ἐπ' αἰσχίστοις, καὶ σκυθρωποτάτοις ἱεροῖς φανέντων ὕποπτον εἶναι τ̀ μεταβολῆς τὴν ἀτοπίαν.

MARCELLVM tanta cupiditas tenebat dimicandi, vt nunquam satis castra castris collata diceret.) Vet. lib. Pro, cupiditas, habent, cupido, &c. pro diceret, duceret. DESERTI ab Etruscis Fregellani.) Ducētos & viginti equites secum eduxerat Marcellus, quorum nemo Romanus, sed aut Etrusci erant omnes, aut Fregellani, vt ait Plutarchus: ἐξήγεν ἅμα τότε συναρχοντα κρισπῖνον παραλαβών, καὶ τὸν υἱὸν χιλιαρχοῦντα, τοὺς σύμπαντας ἱππεῖς εἴκοσι, καὶ διακοσίους, ὧν ῥωμαῖος οὐδεὶς ἦν ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλοι τυρρηνοί, τεσσαράκοντα δ' φρεγελλανοί, πεῖραν ἀρχῆς καὶ πίστεως ἀεὶ τῷ μαρκέλλῳ δεδωκότες. MARCELLVM etiam transfixum lancea.) Plutarchus: μάρκελλον δέ τις λόγχῃ πλατείᾳ διὰ τῶν πλευρῶν διήλασεν, ἣν λαγκίαν καλοῦσιν. INTERFECTVS A. Manlius.) Ita vet. lib. Mouet quosdam, quod legerint, Interfecti, suspicāturq; deesse nomen alterum, sine causa. LICTORES consulum quinq; viui in potestatem hostium venerunt.) Plutarchus αἰχμάλωτοί δ' καὶ τῶν μὲν ῥαβδούχων πέντε. Equites duodeuiginti viui capti. τῶν δ' ἱππέων εἴκοσι δυεῖν δέοντες.

521 L. COELIVS triplicem gestæ rei ordine edit.) Vet. lib. Alij C. Lælius, alij Lælius Cœlius. Aut igitur L. Cælius Antipater est, cuius sæpe meminit, aut C. Lælius, quem historias scripsisse tradere videtur Polybius libro 10. IBI inuentum Marcelli corpus sepelit.) Hac in re citat auctorem Liuium Plutarchus: λίβιος δ' καὶ καῖσαρ ὁ σεβαστὸς, κομισθῆναι τὴν ὑδρίαν πρὸς τ̀ υἱὸν εἰρήκασιν, καὶ ταφῆναι λαμπρῶς. PAVLO ante hic nuncius consulis Salapiam venerat, cùm literæ.) Vet. lib. Quam literæ. QVAM Cincius.) Vet. lib. Quam L. Cincius.

522 M. MARCELLVM trib. militum.) M. Marcelli consulis interfecti filium. Plutarchus. Q. FABIVM filium.) Virum consularem, de quo antè dictum est. L. CINCIVS Alimentius.) Alimentus, vt antè. Idem, de quo paulò antè. PHALERAM.) Vet. lib. Phalaram. sic Stephanus: φάλαρα πόλις θεσσαλίας, πλησίον λαμίας. τὸ ἐθνικὸν φαλαρεύς. RHIVM profectus est.) Stephanus: ῥίον πόλις μεσσηνης ἢ ἀχαΐας. καὶ ἄλλη αἰτωλίας. Achai cum oppidum intelligit, vbi concilium agebatur Achæorum.

523 QVESTI sunt quædam.) Vet. lib. Parua quædam. SATIONIS restitueretur Athamanis.) Suspectum habeo locum, vt Glareanus. IPSE ab eo concilio Argos regressus.) Vet. lib. Ipse habito concilio. IVSSIS subsequi peditibus.) Vet. lib. Iussis se subsequi. QVI Eleum agrum ab Dymeo dirimit.) Polybius & Stephanus δυμαῖον scribunt. Itaq; Dymæo, scribe. TRIBALLOS, Illyriorum id est genus.) Vet. lib. Trallos. Rectè. Tralli enim sunt populi Illyrij, auctore Stephano, de quibus Liuius etiam lib. 37.

524 LYCNIDVM.) Græci λύχνιδον, ergo Lychnidum. DASSARETIORVM.) Dassaritiorum, ex Stephano: δασσα-

δαπαρῖται ἔστιν ἢ Ἰλλυρίας. λέγεται καὶ Δασσαρῆται. DARDANOS in Macedooiam effuſos Oreſtidem iam tenere, ac
deſcendiſſe in Argeſtæum campum.) Suſpicor Aegeſtæum campum eſſe Theſprotium, qui affinis eſt Oreſtidi.
Nam Stephanus: αἱ γεῶται εἰ διαπερῶσι ἀπὸ τινὸς αἰγέστρατρῦ. Nam qoi ſit Argeſtæus campus quęrit meritò Glarea-
reanus. T. QVINTIVS conſul.) Vet. lib. T. Quinctius Criſpinus conſul. DICTO L. Manlio Torquato.)
T. Manlio. eſt enim is, cuius ſæpius antè meminit. C. SERVILIVM, tùm ædilis eutulis erat, dixit.) Vet lib.
C. Seruilium, qui tùm ædilis curulis erat, dixit. M. ÆMILIVS præt. vrban. C. Flaminio.) M. Aemilium Re-
gillum, qui pòſt fuit flamen Quirinalis, fuiſſe puto. Ex conſulatu populi iudicio damnatus.) Quod prædam
Illyricam malignè diuiſiſſet, vt antè dixi.

IN ſenatum venire.) Non legerant eum in ſenatum, ſed auctores ei fuerant, vt in ſenatum veniret, non tan- 525
quam ſenator, ſed tanquam pedarios: nam ſeqoitur: Sed tùm qooq; aut verbo aſſentiebatur, aut pedibus in ſen-
tenriam ibat. Ex ijs eoim erat, quibus ius erat in ſenatu ſenrenriam dicere, non tamen ſenatores eranr, Gellius.
QVIA duos patricios creari non liceret.) Per hæc tempora nunquam duo patricij conſules comparati, duo verò
plebeij in collegio Gracchi & Marcelli comparati ſunt. M. FVRIVM.) Camillum, de quo lib. 5. L. POR-
TIVS Licinius.) L. Porcius Licinus ex Cap. lapid. C. MANLIVS.) C. Mamilius. Sic enim vet. lib. pleriq;.
Caios certè non eſt prænomen Manliorum. Hunc puto eſſe C. Mamilium Vitulum, de quo ſuprà. ET præ-
ſciſcere.) Vet. lib. Et præſcire. INIMICITIÆ autem nobiles inter eos erant.) Vet. lib. Ioimicitiæ ante nobi-
les inter eos. De his inimicitijs, & de reditu in gratiam, etiam Valerius. QVEM Alpibus appropinquare fama
erat.) Vet. lib. Quem iani Alpibus.

L. AQVILIVS Pætus augur creatus.) Vet. lib. Præfectus Aquilius Pætus, mendoſe certè, ſed ita vt ex obſerua- 526
tione diuturna eiuſmodi mendorum veſtigia veritatis elicias. ſæpe enim eſt, præfectus, pro Publio, in manuſcri-
ptis. Itaq; legendũ puto, P. Aelius Pætus. Primum enim cognomen Pæti, non erat Aquilliorũ, ſed Aeliorum, de-
inde hic eſt P. Aelius Pætus, qui nũc fit augur, & anno DLXXIX. augur apud eundem Liuium moritur, lib. XLII.
AB Q. Manlio, & M. Cæcilio.) Lege ab Q. Mamilio, vt infrà probabitur. C. MANLIO Sicilia.) C. Mami-
lio, vt antè. ITA per prouincias diuiſa, binæ conſulum eſſent.) Vet. lib. Vt binæ. CLIVVM Publicium.)
Vet. lib Cliuum publicum, vt lib. 30. Annus inſignis incendio ingenti, quo Cliuus publicus ad ſolum exuſtus
eſt. Et lib. 26. Quos cùm ex arce, Capitolioque cliuo publico in equis decurrentes quidam vidiſſent. VT
Sinueſſæ biennio ante.) Suprà hoc eodem libro. AB Liuio poeta.) Liuius Androoicus, Liuius à Liuio Sali-
natore, vt ait Euſebios, appellatus.

SONVM vocis pulſu pedum modulantes.) Id eſt, λόγῳ καὶ ῥυθμῷ, vt ait Ariſtoteles in Poetica. ANXVRAS.) 527
Taracinas. A SVPERO mari Senenſis.) Senenſis à Sena colonia vrbe ad Adriam eſt, non à Senis Etruriæ.
EARVM coloniarum iuniores iureiurãdo adacti ſupra dies triginta non pernoctaturos extra mœnia colonię ſuę.)
Vet. lib. Non habent vocem, dies, & pro triginta, habent quadraginta: ſenſu multo præſtantiore. Iuniores cuiuſq;
coloniæ vltra quadraginta non pernoctaturos extra mœnia coloniæ ſuæ. eadem ſententia eſt lib. 26. Néue vno
tempore quinq; ſenatores ab vrbe Roma abeſſent. NE emergeret ex Bruttijs, atq; obuiam fratri ire poſſet.)
Vet. lib Emergere. DVO millia de legionibus militum.) Vet. lib. Ad duo millia.

PRÆCIPITASSET Romana Reſp.) Vet. lib. Præcipitaſſet. reſp. SECVNDA io Italia.) Vet. lib. Multa ſe- 228
cunda in Italia.

T. CLAVDIVM Aſellom.) Vet. lib. Ti. Claudium Aſellom. 529

MARRVCINVM. Ferenrinom.) Vet. lib. Ferentanum. Suprà oſtendi legẽdum eſſe, Frentanum. FLE- 530
XIT in Picenum.) id eſt, vt in Picenũ tenderet. Q. TATIO legato.) Vet. lib. Q. Catio, quod probo: ſuprà enim
Q. Catiom quoq; ædilem curulem nominauit. BIENNIO antè, cum caſtra punica obiecta Romanis mœni-
bus portisq; fuerant.) Quadriennio legeodum eſſet, niſi extremos annos omiſſos eſſe intelligeremus, id enim
factum eſt anno DXXIX. SINE imperio, ſine auſpicio.) quia imperium, auſpiciumq; coo ſulis erat, qui
diſceſſerat.

GEMINA victoria inſignem.) P. & Cn. Cornelijs interfectis in Hiſpania. CONCITATIS ad arma Gal- 531
licis.) Vet. lib. Et concitatis ad arma. HAVD cum ignoto duce C. Netone.) Hac de re ſcripſit libro priore.
FLAGITARE precibus, vt, quæ) Vet. lib. Fatigare precibus, quod placet. eſt enim genus dicendi Liuio familiare.
NOCTE clàm ingredi viſum eſt.) Vet. lib Melius viſum eſt. TESSERA per caſtra ab Liuio conſule data erat,
vt tribunum tribunus, centurio centurionem, eqoes equitem, pedes peditem acciperet.) Sic lib. 7. Vigilijs dein-
de diſpoſitis cæteris omoibus teſſeram dari iubet, vbi ſecundæ vigiliæ buccina datum ſignum eſſet, armati cum
ſilentio ad ſe conuenirent. Polybius item de teſſara, quam ξυλήφιον, & σύνθημα vocat, lib. 6. agit, id eſt, de ſigno no-
cturnis excubijs dando. Nam Liuius bis locis pro quocunq; ſigno accipere teſſeram videtur. AD Senam.)
Coloniam, de qua ſupra. Vnde in Bruto: Salinatorem ait Cicero Senenſi prælio ludos vouiſſe.

STRICOSIORES eqnos.) Sic Front. lib. 1. cap. 2. 532

VT adire nuncius non poſſet, præcunctantibus, vociferantibusq;.) Vet. lib. quos legi omnes, Vt adire nun-
cius non poſſet, trahereturq; à percunctantibus. 534

INDE traducti in concionem legati.) Vet. lib. Introducti in concionem. Hinc ego: Inde producti. Eſt enim 535
hæc conſuetudo latini ſermonis. vt cùm non omnibus pateret aditus vel in ſenatum, vel in concionem, à magi-
ſtratibus tamen, quorum id ius erat, in curiam quidam introduci, ad populum verò (ſic enim loquebantur) pro-
duci poſſent. Sic lib. 7. Legati iotroducti in ſenatum maximè in hanc ſententiam locuti ſunt. Et lib. 28. Tum Sa-
guntinorum legatos in ſenatum introduxit. Et paulò pòſt: Legati coeſ deinde cæteræ in ſenatum introductæ. Et
hoc libro: Mandat coo ſulibus, vt eos quoq; ad populum producerent. Item: Productus in concionem Lælius ea-
dem diſſeruit. Et lib. 41. Eum cum in ſenatu fatigaſſent interrogationibus, in concionem quoque produxerunt.
Cicero poſt reditum ad Quirites. Deinde omnes. qui veſtris maximè beneficijs, honoribusq; ſunt ornati, produ-
cti ad vos ab eodem. Et ad Att. lib 1. Q. Fuſius in concionem produxit Pompeium. L. VETVRIVS literis re-
citatis omnia, quæ acta erant expoſuit.) Vet. lib. Planius omnia, egregiè. EAM ſupplicationem C. Hoſtilius
prætor pro concione edixit, celebrataq; à viris, fœminisq;, omniaq; templa per totum triduum æqualem turbam
habuere.) Vet. lib. Celebrata à viris, fœminisq; eſt, omnia templa, &c. MVTVVM dando, argeotum credi-
tum ſoluendo.) Vet. lib Mutuum dando argentum, creditumq; ſoluendo. CASTRISQVE inde motis, vt
omnia.) Vet. lib. non habent, vt, & pro voce. Contraheret, habent, Cootrahit: quod placet.

IN EPITOMEN LIBRI XXVIII.

ET in hoc habitu plus gloriæ, reuerentiæq; habuit.) Vet. lib. Et in hoc actu. CARTHAGINI Nouæ.) Carthagine Noua, legendum. OCCIDERVNT, se in super præcipitauerunt.) Vet. lib. Et se insuper. ET amicitia facta est cum Massanisa.) Tolle vocem, Est, vt vno ambitu orationis hæc tota sentẽtia comprehendatur. Sic Vet. lib. SI ex tep. esse cognosceret.) Vet. lib. Si è rep.

IN LIBRVM XXVIII.

CVM transitu Asdrubalis quãtum in Italiam inundauerat belli, tantum leuatæ Hispaniæ viderentur.) Rhenanus leuissima vnius libri coniectura motus legit, Inundauerat, pro Inclinauerat, à quo ipse dissentio, non solum, quia contra librorum omnium auctoritatem facit, sed etiam, quia pulcherrimam sententiam deprauat, quæ ex vocibus, Inclinauerat, & Leuatæ, elicitur, quæ translatione à lance sumpta nituntur. Nam quo grauiori pondere lanx altera premitur, eò magis contraria leuari videtur. Quod idem de Italia quoq; & Hispania intelligendum est.

536 SVBSIDVNT Hispani aduersus emissa tela ab hoste, inde ad emittenda ipsi consurgunt.) Vet. lib. Ad remittenda, probè. QVOD ad fugam impedimento hostibus erat, & ad cædem eos.) Vet. lib. Id ad cædem eos. DVO haud amplius millia peditum.) Vet. lib. Haud amplius tria millia peditum. SCIPIO spem debellandi, si nihil iam etiam ipse cunctando moratus esset, nactus.) Vet. lib. Si nihil eam ipse cunctando. BETICA) græcè βαίτις, & βαιτική. ergo Bætica. CÆTERVM, quod aciem renuisset, exercitum omnem passim in ciuitates dimisit.) Lectionem exagitatam à Rhenano reponendam censeo. Est enim in omnibus vet. quos legi libris sic: Cæterùm quoad continuisset exercitum, propositum bello se fore ratus, antequam freto Gadeis traijceret, exercitum omnem passim in ciuitates dimisit. Sensus est: Asdrubalem timuisse sibi magis, si exercitum continuisset, quàm si dimisisset. Est autem sententia illa, quæ est in epistola Cœlij lib. 8. Nam de vita, si pararior ab exercitu esses, timuissem, nunc hæc exiguitas copiarum recessum, non dimicationem mihi tuam præsagiebat. AD oppugnandam opulentissimam in ijs locis vrbem, quam Oringio barbari appellabant, mittit.) Vet. lib. Vrbem (Origin barbari appellabant) mittit. Huius meminit Plinius libro tertio, capite primo.

537 ARX fuit Asdrubalis ad excursiones circa in mediterraneos populos faciendas.) Vet. lib. Asdrubali, quod magis probo. ETIAM eo superare hostem.) Vet. lib. Et iam. EODEM anno classis Romana cum M. Valerio Læuino proconsule ex Sicilia in Africam transmissa.) Tolle particulam, Cum, ex vet. lib.

538 SVSTVLERVNT enim animos Aetoli cùm ob Romanam societatem, tùm post Attali aduentum.) Vet. lib. Ab Romana societate: nota dicendi forma est. Polybius autem hoc sic expressit: οἱ μὲν αἰτωλοὶ προσφάτως ἐπηρμένοι τῇ ἐπιδημίᾳ τῇ τῶν ῥωμαίων, καὶ τῇ τοῦ βασιλέως ἀττάλου παρουσίᾳ. ET Thracum maximè Medos.) Mædos. Polybius: ἐπὶ δὲ τοὺς προσορῶντας τῇ μακεδονίᾳ θρᾶκας, καὶ μάλιστα τοὺς μαιδούς. BOETI quidem, &c.) Vet. lib. Bœoti quidem ipsi, &c. TVM præsidium vrbi mittit, vnde allatum erat.) Deest hic non vrbis nomen, sed insulæ, in qua vrbs erat. Fuit autem Peparethus, vt ex Polybio, vnde hæc ad verbum translata sunt, intelligi potest, cuius hæc verba sunt: καὶ προσορμήσαντας τῇ πεπαρήθῳ, καὶ κατασχόντας τὴν χώραν, τούτους μὲν ἐξαπέστειλε τοὺς παραφυλάξοντας τὴν πόλιν. Itaq; legendum apud Liuium puto: Tum Peparethum præsidium vrbi mittit. Vox enim, Præsidium, affinis quodammodo voci, Peparetum, illam è loco suo eiecit. Est autem vrbs in insula eodem nomine, vt ait Stephanus: πεπάρηθος νῆσος μία τῶν κυκλάδων ὁμώνυμον ἔχουσα πόλιν. ADDITI quingenti Aenianum.) Si Polybium sequamur, quem nescio cur non maximè sequamur, Agrianum, pro Aenianum, est restituendum. Is enim hac de re ita: εἰς δὲ χαλκίδα καὶ τὴν ἄλλην εὔβοιαν μὲν πεντακοσίους ἔχοντα πελτασὰς χιλίους, ἀγριᾶνας πεντακοσίους. de quibus Stephanus: Ἀγρίαι ἔθνος παιονικὸν ἔθνος μεταξὺ αἵμου καὶ ῥοδόπης. λέγονται καὶ ἀγριᾶνες, καὶ ἀγριεῖς, καὶ ἀγριᾶνες. Agrianorum horũ meminit pòst etiam sæpè Liu. lib. 44. SEGETIBVS tamen, quæ iam prope maturitatem erant, maximè in sinu Aeniano euastatis, Scotusam copias reducit.) Qui sit sinus Aenianus, vt multa alia, quærit Glareanus. is est autem, de quo Polybius lib. 11. his verbis: τὸν δὲ σῖτον φθείρας, καὶ παραλαβὼν τὸν ἐπὶ τὸν αἰνίας κόλπον καρπὸν ... & Stephanus: αἰνία πόλις περραιβῶν, καὶ αἰνιᾶνες οἱ οἰκοῦντες, καὶ τὸ κτητικὸν αἰνιακὸς κόλπος.
☞ [In Polybio est Αἰνιακός, non Aenianus, non immeritò igitur dubitat Glareanus, imò quæ Glareanus adducit, hic omittit Sigonius.] IPSE in Cisseo, mons est in altitudinem ingentis cacuminis editi.) Quòd Glareanus quærit Cisseum montem, imperitè facit: etenim nullus est. Tiseum autem inuenio apud Polybium lib. 11. vbi de hac re loquitur: καὶ παρήγγειλε διασαφεῖν αὐτῷ πάντα τὰ γινόμενα διὰ τῶν πυρσῶν ἐπὶ τὸ τίσαιον. τοῦτο δ' ἐστὶ τῆς θετταλίας ὄρος.
☞ Veteres etiam Liuiani libri habent. Thiseo, non Cisseo. [Glareanus rectè dubitauit, & rectè iudicauit de re, nomen ignorauit.] NICEAM.) Nicæam, græci enim νίκαιαν edunt. DEMETRIVM Phthiotidis.) Sic veteres libri, & rectè: nam duo fuerũt oppida hoc nomine, vt Stephanus: δημήτριον πόλις θετταλίας κείμενος ἐπὶ τὸ ἀμφρυσον. ἔστι καὶ πόλις αἰολίδος. FRETVM ipsum Euripi non septies die, sicut fama fert, temporibus statis reciprocat.) Vet. lib. Septies in die.

539 AD Cynum Locridis, emporium est Opuntiorum.) Sic Stephanus: κῦνος ἐπίνειον ὀπουντίων, εἰς ὃν φίλιππος ... ἑκαταῖος δὲ πόλιν αὐτὴν φησίν. PHILIPPVM & ignes ab Oreo editi mouerant.) placet magis, vt est in vet. lib. monuerunt, vt sit: ignes ab vrbe Oreo editi, monuerunt Philippum obsideri Oreum. PHOCIDIS Elatiam.) rectè addidit, Phocidis. Nam ait Stephanus: Ἐλάτεια πόλις φωκίδος, καὶ θετταλίας, καὶ ... MOLIENTIBVS ab terra naues Philippus aduenit.) Vet. lib. Superuenit. COMPOSITIS circa Opuntem rebus Toronem est profectus.) Torone ad sinum Toronæum est procul ab Opunte Thronium pariter est Locrorum, atq; opus, non procul à Thebis Phthiotidos. Itaq; verisimilius est Philippum ab Opunte Thronium, quàm Toronem venisse, præsertim verò cùm à Thronio in Doridem finitimam regionẽ venisse subdat. Itaq; his de causis subdat Thronium puto legendum, de quo & Stephanus, & Strabo, & cæteri. Idem placet etiam Glareano. TRITONON, & Drymas Doridis parua, atq; ignobilia oppida.) De his sic Stephanus: τρίτων ... μακεδονίας. Δρυμία πόλις φωκίδος. Veteres etiam libri edunt Drumias, ex quo apparet ita esse legendum. DESERTÆ priore quidem Philippi bello.) Vet. lib. Priore eiusdem Philippi. CVM Eream venisset.) Vet. lib. Heream, & rectè, inquit & Stephanus: ἡραῖα ἔστι καὶ πόλις ἀρκαδίας, ... κατὰ μαντίνειαν.

540 TRIPHILIAM, Alipheram.) Stephanus: τριφυλία ἡ ἦλις. ἀλίφειρα πόλις ἀρκαδίας. EO quanta maxima posset celeritate tenderet.) Vet. lib. Contenderet. SED vix rationem inire posse.) Vet. lib. Quod suorum ius esse finium satis probabant. AD Erythras Aetolorum, quæ prope Eupalium sunt.) Stephanus: Ἐρυθραὶ πόλις ἰώνων, καὶ λιβύης καὶ λοκρίδος, καὶ βοιωτίας, καὶ κύπρου, Εὐπάλιον πόλις λοκρίδος, ἣν ἀπάλιον ἀρτεμίδωρος φησί. POSIDANIÆ.) Stephanus: ποσειδωνία πόλις αἰτωλίας, πρὸς ... IPSE à Cenchreis.) Stephanus: κεγχρεαὶ πόλις τρωάδος. ἔστι ... πόλις καὶ ἐπίνειον κορίνθου. Hoc loco Cenchreas, quæ ad Corinthum sunt, intelligit, vt superuacanea sit huius loci emendatio, quæ à Glareano affertur, qui contra fidem veterum librorum legendum putat, ab Oenoa.

ORBA-

ORBANORVM, atque Opuntiorum.) Vet. lib. Oritanorum, & rectè. Nam Stephanus: ὠρεὸς πόλις Εὐβοίας. τὸ ἐθνικὸν, ὠρείτης. AB Chalcide Oreum nauigat, principumq; ijs.) Custodiam Orei cōcedit Philippus principibus vrbis, quod ab Attalo & Romanis paulò antè expugnatum, relictum deinde fuisse Philippi in Euboeam aduentu intelligendum est. Q. FABIVS Maximus prætor legatus ab M. Liuio cōsule Romam ad senatum missus.) Duo Quinti Fabij Maximi per hoc tempus celebres fuerunt, pater & filius, vterq; consularis. Quorum neuter hoc anno præturam gessit. Itaq; quoniam vox, prætor, non habet locum, pater legendum est. sic enim ipsi inter se distinguuntur, vt alter pater, alter filius nominetur, in Epitoma prioris libri Fabius Maximus pater, consul Tarentinos per proditionem recepit, Liuius libro priore. Q. Fabium filium ad exercitum Venusianum miserunt. Errandi causa profecta est, à breui scripturæ genere PR. & pr. quarum altera prætorem, altera patrem significamus. Sic apud Pæd. in Diuinatione. Hic est igitur Lentuli Suræ pater in carcere strangulati propter coniurationem. puto enim legendum: Hic est auus Lentuli Suræ prætoris in carcere. etenim P. Lentulus verè Suræ non pater, sed auus fuit, auctore Cicerone, & Sura in coniuratione iterùm prætor erat, teste Dione. [Hanc animaduersionem sibi vendicat Robortellus lib. I. Emendationum cap. 34. furti accusans Sigonium.] VNO animo remp. gessissent.) Vet. lib. Rem gessissent. sic infrà, quoniam in prouincia M. Liuij res gesta esset. Hac de loquendi forma etiam dictum est suprà. NON salutabant modo vniuersi, sed) Vet. lib. Non salutabant modo vniuersi circunfusi, sed.

ET supplicatione ambotum nomine. & triumpho vtriq; decreto.) Vet. lib. Et supplicationem amborum 541
nomine, & triumphum vtriq; decreuerunt, quod valde probo. T. CLAVDIVS Asellus, Q. Manlius Thurinus.) Lege T. Claudius Asellus, Q. Mamilius Turinus, ex vet. lib. & lap. Capitol. atq; ita in his vbiq;. BRVTIIS ambobus, vt cum Annibale bellum gererent, prouincia decreta.) Vet. lib. Brutij ambobus, & vt cū Annibale.

SICVT P. Manlius tenuerat.) Hic est ille, quem lib. 27. C. Mamilium nominauimus ex veteribus libris, 542
cùm C. Manlius vulgò legeretur. In ijsdem libris hoc in loco est, P. Mamilius, in quo inest vestigium veritatis. SVPPLICATIONEM vnum diem habere.) Vet. lib. In vnum diem. CÆSA flagro est Vestalis.) Vet. lib. Flagris. A BRVTIIS, iaculatoribusq; disturbati.) Rhenanus restituit, A Brutijs iaculatoribus disturbati. INcolumes legiones in loca culta euasere.) Vet. lib. In loca euasere.

PRIMA Romanis inita prouinciarum, quæ quidem continentis sint.) Hoc ait propter Sardiniam & Siciliam, 543
quæ primæ prouinciæ fuerunt, Velleio auctore, & cæteris, sed non sunt in continente. PEDITVM LXX. millia quidam adducta ad Silipiam vrbem scribunt. Ibi super campos patentes duo Pœni duces, &c.) Intelligit Polybium, qui sic ait lib. II. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀσδρούβαν κατεστρατοπέδευσαν οὐ μακρὰν ἀπὸ τῆς πόλεως προσαγορευομένης Ἰλίγγας, βαλλόμενοι τὸν χάρακα, καὶ πρὸς ταῖς ὑπωρείαις, καὶ προθέμενοι πεδία πρὸς ἀγῶνα καὶ πρὸς μάχην εὐφυῆ. πλῆθος δὲ πεζῶν μὲν εἶχον εἰς ἑπτὰ μυριάδας, ἱππεῖς δὲ τετρακισχιλίους. TANTÆ se parem multitudini ratus.) Vet. lib. Parem fore multitudini. PRÆMISSO Silano ad Colcam, duodetriginta oppidis regnantem.) Polybius: Πόπλιος δὲ μέλλων μὲν Σιλανὸν ἐξαπέστειλε πρὸς Κολίχαντα παραληψόμενον τὰς ἑτοιμασθείσας αὐτῷ παρὰ τούτου δυνάμεις. Item: Eò adducta ab Silano auxilia tria millia peditum, & quingenti equites. αὕτη δ' εἰ πεζοὶ μὲν τρισχίλιοι, ἱππεῖς δὲ πεντακόσιοι. INDE ad Betulam vrbem processum cum omni exercitu.) Polybius: ἐγγίσας δὲ τοῖς καθ' αὑτὸν, καὶ τοῖς περὶ Βαίκυλα τόποις, καὶ συμμίξας ἐν τούτῳ τῷ μέρει καὶ τοῖς παρὰ τοῦ Κολίχαντος δυνάμεσιν, &c. Item: Peditum equitumq; V. & XL. millibus. ἔχων πεζοὺς μὲν εἰς τετρακισμυρίους πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ περὶ τρισχιλίους. Id est, peditum V. & XL. millibus, equitum tribus millibus, vt verè hanc summam non reddidisse Liuius videatur, nisi quid vitij subsit. Castra ponentis eos Mago, & Massanissa cum omni equitatu aggressi sunt.) Polybius: Μάγων ἀναλαβὼν τὸ πλεῖστον μέρος τῶν ἰδίων ἱππέων, καὶ Μασαννάσσης μετὰ τῶν Νομάδων ὥρμησαν πρὸς τὴν παρεμβολήν. NI abditi post tumulum, opportunè ad id positi à Scipione equites.) Polybius: ὁ δὲ Πόπλιος προορώμενος τὸ μέλλον ὑπὸ τινα βουνὸν ὑπεστάλκει τοὺς ἱππεῖς τῶν Καρχηδονίων. ET primo turmatim abibant, nihil propter pauorem, festinationemue confusis ordinibus, deinde postquam acrius vltimis incidebat Romanus, neque sustineri impetus poterat, nihil iam ordinum memores.) Polybius: καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐν τάξει τὴν ἀποχώρησιν ἐποιοῦντο, τῶν δὲ Ῥωμαίων ἐγκειμένων αὐτοῖς λύσαντες τὰς ἴλας κατέφυγον ὑπὸ τὴν αὐτῶν παρεμβολήν. ET quanquam eo prælio aliquantum & Romanis aucti, & diminuti hostibus animi erant, tamen per aliquot insequentes dies nunquam ab excursionibus equitum, leuisq; armaturæ cessatū est.) Polybius: οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι τὸ τοιοῦτον θαρσαλεώτεροι διέκειντο πρὸς τὸν κίνδυνον, οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τοὐναντίον. ὀλίγας μὲν οὖν ἑξῆς ἐπί τινας ἡμέρας τάς τε δυνάμεις ἐκτάξαντες ἐν τῷ μεταξὺ πεδίῳ διὰ τὴν ἰσοτιμίαν, καὶ τῶν εὐζώνων ἀκροβολισμοὺς ποιησάμενοι, καὶ καταπειράσαντες ἀλλήλων, ὥρμησαν ἐπὶ τὸ κρίνειν τὰ ὅλα.

MEDIAM aciem hinc Romani, illinc Carthaginienses mixti Afris. ante Punicam aciem elephanti.) Poly- 544
bius: μέσους Λίβυας, τὰ δὲ θηρία προτεθειμένα ἑκατέρων τῶν κεράτων. TESSERAM vesperi per castra dedit, vt ante lucem viri equiq; pransi essent.) Polybius: ἅμα γὰρ ὡς φωτὶ διαπεμψάμενος τοὺς ὑπηρέτας παρήγγειλε πᾶσι τοῖς χιλιάρχοις, καὶ τοῖς στρατιώταις ἀριστοποιησαμένους, καὶ καθοπλισαμένους ἐξάγειν πρὸ τοῦ χάρακος. ASDRVBAL equitatum omnem extemplò in equites emittit, ipse cum peditum agmine castris egreditur.) Polybius: οἱ περὶ τὸν Ἀσδρούβαν ἀναγκασθέντες ἀπαρασκεύους ἐκ τοῦ καιροῦ τοὺς μὲν ἱππεῖς, καὶ τοὺς εὐζώνους ἐπαφιέναι τοῖς ἱππεῦσι τῶν ἐναντίων εἰς τὰ πεδία, τὰς δὲ πεζικὰς δυνάμεις προαγαγεῖν ὑπὸ τὸν παρωρείας. PATEFACTISQVE ordinibus, equitatum omnem, leuemq; armaturam in medium acceptam, diuisamque in partes duas in subsidijs post cornua locat.) Polybius: διὰ τῶν διαστημάτων ἐν ταῖς σημαίαις εἴσω τοὺς ἀκροβολιζομένους, καὶ μερίσας ἐφ' ἑκάτερον κέρας ὄπισθεν τῶν παρατεταγμένων, πρῶτον μὲν τοὺς γροσφομάχους, ἐπὶ δὲ τούτοις τοὺς ἱππεῖς, &c. AD Silanū, & M. Martium.) Polybius: Λεύκιος Μάρκιος, καὶ Μάρκος Ἰούνιος. CVM ternis peditum cohortibus, ternisq; equitum turmis) Polybius sic: τρεῖς ἴλας ἱππέων, καὶ τρεῖς σπείρας. τοῦτο δὲ καλεῖται τὸ σύνταγμα τῶν πεζῶν παρὰ Ῥωμαίοις κοόρτις. PROCEDENTE iam die.) Vet lib. Et procedente iam die. NAM super cætera elephanti etiam tumultuoso genere pugnæ equitum, velitumq;, & leuis armaturæ consternati.) Polybius: ἐν δὲ τῷ τοιούτῳ συμπλοκῇ τὰ μὲν θηρία διὰ τῶν γροσφομάχων, καὶ τῶν ἱππέων ἀκοντιζόμενα, καὶ διαταραττόμενα πανταχόθεν ἔπασχε μὲν κακῶς, ἔβλαπτε δὲ οὐδὲν ἧττον τοὺς φίλους, ἢ τοὺς πολεμίους.

CEPISSETQVE tanto impetu castra, ni ex vehementi sole, qualis inter graues imbre nubes effulget, tantæ 545
vis aquæ deiecta esset, vt vix in castra sua receperit se victor.) Scribe: Ni se ex vehementi sole, &c. tantæ vis aquæ deiecisset. sic enim veteres libri. at Polybius: εἰ μὲν οὖν μὴ θεὸς αὐτοῖς τις συνεπελάβετο τῆς σωτηρίας, παραχρῆμα ἂν ἐξέπεσον ἐκ τῆς παρεμβολῆς, ἐπιγενομένης δὲ κατὰ τὸν ἀέρα συστροφῆς ἐξαισίου, καὶ καταρραγέντος ὄμβρου λάβρου, καὶ συνεχοῦς, μόλις εἰς τὴν αὑτῶν στρατοπεδείαν ἀνεκομίσθησαν οἱ Ῥωμαῖοι. Reliqua desiderantur apud Polybium, quæ ad hanc rem pertinent. QVOSDAM etiam religio ceperat.) Vet. lib. Ceperit. Quod laudo, congruit enim cum priore verbo, Receperit.

TERTIO decimo anno post bellum initum, quinto postquàm P. Scipio prouinciam, & exercitum accepit.) 456
In veteribus libris est quarto decimo, non tertio decimo, vt emendauit Glareanus. Legendum est tamen, duodecimo. Forma autem est loquendi, qua primus annus non comprehenditur, vt cùm ait: quinto anno postquam Scipio imperiū accepit. Etenim reuera hic est Punici belli annus decimus & tertius, & imperij Scipionis sextus, at cùm dicit post initum bellum, post acceptam prouinciam, annum primum excipit. Qua de ratione loquendi

in libro

in libro trigesimo extremo agemus. QVONIAM fors eos sub eodem tecto esse, atque ad eosdem penates voluisset.) Non est mihi dubium, quin Liuius scripserit, atq; in eodem penate voluisset. Quod est in veteribus libris. De qua voce sic Festus: Penatis Labeo Antistius singulariter posse dici putat, quia pluraliter Penates dicantur, cùm patiatur proportio etiam penas dici, vt optimas, primas, Antias. Hunc loquendi morem cùm ignorarét qui ante me Liuium emendarunt, veteres libros temerè deprauarunt.

547 AD Illiturgim.) Scribe ad Illiturgi. est enim ἄκλιτον, vt suprà dixi. HINC & hortari milites Scipio orsus est.) Vet. lib. Hinc exhortari. ADMONEBANT alios.) Vet. lib. Admonebant alij alios. TERRORQVE inde, ac desperatio inuaserat.) Vet. lib. Inuaserat omnes.

548 GLADIATORIVM spectaculum fuit. Item: Munusq; gladiatorium.) Veteres libri, gladiatorum, quo pacto loquitur paulò pòst. Huic gladiatorum spectaculo ludi funebres additi. Et Suet. in Cæsare: Edidit spectacula varij generis, munus gladiatorum, ludos etiam regionatim vrbe tota. BOETE amni, quem incolę Circium appellant.) Vet. lib. habent: Circem appellant. Corruptè autem Stephanus, apud quem ita legitur: βαῖτις ποταμὸς κατ' ἰβηρίαν. ὃς ἐπίχωριοι λέγεται ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. Suspicor autem esse legendum ὥσπερ κίρκης. fecerunt enim errorem in librario syllabæ illæ finitimæ σπερ & κιρ. Itaq; sine dubio Circen non Circium legédum arbitror. Eustathius in Dionysium ταρτησσὸν vocatum esse tradit.

549 TVRBAM fœminarum, puerorumq;, imbellem, inermem.) Ver. lib. Imbellem, inermemq;. CVM septem triremibus quinqueremi vnà est missus.) Vet. lib. Erquinqueremi vna.

550 IVVENTVTE Celtiberorum excitata.) Vet. lib. Excita. AGRVM Suessitanum.) Suessetanum, vt suprà. LICENTIA ex diutino ocio, vt fit, collecta.) Huic licentiæ maximè occurrédum esse prudenti imperatori ait Polybius lib. 11. vbi de hac re agit.

551 ET P. Scipionem deum benignitate, & remp. esse gratiæ referendæ.) Malim pro Remp. Populum Rom. noto errore. Sensus: Quia milites dixerant suis rectè factis gratiam qui referant, non esse: respondent tribuni, se lætari, & P. Scipionem deum benignitate viuere, cuius mortis fama percrebuerat, & populum Romanum esse, ita vt gratiam militibus referre possint. MISSIS circa stipendiarias ciuitates exactoribus, stipendij spem propinquam facere.) Polybius: χάριν δὲ τῆς πίστεως τῆς ἐπαγγελίας, τοὺς ἐπιτεταγμένους εἰσφορὰς ταῖς πόλεσιν περὶ τούτων εἰς τὴν τῶν στρατιωτῶν χορηγίαν ταῦτα νῦν ἀθροίζειν. ERANT autem hi numero haud plus, quàm quinque & triginta.) Polybius: ἦσαν δὲ οὗτοι εἰς τὴν ... πέντε καὶ τριάκοντα τὸν ἀριθμόν. EXPEDITIO aduersus Mandonium, Indibilemq; edicitur exercitui, qui Carthagine erat, & cibaria dierum aliquot parare iubentur.) Polybius: τοῖς δὲ μεθ' ἑαυτοῦ στρατοπέδῳ παράγγελλε περὶ ἡμερῶν ποσῶν ἐφόδια παρασκευάζεσθαι εἰς πλείω χρόνον ἐπὶ τὸν Ἀνδοβάλην. TRIBVNIS septem, qui & ante Sucronem ad leniendam seditionem ierant, obuiam exercitui missis, qui ua nomina principum seditionis edita sunt, &c.) Polybius: τοῖς μὲν χιλιάρχοις τοῖς προεξελθοῦσι συνέταξε δὶ ἀπαντῆσαι τῷ πλήθει ἀπαντᾶν τοῖς ἀποστάταις. καὶ διελομένους τρίτους τῶν ἀρχηγῶν τῆς στάσεως ἰδίας κατὰ τὴν ἀνατρέπειν φιλανθρωπίαν, καὶ καλεῖν ἐφ' αὑτούς. μάλιστα μὲν πρὸς καταλύουσιν, εἰ δ' οὖν μὴ δυνατοῖς τοῦτο, πρός γε δεῖπνον, καὶ τοιαύτην συνουσίαν. REDVCTI armati à portis inermi se concioni ab tergo circumfuderunt.) Polybius: πρὸς μὲν τοὺς ἐπὶ τῶν πυλῶν χιλιάρχους ὁ πλεῖστος διεπέμψατο κελεύων αὐτοὺς ἄγειν τοὺς στρατιώτας ἐν τοῖς ὅπλοις, καὶ περικλείσαι τὴν ἐκκλησίαν. NIHIL æquè eos terruit, quàm præter spem robur, & color imperatoris, quem affectum visuros crediderant.) Polybius: κατέπειτα δὲ τὴν προσδοκίαν αἰφνιδίως ἐρρωμένον θεασάμενοι κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν κατεπλάγησαν.

552 NVNQVAM mihi defuturam orationem.) Summa huius orationis expressa etiam à Polybio est. NEC quo nomine quidem.) Vet. lib. Ne quo. VMBRVM Atrium, & Calenum Albinum.) Albium, vt suprà. NVLLVM locum tota prouincia.) Vet. lib. In tota. SEDERVNT in tribunali proconsulis Scipionis.) Malim, in tribunali P. Scipionis. Nam in veteribus libris passim est hæc menda. SED multitudo omnis, sicut natura maris, per se immobilis est, vt venti & auræ cient, aut tranquilli, aut procellosi.) Polybius planius hanc comparationem expressit: ταῦτα δ' ἔστι, διότι πᾶς ὄχλος εὐπαράγωγος ὑπάρχει, καὶ πρὸς τᾶν ἄγωγος. ὅθεν αἰεὶ τὸ παραπλήσιον πάθος συμβαίνει περὶ τοὺς ὄχλους, καὶ τὴν θάλατταν, καθάπερ γὰρ κἀκείνης ἡ μὲν ἰδία φύσις ἐστὶν ἀβλαβὴς τοῖς χρωμένοις, καὶ στάσιμος, ὅταν δ' εἰς αὐτὴν ἐμπέσῃ τὰ πνεύματα βίᾳ, τοιαύτη φαίνεται τοῖς χρωμένοις, οἷοί τινες ἂν ὦσιν οἱ κυκλοῦντες αὐτὴν ἄνεμοι, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ πλῆθος ἀεὶ καὶ φαίνεται γίγνεται πρὸς τοὺς χρωμένους, οἵους ἂν ἔχοι προστάτας, καὶ συμβούλους. FASCES, & secures prælatæ sunt.) Vet. lib. Fasces cum securibus prælati sunt. RHEGIVM quondam.) Hac de re dictum in epitomen lib. 12. NEC cum Pyrrho, nec Samnitibus.) Vet. lib. Nec cum Samnitibus. VOS cum Mandonio, & Indibili consilia communicastis, & arma consociaturi fuistis.) Vet. lib. Vos cum Mandonio, atque Indibili & consilia. CAPVAM Tuscis veteribus ademptam.) Vet. lib. Veteribus cultoribus ademptam. Hac de re suprà etiam diximus.

553 QVATVOR imperatores.) Asdrubales duos, Amilcaris, & Gisgonis filios, Magonem Amilcaris, & Annonem, qui Asdrubali in Italiam profecto suffectus erat. POSTVMIO Albino, M. Marcello, T. Quintio Crispino.) Vet. lib. T. Crispino: quod probo, vt & hic duobus nominibus afficiatur. SEPTIMIVM Martium.) Septimum Marcium, vt suprà. CORIOLANVM quondam.) lib. 2. QVIBVS omnibus si superiores essetis, arma contra patriam, contra ciues vestros ferretis.) Ver. lib. Arma tamen Pœnis cōtra patriam: quod probo, AVFERAT omnia irrita obliuio, si potest.) Ver. lib. Obliuio ista, si potest. DE nullis enim quàm de vobis infestius aut inimicius consuluerunt.) Vet. lib. Iniquius consuluerunr. EXERCITVS, qui concionem circundederat, gladijs ad scuta concrepuit.) Polybius: καὶ κύκλῳ μὲν οἱ στρατιῶται περιεστῶτες ἐν τοῖς ὅπλοις ἀπὸ παραγγέλματος συνεψόφησαν ταῖς μαχαίραις τοὺς θυρεούς.

554 DELIGATI ad palum, virgisq; cæsi, & securi percussi adeò torpentibus metu qui aderát, vt non modò ferocior vox aduersus atrocitatem pœnæ, sed ne gemitus quidem exaudiretur.) Polybius: ἅμα δὲ τούτοις εἰσήγοντο γυμνοὶ οἱ τῆς στάσεως αἴτιοι γεγονότες εἰσήγοντο. τῷ δὲ πλήθει τοιοῦτον ὑπὸ δέους ... ὑπό τε τοῦ πέριξ φόβου, καὶ τῶν κατὰ πρόσωπον δεινῶν, ὥστε τῶν μὲν μαστιγουμένων, τῶν δὲ πελεκιζομένων μήτε τὴν ὄψιν ἀλλοιῶσαι μήτε φωνὴν προέσθαι μηδένα, μένειν δὲ πάντας ἀχανεῖς ἐκπεπληγμένους πρὸς τὸ συμβαῖνον. TRACTI inde de medio omnes, purgatoq; loco, citati milites nominatim apud tribunos militum in verba P. Scipionis iurarunt.) Polybius: οἱ μὲν οὖν ἀρχηγοὶ τῶν κακῶν αἰκισθέντες εἵλκοντο διὰ μέσου, ἀπηλλαγμένοι τοῦ ζῆν. οἱ δὲ λοιποὶ παρὰ μὲν τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῶν ἄλλων ἀρχόντων κατὰ κοινὸν ἔλαβον τὰς πίστεις, ἐφ' ᾧ μηδένα μηδενὶ μνησικακήσειν. αὐτοὶ δὲ καθ' ἕνα προσιόντες ὤμνυον τοῖς χιλιάρχοις, ἦ μὴν πειθαρχήσειν τοῖς παραγγελλομένοις ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, καὶ μηδὲν ὑπεναντίον φρονήσειν τῇ ῥώμῃ. Pòst desunt quædam apud Polybium. GADEIS sine certamine proditione recipiendi.) Vet. lib. per proditionem. IN fines ingressi.) Vet. lib. Regressi.

555 PRIVSQVAM castra à Carthagine moueret, concione aduocata, multis verbis in perfidiam rebellantium regulorum inuectus.) Polyb. ὁ δὲ πόπλιος συναθροίσας δ' ἰδίας ἐν αὐτῇ τῇ καρχηδόνι τὰς δυνάμεις εἰς ἐκκλησίαν ἔλεγε περὶ τῆς ἀνδοβάλου τόλμης, καὶ τῆς εἰς αὐτοὺς ἀθεσίας. TRIGINTA hominum capitibus.) Vet. lib. Quinque & triginta: Rectè. Sic enim etiá ante Polyb. Et huius orationis capita apud Polyb. sunt. PROFECTVSQVE decimis castris peruenit ad Iberum flumen, inde superato amni die quarto in conspectu hostium posuit castra.) Polybius: καὶ παραγενηθεὶς

[illegible] IN eam vallem Scipio cum pecora rapta, &c.) [illegible] MISSIS leuibus telis.) Redde vocem veterem, Emissis, quo dicendi genere vtitur in hac re semper Liuius. Hanc enim mutauit temerè Rhenanus. Idem fecit paulò antè. Libertatem enim agi parum latinè dici existimauit, lædi, autem reponendum censuit. Cùm tamen Cicero pro lege Manilia dixerit. Hoc bello agitur populi Rom. gloria, agitur salus sociorum, aguntur certissima populi Romani vectigalia, aguntur bona multorum ciuium. NEQVE ex aduerso tantum obuios obtriuere.) Vet. lib. Neq; ex aduerso tantum illati obuios obtriuere.

SED virilis verè ac militaris.) Vet lib. Sed virilis, ac verè militaris. 557

TRAHVNT scalas, orasque. & anchoras ne in moliendo mora esset, præcidunt.) Vet. lib. Trahunt scalas, 558
pontesque, & anchoras. Suspicor ne vtraque vox retinenda sit hoc modo: Trahunt scalas, pontesque, orasque & anchoras præcidunt. De funibus enim aptius dicitur, præcidi, quam trahi, vt Verg. Tacitique incidere funem. INCERTO præ tenebris, quid aut peterent, aut vitarent.) Vet lib. Incerti. AD duo millia armatorum inuenta.) Armorum habent libri, quos ipse legi, & quos se legisse Rhenanus profitetur. PVRGANTIBVS concursu multitudinis factum.) Vet. lib. Purgantibus ijs. VIRIS armis haud æquè validam.) Vet. lib. Viris, armisque. OB HAS res gestas magis est tentata triumphi spes, quàm petita pertinaciter, quia neminem ad eum diem triumphasse, qui sine magistratu res gessisset, constabat.) Obtemperandum hoc loco Glareano videtur, vt & hunc & alios locos, quibus Liuius proconsulatum magistratum esse negat, attente consideremus. Quod eo libentius faciemus, quod id nō sine summo eorum, qui Romanæ antiquitatis studio teneotur, fructu faciemus. Est igitur intelligendum magistratus omnes cum potestate fuisse, cum imperio verò non nisi eos, qoibus nominatim mandatum esset imperium, auctore enim Festo, cum potestate esse dicebatur ille, qui alicui negotio præfectus esset, cum imperio. cui nominatim delatum imperium esset Mandabatur autē imperium bis duntaxat magistratibus, cùm vsus Reip. postulabat dictatori, consuli, prætori. Erat autem imperium rei militaris administrādæ facultas. Quare Cicero dixit in Philip. 5. Demus imperium C. Cæsari, sine quo res militaris administrari non potest. Neq; verò eodem tempore mandabatur magistratus, & imperiū. neq; ijsdem comitijs, nam magistratus primùm, deinde prouincia cum imperio deferebatur, & magistratus quidem vt consulatus, ac prætura centuriatis comitijs, imperium verò curiatis Sic enim Liu. lib. 5. Comitia curiata, quæ rem militarem continent, centuriata quibus cōsules, tribunosq; milites creatis. Et lib. 9. Ei legem curiatā da imperio ferenti triste omen diem diffidit, quod Faucię curię fuit principium duabus insignis cladibus. Et Cic. ad Appium: Appius dixit. sese, si licitum esset, legem curiatam ferre, sortiturū esse cum collega prouinciam, si lex curiata non esset, se comparaturum cum collega, sibique successurum, legem curiatam consuli ferre opus esse, necesse nō esse, se quoniam ex S.C. prouinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in vrbem introijsset: lib. tamen 26. ait Liuius: Iussi deinde inire suffragium ad vnum omnes non centuriæ modo, sed etiam homines P. Scipioni imperium esse in Hispaniam iusserunt. Atque hæc quidem ita: Institutum est etiam, vt consulibus & prætoribus postquam magistratu abijssent prorogaretur, si tempora Reip. poscerent, imperium, ijque pro consulibus, & proprætoribus rem gererēt. Qui primus procos. rem gesserit prorogato ex consulatu imperio Q. Publilius Philo fuit, qui idem etiam primus procos. triumphauit. vt Liuius lib. 8. est auctor. Q. autem Valerium Faltonem proprætore, primùm ex Sicilia triumphasse inuenio in Triumphis Capitolinis; eundem verò prætorem etiam rem in Sicilia gessisse scribit Valerius de iure triumphandi. Fieri autem poterat vt ex prætura proconsule mitteretur, id est cum imperio consulari & cum duodecim fascibus, vt COS. non VI. vt prætor. vt L. Aemilius, ex Plut. & L. Gellius, primo de leg. Cicero. Adde quod imperium etiam priuatis extra ordinem mandatum est, quibus autem mandatum erat, ij pariter procos. & propræt. rem gesserunt. Primus, cui mandatum est hoc modo, T. Quintius fuit, de quo Liuius lib. 3. scribit. Visum est proconsule T. Quintium subsidio, castris cum sociali exercitu mitti. Pariter P. Scipio in Hispaniam priuatus cum imperio missus est, atque alij quidam post eum, donec eo prætores cum imperio mitti cœpti sunt. Item Octauius, de quo XI. Philipp. Cicero. Imperium Cæsari extraordinariū mea sentētia dedi: nam propręt. vt esset, decreuerat. Ex his intelligi potest, procōsules, aut proprętores, vel si cū prorogato ex magistratu, vel si cū extraordinario esseot imperio, sine magistratu fuisse, quod item ex Ciceroòe lib. 2. de Diuin. confirmatur. Bellicā rem administrari maiores nostri nisi auspicato noluerūt, quam multi anni sunt, cum bella à proprætoribus & proconsulibus administrātur, qui auspicia non habēt? Neq; enim nisi magistratus habebāt auspicia vel maiora, si maiores, vel minora, si minores essent. Quia verò hactenus triumphus non erat decretus ijs, qui priuati extra ordinē rem gessissent, propterea P. Scipioni ex Hispania nō est decretus. Primus L. Lentulus ex his, vt ouans vrbem iniret, obtinuit: post Pompeius etiam de Mithridate triumphauit. De L. autem Lentulo sic Liuius libro 31. Res triumpho dignas esse censebat senatus, sed exemplum à maioribus non accepisse, vt qui neque Dictator. neque consul, neque prætor res gessisset, triumpharet. Proconsule illum Hispaniam, non consulem, aut prætorem obtinuisse. decurrebatur tamen eò, vt ouans vrbem iniret: intercedente Ti. Sempronio Longo tribuno plebi, qui nihil magis id more maiorum, aut vllo exemplo futurum dicebat: postremò victus consensu patrum tribunus cessit. Et ex S.C. L. Lentulus ouans vrbem ingressus est. Eadem ratione Quæstori aliquando imperium datum est, vt ait Sallustius in Catil. Postea Piso in citeriorem Hispaniam quæstor pro prætore missus est adnitente Crasso. Postremò institutum est etiam, vt quotannis consulares, & prætoriæ prouinciæ decernerentur, in quas consules aut prætores post magistratum accepto imperio mitterentur, (quemadmodum ex oratione de proconsulibus intelligi potest.) ijdemque pariter proconsules, & proprætores dicerentur. Factum est autem, vt aut proximè postquam magistratu abijssent, aut aliquot annis interpositis, in prouincias irent. Si autem subitò ibant, vt P. Lentulus in Ciliciam, tum ordinario imperio vtebantur, si spatio annorum interposito, vt in eandem Cicero, extraordinario. Itaque ipse de semetipso ait ad Att. libro 9. Faciam, vt summa modestia, & summa abstinentia munus hoc extraordinarium traducamus. Idem de proprætoribus etiam iudicandum est. Quod Cœlius ad Ciceronem docet, his verbis: Senatui placere in Ciliciam prouinciam, inque reliquas octo prouincias, quas prætorij proprætore obtinuerunt, eos, qui prætores fuerunt, neque in prouincia cum imperio fuerunt, quos eorum ex S. C. cum imperio in prouincias mitti oporteret, eos sortito in prouincias mitti oportere. Ne autem mendum esse librorum quis putet, animaduertere oportet, prætorem sæpe pro proprætore poni, ut C. Verres Siciliæ prætor, id est, cum prætorio imperio, postquam prætor vrbanus fuerat. Item prætorem pro proconsule, vt C. Cæsar Galliæ prætor, P. Rupilius Siciliæ, in quas prouincias ex consulatu missi sunt. Item consulem pro proconsule, vt cùm ait Liuius. P. Scipionem consulem in Africa bellum gessisse, & alia eiusmodi, cùm tamen Scipio in Africam post consulatum venerit prorogato consulari imperio. Hæc etsi magna exemplorum confirmare copia poteram, supersedendū ijs mihi tamen esse duxi,

vt de

vt de ijs suo cuinsq; loco agerem,& dubitanti Glareann responderem,vt cùm paulò pòst ait: Consules cum exercitu in Hispaniam misistis.P.& Cn.Scipiones intelligens,qunrum neuter consul in Hispaniam profectus est,sed tamen cum consulari imperio. L. ÆMYLIVS Pappus.) L.Aemilius Papus,ex Capit.tabulis.

559 CVM in Italia tam atrox bellum,& Annibalem hostem haberetis,consules cum exercitu in Hispaniam,velut ad colligendas reliquias naufragij nostri misistis.) Quoniam captn Sagunro nemn consul in Hispaniam missus est. Qui autem missi fuut pro consulibus missi sunt:propterea videndum est,an consules accipiat. pro ijs,qui cum consulari imperio sint. Ex captiuorum numero excerptos Saguntinos.) Vet.lib.Excreros. TERRARVM vltimus finis Oceanus.)vet. lib. Vltima finis,vt Vergilius:Hęc finis Priami. SI nos permitteretis.) Vet. lib. Si vos permitteretis.

560 DVARVM rerum subeundam opinatinnem esse.)Vet.lib.Opininnem. INSITÆ ingenin meo cunctatinnis.)Vnde Ennius. Vnus homo nobis cunctando restituit rem. Inde ipse Cunctatoris cognnmen tulit. DICTATVRA cum quinque consulatibus.) Alteram Dictaturam fortè omittit, quod ea se abdicarat vitin creatus. AVCTORE æque impigro,ac nobili iuuene.)Alcibiadem intelligit. CVM verò Annibal hostis incolumi exercitu quartumdecimum annum Italiam nbsideat.) Vet.lib,possideat,præclarè,sequitur enim: Tu consul Italia expuleris.

561 DVX militari suffragin ad tempus electus) Vet. lib. Ad tempns lectus, vt alibi:Lectus à plebe consul. OSTENDE Romana arma.) Vet.lib.Ostende illis Rom. arma.

562 ADVERSA casibns incertis belli,& fortunæ legare.) Vet.lib.allegare. PLVRES'QVE consiliū senis,quàm animum adolescentia ferocem laudarent.)Vet.lib. Animum adolescentis ferocem. CVIVS rei nnn tam ipse ausim tantum virum insimulare,quàm ea suspicio vitio nrationis,an rei,haud lane purgata est.) Vitium orationis buius sensit Glareanus,non correxit tamen.Emendatur aurem ex vet.lib.in quibus est,quam quòd ea suspicio. [Glareano gratia debetur,qui occasionem dedit inspiciendi librum,Lector reliquū codici debet non Sigonio.] SIC senem se perfunctum.) Restituenda vox est ex veterum librorum fide. Se perfunctum honoribus. Nam dixit Fabius:Si me neq; vita acta,& mores mei,neq; dictatura cum quinq; consulatibus, tantumq; gloriæ belli,domiq; partæ vindicat.

563 XANTIPPVM.) Quo duce Regulus primo Puni cn belln captus est. ACCIDERE animn certum habeo.) Vet. lib.Certum animo habeo.

564 CVM respondisset Scipio,se quod è rep. esset,facturum.) Vet. lib. se quod è repub. credidisset,factutum.

565 ALTERI Bruuij,& bellum cum Annibale cum eo excercitu.quem L. Vetutius, & Q. Cecilius sortirentur inter se,compararentue,vter in Brutijs duobus legionibus,quas consul reliquisset, rem gereret , imperiumq; in annum ei prorogaretur:cui ea prouincia euenisset Hoc locn laborat Glareanus & iurè, nam non mendosus est solum,sed etiam mancus. Quis enim sensus colligi ex illis verbis potest: cum eo exercitu, quem L. Veturius, & Q. Cæcilius sortirentur inter se,&c. Demus igitur operam, vt quoad posimus germanam sententiam,& synceram lectionem restituamus. Veteres libri ita habent,cum eo exercitu,quem L. Veturius,aut Q. Cæcilius habuit. optimè hæc quidem,verùm ad sanandum locum nnn satis. Repete igitur duo illa nnmina, quæ librario parum diligenti causam dederunt errandi,sic:& vt L. Veturius,& Q. Cæcilius sortirentur. Iam nihil perfectius fingi potest.Sensus est:Consulibus decretæ prouinciæ, Scipioni Sicilia cum nauibus rostratis,Crasio Brutti; cum exercitn aut Veturij,aut Cæcilij,decretumq; est,vt Veturius.& Cæcilins sortirentur.aut inter se compararent,vter cum Crasso in Bruttijs bellum gereret cum leginnibus duabus, quas Crassus cnnsul reliquisset. Itaque paulò pòst ait: Q. Cæcilio sortè euenit,vt cum consule in Bruttijs aduersus Annibalem bellum gereret. Et pòst: P. Licinius in Bruttios ad duos exercitus consulares venit,ex eis eum sibi sumpsit,quem L. Veturius consul habuerat. Metelln, vt quibus præfuisset legionibus,ijs præesset,facilius cum assuetis imperin rem gesturò ratus, permisit. SORTIRENTVR inter se,compararentue.) Emenda ex vet.lib.Sortirentur, interseue compararent, cum posim sexcentis Liuij locis hoc dicendi genus confirmare,paucis tamen ero contentus.lib.30. Decreuerunt patres, vt consules inter se compararent,sortirenturue.Et lib 29. Vt compararent inter se,aut sorte legerent, qui duo cum prætore ac legatis irent. Et lib.32. Decreuerunt patres.vt prouincijs Macedoniam,atq; Italiam consules cnmpararēt inter se,sortirenturue. Et lib.37. Cum senatus aut sortiri,aut comparare in ter se prouincias consules iusisset, sic vbiq;. Quare apud Ciceronem ad Lentulum ita procul dubio legendum est. Appius in sermonibus anteà dictabat,postea dixit etiam in senatu palam, sese, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega prouinciam,si curiata lex non esset,comparaturum cum collega,tibiq; successurum. Vulgò enim legitur: separaturum cum collega. Senatus enim prouincias decernebat, consules eas aut sortiebantur, aut inter se comparabant. Raro iudicio senatus res permissa est:vt tradit Liu. lib 37. primò. Et cæteris prætoribus,consulibusq; qui exercitibus,prouincijsq; præfuturi erant, prorogata imperia.) Et hic æquè, atque superior deprauatus locus est. Non solum autem quia in veteri libro ita est,sed etiam quia ita senrentia fert,hoc modo legendum est. Et cæteris præter consules,prætoresq;,qui exerciubus,prouincijsq; præfuturi erant,prorogata imperia sunt. Sensus est: paulò antè locutus est de prouincijs,exercitibnsq; tam prætoribus,quàm consulibus huius anni decretis, nunc ait: præter consules & prætores eos,qui prouincijs præfuturi erant, cæteris quoq; prorogata imperia. Dedit autem causam labendi librario vox,præter, quam in prætoribus temerè commutauit. M. POMPONIVS Matho, Q. Cathulus.) Vet. lib. Q. Catius,quod probo: Nam suprà Q. Catij magna mentio, Q. Catuli nulla. ET quia impensæ negauerat Reip.futuram classem,vt quæ à socijs darentur ad nnuas fabticandas naues, acciperet. ETRVRIÆ primum popnli,&c.) In vet.lib.est. Nisi quæ à socijs,ex quo intelligo legendum esse, si quæ à socijs. & cùm ait: Et quia impensæ,nouæ sententiæ principium est faciendum. cui altera pars iungitur, Etruriæ primum populi. TRITICI centum & XX. millia modium,& viaticum.) Inducenda est vox,&,ex meis & ex Rhenani libris.

566 AB C. Octauio.) Vet.lib. Ab Cn. Octauin:itemq; ita suprà vbiq;. CÆLIVS.) Cœlius scribendum ex nummis argenteis & græcis libris.

IN EPITOMEN LIBRI XXIX.

CONQVERENTIS, qnod non exercitum in Africam traiecisset.) Vet.lib. Qnod nnndum exercitū. QVI in Galliam & Liguriam ierat.) Vet.lib. Qui in Gallia,& Ligunbus erat. PESINVNTE.) Pessinunte, ex græcis. MASANISSA rex Masæsulorum.) Vet. lib.Massyliorum, vt suprà dixi: nam Masæsulorum rex erat Syphax. DVM pro Carthagine in Hispania militat.) Vet.lib.Dum pro Carthaginiensibus. CENSA sunt ciuium capita CCXV.millia.) Vet.lib.CCLXV.millia. MINIME bona fide.) Vet.lib.Non bona fide.

Ex iis trecentos iuuenes.) Ex ijs, accipiendum est pro, præter eos, quos centuriatos habebat, trecentos iuuenes non centuriatos habebat: sic lib. *6.* Alia ex eis edita etiam in vulgus: Ex eis, id est, præter regias leges, & æneas tabulas. Vtroq; in loco laborat Glareanus sine causa.

Eo'qve enixius bellum adiuuerunt. Vet. lib. Ad bellum. 567

Itaqve omissa pugna equestri ad pedestrem Hispani equites descenderunt.) Vet. lib. Ad pedes Hispani descenderunt. Videtur autem vacare vox, Equites, nam priore versu posita est, & posteriore repetita. Equitibus ad pedes digresis. Ni regulus ipse Indibilis cum equitibus.) Vet. lib. Ni regulus Indibilis ipse cum equitibus. Item quod ait: Equitibus ad pedes digresis: degresis, legendũ, vt alibi. Pvlsi castris Hispani, aut qui ex prælio effugerant, sparsi primo per vrbes, deinde in suas quisq; ciuitates redierunt.) Vet. lib. At qui ex prælio: Item: Sparsi primo per agros. Conqvesti'qve ibi clades suas.) Vet. lib. contestatiq; ibi clades suas. 568

Si se Mago ex Liguribus propius vrbem moueat.) Vet. lib. Si Mago e. l. p. v. moueat. Est aũt genus dicendi simile ei. Is quam proxime potest ad vrbem ducit: absolute enim ducit. absolute enim vtrunq; dicitur. Qvod latrocinijs magis, quàm iusto bello in Bruttijs gerebantur res.) Vet. lib. Quod latrocinij magis more, quàm iusto bello in Bruttijs gerebatur res. Placet. Subdit enim Promptis in eum morẽ. Et lib. *38.* ait: Latrocinij magis, quàm prælij modo. Rhegivm.) Rhegium ex vet. lib. & græcis, ῥήγιον. Scalas ad dictam altitudinem arcis fabricatas.) Vet. lib. Ad edictam. Clamor ab ijs, qui extra arcem erant sublatus, incertum vnde accidisset.) Vet. lib. Incertus vnde accidisset. Scipioni vt nunciatum est in maiore discrimine Locris rem verti, &c. & ipse à Messana.) Vet. lib. Scipio, vt nunciatum est. Placet autem magis, si à recto incipiat periodus, quàm si ab obliquo casu. 570

Naves mari secundo misit.) Merito nos de hoc dicendi genere Glareanus admonet, vt nouo: nam deprauate legitur, misit, pro transmisit, aut commisit. Vtraque enim lectio in veteribus libris reperitur. Qvam asportauerant.) Vet. lib. asportabant. 571

Cvm à P. Licinio literæ Romam allatæ sunt.) Lege, à P. Licinio consule, ex veteribus libris. Aescvlapivm quoq; ex Græcia quondam.) Lib. *10.* & epitom. *11.* Itaqve quo maturius faustis ominibus, oraculisq;. portanda Romam dea esset, nullas dum in Asia ciuitates habebat populus Romanus. Rhenanus, qui vetere explosa lectione hanc nouam intulit, non mihi satis fecit, consilijq; sui causam probauit, neq; enim vni libro magis est habenda fides, quàm plurimis, ijsq; inter se egregiè consentientibus. in quibus ita est: Itaq; quo maturius, fatis omnibus, oraculisq; portendentis se victoriæ compotes fierent, cogitare, quæ ratio transportãdæ Romam deæ esset. Nullas dum in Asia. M. Cæcilivm Metellum prætorium. Sulpitium Galbam ædilitium.) Lege ex vet. lib. Ser. Sulpicium Galbam ædilicium. 572

M. Valerivm Falconem.) Faltonem, ex lapid. Capitol. Pesinvntem.) Pessinuntem, ex vet. lib. & græcis. T. Clavdivs Nero.) Ti. Claudius, ex Capitolinis consulatu. T. Clavdivs Asellus.) Ti. Claudius, vt suprà dixi. M. Ivnivs.) Pœnus Pennus ex Capit. consul. Mille equitibus, triginta quinq; rostratis nauibus.) Vet. lib. Et triginta quinq;. Lectorio legato.) Lætorio, græci & Capitolini scriptores. Phoenice vrbs est Epiri.) Polybius lib. *2.* πολὺ γὰρ ἡ φοινίκη διέφερε τῶν κατὰ τὴν ἤπειρον πόλεων. Cvm Eropo & Darda.) Vet. lib. habent Derda. 573

Vt Parthini & Dimallum.) Glareanus negat se vsquam legisse hãc vocem Dimallum. Id autem oppidum est in Illyrio teste Polyb. lib *3.* δημήτριος εἰς τὴν διμαλον ἀξιόχρεω φρουρὰν εἰσέπεμψεν. Atintanas missis Romam legatis ab senatu impetrasse, vt Macedoni accederent.) Hunc locum olim quidam asterisco notarunt, quod verba deesse aliquot putarent. Itaq; Glareanus videndum monet, quid sibi velit vox, Atintanas. Huic ego quæstioni respondeo, Atintanas Macedoniæ populos esse illos quidem, præsertim auctore Stephano: ἀτιντανία μοῖρα μακεδονίας, οἱ οἰκήτορες καὶ ἀτιντᾶνες, καὶ ἀτιντάνιοι. Putare tamen hanc vocem adulterinam esse, neq; huic loco conuenire. Nam si ita legatur, non expleta omni ex parte sententia videtur. P. Sempronius conditiones pacis dixit, vt Parthini, & Dimallum & Burgulum, & Eugenium Romanorum essent. Atintanas missis Romam legatis ab senatu impetrasse, vt Macedoni accederent. At verò si legas, vt est in veteribus libris, sensum elicies optimum & perfectissimum. P. Sempronius conditiones pacis dixit, vt Parthini, & Dimallum & Bargulum, & Eugenium Romanorum essent, addito quod missis Romam legatis ab senatu impetrassent, vt Macedoni accederẽt. Dixit autem, Addito quod, pro eo, quod quidam dicunt, Dato quod, & pro. Quanuis. Occvltantibvs id credo patribus, ne præsciscerent Carthaginenses.) Ne præscirent. Ea plura vulgabantur.) Vet. lib. Eo plura. Sicvt proditum memoriæ à primis temporum illorum scriptoribus.) Vet. lib. à proximis temporum. 574

Obviam ire deæ iussus, isq; eam de naue acciperet, & in terram elatam traderet ferendam matronis.) Vet. lib. Accipere, & tradere habent, vt, ire. Clavdiæ Quintiæ.) Claudiæ Quintæ legendum est ex oratione Ciceronis de aruspicum responsis: est autem Quinta prænomen, vt in lapide perantiquo est apud Horatium Malegutium in agro Regiensi. [Vide Valer. Max. lib. *1.* de miraculis cap. vlt. vbi etiam Claudiam vocat.] 575

Septimivs
C. L. Nicepor.
Septimia
Sp. F. Qvinta.

Megalesia appellata.) Cicero de Arusp. Megalensium ludorum tanta religio est, vt ex vltimis terris accersita in hac vrbe consederit. Qui vni ludi ne verbo quidem appellantur latino, vt vocabulo ipso, & appetita religio externa, & matris Magnæ nomine suscepta declaretur. Nepete.) Nepet, vt suprà. Altera itidem res.) Vet. lib. Item. Se, ac M. Claudio consule.) Vet. lib. Consulibus.

Pestis, ac bellua immanis, quale fretum quondam.) Scyllam, de qua est in fabulis, intelligit. 576

Qvibvs per vos, fidemq; vestram, &c. neq; in Italia, neq; in Africa quicquam gesseritis.) Monent, ne militibus sacrilegis vtantur in bello, priusquam scelere expiati sint. Nihil autem vitij hic locus cõtinet, contra quàm quidam existimant. Dein verberatos, seruilibusq; omnibus supplicijs cruciando occidit.) Vet. lib. cruciatos, vt pro lege Manilia. Vinculis, ac verberibus, atq; omni supplicio excruciatum necauit. 577

Qvalis Sucrone. lib. xxviii. Annibalem ex Italia retracturum.) Detracturum, restitue, quod immutauit Rhenanus. Ita verò loquitur paulò pòst. Quod ad Annibalem detrahendum ex Italia se transire vulgauerat. Et Cicero de prouincijs: At hi non modo illum inimicum ex Gallia sententijs suis non detrahebant. 578

Vt in exercitu Scipio maneret.) Vet. lib. Ad exercitum, genus vsitatum dicendi est, cùm de imperatore loquimur, illud, cùm de militibus. M. Cincivs Alimentius.) Alimentus, vt suprà. Comprehendere tribuni iuberent.) Vet. lib. Prehendere. Quæ vox propria huius facti, & solennis est. Capitonis verba hæc 579

ſunt: Cum moribus maiorum tribuni plebis prehenſionem baberent, vocationem non haberent, poſſe igitur eos venire, & prehendi ſe iubere. Item Varro: Prehenſionem tribuni plebis habent. Hæc ex Gellij lib. 13. capite 12. ALII ab ipſo Scipione legatum cum triginta nobiliſsimis equitum miſſum, qui Q. Pleminium in catenas, & cum eo ſeditionis principes conijcerent.) Vet. lib. miſſum, Q. Pleminium in catenas, & cum eo ſeditionis principes coniectos. PRIMAM, ſicuti mandatum erat, religionis curam habuere.) Vet. lib. primum. probo. ſequitur enim: Tum vocatos in concionem. RHEGIVM ſequeretur.) Vet. lib. Rhegium ſe ſequeretur, vt lib. 42. Chalcidem ſe ſequi iuſſerit. TOT, tam nefanda.) Vet. lib. Tot, tamq; nefanda. COMPERTA oculis perferrent Romam.) Vet. lib. Referrent.


580 SPECVLIS per promontotia omnia poſitis.) Vet. lib. Per omnia promontoria. ET ſunt ante omnes barbaros Numidæ effuſi in venerem.) Vet. lib. vt ſunt. ſic lib. 30. vt eſt genus Numidarum in venerem præceps.

581 IPSVM ad Lælium veniſſe.) Vet. lib. ad C. Lælium. ALIBI XV. millia peditum, mille & quingentos equires.) Vet. lib. habent XVI. millia, quod probo: quia Appianus in Libyco hunc numerum edit: πεζοὺς μὲν ἑξακισχιλίους ἐπὶ μυρίοις, ἱππέας δὲ χιλίους καὶ ἑξακοσίους. Itaque auctore eodem Appiano malim legere apud Liuium ſexcéntos, quàm quingentos. NAVIBVS antè conſcendere coactos continuit.) Vetus lectio melior: in naues autè conſcendere.

582 QVÆSTOR tum is erat.) Vet. lib. Quæſtor is tum erat. PRÆTER XL. longas naues, quadringentis fermè onerarijs exercitum tranſuexit.) Vet. lib. Præter L. longas naues. probo. nam Appianus ita: καὶ ἐς Λιβύην ἀνήγετο ναῦς μακρὰς μὲν δύο καὶ πεντήκοντα, φορτίδας δὲ τετρακοσίας. Et ipſe lib. 30. Scipio L. longas naues haberet, quas habuiſſet. DII, deæque, inquit.) Vet. lib. Diui, diuæq;. quod placet: quia olet magis antiquitatem, cui in hac precatione ſtuduit Liuius. Quanquam Virgilius lib. 5. ait: Dij, quibus imperium eſt pelagi, in eiuſmodi precatione, metri cauſa. BENE vertant, eaq; vos omnia benè iuueris.) Quo pertineat tertia hæc perſona Vertant, cùm ad ſecundam oratio conuerſa ſit, vos precor, intelligi non poteſt. Hinc fit, vt placeat priſca lectio, benè vertundo, & vt, pro Eaque, putem reponendum eſſe, æquè. hoc ſenſu: Vos precor, quæ in meo imperio geſta ſunt, geruntur, poſtq; gerentur, ea mihi, populo, plebiq; Romanæ, ſocijs, nominiq; Latino, qui populi Romani, quique meam ſectam, imperium, auſpiciumq;, terra, mari, amnibusq; ſequútur, benè vertendo, æque omnia bene iuuetis. Neque impedit, quod Rhenanus in quodam libro ait ſe legiſſe, benè verruncent. QVÆQVE populus Carthagienſis in ciuitatem noſtram facere molitus eſt, ea vt mihi, populoq; Romano in ciuitatem Carthaginienſium exempla edendi facultatem detis.) Vetus lectio breuior: Ea vt mihi, populoq; Romano in ciuitatem Carthaginienſium detis: ſubauditur autem, Facere, ex priore membro orationis. Cuius lectionis venuſtatem qui non intellexerunt, de ſuo hæc verba addiderunt: Exempla edendi facultatem. Quas voces puto temerè ab aliquo iniectas, tum quia ab ijs, quos legi, libris abſunt, tum quia neceſſariæ non ſunt. Scio tamen Liuium lib. 38. vti hac forma dicendi: Omnia exempla belli edita in ſe cædibus, incendijs, minis, direptione vrbis. VICTORES ſpolijs decoratos, præda onuſtos, triumphantesq;.) Vet. lib. quos legi, æquè atq; ij, quos ſe legiſſe Rhenanus profitetur, vacant his vocibus, præda onuſtos, vt legatur: Spolijs decoratos, triumphantesq;. Quod ſequitur: Domos reduces ſiſtatis.) Malim & ipſe cũ Rhenano, Domo. CRVDA exta cæſa victima, vt mos eſt, in mare proiecit.) Sacrificale verbum antiquum temerè amouit Rhenanus. Quod feciſſe etiam quoſdam olim apud Virgilium tradit Macrobius libro quinto, vbi ait: Extaq; ſalſos Porriciam in fluctus, non proijciam. Sic hoc loco porricit, non proiecit. CELERITER conſpectu terræ ablati ſunt.) Vet. lib. E conſpectu. vt Verg. Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum Vela dabant. ITA vt vix concurſus nauium inter ſe vitarent.) Vet. lib occurſus.

583 ET ventus premente nebula cecidit.) Immò lege: Et vento premente nebula cecidit. non enim ventus cecidit, ſed nebula premente vento. Nam ſubdit: Ventus idem coortus nebula diſiecta aperuit omnia. CVM Pulchri promontorium id vocari audiſſet.) Polybius huius promontorij meminit lib. 3. in fœderibus Romanorum & Pœnorum, & τὸ καλὸν ἀκρωτήριον vocat. QVIBVS excenſiones in agros maritimos factæ erant.) Vet. lib. Excurſiones. quod probo. VRBEM etiam proximam Afrorum ſatis opulentam cepit.) Hanc vrbem Appianus in Libyco vocat Λόχαν. LÆTISSIMVS tamen Romanis.) Vet. lib. Lætiſſimus tum Romanis. PATER eius moritur.) Vet. lib. Pater ei moritur.

584 MEZETVLLVS.) Mezetulus. ſic enim vet. lib. & Appian. Μεζέτυλον vocat. NON alienus ſanguine regibus, familiæ ſemper inimicæ.) Vet. lib. Non alienus à ſanguine, Regibus familiæ ſemper inimicæ. GENS Maſæſylorum omnis.) Maſſyliorum lege. Nam loquitur de populis, qui Maſſaniſſæ pòſt paruerunt. Maſæſuli enim Syphaci obediebant. Qui autem ante me hos libros emendarunt, quòd quid inter has gentes intereſſet, neſcirent, omnia perturbarunt, & vbiq; Maſæſulos ſcripſerunt, vt ſuprà ex veteribus etiã libris admonui. AD Tapſum.) Thapſum. nam græce Θάψον. IN Carthaginienſium agrum perfugit.) vet. lib. Refugit. VTRVM penes Lacumacen, an Maſſaniſſam regnum Maſæſylorum eſſet.) Maſſyliorum, ex vet. lib. Porrò autem familiæ Maſſaniſſæ ſtemma, cuius hic Liuius, in Iugurta Salluſtius meminit, hoc eſt.



VT

VT exercitum ad fines Masæsylorum admoneat.) Cur Syphax exercitum admoueat finibus Masæsulorum,
qui in suo imperio erant Masyliorum, ergo lege: & ita vbiq;. Sunt enim eodem errore plurimi deprauari loci. 585
INFENSVM'QVE & ipsum ad reliquias belli persequendas instigabant.) Vet. lib. Intentumq; & ipsum.
MASÆSYLORVM'QVE fines, id Syphacis regnum erat.) Rectè legitur hic, Masæsulorũ, non Massylio-
rum. SYPHAX tum interdium.) Vet. lib. Syphax autem interdiu. ITAQVE cæteri pedites equitesque 586
cæsi.) Vet. lib. Cæsi, aut capti. SALERAM nomine vrbem occupauit.) Hanc vrbem captam à Syphace tradit
Appianus, nõ ab Annone, vbi de Syphace loquẽs ait: εἷλέ τε ἐν μεσογείῳ Θαλέρτα(?) πόλιν Ῥωμαίων ... καὶ οὕτω τοὺς ἐχο-
μένους ἐν ... Eo'QVE minus sibi cessandum ratus. Vet. lib. Eo minus igitur cessandũ ratus.) Vet. lib.
Eo minus igitur cessandum ratus. SE in tempore pugnæ venturum.) Vet. lib. Obuenturum.
CVM timore simulato audaciam hosti faceret.) Vet. lib. Cum timoris simulatio FVGIENTES per tri-
ginta millia passuum.) Vet. lib. Per tria millia. DVOS eodem nomine Carthaginiensium duces duobus 587
equestribus prælijs interfectos, non omnes auctores sunt.) Hinc factum est, vt Appianus alterum horum Anno-
nem, alterum Magonem vocet. CAPTVM Hannonem tradunt.) Vet lib. Captum etiam Annonem.
M. CORNELIVS COS. altera parte Italiæ.) Vet. lib. In altera parte. CENSVM receperunt.) Vet. lib. Ac-
ceperunt. Sic lib. 43. in censu accipiendo populi. 588
CASTIGATIO inconstantiæ populi censoria grauitate temporum illorum digna.) Vet. lib. Et grauitate.
PETILIA.) Petelia, vt suprà. CONSVLES Cn. Seruilium Cepionem, & Cn. Seruilium Geminum.) Vete- 589
res pleriq; libri, itemq; Capitolinæ tabulæ edunt, Cn. Seruilium Cæpionem. & C. Seruilium, siue cognomine,
Gemini, quod placet: Nam Seruilij Gemini patricij fuerunt. Hic autem auctore Liuio ædilis, & tribunus plebis
fuit, & cognomine caruit: præterea plebeij consulis locum obtinet, siquidem cum Cæpione patricio comparatus
est. CREATI P. Cornelius Lentulus.) Hic prætor fit hoc anno, biennio autem post consul, quo in magistra-
tu Cneus vocatur. Quare & hic etiam Cn. Cornelius scribendum. T. Veturius Philo.) In quodam vetere
lib. est. Ti. Veturius, quod placet: Nam quendam Capitolinum consulem inuenio ita describi. M. Veturius Ti.
F. Ex quo intelligi potest, Tiberium Veturiæ gentis prænomen fuisse.

IN EPITOMEN LIBRI XXX.

SYPHACEM per C. Lælium cepit.) Vet lib. Per C. Lælium, & Massanissam cepit, atq; ita Liuius. VE-
NENVM ei transmisit, quo quidem hausto.) Vet. lib. Venenum ei misit, quo hausto. MAGO bello, quo in
agro Insubrium cum Romanis conflixerat.) Vet lib. Mago, qui bello in agro. Ex vulnere mortuus est.) Ve-
teres libri pleniores: Ex vulnere mortuus est. Massanissæ regnum restitutum est.

IN LIBRVM XXX.

CN. Seruilius Cepio, & Cn Seruilius Geminus consules. Ob eas causas, quas dixi lego, Cn. Seruilius Cæ-
pio, & C. Seruilius consules. EXERCITVM à P. Sempronio acciperet.) Vet. lib. A P. Sempronio consule. 590
SERVILIO Gemino Etruria.) Vet. lib. Seruilio Etruria, rectè, vt dixi. SARDINIAM P. Lentulus.) Cn. Len-
tulus, vt dixi. CONSVLIBVS imperatum, vt priusquam.) Vt, abest à veteribus libris venustè. ET nouas
religiones excitabãt in animis hominũ prodigia.) Vet. lib. Et nouas excitabãt in animis hominũ curas prodigia.
SI FORTE iam satias amoris in vxore ex multa copia eum cepisset.) Vet. lib. In vxorem. Polybius lib. 14. 591
ἐγὼ ἀχιζίνωσκε καὶ ἡ παιδίσκη αὐτοῦ ... χάριν ἔχειν.
SEPTEM millia itineris erant.) Vertit à Polybio, vnde hic totus locus sumptus est: περὶ γὰρ ἑξήκοντα σταδίους ἀπεῖ- 592
χον οἱ πολέμιοι. Quod ait: Ad primam fermè vigiliam, Polybius, ἄρτι ληγούσης τῆς πρώτης φυλακῆς. Quod autem inquit:
Media nocte, Polybius: περὶ τὴν τρίτην φυλακὴν λήγουσαν. VT quantum nox prouidentiæ adimat, tantum dili-
gentia expleant, curaq;.) Ex Polybio ad verbum: σαφῶς εἰδότες, ὅτι καθ᾽ ὅσον ἐμποδίζει καὶ κωλύει τὰ τῆς φρονήσεως τὸ σκότος, ἐπὶ
τοσοῦτον δεῖ συναναπληροῦν τῇ διατάξει καὶ τῇ τόλμῃ τὰς νυκτερινὰς ἐπιβολάς. MVLTI in præcipiti fuga ruentes semper alios
alij.) Vet. lib. Multi præcipiti fuga ruentes. IGNIBVS'QVE in proxima tecta coniectis.) Tecta Asdrubalis
intelligendũ, quæ sibi incendenda Scipio sumpserat: non antè tamen, quàm ignem in castris Syphacis conspe-
xisset. Hoc ijsdem propè verbis Polybius: ... τοὺς Καρχηδονίους, ὡς μὲν ἑώρασαν, ὡς δὲ κατενόησαν ἅμα τὸ πῦρ
ἐμβαλὼν τὰς σκηνάς ... BINA'QVE
castra clade vna deleta.) Vet. lib. Die vna deleta, quod probo, quia Appianus ita: Ῥωμαῖοι διὰ τόλμης μιᾶς ἐν ὀλίγῳ μέρει
νυκτὸς δύο στρατοπέδων ἐκράτησαν ἅμα. ASDRVBAL ex fuga cum paucis Afrorũ vrbem proximam petierat.) Po-
lybius item nomen vrbis non apponit, quod est tamen apud Appianum: Ἀσδρούβας δὲ στρατηγὸς Καρχηδονίων ἐν μὲν τῇ
νυκτομαχίᾳ μετ᾽ ἱππέων πεντακοσίων τετρωμένος ἐς Ἄνδαν κατέφυγεν. DVÆ subinde vrbes captæ, direptæq;.) Item
Polybius: δύο τινὰς τῶν παρακειμένων πόλεων δορυαλώτους τοῖς στρατιώταις διήρπαζεν.
VT omissa Vtica Carthaginem crederent extemplo Scipionem oppressurum.) Vet. lib. Obsessurum: bellè
autem respondet. Nam Vtica obsidebatur. Item quod paulò pòst in maiore vrbis periculo ait: Carthaginem re- 593
pentè aggressurum credebant. SVFFETES, quod velut consulare imperium apud eos erat.) Sufetes legitur
in veteribus libris, & apud Festum, qui ita scribit: Sufes consul lingua Pœnorum. Claudius: Senatus censuit re-
ferentibus Suferis. QVATVOR millia Celtiberorum circa vrbem nomine Olbam ab conquisitoribus suis
conducta in Hispania, egregiæ iuuentutis sibi occurrisse.) Olbam quærit frustra in Africa Glareanus. [Glarea-
nus ait neminem Olbam ponere in Africa: Hic ait Glareanum Olbam quærere in Africa, quæ an eadem sint pru-
dens lector æstimet. Polybius enim Abbam edit, ita scribens: τῶν δὲ καλουμένων ὑπ᾽ αὐτοῦ ἀπαντησάντων περὶ τὴν Ἄβαν, οἱ τότε
ἐτύγχανον ὑπὸ τῶν Καρχηδονίων ἐξενολογημένοι πλείους ὄντες τῶν τετρακισχιλίων. Vt autem Asdrubal Andam, sic Syphax Ab-
bam post nocturnam cladem se contulerant, Appiano & Polybio auctoribus. Circa autem Abbam occurrerunt,
non circa eam conducta sunt, vt interpretatur Glareanus. PRIMO in tumulo quatuor fermè millia distan-
te ab castris regijs consedit, postero die cum equitatu in Magnos, ita vocant, campos subiectos ei tumulo degres-
sus. &c.) Sic Polybius: ἀφικόμενος δὲ τεταρταῖος ἐπὶ τὰ μεγάλα πεδία, καὶ συνεγγίσας τοῖς πολεμίοις, τὴν μὲν πρώτην ἡμέραν ἐπί
τινος λόφου κατεστρατοπέδευσεν ἀπέχοντα σταδίους ἀπὸ τῶν πολεμίων. τῇ δὲ ἑξῆς καταβὰς εἰς τὰ πεδία, καὶ προθέμενος ... σταδίους
τοὺς ἱππέας, ἠκροβολίζετο. Hinc cum alia multa eliciuntur, tum illud, Magnos Campos appellasse, quos μεγάλα πεδία
vocet Polybius. ROMANVS post principes hastatorum prima signa subsidijs triarios constituit. Magnum
mendum leui labore deleri potest, si legas: Romanus principes post hastatorum prima signa. Hic enim erat in-

M. LIVIVS Cn. Seruilium consulem.) C. Seruilium vt dixi. APOLLINIS promontorium.) ἀπόλλωνος 603
ἄκρας. Appianus.
LEGATOS Carthaginem L. Bebium, M. Seruilium, L. Fabium extemplo misit.) Vet. lib. M. Bæbium, L. 604
Sergium, L. Fabium. Polybius corruptè λεύκιον σέργιον, λεύκιον σούπιον, λεύκιον φάβιον CVM ad Bragadam flumen
peruenissent.) Polybij codex habet τὸ μάκραν ποταμόν. Quod autem Polybios ad Macram flumen, Appianus ad
promontorium Appollonis euenisse scribit. Idem Polybius lib. 1. huius fluminis meminit. Ex ea tres qua-
driremes.) Quas Polybius τρεῖς vocat τετρήρεις. Liuius vertit tres quadriremes. QVINQVEREMEM Romanam
superantem promontorium.) Quia quęrit Glareanus de promontorio hoc, & de quinquereme, propterea intel-
ligendum est, Appollinis promontorium auctore Appiano fuisse, quod Polybius item non expresso nomine
commemorauit. [Et Glareanus huius promontorij meminit, sed nihil asseuerat.] sic ἀποπλεῖν ἐκ τῶν ὀρχῶν προσ-
θέντες. Ne autem de quinquereme diutius ipse laboret, qua reuersos legatos esse Liuius ait, cum qua ratione ve-
nerint nō dixerit, is sciat verba hæc omnia esse Polybij: καὶ παραλαβόντες τὰς ῥωμαϊκὰς πεντήρεις. T. CLAVDIVS Ne-
ro.) Vet. lib & Capit tab. T. Claudius, C. TERENTIVS Varro. Cn. Manlius.) Vet. lib. C. Mamilius. M. VA-
LERIVS Falco.) Capit. tab. Falto. M. SESTIO Sabino.) Vet. lib. M. Sextio Sabino. AN quia res in Etru-
ria tenuerint.) vet. lib. Tenuerit. VTRVM Cn. Seruilius consul habuerit.) C. Seruilius. Vet. lib. Vt dixi.
QVÆSTIONES ex socijs de coniurationibus principum habentem.) Neminem futurum esse arbitror, qui non
in interpretanda voce illa socijs laboret, & meritò. est enim mendosissima, ego autem pro certo habeo, ex S.C. id
est, ex senatusconsulto, esse restituendum, me in hanc sententiam ducit similis erroris, cuius suprà memini, ob-
seruatio. Alijs socijs præfectum notantibus, pro alijs S.C. præfectum notantibus. Compendiosa enim scriptura
huius vocis S.C. dici non potest quæ portenta sæpe pepererit. De sensu autem huius lectionis nemo est, qui dubi-
tare possit. M. SERVILIVS, T. Claudius.) Vet lib. M. Seruilius, & Ti. Claudius.
CVM Syphace incōditæ barbariæ rege, qui statarios semilixas ducere exercitus solitus sit.) Vet. lib. Qui sta- 605
tarius semilixa ducere exercitum solitus sit. Ego qui statarium semilixam ducere exercitum. Nam statarius, &
semilixa militibus magis congruunt, quàm imperatori & regi. Itaq; vbi de Annibale loquitur, hęc opponit. Do-
cere exercitum æqualem stipendijs suis, id est. qui tot stipendia confecerit, quot imperator, quem puerum mili-
tem factum esse dixit. Hæc quærenti Glareano.
IAM Adrumentum peruenerat Annibal,) Vet. lib. Adrumentum, rectè. Appianus enim Ἀδρύμητον. Polybius 606
& Stephanus Ἀδρύμητα edunt. Zama quinque dierum iter ab Carthagine abest.) Sic Polybius: μετὰ δὲ τινας ἡμέ-
ρας ἀναζεύξας ἐκ τῶν περὶ τὸ ἀδρύμητα τόπων, προῆλθε, καὶ κατεστρατοπέδευσε περὶ ζάμαν, αὕτη δὲ ἐστὶ πόλις ἀπέχουσα Καρχηδόνος ὡς πρὸς
τὰς δύσεις ὁδὸν ἡμερῶν πέντε. TRADITOS eos tribunis militum.) Vet. lib. Tribunis militum, nihil præstantius:
sic enim Polybius: συνέστησεν αὐτοὺς χιλιάρχοις ἐπέταξε πάντα καλῶς ὑποδεῖξαι τὰ κατὰ τὴν παρεμβολήν. Ex composito
duces castra protulerunt.) vet. lib Ambo ex composito duces. SCIPIO haud procul Nadagara vrbe.) Vet.
lib. Nargara. Polybius πρὸς τὴν πόλιν μάργαρον. Hanc vrbem Ptolomæus nominat Ναράγαρα. SI hoc ita datum
fuerat.) Huius orationis magna pars est apud Polybium. Incipit autem apud eum Annibal ab ea sentētia. Opti-
mum fuerat eam patribus nostris mentem datam ab dijs esse,
HOC quoq; ludibrium fortunæ casus ediderit.) Nihil huic sententiæ deest, contra quàm putat Glareanus. 607
Dictum est autem, vt illud. Tibi non in vltimis laudum hoc fuerit.
PROPTER eandem vtilitatem tuebor eam, propter quam petij.) Vet. lib. Peto. TERGIVERSANTEM 608
in Africam traduxerim. Vet. lib. Attraxerim. FRVSTRA verba pacata renunciant.) Si ita legas, nullum sen-
sum, aut certè non commodum elicias. In vet. lib aliquo est: Frustra verba temptata renunciāt. Hinc ego ita: Fru-
stra verbis tentatam rem nunciant, id est, de pace verbis frustra agitatum referunt. Annibal enim colloquiū pe-
tierat Scipionis, quasi fretus eloquētia sua rem peracturus. Hanc lectionem tanto magis probo, quòd subiungit
ἀνελθεῖν, armis decernendum esse.
AD hoc colloquium Annibalis in secreto habitum, ac liberum fingenti qua velit flecti, ominatur, quibus 609
quondam auspicijs patres eorum pugnauerint ad Aegates insulas, ea illis exeuntibus in aciem portēdisse deos,
adesse finem belli ac laboris.) Loci huius obscuritas, quæ magna est, sola verborum interpunctione non louatur
solum, sed etiam tollitur. Quo modo autem sit interpungendus, intelligetur, si sensus antè fuerit patefactus. Sci-
pio, inquit, suis militibus referebat Hispanias victas, & recentia in Africa prælia, & confessionem hostiū, pacem
petentium, ad hoc colloquium Annibalis in secreto habitum: ac, quoniam liberum est fingenti quocunq; velit
oratione deduci, ominatur finem huius belli adesse, quod quibus auspicijs priore bello patres eorum pugnaue-
rint ad Aegates insulam ea illis hoc tempore in aciem exeuntibus portenderint. Ex quo intelligi potest, verba il-
la, liberum fingenti qua velit flecti, item hæc: quibus quondam auspicijs vsq; ad, portendisse deos, duplici pa-
renthesi esse includenda. Continent enim causam, & cur ominaretur, & cur victoriam ominaretur. Glareanus
adeo à vero sensu abhorruit, vt vox illa, fingēti, ad Scipionem ne, an ad Annibalem referretur dubitarit. [Gla-
reanus nihil de tota oratione quàm ad quid referatur fingenti, se dubitare dicit, vt solet] TVBÆ, cornuaq; ab
Romanis cecinerunt.) Polybius vtrinq; increpuisse ait: ἅμα τῷ πανταχόθεν τὰς σάλπιγγας καὶ τὰς βυκάνας ἀνακρούειν. Et
Appianus: Ἀννίβας μὲν σαλπίγγων κατάξας, σωτηρίαν δὲ αὐτοῦ χειρῶν κελεύσας. VT ELEPHANTI in suos sinistro maximè
cornu verterent. Mauros, ac Numidas.) Aut ex vet. lib. Verterentur est legendum, aut, verterent, pro verterētur,
accipiendum. Sic enim Polybius: τινὰ μὲν διαταραχθέντα τῶν θηρίων ὥρμησε παλίσσυτα κατὰ τῶν συμβεβηκότων ἐκ Καρχηδόνος
νομάδων.
SED numero superior Romanus erat. & animo.) Vet. lib. Sed & numero. VICTORES ad decem mil- 610
lia cecidere.) Suspicor legendum, ad duo milia. Hanc enim edit summam Polybius, quem in reliquis etiam se-
quitur: ἔπεσον δὲ τῶν μὲν ῥωμαίων ὑπὲρ τοὺς χιλίους καὶ πεντακοσίους. Idem autē propè est. Supra mille quingentos, & ad duo mil-
lia. Ita etiam Appianus. SIMVL primum ardorem hostium excipientes fatigarent.) Vet. lib. Primum ardo-
rem atq; impetum hostium. MISSO Lælio Romam cū victoriæ nuncio.) Appianus: καὶ τὰς ὁρμὰς τῶν αἰχμα-
λώτων τιμῶν, καὶ λαίλιον ἐξαγγέλλοντα τὰς νίκας ἐπὶ ῥώμην. Glareanus Liuium hoc loco sui oblitum putat, quod Lælium
Romam miserit victoriam nunciaturum, cùm paulò pòst tres legati mittantur.
TVRMALIBVS primis in agmine aggressa Numidas leui certamine fudit.) Vet. lib. Turmalibus primum 611
agmen aggressa, Numidas. ET naues rostratas præter decem triremes traderent.) Polybius: τὰ μακρὰ πλοῖα
παραδοῦναι πάντα πλὴν δέκα τριηρῶν. Vertit hoc loco Liuius Naues longas, Rostratas, vt paulo pòst ait: Naues longas,
elephantos, perfugas, fugitiuos, captiuorum quatuor millia tradiderunt. OBSIDES centum arbitratu Sci-
pionis darent.) Mallem, centum quinquaginta, vt ait Appianus: δοῦναι ὁμήρους αὐτίκα ὅμηρα πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν παῖδας,
ὡς ἂν αὐτὸς ἐκλέξωμαι. Cur malim hæc causa est, quia libro 32. ita scribit: Petentibus Carthaginiensibus, vt si iam vi-
deretur senatui, obsides sibi redderentur, centum redditi obsides: de cæteris si in fide permanerēt, spes facta. Qui-
 bus

bus verbis satis ostenditur plures quàm centum esse traditos. Quanquàm hoc loco Polybius centum tantū & ipse edit: ὁμήρους δοῦναι πίστεως χάριν ἑκατὸν, οὓς ἂν ἐκλέξηται ὁ στρατηγὸς τῶν ῥωμαίων, μὴ νεωτέρους τετταρακαίδεκα ἐτῶν, μηδὲ πρεσβυτέρους τριάκοντα. DONVM ferre iussi.) Vet.lib. Referre.

612 INTER portus Cossanum, Loretanumq;.) Cossani meminit etiam lib. 22. DICTATORE dicto Cn. Seruilio Gemino.) C. Seruilio scribe absq; Gemino, ex vet. lib. & dictatura eius Capitolina. ITAQVE cum præter idus Martias veteres magistratus abissent.) Procul dubio, pridie idus, legendum. Nam idus Martiæ solennes erant ineundis magistratibus, prid. Idus abeundis. Compendiosa scriptura fefellit librarium, pr Idus. LVDI Romani tertio instaurati.) Vet.lib. aliquot, ter toti instaurati, optimè. Sic enim loqui solitus est Liuius, vt libro 28. Ludi Romani ter toti instaurati ab ædilibus curulibus. Item: Ludi plebeij semel toti instaurati ab ædilibus plebis. Item hoc libro: Ludi Romani diem vnum, plebeij ter toti instaurati ab ædilibus. Et lib. 31. extremò. Et lib. 33. primò: Totiq; ter instaurati. CEREALIA ludos.) Vet.lib. Cerales ludos, non muto tamen vulgatam lectionem, nam in nummis aliquot argenteis, qui apud patrem tuum sunt, ita legi: C Memmius C. F. Quirinus Memmius æd. cerealia primus fecit. ADIECIT Verminam etiam Syphacis filium.) Id est, præter id, quod de victis bello Carthaginiensibus Lælius nunciauerat, adiecit etiam Verminam victum esse. Hoc vt dicerem, causam Glareanus dedit. QVÆ parua benè gestæ rei accessio erat.) Vet.lib. Quæ non parua benè gestæ rei accessio fuerat.

613 M. IVNIVS Pœnus.) Pennus, ex Capit. tab. M. ACILIVS Glabrio.) Hic pòst fit consul, & in consulatu Capitolino M'. Acilius vocatur. P. Scipioni id imperium decreuisse.) Vet.lib. Decresse. LEGIONES à Sestio prætore acciperet.) Vet.lib. à M Sextio prætore. CONSVLI cum suis duabus item legionibus in Hetruria prorogatum imperium est.) Vet.lib. In Etruriam. VT ij consules.) Vet.lib. Vt hi consules.

614 ASDRVBAL erat, Hædum cognomine populares vocabat.) Rectè Hædum. Nam Appianus etiam ἔριφον appellatum scribit. DE pace vti rogatæ omnes tribus erant, iusserunt.) Vet. lib. Vti rogassent: Ego vti rogas, vt antè docui.

615 ITA dimisi ab Roma.) Vet.lib. Ita dimisi Roma. INTER quos Q. Terentius Culleo senator fuit.) Plutarchus in Apophthegmatis non ante legatos de pace se auditurū esse Scipionem dixisse ait, quàm Q. Terentium captiuum dimisissent. Dimisso eo pacis conditiones Scipionem dixisse, Terentium porrò sequutum currum Scipionis pileatum esse. FINITVM est decimo octauo anno Cn. Cornelio, P. Aelio Pæto consulibus.) Antea legebatur, decimo septimo, atque ita est in omnibus veteribus libris. Quod quia corruptum esse credidit, correxit Glareanus, & decimo octauo fecit. ☞ [Vide Glareani verba, & aliter senties.] Est tamen sciendum decimo septimo rectè habere. Nam cùm inquit Liuius, bellum finitum est XVII. annos postquam cœptum est, decimo octauo intelligit, verùm annum primum non numerat, sic autem etiam alibi. Annis ante XL. pax cum Carthaginiensibus facta est. Item: Tres & sexaginta anni sunt à primo punico ad secundum bellum finitum: neq; enim alter extremorum annorum in hoc loquendi genere comprehenditur. At cùm inquit in hoc eodem libro Patre, & patruo ex seruitute post sextum decimum annum receptis. Et paulò pòst: Annibalem post sextum decimum annum ex Italia decessisse, ambos extremos annos numerat. Pater enim Seruilij captus est anno DXXXII. receptus anno DXLVII. Annibal venit in Italiam anno DXXXII. discessit anno DXLVII.

616 HVNC regem in triumpho ductum Polybius haud quaquam spernendus auctor tradit.) Verba quibus hoc tradit Polybius sunt in lib. 16. eiusmodi: ἐν ᾧ Σύφαξ ὁ τῶν μασαισυλίων βασιλεὺς ἤχθη τότε διὰ τῆς πόλεως ἐν τῷ θριάμβῳ μετὰ τῶν αἰχμαλώτων, ὃς καὶ μετά τινα χρόνον ἐν τῇ φυλακῇ τὸν βίον μετήλλαξε.

IN EPITOMEN LIBRI XXXI.

CAVSÆ feruntur hæc.) Vet.lib. Referuntur. IN sacrarium Cereris cum alijs pluribus suis intrauerunt.) Cum alijs popularibus suis, legendum est. AD vindicandum illos.) Vet.lib. Ad vindicandos illos. QVINGENTESIMO quadragesimo anno ab vrbe condita.) Restituendum est, vt pòst ostendam, Quingentesimo & quinquagesimo.

IN LIBRVM XXXI.

617 QVAM occuparint quadringenti LXXXVII. anni à condita vrbe ad Ap. Claudium consulem.) In veteribus libris est, LXXVIII. anni. mēdosè illud quidē, sed ita tamen, vt veræ lectionis vestigia appareant. Est enim V. in X. vertendum, & duo II. in V. ita vt legas LXXXVI. siquidem Ap. Claudius anno ab vrb. cond. CCCCLXXXVI. consul fuit, quemadmodum ex Liuij sententia in Chronologia ostendemus, quem numerum deprauauit, vt solet Glareanus. ☞ [Glareanus negat se deprauasse numerum.] CLARITATE regum antiquorum.) Vet. lib. Sed claritate. QVO multa quondā Europæ, maiorem partē Asiæ obtinuerant.) Vet.lib. Maioremq;. C. APPIVM præfectum.) Vet.lib. Cn A. Popium. Ego C. Oppium. Oppius enim gentis nomen est. Appius prænomen. IPSE eodem aperto itinere per montes duxit.) Vet.lib. Per medios montes.

618 QVI ductu atque auspicio proconsulis Scipionis. In veteribus libris est ferè, Proconsulis Scipionis, pro P. Scipionis, idq; non hoc loco solum, sed passim. Itaq; P. Scipionis restitue. P. ÆLIO consulum comitia habente. Vet.lib. Consularia comitia: placet tamen vt legatur, P. Aelio consule comitia habente consules facti: sic enim alias. AEDILIBVS Curulibus L. Valerio Flacco, & T. Quintio Flaminio.) Restituto L. Quintio Flaminino. Lucio, quia T. Quintius nunquam ædilitatem cepisse pòst à Liuio & à Plutarcho traditur. Flaminino ex Capitolinis tabulis, & ex ratione cognominum, vt enim à Censore Censorinus, ab Augure Augurinus: sic à Flamine Flamininus orta cognomina sunt. QVOD ex Africa proconsul Scipio miserat.) P. Scipio, vt dixi, alioquin Scipio proconsul dixisset. ANNO quingentesimo quadragesimo quarto ab vrbe condita.) Vet lib. Anno quingentesimo quadragesimo. Placuit autem Glareano. vt legeretur, quingentesimo quinquagesimo quarto. Quòd pro quadragesimo, restituat, quinquagesimo, laudo, quod addat, quarto, non possum non improbare. Cur ita sentiam, causa extabit in Chronologiæ scholijs. Porrò autem non quingentesimo quinquagesimo, sed quingesimo quinquagesimo legendum arbitror. Hac in re ducem sequor Priscianum, qui libro de Numeris quingesimum, pro quingentesimo dictum esse scribit à Liuio lib. ab vrbe condita XXXI. NISI quid in Romanis auxilij foret.) Vet.lib. Nisi quid Romani auxilij foret. PRECATIONI annuisse deos aruspices respondere.) Vet.lib. Precationē admisisse deos, quod probo. Etenim in eodem genere lib. 4. sic. Vt ab auguribus, simul aues ritè admisissent, ex composito tolleretur signum. PRÆTORES exinde sortiti sunt, Cn Sergius Plancus vrbanam.) Vet.lib. Prouincias prætores exinde sortiti sunt.

619 L. FVRIVS Purpurio.) Purpureo, ex Capitolino eius consulatu. Q. BEBIVS.) Bæbius, Capitolini, &

græcā

græci ſcriptores,nummiq; argentei. SICVT expugnando Sagunto Annibalem paſsi ſimus.) Vet.lib. Sumus. VTI rogarat,bellum iuſſerunt.) Vti rogas,vti am ſæpe.

PROCONSVL Scipio ex Africa deportaſſet.) P. Scipio, vt dixi. M. VALERIO Falconi.) Faltoni, Capitol. tabulæ. IN Sardiniam traiiceret,quoq; de exercitu.) Vet.lib. Atq; de exercitu. EXCITIS, Sallijs, Iluatibusq;,&cæteris Liguſticis populis.) Liguſtinis, habent lib. vet. & græci λιγυςίνους edunt. Iluates Ligures etiam alibi nominat,vt lib.32. Inde in Liguſtinos Iluates legiones ductæ:non ſunt autem Iluates,qui Iluam inſulam colunt,vt putat Glareanus. [Glareanus dubitauit,non aſſeruit.] Quod ex his verbis Liuij cognoſcitur, lib.32.Et iam omnia cis Padum præter Gallorum Boios,Iluates Ligurum,ſub ditione erant. 620

NVNCIOS'QVE mitterent ad populum Rom. L. Furius Purpureo tum prouinciæ præerat.) Satis conſtat, legendum eſſe,ad prætorem Rom.quo de mendi genere ſuprà etiam dictum eſt: prætorem autem intelligit, L. Furium Purpureonem. AVGERI hoſtium animos.) Vet.lib. Augere,quod placet,quia dixit,obijcere. 621

TRIENTIVS, Tabuliusq; is ager,quia pro tertia parte pecuniæ datus erat appellatus.) Vet. lib. Trientius, Tributumq;. Ex quo conieci legendum eſſe,Trientius,Tributusq;. Alioquin nulla cauſa extat,cur Tabulius is ager vocatus ſit:at quia pro tertia parte pecuniæ tributus erat Trientius,Tributusq; eſt dictus. C. CLAVDIVS Cento.) Centho,ex Capit. lapid. 622

COMMEMORATIO erat beneficiorum primum in ciuitatem ſuam.) Vet.lib. Ciuitatem ſociam,Rectè:loquitur enim Attalus,atq; Athenas ciuitatem ſociam appellat. ADHORTATIO,capeſſendum bellum.) Vet. lib. Adhortatio capeſſendi belli. RHODII Ceam ab Aegina.) Vet.lib. Rhodij cùm iam ab Aegina.Item: Rhodij etiam ab Aegina. Hinc ego: Rhodij Ciam ab Aegina. Inſula autem eſt Cia oppoſita Eubœæ,Ptolemæo auctore. CLASSE tradita Heraclidi.) De Heraclide hoc Philippi præfecto pluribus verbis ſcribit Polybius. lib.13. ELEVNTA.) Elæunta ſcribendum eſt. Eſt autem Elæus cum proximis oppidis ad Helleſpontum in Cherſoneſo. Alopeconeſus autem inſula eſt,Plinio auctore. 623

LEGATOS ad regem de conditionibus tradendæ vrbis miſerunt.) Legatorum nomina prætermiſit, quæ ſunt apud Polybium lib.16. πέμψαντες πρεσβευτὰς ἱερέας καὶ παρθένους ἐκέλευον παραλαμβάνειν τὸν φίλιππον τὴν πόλιν. PRINCIPES,quibus atrocior pars facinoris delegata erat.) Nomina eorum edit Polybius Glaucidem, & Theognetum. Eſt enim in tota hac Abydi expugnatione explicanda aliquanto,quàm Liuius,vberior. Ex ijs legatis Romanis,qui Alexandriam miſsi erant,M.Aemilius duorum conſenſu, minimus natu.) Suſpicor legendam eſſe:Ex tribus legatis:primùm quia tres antea nominauit huius libri initio. Interim ad Ptolomæum Aegypti regem legati tres miſsi:C.Claudius Nero, M.Aemilius Lepidus,P.Sempronius Tuditanus: deinde,quia,ait, Duorũ conſenſu,& Minimus natu.Poſtremò,quia nihil tam facilè eſt,quàm ex III,i. tribus facere,IIS. Sic enim apud Velleium ex VII. factum eſt VTI. Verba eius ſunt libro ſecundo. Notetur domitiæ familiæ peculiaris quædam,& vt clariſsima,ita arctata numero felicitas,VII.ante hunc nobiliſsimæ ſimplicitatis iuuenem Cn. Domitium fuere ſingulis omnino parentibus geniti,ſed omnes ad conſulatum,ſacerdotiaq;. ad triumphi autem omnes penè peruenerunt inſignia. Vulgò enim legitur:VTI ante hunc.Ita autem reſtituendum eſſe, docet Suet. in principio Neronis,vbi de Domitijs agit. NVM Abydeni quoq;,inquit,vltro tibi intulerunt arma.) Vberius reſpondet apud Polybium Aemilius:nam vltra Abydenos Athenienſes quoq;,& Cianos nominat à Philippo vexatos:inquit autem ita, μισολαβήσας ὁ μάρκος ἤρετο. τί δὲ ἀθηναῖοι, τί δὲ κιανοί, τί δὲ νῦν ἀβυδηνοί, καὶ τούτων τίς, ἔφη, σοὶ πρότερος ἐπέβαλε τὰς χεῖρας. AETAS,inquit,& forma,& ſuper omnia Romanum nomen te ferociorem facit, ego autem primum velim vos fœderum memores ſeruare mecum pacem, ſi bello laceſsitis, mihi quoq; in animo eſſe facere, vt regnum Macedonum,nomenq;,haud minus,quàm Romanum nobile bello ſentiatis. Placet quemadmodum hæc græce dixerit Polybius demonſtrare,vt libertas in vertendo Liuij patefiat: ὁ δὲ βασιλεὺς διαπορήσας κατὰ τρεῖς τρόπους ἔδοξεν αὐτῷ συγγνώμην ἔχειν ὑπερηφάνως ὁμιλῆσαι. πρῶτον μὲν ὅτι νέος ἐστί, καὶ πραγμάτων ἄπειρος, δεύτερον ὅτι κάλλιστος ὑπάρχει τῶν καθ' αὑτόν, καὶ γὰρ ἦν τοῦτο κατὰ τὴν ἀλήθειαν, μάλιστα μὲν ἀξιῶ ῥωμαίους, ἔφη, μὴ παραβαίνειν τὰς συνθήκας, μηδὲ πολεμεῖν ἡμῖν, ἐὰν δὲ μὴ τοῦτο ποιῶσιν, ἀμυνούμεθα γενναίως παρακαλέσαντες τοὺς θεούς. Intelligendum eſt autem apud Polybium tertiam cauſam deſiderari, quę eſt apud Liuium Super omnia Romanum nomen. Quod autem ait: Si bello laceſsitis. Veteres libri habent, Laceſſeritis,quod placet. Polybius enim, ἐὰν δὲ μὴ τοῦτο ποιῶσιν ait. PVGNANTES mortem occubuiſſent.) Vet.lib. Morte. SE'QVE ipſi per omnes vias lethi interficerent.) Vet. lib. habent. Læti, Quod tamen non probo: Intelligendum eſt enim Abydenos quacunq; ratione ſibi mortem conſciuiſſe. Quod declarat Polybius cùm alios ſe ferro, alios laqueo vita ſpoliaſſe ait. Itemq; alios ſe in ignem conieciſſe, alios ſe è tectis,alios in puteos præcipites dediſſe. 624

INDE in Numidiam ad res profecti legati.) Vet. lib. Ad Regem Maſſaniſam autem intelligit. PROCONSVLEM illum Hiſpaniam prouinciam non conſulem aut prætorem obtinuiſſe.) Vet.lib. Proconſule. Quem autem appellet Proconſule,expoſuit,cùm dixit:Exemplum à maioribus non accepiſſe, vt qui neque Dictator, neq; conſul,neq; prætor res geſsiſſet,triumpharet. Quod de Scipione dixit lib.28.ſine magiſtratu,inquit enim: Quia neminem ad eam diem triumphaſſe, qui ſine magiſtratu res geſsiſſet, conſtabat. Ex quo intelligi poteſt, eum,qui pro cõſule eſt eſſe quidem cum imperio,ſed ſine magiſtratu. Nunc autem pro conſule accipiamus, non qualis P.Scipio, aut T.Quintius,qui prorogato vltra conſulatus annũ imperio bellum Africanum & Macedonicum pro conſule confecerunt,& pro conſule triumpharũt,ſed qualis multis poſt annis aduerſus Mithridatem Cn. Pompeius extra ordinem miſſus eſt,cùm neq; prætor, neq; conſul eam prouinciam contra exempla maiorum adeptus eſſet. T. Sempronio Longo.) Ti.Sempronio,ex conſulatu huius Capitolino. Nam pòſt cum Africano conſul fuit. CN. Lectorium.) Lætorium,vt ſuprà ſæpius admonuimus. AEDEM'QVE deo Ioui vouit,ſi eo die hoſtes fudiſſet.) Vox,Deo,mendoſa eſt. Quis enim de Ioue, quin deus ſit, dubitare poteſt? ſi quid Ioui addi ſolet,Epithetum aliquod additur, vt Statori, Victori, Tonanti: & quæ eiuſmodi multa ei affiicta ſunt. Ego igitur ita legendum puto, Aedesq; duas Ioui vouit. Loquitur de L.Furio prætore cum Boijs Gallis pugnante,à quo prætore ædes duas Ioui bello Gallico, tertiam ab eodem conſule votas eſſe pòſt ait: De vna ſcribit libro 35. anno DLVI. In Inſula Iouis ædem C. Seruilius duumuir dedicauit: vota erat ſex annis ante Gallico bello ab L. Furio Purpureone prætore. De duabus alteris pòſt libro eodem anno DLVIII. Aedes duæ Ioui eo anno in Capitolio dedicatæ ſunt. Vouerat L. Furius Purpureo prætor Gallico bello vnam, alteram, conſul, dedicauit Q. Marcius Ralla duumuir. 625

CYNOSARGES,templum Herculis,gymnaſiumq;,& lucus erat circumiectus.) De hoc templo ſic Suidas: 627
Κυνόσαργες τόπος τίς ἐστι παρ' ἀθηναίοις, καὶ ἱερὸν ἡρακλέους κατ' αἰτίαν τοιαύτην. Δίδυμος ἀθηναῖος ἔθυεν ἐν τῇ ἑστίᾳ, εἶτα κύων λευκὸς παρὸν ἥρπασε τὸ ἱερεῖον. καὶ ἀπελθὼν εἴς τινα τόπον ἀπέθετο. ὁ δὲ ἀθυμῶν ἦν· ἔχρησε δὲ αὐτῷ ὁ θεὸς ὅτι εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον, οὗ τὸ ἱερεῖον ἀπέθετο ἡρακλέους βωμὸν ὀφείλει ἱδρύσασθαι. ὅθεν ἐκλήθη κυνόσαργες. Ex his verbis apparet cur & Cynoſarges hic locus dictus ſit, & cur Herculi potiſsimum conſecratus ſit. At Stephanus: Κυνόσαργες γυμνάσιον ἐν τῇ ἀττικῇ, καὶ δῆμος.

628 CONSVL Sulpicius eo tempore inter Appolloniam, & Dyrrachium ad Apsum flumē habebat castra.) Hoc sic Plutarchus in Quintio: καὶ τὸ πλῆθος ἄρας μετὰ τῆς δυνάμεως ἀντεστρατοπέδευσε τῷ φιλίππῳ τὰς περὶ τὸν ἄψον ποταμὸν ἐμβολὰς, καὶ τὰ στενὰ φυλάττοντι. T. APVSTIVM legatum.) L. Apustium, reponēdum. sic enim alibi sæpe eū vocat Liuius.

629 ILION, nomen propter alteram in Asia vrbem, quàm oppidum notius.) Huius nominis quinq; oppida fuisse tradit Stephanus. Quorum tertium in Macedonia fuerit. ANGVSTIAS, quæ ad Pelagoniam sunt.) Pelagonia pars est Macedoniæ non longe à regione Dassaritiorum. SCIATHVM, & Peparethum haud ignobiles vrbes.) Insulæ sunt in Aegeo pelago.

630 EODEM Eleusinæ Cereris templum, eodem Piræi Ionem.) Eleusine scribendum, vt sit auferendi casus, sequitur enim Piræi. EADEM Chios, Abydenos, Aeneos.) Nominat gentes à Philippo paulò ante bello vexatas, inter quas Chij non fuerūt, verùm vt suprà dixi, Ciani. Itaq; legatus Romanus obijcit Philippo Athenienses, Cianos & Abidenos. Atq; Liuius lib. 33 ait. De Cianorum libertate Quintius Prusiæ Bithyniorum regi scriberet, quid senatui, & decem legatis placuisset. Quare hoc etiam loco pro Chios, Cianos, est reponendum.

631 AN BELLO persecuti.) Vet. lib. An non bello persecuti. QVO indignius esset.) Vet. lib. Quod indignius esset.

632 PRÆFECIT Heraclidam.) Vet. lib Heraclidem. DASSARETIORVM.) Dassaritiorum, ex Stephano & Eusthatio. AD Lingum statiua posuit propè flumen Beuum, inde frumentarum circa horrea Dassaretiorum mittebat.) Pro Lingo reponendum censet Glareanus Lychnidū, pro Beuo, Haliacmona, scilicet quia nusquam hæc nomina legerit, at illa in Dassaritijs legerit. Ego contrà, pro Lingo, Lycum repono, pro Haliacmone, Boum defendo. Lycū habēt libri veteres, & Plutarchus in Quintio, vbi huius rei meminit: ἔτεσι μὲν οὖν εἰ τὸ πρὶν ἄγειν κύκλῳ διὰ τῆς Δασσαρήτιδος κατὰ λύκον δὲ πόρον ὁδὸν καὶ ῥᾳδίας ὑπεχείρουν. De Beuo fluuio sic Stephanus: Βόα πόλις μακεδονίας, καὶ πρὸς αὐτῇ Βόας ποταμός. [Glareanus de Beuo multa adducit de Haliacmone nihil definit vt solet.] TRIBALLOS, Illyriorum id, sicut alio loco diximus, est genus, & Cretenses trecentos.) Vet. lib. habent Trallas quam vocem qui ignorarunt, Triballos fecerūt. Sunt autem Tralles Illyrici, vt ait Stephanus, populi, his verbis: τραλλία μοῖρα τῆς ἰλλυρίας. λέγονται καὶ τράλλοι, καὶ τράλλεις παρὰ θεοπόμπῳ. Itaq; libro 38. in auxilijs Antiochi numerandis coniungit etiam Liuius Trallas, & Cretenses, vt hoc loco, cūm ait; Tum leuis armatura trium millium pari fermè numero, pars Cretenses, pars Tralles.

633 STVBERAM deinde petit.) Suspectum nomen hoc habet Glareanus, vt cætera nomina, quæ sequuntur, esse autem oppidum Illyriorum, apparet ex verbis Liuij lib. 44 cùm ait: Perseus rarus si domuisset proximos Illyriorum Gentium quoq; regem in societatem perlici posse cum decem millibus peditum Stuberam venit. Meminit eius etiam Strabo lib. 7. ad Erigonem flumen. Et Suidas, & στύβαρα vocant. INDE ad Pluinam est progressus.) Pluinæ nemo meminit. Pellinæ omnes. Itaq; Pellinam restituo auctore maximè Arriano, qui libro primo ita scribit: ἄγων δὲ παρὰ τὴν ἐορδαίαν τε καὶ τὴν ἐλυμιῶτιν, καὶ παρὰ τὰ τῆς στυμφαίας, καὶ παρουαίας ἄκρα, ἑβδομαῖος ἀφικνεῖται ἐς πέλινναν τῆς θετταλίας. Pelinnam item statuit Stephanus in Phtiotide in Thessalia. AD Bruannam statiua habuisset.) Strabo lib. 7. vt Stuberæ, sic Bryani meminit oppidorum ad Erigonem flumen. Quanquam Stephanus ait βρύανιον esse oppidum Thesprotiæ. ERIGONVN incolæ vocant.) Ex Strabonis lib. 7. & Arriani primo, Erigonem legendum. Quanquam Ptolemæus ἐρίγωνον vocat. ERDVÆAM petituros.) Polybius lib. 17. satis indicat Heordæam esse legendum, vbi verba T. Quintij, quibus ad Cynoscephalas pugnaturus milites accendit, exponit. Ea sunt hæc: οὐχ' οὗτοι μακεδόνες εἰσίν, οὓς ὑμεῖς προκατέχοντας ἐν μακεδονίᾳ τὰς εἰς τὴν ἐορδαίαν ὑπερβολὰς ἐκ τοῦ προφανοῦς μετὰ σουλπικίου βιασάμενοι πρὸς τόπους ὑπερδεξίους ἐξεβάλετε πολλοὺς αὐτῶν ἀποκτείναντες. Et Stephanus: Ἐορδαῖαι δύο χῶραι μακεδονίας. Et Plinius in Macedonia Heordensium, & Arrianus lib. primo meminit ἐορδαίας. IN Elimeam se recepit. Stephanus hanc vrbem Ἐλίμειαν. Ptolemæus ἔλιμα vocant. Arrianus lib. 1. agrum eius ἐλυμιῶτιν nominat. AB Celetro in Dassaretios processit, vrbemq; Pelium vi cepit.) Pelium duplex tradit Stephanus, vnum in Thessalia, alterùm in Illyrio. Nunc de Pelio Illyrico intelligēdum est. Nam Dassarinos inter Illyrios nominat Appianus in Illyrico.

636 BOEBEN paludem.) Stephanus: Βοίβη λίμνη ἐν μακεδονίᾳ. PERROEBIAM.) Perræbiam scribendum: ita enim græci: pars Thessaliæ est. Stephan. CYRETIAS.) κυρετίας statuit Ptolemæus inter Estiotas Thessaliæ populos. GOMPHOS petendi.) Oppidum est Thessaliæ: Stephanus. ATHAMANIA.) Alij Illyrij, alij Thessaliæ partem esse Athamaniam tradunt: Stephanus.

637 MALEA superata circa Scyllæum agri Hermionici.) Malea, & Scyllæum promontoria, Hermione oppidū est, omnia Peloponnesi: Stephanus, Strabo, Plinius, alij.

638 DELIVM Bœotiæ. Steph. Δήλιον πολίχνιον βοιωτίας ἐν ταναγρικῇ, καὶ ἱερὸν ἀπόλλωνος. AB Andro Cythnum traiecerunt. Has insulas supra Philippi teneri præsidio dixit, propterea nunc à Romanis vexantur. AD Prasias, continētis Atticæ is locus est.) Iccircò ita ait, quia, vt ait Stephanus, alterùm huius nominis oppidulum est in Seloponneso πρασιαὶ δῆμος ἀθήνησι πανδιονίδος φυλῆς. ἔστι καὶ λακωνικὸν πολίχνιον. Glareanus temerè Phalasiam emendat. [Glareanus regionis situm declarat, de alijs dubitat.] ISSEORVM lembi.) Issa vna est oppidum in Lesbo insula, altera ipsa est insula ad Illyrium, de qua Polybius lib 2. & Steph. De qua nunc Liuius. ICVM peruenere.) Icus insula vna ex Cycladibus Eubœæ adhærens, Stephanus. INDE Casandream petentes primo ad Mendim maritimum eius ciuitatis vicum.) Stephanus κασσάνδρεια πόλις μακεδονίας πρὸς τῇ θράκῃ. Item: μένδη πόλις θράκης ἀπολλόδωρος μένδην αὐτὴν φησίν. CANASTRVM Pallenes traiecere, inde superato Toronæ promontorio.) Canastrum promontorium, reliqua oppida Thraciæ sunt: itemq; qui sequitur, Acanthus, Stephanus. SINVM Maliacum.) μαλιακὸν κόλπον græci appellant. HERACLEAM venit.) Innumeræ sunt huius nominis vrbes. Hæc in Thessalia ad sinum Maliacum est.

639 LARISSAM'QVE non illam in Thessalia nobilem vrbem, sed alteram quam Cremasten vocant.) Ptolemęus & Stephanus κρεμαστὴν λάρισαν hanc Pelasgiorum esse tradunt.

640 QVOS consul in Africa vouerat.) Consul hic accipiendum est pro eo, qui cum consulari prorogato imperio esset, siquidem nunquam consul in Africam venit Scipio. C. TERENTINVS Varro, T. Quintius Flamininus P. Cornelius Cn. F Scipio ij colonos Venusiam ascripserunt.) Flaminìnus, vt dixi, scribendum est. Item vet. lib. habēt. Hi colonos, pro Venusia Plutarchus edit in Quintio. Narniam, & Consam, διὸ καὶ συμπεμφθεὶς ἀποίκων εἰς δύο πόλεις ναρνείαν τε καὶ κώσσαν ὁ τίτος ἄρχων ἐγράφη. καὶ οἰκιστής, de quibus post Liuius. NON id, quod animis pręceperat, questus est.) Vet. lib. præceperant, id est, Romani. VT virtutes rerum gestarum eius, cuius tantus honos haberetur, publicè viderentur.) Vet. lib. videret. Cæterùm vox, virtutes, ineptum continet sensum. itaq;, pro certo habeo, Veritas esse reponendum, & pro videret, videretur esse legendum. Instituisse enim maiores suos ait, vt legati, tribuni militum, centuriones, milites deniq; triumpho adessent, vt veritas rerum gestarum eius, cui tantus honos haberetur, publicè videretur. Itaq; subdit. Neminem huic triumpho affuisse, quem percunctari senatus potuerit, quid veri prætor, vanique referret. Et lib. 35. Nisi quod aut prætores ex prouincijs scriberent, aut legati

renun-

renunciarent, nihil ratum haberi debere. C. BEBIVS Pamphilus.) Cn. Bœbius Tamphilus.) ex consulatu eius Capitolino.

M. ACILIVS Glabrio.) M'. Acilius ex consulatu eius Capitolino. COMITIIS ædiles curules creati sunt 641
fortè ambo, qui statim accipere magistratum non possent.) Occipere legendum est, quod est idem, atq; inire. Sic enim lib. 41. Collegam, qui ex templo magistratum occiperet, creauit. & lib. 23. Creatur Marcellus, qui extemplo magistratum occiperet. NAM C. Cornelius absens creatus erat, cùm Hispaniam prouinciam obtineret.) Multa affert hoc loco Glareanus, vt probet, aut huic libro partem deesse, aut Liuium parum in scribẽdo vigilantem fuisse, quæ quia tota re diligenter inspecta vana esse animaduertimus, ne quis in errorem ab eo impellatur, operæpretium ne facturum esse duxi, si qui per hæc tempora in Hispania cum imperio deinceps fuerint ex Liuij sententia exposuero. [Glareanus vt solet Academicum agit, nihil asseuerans de hoc loco.]

Anno DXXXII.
P. Cornelius Scipio COS. Hispaniam sortitus est, vt ait Liuius lib. 21. Cornelio Hispania, Sempronio Africa cum Sicilia euenit.
Eodem anno Cn. Cornelius Scipio Publij frater in Hispaniam venit, ait enim: Ne tamen nuda auxilijs Romanis Hispania esset, quam prouinciam sortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarũ aduersus Asdrubalem misit.
Anno DXXXIII.
P. Scipio in Hispaniam venit prorogato post consulatum imperio.
Anno DXXXVIII.
Ambo fratres interfecti sunt, vt Liuius lib. 25. Anno sexto postquam in Hispaniam venerat Cn. Scipio, vndetrigesimo die post fratris mortem est interfectus.
Anno DXXXIX.
P. Scipio. P. F. qui post Africanus dictus est, cum imperio extra ordinem pro consule missus est in Hispaniam, M. Iunius Silanus proprær. ei ad res gerendas adiutor datus.
Anno DXLIIII.
P. Scipio, L. Lentulo, & L. Manlio Acidinio prouincia tradita Romam redit, & quia sine magistratu res gesserat triumphum non impetrat, Liu. lib. 28.
Anno DL.
L. Lentulus proconsul rediens in Hispania ob res benè per multos annos gestas, quia sine magistratu eas gesserat triumphare non potest, permissum est. vt ouans vrbem iniret. Hæc cùm scripserit Liuius libro 31. dum anni DL. res gestas exponit, tamen in eodem libro pòst subdit, ita: Eodem anno P. Cornelius Cethegus, qui proconsul Hispaniam obtinebat magnum hostium exercitum in agro Sedetano fudit. Et paulò pòst ita: Comitijs ædiles curules creati sunt fortè ambo, qui statim occipere magistratum nõ possent. Nam P. Cornelius Cethegus absens creatus erat, cùm Hispaniam obtineret prouinciam. Et paulò pòst: Et de altero ædile plebiscitum est factum, rogantibus tribunis, quos duos in Hispaniam cum imperio ad exercitus ire iuberent, vt P. Cornelius ædilis curulis ad magistratum gerendum veniret, & L. Manlius Acidinus de prouincia decederet multos post annos. Plebes Cn. Cornelio Lentulo, & L. Stertinio proconsulibus imperium esse in Hispania iussit. Ex his verbis intelligi potest, L. Cornelio Lentulo, qui ouans ingressus est, P. Cornelium Cethegum, C. autem Cethego Cn. Cornelium Lentulum in citeriore Hispania successisse, L. autem Manlio Acidino post multos annos L. Stertinium in vlteriore.
Anno DLIII.
Sex prętores creati sunt, id est, cùm quatuor ante crearentur, bini additi sunt. quorum alter citeriorem. alter vlteriorem Hispaniam sortiretur. M. Heluius L. Stertinio, Cn. Sempronius Tuditanus Cn. Lentulo suffectus est, atque ita deinde prætores quotannis in Hispaniam missi sunt, nisi cum prouincia grauiore fortè vexata bello consulare imperium desiderauit.
Anno DLIIII.
Cn. Cornelius Lentulus, qui pro consule obtinuit Hispaniam antè Cn. Sempronium Tuditanum ouans vrbem inijt. L. Stertinius ne triumphi quidem spem tentauit, lib. 33.

IN LIBRVM XXXII.

C. BEBIO Ariminum.) Cn. Bæbio, ut dixi. SVCCEDERET in Gallia.) Vet. lib. in Galliam.

CONCESSVM vt Signiam, & Ferentinum transirent.) Hoc anno, qui est ab vrbe condita DLI. concessum 642
esse ait, vt obsides Carthaginiensium Signiam transferrentur Norba: at sequenti anno hoc eodem in libro ait: Carthaginiensium obsides Seriæ custodiebantur. Puto ergo hoc loco Seriam pro Signia reponendum. Nam de Seria propter seditionem in eo oppido propter obsides excitatam, dubitari non potest. De Signia non ita certa historia est. L. MARTIO Septimio.) Vet lib. L. Marcio Septimo, vt antè dixi. QVOD Narniensibus datum erat, vt colonorum numerus augeretur, id Cossani petentes non impetrauerunt.) Plutarchus vtranq; deductam coloniam à T. Quintio tradit, vt antè dixi. De Cossanis sequenti hoc anno perfectum scribit Liuius, verùm non à Quinctio. THAVMACOS.) Thaumacia oppidum ad Sinum Maliacum, Stephan. & cæteri. FAVCIBVS imminentes, quam Coelen vocant.) Vet. lib. Quas Cœlen.

SIMVL qui redderent Achæis Orchomenon & Heream & Triphyliam. Eleis Alipheran contendentibus, 643
nunquam eam vrbem fuisse ex Triphylia, sed sibi debere restitui, quia vna esset, &c.) Achæi Philippi, Elei Romanorum fœderi erant ascripti, vt libro 29. tradidit. Itaq; absurdum est dictu Eleos à Philippo Alipheram contendisse. Hac ego ratione ductus pro, Eleis, restituendum puto, illis, vt item Achæos intelligamus, hoc sensu. cùm fidem sociorum suorum suspectam haberet Philippus misit in Achaiam legatos, qui iusiurandum exigerent, & Achæis Orchomenon, & Heræam, & Triphyliam redderent. Illis Alipheram postulantibus, respondi iussit, nunquam eam vrbem ad Triphyliam attinuisse: proptereaq; non Achęis, sed sibi ipsi restituẽdam esse, quod vna esset ex ijs, quæ ad condendam Megalopolim ex concilio Arcadum contributæ forent. Rem autem ita esse ostendit, cùm addit: Et cum Achæis quidem per hæc societatem firmabat. Hanc eandem sentẽtiam edidit etiam libro 28. Reddidit, inquit, Achæis Heræam, & Triphyliam. Alipheram autem Megalopolitis, quod suorũ ius esse finium satis probabant, restituit. Vt mirer, cùm satis apertè rem eo loco expresserit, cur eandem hoc etiam in loco iterauerit. PER Epirũ ad occupandas, quæ ad Antigoniam fauces sunt, Sthena vocãt græci.) Antigoniam omnes in Epiro tradũt. Stena aũt scribendũ est Plut. in Quint. [illegible] PER Charopũ Epirotem.) Plut. in Quint. τὸν χάροπα vocat. Itemq; is qui de viris illustrib. scripsit, Veteres lib. habent etiam Charopem.

VERE

VERE primo in continentem trabeatus ad hostem ducere pergit.) Vox Trabeatus prodigij similis est. Vet. lib. Tralatus, quod placet, vt sit è Corcyra in continentem, id est, in Epirum cùm transtulisset sese. Paulò pòst: Corcyram transuectus. SENATVM sine vllius nota legebant.) Vet. lib. Legerunt, rectè: Sequitur enim locarunt. PORTORIA venalitium.) Vet. lib. Venalium.

644 M. PORCIO Lecca.) Læca, ex vetustis argenteis nummis. C. BEBIVS Pamphilus.) Cn. Bæbius Tamphilus. vt suprà. M. FVLVIVM, & M. Curium tribunos plebis.) M. Curium lego, ex Plutarcho in Quintio: [illegible] quanquam vulgo mendosè legitur μάλλιον, pro μάνιον, vt sæpe alias. Manius certè prænomen Curijs familiarissimú est. IAM ædilitaté, præturamq; fastidiri.) Plutarchus Quintium ad consulatum, peruenisse ait non ædilitate solum, & prætura, sed etiam tribunatu plebis omissis, neq; intelligit Quintium quia patricius erat, tribunatum plebis ne petere quidem per leges potuisse: propterea de eo nihil Liuius. Ille autem ita: [illegible]. Idem in Apophteg. SER. SVLPITIVS, & L. Galba pontifices.) Lege Ser. & C. Sulpicij Galbæ pontifices. Seruius creatus pontifex fuerat an. CCCCLVII. Caius verò CCCCLIII.

645 FORVM, & ædes Iouis Lanuuij.) Vet. lib. Lauinij. PER Dassarerios potius, Lingumq;.) Per Dassaritios potius, Lycumq;, vt suprà ostendi ex Plutarcho, & vet. lib. QVÆ ciuitates liberandæ essent, Thesalos primos omnium nominauit consul.) Vet. lib. Thessalonicam primam omnium.

646 PRO his ordo & militaris disciplina, & genus armorum erat aptum vrgendis regijs.) In vet. lib. ali[illegible], aptum prœlium iungendis, in alijs, prœlium gerendum: ego, aptum prælium gerentibus. Nam duas il[illegible]es, vrgendis regijs, quas intulit Gelenius, ne ipse quidem certas habet, verùm asterisco notandum locum ce[illegible]et. QVATVOR millia inde lecta peditum, & trecentos equites tribuno militum tradit.) Hoc sic Plutar. in Quintio: [illegible]. NON plus duobus millibus hominum omissis. Plutarchus sic: [illegible].

647 REX primo die ad castra Pyrrhi peruenit, locus, quem ita vocat, est in Triphylia terræ Melutidos. i[illegible] de postero die ingenti itinere agminis, & metus vrgebat, in montem Lingon perrexit. Ipsi montes Epiri sunt [illegible]e-cti Macedoniæ Thessaliæq;.) Pyrrhi castra locum esse celeberrimum non longe à Lacedæmone constat int[illegible]nes. Nam & ipse lib. 35. ita ait: Et Nabis recepto Gytheo cum expedito exercitu inde profectus, cum p[illegible]demoné rapim duxisset, Pyrrhi, quę vocát, castra occupauit. Et Polyb. lib. 5. vbi de alio Philippi bel[illegible]o ai[illegible] ita. [illegible] Quæ cùm ita sint, mer[illegible] dubitari poterit, cur, cum de prœlio ad fauces Epiri facto Liuius scribat, primo die fugatum regem ad castra Pyrrhi in Triphyliam peruenisse, est autem Peloponnesi regio Triphylia, postero autem in montes Epiri Macedo[illegible]æ, Thessaliæq; intergiectos, dicat. Neq; enim hac oratione quicquam esse potest absurdius. Difficilis & magna hæc quæstio est, nec nisi hæc verba tollantur, explicari potest, Locus, quem ita vocant est in Triphylia terræ M[illegible]dos. Cur autem inducenda censeam, est, quod ea ex albo libri, vt sæpe fit, in historiam coniecta ab inscio librario puto. Qui autem ea in albo libri notarat, id interpretandi loci causa fecerat. Loci autem, qui in Peloponneso est, splendor illum ipsum Liuiana verba non satis attendentem, decepit. Neq; enim dubitandum est, quin eius nominis locus alter in Epiro fuerit, in quo Pyrrhus regnauit, de quo hoc loco intelligendum sit. Nam de eo, qui est ad Lacedæmonem intelligi nullo modo potest. Accedit, quod si hæc verba Liuij essent, lib. 35. vbi iterùm Pyrrhi castra nominat, non dixisset, Quæ vocant, cùm satis hic locum esse huius nominis docuisset. Puto prætereà legendum in montem Lyncon. Nam λύγκος oppidum est Epiri, auctore Stephano, quo nomine mons etiam fortè præditus est. Vet. habent Lyricon. FLVCTVATVS animo est, vtrum portinus in regnum se reciperet, an reuerti in Thessaliam posset.) Vox, posset, ineptam affert sententiam. Mallem, præstaret. Nam cùm esset scriptum, prætter, factum est ab inscio, posset. Præstaret autem, pro præstantius esset. CIRCA Sperchias.) Ad sinum Maliacum vrbs est, quæ [illegible] dicitur à Ptolemæo & Stephano. XYNIÆ simili metu à cultoribus desertæ sunt. Xynia, inquit Stephanus, vrbs Thessaliæ. OPPIDVM protinus nomine Phecam, situm inter Gomphos.) Hoc oppidum libro priore Phecadum nominauit. IN monte Cercetio.) Plin. Montium Cercetorum meminit in Thessalia. Ptolemæus montis Cercetesij. Cerceticum tamen esse legendum docet Stephanus, qui ait: [illegible].

648 PRIMAM vrbium Thessaliæ Phaleriam.) Vet. lib. Phaleram: ex Cosmographis, Phalaram scribendum est, vt suprà etiam admon[illegible]. A METROPOLI, & à Piera.) Metropolis vna est in Thessalia. Porrò autem Pialia, legendum, quæ, vt ait Stephanus, est in Thessalia, vt dixi paulò antè, non Pieria, quæ in Bœotia est. INDE Aeginium petit.) Hoc in Illyrio statuit Stephanus. CVM ad Zamnam insulam assequutus est.) L. Quintium scribit Corcyra profectum classem ad Zamnam insulam esse assequutum. Quæstio existit, quæ sit hæc insula, quæ à Corcyra ad Maleam nauigantibus occurrat. Glareanus mendosè esse pro Zacyntho ait, ego pro Same, in veteribus enim libris est, Zamam, non Zamnam. [Glareanus mendosè aduerbium non ponit, hic identidem addit ac demit Glareani verbis quod vult non quod decet.] De hac insula Pomponius. In Ionio Prote, Hyria, Cephalenia, Neritos, Same, Zacynthos, Dulichium, Ithacha. Et Plinius libro quarto, capite duodecimo: Cephalenia, Zacynthus, Ithaca, Dulichium. Same. Cephalenia quondam Melæna dicta. Same diruta à Romanis, adhuc tamen oppida tria habet. Et Vergilius lib. 3. Dulichiumq;, Sameque, & Neritos ardua saxis. Alij Samem vrbem Cephaleniæ esse scripserunt.

649 CENCHREAS Corinthiorum emporium.) Stephanus oppidum, & nauale Corinthiorum esse scribit; itemq; cæteri. PHOCIDIS primo impetu Panopeam.) Phanoteam legendum esse, quemadmodum est in veteribus libris, ostendit Stephanus: [illegible], inquit, [illegible]. Glareano tamen placet Panopea.

650 ARISTHENVS, qui Romanis.) Polybius: Aristænum scribit, [illegible].

651 ACHEI portus, & dant fiduciam postulantibus, & demunt.) Obscurissimi loci sensum Glareano vt profitetur, Ignotum libet paucis exponere. Quod Romani, inquit, qui socij nobis non sunt, plus petant à nobis, quàm socius ipse Philippus, id neq; impudentia fit eorum, neq; modestia huius. Achæi, inquit, portus fiduciam Romanis dant ad postulandum, qui classem habent victricem, Philippo verò demunt, cuius nihil præter legatum videmus. Ergo portus dant fiduciam classem habenti, demunt non habenti.

652 QVA Elæuntij, Abydeniq;, qui procul a nobis absunt, passi sunt.) Antea legebatur Cluuij, Abydeniq;. Sabellicus, cuius in hac re ingenium admiratur Glareanus, restituendum putauit, Elæuntij, Abydeniq;. Quorum sententiam ego vix satis probare possum. [Glareanus Sabellico vt viro doctissimo subscribit, de eius verò laude [illegible]] Nam cum commemoret eos Aristænus, qui bello crudelia à Philippo passi sunt, inter quos Athenienses

ses,& Abydeni fuerunt,nescio cur potissimum Elæuntios nominare possit,quos ipse per deditionem receperis. Etenim libro priore ita Liuius ait:Inde progressus ad Chersonesum Elæunta & Alopeconnesum tradentibus ipsis recipit. Quamobrem ego reponédum puto pro Clunij Ciani, primum quia grauissimè omnium vexati à Philippo sunt,auctore Polybio,quorum excidij sæpe etiam meminit per hos libros Liuius, vt paulò pòst. Cium suæ ditionis vrbem funditus delesse. Deinde quia vicinior est vox Clunij Cianis,quàm Elæuntijs. Nam si l in i,& v in a verteris,confecta vox erit. Cianos etiam cum Abydenis coniungit Polybius,vt suprà ostendi. CIPARISSIÆ Garitenem.) κυπαρισιεὺς oppidum Messenæ Steph.

POST pactam cum Romanis societatem.) Miratur Glareanus Liuium scribere Argiuos cum Romanis societatem pactos esse,quod eosdem antè scripserunt decreto non interfuisse,neq; intelligit eum dixisse,quosdam Argiuorum,non omnes. LARISSAM eam arcem vocant.) Argorum arcem Larissam fuisse tradit etiam Stephanus: καὶ ἀκρόπολις ἄργους λάρισσα. C. HELIVM prætorem præfecit.) In comitijs prætorijs exponendis C. Heluium nominauit,eiq; Galliam obtigisse dixit:idem fecit in eius ædilitate explicanda. Quamobrem hoc quoq; loco pro C. Aelio C. Heluium reponendum. 654

AD L. Cornelium Lentulum prætorem vrbanum.) In comitijs prætorijs explicandis L. Cornelium Merulam prætorem vrbanum scripsit. quo pacto legendum esse ostendit consulatus eius,qui sequitur,in quo Merulę, non Lentuli cognomine afficitur non solum apud Liuium,sed etiam in tabulis consulum Capitolinis. 655

COSS. Cn. Cornelium Cethegum.) C. Cornelium,legendum est ex Cap. consulatu. L. MANLIVS Volso.) Vulso,Vet. lib. Cap. tab. & Appianus in Syrio μάνλιον etiam βόλσωνα edit. M. SERGIVS Silus.) M'. Sergius, argentei nummi. T. SEMPRONIVS Longus.) Ti. Sempronius, ex consulatu Capitolino, qui sequitur. CN. Sempronius Tuditanus.) sequenti libro hic idem dicitur T. Sempronius. Ego C. Sempronius lego. Nam Tuditanorum hoc frequentissimum prænomen est, neutrum eorum contra. patrem, aut auum hunc esse reor C. Sempronij C.F. C.N. Tuditani,qui triumphauit de Iapudibus an. DCXXVI. ex lap. Cap. OPPIDA Clastidium,& Litubium,vtraq; Ligurum.) Hoc loco vbi Clastidium deditur, Ligurum esse dicitur. paulò pòst, vbi incenditur, Gallorum est. Aut igitur duo Clastidia sunt,aut certè in Clastidio Ligurum est aliquid vitij. Nam de Gallico Clastidio ad Ticinum dubitari non potest. De quo Polybius lib. 2. & cæteri qui de bello Insubrium scripserũt,quo confecto Marcellus tertia opima spolia rettulit Virdumaro rege ad Clastidium interfecto, quemadmodum etiam in triumpho Marcelli Capitolino scriptum est. apud Plutarchum tamen in Marcello est vitiose ἠγίδιον, pro κλαστίδιον. Vereor autem, ne Caristum pro Clastidio sit reponendum, quod est oppidum Ligurum in agro Statellati, Liuio auctore lib. 42. 656

LIGVSTICOS Iluates.) Ligustinos, vt antè dixi. EO rex ab Demetriade cũ quinq; lembis,& naue vna rostrata venit.) sic Polyb. lib. 17. πρωὶ δὲ ὁ μὲν φίλιππος ἐκ δημητριάδος ἀναχθεὶς εἰς τὸν μαλιέα κόλπον πέντε λέμβους ἔχων καὶ μίαν πρίστιν. 657

ACHÆORVM exul vir insignis Cycliadas.) Polyb. ἀχαιῶν δὲ κυκλιάδας ὁ πεφευγὼς ἐκ πελοποννήσου. DIONYSODORVS Attali legatus.) Polyb. καὶ παρ' ἀττάλου διονυσόδωρος. AGESIMBROTVS præfectus Rhodiæ classis.) παρὰ δὲ ῥοδίων ἀκεσίμβροτος ὁ ναύαρχος. ex Polyb. PHANEAS princeps Aetolorum.) Polybius: παρὰ δὲ αἰτωλῶν φαινέας ὁ στρατηγός. ROMANVS ad extremum litus progressus, cum rex in proram nauis in anchoris stantis processisset.) οἱ μὲν περὶ τὸν τίτον ἔστησαν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ αἰγιαλοῦ, ὁ δὲ φίλιππος ἐγγίσας τῇ γῇ μετέωρος ἔμενε. Ex propinquo dicamus inuicem, audiamusq;.) Vet. lib. Dicemus inuicem, audiemusq;. QVEM tandem, inquit Quintius, times? Ad hoc ille superbo, & regio animo. Neminem equidem timeo præter deos immortales.) Polyb. τοῦ δὲ φάντος ἐρομένου, τίνα φοβεῖται; φοβεῖσθαι μὲν ἔφησεν ὁ φίλιππος οὐδένα πλὴν τοὺς θεούς. Aliter hanc historiam scribit Plutarchus in Apophthegmatib. DEDVCENDA ex omnibus Græciæ ciuitatibus regi presidia esse.) Has etiã pacis cõditiones omnes quibus verbis explicuerit Polybius placet ostendere, vt Liuij studium in illo vertendo auctore facilius omnes intelligant: ὁ δὲ τῶν ῥωμαίων στρατηγὸς αὐτῷ μὲν ἁπλοῦν τινα λόγον ἔφη κελεύειν καὶ αὐτόματον, κελεύειν δὲ αὐτὸν ἐκ τῆς ἑλλάδος ἁπάσης ἐκχωρεῖν ἀποδόντα τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ τοὺς αὐτομόλους ἑκάστοις, οὓς ἔχει. τοὺς δὲ κατὰ τὴν ἰλλυρίδα τόπους παραδοῦναι ῥωμαίοις, ὧν γέγονε κύριος μετὰ τὰς ἐν ἠπείρῳ διαλύσεις. ὁμοίως δὲ καὶ πτολεμαίῳ τὰς πόλεις ἀποκαταστῆσαι πάσας, ἃς παρῄρηται μετὰ τὸν τοῦ φιλοπάτορος θάνατον. ATTALI regis legatus naues, captiuosq;, quæ ad Chium nauali prælio capta essent, & Nicephorium, Venerisq; templum, quæ spoliasset, euastassetq, pro incorruptis restitui.) Sic Polybius: πρῶτος δὲ διονυσόδωρος ὁ παρ' ἀττάλου μεταλαβὼν τὸν λόγον, τάς τε ναῦς ἔφη δεῖν αὐτὸν ἀποδοῦναι τὰς τοῦ βασιλέως τὰς ληφθείσας αἰχμαλώτους ἐν τῇ περὶ χίον ναυμαχίᾳ, καὶ τοὺς ἅμα ταύταις ἄνδρας. ἀποκαταστῆσαι δὲ καὶ τὸ τῆς ἀφροδίτης ἱερὸν ἀκέραιον, καὶ τὸ νικηφόριον. ἃ κατέφθειρε. RHODII Peræam, regio est continentis aduersus insulam vetustæ eorum ditionis repetebant, postulabantq; presidia deduci ab Iasso, & Bargyllis, & Euromensium vrbe, & in Hellesponto Sesto atq; Abydo, & Panopolim Byzantijs in antiqui formulam iuris restitui, & liberari omnia Asiæ emporia, portusque.) Peræam se nusquam legisse, suspectumque habere nomen, itemq; pro Panopolim, Peneropolim reponédam esse ait Glareanus. [Glareanus etiam hic agit Academicum.] Hoc loco, si vt institui verba Polybij recitauero, quæ vertisse studiose videtur Liuius, & Peræam rectè legi, & pro Panopolim, Perinthum restituẽdum, prætereа verò, Iaso & Bargylijs, vt in vet. est lib. scribendum esse facilè omnibus apparebit. Ea sunt hæc: μετὰ δὲ τοῦτον ὁ τῶν ῥοδίων ναύαρχος ἀκεσίμβροτος τὴν μὲν περαίαν ἐκέλευεν ἐκχωρεῖν τὸν φίλιππον, ἧς αὐτῶν παρῄρηται. τὰς δὲ φρουρὰς ἐξάγειν ἐξ ἰασοῦ, καὶ βαργυλίων, καὶ τῆς εὐρωμαίων πόλεως, ἀποκαταστῆσαι δὲ καὶ περινθίους εἰς τὴν βυζαντίων συμπολιτείαν, παραχωρεῖν δὲ καὶ σηστοῦ καὶ ἀβύδου, καὶ τῶν ἐμπορίων, καὶ λιμένων τῶν κατὰ τὴν ἀσίαν ἁπάντων. In veteribus certè libris est pro Perinthum, Penolum, vt de ea lectione dubitare nemo debeat: præsertim verò cum libro sequenti in alijs pacis cõditionibus scribẽdis ita sit. Quæ earũ sub ditione Philippi fuissent, presidia ex his Philippus deduceret, his, quæ in Asia essent, Euromo, Pedasisq; & Bargylijs, & Iaso, & Myrina, & Abydo, & Thasso, & Perintho. PRINCEPS Aetolorum Alexander vir, vt inter Aetolos, facundus.) vet. lib. Vir inter cæteros facundus, atq; ita scripsisse Liuium puto, quia Polybius ita ait: ἀλέξανδρος ὁ προσαγορευόμενος ἴσιος, ἀνὴρ δοκῶν πραγματικὸς εἶναι, καὶ λέγειν ἱκανός. Inter cæteros autem legatos, qui in hoc concilio verba fecerant, intelligit. NAM de quorum possessione dimicetur tollentem, nihil sibi præter bellum relinquere, quod concilium esse.) Hoc loco Glareanus ita scribit: Pro Tollentem, ego Volentem, legendum puto, alioquin non video quid sensus elicias. Hæc ille. Quàm aũt sit standum coniectura eius, Polybius ipse, cuius hæc verba sunt, docet: τὸ δὲ ἀναιροῦντα περὶ ὧν ὁ πόλεμός ἐστι τὸν πόλεμον αὑτῷ καταλιπεῖν, μανίας ἔργον εἶναι. id est. tollentem aũt ea, de quibus bellum est, bellũ sibi relinquere, stultitię opus esse. Fortasse enim apud Polyb. legit Liuius: πόλεμον αὑτῷ non αὐτόν. reprehendit enim Philippum, qui in captas vrbes sęuiebat, excindens eas, quæ belli esse præmia possent, idq; stulti, & amentis esse hominis ait. LYSIMACHIAM pulso pretore, & presidio Aetolorum occupasse eũ.) Lysimachiam intelligit, quæ in Chersoneso est, nõ quæ in Aetolia. Quod apertius ostendit hoc loco Polybius: ἐπέσπασε γὰρ τὸν φίλιππον, διότι συμμαχίαν μετ' αἰτωλῶν πεποιημένος, καὶ στρατηγὸν ἔχοντας παρ' αὐτῶν, ἐκβαλὼν τοῦτον κατάσχοι φρουρᾷ τὴν πόλιν. CHIVM item suæ ditionis vrbem funditus euertisse.) Cium legendũ, non Chium, & suæ ditionis, Aetolorũ, non Philippi intelligendũ esse satis ostendit Polybius, cuius hæc verba subsequuntur: διατίθη κιανοὺς παραπλησίως μετ' αἰτωλῶν συμπολιτευομένους ἐξανδραποδίσαιτο φίλος ὑπάρχων αἰτωλοῖς. 658

Factum

Factum est autem vt quemadmodum Philippus Cianorum mœnia quondam, sic inscij librarij eorum memoriam euertere hoc tempore, atque delere conati sint. De Cio sic Suidas: Κίος ἐμπόριον τι πόλεως μυσίας ἀπὸ κίου τοῦ ἡγησαμένου τῆς ἀποικίας τῶν μιλησίων. τὸ ἐθνικὸν κιανός. Item: Κιανοὶ οἱ τῆς κίου, ὡς προυσίας παρ᾽ αὐτοῖς ἐθνικὸν ἐδίδαξε.

659 EADEM fraude habere eum Thebas Phthias, Echinum, Larissam, & Pharsalum.) Polybius: τὸ δὲ λέγειν περὶ ἐχίνου καὶ θήβας τὰς φθίας, καὶ φάρσαλον, καὶ λάρισαν. APPARET id quidem etiam cæco.) Apud Polybium: τοῦτο μὲν ἐστὶν ὃ φασὶ καὶ τυφλῷ δῆλον. INDIGNARI inde cœpit Aetolos, tanquam Romanos decedi Græcia iubere, qui, quibus finibus Græcia sit, dicere non possint, ipsius enim Aetoliæ Agræos, Apodeotasque, & Amphilochos, quæ permagna eorum pars sit, Græciam nō esse.) Agræos, quos nusquam se legisse ait Glareanus, Apodotos non Apodeotas legendum esse, Polibij verba hæc satis docent: τὸ δὲ δὴ πάντων δεινότατον, οἱ ποιοῦντες ἑαυτοὺς ἰσομίλλους ῥωμαίοις, καὶ κελεύοντες ἐκχωρεῖν μακεδόνας ἁπάσης τῆς ἑλλάδος. τοῦτο μεγαλοφθέγξασθαι καὶ τοῦτο λέγειν ἐστὶν ὑπερήφανον, οὐ μὴν ἀλλὰ ῥωμαίων μὲν λεγόντων ἀνεκτόν, αἰτωλῶν δ᾽ οὐκ ἀνεκτόν. ποίας δὲ κελεύετέ με φησὶν ἐκχωρεῖν ἑλλάδος; καὶ πῶς ἀφορίζετε ταύτην; αὐτῶν γὰρ αἰτωλῶν οὐκ εἰσὶν ἕλληνες οἱ πλείους. τὸ γὰρ τῶν ἀγραῶν ἔθνος, καὶ τὸ τῶν ἀποδωτῶν, ἔτι δὲ τῶν ἀμφιλόχων, οὐκ ἔστιν ἑλλάς; ἢ τούτους μὲν παραχωρεῖτε ὑμῖν. Porrò autem Agræos vicinos esse Acarnanibus populos ait Stephanus. NEQVE ego Chium expugnaui, sed Prusiam socium, & amicum oppugnantem adiuui.) Cium, restitue, non Chium. Sic enim Polybius: κιανοὺς δ᾽ ἐγὼ μὲν οὐκ ἐπολέμησα. προυσίου δὲ πολεμοῦντος βοηθῶν ἐκείνῳ συνεξεῖλον αὐτοὺς ὑμῶν αἰτίων γενομένων. Itaque libro sequenti ait Liuius: De Cianorum libertate Quintius Prusiæ Bithyniorum regi scriberet, quid senatui, & decem legatis placuisset. Item Suidas, vt dixi. LYSIMACHIAM ab Thracibus vindicaui, sed quia me necessitas ad hoc bellum à custodia eius auertit, Thraces habent.) Polybius ita: ἐρωτᾷς μέ φησιν ἀλέξανδρε διατί λυσιμαχίαν παρέβαλον; ἵνα μὴ διὰ τὴν ὑμετέραν ὀλιγωρίαν ἀνάστατος γένηται ὑπὸ θρᾳκῶν, καθάπερ νῦν γέγονεν ἡμῶν ἀπαγαγόντων τοὺς στρατιώτας διὰ τοῦτον τὸν πόλεμον. ATTALO autem Rhodijsq; nihil iure debeo, non enim à me, sed ab illis principium belli ortū est. Romanorum autem honoris causa Pæream Rhodijs, & naues Attalo cum captiuis, qui comparebunt, restituam. Nam quod ad Nicephorium, Venerisq; templi restitutionem attinet, quid ea restitui postulantibus respondeam? nisi quo vno modo luci, syluæq; cæsæ restitui possunt, curam, impensamq; sationis me præstaturum.) Hæc Polybius in hunc modum: πρὸς δὲ ῥοδίους, καὶ πρὸς ἄτταλον ἐν μὲν ἴσῳ κριτῇ δικαιότερον ἂν νομισθείη, τούτους ἡμῖν ἀποδιδόναι τὰς αἰχμαλώτους ναῦς, καὶ τοὺς ἄνδρας ἤπερ ἡμᾶς τούτοις. οὐ γὰρ ἡμεῖς ἀττάλῳ πρότεροι καὶ ῥοδίοις τὰς χεῖρας ἐπεβάλομεν, οὗτοι δ᾽ ἡμῖν ὁμολογουμένως, οὐ μὴν ἀλλὰ σοῦ κελεύοντος, ῥοδίοις μὲν ἀποδίδωμι τὴν περαίαν. ἀττάλῳ δὲ τὰς ναῦς καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς διασωζομένους. τὴν δὲ τοῦ νικηφορίου καταφθορὰν, καὶ τοῦ τῆς ἀφροδίτης τεμένους ἄλλως μὲν οὐκ εἰμὶ δυνατὸς ἀποκαταστῆσαι. φυτὰ δὲ καὶ κηπουροὺς πέμψω τοὺς φροντιοῦντας θεραπείας τοῦ τόπου, καὶ τῆς αὐξήσεως τῶν ἐκκοπέντων δένδρων. EXTREMA eius oratio aduersus Achæos fuit, in qua orsus ab Antigoni primum, suis deinde erga eam gentem meritis, recitari decreta eorum iussit, omnes diuinos, humanosque honores complexa, atq; ad ea adiecit recens de exercitu, quod ab se desciuisset: inuectusq; grauiter in perfidiam eorum, Argos tamen se redditurum eis dixit, de Corintho cum imperatore Romano deliberaturum esse, quæsiturumq; simul ab eo, vtrum ijs ne vrbibus decedere se æquum censeat, quas à se ipso captas iure belli habeat, an ijs etiam, quas à maioribus suis accepisset.) Polybij primum verba, quæ his respondēt, recitabo, deinde quod hoc in loco Glareanis videtur esse obscuritatis tollam. Polybius ita: μεταβὰς ὁ φίλιππος ἐπὶ τοὺς ἀχαιοὺς πρῶτον μὲν τὰς εὐεργεσίας ἐξηριθμήσατο τὰς ἐξ ἀντιγόνου γεγενημένας εἰς αὐτοὺς, εἶτα τὰς ἰδίας. ἑξῆς δὲ τούτοις προσανέγνω τὸ μέγεθος τῶν τιμῶν τῶν ἀπηντημένων αὐτοῖς παρὰ τῶν ἀχαιῶν. πάντων δὲ τελευταῖον ἀνέγνω τὸ περὶ τῆς ἀποστάσεως ψήφισμα, καὶ τὸ περὶ ῥωμαίους μεταθέσεως. ᾧ χρησάμενος ἀφορμῇ πολλὰ κατὰ τῶν ἀχαιῶν εἰς ἀθεσίαν εἶπε, καὶ ἀχαριστίαν. ὅμως δὲ ἔφη τὸ μὲν ἄργος ἀποδώσειν. περὶ δὲ τοῦ κορίνθου βουλεύσεσθαι μετὰ τοῦ τίτου. ταῦτα δὲ διαλεχθεὶς πρὸς τοὺς ἄλλους, ἤρετο τὸν τίτον φήσας πρὸς ἐκεῖνον αὐτῷ λόγον εἶναι, καὶ πρὸς ῥωμαίους. πότερον οἴονται δεῖν ἐκχωρεῖν, ὧν ἀνέλαβεν πόλεων, καὶ τούτων ἐν τῇ ἑλλάδι, ἢ καὶ τούτων, ὅσα παρὰ τῶν γονέων εἴληφε. Hæc Polybius. Quærit autem apud Liuium Glareanus quid sit, Recens decretum de exercitu, quod ab se desciuisset. Huic ego quæstioni respondeo, primum in veteribus libris legi. De exercitu, quo ab se desciuissent: deinde decretum illud intelligi, quo se Achæi relicto Philippo Romanorum societati adiunxerunt, de quo paulò antè Liuius. In præsentia tres legatos ad L. Quintium mitti placuit, & exercitum omnem Achæorum ad Corinthum admoueri, captis Cenchreis, iam vrbem ipsam Quintio oppugnante. QVINTIVS postero die ad Nicæam, is enim locus placuerat, ad constitutum tempus venit. Philippi nullus. & quæ sequuntur.) Apponam hoc etiam loco verba Polybij cum loci illustrandi causa, tum Liuianæ industriæ declarandæ. Καὶ τότε μὲν ἅπαντες ἐχωρίσθησαν ταξάμενοι κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν εἰς νίκαιαν πάλιν ἀπαντήσειν. τῇ δ᾽ αὔριον οἱ μὲν περὶ τὸν τίτον ἧκον ἐπὶ τὸν ταχθέντα τόπον, ἐν ᾧ πάντες ἦσαν, ὁ δὲ φίλιππος οὐ παρεγίγνετο. τῆς δ᾽ ἡμέρας ἤδη προαγούσης ἐπὶ πολὺ, καὶ σχεδὸν ἀπεγνωκότων τῶν περὶ τὸν τίτον, παρῆν ὁ φίλιππος δείλης ὀψίας ἐπικαταπλέων, μεθ᾽ ὧν καὶ πρότερον κατατετριφὼς τὴν ἡμέραν, ὡς μὲν αὐτὸς ἔφη διὰ τὴν ἀπορίαν καὶ δυσχρηστίαν τῶν ἐπιταττομένων, ὡς δὲ τοῖς ἄλλοις ἐδόκει, βουλόμενος ἐκκλεῖσαι τῷ καιρῷ τήν τε τῶν ἀχαιῶν καὶ τὴν τῶν αἰτωλῶν κατηγορίαν. ἑώρα γὰρ τῇ πρότερον ἀπαλλαττόμενος ἀμφοτέρους τούτους ἑτοίμους ὄντας πρὸς τὸ συμπλέκεσθαι, καὶ μεμψιμοιρεῖν αὐτῷ. διὸ καὶ τότε συνεγγίσας ἠξίου τὸν τῶν ῥωμαίων στρατηγὸν ἰδίᾳ πρὸς αὐτὸν διαλεχθῆναι περὶ τῶν ἐνεστώτων, ἵνα μὴ λόγοι λέγωνται μόνον ἐξ ἀμφοτέρων ἀψιμαχούντων, ἀλλὰ καὶ τέλος τι τοῖς ἀμφισβητουμένοις ἐπιτεθῇ. πλεονάκις δ᾽ αὐτοῦ παρακαλοῦντος, ἤρετο τοὺς συμπαρόντας ὁ τίτος, τί δέον εἴη ποιεῖν, τῶν δὲ κελευόντων συνελθεῖν, καὶ διακοῦσαι τῶν λεγομένων, παραλαβὼν ὁ τίτος ἄππιον κλαύδιον χιλίαρχον ὄντα τότε, τοῖς μὲν ἄλλοις μικρὸν ἀπὸ τῆς θαλάττης ἀναχωρήσασιν, ὡς εἶχον αὐτόθι μένειν, αὐτὸς δὲ τὸν φίλιππον ἐκέλευσεν ἐκβαίνειν. ὁ δὲ βασιλεὺς παραλαβὼν ἀπολλόδωρον, καὶ δημοσθένην, ἀπέβη. συμμίξας δὲ τίτῳ διαλέγεται καὶ πλείω χρόνον. τίνα μὲν οὖν τὰ τότε ῥηθέντα παρ᾽ ἑκατέρου, δυσχερὲς εἰπεῖν. ἔφη δ᾽ οὖν ὁ τίτος μετὰ τὸ χωρισθῆναι τὸν φίλιππον διασαφῶν τοῖς ἄλλοις τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως, αἰτωλοῖς μὲν ἀποδοῦναι φάρσαλον, καὶ λάρισαν, θήβας δ᾽ οὐκ ἀποδοῦναι. ῥοδίοις δὲ τὴν μὲν περαίαν παραχωρεῖν, ἰασοῦ δὲ καὶ βαργυλιῶν οὐκ ἀναχωρεῖν. ἀχαιοῖς δὲ παραδιδόναι τὴν κόρινθον, καὶ τὴν τῶν ἀργείων πόλιν. ῥωμαίοις δὲ τὰ κατὰ τὴν ἰλλυρίδα φάσκει παραδώσειν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους πάντας. ἀττάλῳ δὲ τάς τε ναῦς ἀποκαταστήσειν, καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐν ταῖς ναυμαχίαις ἁλόντων, ὅσοι περίεισι. πάντων δὲ τῶν παρόντων δυσαρεστούντων τῇ διαλύσει, καὶ φασκόντων δεῖν τὸ κοινὸν ἐπίταγμα πρῶτον ποιεῖν, τοῦτο δ᾽ ἦν, ἁπάσης ἐκχωρεῖν τῆς ἑλλάδος. εἰ δὲ μὴ, διότι τὰ κατὰ μέρος μάταια γίνεται, καὶ πρὸς οὐδὲν, θεωρῶν ὁ φίλιππος τὴν ἐν αὐτοῖς ἀμφισβήτησιν, καὶ δεδιὼς ἅμα τὰς κατηγορίας, ἠξίου τὸν τίτον ὑπερθέσθαι τὴν σύνοδον εἰς τὴν αὔριον διὰ τὸ καὶ τὴν ὥραν εἰς ὀψὲ συγκλείειν, ἢ γὰρ πείσειν, ἢ πεισθήσεσθαι τοῖς παρακαλουμένοις. τοῦ δὲ συγχωρήσαντος, ταξάμενοι συμπορεύεσθαι πρὸς τὸν κατὰ θρόνιον αἰγιαλὸν, τότε μὲν ἐχωρίσθησαν. τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ πάντες ἧκον ἐπὶ τὸν ταχθέντα τόπον ἐν ὥρᾳ, καὶ βραχέα διαλεχθεὶς ὁ φίλιππος ἠξίου πάντας, μάλιστα δὲ τὸν τίτον μὴ διακόψαι τὴν διάλυσιν τῶν γε δὴ πλείστων εἰς συμβατικὴν διάθεσιν ἠγμένων, ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἐνδέχεται δι᾽ αὐτῶν συμφώνους γενέσθαι περὶ τῶν ἀντιλεγομένων. εἰ δὲ μὴ, πρεσβεύειν ἔφη πρὸς τὴν σύγκλητον, κἀκείνην πείσειν περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων, ἢ ποιήσειν ὅτι ποτ᾽ ἂν ἐπιτάττῃ. ταῦτα δ᾽ αὐτοῦ προτείνοντος, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἔφασαν δεῖν πράττειν τὰ τοῦ πολέμου, καὶ μὴ προσέχειν τοῖς ἀξιουμένοις. ὁ δὲ τῶν ῥωμαίων στρατηγὸς, οὐκ ἀγνοεῖν μὲν οὐδ᾽ αὐτὸς ἔφη, διότι τὸν φίλιππον οὐκ εἰκός ἐστι ποιῆσαι τῶν παρακαλουμένων οὐδέν. τὸ δ᾽ ἁπλῶς μηδὲν ἐμποδίζειν τὰς σφετέρας πράξεις, τὴν αἰτουμένην χάριν ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐνδέχεσθαι χαρίζεσθαι. κυρωθῆναι μὲν γὰρ οὐδ᾽ ὣς εἶναι δυνατὸν οὐδὲν τῶν νῦν λεγομένων ἄνευ τῆς συγκλήτου. πρὸς δὲ λαβεῖν πεῖραν τῆς ἐκείνων γνώμης εὐφυῶς ἔχειν τὸν ἐπιφερόμενον καιρόν. τῶν γὰρ στρατοπέδων οὐδ᾽ ὣς δυναμένων οὐδὲν πράττειν διὰ τὸν χειμῶνα, τοῦτον ἀποθέσθαι τὸν χρόνον εἰς τὸ προσανενεγκεῖν τῇ συγκλήτῳ περὶ τῶν προσπιπτόντων, οὐκ ἄθετον, ἀλλ᾽ οἰκεῖον εἶναι πᾶσι. ταχὺ δὲ συγκατατιθεμένων ἁπάντων διὰ τὸ θεωρεῖν τὸν τίτον οὐκ ἀλλότριον ὄντα τῆς ἐπὶ τὴν σύγκλητον ἀναφορᾶς, ἔδοξε συγχωρεῖν τῷ φιλίππῳ πρεσβεύειν εἰς τὴν ῥώμην, ὁμοίως δὲ καὶ παρ᾽ αὐτῶν πέμπειν ἑκάστους πρεσβευτὰς τοὺς διαλεχθησομένους τῇ συγκλήτῳ, καὶ κατηγορήσοντας τοῦ φιλίππου. τοῦ δὲ πράγματος τῷ τίτῳ τοῦ κατὰ τὸν σύλλογον κατὰ νοῦν καὶ κατὰ τοὺς ἐξ ἀρχῆς διαλογισμοὺς προκεχωρηκότος, παραυτίκα τὸ συνεχὲς τῆς ἐπιβολῆς ἐξύφαινε.

πάντα κατ' αὐτὸν ἀσφαλιζόμενος ἐπιμελῶς, καὶ πρόσχημα τοῦ φιλίππου ποιῶν ἐλθεῖν. διὸ γὰρ ἀρχὰς δήμους αὐτοῦ, τοῖς μὲν πρεσβείας πέμπειν εἰς τὴν ῥώμην ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ συντάξειν ὑπέταξε, τοῖς δὲ φρουρὰς ἐξάγειν παρεχώρει τὰς ἐκ τῆς φωκίδος, καὶ λοκρίδος ἐκάλει. Ex hac verborũ collatione cũ singulare Liuij in vertendo Polybio studiũ cognoscitur, tùm verò alia multa, quæ Liuianam patefacere sententiã possunt. Quorum exempli causa vnũ illud est: Quintius postero die ad Nicæam venit, quo loco subaudiendum est, iterùm, vt rectè Glareanus intellexit. habet enim Polybius πάλιν. Alterùm, quod cùm ait: Rex cum duobus, quos pridie adhibuerat, Appollodorum & Demosthenem, intelligit, de quibus laborat Glareanus. Tertium, quod cùm ait, litus ad Thronium, rectè habet. Nam etiam κατὰ θρόνιον αἰγιαλὸν edit Polybius. quanquam in veteribus libris est Athonium. Reliqua eiusmodi sunt, quæ si diligentius comparentur, cum voluptatem, tùm vtilitatem afferre ei, qui id fecerit, incredibilem possint.

Et ipse Quintius cum sociorum legatis Aminandrum Athamanum regem, vtq; speciem legationis adijceret Q. Fabium, vxoris Quintij sororis filius erat, & Q. Fuluium, & P. Claudium misit.) Vet. lib. habent. Ap. Claudium. Polybius, Ap. Claudium Neronem. Verba eius sunt: καὶ τὸν μὲν ἀμύνανδρον εἰς τὴν ῥώμην ἐξέπεμψε πρόσχημα γεγονότα αὐτὸν δι' ἀγωγὸν μένοντα, καὶ ῥᾳδίως ἐξακολουθήσοντα τοῖς ἐκεῖ φίλοις ἐφ' ὁπότερ' ἂν ἄγωσιν αὐτόν, φαντασίαν δὲ ποιήσοντα, καὶ προσδοκίαν διὰ τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα. μετὰ δὲ τοῦτον ἐξέπεμψε τοὺς παρ' αὐτοῦ πρέσβεις, κόιντόν τε τὸν φάβιον, ὃς ἦν αὐτῷ τῆς γυναικὸς ἀδελφιδοῦς, καὶ κόιντον φόλβιον. σὺν δὲ τούτοις ἄππιον κλαύδιον ἐπικαλούμενον νέρωνα. Eiusdem Ap. Claudij Neronis meminit etiam pòst lib. 34. Liuius. Vt ventum Romam est, prius sociorum legati, quàm regis audiri sunt. cætera eorum oratio, conuicijs regis consumpta est. mouerunt eò maxime senatum demonstrando maris, terrarumq; regionis eius situm, vt omnibus appareret, si Demetriadem in Thessalia, Chalcidem in Eubœa, Corinthum in Achaia rex teneret, non posse liberam Græciam esse, & ipsum Philippum non contumeliosius, quàm verius compedes eas Græciæ appellare.) Hæc è Polybio quoq; sumpta sunt, cuius hæc verba sunt: εἰσελθόντες εἰς τὴν σύγκλητον πάντες καὶ λοιδοροῦντες τὸν φίλιππον, τὰ μὲν ἄλλα παραπλήσια τοῖς καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν βασιλέα πρότερον εἰρημένοις ἦν. τοῦτο δ' ἐπιμελῶς ἐνεφάνιζον τῷ συνεδρίῳ πάντες, διότι τῆς χαλκίδος καὶ τοῦ κορίνθου, καὶ τῆς δημητριάδος ὑπὸ τῷ μακεδόνι ταττομένων οὐχ οἷόν τε τοὺς ἕλληνας λαβεῖν ἔννοιαν ἐλευθερίας. ὃ γὰρ αὐτὸς φίλιππος εἶπε τοῦτο, καὶ λίαν ἀληθὲς ὑπάρχον, ὅτι φαίη τοὺς προειρημένους τόπους εἶναι πέδας ἑλληνικάς. Idem ferè de compedibus Græciæ, quas πέδας Græci vocant Plutarchus in Quintio. Legati deinde regis intromissi, quibus longiorem orationem exorsis breuis interrogatio, cessurus ne ijs tribus vrbibus esset, sermonem incidit, cùm mandatum sibi de his nominatim negarent quicquam. sic infecta pace regij dimissi. Quintio liberum arbitrium pacis, ac belli permissum.) Polybius sic: οἱ δὲ περὶ τὸν φιλίππου πρεσβευτὰς παρεσκευάζοντο ὡς ἐπὶ πλεῖον ποιησόμενοι τοὺς λόγους, ἐν ἀρχαῖς δὲ εὐθέως ἐκωλύθησαν. ἐρωτηθέντες γὰρ, εἰ παραχωροῦσι τῆς χαλκίδος, καὶ κορίνθου, καὶ δημητριάδος, ἀπεῖπαν μηδεμίαν ἔχειν περὶ τούτων ἐντολήν, οὕτω μὲν οὖν ἐπιτιμηθέντες, οὕτω κατέπαυσαν τὸν λόγον. ἡ δὲ σύγκλητος τοὺς μὲν ὑπάτους ἀμφοτέρους εἰς γαλατίαν ἐξαπέστειλε. τὸν δὲ πρὸς φίλιππον πόλεμον ἐψηφίσατο κατὰ νόμον ἔδωκε τῷ τίτῳ τὴν ἐπιτροπὴν ὑπὲρ τῶν ἑλληνικῶν. Portæ'que clausæ.) Veteres libri, Portæ clausæ.

Posteaquam in potestate Argiuorum ciuitas erat.) Veteres libri, Posteaquam in potestate Nabidis Argiuorum ciuitas erat. 661

IN EPITOMEN LIBRI XXXIII.

Attalus à Thebis ob subitam valetudinẽ translatus decessit.) Vet. lib. Pergamum translatus, Rectè. Liuius enim ita: Attalus æger Thebis Pergamum aduectus moritur. L. Furius, & Claudius Marcellus.) Vet. lib. L. Furius Purpureo, & M. Claudius Marcellus. 662

IN LIBRVM XXXIII.

In hoc libro emẽdando veterum manuscriptorum librorum ope caruimus, iudicio tantummodo, si quid insidere alicubi nobis vitij visum est. vsi sumus. Deest autem huic libro expositio prælij, quo Philippus ad Cynoscephalas est fugatus, ac victus à T. Quintio, itemq; magna pars eius, quo L. Quintius frater eius Leucadem expugnauit. Quod ex epitome libri intelligi potest, in qua hæc prima verba sunt: T. Quintius Flaminius proconsul cum Philippo ad Cynoscephalas in Thessalia acie victo debellauit. L. Quintius Flamininus fratre proconsulis Acarnanes Leucade vrbe, quæ caput est Acarnaniæ expugnata, in deditionem accepit. Itaq; ait Liuius: Et post dies paucos adito prælio, quod ad Cynoscephalas pugnatũ erat, omnes populi Acarnaniæ in deditionem venerunt. Legatum autem L. Flaminium intelligit. Et paulò pòst: Hæc in Thessalia, hæc in Achaia, hæc in Asia per eosdem dies fermè gesta. Intelligit autem, quæ T. Quintius ad Cynoscephalas, quæ Lucius in Acarnania, quæ Rhodij in Peræa gesserunt, quæq; ab ijs gesta paulò antè ipse exposuerat. Prælium ad Cynoscephalas pugnatum extat adhuc apud Polybium diligentissimè descriptum, reliqua apud eum interciderunt. Lævo Agrianos.) Agrianas puto legendum ex Stephano, qui cum multis modis hanc vocem editam doceat, Agrianos tamen nunquam, Agrianas certè dictos affirmat. Fœdius apud Ciceronem in Pisonem legitur Aggrioarum, & Dolopum, pro Agrianum.

Bargylas petentes.) Bargylia, aut Bargylias legẽdum est. Quanquam Stephanus non nisi Bargylia neutro genere, & Bargyliam muliebri dici ait. 663

Moritur altero, & septuagesimo, cùm quatuor, & quadraginta annos regnasset.) Suidas in voce Ἄτταλος 664
hunc locum vertit, ac duos & septuaginta annos vixisse hunc ait. Quod autem sequitur: Vxorem ac liberos duos superstites habuit, legendum est, quatuor Eumenem, Attalum, Athenæum, & Philetærum, quorum meminit Liuius lib. 42. & App. in Syrio. Cum Culca decem & septem oppida.) Lib. 28. Colcam appellat duo de triginta oppidis regnantem. Idem à Polybio κολχὸς dicitur. Suspicor autem ne hoc etiam loco XXVII. pro XVII. oppidis ex superiore loco sit reponendum. Verùm libri desunt, quos inspiciamus. His literis à M. Sergio, cuius iurisdictio inter ciues & peregrinos erat, recitatis.) Opinor hæc verba inducenda esse: Cuius iurisdictio inter ciues, & peregrinos erat. Cur ita opiner, hæ causæ sunt. primùm quod M'. hic Sergius prætor vrbanus erat, hæc autem verba, peregrinum describunt. Deinde quia prætoris vrbani negotium erat literas recitare, non peregrini. Tertio loco, quia paulò antè libro superiore idem M'. Sergius præt. vrb. hoc officium præstitisse dicitur ab eodem Liuio cùm ait: M'. Sergius prætor vrban. in senatu eas recitauit. Quartò, quia non solet Liuius, vbi semel prætorem vrbanum nominauit quenquam, si sit iterùm idem nominandus, nisi prætorem addere, vt paulò pòst: Hæ literæ prius in senatu à Sergio prætore recitatæ: prætermisit autem, vrbano. puto autem ea verba esse ex albo libri desumpta, vbi illustrandi loci causa ab inscio aliquo fuerant scripta. Significari autem prætorem peregrinum,

cùm ait: Inter ciues, & peregrinos, inferiora, quæ recitabo testimonia demonstrabunt. Est autem primum intelligendum prætores duos creari consueuisse, qui Romæ ius dicerent, alterum qui ciuibus, alterum qui peregrinis. vt Liuius libro quadragesimo secundo: His prætoribus prouinciæ decretæ duæ iure Romæ dicundo. Et lib. 43. Designatis prætoribus præter duas vrbanas, quatuor prouinciç sunt decretæ. Itaq; plerunq; solet vnam vrbanam, alteram peregrinam prouinciam nominare, aliàs verò vnam vrbanam iurisdictionem, alteram vel inter peregrinos, vel inter ciues & peregrinos, vt liber quadragesimus: Iurisdictio vrbana M. Ogulnio Gallo inter peregrinos M. Valerio euenit. Et lib. 41. Prætores L. Papirius Maso vrbanam, M. Abutius inter peregrinos sortiti sunt. lib. 42. Prætores deinde prouincias sortiti sunt A. Atilius Serranus vrbanam, C. Cluuius Saxula inter ciues & peregrinos. lib. 33. Prætores deinde prouincias sortiti L. Apustius Fullo vrbanam iurisdictionem. M'. Acilius Glabrio inter ciues & peregrinos. Et lib. 22. Romæ iuris dicundi vrbana sors Pomponio, inter ciues Romanos, & peregrinos P. Furio Philo euenit. Hoc autem anno Q. Minucio peregrinam prouinciam obtigisse tradit idem Liuius in comitijs prætorijs exponendis.

665 DVBIOS sententia patres fecerat.) Vet. lib. Sententiæ.

666 OMNES quinque & triginta tribus Vti rogatæ iusserunt.) Vti rogas. vt suprà sæpe admonui. T. QVINTIVS Flamininus cum duabus legionibus prouinciam eodem exercitu obtinere iussus, imperium ei prorogatum.) Verus vnum quod extat, exemplar huius libri, vt aiunt, habet: Imperium ei prorogatum satis iam antè diuidere. Quæ verba Gelenius profitetur se, vt ad rei sententiam non pertinentia sustulisse. Fecit autem iniustè: nam sententia optima est, si quod in ijs vitium est, tollas ita: Imperium ei prorogatum satis iam antè videri. Causam enim affert, cur Quintio non prorogarint imperium, quia, inquit, priore decreto satis prorogatũ iudicabant. Hoc autem decretum scriptum est anno superiore, de quo sic Liuius T. Quintio prorogarunt imperium donec successor ei venisset. M. ACILIVS Glabrio) M'. Acilius, ex consulatu Capitol. & Plutarcho. T. SEMPRONIVS Longus) Ti. Sempronius, ex consulatu Capitolino. BELLVM in Hispania quinto pòst anno, quàm secundum bellum Punicum, finitum est.) In veteri illo vno exemplari, teste Gelenio, ita est: Bellum in Hispania quinto pòst anno exortum est, quam simul cum Punico bello fuerat finitum. Quę verba sic legenda esse censet Glareanus: Bellum in Hispania quinto antè anno, quàm secundum bellum Punicum finitum est. Ego autem ita: Bellum in Hispania quinto pòst anno exortum est, quàm secundum bellum fuerat finitum. Hanc lectionem si confirmauero, nihil erit, quod quisquam duas illas sequatur. Bellum nouum in Hispania excitatum esse significat annos quinque postquam cum Pœnis debellatum erat. Finitum est enim anno DXLIX. Hoc declarat Liuius, cùm ait paulò antè: Ingés in Hispania vlteriore coortum est bellum. & hoc loco exponit causam, cur nouum hoc bellum appellet. quia tum primum suo nomine nullo Punico exercitu, aut duce ad arma ierant. Neq; verò bellum aliquãdo in Hispania finitum potest intelligere, quemadmodum duabus illis lectionibus significatur, cùm & antè, & pòst confectum Punicum bellum à proconsulibus in ea prouincia bellatũ sit, vt suprà ostendi. TVSCO vico, atq; inde Melio per portam Capenam.) Quid sit Romæ Melium nemo scit, Aequimælium, omnes. Itaq; legendum puto, ac Aequimelio. Nan antè legebatur, Atq; Intemælio. lib. 38. Substructionem super Aequimælium in Capitolio, & viam silice sternendam à porta Capena ad Martis locauerunt. IISDEM diebus Cn. Cornelius Lentulus, qui ante Sempronium Tuditanum citeriorem Hispaniam obtinuerat, cùm ex S. C. vrbem esset ingressus, tulit præ se auri mille, & quingenta pondo.) Hic est ille Cn. Lentulus, de quo suprà lib. 31. extremò Plebes Cn. Cornelio Lẽtulo, & L. Stertinio procõsulibus imperium esse in Hispania iussit. Probo autem valde coniecturam Glareani, qui suspicatur legendum esse: Ex S. C. consulto ouans, vrbem esset ingressus: vel ex S. C. triumphãs vrbem esset ingressus. Coniecturam autem suam ille rectè inde ducit, quod de Stertinio collega subdit ita: L. Stertinius ex vlteriore Hispania ne tentata quidem triumphi quinquaginta millia pondo argenti in ærarium tulit, Egregiè. Cur enim necesse erat dicere: Ne tentata quidem triumphi spe: nisi collegam eius Lentulum triumphasse dixisset? Puto tamen ouantem eum ingressum esse, non triumphantem. Primum, quia vsitatior dicendi forma est, vt in Ouatione dicatur, ingressus est, aut iniit Ouans vrbem. Deinde quia ei, qui sine magistratu res gesserat adhuc nisi, vt Ouans iniret permissum fuerat, vt de L. Lentulo suprà lib. 31. Decurrerũt eo, vt ouans vrbem iniret. PERINDE atque id ipsi à Quintio, & Romanis datum esset.) Antè legebatur: Perinde atque ab ipso id ea nõ à Quintio. Quam lectionem probo in primis. Hæc enim à sensu aliena est. BARCILIAM quendam.) Hanc in alijs libris nominat Liuius Brachillam, vt est in manuscriptis. Polybius βραχύλλην. itemq; Plut.

667 C. CLAVDIO Acræphiam ire iusso.) Ap. Claudio, vt ante ex Polybio.

668 BARGYLLIS, & Iasso.) Bargylijs & Iaso, vt antè. EAS quoq; enim placere liberas esse Decianorum libertate Quintius Prusiæ Bithyniorum regi scriberet, quid senatui, & decem legatis placuisset.) Meritò bæsitauit hoc loco Glareanus. Non est autem mentem auctoris, & veritatem lectionis assequutus, cùm pro, Decianorum, decem legatorum supplendum esse censuit. Sunt enim duæ voces, de Cianorum, quæ sequenti sententię annectendæ sunt, hoc modò. De Cianorum libertate Quintius Prusiæ Bithyniorum regi scriberet. De Cianis, & eorum clade suprà sæpius dictum est. Sic enim Philippus lib. priore. Neq; ego Cium expugnaui, sed Prusiam socium & amicum oppugnantem adiuui. Et Polyb. lib. 15. φίλων γὰρ ὑπαρχόντων καὶ συμμάχων αἰτωλῶν λυσιμαχέων, χαλκηδονίων, καὶ κιανῶν πρῶτον μὲν προσηγάγετο τὴν λυσιμαχέων πόλιν ἀποσπάσας ἀπὸ τῆς τῶν αἰτωλῶν συμμαχίας, δεύτερον δὲ τὴν χαλκηδονίων· τρίτην δὲ τὴν κιανῶν ἐξηνδραπόδισε στρατηγοῦ παρ' αἰτωλῶν ἐν αὐτῇ διατρίβοντος, καὶ προεστῶτος τῶν κοινῶν. προυσίας δὲ καθὸ μὲν ἡ πρόθεσις αὐτοῦ συντελείας ἔτυχε, περιχαρὴς ἦν, καθὸ δὲ τὰ μὲν ἆθλα τῆς ἐπιβολῆς ἕτερος ἀπέφερεν, αὐτὸς δὲ πόλεως οἰκόπεδον ἔρημον ἐκληρονόμει, δυσχερῶς διέκειτο. Et Suidas: κιανοὶ οἱ τῆς κίου, οὓς προυσίας τυραννῶν ἐξέθλιβεν διά τινας αἰτίας. SI ÆTOLORVM linguas retunderet.) Retundere, perspicuè legendum est, vt sit: si Aetolorum linguas retundere vellet.

669 SENATVS Romanus, & T. Quintius imperator Philippo rege, Macedonibusq; deuictis liberos immunes, suis legibus esse iubet Corinthios, Phocenses, Locrensesq; omnes, & insulam Eubœam, & Magnetas, Thessalos, Perrhæbios, Achæos, Phtiotas. Percensuerat omnes gentes, quæ sub ditione Philippi regis fuerant.) Glareanum non laudo, qui arbitratur hoc loco nomina aliquot populorum intercidisse. cur non laudem, Plutarchus in causa est, qui totidem pene verbis hanc rem in Flaminino exponit: προσελθὼν εἰς μέσον ὁ κῆρυξ ἀνεῖπεν, ὅτι ῥωμαίων ἡ σύγκλητος καὶ τίτος κοΐντιος στρατηγὸς ὕπατος καταπολεμήσαντες βασιλέα φίλιππον, καὶ μακεδόνας ἀφιᾶσιν ἀφρουρήτους καὶ ἐλευθέρους καὶ ἀφορολογήτους, νόμοις χρωμένους τοῖς πατρίοις κορινθίους, λοκρούς, φωκεῖς, εὐβοέας, ἀχαιούς, φθιώτας, μάγνητας, θετταλούς, περραιβούς. Cùm igitur totidem apud Plutarchum sint nomina populorum, quot apud Liuium, à quo hæc sumpsit Plutarchus, profectò nihil hoc loco desiderari iudicandum est. Quod autem vocibus illis mouetur Glareanus, percẽsuerat omnes gentes, quæ sub ditione Philippi regis fuerant. intelligendum est eas vitiosè legi. placet autem vt legatur: percensuit inde omnes gentes, id est, post Græcos, Macedoniæ etiam populos nominauit, vt Dolophas, Orestas, Lycum, Parthinos, vtraq; enim gẽs cùm sit Illyriorum sub ditione Philippi fuerat. Error ortus est ex compeudiosa scriptura, ex percensuit in, factum est, percensuerat. Porrò autem apparet ex Plutarcho legendũ esse Perræbi, non Perrœbij.

Hoc

HOC spe concipi, audacis animi fuisse, ad effectum adducere virtutis, & fortunæ gentis.) Apertior erit locus, si ita legas: Hoc spe concipere, audacis animi fuisse, ad effectum adducere, virtutis & fortunæ ingentis. HEREA.) Heræa, vt suprà. LINOVS, & Partheni.) Lycus, & Parthini, Lycus in Dassaritijs, vt ait Plutarchus in Quintio, quos eosdem cum Parthinis Illyriorum populos facit Appianus in principio Illyrici. Parthinos etiam Capitolini lapides habent.

P. LENTVLVS Bargyllas, L. Stertinius Hephæstiam, & Thassum, & Thraciæ vrbes, P. Villius, & L. Terentius ad regem Antiochum, Cn. Cornelius ad Philippum.) Hæc sic Plutarchus: ἅμα γὰρ ἐξ ... τίτος λέντλον μὲν εἰς ἀσίαν βαργυλιήτας ἐλευθερώσοντα, τιτίλλιον δὲ εἰς θρᾴκην, τὰς αὐτόθι πόλεις, καὶ νήσους ἀπαλλάξοντα τῶν φιλίππου φρουρῶν, πόπλιος δὲ οὔιλλιος ... διαλεξόμενος ἀντιόχῳ περὶ τῆς τῶν ὑπ' αὐτῷ ἑλλήνων ἐλευθερίας. Ex his apparet pro Stertinio Titillium esse restituendum, siquidem ante etiam legebatur L. Thermus. ADVERSVS ea respondere, ne altercationem excederet res, cùm supersedisset Romanus.) Perspicuè legendum est, Ne in altercationem excederet res, vt lib. 34. Quæ studijs in magnum certamen excesserit. T. SEMPRONIVS Gracchus, M. Iunius Silanus, ex Capitolinis lapidibus. MARCELLVS Pado confestim traiecto in agrum Comensem, vbi Insubres Comensibus ad arma excitis, castra habebant, ducit, legiones in ipso itinere prælium committũt, & primo adeò acriter inuaserunt, vt antesignanos impulerint.) Vox, ducit, à Glareano addita est, quæ antè nulla erat. [Glareanus induxit legit, non ducit.] Rectè, quod loci vitium sensit, non sat rectè, quod multas alias voces desiderari non sensit. Nam si dicamus legiones Romanorum in ipso itinere prælium commisisse, easdem etiam intelligendum est adeò acriter inuasisse, vt antesignanos impulerint. Quod tamen de Gallis accipiendum est. Videntur autem hæc omnia desiderari. Marcellus Pado confestim traiecto in agrum Comensem, vbi Insubres Comensibus ad arma excitis castra habebant, legiones induxit. Cuius aduentu audito, Galli confestim occurrunt, atq; in ipso itinere prælium committunt. & primo adeò acriter inuaserunt, vt antesignanos impulerint. Quod vbi consul animaduertit, veritus, &c. Itaque asterisco, vt ante hunc locum signandum censeo. sic Legiones * in ipso.

LEVOS, Libuosq;.) Læuos Lebuosq; legendum puto, vt lib. 5. Hos vocat lib. 2. Polybius λάους, & λεβεκίους. 671
TERRESTRES copias ab Abydo traijcit Chersonesi vrbem.) Ante legebatur ad Abydum. Quia verò Abidus non est in Chersoneso, sed in Hellesponto, placet Glareano legi, Madytum, cuius vrbis etiam suprà in Chersoneso meminit Liuius, quod probo.

ET decem legatorum P. Lentulus à Bargyllis, P. Villius, & L. Terentius à Thasso Lysimachiam petierunt, 672
eodem & à Selymbria L. Cornelius, & ex Thracia post paucos dies Antiochus conuenerunt.) Hæc à Polybio versa sunt, qui sic ait: κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον ἧκον μὲν τῶν δέκα πόπλιος λέντλος ἐκ βαργυλίων, λεύκιος δὲ τερέντιος, καὶ πόπλιος οὔιλλιος ἐκ θάσου. ταχὺ δὲ τῷ βασιλεῖ διασαφηθείσης τῆς τούτων παρουσίας, πάντες ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἠθροίσθησαν εἰς τὴν λυσιμαχίαν. PRIMVS congressus cum legatis, & deinceps inuitatio benigna, & hospitalis fuit, vt de mandatis, statuq; præsenti Asiæ agi cœptum est, animi exasperati sunt.) Polybius ita: αἱ μὲν οὖν κατ' ἰδίαν ἐντεύξεις τῷ τε βασιλεῖ, καὶ τῶν ῥωμαίων πᾶσιν ἦσαν ἀφελεῖς, καὶ φιλάνθρωποι. μετὰ δὲ ταῦτα γενομένης συνεδρείας κοινῆς ὑπὲρ τῶν ὅλων, ἀλλοιοτέραν ἔλαβε τὰ πράγματα διάθεσιν. ROMANI omnia acta eius ex quo tempore è Syria classe soluisset, displicere senatui non dissimulabãt, restituiq; Ptolemæo ciuitates omnes, quæ ditionis eius fuissent, æquum censebant. Nam quod ad eas ciuitates attineret, quas à Philippo possessas Antiochus per occasionem verso Philippo in Romanum bellum, intercepisset: id verò ferendum non esse, Romanos per tot annos terra mariq; tanta pericula ac labores exhausisse, Antiochum belli præmia habere.) Polybius ita: ὁ γὰρ λεύκιος ὁ κορνήλιος ἠξίου μὲν καὶ τῶν ὑπὸ πτολεμαίου ταττομένων πόλεων, ὅσας νῦν εἴληφε κατὰ τὴν ἀσίαν παραχωρεῖν τὸν ἀντίοχον. τῶν δὲ ὑπὸ φιλίππου διεμαρτύρετο φιλοτίμως ἐξίστασθαι. γελοῖον γὰρ εἶναι ῥωμαίων ἆθλα τοῦ γεγονότος αὐτοῖς πολέμου πρὸς φίλιππον ἀντίοχον ἐπελθόντα παραλαμβάνειν. SED vt in Asiam aduentus eius dissimulari ab Romanis, tanquam nihil ad eos pertinens, potuerit, quod iam etiam in Europam omnibus naualibus, terrestribusque copijs transierit, quantum à bello aperto Romanis abesse?) Hæc Polybius multo apertius: καθόλου δὲ ἔφη θαυμάζειν τίνι λόγῳ τοσαύταις μὲν πεζικαῖς, τοσαύταις δὲ ναυτικαῖς δυνάμεσι πεποίηται τὴν εἰς εὐρώπην διάβασιν. πλὴν γὰρ τοῦ προθέσθαι ῥωμαίοις ἐγχειρεῖν αὐτὸν, οὐδ' ἐννοεῖν ἑτέραν καταλείπεσθαι περὶ τοὺς ὀρθῶς λογιζομένους. AD ea rex, satis iam ante videre se, Romanos inquirere quid regi Antiocho faciendũ: at quousq; terra mariq; progrediendum fuerit ipsis, non cogitare: Asiam nihil ad populum Romanum pertinere, nec magis illis inquirendum esse, quid Antiochus in Asia, quàm Antiocho quid in Italia populus Rom. faciat.) Polybius ita: ὁ δὲ βασιλεὺς πρῶτον μὲν διαπορεῖν ἔφη κατὰ τίνα λόγον ἀμφισβητοῦσι πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ ἀσίᾳ πόλεων. πᾶσι γὰρ μᾶλλον ἐπιβάλλειν τοῦτο ποιεῖν, ἢ ῥωμαίοις. δεύτερον δ' ἠξίου μηδὲν αὐτοὺς πολυπραγμονεῖν καθόλου τῶν κατὰ τὴν ἀσίαν. οὐδὲ γὰρ αὐτὸς περιεργάζεσθαι τῶν κατὰ τὴν ἰταλίαν ἁπλῶς οὐδέν. NEC ex Philippi quidem aduersa fortuna spolia vlla se petisse, aut aduersus Romanos in Europam traiecisse * fuerit, quo victo omnia quæ illius fuissent, iure belli Seleuci facta sint, existimare suæ ditionis esse.) Polybius ita: εἰς δὲ τὴν εὐρώπην ἔφη διαβεβηκέναι μετὰ τῶν δυνάμεων ἀνακτησόμενος τὰ κατὰ τὴν χερρόνησον καὶ τὰς ἐπὶ θρᾴκης πόλεις. τὴν γὰρ τῶν τόπων τούτων ἀρχὴν μάλιστα πάντων αὐτῷ καθήκειν. εἶναι μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς τὴν δυναστείαν ταύτην λυσιμάχου, σελεύκου δὲ πολεμήσαντος πρὸς αὐτὸν καὶ κρατήσαντος τῷ πολέμῳ πᾶσαν τὴν λυσιμάχου βασιλείαν δορίκτητον γενέσθαι σελεύκου. Ex his verbis intelligi potest versum vnum, aut alterum apud Liuium intercidisse. Eum autem ad Liuianam sententiam ita restitui posse. Nec ex Philippi quidem aduersa fortuna spolia vlla se petisse, aut aduersus Romanos in Europam traiecisse, sed vt Chersonesi, vrbes Thraciæq; recuperaret. Eorum enim locorũ imperium in primis ad se pertinere, quippe quod ab initio Lysimachi regnum fuerit, quo victo omnia, quæ illius fuissent, quod iure belli Seleuci facta sint, existimare suæ ditionis esse. Hanc autem historiam libro 34. Liuius ita exponit: Enimuero id auditu etiam dicere indignũ esse Hegesianax, Thraciæ & Chersonesi vrbibus arceri Antiochum, quæ Seleucus proauus eius Lysimacho rege bello victo, & in acie cæso per summũ decus parta liquerit. Idem etiam tradit Appianus initio libri, quo bellum Antiochinum exposuit. OCCVPATIS maioribus suis rerum aliarum alia cum primo quædam ex his Ptolemæum, deinde & Philippum vsurpanda aliena possedisse, sicut quædam ex proxima Thracia. quæ indubitatè Lysimachi fuerint, ad ea facienda in antiquum venisse, & Lysimachiam deletam Thracum impetu, de integro condere, vt Seleucus filius eam sedem regni habeat.) Polyb. ita: κατὰ δὲ τοὺς τῶν αὐτοῦ προγόνων περισπασμοὺς ἐν τοῖς ἑξῆς χρόνοις πρῶτον μὲν πτολεμαῖον παρασπασάμενον σφετερίσασθαι τοὺς τόπους τούτους, δεύτερον δὲ φίλιππον. αὐτὸς δὲ νῦν ἐκτᾶσθαι τοῖς φιλίππου καιροῖς συνεπιθέμενος, ἀλλ' ἀνακτᾶσθαι τοῖς ἰδίοις καιροῖς συγχρώμενος. λυσιμαχεῖς δὲ παραλόγως ἀναστάτους γεγονότας ὑπὸ θρᾳκῶν, οὐκ ἀδικεῖν ῥωμαίους κατάγων, καὶ συνοικίζων. ποιεῖν γὰρ τοῦτ' ἔφη βουλόμενος ὁ ῥωμαίοις τὰς χεῖρας ἐπιβάλλειν, σελεύκῳ δὲ οἰκητήριον ἑτοιμάζειν. QVOD ad Ptolemæum attinet, cui ademptas ciuitates querantur, sibi cum Ptolemæo & amicitiam esse, & id agere se, vt breui etiam affinitas iungatur.) Polybius ita: τὰ δὲ πρὸς πτολεμαῖον αὐτὸς ἔφη διεξάξειν εὐδοκουμένως ἐκείνῳ. κρίνειν γὰρ οὐ φιλίαν μόνον, ἀλλὰ μετὰ τῆς φιλίας ἀναγκαιότητα συντίθεσθαι πρὸς αὐτόν. INDE profectum cùm ad capita, quæ vocant, Sari fluminis fœda tempestas oborta prope cũ omni classe demersit.) Hoc sic Appianus in Syrio: χειμῶνος δ' ἀμφὶ τὸν σάρον ποταμὸν συμπεσόντος, καὶ πολλὰς τῶν νεῶν ἀποβαλών, &c.

ROMÆ eò primum anno triumuiri epulones facti C. Licinius Lucullus, T. Romuleius, qui legẽ de creandis 673

K a his

his tulerat, & P. Porcius Lecca.) Pro T. Romuleius, reponẽdum puto, P. Manlius. primùm, quià vna etiam paulò pòst fuiunt prætores, P. Manlius, & P. Porcius Læca, quorum P. Manlius Hispaniam citeriorem, P. Porcius Pisas sortitur. deinde quia lib. 40. anno CCCCLXX. ait Q. Fuluium triumuirum epulonem in locum P. Manlij qui ex Hispania redierat esse factum: neminem autem factum esse post hos præter Q. Fuluium memoriæ tradidit, vt omninò ijdem esse videantur. P. autem hic Manlius ex gente Manlia plebeia fuit. Itaq; cognomine patriciorum vbiq; caret. fuisse autem duplicem Manliam gentem ostendit Cicero in prima Philippica. Vt propter vnius M. Manlij scelus decreto gentis Manliæ neminem patricium M. Manlium vocari licet. Adde quod Romulius non Romuleius esset scribẽdum. vt ex P. Manlius. Romulius factum sit. P. PORCIVS Lecca.) Læca, ex nummis argenteis. C. MANLIVS Volso.) Cn. Manlius Vulso, ex consulatu Capitolino. T. SEMPRONII Tuditani, qui prætor in Hispania decesserat.) Superiore libro Cn. dicitur. Dixi autem videri, C. Sempronium appellandum. L. VALERIVS in locum M. Cornelij Cethegi.) Flaccum intelligit. nam anno DLXX. ait: L. Valerius Flaccus pontifex mortuus est. CN. DOMITIVS Aenobarbus.) Lapides Capitolini, & nummi argentei, & græci annales satis ostendunt Abenobarbum esse scribendum. in græcis enim αἰνόβαρβος est. AEDEM in insula Fauni fecerunt.) Sic lib. 35. In insula Iouis ædem dedicauit. De hac Fauni æde dedicata eodem in libro. Insulam autem Tiberis intelligit VER sacrum ex pontificum iussu fecere, quod C. Cornelius Maromula prætor vouerat.) Hunc prætorem M. Aemilium lib. 22. vocauit, cùm inquit: Senatus, quoniam Fabium belli cura occupatura esset. M. Aemilium prætorem ex collegij pontificum sententia omnia ea, vt maturè, fiant curare iubet. Fuisse autem eodem anno prætorem A. Cornelium Mammulam, apparet ex eo, quod idem ab eo lib. 23. sequenti anno proprætore obtinuisse Sardiniam prouinciam traditur. Quare aut M. Aemilius, aut A. Cornelius Mammula hoc loco legendum est. nam anno etiam DLIX. alter A. Cornelius Mammula prætor, atq; alio tempore alij nominantur. Nisi autem emendatorum vitium sit, lapsus sit memoriæ Liuianæ necesse est.

740 QVIA parũ ex dignitate sua ducebat subscribere odijs, accusationibusq; Annibalis.) Antè legebatur, Quia paruro expugnantes se ducebat. Emendatum est deinde. Ex dignitate sua. Quam emendationem non probat Paulus Manutius. Verùm ita legendum esse asserit. Quia parum ex P. R. dignitate esse ducebat. Qua lectione nihil potest esse præstantius. Ita lib. 30. Non videri sibi satis ex dignitate populi Rom. esse.

675 INTER Acyllam, & Thapsum.) Ptolemæus, Strabo, Stephanus maximo inter se consensu hoc oppidum Ἀχόλλαν vocant. Quare & ipse Achollam legendum censeo. AD suam turrim peruenit.) Iustinus suburbanum vocat lib. 31. Appropinquante vespere equum conscendit, & suburbanum. quod prope litus habebat, ignaris seruis, iussisq; ad portam diuertentem opperiri, contendit. NE his debere impunè esse.) Nihil huic loco deest, his intellige: Annibali, & nuncijs ab eo ad Antiochum profectis: eiusmodi autem dicendi genere vsus est lib. 43. Neq; enim ne his cunctationem aperuerat suam, pro ne his quidem.

IN EPITOMEN LIBRI XXXIIII.

676 DE stringendis cultibus matronarum.) Vet. lib. De fingendis cultibus. L. Cornelius Cethegus censores.) C. Cornelius, ex Capit. censura. COLONIÆ pleræq; deductæ sunt.) Vet. lib. Coloniæ plures. RES præterea aduersus Boios, & Insubres.) Vet. lib. Res præterea in Hispania, & aduersus Boios, & Insubres. TENTAVERAT autem per Aristonem Tyrium.) Vet. lib. Tentauerat autem Annibal per Aristonem.

IN LIBRVM XXXIIII.

Q. FABIO, T. Sempronio COSS.) Ti. Sempronio, vt suprà. NAM etiam ex oppidis, conciliabulisq; conueniebant.) Vet. lib. Conuenerant. QVI pro lege, quæ abrogabatur, ita disseruit.) Vet. lib. Pro lege ne abrogaretur. Quod placet. Citat enim Priscianus hanc orationem cum hoc indice. Cato in oratione: Ne lex Oppia abrogetur. Item alibi: Cato Nepos de actionibus ad populum· Ne lex sua abrogaretur. Item alibi: Aemilius Porcina in oratione: Vti lex Aemilia abrogetur, Festus. Cato in dissuasione, Ne lex Bæbia derogaretur.

677 MVLIEBRI à stirpe.) Vet. lib. Ab stirpe. AB nullo genere non summum periculum est.) Vet. lib. Non æquè summum. ET foro propè, & concionibus, & comitijs immisceri.) Vet. lib. Et foro quoq;, & concionibus. PER quæq; subiecerint viris.) Hinc Cicero lib 4. de rep. Nec verò mulieribus præfectus reponatur, qui apud græcos creari solet, sed sit censor qui viros doceat moderari vxoribus. VT Carpẽtis, profestis quoq; diebus velut triumphantes de lege victa.) Vet. lib. vt Carpentis festis, profestisq; diebus. Quod venustius & grauius est.

678 ET antefixa fictilia deorum Romanorum ridentes.) Antefixa scribendum est, vt vna vox sit tantum: Sic enim Festus. Antefixa, quæ ex opere figlino tectis affiguntur sub stillicidio. TAMEN nulla accepit.) Hanc sententiam sic expressit Varro de vita populi Rom. II. auctore Nonio. Qua abstinentia viri mulieresq; Rom. fuerint, apparet, quod à rege munera eorum noluerit nemo accipere. IN quos iecit magis consul verbo tenus, quàm vere insimularet.) Vet. lib. In quos iecit magis hæc consul. LEGEM Liciniam de quingẽtis iugeribus.) Stolonis legem, lib. 6. & 7.

679 QVID, vetus regia lex simul cum ipsa vrbe nata? aut, quod secundum est,) Vet. lib. An vetus regia lex simul cum ipsa vrbe nata, an, quod, &c.

680 TALI tempore.) Vet. lib. Tali eo tempore. CVI non apparet, inopiam, & miseriam ciuitatis, q. o. p. p. i. v. p. v. e. istam legem scripsisse.) Vet. lib. Ob inopiam, & miseriam, &c. istam legem scriptam.

681 A LVNA proficiscens.) Vet. lib. Ab luna proficiscens. PRÆTERVECTI Ligustinos montes, sinumq; Gallicum.) Cato in oratione de consulatu suo teste Carisio ita hanc rem expressit: Postquam Massiliam præterimus, inde omnem classem ventus auster lenis fert, mare velis florere videres vltra angulum gallicum, inde noctu aura profecti sumus. MILLIVM passuum in circuitu murus erat.) Vet. lib. Trium millium. CVM prouincia Q. Minucio successori tradita.) Q. Minucius successisse dicitur M. Heluio, cùm tamẽ Heluius vlteriorem Hispaniam Minucius citeriorem sit sortitus, quia Heluius ex sua prouincia decedens, in aliena rem benè gessit, id est, in citeriore. Quia verò Minucius citeriorem obtinuit, iccircò successor eius appellatur. Quare nihil mutandum est, contra atq; censet Glareanus. [Glareanus non ait quicquam mutandum, sed dubitat vt solet.]

682 SOCIIS spem pro re ostendendam censet.) Vet. lib. Ostentandam. Sic paulò pòst: Consul vbi satis, quod in speciem fuit, ostentatum est. Huius consilij Catonis meminit Frontinus lib. 4.

683 IVGVM, quo exuit.) Vet. lib. Iugum, quo se exuit. NVMERVM non scribit.) Vet. lib. Non adscribit.

684 IN Turdetaniam proficiscitur.) Loquitur de Catone COS. in Turdetaniam mouente. Qua de re sic Cato in

oratione

oratione de consulatu suo auctore Caristo. Inde pergo porrò ite Turtam. Item: Itaq; porrò in Turtam proficiscor
seruarum illos. Dixit enim Turtam, pro Turdetaniam, siquidem Turdetani, Turduli, & Turti etiam appellati
sunt, auctore Stephano, qui ita scribit: [illegible]
[illegible] X. MILLIA Celtiberum mercede Turduli conducũt.) Vet. lib.
Turdetani conducunt, vt paulò pòst. Difficilius bellũ in Turdetania prætori L. Manlio Celtiberi mercede exciti
ab hostibus faciebant. Non nostra magis, inquit, quam vestra refert, vos non rebellare.) Vet. lib. Non bellare,
optimè: quia ait pòst: Si affectum erit, ne possitis rebellare. 685
COMMEATVS tamen haud secus, quàm in pace ex agris castellisq; hostium Romani portabant, dein sæpe
munimenta eorum velut communi pacto commercio priuatis inducijs ingredientes.) Glareanus suspensæ huic
orationi deesse aliquid arbitratur, immeritò: non enim vitium est in participio, Ingredientes, vt suspicatur. sed in
voce Dein, quæ vitiosa est, pro. Perinde: hoc sensu. Romani portabant commeatus ex agris hostium haud secus,
quàm in pace, perinde sæpe munimenta eorum ingredientes, id est, æquè sæpe. Vitium ex compẽdiosa scriptura
natum est. Perinde, quod, Dein, factum est. IN castris prætorianis.) Vet. lib. prætorijs. LACETANOS
deuiam & syluestrem gentem.) Plut. in Catone [illegible]. PRINCEPS Vergistanus.)
Vergitanus lego. Nam vt ab Emporijs Emporitanus, ab Oreo Oritanus: sic à Vergio, Vergitanus, non Vergista-
nus oritur.
DIE altero ad Sellasiam super Oenunta fluuium peruenit, quo in loco Antigonus Macedonum rex cum 688
Cleomene Lacedæmoniorum tyranno signis collatis dimicasse dicebatur.) Hæc Historia est apud Polybium lib.
2. [illegible]. Et paulò pòst: [illegible]
[illegible]. Glareanus autem negat Polybium Oenuntis fluminis meminisse. Legit enim interpretem
qui perfluens flumen imperitè vertit. [Glareanus nulla re æquè dolet, atq; quod illi Græca defuerint exempla-
ria, sic enim ipse vidisset, nunc cum alijs ansam inquirendi dedit, pro gratia refert conuicia.] Eodem errore alij
quidam ex nostris ducti Q. Metellum Scipionem Pium, ex sententia Dionis Asiatici filium esse scripserunt, cum
Dio Nasicæ scribat. Asiatici verò interpres, idq; imperitè.
PROPE flumen præter vrbem sub ipsas Mænali montis radices.) Vrbem Lacedæmonem, flumen Eurotam 689
intelligit. Itaq; quia Mænalus non in Laconica est, sed in Arcadia, Glareanus peritissimus emẽdator, Taygetum
substituendum putat. Ego autem nec Mænalum, nec Taygetum probo, sed Menelaium legendum esse affirmo.
Huius lectionis auctor est Polyb. qui libro quinto Eurotam flumen ad collis Menelai radicem fluere scribit, his
verbis: [illegible]
[illegible]
[illegible]. Meminit
autem sæpius eius nominis, ita vt Stephanus etiam ita scriptum reliquerit: [illegible].
IASSO, & Bargyllis.) Iaso, & Bargylijs, vt suprà. PRÆFECERVNT QVE ludis ipsum imperatorem.) Plu- 691
tarchus item: [illegible].
SVNT qui non ex oppido proficiscentem bellum gessisse tyrannum tradant. Sed castris aduersus Romana 694
castra positis.) Agam, vt soleo, paucis nihil vitij hic locus continere videtur, contra atq; tradit Glareanus: duas
enim contrarias opiniones de ratione belli à tyranno gesti expositurus est, vnam, quam ipse tueri videtur, alte-
ram, quam alij tradiderunt, quid sentit ipse? tyrannum ex oppido Lacedæmone exeũtem pugnasse, ac in oppido
ipso castra habuisse, quid alij? eundem non ex oppido exeuntem pugnasse, sed ex castris, quæ ante Romana castra
posuerit. Glareanus autem sine causa de voce, proficiscentem, laborauit.
T. SEMPRONIVM Longum.) Ti. Sempronium, ex consulatu eius Capit. AENOBARBVS.) Ahenobar- 695
bus, vt suprà. T. IVVENTIVS Talua.) Vet. lib. Alna legendum est. Thalna, ex Capitolinis tabulis. NO-
VVM ius in eo anno à Ferentinatibus tentatum.) Vet. lib. Nouum ius eo anno.
VT loca senatoria secernerentur à populo.) Idem Pædianus in orat. pro Cornelio, cùm ait: Id autem eos fe- 696
cisse iussu censorum Sex. Aelij Pæti, C. Cornelij Cethegi. BEBIVS Pamphilus.) Bæbius Tamphilus, vt suprà.
TEMPSAM L. Cornelius Merula & C. Salonius deduxerunt.) Desiderantur nomen tertij Triumuiri.
Q. VICTORIVS.) Vet. lib. Q. Fictorius. 697
MILLE enim ducentos ea ratione Achaia habuit.) Sic Plut. in Quintio: [illegible] 698
[illegible]. PER Epirum in Oricum vnde erat traiecturus, venit.) Vet. lib. Per Epirum Oricum, vt paulò antè,
per Thessaliam, atq; Epirum ducere Oricum iubet.
SECVNDO die aurum.) Vet. lib. Secundo aurum, rectè: præcessit enim paulò antè die primo. ARMA, 699
tela.) Plutarchus accuratius: [illegible]. INFECTI argenti fuit decem, & octo
millia pondo, &c.) [illegible]. AVRI pondo tria millia. &c.) Plu-
tarchus: [illegible]. PHILIPPEI nummi aurei quatuordecim mil-
lia, quingenti XIIII.) Plutarchus: [illegible]. PRÆEVERVNT
speciem triumpho.) Non est audiendus Glareanus, qui specimen legit. Speciem enim vertit Plutarchus cùm ait:
[illegible]. A. MANLIVS, P. Aelius, L. Apustius.) Hos triumuiros in eadem colonia deducenda sequenti
anno vocat Cn. Manlium Vulsonem, P. Aelium Tuberonem, L. Apustium Fulonem. Cùm autem P. Aelius sit
is, vt ait, cuius lege deducebatur colonia, profectò Q. Aelius legendũ est, is enim tribunus pl. legẽ tulit. VNA
Iunonis matutæ in foro olitorio vota locataq; quadriennio antè à C. Cornelio consule.) Duæ causæ sunt, cur le-
gendum sit Iunonis Sospitæ. Vna, quod nusquam alibi Iuno Matuta dicta est, sed Mater Matuta, quæ græcè [illegible]
est. altera, quod quadriennio antè C. Cornelius Iunoni Sospitæ, non Matutæ vouisse ædem traditur. verba
sunt Liuij lib. 32. Consul principio pugnæ ædem vouit Sospitæ Iunoni, si eo die hostes fusi, fugatiq; essent. Idem
etiam probè Glareano videtur.
VOVERAT eam decem annis antè Punico bello P. Sempronius Sophus. Locauerat idem censor. Hic P.
Sempronius, & in consulatu, & in censura Tuditanus, non Sophus dicitur à Liuio. Quare cognomen Sophus ex
hoc loco delendum videtur, puto tamen non esse reponendum, Tuditanus, vt censet Glareanus, sed consul: vt
ita legatur, vouerat eam P. Sempronius consul. locauerat idem censor. Sic enim lib. 29. vbi de P. Sempronio vo-
uente ait: consul principio pugnæ ædem Fortunæ Primigeniæ vouit. Errandi causam dedit compẽdiosa scriben-
di ratio COS. Sop. Ita autem locutus est paulò antè. Vota, locataq; quadriennio antè à C. Cornelio consule Gal-
lico bello, censor idem dedicauit. L. PORCIVS Licinius.) Licinus, ex Capitolinis tabulis. MEGALE-
SIA, ludos scenicos C. Attilius Serranus, L. Scribonius Libo ædiles curules primi fecerunt.) Eosdem ædiles in
ijsdem ludis faciendis edit etiam Pædianus in Cornelianam. CONCORDIÆ, & libertati æquè minuendæ
esse.) Vet. lib. Libertatis. Ita autem legendum esse alio loco, vbi de eiusmodi dicendi genere docui, ostendi.

AD D. quinquagesimum [illegible] annum.) Quinquagesimum sextum legendum esse alio loco doceo in chronologia, in vet. lib. est DVIII. Menda ex notis est nata, cum debeat scribi DLVII. L. enim in V. versum est, & V. in duo II. vt aliàs.

700 TRIBVNOS plebeios adissent.) Vet. lib Tribunos plebis. LIGVRVM decem millia.) Vet. lib. XV. millia. OB eas res tumultum esse. Decreuit senatus tribunos plebei non placere causas militares cognoscere.) Pulcherrimum sensum inepta verborum interpunctio deprauauit. Sic autem interpungendum censeo, ob eas res tumultum esse decreuit senatus, tum infer, tribunos plebis, &c. loquitur de tumultu Gallico, de quo sic Cicero in 8. Philippica. Potest esse bellum sine tumultu, tumultus esse sine bello nõ potest, quid enim aliud est tumultus nisi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? vnde etiam nomen ductum est tumultus. Itaq; maiores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus, tumultum Gallicum, quod erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant. grauius autem esse tumultum, quàm bellũ hinc intelligi licet, quod bello Gallico vacationes valent, tumultu non valent. Et Philip. 5. Tumultum decerni iustitiam indici, saga sumi dixi oportere. Sic hoc loco senatus decreuit, vt tumultus esset, quia Boij ad rebellionem spectabant. TRIBVNOS plebeij.) Plebis, ex Vet. lib. ET vt L. Cornelius consul.) Vet. lib. Et vti L. Cornelius consul.

701 MENIPPVS, & Hegesianax princeps regiæ legationis erant.) Appianus meminit huius legationis in Syrio, additq; Lysiam, his verbis: καὶ πρέσβεις ἐς ῥώμην ἔπεμπε λυσίαν τε καὶ ἡγησιάνακτα. καὶ μένιππον. ESSE autẽ tria genera fœderum, quibus integrè paciscerentur amicitias ciuitates, regesq;.) Vet. lib. Inter se paciscerentur, non integre: optimè. sic paulò pòst amicitiam sociali fœdere inter se iungendam. ITA ab Antiocho.) Vet. lib. Ita & ab Antiocho.

702 ARISTONEM quendam Tyrium.) Mercatorẽ fuisse ait Appianus in Syrio: Ἀρίστωνα δ' ἔμπορον τύριον ἐπὶ προφάσει δ' ἐμπορείας ἔπεμψε πρὸς τοὺς φίλους. SVFFETES.) Sufetes, vt suprà. IPSE de tertia vigilia nauem conscendit.) Vet. lib. Ipse deinde tertia vigilia.

703 PRÆTER iudicium eiusdem Aristonis.) Vet. lib. Indicium. EMPORIA vocant eam regionem, ora est minoris Syrtis.) Horum Emporiorum meminit non solum Liuius lib. 29. sed etiam Polyb. lib. 1. ἅμα δὲ τούτοις καὶ τὰς παρακομιζομένας ἀγορὰς ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς καλουμένων ἐμπορίων ἐφ' οἷς εἶχον τὰς μεγίστας ἐλπίδας. Et lib. 3. μήτε τοὺς κατὰ τὴν μακρὰν σύρτιν τόπους, ἃ καλοῦσιν ἐμπόρια διὰ τὴν ἀρετὴν τῆς χώρας.

IN LIBRVM XXXV.

704 P. CORNELIVS Cn. F. Scipio.) Is qui vir optimus à senatu iudicatus fuerat. IDEM proprætor Lusitanos.) Vet. lib. Idem pro prætore Lusitanos, quod est prorogato vltra præturam prætorio imperio. IN hoc discrimine ludos Ioui si vi fudisset, cecidissetq; hostes, proprætor vouit.) Vet. lib. Si fudisset, cecidissetq; hostes prætor vouit. prætorem autem videtur vocare eum, qui cum prætorio erat imperio, alioquin proprætore legendum est. PVGNATVM inde haud procul Ilipa vrbe est.) Vox, inde, superuacanea est, & à veteribus quos legi, libris abest.

706 T. SEMPRONIVS prioris anni consul.) Ti. Sempronius, vt suprà. HOSTIVM exercitum, cuius delendi oblata fortuna fuerat, non deletum.) Vet. lib pro, Non deletum, habent Elapsum. Sequitur enim: Hostes è manibus emissos. ITA libero fœnore obruebant debitores. Cuius coercendi cum ratio quæreretur.) Vet. lib. Cernendi, pro coercendi: quod placet. Sic enim lib. 6. Quia nolint conspici summam æris alieni. Item, deinde inspecto ære alieno, initaq; ratione minuendi eius. Sic hoc loco, quærunt rationem cernendi fœnoris, propterea quę profiteri cogunt eos, qui pecunias crediderint. Itaq; ait: Postquam detecta est magnitudo æris alieni per hanc fraudem contracti. FERALIA quæ proxime fuissent, diem finiri placuit.) Ante legebatur Fœneralia. Gelenius, Feralia immutauit. Mihi placet magis prior lectio. Proxima enim Fœneralia vocat, diem, quo proxime de fœnore constringendo actum erat. Iusserunt ergo, vt omnes socij profiterentur pecunias, quas credidissent Romanis ab illo die, quo cautum erat, ne ciuis ciuem fœnore opprimere posset. Cui legi fraus facta fuerat nomina in socios transcribendo.

SEX. Aelius Pætus, & Cn. Cornelius Cethegus.) C. Cornelius. ex censura Capitolina. EODEM anno

707 coloniam Latinam in agrum Ferentinum triumuiri deduxerunt Cn. Manlius Vulso, L. Apustius Fullo, P. Aelius Tubero, cuius lege deducebantur tria millia peditum ferè, CCC. equites. numerus exiguus pro copia agri.) Vet. lib. habeot, pro deducebantur, deducebatur. Quæ lectio me admonuit locum hunc ita mendosè legi. vt sententiæ Liuianæ sanitas non extaret. Extabit autem certè, si non solum, deducebatur, sed pro Fere, Iere, legerimus. Ita: Aelius Tubero cuius lege deducebatur, id est, colonia. Tria millia peditum iere, CCC. equites. Sic paulò pòst in alius coloniæ deductione. Tria millia & septingenti pedites ierunt, trecenti equites. Quod autem scriptum est in agrum Ferentinum, legendum est in agrum Thurinum: primùm, quia Vet. lib. habent Trentinum, Tum autem quia superiore anno dixit. Exitu huius anni Q. Aelius Tubero tribunus pl. ex S. C. tulit ad plebem, plebesq; sciuit, vt Latinæ duę colonię, vnà in Bruttios, altera in agrum Thurinum deduceretur. his deducendis triumuiri creati, quibus in triennium imperium esset, in Bruttios Q. Næuius, M. Minucius Rufus, M. Furius Crassipes. in Thurinum agrum Cn. Manlius, Q. Aelius, L. Apustius. Porrò autem legendum est, Q. Aelius Tubero, quia ait: Cuius lege deducebatur. at Q. Tubero legem tulit, non P. Eo propior inuidiæ.) Vet. lib. Inuidiam. PRO legato & participe administrandi belli.) Vet. lib Administrati. Rectè. nam dixit, L. Quintius qui classi in Græcia præfuerat.

708 VT prẹferetur candidato, quem Africanus frater ducebat.) Vet. lib. Quem Africanus, fraterq; ducebant. Significat autem Cn. Scipionem à P. & L. Scipionis Africano, & eò, qui pòst Asiaticus dictus est, esse deductum. AENOBARBVS.) Ahenobarbus, vt suprà. FVLVIVS Centimalus.) Centumalus, vt suprà. ATTILIVS Seranus.) Atilius Serranus, vt suprà. BEBIVS Pamphilus.) Bæbius Tamphilus, vt suprà. RAPHIÆ in Phœnice.) Stephanus ῥαφία πόλις συρίας.

709 AD Pisidas, qui circa Selgam incolunt.) Steph. Σέλγη πόλις πισιδίας.

VILLIVS cum Pisidiæ bello occupatum esse regem audisset, Ephesum profectus.) Hoc de P. Scipione ait

710 Appianus: ῥωμαίων δὲ πρέσβεις [illegible] ἐπὶ τὸν βασιλέα [illegible] ἐς Πισίδας ἐν ἐφέσῳ [illegible]. RESPONDISSET Alexandrum.) Vet. lib. Respondisse, ita paulo pòst: Dixisse, sic Appianus: [illegible] ὁ μακεδὼν ἀλέξανδρος. TVM risum obortum Scipioni, Scipionem subiecisse. Sic Appianus: [illegible] γελάσας. ANTIOCHO, quam similem daret sedem, vt procul ab se honorem eum quoq; ablegaret, non habuisset.) Perspicuè legendum est, Per honorem.

712 ANNIBAL non adhibitus est in consilium propter colloquia cum Villio suspectus regi, & in nullo postea honore

honore habitus. Primo eam contumeliam tacitus tulit, deinde.) Ex veteribus libris verbum Est, tolli debet, vt omnia ad verbum Tulit referantur. PROFICISCI ambo in prouincias placuit.) Vet. lib. Ambos.

AEDES liberæ Attalo, ac lautia decretia.) Vet. lib. Aedes liberæ, locus, lautia decreta, vt lib. 30. Aedes liberæ, 714
loca, lautia legatis decreta.

NAVIS erat quadriremis vetus capta annis octoginta antè.) Quadraginta, legendum ex Plutarcho, qui me- 715
minit huius nauis in Philopœmene, his verbis: ἀλλὰ καὶ ναῦν τινὰ παλαιὰν μὲν, ἔνδοξον δὲ δι᾽ ἐτῶν τεσσαράκοντα κατασπάσας ἐπλήρωσεν. PVTREM eam admodum.) Vet. lib. Putrem iam admodum. AC tum prætoria naue præcedente classem.) Ex vet. lib. Legendum est, Hac tum. Veterem enim nauem pro prætoria vsurpatam à Philopœmene ait. IPSE Philopœmen in leui speculatoria naue fuit, nec ante fugæ finem, quàm Patras ventum sit, fecit.) Lege, in leui piscatoria naue fugit. Ità enim maius periculum Philopœmenis ostenditur. TERTIA parte copiarum ab obsidione Gythei abducta ad Pleias posuit castra. Imminet is locus & Leucis, & Acris.) Legendum est, ad Eliam, non ad Pleias, quas meritò queritur Glareanus se in Laconica non reperire. Item Acrijs, non Acris, id docet locus vnus Polybij, qui est lib. 5. vbi horum oppidorum omnium meminit. Eius verba sunt: μεταλαβόμενος δ᾽ αὖθις ἐποιεῖτο τὴν πορείαν παρὰ τὴν θάλατταν ὡς ἐπὶ τὸ ναύσταθμον τῶν Λακεδαιμονίων, ὃ καλεῖται μὲν Γύθιον, ἔχει δὲ ἀσφαλῆ λιμένα, τῆς δὲ πόλεως ἀπέχει τριάκοντα στάδια. τοῦτο δ᾽ ἀπολιπὼν κατὰ πορείας δεξιὸν κατεστρατοπέδευσε πρὸς τὴν Ἑλίαν, ἥτις ἐστὶν ὡς πρὸς μέρος θεωρουμένη, πλείστη καὶ καλλίστη χώρα τῆς Λακωνικῆς. ὅθεν ἀφεὶς τὰς προνομὰς, αὐτόν τε τὸν τόπον τοῦτον κατεπυρπόλει, καὶ διέφθειρε τοὺς ἐν αὐτῷ καρπούς, ἐφικνεῖτο δὲ ταῖς προνομαῖς, καὶ πρὸς Ἀκρείας, καὶ Λεύκας.

VNVM de auxiliaribus.) Vet. lib. Et auxiliaribus. CAPTIQVE in ea fuga sunt.) Vet. lib. Captiq; in fu- 717
ga sunt. DVARVM portarum itineribus, quæ Pheras, quæq; Barbosthenem ferunt.) Pheras in agro Laconico non reperies, sed Pharim, teste Stephano, qui inquit: Φάρις πόλις τῆς Λακωνικῆς. οἱ πολῖται Φαρῖται, ὡς Παυσανίας. Ὅμηρος· Φᾶρίν τε Σπάρτην τε. Pausanias in Laconicis: Ἀμύκλαι, καὶ Φάρις, coniungit.

MAGNÆ cùm ob eleganter actam vitam auctoritatis, tum.) Vet. lib. Magnæ cùm cùm ob, id est, magnæ eo 718
tempore auctoritatis. alij: Magnerum, per vitium. EOQVE ipso tempore Thoas princeps gentis, quem miserant ad Antiochum, redierat.) Videndum est etiam atq; etiam, quid sit, quod paulò antè dixit hoc eodem libro. Thoas prætor Aetolorum legatos censuit circa reges mittendos. Democritus ad Nabin, Nicander ad Philippum, Dicearchus frater prætoris ad Antiochū est missus, nunc verò ab Antiocho Thoantem redijsse ait. Appianus quidem Thoantem legatorum, qui missi ad Antiochum sunt principem facit, cùm ait in Syrio: Ἀντιόχῳ δὲ ἧκον Αἰτωλῶν πρέσβεις, ὧν Θόας ἦρχεν. Qui locus me admonet, vt hoc loco legā, Princeps legationis, quam miserant ad Antiochum. NVNC quoq; inquit, Si modo vos quæ inchoastis.) Qui ita interpungunt hæc verba, orationis initium à voce, si, ducunt. cùm sit ducendum à voce, Nunc. Sunt autem ita distinguenda verba, vt à voce, si modo vsque ad vocem, exitum, parenthesi concludantur.

QVAM senatum Romanum cum Antiocho lanistis Aetolis non sine motu magno generis humani, & per- 719
nicie Græciæ dimicare.) Antea legebatur, cum Antiocho admistis Aetolis, quo pacto legitur in veteribus libris. Quamobrem non video cur displicuerit hæc lectio Gelenio, & cur hoc loco metaphoram à gladiatoribus & lanistis ductam tantopere adamarit. OMNIA nouare velle.) Vet. lib. Nouari. PRO se quisque reuocare iubebant.) Vet. lib. Reuocari.

EVM totius gratiam rei apud Lacedæmonios laturum.) Vet. lib. Eum potius, hoc sensu: Qui tyrannum in- 720
terfecisset Lacedæmoniorum, tantum abfuturum, vt rem ingratam Lacedæmonijs faceret, vt gratiam potius ab illis iniret. PEDITVM, equitumq; ac nauium.) Vet. lib. Peditum, equitum, nauiumq;. SVVM consilium meo interponet.) Vet. lib. in eo, id est, in ea re aggredienda & agenda. PONERE hastas equites Alexamenus iubet, & se intueri.) Miratur Glareanus Alexamenum iussisse, vt equites ponerēt hastas, cùm tamen duobus post versibus dicat, Iacentem equites confodiunt. Est autem accipiendum ponere non pro abijcere, sed pro, reclinare. Intellexit enim Alexamenus erectas hastas conspectum sui equitibus esse intersepturas, quos se intueri iubebat, tanquam quid ipse facturus esset ignaros. Sic libro primo: Tullius Hostilius suos erigere hastas iussit, ne socios Albanos fugientes viderent. Non ergo eos iussit hastas abijcere, sed inuadendi causa eas pectori apponentes ad se imitandum præsto esse.

NEC mouisset se quisquam, si extemplò positis armis vocata in concionem multitudo fuisset, & oratio ha- 721
bita tempori conueniens. Frequentes inde retenti in armis Aetoli sine iniuria cuiusquam.) Ne hęc quidem inter se repugnant, Positis armis, & Retenti in armis, vt videtur. Hoc enim vult Liuius, Nec se quisquam Lacedæmoniorum mouisset, si Alexamenus interfecto eorum tyranno arma posuisset, & vocata multitudine in concionem orationem tempori conuenientem habuisset. Retinuit ergo Aetolos in armis, sed tamen sine iniuria cuiusquam. Itaq; omnia in maturandam perniciem Alexameni, & sociorum sunt acta. OCCVPATA erat.) fuerat. ex vet. lib. MICTION.) Mictio, ex vet lib. Hic ab Appiano dicitur Μικυθίων.

CVM Romanus vt in tegros increparet Magnetas.) procul dubio Ingratos legendum est. Hoc elicitur ex su- 722
perioribus verbis his: Quintius quidem adeò exarsit ira, vt manus ad cœlum tendens, deos testes ingrati, ac perfidi animi Magnetum inuocaret. DIVTIVS alter, sed segnior.) Vet. lib. Diutior.

SORTES duæ vrbanaq;, & inter ciues ac peregrinos.) Vet. lib. Vrbana peregrinaq; & inter ciues ac peregri- 723
nos. Ego, vrbana, peregrinaq;: reliqua enim glossema sunt. MINVS quempiam ei classi.) Vet. lib. quenquam. 724

IMPETVS relanguescat regis.) Vet. lib. elanguescat. Sic paulò pòst: Non esse elanguescendum.

NEQVE vindice libertatis vllo indigere.) Vet. lib. Egere. IAM inde à Barcillæ morte, & quæ secutæ eam 725
fuerant.) Vet. lib. Iam inde à Bracchillæ morte, & quæ secuta eam fuerant. MARIA, terras inani sonitu verborum.) Vet. lib. Terrasq;. AMINANDER vxorem Apamiam Alexandri cuiusdam Megalopolitani habebat.) Ijsdem prope verbis hanc rem persequitur Appianus in Syrio, Vxorem autem Ἀπάμαν vocat. ELYMÆOS & Caddusios.) Cadduslos, scribe: sic enim Polybius lib. 5. Ἐλυμαίων, καὶ Καδδουσίων.

Ex legatorum sermone potuisset apparere.) Vet. lib. potuisse. EST autem res simillima cœnæ Chalci- 726
densis hospitis mei.) Idem Plutarchus in Flaminino, & in Apophthegmatis.

TEMPLVM est Apollinis Delium.) Appianus in Syrio: Δήλιον ἐστὶ ἱερὸν τι χώριον Ἀπόλλωνος. SED expertæ 727
potius, spectatæq; Romanorum fidei credere.) Vet. lib. Sed expertæ toties, spectatæq;. NIHIL immò tam alienum rebus vestris est.) Vet. lib. Nihil tam vanum, immò tam alienum rebus vestris est.

IN LIBRVM XXXVI.

M. ACILIVM Glabrionem consules.) Plutarchus in Quinctio Μάνιον Ἀκίλιον. Appianus in Syriaca, Ἀκίλιον Μάνιον Γλαβρίωνα, Capitolini auctores M'. Acilium Glabrionem vocant. 728

L. VALERIVM, si ita videretur, proprætorem in prouincia retinere.) Vet. lib pro prætore.

DVAS decimas frumenti.) Vet. lib. decumas: Rectè. Hinc enim decumani dicti, qui decumas redimunt. 729

Pædianus. QVI senatores essent, quibusq; sententiam in senatu dicere liceret.) Sic locutus est lib. 33 Consules, inquit, edixerunt, quoties senatum vocassent, vti senatores, quibusq; in senatu sententiam dicere liceret, ad portam Capenam conuenirent. Quid autem interfuerit inter eos, quibus licebat in senatu sententiam dicere, & senatores, docet Festus his verbis: Qui post lustrum conditum ex iunioribus magistratum capere in senatu sententiam dicunt, non tamen senatores vocantur, antequam in senioribus sint censi. Et Gellius his: Qui nondum à censoribus in senatum lecti erant, senatores non erant, sed quia honoribus populi vsi erant, in senatum veniebant, & sententiæ ius habebant. Nam & curulibus magistratibus functi, qui nondum à censoribus in senatum lecti erant, senatores non erant. & quia in postremis scripti erant, non rogabantur sententias, sed quas principes dixerant, in eas descendebant. Hoc significabat edictum, quo nunc quoq; consules, cùm senatores in curiam vocant, seruandæ consuetudinis causa translatione vtuntur. Senatores, quibusq; in senatu sententiam dicere licet. CARTHAGINIENSES tritici modium mille, hordei quingēta millia.) Summa tritici mendose videtur esse. Nam lib. 43. ijdem Carthaginienses tritici decies centum millia, hordei quingenta pollicentur. Idem ex summa etiam oblata à Massanisa & hoc tempore & illo potest intelligi.

730 BARCILLÆ.) Brachillæ, vt antè dixi. PER multa iam secula.) Sæcula, cum diphtongo. In Capitolinis lapidibus, Ludi sęculares. LABENTE egregia quondam disciplina gentis, & multorum eo statu, qui diuturnus esse sine mutatione rerum non posset.) Ex hoc loco quem deprauatum esse censet Glareanus, hunc ipse elicio sensum. Bœotiam causæ in speciem iræ aduersus Romanos habuisse, Brachillæ necem, & illatū Coroneę à Quinctio bellum, reuera autem, quod per multa iam sæcula publicè, priuatimq; egregia quondam disciplina gentis laberetur, atq; is reip. status qui in multorum potestate est, qui diu conseruari non potest, nisi nouarum sæpe rerum mutationes existant.

731 IPSE cum omnibus terrestribus copijs in Byllinum agrum procedes, inde Gręcię pręsidebis, & speciem Romanis traiecturum te præbens, &, si res poposcerit, traiecturus. Glareanus Byllionium legit. puto tamen Byllitium ferri posse. Byllidis enim agrum intelligit, quæ vrbe in Illyrio maritima est, auctore Stephano: βυλλὶς πόλις ἰλλυρίδος παραθαλασσία. Hæc autem verba græcè sic expressit Appianus in Syriaca: αὐτὸν δὲ σὺν τῷ πεζῷ κατὰ ... τῆς ἑλλάδος ... ἰταλίας ... Et Plutarchus in Bruto: τὰς περὶ τὴν βυλλίδα τόπους. Idem Stephanus Bullinos populos esse ad Illyricum ait. NISI quod ad classem, copiasq; accersendas ex Asia Polyxenidam misit.) Hoc sic Appianus: πλὴν ὅτι πολυξενίδαν ἐπὶ τὴν στρατιὰν ἐς τὴν ἀσίαν ἔπεμψε.

732 ITAQVE qui ad tempus fortunam esset in consilio habiturus, is extemplò ad M. Bæbium proprætorem misit.) Hanc sententiam sic etiam vertit Appianus: ὁ ... φίλιππος ... καὶ ... ῥωμαίων, βαιβίῳ τε στρατηγῷ αὐτῶν ... &c.

733 OCCVPAT Pellinæum.) Strabo lib. 9. πελλιναῖον item vocat. at Stephanus πελλίναν. Inquit enim: πελλίνα πόλις θετταλίας ἐν τῷ φθιώτιδι. M. BÆBIVS interim cum Philippo in Dassaritijs congressus Ap. Claudium ex communi consilio ad præsidium Larissæ misit, qui per Macedoniam magnis itineribus, &c. Appianus hæc ita: καὶ ὁ βαίβιος ... ἄππιον κλαύδιον μετὰ δισχιλίων πεζῶν εἰς θετταλίαν. REX Chalcidem à Demetriade profectus amore captus virginis Chalcidensis Cleoptolemi filiæ, cum patrem primo adlegando, deinde coram orando fatigasset, inuitum se grauioris fortunæ cōditioni illigantem, tandem impetrata re, tanquam in media pace nuptias celebrat, & reliquum hyemis oblitus, quantas simul duas res suscepisset, bellū Romanum, & Græciam liberandam, omissa omnium rerum cura in conuiuijs, & vinum sequentibus voluptatibus, ac deinde ex fatigatione magis quàm satietate earum in somno traduxit.) Hæc ex Polybij lib. 20. sumpta sunt, si Athenæo credimus, qui libro 10. ita scribit: ἀντίοχος δὲ ὁ μέγας ἐπικαλούμενος, ὃν ῥωμαῖοι καθεῖλον, ὥς φησι πολύβιος ἐν τῇ εἰκοστῇ, παρελθὼν εἰς χαλκίδα ... γάμους ... ἔτη γεγονὼς ... ῥωμαίους πόλεμον ... χαλκιδικῆς ... χαίρων ... θυγάτηρ ... καὶ τοὺς γάμους συντελῶν ἐν τῇ χαλκίδι αὐτόθι διέτριψε τὸν χειμῶνα ... ὄνομα εὔβοιαν. Eadem scribit Plutarchus in Flaminino. Porrò autem, quod ait Liuius, Adlegando fatigat, id est, per legatos solicitat. ITAQVE principio veris cùm per Phocidem Cheroneam, quo conuenire omnem vndiq; exercitum iusserat, venisset, facilè animaduertit nihilo seuerior e disciplina quàm ducem hybernasse.) Quærit Glareanus quo modo ex Chalcide per Phocidem Cheronæam Antiochus venerit, quam autem quæstionem pouit, nō rectè explicat. Chalcidem enim accipit Aetoliæ, non Eubœæ, parum scite. Esse aūt legendum, Per Phocidem in Acarniam cùm Liuius tū Appianus ostendūt. Liuius paulò pòst ita: Rex præsidio Medione imposito, & in quibusdam alijs Acarnaniæ oppidis Thyriū discessit, & per Aetoliæ ac Phocidis vrbes Chalcidem redijt. Appian. etiam apertius sic: ἀρχομένου δ' ἦρος ... ἐς ἀκαρνανίαν ... Item: ... ἀκαρνανίας ... χαλκίδα ... [Glareanus de Chalcide Aetolię dubitat, nihil asseuerās imò reprehendens.] STRATVM Aetoliæ.) Stephan. Stratū Acarnaniæ esse ait. ROMANÆ classis, quæ cùm Attalo) Lege, Attilio. Est enim A. Attilius classis Rom. præfectus. MEDEONEM, & Tyrreum.) Medionem habent lib. vet. & rectè, est enim Medion oppidum ad Aetoliam, auctore Stephano: μεδίων πόλις πρὸς τῇ αἰτωλίᾳ. Item Thyrium scribendum est, quod est Acarnaniæ oppidum, teste eodem: θύριον ἀκαρνανίας, διὰ τοῦ ι, τὸ ἐθνικὸν θυριεύς.

734 PETERENTQVE ab eo, vt Medeonis super tanta re consultare in concilio Acarnanum pateretur.) Vet. lib. Medios, habent. Apertè tamen legendum est, Medionios. inquit enim Stephanus ciues Medionis oppidi esse μεδιωνίους. IN eam legationem Mnesilochus, & qui eius factionis erant, collecti.) Vet. lib. Coniecti, egregiè. Sic est locutus lib. 45. Tribum sortirentur, in quam omnes, qui seruitutem seruissent, conijcerent. Eodem modo legendum est apud Ciceronem in 5. Philippica, Totum deniq; commessationis Antonianæ chorum in tertiam decuriam iudicum scitote esse coniectū, non collectum, vt vulgò legitur. THYRENSES.) Thyrienses, à Thyrio. Nam Stephanus ait gentem θυριεῖς appellari. IN Dassaretis congressi.) Dassaritis quippe qui auctore Stephano aut δασσαρῆται, aut δασσαρῖται vocantur. BÆBIVS Phacium est aggressus.) Antè Philacium legebatur. Est autem in veteribus libris Phacium, quod nō probat Glareanus, quia nomen sit æquè, ac prius obscurum, Stephanum enim non legit, apud quem est ita: φάκιον πόλισμα θετταλίας. θουκυδίδης δ. τὸ ἐθνικὸν, φακιεύς. PHESTVM eadem celeritate capit.) φαιστὸς apud Ptolemęum. Itaq; diphthongus apponenda est. CHYRETIAS hinc, & Eritium, inquit Glareanus, vbi repetias, vix equidem scio.) Optimè, non enim Eritium, sed Ericium est legendum, quod est supra Thermopylas, auctore Stephano: ἐρίκιον ὄρος ... θερμοπυλῶν ... PER eos fortè dies M. Acilius consul cum decem millibus peditum, duobus millibus equitum, XV. elephātis mari traiecto, pedestres copias Larissam ducere delectos militū tribunos iussit.) Hæc sic vertit græcè Appianus: ῥωμαίων δὲ ... δισχιλίοις, καὶ πεζῶν ... ἐλέφασι ... πεζὸν ... λαρίσαν ...

φάλαγγα ἐς ἀντίπαλον ἐκ Βρεττίων διαβάλλοντες ἐπὶ Θεσσαλίας ἐβάδιζον, καὶ τὰς πόλεις ἐξῄρουν τῶν πολεμίων. Non est autem menda apud Liuium, qui non XX. millia peditum, vt Appianus, sed X. millia, scribat. Etenim & antè, & pòst etiam duas tantum legiones primam, & tertiam adduxisse Acilium ait. ET Philippus Megalopolitanus.) Sic Appianus: καὶ τὸν μεγαλοπολίτην φίλιππον αἰχμάλωτον ἔλαβον.

CÆTERA multitudo Athamanum, aut militum Antiochi regis, quæ in præsidijs deditorum per eos dies 735
oppidorum fuerat, Philippo tradite regi est. fuere autem ad tria millia hominum.) Appianus ita: ὅλοι δὲ καὶ τῶν ἀντιόχου ἐς τρισχιλίους. IN itinere ab Pieria, & Metropoli. Suprà ostendi, ab Pialia & Metropoli esse legendũ, auctore Stephano: vrbem enim in Thessalia quærimus Metropoli finitimam. ITA Athamania omnis in ius ditionemq; Philippi concessit.) Appianus ita: καὶ ὁ φίλιππος ἐς ἀθαμανίαν ἐμβαλὼν πᾶσαν αὐτὴν ὑπήκοον ἔλαβε, ἀμυνάνδρου φυγόντος ἐς ἀμβρακίαν. PROBRNAM inde recepit.) Quia Strabo lib. 9. Πρόερναν edit, nihil muto, quanquam Stephanus Proarna neutro genere scribendũ esse docet, Πρόερνα πόλις μεταξὺ, ἔστι τρίπος. οἱ οἰκήτορες προερνεῖς. IAM & ipse eo decem millia ferè peditum ex ijs, qui postea venerant ex Asia expleta, & equites quingentos duxit.) Appianus ita: χρωμένων δὲ τούτων. τῶν μὲν οἰκείων πεζῶν μυρίων, καὶ ἱππέων πεντακοσίων, ἐπὶ δὲ τούτοις διὰ τινῶν συμμάχων θερμοπύλας κατέλαβε. AB Leucade.) Vet. lib. Ab Leucate. Sic Vergil. Feruere Leucaten. Item: Leucatæ nimbosa cacumina montis. Sic alibi Liuius. ANTE saltum Thermopylarum septentrionem versus Epirus & Perrhæbia.) Epirum ente saltum Thermopylarum ad septentrionem esse, rectè dictum esse, & sine librorum menda, contra quàm tradidit Glareanus, inde intelligi potest, quod Atticam à tergo ad meridiem, & Eubœam insulam collocat. Reliqua descriptio Thermopylarum, quatenus aut Occidentem spectant, aut Orientem ex Polymnia Herodoti umpta est. Thermopylarum enim, inquit, quæ pars montis Occidentem spectat, inuia, atq; dirupta est vsq; ad Oetam. Quæ autem Orientem, ea à mari excipitur. Ibi aquæ calidæ sunt, quas Ollas indigenæ vocant, & supra ara Herculi extructa est. Et murus, supra quem olim πύλαι, id est, portæ erant. persequitur deinde Leonidæ, & comitum Lacedæmoniorum mortem. qua locus illa nobilitatus est, vt paulò pòst air Liuius.

M. PORCIVM Catonem, & L. Valerium Flaccum consulares legatos.) Appianus, Plutarchus, & Cicero in 736
Catone tribunos militum appellant. Appianus ita: καὶ δύο τῶν χιλιάρχων μάρκος κάτων καὶ λεύκιος βαλέριος. Plutarchus de Catone: μετὰ δὲ ὑπατείαν χιλιαρχῶν. Caro apud Ciceronem. Quadriennio postquam consul fui, tribunus militum depugnaui, apud Thermopylas M'. Acilio Glabrioni consuli.

INSTRVIT aciem consul arcta fronte ad naturam, & angustias loci.) Appianus sic: ὁ δὲ καὶ μάνιος ἐπῆγε τὴν 737
στρατιὰν ἀντίοχος καὶ μέτωπον ἐς λόχους ὀρθίους διῃρημένην. LEVIS armaturæ partem ante vallum in primo locauit.) Eodem modo instructam aciem fuisse ab Antiocho tradit Appianus, præterquam quod in dextro cornu iaculatores, in sinistro elephantes collocatos fuisse ait, contra quàm scribit hoc loco Liuius. De Macedonibus autem pro Antiocho militantibus, non est, quod Glareanus dubitet. idem enim prodit Appianus his verbis. [Glareanus non dubitat, sed quosdam miraros esse scribit.] καὶ ὁ βασιλεὺς τοὺς μὲν ψιλοὺς, καὶ πελταστὰς προμάχεσθαι τῆς φάλαγγος ἐπέταξεν, αὐτὴν δ' ἔστησε πρὸ τοῦ στρατοπέδου ἐπὶ δεξιᾷ δ' αὐτῶν τοὺς σφενδονήτας, καὶ τοξότας ἐπὶ τῶν λόφων. τοὺς δ' ἐλέφαντας ἐς ἀριστερὰ, καὶ τὸ στῖφος ὃ μετ' αὐτῶν ἀεὶ συνετέτακτο παρὰ τὴν θάλασσαν. Item: ἐπεὶ δὲ αὐτοὺς φιλοπόνως οἱ χρώμενοι τε καὶ ἀναχωροῦν. καὶ αὖθις ἐπιὸν ἐφέστατο τοὺς μὲν ψιλοὺς ἡ φάλαγξ ἡ τῶν μακεδόνων διαστᾶσα ἐς αὐτὴν ἐδέξατο, &c. VALLVM bastis præ se obiectis fecerunt.) Sarissas Macedonicas intelligit. Sic enim Appianus: καὶ τὰς σαρίσας ἐν τάξει πυκνὰς προβαλόντες. RHODONTIAM.) Vet. lib. Rhoduotiam. græci item ῥοδουντία.

LILÆVM tamen eo die persequuti sunt hostem.) In Vet. lib. legitur Carpeiam. Glareanus autem reposuit, 738
Lilæum, quod, vt ipse ait, in eo itinere oppidñ sit, Carpeia nusquam, Inscite autem ipsum fecisse, Appianus ostendit, qoi pro Carpeiam, Scarphiam edit, his verbis: μάνιος μὲν ἐπὶ σκάρφειαν ἐδίωκεν αὐτούς. Est auté Scarphia oppidom propè Thermopylas, vbi pugnatum erat, auctore Stephano: Σκάρφεια πόλις λοκρίδος τῶν θερμοπυλῶν ἐγγύς. NEC præter quingentos, qui circa regem fuerunt ex toto exercitu quisquam effugit, etiam ex X. millibus militum, quos Polybio auctore traiecisse secum regem in Græciam scripsimus.) Eadem summa est etiam apud Appianum. Ἀντίοχος δὲ σὺν τοῖς λυθεῖσιν ἀμφὶ τοὺς μυρίους αὐτὸς δ' ὁ βασιλεὺς ἀπὸ μὲν τῆς πρώτης τροπῆς μετὰ πεντακοσίων ἱππέων εἰς ἐλάτειαν διέδραμεν. ROMANORVM centũ L. interfecti.) Appianus item ait: prope ducentos: ῥωμαίων δ' ἀμφὶ τοὺς διακοσίους. CENEVM EubϾ.) græci κήναιον. Itaq; diphthongus apponéda est. QVÆ nouissima agminis erant.) Vet. lib. Nouissimi, perspicuè verùm.

ATQVE ad Hydruotum Italiæ traiecit.) Plutarchus, Brundusium, & Tarentum ait transmisisse in Catone: 739
καὶ διαπλεύσας μὲν ἐς βρεντέσιον ἀτυχῶς, μιᾷ δὲ ἡμέρᾳ ἐκεῖθεν εἰς τάραντα, καὶ τεσσάρας ἄλλας ὁδεύσας πεμπταῖος εἰς ῥώμην ἀπὸ θαλάσσης ἀφίκετο. Strabo autem lib. 6. transmissiones in Italiam è Græcia tres fuisse tradit, Tarentum, Brundusium, & Rhegium. Plinius verò lib. 3 ab Hydrunte in Græciam transitum breuiorem ait esse, à Brundusio verò longiorem illum quidem, sed certiorem. A FLVMINE Asoto.) Ex Strabone, Herodoto, Sequestre, Asopo, legendum est. LAQVEIS, vt solet, exceptos declinabant ictus.) Vitruuius lib. III. cap. 23. Alij laqueis captos arietes, per multitudinem homioum de muro in obliquum trahunt, & cum ipsis testudinibus euertunt. ASSIDVO labore vrente.) Vet. lib. Vrgente.

TRADITVS inter cæteros principes Aetolorum, & Damocritus, qui principio belli decretum Aetolorum, 740
quo accerseodum Antiochum censuerant, T. Quintio poscenti responderat. In Italia daturum, cùm castra ibi Aetoli posuissent.) Idem Appianus ita: δαμόκριτόν τε τὸν στρατηγὸν τῶν αἰτωλῶν ἐν ἡρακλείᾳ ὁ μάνιος ἔλαβε κρυπτόμενον, ὃς φλαμινίνῳ περὶ τῆς ἐς ῥώμην ἐπιόντα στρατεύσεσθαι. ET quia Lamia composita in tumulo est, tùm regionem ea maximè despectat oppidum, qua breue interuallum videtur.) Vet. lib. Posita est. Ceterùm sensus, quem ex his verbis elicere Glareanus non potest, hic est. Et quia Lamia posita est in tumulo, & oppidum despectat regionem maximè ea parte, qua breue interuallom est ad eam oppugnádam, & omnia ab illa parte in conspectu sunt, iccircò cùm Romani Heracleam, Philippus Lamiam oppugnaret, non pari labore afficiebátur. Romani enim supra terram opera agebant. Macedones subtus cuniculis oppugnabant.

ITA recessum ab Lamia est. & propinquæ cladi vrbis ipsi ne quid simile paterentur', effugerunt.) Lamia à 741
Philippo oppugnata iussu consulis liberatur, vt ipsa paulò pòst à consule, & ab exercitu Romano capiatur, & prędaRomanorum sit, non Macedonum. Quem sensum non percepisse Glareanum valde miror. PHANEAS legationis princeps.) Græci φαίνεας. PROPE dicentem interfatus Romanum. Non in seruitutem, inquit.) Vet. lib. satis docent, vocem huic orationi deesse, sine qua vix ipsa consistere potest. Ibi enim ita est: Propè dicentem interfatus Romanum Phæneas, Non in seruitutem, inquit.

VT ad Coracem ventum, mons est altissimus inter Callipolin, & Naupactum.) Callipolin in hoc tractu 742
se legisse non meminit Glareanus. Itaq; aut Callidromũ, aut Chalcidem pro ea reponédam putat. Quam autem rectè putet, ostendit Appian. qui ita inquit: ὁ μὲν δὴ μάνιος ἐπὶ καλλιπόλεως διώδευε τὸ ὄρος, ὃ καλοῦσι κόρακα. AVDITIS legatis extemplò profectus Quintius à Megalopoli ad Diaphanem prætorem Achæorũ misit.) Meritò videndum

esse

esset admonet Glareanus, quid sit, quod eodem versu Liuius Quintium Chalcide fuisse, & à Megalopoli ad prætorem misisse dicat. Est enim intelligendum Chalcidem hanc non Eubœæ, aut Aetoliæ, sed Corinthi oppidum fuisse. Quintium autem Megalopolim profectum ad prætorem Achæorum Messenem oppugnantem misisse. Itaque, Megalopolim, legendum est, non, à Megalopoli. Siquidem subdit Liuius: Prætor circa Andaniam paruum oppidum inter Megalopolim, Messenemq; positum Quintio occurrit. De Chalcide Corinthia scribit Stephanus: itaq; paulò pòst ait: Quintius. Corinthum ad se venitent. DIAPHANEM præt. Achæorum.) Diophanem. Plut. in Quintio: Διοφάνη στρατηγοῦντα τῶν ἀχαιῶν.

743 PECVNIA pactus insulam Achæis tradidit.) Vet. lib. Pecuniam pactus. perspicuè verum. CATERVAS sicut testudinem.) Apologus hic narratur item à Plutarcho, & in Quint. & in Apophthegmatis Quintij. DOLOPIAM, Aperantiam, & Perræbiæ quasdam ciuitates.) Aperantia quę regio sit, se ignorare fatetur ingenuè Glareanus, suspicari autem corruptum nomen esse. Videtur autem non legisse Stephanum, scribentem ita: [Hoc loco ait, Videri sibi Glareanum non legisse, superius autem asseueraoter ait Glareanum oon legisse Stephanum, Quid si Glareanus legit, aliquando non tamen meminit omnium, quæ in eo legit.] Ἀπεραντία χώρα θετταλίας. τὸ ἐθνικὸν ἀπεράντιος. neq; Plutarchum in Quintio, vbi huius facti meminit ita: ἀγομένων δὲ καὶ φερομένων ὑπὸ τοῦ μακεδόνος τῶν μὲν δολόπων καὶ μαγνήτων, τῶν δὲ ἀθαμάνων καὶ ἀπεραντῶν. Ita paulò pòst Liuius: Athamaniam, Perræbiam, Aperantiam, Dolopiam. Eadem regio memoratur apud Thucydidem etiam, & Strabonem, & alios.

744 MANV tamen annuit, quid in se opis esset?) Vet. lib. Abnuit, id est, manu negauit, quicquam in se opis esse. Plutarchus: τότε μὲν οὐδὲν εἶπεν, ἀλλὰ στρεφεὶς καὶ ἀνανεύσας ἀπῆλθεν.

745 AD ludos quos proprætor in Hispania inter ipsum discrimen pugnæ vouisset.) Sic suprà lib. 35 P. Scipio proprætor Lusitanos aggressus est. In discrimioe pugnæ ludos Ioui, si fudisset, cecidissetque hostes, proprætor vouit. IVVENTVTIS ædem in circo Maximo.) Iuuentatis lego. Sic enim Cicero in Bruto: Ludis Iuuentatis, quos Salinator Senensi prælio vouerat. Deæ etiam Iuuentatis meminit in primo libro Liuius. M. CORNELIO, T. Sempronio COSS.) P. Sempronio lege, ex ipsomet Liuio, & Capitolino Consulatu.

747 CHERSONESVM petit, vt ea loca si fortè terra venirent Romani, præsidijs firmaret.) Appianus ita: ἐς τὴν χερρόνησον διαπλεύσας πάλιν αὐτὴν ὠχύρου, καὶ σηστὸν, καὶ ἄβυδον ἐπαρατεῖτο, δι' ὧν ἔδει τὴν φάλαγγα τὴν ῥωμαίων ἐς τὴν ἀσίαν ἐλθοῦσαν πεζῇ περᾶσαι SAMVM, Zacynthumq;, quia partis Aetolorum maluerant esse, depopulatus.) Vet. lib. Tamen, Zacynthumq;. Ego, Samen. De Same iosula suprà copiose dictum est. Sic enim Vergilius etiam ex Homero: Sameq; & Nemorosa Zacynthos. Liuius autem præfectus classis Zacynthum populatus est, fortè, quòd nesciret eam ab Achæis Romano populo Quintio ipso agente conessam, quod paulò antè factum esse scripsit. A PIRÆEO A. Atilius traditis successori quinq; & XX. nauibus tectis Romā est profectus Liuius vnà & LXXX. rostratis oauibus.) Hęc sic Appian. λίβιος δὲ ὁ φύλαξ τῆς ἰταλίας ἐπὶ τὴν ναυαρχίαν αἱρεθεὶς ἀτιλίῳ διάδοχος αὐτίκα ταῖς τε ἰδίαις ναυσὶν, ἃς τὴν ἰταλίαν ἔπλει, καὶ παρὰ καρχηδονίων αὐτῷ ναῦς δοθείσας, καὶ συμμαχίσιν ἄλλαις ἐς πειραιᾶ κατήχθη, καὶ τὰς ἀτιλίῳ ὅλον παραλαβὼν ἔπλει κατάφρακτας ἐγδοήκοντα, καὶ μίαν, ἑπομένων μὲν ἀφράκτων πεντήκοντα ἰδίας. καὶ ἦν κατάφρακτον καὶ τὸ δὲ τὸ ἥμισυ. TERTIO die C. nauibus, quarum LXX. Vereor ne sit legendum, CC. nauibus, quia scribit Appianus. αὐτίκα δὲ αὐτοῖς ὁ ναύαρχος τοῦ ἀντιόχου πολυξενίδας διακοσίαις ναυσὶ κουφοτέραις πολύ.

748 PHANAS portum Chiorum.) Promontorium ait esse Stephanus: φαναὶ ἀκρωτήριον τῆς χίου.

749 OBVIÆ fuere ijs V. & XX. tectæ Rhodiæ naues cū Pausistrato præfecto classis.) Appianus VII. & XX. fuisse ait: ἐν δὲ αὐτοῖς ῥοδίων νῆες συμμαχίδες ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν. Idem Pausistratum vocat παυσίμαχον. AD Canas classis venit.) Stephanus αἰγάτας αἰολίδος ἄκρα ἐκ στράβων, ἣ νῦν κανὰ, καναὶ λέγεται. POSTERO pr. creati.) Vet. lib. Postero die prætores creati.

IN EPITOMEN LIBRI XXXVII.

EVMENE rege Attali Pergameni filio) Vet. lib. Eumeo e rege Pergami Attali filio. QVI cum Antiocho bellauerat.) Vet. lib. Debellauerat, rectè. COGNOMINE fratri coæquatus.) Libri veteres, exæquatus.

IN LIBRVM XXXVII.

751 QVOD Laurentibus carnis. quæ dari deberet, data non fuerat. Dubitat Glareanus, ne quid vitij sit in voce, Carnis, neq; enim legit Priscianum, qui libro sexto citatis his Liuij verbis libro historiarū ab vrb. cond. XXXVII. ostendit, Carnis in recto casu etiam rectè dici. præterea idem habet, Quæ dari debet, non deberet, quæ lectio est etiam vetustorum librorum. [Hic rursus ait Glareanum non legisse Priscianum, cùm tamen Glareanus admoneat hoc loco lectores, ne quid mutetur esse antiquum nominatiuum Carnis pro Caro. Hic Glareanus iustam causam inuehendi haberet, si non maioribus curis animum dedisset.] MEDIO fermè diei.) Vet. lib. Medio fermè die.

752 IAM in sinum Maliacum venerat.) Si L. Scipio exposito Apolloniæ exercitu per Epirum, atque Thessaliam in Aetoliam venit, vt & superiore versu ait Liuius, & paulò pòst, cùm inquit: Ab Amphissa Thessaliam repent, videndum est, quemadmodum in Maliacum sinum venerit, atq; ante in sinū venerit, quàm Hypatam. neq; enim mari venisse in sinum ex verbis Liuij intelligi potest, neque item ex Appiano, qui ita ait: σκιπίων δὲ ἐξελθὼν ἀφικόμενος ἐς αἰτωλίαν μετὰ τοῦ στρατοῦ, καὶ τὸ παρὰ στρατὸν παραλαβὼν, τοὺς μὲν ἐν αἰτωλίᾳ πολιορκίας ὑπερεῖδεν. Ex his autem locis, quæ hoc loco nominata sunt, Sinus Maliacus est suprà Eubœam insulam. Hypata est oppidom Thessaliæ, siquidem est in Perræbia Thessaliæ regione. Amphissa Locrorum Ozolorum non longè à Naupacto. Cùm ergo Scipio per Epirum & Thessaliam in Aetoliam veniret nuncios Hypatam, vt se dederet, præmisit, & re infecta, ducit Amphissam Aetolorum, inde ab eius obsidione, inquit, Thessaliam repetit vt per Macedoniam, & Thraciam duceret exercitum in Asiam. Hæc cùm ita sint, apparet non in sinum Maliacum, qui suprà Eubœam est. Scipionem venisse, sed in finem Maliacum. Est autem Malœa oppidum in Perræbia Thessalię, Liuio ipso auctore. itaq; lib. 42. ait: Per Thessaliam & Maliensem agrum cum exercitu contra fœdus Delphos isti. Stephanus illos μαλιεῖς. hos μηλιεῖς vocat. sic enim scribit: μαλιεὺς πόλις ἐπώνυμος τῶν μαλιέων. ὁ πολίτης μαλιεύς. ἔστι καὶ μαλιακὸς κόλπος. λέγονται καὶ μαλιᾶται. pòst autem μῆλος νῆσος μία τῶν κυκλάδων. τὸ ἐθνικὸν μήλιοι, οἱ δὲ ἐν θετταλίᾳ μηλιεῖς. καὶ διὰ τὸ ἄλσος δωρικῶς μαλιεῖς. γίγνεται καὶ ἀπὸ τοῦ μῆλος μηλιεὺς, καὶ μηλιακὸς, καὶ μηλιὰς ἡ χώρα. Vt autem hic dixit: Finem Maliacum. pro Fines. sic libro 34. Finem Pisanum. Fecit autem illustris fama sinus Maliaci, vt rudes librarij, sinum Maliacum, pro Finem scripserint. CVM TRIBVS millibus peditum, & quingentis equitibus consul veniebat.) In priore numero vitium est. Dixit enim paulò antè: Consuli in supplementum data esse ciuium Romanorum peditum

 tria

tria millia, equites centum, socium nominis latini quinq; millia, equites ducentos. Et pòst: Ad quinque millia
voluntariorum ex Romanis socijsq;, qui emerita stipendia sub imperatore P. Africano habebant, prestò fuere ex-
eunti consuli, & nomina dederunt. Quo fit, vt non tria sed tredecim millia secum duxerit. Equitum etiam nu-
merus auctus est, qood edixit, vt milites, qui in Brutijs cum A. Cornelio propræt. essent, adessent. XII. etiam mil-
lia secum adduxisse M'. Acilium, qui ante se rem gesserat, scripsit.

ITAQVE & Annibalem in Syriam miserat ad Phœnicum accersendas copias.) Appianus ita: Ἀντίοχος δὲ καὶ τῆς 753
δὲ ναυμαχίας συνθέμενος, Ἀννίβαν ἔστελλεν ἐπὶ Συρίας εἰς ναῦς ἄλλας ἔκ τε Φοινίκης, καὶ Κιλικίας παραγαγεῖν. IN portum, quem
vocant Achæorum.) Sic Appianus, καὶ ἐνθάδε μὲν αὐτοῖς, καὶ φοίνιον, καὶ ὁ ἀχαιῶν λιμὴν, καὶ πολλὰ ἄλλα προσεθέτο. ELEVNTE.)
Elæunte. sic enim græci.

PYGELA portum tenuit.) Stephanus: πύγελα πόλις Ἰωνίας. 754

QVINQVE tantum naues cum duabus Cois effugerunt, terrore flammę micantis via sibi inter confertas na- 755
ues facta.) Septem non quinq; edit Appianus: καὶ τῶν νεῶν ἑπτὰ μόνον αἱ τὸ πῦρ ἔφερον, ὅθεν δὲ αὐτῇ διὰ τὴν φλόγα προσιόντος,
ἔσωζον. CYMÆ, aliæq; eiusdem oræ vrbes.) Vet. lib. Cyma. Item Appianus: κύμη, καὶ ἐπὶ τῇ δὲ τῇ ὕλῃ φώκαια αὐτίκα,
καὶ σάμος, καὶ κύμη πρὸς αὐτίοχον μετετίθετο. EVMENES Elæam venit.) Appianus: ἦδεν δ' εὐμενὴς ἐς ἐλαίαν τὸ τῆς ἀρχῆς ἐπίνειον
ἀπέπλει. INDE ad Macrin, quam vocant, insulam traiecit.) Macrin Eubœam dictam esse auctores sunt Strabo,
Stephanus, Dionysius, ὁ περιηγητής. Esse præterea alteram insulam Macrin inter Cycladas tradit Eustathius in
Dionysium his verbis: λέγεται δὲ μάκρις καὶ κυκλάδων μία, ὅπου ἴσως, ἀφ' ἧς νομίζουσι πρὸς εὔβοιαν καὶ τὸ ἰκάριον πέλαγος.

CLAVSVM'QVE iam mare commeantibus Italicis erat.) Vet. lib. Id mate. OBVIAM à Liuio.) Vet. lib. 756
Ab Liuio. SIVE enim abscendant.) Vet. lib. Si enim, probo: Nam sequitur, Siu autem.

IN Telmeßicum profecti sinum.) Vet. lib. Telmißicum, & græci, τελμισσὸν oppidum vocant. IN Bar- 757
gylletico sinu.) In vet. lib. est, in Bargilyam, & Icoson, mendose, illud quidem, verùm ita tamen, vt appareat Bar-
gyliaco esse legendum. Græci enim Βαργυλία, & Βαργυλιακὸν κόλπον vocant.

ARCEM'QVE regni Pergamum ducit oppugnandum.) Vet. lib. Oppugnâdam. 758

AGRVM opulentum, quem vocant Thebes campum, carmine Homeri oobilitatum.) Homerus Iliados ζ. 759
καρπαλίμως διαπορθήσας, καὶ τείχεα θήβης. & α. ᾠχόμεθ' ἐς θήβην ἱερὴν πόλιν ἠετίωνος. Multos alios versus afferre possum, qui-
bus Thebes Homerus ita meminit, vt verè Liuius nobilitatam ab eo fuisse dixerit. PER eosdem dies fortè
Elæam ex Achaia mille pedites cum centum equitibus Diophanes omnibus his copijs præposito, accessetût.) Ap-
pianus ita: ἦλθον δὲ καὶ πρὸς τὸν ἀχαιῶν δήμου σύμμαχοι χίλιοι πεζοὶ, καὶ ἱππεῖς ἑκατὸν ἐπίλεκτοι, ὧν διοφάνης ὁ στρατηγός.

PRÆSIDIVM mille armatorum.) Vet. lib. Trium millium. 760

PHILIPPVM, & Nabin hostes & bello superatos ab T. Quintio, tamen in regno relictos.) Perspicuè apparet 761
legendum esse, Vt bello. Vt autem pro, Quamuis accipiendum, cùm sequatur, Tamen.

VEL victam semel classem vincere iterùm.) Vet. lib. Iterum vincere. A SVA parte belli.) Ab sua. & item 762
ab Samo, ex vet. lib.

MYONESVS promontorium est inter Teium, Samumq;.) Teum legẽdum est ex vet. lib. & græcis. Stepha- 763
nus ita: μυόννησος πόλις μεταξὺ τέω, καὶ λεβέδου. Item: τέως πόλις ἰωνίας ἐν πενταπόλει. EVDAMVS Rhodius.) Eudo-
rum hunc vocat Appianus. APTIVS visum esset Romanis, in eum portum, qui ante vrbem est, classem trai-
ire.) Vet. lib. Classe.

AB Romanis LXXX. naues pugnabant, ex quibus Rhodiæ duæ & XX erant. Hostium classis vndenonagin- 764
ta nauium fuit.) Appianus: ἐς ναυμαχίαν συνῄεσαν πολεμίων δὲ μὲν ναυσὶν ἐνενήκοντα κατάφρακτοις, λίβιος δ' ὁ ῥωμαίων ναύαρ-
χος ὀγδοήκοντα καὶ πέντε, καὶ τούτων ἦσαν ῥόδιαι εἴκοσι, καὶ πέντε. Quibus ex verbis apparet apud Liuium, quinq; & viginti le-
gendum. Qui error ex nota numeri emanauit, V. & II. QVADRAGINTA duabus nauibus in ea pugna amißis,
quarum tredecim captæ in potestatem hostium venerunt. cæteræ incensæ aut demersæ Romanorum duæ naues
fractæ sunt, vulneratæ aliquot, Rhodia vna capta memorabili casu.) Hæc sic Appianus: καὶ διεφθάρησαν ἀντιόχου ναῦς μι-
ᾶς δέουσαι πεντήκοντα, ὧν τρεισκαίδεκα αὐτοῖς ἀνδράσιν ἐλήφθησαν. ῥωμαίων δὲ ἀπώλοντο μόναι δύο, καὶ ὁ πολεμάρχων τὴν ῥοδίαν ναῦν ἐπα-
γόμενος ἐς τὴν ἔφορον κατείχετο. RHODIA vna capta memorabili casu. Nam cum rostro percußisset Sidoniam
nauem, anchora ictu ipso excussa è naue sua, vnco dente, velut manu ferrea iniecta, alligauit alterius proram. in-
de tumultu iniecto. cum diuellere se ab hoste cupientes inhiberent Rhodij, tractum anchorale, & implicitum re-
mis latus alterum deterſit, debilitatam ea ipsa, quæ icta cohæserat, nauim cepit.) Qui loci huius sententiam asse-
quuti non sunt, quæ lectione vetere continebatur, ij dum emendare conati sunt, penitus deformarunt. alij au-
tem: Tractum Anchorale: alij tracta Anchora, & implicita remis, ex ingenio reposuerunt: Cùm sit in vet. lib. om-
nibus: Tractu anchorali, & implicitum remis latus: hoc sensu: Rhodia nauis, inquit, vna capta memorabili casu.
Nam cum ipsa rostro percußisset Sidoniam nauem, anchora ictu ipso è naue sua Sidonia excussa, vnco dente, ve-
lut manu ferrea alligauit Rhodiæ proram, &, cùm inde diuellere se tumultu iniecto cupientes Rhodij inhibe-
rent, tractu anchorali latus alterum Rhodiæ nauis remis implicitum detersit. Ita debilitatam Rhodiam nauem
Sidonia, quæ ante à Rhodia percussa cohæserat cepit. Est igitur hæc tota oratio referenda ad rectum illum casum,
Anchora, quę & alligauit proram Rhodię nauis, & tractu anchorali latus eius alterum remis implicitum detersit.
Duo enim significat incommoda ab illa anchora esse illata, alterum ab vnco dẽte, quo alligata Rhodiæ prora est,
alterum à loris, quibus anchora tenetur, à quibus remi alterius lateris eiusdem nauis detersi, atq; recisi sunt. Hunc
etiam sensum expreßit Appianus ita: μετὰ δὲ ῥοδίας ναῦς ἐς σιδωνίας ἐμβαλούσης, καὶ τῆς ἀγκύρας ἀποτιναχθείσης ἐς τὴν ῥοδίαν ἐνέχυ-
το, καὶ συνεδέθησαν ἄμφω πρὸς ἀλλήλας. ARIARATEN.) Ariarathen, græci enim ἀριαράθην. DIREPTIS ante por-
tum nauibus, cum confeßionem concesſi maris vltimam hosti expreßisset.) Lege, directis: ea enim & veterum
librorum lectio. & is fuit mos, vt victores in conspectu eorum, qui victi essent, instruerentur, & ea re confeßio-
nem victoriæ ab hoste elicerent. Itaq; lib. priore ait, Ij adiunctis Ephesum hostem persecuti, ante ostium portus
acie instructâ steterunt. Posteaquam confeßionem victis satis expresserunt, &c. RHODIAS parte prædæ, &
spolijs decoratas.) Vet. lib. Rhodios, &, Decoratos.

A CHALCIDE Oreum petentem.) Appianus, a Chalcide Demetriadem, habet, ἐς δημητριάδα ἐκ χαλκίδος δια- 766
πλέοντα. ALEXANDRIAM Troadem.) Appianus: τὴν ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπὶ χαρίκῳ vocat. NON solum fre-
nis, sed etiam iugo accepto.) Plutarchus aliter in apophtegmatis. Non solum freno, sed etiam insessore, allusit au-
tem ad apologum equi, de quo Aristoteles lib. 2. Rhetoric. autem sic: οὐκ ἔτι πρότερον, ὅπερ, ἀλλὰ μὴ ταῦ. ὁ ἵππος καὶ τὸ χαλινὸν,
καὶ τὸ ἀναβάτην προσδέξαι.

RECEPIT se transgressus Phrygium amnem, circaque Magnesiam, quæ ad Sipylum est, posuit castra.) Ap- 767
pianus ita: μετεστρατοπέδευεν ἀμφὶ τὸ ὄρος τὸ σίπυλον, τεῖχος τὸ καρτερὸν τῷ στρατοπέδῳ ἀκατείχιζε, καὶ τὸ φρύγιον ποταμὸν ἐς πρό-
βολον τοῖς πολεμίοις ἐτίθετο.

CN. DOMITIVS ad explorandum iter.) γάϊον δομίτιον hunc appellat Plutarchus in Apophtegmatis. Sic enim 768
inquit,

inquit, γναῖος δομίτιος, ὃς συνῆν ὁ μέγας αὐτῷ λευκίῳ τῷ ἀδελφῷ λευκίῳ προκατέστησεν ἐς τὸν πρὸς ἀντίοχον πόλεμον. CONSVL Achæorum cetratis immistos auxiliares Eumenis tria millia fermè peditum æquata fronte instruxit. Glareanus hunc locum, vt obscurum notauit idemq; Achæos auxiliares, & cetratos Pergamenos interpretatur, quo sensu nullus fœdior esse potest: cum cetratos Achæos, Pergamenos Eumenis auxiliares accipere debeamus, interprete Appiano: ἐπὶ δὲ τοῖς ἱππεῦσιν, ὁ εὐμένους στρατὸς ἐτέτακτο, καὶ ἀχαιῶν πελτασταὶ ἀμφὶ τρισχιλίους. TRIBALLOS, & Cretenses.) Veteres libri habent: Tralles & Cretenses. Appianus, κρῆτες, καὶ τραλλιανοί. Glareanus tamen & hoc libro, & libro 37. pro Trallos, & Trales, vtrobiq; Triballos reponit, scilicet, quia ignorat Stephanũ ita scribere: τραλλία μοῖρα τῆς ἰλλυρίας. λέγονται καὶ τράλλοι καὶ τράλλεις παρὰ θεοπόμπῳ. Puto aũt apud Appianũ esse mendose τραλλιανοὶ pro τράλλεις. Siquidem Tralliani sunt è Trallibus oppido Lydiæ, eodem Stephano auctore. Ergo & hic & paulò pòst vetus lectio retinenda est, & Tralles legendum inuito Glareano. [Glareanus in ea acie Tralles legit, at in interpretamẽto dubitat, vt solet.] SEXDECIM elephantos post triarios in subsidio locauerunt.) Vet. lib. XV. Appianus certum numerum non apponit, paucos tamẽ fuisse ait: τῶν δ᾽ ἐλεφάντων ἦσαν οὐ πολλοὶ ἐκ λιβύης, οὓς ἐνόμιζον οὐδὲν χρήσιμοι ἐλάττονές τε ὄντες καὶ βραχύτεροι, οἷα λιβύων, ἔστησαν ὀπίσω ἅπαντας. X. ET SEX millia peditum more Macedonum armati fuere, qui Phalangitæ appellabantur. Hæc media acies fuit in fronte, in decem partes diuisa.) Appianus: ἀντιόχῳ δ᾽ ἦν ὁ στρατὸς ἅπας ἑπτακισμύριοι, καὶ τούτου τὸ κράτιστον ἦν ἡ φάλαγξ ἡ μακεδόνων ἄνδρες ἑξακισχίλιοι. καὶ μύριοι, ἔτυ δ᾽ αὐτοὺς ἐς μέρη διελὼν ἀνὰ χιλίους, καὶ ἑξακοσίους ἐς δέκα μέρη. AD latus dexterum Phalangitarum mille, & quingentos pedites Gallogræcorum opposuit. his tria millia peditum loricatorum, cataphractos ipsi appellant, adiunxit. addita his ala mille fermè equitum, agema eam vocabant.) Satis constat, si sententiam sequi auctoris volumus, quingentos equites, & tria millia equitum, esse legendum. Quin etiam equitibus ab vtraq; parte Gallogræcis phalangem clausam, atq; munitam fuisse tradit Appianus his verbis: τοιοῦτον μὲν ἦν τὸ πεζὸν ἀντιόχου. ἱππεῖς δὲ ἑκατέρωθεν αὐτοῦ παρετετάχατο, γαλάται τε κατάφρακτοι, καὶ τὸ λεγόμενον ἄγημα τῶν μακεδόνων. εἰσὶ δὲ καὶ οἵδε ἱππεῖς ἐπίλεκτοι. καὶ παρ᾽ αὐτὸ ἄγημα λέγεται. τὰ μὲν δεξιὰ τῆς φάλαγγος ἦν ὧδε τεταγμένα. Quæ eadem verba, & quid sit Agema, docent, & nihil huic loco deesse, contra quàm censet Glareanus, probant. AGEMA eam vocant. Medi erãt lecti viri.) De Agemate Arrianus, & Curtius, qui de rebus Alexandri scripserunt. Item Suidas ita: ἄγημα τὸ πεζὸν τοῦ βασιλέως τάγμα ἐλεφάντων, καὶ ἵππων, καὶ πεζῶν. οἱ δὲ τὸ ἄριστον τῆς μακεδονικῆς συντάξεως στρατιωτῶν ὁπλίσει καὶ σωμάτων δόξῃ. Liuius libro 42. Delecta & viribus, & robore ætatis ex omni cetratorum numero duo erant agemata, hanc ipsi legionem vocabant. ARGYRASPIDES à genere armorum appellabantur. Appianus item: ἱππεῖς ἀργυράσπιδες. Diodorus tamen in Alexandro nõ equites, vt Appianus, sed pedites nominat: τὸ τῶν ἀργυρασπίδων τάγμα διάφορον τῇ τε τῶν ὅπλων λαμπρότητι, καὶ τῇ τῶν ἀνδρῶν ἀρετῇ. DAHÆ deinde equites sagittarij.) Veteres libri, Dacæ. Appianus item: ἱπποτοξόται τε ἐπὶ τούτοις ἕτεροι δάαι. DVO millia, & septingenti Mysi sagittarijs adiuncti erant.) Vet. lib. Sagittarij, rectè. Appianus enim Mysos sagittarios vocat, æquè atq; Dacas. ἱπποτοξόται τε ἐπὶ τούτοις ἕτεροι δάαι. καὶ μυσοί, καὶ ἐλυμαῖοι. At Elymæos etiam sagittarios vocat Liuius.

769 AB læuo cornu phalangitis adiuncti erant pedites.) Equites legendum, vt suprà. ET similiter his armati duo millia Cappadocum ab Ariarathe missa rege.) Appianus, καὶ καππαδόκαι τοὺς ἔπεμψεν ἀριαράθης. INDE auxiliares misti omnium generum.) Appianus, καὶ μιγάδες ἄλλοι ξένοι. ET TRIA millia cataphractorum equitum.) Appianus, κατάφρακτοί τε ἵππος ἐπὶ τοῖσδε ἕτεροι. ET MILLE alij equites regia ala leuioribus tegumentis suis, equorumq;.) Regiam alam, ἑταιρικὴν, id est, amicorum, & sodaliũ vocat Appianus. inquit enim, καὶ ἡ ἵππος ἡ ἑταιρικὴ ὡπλισμένη κούφως. Arrianus libro primo vocat, τὴν ἵππον τὴν βασιλικὴν ἴλην. ANTE hunc equitatum falcatæ quadrigæ.) Quærit Glareanus, quem equitatum intelligat Liuius hoc loco. Huic ego respondeo, equites omnes intelligi, quos paulò antè in læuo cornu rex collocauit, Gallogræcos, Cappadoces, Mistos, Cataphractos, Regiam alam, hincq; etiam perspici, Gallogræcos equites, non Pedites, esse legendum. CAMELI, quos appellabant Dromadas.) Appianus, ἄραβες οἱ καμήλους ὀξυτάτας ἐπικαθήμενοι τοξόται. GLADIOS habentes tenues, longos quaterna cubita.) Appianus, καὶ μαχαίρας ἔτι πλαγιάζοντες ὡπλισμένοι, καὶ στενὰς χεροῖν. INDE Neocretes mille, & eodem armatu Cares, & Cilices.) Appianus, κρῆτές τε τραλλιανοί, καὶ κίλικες ἐς τὸν κρητῶν τρόπον ἐσκευασμένοι. PRIMI Tarentini.) Sic lib. 35. Et tum omnium primum agmen constituit, dein Cretenses auxiliares, & quos Tarentinos vocabant, equites binos secum trahentes equos, ad prima signa misit. De ijsdem Tarentinis equitibus meminit etiam Aelianus de instruendis aciebus. REX ipse in dextro cornu erat, Seleucum filium, & Antipatrum fratris filiom in læuo præposuit, media acies tribus permissa Minioni, & Zenfidi, & Philippo magistro elephantorum.) Appianus ἐφειστήκει δὲ τοῖς μὲν δεξιοῖς ἱππεῦσιν ἀντίοχος αὐτός. τοῖς δ᾽ ἐν θατέρῳ σέλευκος ὁ υἱὸς ἀντιόχου. τῇ δὲ φάλαγγι φίλιππος ὁ ἐλεφαντάρχης. καὶ τοῖς προμάχοις μένδις τε, καὶ ζεῦξις. Hinc ego Mendi, Zeuxidi lego. ET humor toto ferè graui armatu.) Hanc rem sic expressit Frontinus lib. 4. Stratag. L. Scipio in Lydia cum die, ac nocte imbre continuò vexatum exercitum Antiochi videret, nec homines tantum, aut equos deficere, verùm arcus quoque madentibus neruis inhabiles factos, exhortatus est suos, vt postero quamuis religioso die, committeretur prælium, quam sententiam secuta victoria est. AVXILIA enim subsidiaria, quæ proxima.) Vet. lib. auxilia enim, subsidiaq;, quæ proxima.

770 ET pila inter turbatos coniecere.) Vet. lib. Et pila in perturbatos, Rectè. dixit enim paulò antè: Ibi simul perturbati ordines. CVM solutis ordinibus velut cæci super alios alij ruerent, & incursu belluarum obtererentur.) Vet. lib. Super alios alij ruentes incursu belluarum obtererentur. AD QVINQVAGINTA millia peditum.) Appianus, ἀμφὶ πεντακισμυρίους. ROMANORVM aliquot vulnerati sunt, ceciderunt non plus CCC. pedites, quatuor, & viginti equites. & de Eumenis exercitu quinq; & viginti.) Quinque & decem edit Appianus, ἐφάνησαν δὲ νεκροὶ ῥωμαίων μὲν ἀπὸ τῶν ἀστῶν ἱππεῖς εἴκοσι καὶ τέσσαρες, καὶ πεζοὶ τετρακόσιοι μάλιστα, ὅσοις ἀντίοχος ἐνίκησεν. εὐμενοῦς δὲ ἱππεῖς πεντεκαίδεκα μόνοι. AB Thyatira.) Stephanus neutro genere efferri hanc vocem ait, eodemq; modo Appianus & cæteri vsurparunt. Itaq; ab Thyatiris legendum esse videretur, nisi Stephanus muliebri genere proferri posse subsignificaret.

771 CVM S.P.Q.R. pacem comprobauerint.) Vet. lib. Comprobauerit.

772 ADVERSA pugna in Vacetanis.) Vet. lib. In Vastetanis. Strabo libro 3. meminit etiam in Hispania τῆς βαστητανίας. L. AEMILII proprætoris.) Cùm in omnibus libris legatur, proconsulis, emendauit tamen Glareanus, proprætoris, vt aliàs sæpe, sine causa: siquidem ait Plutarchus in vita eius, hunc cum imperio consulari in Hispaniam profectum esse, neq; tanquam prætorem sex fasces, sed duodecim, vt cõsulem attulisse: ἐπὶ τοῦτον τὸν πόλεμον ὁ αἰμίλιος ἐξεπέμφθη στρατηγός, οὐχ ἓξ ἔχων πελέκεις, ὅσους ἔχουσιν οἱ στρατηγοῦντες ἀλλὰ προσλαβὼν ἑτέρους τοσούτους ὥστε τῆς ἀρχῆς ὑπατικὸν γενέσθαι τὸ ἀξίωμα. Ita Cic. lib. 1. de Leg. L. Gellius ex prætura pro COS. in Galliam missus est. C. VALERIVS C. F. Tappo.) Tappus, ex lapid. Capitol. CVM cæteri centurias non explessent.) Non explere centurias est, quod se ignorare Glareanus fatetur, centuriarum legitima suffragia non conficere. ET IN eum supplementum scriberet.) Vet. lib. Et in eius supplementum. ET vt supplementum scriberet.) Vet. lib. Et vt in supple-

ſupplementum ſcriberet. Sic vbiq; Liuius. L. PLAVTIVS Hypſeus.) Hypſæus ex nummis argenteis & græ-
cis libris.
L. BÆBIVS Diues Hiſpaniam vlteriorem.) Vet. lib. L. Bæbius Diues vlteriorem, rectè: præceſsit enim Hi- 773
ſpania citeriorem.
SPEM magnam in poſterum amplificandi regni faciebat.) Vet. lib. Ampliandi. 775
L. ARVNCVLEIVM, L. Aemilium Paulum.) Hic non eſt L. Aemilius Paullus L. F. in Hiſpania proconſul, 777
ſed L. Aemilius Paullus M. F. de quo meminit in anno DXLIX. CERTARE pio certamine cuiuslibet bonæ
artis, ac virtutis auſi ſumus cum parentibus quæq; ciuitas, & conditoribus ſuis.) Obſcurum hunc locum, & ferè
vitiarum eſſe non ſcripſiſſet Glareanus, ſi Priſcianum legiſſet, virtutem huius loci oſtendentem lib. 17 Vbi de di-
uerſis perſonis agit, vt Vergil. Diuellimur inde Iphithus, & Pelias mecum. EXTRA eundem Telmiſſum, &
agrum.) Vet. lib. Extra eundem Telmiſſum, & caſtra Telmiſsium, & agrum.
ID cùm ægrè paterentur tot nobiles, nouum ſibi hominem tantum præferri, P. Sempronius Graechus.) 778
Vet. lib. Nonum ſibi hominem præferri, tantum P. Sempronius, hoc ſenſu: cùm tot nobiles ægrè ferrent hono-
rem noui hominis, nemo tamen niſi tribuni pl. duo diem ei dixerunt. C. SEMPRONIVS Rurilius.) Rutilus,
ex ratione cognominum. CENSORES T. Quintius Flamininus, M. Claudius Marcellus creati.) Hunc
Marcellum Marcelli quinquies conſulis filium fuiſſe tradit Plutarchus in cenſura Quintij.
QVOD L. Aemilius in Hiſpania proſperè remp. geſsiſſet.) Vet. lib. Quod L. Aemilius Paullus in Hiſpania 779
proſpere rem geſsiſſet. MARE pacatum erat deuicto Antiocho, cogitantiq; Fabio cui rei potiſsimum inſi-
ſteret, ne otioſam prouinciam habuiſſe videri poſſet, optimum viſum eſt in inſulam Cretam traijcere.) Senſus
poſtulat, vt legas: Cogitanti itaq; Fabio. Cuius erroris cauſa perſpicua ſatis eſt. Sic ſæpe aliàs.

IN EPITOMEN LIBRI XXXVIII.

TECTOSAGOS.) Tectoſagas, vt poſt dicam. ET cum eo loca, quæ tenent, occupauerantq; referuntur.) 780
Vet. lib. Et quando loca, quæ tenent occupauerint, referuntur. ACTA per ſe cauſa.) Vet. lib. pro ſe. A PE-
TILIO Acteo tribuno pl.) Vet lib. à Q. Petillio tribuno pl. QVOD præda cum Antiocho capta ærarium frau-
daſſet.) Vet. lib. Præda ex Antiocho. POSTQVAM is dies venit euocatus in roſtra.) Vet. lib. Poſtquam dies
venit, is euocatus in roſtra. QVI antea Scipionibus inimicus erat) Vet. lib. Fuerat. CVM populus quæ-
ſtores in bona eius publicè poſsidenda miſiſſet.) Lege, Cùm prætor quæſtore: ſic enim Liuius: In bona deinde L.
Scipionis poſſeſſum publicè quæſtores prætor miſit. SED nequaquam tantum in ærarium redactum, quan-
tæ ſummæ erat damnatus.) Voces illæ, In ærarium, delendæ ſunt, neque enim in veteribus libris reperiuntur,
neq; apud Liuium, cuius hæc verba ſunt libro hoc extremò. QVÆ neceſsitati ei erat ad cultum reten-
ta.) Lege ex veteribus libris, & ex ipſomet Liuio, cuius hæc verba ſunt. Quæ neceſſaria ei erant ad cultum, re-
dempta.

IN LIBRVM XXXVIII.

PARS vna Heracleam. Acarnaniæ Heracleam intelligit, cuius meminit Stephanus. Trachin dicta [illegible]
[illegible] Strabo.
NIHIL ne bellum haberent, priuſquam penè in conſpectu hoſtis erat, præmeditati.) Vitioſa ſententia eſt 781
hæc ſine dubio. Quid enim ſibi vult? Priuſquam penè in conſpectu erat. Ego mentem ſcriptoris ſequutus legen-
dum cenſeo. Nihil ne bellum haberent prius, (nam penè in conſpectu hoſtis erat) præmeditati, hoc ſenſu: Miſe-
runt legatos ad tentandam pacem Romam, nihil præmeditati, ne bellum haberent prius, id eſt, priuſquam pax
tentaretur, Quod ipſum imminebat: Nam hoſtis in conſpectu penè erat, quod M. Fuluius in Epirum exercitum
traiecerat.
IN arietes tollenonibus libramenta plumbi, aut ſaxorum, ſtipiteſq́ue robuſtos incutiebant.) Quo pacto 782
tollenonibus libramenta plumbi, aut ſaxorum, aut ſtipitum iecerint in arietes vix ſe intelligere ait Glareanus:
Non dubito verò, quin planiſsimè intellecturus ſit, ſi quemadmodum aduerſum arietes proſint culcitræ, laquei,
lupi, & columnæ grauiores, à Vitruuio didiciſſet. Et Liuius lib. 42. Arietem admotum libramento plumbi gra-
uatum ad terram vrgebant. CVMVLVS repente terræ eminens.) Vet. lib. Tumulus repente terra eminens.
QVAM diu rem traherent.) Vet. lib. Quòd diu rem traherent.
TYRRHEON.) Vet. lib. Tyrrheum. SVCCEDENS murum.) Vet. lib Muris. 784
IMPERIVM, maieſtatemq; populi Rom. gens Aetolorum conſeruato ſine dolo malo.) Clauſula eſt hæc fœ- 785
derum, de qua ſic Cicero pro Cornelio Balbo. Adiunctum illud etiam eſt, quod non eſt in omnibus fœderibus:
Maieſtatem populi Rom. comiter conſeruent, id habet hanc vim, vt ſit ille in fœdere inferior. Nam cùm alterius
populi maieſtas conſeruari iubetur, de altero ſiletur, certè ille populus in ſuperiori conditione cauſaq; ponitur,
cuius maieſtas fœderis ſanctione defenditur. OBSIDES XL. arbitratu conſulis Romani dato.) Vet. lib. Ro-
manis, quod placet, quia præceſsit, Corcyræorum magiſtratibus ſine dolo malo tradantur. T. QVINTIO
Cn. Domitio COS.) L. Quintio, lege ex ipſomet Liuio, & Capitolinis conſulibus. AENIADÆ.) Oeniadæ,
ex Thucidide, Stephano, vt ſuprà. ATTALVM igitur fratrem accerſit.) Vet. lib. fratrem eius, id eſt, Eumenis.
HIERAN comen.) Stephanus, ἱερὰ κώμη, Λυδίας χωρίον.
HVIVS amnis fontes Celenis oriuntur. Celenæ vrbs caput quondam Phrygiæ fuit.) Celænas, addita diph- 786
thongo, ſcribendas eſſe, græcorum ſcriptura oſtēdit. Loquitur autem de fontibus Mæandri fluminis, de quo ea-
dem Solinus capit. 43. Ex arce Celænarum Mæander amnis caput tollit, qui recurrentibus ripis flexuoſus inter
Cariam & Ioniam præcipitat in ſinum, qui Mileſum diuidit, & Prienem. ET Marſyas haud procul à Mæan-
dri fontibus oriens in Mæandrum cadit.) hoc flumine, quod ad hunc locum pertinet, egregiè Q. Curtius lib. 3.
Media illa tempeſtate Celænarum mœnia interfluebat Marſyas amnis fabuloſis græcorum carminibus inclytus.
Fons eius ex ſummo montis cacumine excurrens in ſubiectam petram magno ſtrepitu aquarum cadit. Cæte-
rùm quandiu intra muros fluit, nomen ſuum retinet: at cùm extra munimēta ſe euoluit, maiore vi ac mole agen-
tem vndas Lycum appellant. Eadem Strabo lib. 12. de Marſya. AD Gordiutichos.) Stephanus: γορδίου τεῖχος
πόλις μίδου κτισθεῖσα ἀπὸ τοῦ παιδὸς γορδίου. Id eſt. Gordiutichos vrbs Midæ condita à filio Gordio: nam pater Gordius
vrbem condidit. Quod cùm ita ſit, ergo ineptiſsimè Glareanus, qui Gordiutichos populos eſſe arbitratus eſt, &

L Orcaorcos

Orcaorcos emendandum esse censuit. [Imò Glareanus Gordiutichos probat, sed Gordiuticos negat se intelligere.] AD Tabas tertijs castris peruentum.) In finibus Pisidarum posita est vrbs, in ea parte, quæ vergit Pamphylium mare.) De Tabis sic Steph. τάβαι πόλις λυδίας. οἱ δὲ φασὶ τῆς κιβύρας καὶ μαιάνδρου ἀδελφὸς, ὁ μὲν κτίσαι κιβύραν πόλιν, ὁ δὲ τάβας. TVM quoq; equites in agmé Romanũ eruptione facta haud modicè primo impetu turbauere.) Equites rectus est casus. Tabeusium autem equites intelligit. Sic paulò pòst: apparuere cũ magno tumultu hostium equites, nec turbarunt tantum stationes Romanas tepentè inuecti. Hoc dixi, quia hac de re laborare valde Glareanus videtur. HAVD procul Cibyra erant, nec legatio vlla à Moagere tyranno ciuitatis eius.) Moagetem tyrannum Cibyræ extremum fuisse scribit Strabo lib. 13. ἡ κιβύρα ἐτυραννεῖτο ἀεί. ὁ δὲ μοαγέτης ὁ τύραννος ἦν ἔσχατος.

787 PRÆTER Cibyram Syleum.) Stephanus: σύλειον πόλις φρυγίας. τινὲς δὲ παμφυλίας. A CISYRA per agros Sidensium.) Sida maritimum est Pamphyliæ oppidum. Sinda Pisidiæ mediterraneum, neq; à Cibyra valdè remotum auctore Strabone lib. 12. & 13. Itaq; Sindensium, non Sidensium legeodum. PRÆTER Caralitin paludem.) Huius paludis meminit Strabo libro duodecimo, non longe ab Iconio, quod est in Lyaconia, de qua tamen se nihil legisse ait Glareanus. [Glareanus nõ dixit se nihil de ea legisse, sed haud scire si vnquam de ea quid legerit, sæpe legimus, sed non memioimus.] AD MANDRVPYVM manserunt.) Vet. lib. Mandropum. Vereor ne Mandropolis sit de qua Stephanus: μανδρόπολις φρυγίας πόλις. AD Lyci fluminis fontem.) Cùm antea legeretur, Lysis, atq; ita in omnibus manuscriptis libris legatur, Glareanus tamen emendauit, Lyci, quàm rectè ipse viderit. Ego potius veterem scripturam retinendam censeo. TERMESENSES eo tempore.) Antea legebatur Thermenses, à Thermeso autem Termesenses correxit Glareanus. Ego autem veterem hoc etiam loco scripturam tueor: id autem vt faciam per vetustum quoddam decretum, quod Romæ visitur, me impellit, in quo ita est: QVEI THERMENSES MAIORES PEISIDÆ FVERVNT, QVEIQVE EORVM LEGIBVS THERMENSIVM MAIORVM PISEIDARVM ANTE K. APRIL. QVÆ FVERVNT L. GELLIO, CN. LENTVLO COSS. THERMENSES MAIORES PEISIDÆ FACTI SVNT, &c. Est autem Termesus vrbs Pisidiæ, Strabone, Stephano, Eustathio, auctoribus. IN agrum Salagassenum. &c. colunt Pisidæ.) Stephanus item: σαγάλασσος πόλις πισιδίας. Contra Ptolemæus in Lycia statuit. pro Liuio est Arrianus lib. primò: ἦν δὲ σαγάλασσος οὐ μικρὰ πόλις πισίδαι δὲ καὶ ταύτην ᾤκουν. AD Beundos, quod vetus appellant. Beudos legendum. Ptolemæus enim βεῦδος παλαιὸν vocat. AD Mæandri fontes.) Vet. lib. Ad Alexandri. Glareanus ad Mæandri restituit. Ego ad Alandri: non enim vidit Glareanus, si ad Meandri fontes consul iret, eum regressurum non progressurum fuisse. Iam autem finibus Tolistoboiorum vicinus erat, inter quos paulò pòst meminit Liuius fluminis Alandri. AD XX. millia secessione facta à Brenno in Thraciam iter auerterunt.) Suidas eandem historiam recitat in voce: γαλάται οἱ δὲ ἐπὶ θρᾴκην, καὶ τὴν ἀσίαν ἐτράποντο ἀμφὶ τὰς δύο, καὶ μάλιστά που καὶ αὐτοὶ μυριάδας ὄντες, καὶ κρατοῦντες τοῦ πολέμου πάντων μικροῦ τῶν ἐπὶ τάδε τοῦ ταύρου, ἀστασίαστοι γενομένων τοὺς μὲν ἄλλους ὑπὸ τελεῖν ἐποιήσαντο φέρειν, αὐτοὶ δὲ τὰ ἀεὶ τοῦ ἅλυος ποταμοῦ χωρία κατασχόντες ἐνέμοντο τὰ μεταξὺ βιθυνῶν τε καὶ καππαδοκῶν κείμενα. TOLISTOBOGIORVM.) Vet. lib. Tolistoboiorum. Rectè sic. Stephanus: τολιστόβιοι ἔθνος γαλατῶν ἑσπερίων μεταναστάντων ἐκ τῆς κελτογαλατίας εἰς βιθυνίαν. Item Appianus in Syriaca: γαλατῶν τὸ ἔθνος τεκτοσάγας τε, καὶ τρόκμους, καὶ τολιστόβιοι. Iidem tamen Tolistobogij etiam dicti sunt. CVM Lomnorio, ac Lutatio regulis.) Vet. lib. Lonorio. Strabo: Leonorio, quo pacto legendum esse puto. Eius hæc verba sunt, vbi de Asiaticis Gallis loquitur lib. 12. ἀρχηγὸς δὲ μάλιστα δοκεῖ τῆς στρατιώτας τῆς εἰς τὴν ἀσίαν γενέσθαι λεονόριος.

788 TECTOSAGI.) Apud Græcos hi populi modo Tectosagæ, modo Tectosages vocãtur, vt Appianum, & Strabonem. Item Stephanus ait: τολιστόβιοι ἔθνος γαλατικόν. ἄλλοι τεκτοσάγας λέγουσι, καὶ τεκτοσάγαι.) In vet. lib. etiam non Tectosagi legitur, sed Tectosages. SEMEL primo congressu ad Alliam eos olim fuderunt, maiores nostri ex eo tempore per ducentos iam annos pecorum in modum consternatos cædunt, fugantq;.) Loquitur de Aliensi clade. Itaque lege, vt est in vet. lib. Semel primo congressu ad Aliam olim fuderunt maiores nostros, ex eo tempore, &c. In priore autem membro, subaudiuntur Galli, in posteriore, Maiores nostri.

789 MAGIS vereor, ne.) Vet. lib. Magis id vereor, ne. AD ALYATOS castra posita.) Stephanus: ἀλυαττὰ χωρίον βιθυνίας. EO missi ad Eposognatum redierunt, & legati eom pulsi reguli orantes.) Vox, Compulsi. non est in vet. lib. vt sit: legati missi ad Eposognatum, & legati reguli Eposognati eo redierunt. ET ipsum in eam gentem iturum, & Eposognatum.) Vet. lib. Et ipsum in eam gentem iturum Eposognatum. TYMBRETI fluuio.) Vet. lib. Thymbri Græci etiam vt Strabo, vt Stephanus θύμβριον ποταμὸν, nominant. IN Propontidem se effundit.) Loquitur de Sangario flumine. Itaque malim legi in Pontum, quàm in Propontidé. Sic enim Arrianus lib. 1. τοῦ δὲ σαγγαρίου αἱ μὲν πηγαὶ ἐκ φρυγίας εἰσίν. αὐτὸς δὲ διὰ τῆς τῶν θρᾳκῶν τῶν βιθυνῶν χώρας ἐξίησιν εἰς τὸν εὔξεινον πόντον. Ita Eustathius in Dionysium. TRANSGRESSIS ponte perfecto flumen, præter ripam euntibus Galli matris magnæ à Pessinunte occurrere cum insignibus suis, vaticinantes, &c.) Hanc historiam sic expresit Græce Suidas: γνάιος ὁ τῶν ῥωμαίων στρατηγὸς γεφυρώσας τὸν σαγγάριον ποταμὸν τελέως κοῖλον ὄντα, καὶ δύσβατον, καὶ παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν στρατοπεδευσαμένου παραγίνονται γάλλοι παρ' ἄττιδος καὶ βαττάκου τῶν ἐκ πεσσινοῦντος ἱερέων τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἔχοντες περὶ τὰ στήθη καὶ τύπους. οἱ ἀπαντήσαντες σαγγάριον τὴν θεὸν νίκην καὶ κράτος, οὓς ὁ γνάιος φιλανθρώπως ὑπεδέξατο. TRIA maria pari fermè distantia interuallo habet: Hellespontum ad Sinopen, & alterius oræ littora, qua Cilices maritimi colunt. De Gordio vrbe loquitur, de qua sic Curtius lib 3. Gordium Sangarius amnis interfluit pari interuallo Pontico & Cilicio mari distans.

790 TECTOSAGOS) Tectosagas, vt suprà. ORGIAGO & Colombolomanus.) Legendum Ortiagon, ex Vet. lib. Floro, eo. qui scripsit de viris illustribus. Et Suida, inquit enim, ὀρτιάγων γαλάτης, &c. OLYMPVM montem petere.) Hoc in bello crebra est mentio Olympi montis, ad quem victi Tolistobogij sunt pro quo Didymum restituendum esse censet Glareanus. Quam verè autem ita censeat, ostendit Appianus in Syriaca, vbi huius belli meminit ita: μάλιστα τῶν γαλατῶν τοὺς τολιστοβίους ἀναφυγόντας ἐς τὸν ὄλυμπον ὄρος μετὰ χαλεπῆς τῆς ὁδοῦ ἐπιβάς, κατέκανε, etc. ET Triballi Thraces.) Vet. lib. Et Tralli, & Thraces, rectè: neque enim assentiendum est Glareano, qui pro Trallis Triballos inuexit, quos Illyriorum esse populos suprà docuimus.

792 NVNC cæci per vias, per inuia.) Perspicua menda est in voce, Nunc, pro qua libri veteres habent, ruunt. ANCYRAM nobilem in illis locis vrbem.) Sic Suidas in voce γαλάται. ὅτι γαλάται ἐστρατεύσαντο ῥωμαίοις κατασφάξαντες αἰτίαν τὴν ἐπὶ τῇ ἀγκύρᾳ μάχης, καὶ συμπεσόντες αὐτοῖς ἀεὶ πλεῖστον ἄγκυραν μετὰ σφῶν ἐχομένων μυρίους μὲν τῆς μαχίμου ἡλικίας κατέβαλον, &c.

793 ACTÆ sunt pacis conditiones.) In vet. lib. alijs lectæ, alijs iactæ. Ego dictæ: quia subiuogit. Finis rei, quia absentibus ducibus imponi nõ poterat. sic paulò pòst: Eo & ab Antiocho legati, & ab ipsis Gallis, vt pacis leges dicerentur.

794 TECTOSAGI, & Trocmi.) Vet. lib. Tectosagæ. ARIARATIS Cappadoces, & Morzi auxiliares.) Morzis, videtur esse legeudum, fuit autem Morzes rex Paphlagoniæ, & Ariarathes Cappadociæ. Quamobrem auxiliares

liares Morzis Paphlagones intelligit. Sic lib. 37. auxiliares Eumenis. Pergamenos intellexit, id est, auxilia, quæ
secum ad bellum Romanum, aut Eumenes adduxit, aut Morzes: Hoc dico, quia vtroq; in loco hæret Glareanus,
hoc autem etiam turpius, quod Morzi an populi sint ambigit, cùm tamen Strabo lib. 12. Paphlagonum fuisse re-
gem, & eius regiam fuisse Gangra, cui Deiotarus successerit, tradat his verbis: ὕστατος δὲ Παφλαγονίας ὧν ἦρξε Δηιόταρος
Κάστορος υἱὸς ὁ προσαγορευθεὶς φιλάδελφος τὸ Μορζέου βασίλειον ἔχων τὰ Γάγγρα. [Glareanus ait reguli nomen esse non po-
puli.] QVATVOR soli præteriti sunt nemo curuli vsus honore.) Hæc verba vertit sic Plutarchus in Quintio:
ἐξέβαλεν δὲ τῆς βουλῆς οὐκ ἄγαν ἐπιφανῶν τέσσαρας.
IN Cephaleniam.) Duplicandam esse in hac voce literam ll, docet Eustathius in Dionysium his verbis: τὴν 795
δὲ Κεφαλλῆνας καὶ τὴν Κεφαλληνίαν ἐν δυσὶ λλ ἡ παλαιὰ χρῆσις ἀναγράφει. OBSIDES inde imperatos pro viribus inopes
populi vicenos Nesiotæ, Crononij, Palenses, & Samæi dederunt.) Cùm in omnibus ante libris legeretur. Vice-
nos autem Cranonij, emendatum est, Vicenos Nesiotæ. Cranonij, vt quatuor qui fuisse dicuntur Cephalleniæ
populi redderentur. Quorum tres omnium consensu fuerunt Cranij, Pallenses, Samæi. quartum Thucydides
lib. 2. Κρανίους, vocat. Strabo lib. 10. Κρανίους nominat. pro quibus Nesiotæ restituti sunt. Cranij certè à Cranio,
vt ait Stephanus, non Crannonij à Crannone legendum est. SED triplex scutale crebris futuris duratum.)
Hunc locum citat Priscianus lib. 6. ex libro T. Liuij ab vrbe cond. XXXVIII. ijsdem verbis vt de hac lectione, de
qua alij laborarunt, laborandum esse non videatur.
PORTICVS ex ea pecunia Megalopoli permissu Achæorum refecta est, quam Lacedæmonij diruerant.) 797
Vet. lib. Porta, habent. AGER Belbinaris.) Belbinitis scribendum auctore Stephano, qui ita scribit: Βέλβινα
πόλις Λακωνική, τὸ ἐθνικὸν Βελβινίτης, ὡς Αἰγινίτης. DISCIPLINA Lycurgi, cui per octingentos annos assueuerent.)
Admonuit Glareanus videri legendum esse ex Chronicis Eusebij, per septingentos annos, quam lectionem rep-
peri quoq; in Vet. libris.
C. CATINIVS.) C. Atinius, ex alijs Liuij locis, vt suprà in tribunatu plebis eiusdem. IN prouinciam 798
ad exercitum redire.) Vet. lib. Et ad exercitum. EO anno in ædem Herculis signum Dei ipsius ex decemui-
rorum responso, & seiuges in Capitolio aurati ab Cn. Cornelio positi. consulem dedisse inscriptum est.) Hoc to-
tum dubium esse ait Glareanus, quia nec consulis nomen expressum est, nec annus: cùm tamen vtrunq; factum
sit, si, quod omnino faciendum esse videtur, à P. Cornelio, legeris, vt intelligamus P. Cornelium Nasicam, qui
biennio ante COSS. de Boijs triumphauit hoc demum anno seiuges dedicasse: curasse tamen inscribendum. Eus
à P. Cornelio consule esse datos, id est, dum consul esset, non postquam consulatu abierat. Cognomen autem re-
ticuit, quia eius consulis recens memoria erat. Quod de alijs Cornelijs consulibus multis ante annis non ita pro-
cederet, errandi etiam causa perspicua est, à P. ab. inde duplicata litera C. vt prænominis nota existeret. HI-
SPANIS legiones singulæ.) Lege Hispanijs, quia subdit, quæ tum in ijs prouincijs erant. C. VALERIVS Tap-
po.) Tappus, vt iam sæpe dixi, ex Capitol. lapid. Ex Valerij plebiscito.) Vet. lib. Valerio, quod placet: vt enim
lex Valeria, sic Valerium plebiscitum. Ita apud Gellium: Atinium plebiscitum.
A PERGA L. Manlio fratre cum IIII. millibus militum Oroanda & misso. & pòst, Qui tum fortè ab Oroan- 799
dis redijt.) Oenoanda vrbs est Pamphiliæ auctore Stephano. Strabo mendum habet lib. 13. extremò ...
δὲ τεσσάρων πόλεων ὁμόρων Βουβῶνος, Βαλβούρων, Οἰνοάνδης τε, cùm sit legendum Οἰνοανδῶν τε. Appianus lib. 4. Οἰνοανδεῖς nominat,
cùm autem hic Pamphyliæ, alia, Lyciæq; oppida nominentur. profectò Oenoanda legendum, non Oroanda,
quæ inter Gallogræcos esse suprà traditum est. NEVE nauigato citra Calycandrum, neue Sardedonem pro-
montoria.) Calycadnum legendum est, ex Strabone, & Appiano in Syriaca, cuius in hoc fœdere narrando hæc
verba sunt: ὅρους μὲν αὐτοῖς τῆς ἀρχῆς τὰς δύο ἄκρας Καλυκάδνον καὶ Σαρπηδόνιον. καὶ τάσδε μὴ παραπλεῖν Ἀντίοχον ἐπὶ πολέμῳ. De
Sarpedone item Strabo.
DE Annibale Pœno, & Aetolo Thoante, & Mnasimacho Acarnane, & Chalcidensibus Eubulo, & Philone 800
dedendis.) Vet. lib. Eubulida. Egregiè. sic enim lib. priore. Thoantem quoq; Aetolum dederis, & cum eo Mna-
simachum Acarnana, & Calcidenses Philonem, & Eubulidam. Quo in nomine laborauit Glareanus.
CIRCA templum Bendidium.) Vet. lib. Mendidium. At Strabo meminit sacrorum Bendidiorum apud 801
Thracas lib. 10. Ἀθηναῖοι πολλὰ τῶν ξενικῶν ἱερῶν παρεδέξαντο, ὥστε καὶ τὰ Θρᾴκια, καὶ τὰ Φρύγια. τῶν μὲν γὰρ Βενδιδείων Πλάτων μέμνη-
ται, τῶν δὲ Φρυγίων Δημοσθένης. Glareano tamen Mendidium placet. THRAVSI gens & ipsa Thracum.) Θραύσους vo-
cat Stephanus eosdem, quos Ἀγαθύρσους.
ET supra cætera Aemilius.) Vet. lib Super, id est, vltra. PARIETES, postesq; nudatos, quos adorent, ad 802
quos precentur, & supplicent Ambracienses, non superesse. Quæ lectio probatur, quia sententiam Ciceronis red-
dit, quæ est in Diuinatione. sese iam ne deos quidem in suis vrbibus, ad quos confugerent, habere, quod eorum
simulachra sanctissima C. Verres ex delubris religiosissimis sustulisset.
NE consule inimico Romam veniret.) Vet. lib. Rediret. DE omnibus his consultum senatum, popu- 803
lumq; iussisse. Particula Que. vacat, ex vet. lib. Sensus est: Bella superiora omnia auctoritate patrum iussu po-
puli esse suscepta. neq; ea ante à populo iussa esse, quàm patres auctores sint facti.
VELVT auium examina ad crepitum primum missilium auolauere.) Vet. lib. Velut apium examina, vt li- 804
bro IIII. Fumóne victi, velut examen apum inermi cedetis hosti. OBLIVIO deorum capiat pectora vestra.)
Vet. lib. Nostra.
SED causam apud vos P.C. accusantibus meis ipse legatis dico.) Vet. lib. Accusantibus me his legatis, quod 805
probo. neque enim legatos decem ad constituendam prouinciam missos à senatu, imperator suos legatos appel-
lauerit. EA de illis quoq;, qui Asiam incolunt existimetis Gallis, remota vniuersæ gentis infamia.) Vet. lib.
Ea de illis quoque, qui Asiam incolunt existimetis. Gallos remota vniuersæ gentis infamia, atque inuidia per
seipsos æstimate.
P. SCIPIONI Africano, vt Valerius Antias auctor est, duo Quinti Petilij diem dixerunt.) Appianus item in 806
Syriaca, duos tribunos plebis tradit: καὶ δύο δήμαρχοι Πετίλλιοι αὐτὸν ἐγράψαντο καὶ δωροδοκίας. Et Plutarchus in Catone
Petillios: ὡς ἐπέστησε τινα τοὺς περὶ Πετίλλιον. Et in lib. Apophteg. Πετιλλίων δὲ καὶ ἄλλων πολλὰ πρὸς τὸν δῆμον αὐτοῦ κατηγορησάντων.
ex quibus locis intelligi potest Petilios duobus ll, esse scribendum, vt est etiam in Capitolinis lapid. alter enim
eorum Q. Petilius Spurinus nono abhinc anno est prætor, & paulò pòst in consulatu moritur.
LOCRIS Pleminianum tumultum.) De quo lib. 29. 807
HVIC rogationi primo Q. & L. Nummij intercedebant.) Primo, abest à veteribus libris. Porrò autem, 809
Mummij, lego, quæ gens notissima est. L. quidem Mummius decem ab hinc annis prætor est. OMNES
tribus vti rogasset, iusserunt.) Vti rogas vt iam sæpe admonui. CÆTERVM ad hunc nimis æquum, aut ini-
quum prætorem reus exemplò factus L. Scipio.) Fieri reum ad prætorem, pro apud prætorem dictum est. Suet.
In Tiberio: Fannium Cæpionem reum maiestatis ad iuuenes fecit, & condemnauit. Sic lib. 40. Perseum ad pa-

uem

trem accusauit. Et ad portam Capenam mulsum prosequutis funus dedisse.) Mulsum οἰνόμελι vocat Plutarchus cum hanc eandem rem tradit in lib. Apophteg. ἀπολαύοντος δὲ τοῖς ἐπὶ τὴν ἐκφορὰν παραγενομένοις ἔδωκεν πίνειν οἰνόμελι. Ab eadem fiducia anni, cùm quæstores pecuniam ex ærario contra legem promere non auderent, poposcisse claues, & se ærarium aperturum dixisse, qui vt clauderetur effecisset.) Plutarchus sic hoc in Apophteg. χρήματα δὲ τῆς συγκλήτου λαβεῖν αὐτὸν ἐκ τοῦ ταμιείου ψηφισαμένης, τῶν δὲ ταμιῶν οὐ βουλομένων ἀνοῖξαι τὴν ἡμέραν ἐκείνην, αὐτὸς ἀνοίξειν ἔφη, καὶ γὰρ κλείεσθαι δι' αὐτὸν πλήσαντα χρημάτων τοσούτων τὸ ταμιεῖον.

810 Cvm L. Scipio, & accusatus damnatus sit.) Vet. lib. Et accusatus, & damnatus sit. Cvm à porta rectè ad forum se contulisset.) Rectà, ex vet. lib. Hæc enim ipse Gracchus queritur.) Vet. lib. Ipse Gracchus. Hæc de tanto viro, quanquam & opinionibus, & monumentis literarum variarent, proponenda erant.) Vet. lib. Quam & opinionibus, id est, dicendum fuit, quemadmodum de tanti viri rebus his scriptores inter se discordarent. Mirabile enim videri vult, auctores in tam illustris viri rebus prodendis non idem scripsisse.

811 Vt in carcere inter fures nocturnos & latrones, vir clarissimus includatur.) Vet. lib. In carcerem. Et in robore, ac tenebris expiret.) Valerius lib. 6 cap. 3. Quinetiam familiares Gracchorum, ne quis reip. inimicis amicus esse vellet, de robore præcipitati sunt. Festus: Robur quoq; dictus est in carcere is locus, quo præcipitatur maleficorum genus, quod antè arcis robusteis includebant.

812 Non passurum inter hostes populi Rom. L. Scipionem in carcere, & in vinculis esse.) Voces illæ L. Scipionem, videntur vacare, initio enim huius periodi positæ sunt, L. Scipionem, qui regem opulentissimum orbis terrarum deuicerit, qui plurimos duces hostium in triumpho ductos carcere incluserit, non passurum inter hostes populi Rom. in carcere, & in vinculis esse.

IN EPITOMEN LIB. XXXIX.

A censoribvs L. Valerio Flacco, & M. Porcio Catone vir & belli, & pacis artibus maximus, motus est senatu L. Quintius.) Lege, M. Porcio Catone, viro & belli, & pacis artibus maximo. in has enim eius laudes digreditur hoc libro Liuius, vbi de censura eius loquitur, quæ laudes L. Quintio nec tribuuntur, nec tribui iure possunt. Qvod cùm Galliam prouinciam consul obtinuerat rogatus à Philippo Pœno.) Vet. lib. Rogatus in conuiuio à Philippo Pœno. Pollentia, & Pisaurum.) Potentia, vt pòst dicam. Cvivs origo inde venit.) Vet. lib. Inde fluxit.

IN LIBRVM XXXIX.

Circvnsessi & expugnati sunt,) Et, vacat ex vet. lib.

813 Qvi in agrum Pisanum, Bononiensemq; ita incursauerant, vt coli non possent.) posset. Vet. lib. Svbactis cis Apenninum omnibus, tum transmontanos adortus, in his & Frisinates Ligures erant, quos non adierat C. Flaminius.) Veteres libri Friniates habent, non Frisinates. Legi tamen non potest, Friniates, quod ij & cis Apenninum fuerint, & à Flaminio subacti sint, vt paulò antè ait Liuius. Quare puto legendum esse Briniates. sunt enim transmontani teste Liuio lib. 41. vbi de Liguribus populis verba facit, ita: Cis Apenninum Garuli, Lapicini, & Hercates, trans Apenninum Briniates fuerant. Sunt autem hæc Ligurum populorum nomina apud Liuium: Apuani, Briniates, Celelates, Cerdiciates, Epauterij, Friniates, Garuli, Hercates, Iluates, Ingauni, Intemelij, Lapicini, Statellates. Item: Montani, Alpini, Transmontani, Cis Apenninum, Trans Apenninum. De Apuanis & Montanis ita Cato in Fragmentis, quæ dicuntur esse Originum. Ad Macræ fontes est Apua oppidum, Apuanos Ligures vocant. Montanos verò omnes Ligures, qui à Macra in Nicæam effunduntur. Apuani ab Arno ad Macram. Et C. Sempronius ita: Pars Apennini à Nicæa ad fontes Macræ Ligures montanos alit, à fontibus verò Macræ ad fontes Tiberis Apenninum colunt Ligures Apuani. Et paulò pòst: Ab Nicæa ad Macram tenent Ligures Montani, à Macra ad Arnum & portum Ligurnum Ligures Apuani, quos sequũtur Ligures Etrusci Populonij, à quo ad Tiberim sunt Etrusci, Ligures, Tyrrheni. Et Liuius lib. 40. Adortus à Pisis Apuanos Ligures, qui eorum circa Macram fluuium incolebant, in deditionem accepit. Item: Montanorum Ligurum vineæ cæsæ. De Ingaunis & Epanterijs lib. 28. extremò sic ait Liuius. Inde ad oram Ligurum Alpinorum classem admouit, Ingauni, (Ligurum ea gens est) bellum ea tempestate gerebant cum Epanterijs montanis. De Illuatibus autem lib. 32. De Ingaunis, & Intemelijs lib. 40. De Celelatibus, & Cerdiciatibus lib. 32. De Statellatibus lib. 42. Postremò Sempronius omnem oram maritimam vsque ad Tiberim Liguriam dictam esse tradit. Viam à Bononia perduxit Arretium.) Loquitur de consulibus C. Flaminio, M. Aemilio, quorum illum viam à Bononia Arretiũ, hunc à Placentia Ariminum ait perduxisse. Cuius loci meminit, quia aliter Strabo prodidit lib. 5. Flaminium à Roma per Etruriam Ariminum, Lepidum ab Arimino Bononiam, atq; inde in Aquileiam, verba eius sunt hæc: ἄλλη δ' ἐστὶν Αἰμιλία διαδεχομένη τὴν Φλαμινίαν. συνυπατεύσαντες γὰρ ἀλλήλοις Μάρκος Λέπιδος, καὶ Γάιος Φλαμίνιος, ληιζόμενοι δὲ Λίγυας, ὁ μὲν τὴν Φλαμινίαν ἔστρωσεν ἐκ Ῥώμης διὰ Τυρρηνῶν, καὶ τῆς Ὀμβρικῆς μέχρι τῶν περὶ Ἀρίμινον τόπων. ὁ δὲ τὴν ἑξῆς μέχρι Βονωνίας κἀκεῖθεν εἰς Ἀκυληίαν.

814 Donis militaribus donauit.) Gellius lib. 5. cap. 6. M. Cato obiecit, inquit, M. Fuluio Nobiliori, quod milites per ambitionem coronis, leuissimis de causis donasset. Coronis autem donauerat, quia vallum curauerant, aut quia puteum strenuè foderant.

815 Ii primvm lectos æratos, uestem stragulam pretiosam, plagulas, & alia textilia, & quæ tum magnificæ supellectilis habebantur, monopodia, & abacos Romam aduexerunt.) Monet Glareanus, vt videamus, quemadmodum, Lectos æratos, Liuius acceperit. putatq; intellexisse Liuium lectos, in quibus dormirẽt, cùm accipiendum sit de ijs, in quibus accumberent. Antiquos enim tribus stratis lectis epulari solitos, vnde Triclinia dicta sunt, scribit Seruius. Vnde Vergil. Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto, & Heliogabalum tradit Lampridius solido argento lectos triclinares habuisse. Id autem ita esse docet Plinius, qui lib. 34. cap. 3. hunc locum tractans ait: Triclinia ærata abacosq;. & monopodia Cn. Manlium Asia deuicta primum inuexisse triumpho suo. Et Macrobius lib. 3. ex Indice Metelli. Triclinia lectis eburneis strata fuerunt. [Iniuria afficit Glareanum qui ita dicit consyderãdum, quomodo acceperit Liuius lectos, num æratos adiecerit, innuens pro triclinijs intelligi. deinde an non & Triclinia lecti sunt?] Epvlæ quoq; ipsæ & cura, & sumptu maiore apparari cœpiæ, tum coquus vilissimum antiquis mancipium, & æstimatione, & vsu in pretio esse.) Hoc sic Athenæus libro sexto, extremò

Νῦν δὲ ὡς διαφερόντως ἱερωμένω τῇ πρώτῃ τῶν φιλοσοφιῶν, οὐδεὶς δεῖ καὶ τῶν μετρίων ἀποτρεψάμενον, ὃς τις ἐν ἀμελετησίᾳ τράπεζαν περιτίθεται, μαγείρους δὲ καὶ θεραπείαν, ἄλλων πολλῶν κέκτηνται. C. CATINII,&L. Manlij.)C. Atinij. Vet.lib.vt suprà. M.FVRIO Lusto.)Furiorum cognomen est Fusus,vt est in Cap.tabulis,non Luscus,aut Fuscus , vt est in vulgatis & manu scriptis libris. QVI aperta religione propalam & quæstum,& disciplinam profitendo animos errore imbueret.) Vet.lib. Horrore,id est, metu religionis. sequitur autem: Sed occultorum antistes sacrorum.lib.10. Qui perfundere religione animum posset. FALSA signa,testimoniaq;,& iuditia ex eadem officina exibant.) Indicia,lego,vt sit: Falsi indices. Index autem est,qui facinoris , cuius ipse est conscius , latebras iudicat impunitate proposita. Pædian. Hæc autem indicia falsis aliorum testimonijs confirmabantur.

P.EBVTIVS.)Aebutius,vt suprà. BACCHIS eum se initiaturam.) Quia primo id sacrarium fœminarum fuit, nec vir quisquam eo admitti solitus fuit, propterea quasi Baccharum sacrum esset, Bacchis initiari, dixerunt,qui se sacro illi committeret. NE vox quiritantis, cum per vim stuprum inferatur, exaudiri posset.) Vet. lib. Cui per vim. 816

HANC summam inter eos religionem esse.) Vet. lib. Religionis. 817

ADIVTORES triumuiris quinqueuiri, vti cis Tiberim suæ quisque regionis ædificijs præessent.) Non extat verbum, ad quod referatur vox illa, Adiutores, neq; enim à superiore, mandatum est, regi potest. Suspicor igitur legendum ita: Adiutores triumuiris quinq; viri dati, vti cis Tiberim. Creauit autem errorem librario vox, vti, quæ sequutura erat post dati, atq; earū alterum ob similitudinem, vt fit, prætermisit, sic lib. 40. Postulantibus tamen ijs, quinqueuiri ab senatu dati. MAIORES vestri ne vos quidem nisi cùm aut vexillo in arce posito comitiorum causa exercitus edictus esset, aut plebi concilium tribuni edixissent, aut aliquis ex magistratibus ad concionem vocasset, fortè temerè coire voluerunt.) His verbis centuriata comitia describit, & tributa, & concionem. Hæc omnia aliorum auctoritate scriptorum comprobabo. Gell. lib. 15. cap. 27. Centuriata comitia intra pomærium fieri nefas, quia exercitum extra vrbem imperari oporteat, intra vrbem imperari ius non sit: propterea centuriata in campo haberi, exercitumq; imperari præsidij causa solitum, quoniam populus esset in suffragijs ferendis occupatus. De vexillo in arce Ianiculi posito, & Ianiculo ipso dum centuriata haberentur comitia custodito scribit Dio lib. 47. in consulatu Ciceronis, ita: πολλῶν τὸ ἀρχαῖον πολεμίων τῇ πόλει περιοικούντων, φοβούμενοι μή ποτε ἐκκλησιαζόντων σφῶν κατὰ τὰς λόχους ὑπελθόντες τινὲς τῇ πόλει τὸ Ἰανίκουλον καταλάβωσιν, οὐκ ἐβούλοντο μὴ πάντας ἅμα ψηφίσασθαι, ἀλλὰ τινὰς ἀεὶ ἐπ᾽ αὐτὸ τὸ χωρίον ἐκεῖνο ἐν διαδοχῇ φυλάττειν καὶ αὐτὸ ἕως μὲν ἡ ἐκκλησία ἦν, ἐφρούρουν, ὁπότε δὲ διαλυθήσεσθαι ἔμελλε, τότε σημεῖον καθῃρεῖτο, καὶ οἱ φύλακες ἀπηλλάττοντο, οὐ γὰρ ἐξῆν μὴ φρουρουμένου τοῦ χωρίου ἐκείνου οὐδὲν ἔτι χρηματίζεσθαι. τοῦτο δὲ ἐν μόναις κατὰ τὰς λόχους ἀθροιζομέναις ἐκκλησίαις ἐγίγνετο, ὅτι τε ἔξω τοῦ τείχους, καὶ ὅτι πάντες οἱ τὰ ὅπλα ἔχοντες ἀνάγκην εἶχον εἰς αὐτὰς συνιέναι. De Tributis comitijs, quod verius, plebis concilium dicitur, sic Gellius eodem loco. Qui non vniuersum populum, sed partem aliquam adesse iubet, non comitia, sed concilium edicere debet. Tribuni autem neque aduocant patricios, neq; ad eos referre de re vlla possunt. De concione ita lib. 13. cap 15. Aliud est cum populo agere, aliud concionem habere. Nam cum populo agere est rogare quid populum, quod suffragijs suis aut iubeat, aut vetet. Concionem habere, est verba facere ad populum sine vlla rogatione. Et Festus lib. 3. Contio conuentus, quia magistratu, vel sacerdote aliquo per præconem conuocatur. 818

QVOTIES hoc patrum, auorumq; ætate.) Hac de re scribit lib. 4. & lib. 25. 819

M. ET L. Catinios de plebe Romana.) Vet. lib. M. & Catinium. Hinc egn. M. & C. Atinios , vt suprà. Plebeius homo dicitur, qui è gente plebeia est, id est, non patricia. De plebe autem is, qui non est è senatorio ordine. 820

SOCIVM, ac Latini nominis.) Vet. lib. Socium Latini nominis. Vtraq; forma dicendi vsitata. NEC prius sequendi Ligures finem, quàm Romani fugæ fecerūt.) Nec, abest à vet. lib optimo sensu, id est, antè desijsse insequi Ligures, quàm Romanos fugere, vt infrà. Nec instiere perculsis hostes. Neque enim verisimile est, Romanos, qui pleriq; arma abiecerant, prælium instaurasse. nec Ligures compressa fuga Romanorum esse regressos. verùm tantam fuisse Romanorum fugam significat. vt ante Ligures defatigati sint in sequendo, quàm Romani in fugiendo. LVDI Taurilia per biduum facti religionis causa, apparatos deinde ludos M. Fuluius, quos vouerat Aetolico bello fecit.) Vet. lib. habent. Decem apparatos deinde ludos. Ex quo suspicor scripsisse Liuium: Per dies decem apparatos, vt sit, per dies decem fecit ludos. Nam de Taurilibus dixerat, per biduum. Sic autem de ludis eiusmodi loquitur vbiq;, vt paulò pòst: L. Scipio ludos eo tempore, quos bello Antiochi vouisse sese dicebat ex collata ad id pecunia ab regibus, ciuitatibusq per dies decem fecit. Et lib. 42. Ludos per dies decem Ioui Opti. Max. primo quoq; die faciendos. Et lib. 40. Ludi votiui Q. Fuluij COS. per dies decem magno apparatu facti. 821

IN Veneria.) Ambigit de hac voce Glareanus, quæ tamen est apud Paterculum lib. 2. Florum de bello Cimbrico, Eustathium in Dionysium, & Liuium lib. 2. [Glareanus dicit frequentius dici in Venetos, quam in Veneriam, idq; verum est. non negat alterum non dici.] INCHOATA initia à Philippo sunt.) Vet. lib. ab ipso Philippo sunt. VNA ea res, tum victo leges imponerentur, maximè angebat.) Vet. lib. Vna eum res. 822

PERRÆBI Connocoudylum.) Nusquam legisse se hoc oppidum ait Glareanus. Ego, Gonnocondylum, legendum puto, vocem iniunctam ex duobus oppidorum nominibus, quorum meminit Liuius lib. 44. Hic locus tam suapte natura infestùs per quatuor distantia loca præsidijs regijs fuit insessus. vnum in primo aditu ad Gonnum erat, alterum Coudylon castello inexpugnabili. De Gonnis, vel Gonno oppido Perrebiæ suprà etiam meminit Liuius. [Glareanus ait, non facile inueniri hæc nomina, atq; id quoq; verum est.]

PETRAM in Pieria ab ijsdem Thessalis, Perræbisq; captam.) Petram oppidum negat vspiam reperiri Glareanus. at Plutarchus in Paullo ait: διὰ Περραιβίας περὶ τὸ Πύθιον, καὶ τὴν Πέτραν. XYNIAS quidem haud dubie Aetolicum oppidum.) Xyniæ quid sint se nescire ait Glareanus. at Stephanus ait tamen: Ξυνία Θετταλίας πόλις, πολύδενδρος ... τὸ ἐθνικὸν Ξυνιεύς. [Glareanus dicit Xyniarum etiam huius secundæ Decados libro mentionem fieri, non item apud alios.] ET Paracheloida, quæ sub Athamania esset.) Ne Paracheloida quidem nouit Glareanus, cùm Paracheloitas statuat Strabo, & inter Thessalos, & inter Aetolos. Sic enim lib. 9. ... Παραχελῶται καὶ τὸ τούτων ... De Thessalica hic loquitur. TRICCA, Phaloria, & Eurymenæ.) Tria Thessaliæ oppida sunt, auctore Stephano. De Phaloria autem ita ait: Φαλώρη πόλις Θετταλίας, ... 823

ALTERVM deridiculum esse.) Vet. lib. Alterum ridiculum esse. VIAM regiam, quæ ad Thraciæ Paroreiam subeat.) Quid sit Paroreia sibi non constare scribit Glareanus. Duas tamen Paroreias prodit Stephanus, vnam Arcadiæ, alteram Macedoniæ. Quæ causa effecit, vt Liuius dixerit, Paroreiam Thraciæ, vt eam ab Arcadica distingueret. [Glareanus primo fatetur non satis constare, sed postea adducit Plinium de Paroreis.] 824

QVO in numero me esse velitis, refert.) Vet. lib. Referte, quod placet, quia sequitur: Pergite vt cœpistis facere. 825

826 L. IVVENTIVM Taluam.) Thalnam, ex consulibus Capitolinis. L. PORCIVS Licinius.) Licinus, ex consul. Cap.

829 ET cogitatio qnam nox non ex æquo disceptatio futura esset.) Nox, vacat: sic paulò pòst. Et quam non ex æquo disceptatum apud Cæcilium foret, ex vet. lib. Cæterùm Arei huius & Alcibiadis historiam multis verbis apud Pausaniam inuenies in Achaicis expositam.

831 CN. MANLIVS Volsco.) Vulso, ex tab. Cap. L. FVRIVS Purpurio.) Purpureo, ex tab. Cap. T. ET M. Sempronij Longus, & Tuditanus.) Ti. & M. ex tab. Cap.

832 CONSENSERANT'QVE præter L. Flaccum, qui collega in consulatu fuerat, candidati omnes ad deijciendum honore.) Vet. lib habent, Coierantq;, & ad deijciendum honore eum. Miror autem Gelenium pro, coierant, consenserant, reposuisse, cùm coire in hac re propriũ verbum sit, vnde coitiones appellatæ. Sic Pædianus in toga cad. Coierunt ambo, vt Ciceronẽ consulatu deijcerent. Quo de dicendi genere suprà etiam diximus. coire, συμφρονεῖν vocat Plutarchus in Catone. Si igitur præter L. Flaccum candidati reliqui coierant, profectò rectè Plutarchus, qui competitores septem Catonis fuisse ait: Quod Glareanus nõ vidit, qni, apud competitorem L. Flaccum, legit. NONAGESIMO anno Sergium Galbam ad populi adduxerit iudicium.) Seruium, lege, quod est prænomen Sulpiciorum Galbarum. sic Plutarchus σέρβιον γάλβαν κατηγόρησεν ἐνενήκοντα γεγονὼς ἔτη. Cicero tamen ab vtroq; dissentit, quippe ex cuius verbis eliciatur ex lib. de Senectute Catonem non amplius, quàm LXXXIIII. annos vixisse. siquidam natus est anno postquam Q. Fabius Maximus primum consul fuit, mortuus Manlio, & Censorino consulib. Malim ego librarij erratum, quàm Liuij. siquidem apud eum, qui scripsit de viris illustribus est, Galbam octogenarius accusauit, vt octogesimo hic etiam sit legendum. neque enim vitium est apud Ciceronem, vt censet Glareanus. [Glareanus satis luculenter ea de re disserit: hæc cur non potius refellũtur, quàm liuido dente carpuntur.] SEPTEM mouerunt senatu, ex quibus vnum insignem, & nobilitate & honoribus L. Quintium Flamininum consularem. Plutarchus sic vertit: ἐξέβαλε δὲ τῆς βουλῆς ἄλλους τέ τινας καὶ λεύκιον κοΐντιον ὕπατον μὲν ἑπτὰ πρότερον ἐνιαυτοῖς.

833 SPECTACVLVM gladiatorium) Vet. lib. Gladiatorum. NOBILEM Boium cum liberis transfugam venisse.) Citat hæc verba ex Liuio Plutarchus: ὁ δὲ λίβιος αὐτόμολον τῶν βοΐων φησὶν γαλάτην τὸν ἀποσφαγέντα. τὸν δὲ λεύκιον οὐ δι᾽ ὑπηρέτου φονεῦσαι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ᾽ αὐτὸν ἰδίᾳ χειρὶ καὶ ταῦτα ἐν τῷ λόγῳ γεγράφθαι κάτωνος. Idem scribit in Flaminino. FABVLÆ sine auctore editæ credidisset.) Huius tamen historiæ auctor est Cicero in lib. de Senectute. Quod etiam notauit Plutarchus. AD spectaculum scorti procacis in sinu consulis recubantis.) Recubabat in sinu, quia vt suprà dixit, infra consulem accumbebat. quomodo de scorto Cytheride ait ad Papirium Cicero. Infra Eutrapelum Cytheris accubuit, Lecto enim accubuisse eodem (vt mos erat in triclinijs) significat. IN censum referre viatores iussi.) Iussit, est in veteribus libris. & id sequens etiam membrum desiderat. ITEM mancipia minora annis XX. quæ post proximum lustrum X. millibus æris, aut eo pluris venissent, vti ea quoq; decem, tanto pluris, quàm quanti essent æstimarentur.) Vet. libri habent, X. millibus æris, aut pluris eo venissent. Porrò autem quod ait Gelenius subaudiẽdum esse, Millibus vt sit. Vti ea quoq; decem millibus, tanto pluris, quàm quanti essent: non procedit. Est enim intelligendum, & coniungendum, decem tanto pluris, id est, vt ait in hac re exponenda Plutarchus, decuplo pluris, vel decies tanto pluris: ἀποτιμᾶσθαι τὴν ἀξίαν εἰς τὸ δεκαπλάσιον. Sic libro primo dixit: Alterum tantum. Et Plautus in Bacch. Sexcenta tanta, & in Trinumo. Tribus tantis. Et Liuius libro 40. Arma vel tribus tantis exercitibus in armamentaria congessisse. Nisi quis legere malit, decies tanto pluris, quomodo dixit in Verrem Cicero. Quinquies tanto amplius, vt nota numeri X. errorem attulerit. ET HIS rebus omnibus terni in millia æris attribuerentur. Dubium habet hunc locum Glareanus, quem tamen nihil vitij continere ex Plutarcho, qui totã hanc Catonis censuram græcè ex Liuio vertit, perspicuè intelligi potest. sic enim ait. [Glareanus ait locum obscurum, non vitiosum.] ἠνάγκαζεν ἐσθῆτα, ὄχημα, κόσμον γυναικεῖον, σκεύη τὰ περὶ δίαιταν, ὧν ἑκάστου τὸ τίμημα δραχμὰς χιλίας καὶ πεντακοσίας ὑπερέβαλλεν, ἀποτιμᾶσθαι τὴν ἀξίαν εἰς τὸ δεκαπλάσιον, βουλόμενος ἀπὸ μειζόνων τιμημάτων αὐτοῖς μείζονας καὶ τὰς εἰσφορὰς εἶναι, καὶ προσετίμησε τρεῖς χαλκοῦς πρὸς τοῖς χιλίοις: id est, coegit vestimenta, vehicula, mundum muliebrem, & familiarem suppellectilem, si pluris quàm mille, & quingentas drachmas æstimata essent, decuplo pluris æstimari, quod vellet eos, quorum res pluris æstimatæ essent, maiora etiam tributa conferre. Itaq; singulis millibus ternos æneos attribuit. Sic suprà locutus est in triumpho Vulsonis. S. C. factum est, vt ex pecunia, quæ in triumpho translata esset, stipendium collatum à populo in publicum, quod eius solutum antea non esset, solueretur, vicenos quinos, & semisses in millia æris quæstores vrbani soluerunt. ET vectigalia summis pretijs, vltro tributa infimis locauerunt.) De integritate huius lectionis cur dubitet Glareanus nescio: quid enim buic sententiæ deest? cùm scieris aliud esse vectigalia, aliud vltro tributa. sic enim lib. 43. Qui publica vectigalia, aut vltro tributa conduxissent. Plutarchus autem ita: τὰ δὲ τέλη τῶν ὠνῶν ἐπὶ τὰς ἐσχάτας ἐλαύνων τιμάς. [Glareanus ait ea verba indigere attento lectore, & optat vt omnia sint integra.] COLONIÆ duæ Pollentia in Picenum.) Vet. lib. Potentia. Item Velleius vbi de colonijs verba facit. Item Plinius, item Mela Potentiæ in Piceno meminerunt. DEDVXERVNT ijdem triumuiri Q. Fabius Labeo.) Triumuiri, inquit, qui Pisaurum, ijdem etiam Potentiam coloniam deduxerunt. Hoc vt dicerem, Glareanus effecit, qui mendum subesse putat. [Glareanus nihil dicit de menda, sed dubitat vt solet.] P. CLAVDIVS, & M. Porcius.) L. Porcius. sic enim antè Liuius, & tabulæ Capit. PONTIFEX Maximus est creatus C. Seruilius Geminus.) Hic in consulatu, & decemuiratu sacrorum caret cognomine Gemini, & rectè. Cur autem ita sit, suprà exposui. Quare ex hoc etiam loco, Geminus, eradendum est.

834 AD præoccupandam Coroneu, quam hostes petebant.) Colonem edit Plutarchus in Philopœmene. Vtraq; autem in Messeniaco agro est. τὴν δὲ μεσσήνην ἀπέστησεν τῶν ἀχαιῶν, καὶ κώμην τὴν καλουμένην κολωνίδα προσηγγέλθη μέλλων καταλαμβάνειν.

835 ADMONENT deinde quidam esse thesaurum publicum sub terra saxo quadrato septum, eò vinctus demittitur, & saxum ingens, quo operitur, machina superimpositum est.) Hæc Plutarchus ita vertit in Philopœmene, & quasi interpretatur οἱ μὲν ἀλλὰ κομίσαντες αὐτὸν εἰς τὸν καλούμενον θησαυρὸν, οἴκημα κατάγειον οὔτε πνεῦμα λαμβάνον, οὔτε φῶς ἔξωθεν, οὔτε θύρας ἔχον, ἀλλὰ μεγάλῳ λίθῳ περιαγομένῳ κατακλειόμενον ἐνταῦθα κατέθεντο, καὶ τὸν λίθον ἐπιρράξαντες, ἄνδρας ἐνόπλους κύκλῳ περιέστησαν.. POCVLO impauide exhausto.) Vet. lib. Hausto.

836 VENENVM, quod multo ante præparatum ad tales babebat casus, poposcit. Liberemus, inqnit.) Lege, Et liberemus, inquit: Verba hæc eadem vertit Plutarchus. HORVM patres Pyrrho regi.) Hanc historiam scribit Plutarchus in Pyrrho, Epistola etiam consulum ad Pyrrbum missa extat apud Gellium. CVM superioribus duobus lustris Africanus fuisset.) Perspicuè legendum est, Tribus, ter enim princeps senatus fuit Africanus. Nam supra lib. 34. scriptum est: Censores Sex. Aelius Pætus, & C. Cornelius Cethegus P. Scipionem consulem, quem & priores censores legerant, legerunt. Et lib. 38. Censores T. Quintius Flamininus, & M. Claudius Marcellus

cellus senatum perlegerunt. princeps in senatu tertium lectus P. Scipio Africanus. INIIT tribunatum Ap. Claudio, M. Sempronio consulibus ad quartum Idus Decembres.) Lege, A.D. quartum, id est, ante diem quartum. sic enim & Dionysius Halicarnasseus, vbi ait primos tribunos pl. inesse τετάρτῃ πρὸ τῶν εἰδῶν Δεκεμβρίων. Quibus ex locis intelligi potest hunc diem ineundo tribunatui fuisse solennem, quemadmodum ad suam vsque ætatem factum esse scribit Dionysius. Plutarchus etiam auctor est in libro τῶν κεφαλαίων tribunos plebis contra atque alij magistratus ante anni principium inijsse. Itaque Q. Metellus Nepos qui Silano, & Murena consulibus tribunatum gessit, Ciceronem consulatu abeuntem prid. K. Ian. iam inito magistratu concione prohibuit. Qua de re se ambigere Glareanus ait. [Libenter hoc & sæpe facit Glareanus. Satius enim est pudenter ambigere, quàm temerè asseuerare.]

DENTHELETAS.) Strabo libro septimo, Dantheletas, & cæteri græci vocant, Δανθηλήτας. OPPIDVM 838
in Dertiopo condere instituit.) Deuriopo legendum est ex Strabonis libro. 7. περὶ δὲ τόπους Λυγκηστὶς ... καὶ ἡ Δευρίοπος καὶ ἡ τριπολῖτις πελαγονία. Et paulò pòst vbi de Erigone quoque, vt Liuius hic, fluuio loquitur: ὁ δ' Ἐριγὼν πολλὰ δεξάμενος ῥεύματα ἐκ τῶν Ἰλλυρικῶν ὀρῶν, καὶ Λυγκηστῶν, καὶ Βρυγῶν, καὶ Δευριόπων ... ἐκδίδωσι. Item: ἐπὶ τῷ Ἐριγῶνι πᾶσαι αἱ τῶν Δευριόπων πόλεις ᾤκουν. ORARE se pro S. P. Q. P.) Lege, Orare se senatum, populumque Rom. ALPES prope inexuperabilem finem in medio esse. non vtiq; ijs melius fore, qui eas primi peruias fecissent.) Loquitur de Gallis, qui proxime alpibus superatis in Italiam descendissent. Sententia autem manca expleri videtur posse vna addita particula, Quam: vt sit, non vtique ijs melius fore, quàm qui eas primi peruias fecissent. Oratio est terroris, & minarum plena, qua se Gallos eos, qui alpes, quæ in medio forent, in posterum transcenderint non aliter castigaturos esse, denunciando, quàm aut Senones, aut Annibalem, qui primi eas peruias fecerunt, castigauerint.

M. VALERIVS Leuinus, L. Manlius iterùm.) Hic prætor fuit primum anno DLV. Quo loco dicitur P. Manlius. Glareanus autem inscitè hunc L. Manlium Acidinum esse putauit. [Magna inscitia scilicet.] Vet. lib. P. Manlium & hoc loco, & insequenti libro edunt. L. CÆCILIVS Dentrix.) Vet. lib. Denter. Liuiorum etiam fuit cognomen Denter ex Liuio, & Capitolinis tabulis. Liu. libro 42. M. Cæcilius Denter. SANGVINEM per biduum pluisse.) Vet. lib. Sanguine. 839

IN EPITOMEN LIBRI. XL.

L. PETILII.) L. Petilli, vt suprà. FALSIS alterius filij.) Vet. lib. Falsis Persei alterius filij. REGNVM Perseus accepit.) Vet. lib. Excepit.

IN LIBRVM XL.

P. MANLIO vlterior.) Hic est, qui extremo priore libro L. Manlius à Glareano sine ratione dictus est. 840
L. CÆCILIO Dentrici.) Detitri, legendum, à recto casu Denter, vt dixi. ET à Formijs ædem Apollinis, ac Caietæ de cœlo tactam.) Ac, vacat ex veteribus libris. Et libro Obsequentis de prodigijs, quem librum ex ipsis Liuij verbis contexuit. in eo ita est: Aedes Apollinis Caietæ de cœlo icta. INGENTEM ea res fremitum in tota Macedonia fecit.) Vet. lib. non habent particulam, In. POSTREMO negare propalàm cœpit, satis tutum sibi quicquam esse, nisi liberos eorum, quos interfecisset, comprehensos in custodia haberet, & tempore alium alio tolleret.) Huius sententiæ meminit Euripides in Andromacha: καὶ γὰρ ἄνοια μεγάλη λιπεῖν ἐχθροὺς ἐχθρῶν ἐξὸν κτείνειν, καὶ φόβον οἴκων ἀφελέσθαι. Et Aristoteles in secundo Rhetoric. καὶ ἐπὶ τὸ ἀναιρεῖν τῶν ἐχθρῶν τὰ τέκνα. καὶ μάλιστ' ἀδικοῦντα. Νήπιος ὃς πατέρα κτείνας παῖδας καταλείπει.

PRINCIPI gentis Aenianum. & pòst: Proficiscuntur ab Thessalonica Aeniam ad statum sacrificium, quod 841
conditori Aeneæ cum magna cærimonia quotannis faciunt.) Legendum est Aeneatum, & Aeneam. Vrbs enim in Thracia ab Aenea condita hoc nomine est. De qua ait Stephanus: Αἴνεια πόλις Θρᾴκης ἀπὸ Αἰνείου. ... Αἰνείας δὲ μετὰ τὴν Ἰλίου πόρθησιν εἰς Θρᾴκην παρεγένετο, καὶ ἔκτισε πόλιν Αἴνειαν ... τὸ ἐθνικὸν Αἰνειάτης καὶ Αἰνεάτης. Hinc Aeneas apud Vergilium in 3. ait: Aeneadasq; meo nomen de nomine fingo.

Ex composito sermones ad spem Romanorum trahebant.) Spem, habent etiam vet. lib. pro qua voce ma- 842
lim, speciem, vt sit, ex composito, quidam de dignitate Romanorum sermonem inferebant, vt alij redarguendi eius sermonis gratia præsente Demetrio eos eluderent, atq; vt à Demetrio defensionem Romanorum, qua suspectior fieret, elicerent. Vox certè, Spem, Glareano non probatur.

DE ludicro tibi, inquit, viuere me scio.) Obscura sententia, &, vt puto, vitiata. Interrogauerat Perseum pa- 843
ter, cum eum perturbato vultu tacitum procul conspexisset, satin, salue. & quæ nam ea mœstitia esset. Respondet filius. De ludicro tibi viuere me scio, iam non occultis petimur insidijs. Hoc autem quid sit, vix intelligi potest. In veteribus libris nihil varietatis est, nisi quod legitur. De ludicro tet inquit. Ex quo suspicor esse legendum: De lucro pater, inquit, viuere me scito. Est autem de lucro viuere, vitam ipsam in lucro ponere, quod ij facere solent, qui summo è periculo euaserunt, ex quo seruatum se esse Perseus patri narraturus est. Sic loquitur Cicero ad Papirium: De lucro propè iam quadriennium viuimus, si aut hoc lucrum est, aut hæc vita, superstitem reip. viuere. & Horatius Carminum primo: Quid sit futurum cras, fuge quærere, & Quem sors dierum cumq; dabit lucro Appone. aptissima ergo sententia hæc est, quæ expositioni factarum sibi insidiarum præponitur, cùm se lucrum ait putare, quod viuat.

NOXIVM huic esse caput.) Aut hæc verba vacant, aut aliquid desideratur, quemadmodum censet Clarea- 846
nus. Locum non mutaui asterisco tantum signaui.

ID enim vitijs meis non cedendo cui ius, fasq; est, non modestia consequar.) Hunc locum negat se intellige- 487
re Glareanus. Est autem sensus: Quemadmodum regnum sperare, quia minor sum, quia me maiori cedere vis, non debeo, sic ne efficere quidem debeo, vt indignus te patre videar. Regnum enim vitijs meis, id est, non cedendo maiori fratri consequar, vt autem te dignus videar, modestia. Quod cùm ita sit, ergo legendum est. Id enim vitijs meis, non cedendo, cui ius, fasq; est, hoc modestia consequar.

TVM quoq; nō placere sibi, si per deditionē Ligures recipiet, receptis arma adimi, atq; eos ad consulē mitti 848
senatū æquū censere.) Sensus huius lectionis vix intelligi potest, vt ait Glareanus. quare tueamur veterū librorum

lectionem, quæ est: Tum quoq; non placere sibi, per dedirionem Ligures recipi, & receptis arma adimi. Inde verba: Atque eos ad consulem, legamus. Itaque eos ad consules. Reperita litera ex voce præcedense. Adimi, atq;, Adimi. Itaque. Inde elicietur hic sensus: Senatus rescribi iussit, æquius fuisse, Marcellum consules, quorum prouincia Ligures erat, de Liguribus qui se dedebant, quàm se consulere. Tum quoq; id sibi non placere, vt per dedirionem Ligures reciperentur, & receptis arma adimerentur. Quamobrem eos ad consules mitti senatum æquum censere. Sic lib. 39. Neq; senatui placere deditos spoliari. Itaque se cũ ijs Legatos ad COS. missuros. Quod autem ait senatus, non placere sibi, vt receptis arma adimantur, id habet hanc vim, non videri sibi eos, qui sponte se dedunt armis suis esse spoliandos, perinde atque, qui subacti armis, se dedidissent, vt suprà sæpe dixit lib. 39. C. Flaminius COS. Ligures in deditionem accepit, & arma ademit. Item: in deditionem Ligures concesserunt, tum conquisita cum intentiore cura arma, & omnia adempta. Item: Ligures subegit Aemilius, armaq; ademit. Quod autem paulò antè, verius esse, dixit, pro, æquius esse, accipiendum est. Sic lib. 39. multo verius esse, quæ sub Antiocho fuerint, præmia belli Eumenem, quàm Philippum habere. P. MANLIVS in vlteriorem Hispaniam, quam & priore prætura prouinciam habuerat.) Hunc P. Manlium in comitijs prætorijs exponendis, prætorem iterùm nominauit. fuit autem primũ anno DLV. Mouet autem, quod ait priore prætura vlteriorem Hispaniam prouinciam obtinuisse, cùm scripserit eo loco in citeriorem esse consuli M. Catoni adiutorem missum, neq; verò de alio prætore intelligi potest. Quod vnusquisq, probabit, qui prętores omnes, qui ante hunc annum Hispanias sortiti fuerint, sigillatim inspexerit. Aequum præterea est videre an hic fortè Manlius ille sit, quem senatu motum esse à Catone censore ait Plutarchus, & quem opinio erat consulatum esse adepturum· ἄλλον τε ἐξέβαλεν ὑπατεύειν ἐπίδοξον ὄντα μανίλιον. Me, vt ita suspicer, impellit secunda postquam senatu motus est, eius prætura, quam vt locum senatorium recuperaret, petijsse videtur, quod fecisse P. Lentulum tradit Dio. lib. 38. qui cùm post præturam, & consulatum à censoribus Gellio, & Lentulo senatu esset motus, alteram consule Cicerone repetendæ senatoriæ dignitatis causa gessit. Sic enim Dio: λέντουλος ὁ σούρας ὁ μετὰ τὴν ὑπατείαν ἐκ τῆς γερουσίας ἐκπεσών. ἐστρατήγει γὰρ ὅπως τὴν βουλείαν ἀναλάβῃ.

849 CREATI P. Cornelius Lentulus. M. Bæbius Pamphilns.) Consulares tabulæ, quæ in Capitolio sunt. quibus tantum tribuo, quantum non deprauatis alteris Romanorum monumentis est tribuendum, consules edunt P. Cornelium Cethegum, M. Bæbium Tamphilum. Item Plinius lib. 13. cap. 13. ex Cassij Heminæ annalibus. Ita verò legendum esse etiam apud Liuinm apparet ex eo, quod P. Cornelius Cethegus biennio antè prætor fuit, Lentulus nullus prætor editus est. Nemo autem per hæc tempora ad consulatum ferè nisi prætorius perueniebat. T. CLAVDIVS Nero.) Ti. Claudius, vt sæpe. Q. PETELIVS Spurinus.) Petillius, vt lib. XXXIIX. in huius tribunatu dixi. BELLVM'QVE ab Iliensibus cõcitatum iri Sardinia.) Non rectè Iolensibus, aut Iluensibus reponendum censet Glareanus, cum Ilienses Sardiniæ populi à Plinio, & Solino commemorẽtur. [Lectio hæc apud auctores ambigua est. L. DVRONIO prætori, cui Apulia prouincia euenerat, adiecta de bacchanalibus quæstio est, cuius residua quædam velut semina ex prioribus malis iam priore anno apparuerãt, sed magis inchoatæ apud L. Puppium prætorem erant quàm ad exitum vllum perductæ.) Prætoribus, qui Apuliam sortiebantur, quæstionem de Bacchanalibus adiectam fuisse significat. Sic enim de L. Postumio, qui triennio antè prætor fuerat. Et L. Postumius prætor, cui Tarentum prouincia euenerat, reliqnias bacchanalium quæstionis cum omni executus est cura. Hoc etiã loco L. Puppiũ priori anno, & L. Duronium sequenti prætores cum Apulia quæstioné eandẽ obtinuisse ait. Hoc dixi ne quis L. Postumiũ, pro L. Puppio hoc loco reponendum esse censeret, vt quidam fecerunt.

850 ARIARATIS.) Ariarathis, vt suprà. IN Medicam.) Mædicam: græci enim μαιδικὴν, vt antè.

851 DENTHELETAS.) Dantheletas, vt suprà. TERTIO die iter est ingressus.) Postero die legendum. Ex notis numerorum manauit error: II. & III. Ita legendum esse, verba Liuij indicant, qui ait: septimis demum castris ad radices mõtis peruenit. Ibi vnum moratus diem, tertio die iter est ingressus. pòst autem: Tertio demum die ad verticem peruentum Quis est qui non intelligat, ita accipiendum esse. ad radices mõtis vnum diem Regem esse moratum, postero die iter esse ingressum, tertio demum in verticem peruenisse. DVABVS aris ibi Ioui, & Soli sacratis cùm immolasset (quatriduo ascenderat) biduo digressus est.) Quomodo, quatriduo ascenderat, si tertio demum die in verticem peruenerit. Hæc parit menda lectorum, atq; librariorum incuria. pro certo habeo tollendam esse parenthesim, & legendum: cùm immolasset, qui triduo ascenderat, biduo digressus est. Quanquam ne, digressus, quidem probo, non enim Ascendere, & Digredi contraria sunt, sed Degredi, quo verbo vsus est alibi Liuius, vt lib. 29. Cum quingentis peditibus degressum iugis Massanissam persequutus. Et lib. 25. Cum equitibus ad pedes degressis. Descensum enim ex alto hoc verbum significat. DEMETRIVM iterùm ad patrem accusauit Perseus. Fuga per Pœoniam pręparata arguebatur, & corrupti quidam, vt comites itineris essent.) In Vet. lib. Arguebant, & corrupti quidam. Hinc ego sensum auctorem sequutus legendum, & distinguendum puto. Demetrium iterùm ad patrem accusauit Perseus de præparata per Pœoniam fuga. arguebant eum corrupti quidam. Iccircò autem ait: Iterum, quod primum de insidijs sibi factis accusauerat, nunc de fuga, cuius indicia & comites, & literas falsas T. Quinctij afferebat.

852 AD Astræum Pœoniæ Demetrium mittit cum eodem comite Dida Perseum ad Philippopolim ad obsides Thracum accipiendos.) Præpositio AD nominibus harum vrbium iuncta tollenda. Nam & Vet lib. habent tantum. Astræum Pœoniæ. Et Priscianus lib. 7. ex lib. 40. T. Liuij Hist. ab vrbe cond. citat hæc duo verba: Perseum Amphipolim, non ad Philippopolim. Est autem Amphipolis oppidum item Thraciæ, quod in errorem inscios librarios, aut imperitos, vel potius audaces emendatores impulit, vt ad Philippopolim, scripserint, pro Amphipolim. Asterium porrò legendum est, non Astræum ex vet. lib. Strabone & Steph. ἀστέριον πόλις θετταλίας. THYRSIS quidam Stubareus.) Vet. lib. Stubereus, Rectè: Stuberæ enim & antè, & pòst meminit Liuius, & græci στούβερα. Quam tamen vocem suspectam habet Glareanus. Stuberæus tamen scribendum: omnia enim nomina oppidorum in Ra desinentia eum edunt gentilis nominis finem, auctore Stephano in αἴθυρα. BERREVS Alexander.) Berœæus scribendũ ab oppido Berœa. Sic Stephanus: Βέῤῥοια πόλις μακεδονίας. τὸ ἐθνικὸν βεῤῥοιαῖος. mendosius est in Pisonia, Borea, pro Berœa. AD M. Bæbium consulem cum literis Pisas mittit.) Legẽdum, ad Cn. Bæbium proconsulem. Sic enim suprà: M. Pinarius prætor, quod deerat militum sumere à Cn. Bæbio procõsule, qui Pisis hybernabat iussus. Item hoc loco: Bæbius exercitum M. Pinario prætori eunti in Sardiniam tradiderat. Errorem intulit M. Bæbius, qui hoc anno consul est. De quo haud ita multo pòst ait: Consules nisi confecto delectu negare se ituros, nec suam segnitiam, sed vim morbi in causa esse, quo serius perficeretur.

854 ET à Marieno duumuiro.) Vet lib. Et à C. Marieno duumuiro. QVÆ titulum sepulti regis habuerat, inanis inuenta sine vllo vestigio corporis humani, vt vllius per tabem tot annorum omnibus absumptis.) Suspicor legẽdum esse: ossibus absumptis. Sic enim ferè Plutarchus in Numa: ἡ μὲν ἑτέρα κενὴ παντάπασιν ὤφθη, καὶ μηδὲν ὅλως λείψανον ἔχουσα τοῦ σώματος. PLERAQVE dissoluendarum religionum esse.) Hoc genus dicendi, de quo suprà

prà admonoimus, quam vim habeat, ex Valerio, qui hæc eadem ferè verba in primum suum librum transtulit, perspici potest, cùm ait: Quia aliqua ex parte ad soluendam religionem pertinere videbatur. Eandem historiam attigit Lactantius libro primo cap. 22.

IN Carpetaniam duxit, & castra locauit ad oppidum Eburam.) Aeburam scribo ex Stephan. αἴβουρα πόλις Ἰβη-ρίας. ὡς στράβων. ὁ πολίτης αἰβουραῖος. δυνάμενος καὶ αἰβουράτης. 855

PER Carpetaniam ad Contrebiam ductæ legiones.) Quid in mentem Glareano venerit negare, Contrebiæ oppidi nomen alibi extare, nescio, cùm & Velleius lib. 2. & Valerius lib. 2. & 7. & Florus, & qui scripsit de viris illustribus, vbi de rebus Q. Metelli Macedonici in Hispania gestis agunt, eius meminerint. apud Valerium tamen est mendose Trebia, pro Contrebia. At Glareanus Contributam reponendum putat. 856

C. FLAMINIVS, L. Manlius Acidinus.) Hi triumuiri sunt: Hæret autem hoc loco Glareanus, quia L. Manlium Acidinum eundem esse cum eo putauit, quem nos P. Manlium prætorē scripsimus: nec quid sequatur certi quicquam habet. ALTERA in foro Olitorio Pietatis, eam ædem dedicauit M'. Acilius Glabrio duumuir, statuamq; auratam, quæ prima omnium in Italia statua aurata est, patris Glabrionis posuit.) Valerius lib. 2. ita: Statuam auratam nec in vrbe, nec in vlla parte Italiæ quisquam prius aspexit, quàm à M'. Acilio Glabrione equestris patri poneretur in æde Pietatis. Ex quibus verbis animaduerti licet, patri Glabrioni, apud Liuium, non patris Glabrionis esse legendum, quæ lectio in manuscriptis etiam reperitur. T. MINVTIVS Melliculus.) Vet. lib. Ti. Minucius Molliculus. Suprà osteudimus Tiberij prænomen fuisse etiam Minuciorum. 857

ET mille præterea peditum Romanotum, quinquaginta equites.) Vet. lib. Peditum ciuium Romanorum, Rectè: Sic enim suprà. Quatuor millia peditum ciuium Romanorum, & ducenti equites. PROROGATVM in Gallia imperium.) Vet. lib. In Galliam. Vtraq; locutio Liuio vsitata. 858

Q. FVLVIVS Flaccus in locum vitrici consul est declaratus.) Verisimile non videtur Glareano duos Q. Fuluios Flaccos consules fuisse, alterum hoc anno C. Calpurnio subrogatum, alterum cum L. Manlio insequēti anno. & ne idem vtroq; anno consul sit veretur, cùm tamen duos esse, eosq; patrueles appareat ex tabulis Capitolinis, in quibus ita est. [Rectè tabulæ Capitolinæ: Veruntamen in re non admodum magna, Glareanus nihil asseuerat, sed hæsitat. 859

A. POSTVMIVS. A. F. A. N. ALBINVS. C. CALPVRNIVS C. F CN. N. PISO IN M. M. E. IN E. L. F.
Q. FVLVIVS CN. F. M. N. FLACCVS.
L. MANLIVS. L. F. L. N. ACIDINVS FVLVIAN. Q. FVLVIVS Q. F. M N. FLACCVS.

AGER publicus populi Rom. erat in Samnitibus, qui Taurasinorum fuerat, cùm traducere Ligures Apuanos vellent.) Huius extremi XL. libri nisi vnum (vt reor) manuscriptum exemplar extat, quod in Germania est: vnde ad cæteros hæc pars translata est. Cùm igitur Germani primum impressissent. Qui Taurasinorum traducere Ligures, deinde ab alijs emendatum est. Qui Taurasinotum fuerat, cùm traducere Rectè (vt mihi videtur.) verùm ad explendum hunc sensum, nimis præcise. Plenè autem sic legetur: Qui Taurasinotum fuerat. In eum cùm traducere. Sic paulò pòst ait: In Samnium traducti, agerq; his inter populares datus. Taurasini porrò, qui sint in Italia nemo prodit: Tauraoinos edit Stephan EDIXERVNT Ligures ab Anido montibus descendere.) Neq; hic locus perfectus est. deest enim alterius montis nomen, quanquam ne Anidi quidem mentio est. Asteriscum iccircò apponendum censeo. POSTEAQVAM nihil impetrabant, neque vires ad rebellandum erant.) In primo exemplari Germanico fuit, ad rebellandum. Quod magis huic loco conuenit.

AD septem millia hominũ in naues impositos.) In primo exemp german erat imposita, quod magis probo. 860

PRIVSQVAM hi consules ad exercitum venirent, qui Pisas indictus erat, præerant A. Postumius, & frater Q. Fuluij M. Fuluius Nobilior. Legendum censeo. Indictus erat. Nam inducere exercitium, est in hostem adducere. at Pisæ pro Romanis stabant. Itaq; paulò antè dixit: Adortus à Pisis Apuanos Ligures. Indictus ergo restituendum. Nam Edicere, & Indicere exercitum aliquo ad conueniendum est vsitatum, vt paulò aotè: Stobos Pœoniæ exercitu indicto. Porrò autem A. Postumius hic alius erat, quàm consul, qui & ipse A. Postumius dicebatur. IS mensibus suis dimisit legionem.) Nihil vitij insidere in hoc loco puto, contra atq; censet Glareanus. sensus est: Ante aduentum consulum præfuisse exercitui, qui Pisas erat indictus, A. Postumium, & M. Fuluiũ Nobiliorem fratrem Q. Fuluij Flacci coosulis: ita vt menses, quibus singuli præessent inter se diuiserint, æquè ac consoles fasces, & Fabius, ac Minucius Dictatores quondam imperium. M. autem Foluius mensibus suis dimisit legionem secundam, cuius ipse erat tribunus militum. Hac de re Valerius lib. 2. cap. 2. Frontin. lib. 4. sic: Q. Fuluius Flaccus censor Fuluium fratrem suum, quia legionem in qua tribunus militum erat iniussu consulis dimiserat à senatu mouit. Hinc Velleius lib. 1. ait: Aspera censura Fuluij Flacci, & Postumij Albini. quippe Fuloij Censoris frater, & quidem consors Cn. Fuluius senatu motus est ab ijs censoribus. Et Liuius lib. 41. Creati censores Q. Fuluius Flaccus, A. Postumius Albinus legerunt senatum. Insignis nota F. Fuluij, qoi frater germanus, & (vt Valerius Antias tradit) consors etiam censoris erat. Qui autem censor Fuluius Fuluium notauit, is non hoc anno, sed sequenti est cohsul. Hic enim Cn. F. ille Q. F. est, ex tabulis Cap. Neq; Fuluius tribunus militum frater est germanus huius cònsulis, sed illius censons. Credo autem hunc tribunum Fuluium rectè, & M. & Cn. dici. at L. mendose. Quod ex sequeoti Fuluiorum stemmate intelligetur. 861

M. Fuluius Q. F. M. N. Flaccus COS. an. 486.

C. Fuluius Flaccus frater Quinti. legatus an. 539.

Q. Fuluius M. F. Q. N. Flaccus. COS. 513. 526. 538. 541. Censor Dictator. Capuam cepit.

Cn. Fuluius Flaccus. frater Quinti, qui Capuam cepit. prætor an. 538.

Q. Fuluius Q. F. M. N. Flaccus præt. Hispan. an. 568. coosul 571. cēsor. 567. filius Quinti, qui Capuā cepit. Velleius.

M. Fuluius Flaccus frater Quiti. de eo Liũ. in anno 570. cum fratre est in Hispania.

M. Fuluius M. F. Q. N. Flaccus coss. àn. 625. interfectus cum C. Graccho.

Cn. Fuluius Flaccus frater Germanus Quinti Cēsoris notatus ab eo, quia legionem dimiserit Q. Fuluij consulis. an. 570 Idem adopratus à M. Fuluio Nobiliore M. Fuluius Nobilior dict⁹.

L. Manlius L. F. L. N. Acidinus Fuluianus coss. 571. cum fratre suo germano Q. Fuluio. Velleius.

Q. Fuluius Cn. F. M. N. Flaccus. præt. Sardin. an. 568. coss. an. 570. cuius consulis legionem M. Fuluius Nobilior frater patruelis dimisit.

Hcc

Hoc vbi Placentiam (Nam eò fortè profectus erat) Fuluio nunciatum est, cum expeditis equitibus sequutus dimissos, quos eorum potuit assequi, deduxit castigatos Pisas. De cæteris consulem certiorem fecit, eo referentes s. c. factum est.) Duorum Fuluiorum hic fit mentio, Q. Fuluij consulis, & M. Fuluij tribuni militum: cùm autem M. Fuluius, antequam consul veniret ad exercitum, iniussu eius dimisisset legionem, mirum videtur, cur subdat Liuius: Hoc vbi nunciatum Placentiam Fuluio est, nam eò fortè profectus erat. Nam si Fuluius consul ad exercitum nondum venerat, quomodo fortè Placentiam quasi ab exercitu erat profectus? deinde cùm ait, Certiorem consulem facit. Quem consulem? collegam dicet aliquis. at collegam erat dicendum, perspicuum est igitur, cùm dicat, antequam consules ad exercitum venirent, præfuisse ei A. Posthumium, & M. Fuluium, cumque addat, dimissam à M. Fuluio legionem, Fuluium, qui fortè Placentiam profectus erat, persequutum esse, deq; ea re consulem certiorem fecisse, & consule referente s. c. factum esse, non Fuluium cõsulem legionem persequutum esse, qui adhuc Romæ erat, sed A. Postumium, qui item exercitui cum præesset, Placentiam tum fortè concesserat, ab ipsoq; Aulo Fuluium consulem certiorem factum esse, & Fuluio ipso consule s. c. factũ esse. Quare pro Fuluio, reponendum est, Aulo, immutatis paululum literis, vt de A. Postumio intelligamus. Glareanus plures hic versus mendose esse censuit, nos vno nomine restituto omnia patefecimus. Et sunt tamen qui diligentem hanc nominum Romanorum emendationem, vt minimè necessariam improbent. quasi verò & hoc loco, & alijs nihil intersit, quo quisq; nomine affectus fuerit, certo scire. CAVSA ignominiæ, vti semestre stipendium in eum annum esset ei legioni decretum.) Hic mos exponitur apud Nonium. Aere diruti, inquit, appellabantur milites, quibus propte. ignominiam stipendium, id est, merces menstrualis, aut annua, quæ esset in nummis æris subtrahebatur. Varro de vita populi Ro. lib. 2. Stipendium appellabatur, quod æs militi semestre, aut annum dabatur cui datum non sit propter ignominiam ære dirutus esset. Et Festus: Dirutum ære militem dicebant antiqui, cui stipendium ignominiæ causa non erat datum, quod æs diruebatur in fiscũ, non in militis sacculum. DE rege sacrifico sufficiendo in locũ C. Cornelij Dolabellæ.) Hic anno DLXII. quo rex creatur dicitur Cn. Cornelins. Itaq; hoc etiã loco Cn. Cornelij lego. Quod prænomen tulerunt Dolabellæ, cum Caium nõ item.

862 VLTIMVM de cœlo, quod comitia turbaret interuenit.) Vltimum, mendose est, Glareanus, portentum, restituit, in quo portenta loquitur. Ego: Vitium. Vnde vitio creati, & vitiosi magistratus dicuntur, qui contra auspicia creati sunt. Cicero de Diuinatione: Comitiorum solum vitiũ est fulmen, quod idem omnibus rebus optimum auspicium habemus. C. SERVILIVS Geminus Pont. Max. decessit.) Paucis ante versibus C. Seruilium Pont. Max. dixit, siue cognomine Gemini. ita verò scribendum esse iam bis suprà ostendi. IN Pontificem Maximum Aemilius Lepidus.) In primo exemplari German. erat, Ante Pontificem Maximum Aemilius: inde emendatores fecerunt, In Pontificem Maximum Aemilius. Ego verò: At Pont. Max. M. Aemilius, vt sit Pontifex in locum eius à collegio cooptatus est Q. Fuluius Flaccus: at Pont. Max. M. Aemilius Lepidus. Me enim mouet hæc noua dicendi forma. In Pontificem cooptari: deinde agnosco erroris causam: librarius enim M. prænominis Aemilij notam, cum voce præcedenti præcisa, Max. coniunxit, & Maximum fecit. Vnde coacti alij postea sunt pro AT, ante reponere M. Aemilij Pont. Max. pòst in alijs libris magna est mentio. LENATES.) Lænates, vt antè. P. SCIPIONEM filium Africani augures cooptarunt.) Duo Africani filij fuisse traduntur, P. & Cn. Scipiones. Publius hic est, qui Augur nunc cooptatur, quiq; Cicerone auctore in Bruto, & in Catone Aemilianum adoptauit, à quo ille P. Scipio dictus est, imbecilla valetudine ille quidem, sed summo tamen ingenio præditus. Eundem ædilem Curulem fuisse arbitror L. Anicio, M. Cornelio consulibus. Est enim in indice Adelphorum Terentij ita scriptum. Acta ludis Q. Fabio Maximo, P. Cornelio Africano ædilibus curulibus L. Anicio, M. Cornelio COS. nec de alio potest intelligi. Cneus is est, qui captus ab Antiocho rege in prælio fuit, quique sordidam præturam gessit, & à patris gloria degenerauit, Valerio auctore lib. 3. cap. 5. & lib. 4. cap. 5. AVT eam sibi defendendam, aut prouinciam dimittendam.) Si sententiam explicuero, neminem puto futurum, cui non probem, Deserendam, pro Defendeodam, esse reponẽdũ. C. Mænio, inquit, cum Sardinia prouincia euenisset, additum erat, vt quæreret de veneficijs longius ab vrbe X. millibus passuum. Ab hoc igitur allatæ literæ, se iam tria millia hominum damnasse, & crescere quæstionem indicijs, propterea se cogi, vt aut veneficiorum quæstionem inchoatam deserat, aut prouinciam Sardiniam dimittat. Ergo ne hic quidem rectè Glareanus, qui de prouinciæ nomine dubitat, an Quæstio, an Sardinia intelligi debeat. Q. FVLVIVS Flaccus ex Hispania redijt Romam, &c. Consul est creatus cum L. Manlio Acidino. Hos consules Q. Fuluium, & L. Manlium fratres germanos fuisse scriptum est in tabulis Capitolinis, sic:

L. MANLIVS L. F. L. N. ACIDINVS. FVLVIAN. Q. FVLVIVS Q. F. M. N. FLACCVS.
HEI FRATRES GERMANI FVERVNT.

Idem scribit Velleius lib. 1. Non minus clarum exemplum, & adhuc vnicum Fuluij Flacci eius, qui Capuam ceperat filiorum, sed alterius in adoptionem dari, in collegio consulũ fuit adoptiuus in Acidini Manlij familiam datus. Hoc adscripsi, vt & Capitolinorum auctorum diligentiam, & Velleij sentẽtiam, quę vulgo corrupta est, indicarem. EO anno rogatio primum lata est ab L. Iulio tribuno pl. quot annos nati quenque magistratum, peterent, caperentq;.) Miror hoc anno primum latam hanc rogationem scribi, cùm lib. 25. ita de Scipione tradiderit. Huic petenti ædilitatem cum obsisterent tribuni pl. negantes rationem eius habẽdam esse, quod nondum ad petendum legitima ætas esset. pòst autem lib. 32. in consulatu mandando T. Quintio Flaminino, quem nondum annos XXX. natum fuisse Plutarchus prodit, huius legis ne verbum quidem fecerit. imò verò ita scripserit. Patres censuerunt, qui honorem, quem sibi per leges capere liceret, peteret, in eo populo creandi quem velit potestatem fieri æquum esse. Nam quæ lex Flaminium à consulatu deijciebat, ea erat, quod à quæstura ad consulatum transcendendo ædilitatem, & præturam transibat. Legitimam autem petendo consulatui ætatem fuisse annum XLIIII. ex Ciceronis Philippica 5. colligitur. Puto præterea, L. Villio Annali, scribendum. nam in lib. epistolarum Cœlij 8. pro L. Iulio Annali, in manuscriptis est L. Villio. Et apud Valerium lib. 9. L. Tullius Annalis, pro L. Villius. Sic antè, L. Villius Tappulus consul, L. Iulius euaserat, neq; Villiæ gentis vlla in libris impressis mentio relicta erat. C. CORNELIVS Scipio.) Cn. Cornelius ex consulatu, quem biennio pòst geret. Tabul. Capitol. L. VALERIVS Leuinus.) C. Valerius Læuinus, ex consulatu, quem biennio pòst geret. Tabul. Capitolinæ, & ipsemet Liuius. Q. ET M. Mucij Scæuolæ.) In primo exemplari german. Q. & P. Mucij, P. Filij Scæuolæ. Optimè. si Q. Filij legas, ex Capitolinis eorum consulatibus Vterq; enim Q. F. P. N. proditur, vt germani fratres collegæ in prætura sint. HYEMS eo anno niue sæua, & omni tempestatum genere fuit, arbores, quæ obnoxiæ frigoribus sunt, decusit cunctas.) In primo exemplari German. deussit, & rectè. Sic enim Vergil. penetrabile frigus adurit. Et lib. 21. Liuius perustos artus dixit frigore. & lib. superiore M. Aemilius COS. agros Ligurum deussit. T. SEMPRONII ædilis.) Ti. Sempronij, ex consulatu Cap.

863 AEDEM albam Capuæ.) Albam Liu. lib. 32. de cœlo tacta Capuæ ædes, quæ Alba dicitur. DE quibus

causis

causis hoc timeamus, multa succurrunt quæ dicerentur: nisi forte implacabiles vostræ iræ implicauerint animos vestros.) In Germanico exemplari erat: Nisi forte implacabiles fueritis implicauerint. Glareanus autem pro fueritis, restituit, irę vestræ. Ego desiderari alias voces puto, itaque asteriscum apposui. VT ea res mihi, collegæq; meo bene & feliciter eueniat.) Precatio solennis censorum hæc est, de qua sic Varro lib. 5. de lingua latina. Vbi noctu in templo censor auspicauerit, atq; de cœlo nunciatum erit, preconi sic imperat, vt viros vocet. Quod bonum, fortunatum, felixq; salutareq; sibi & populo Rom. Quiritium, reiq; publicæ populi Rom. Quiritium, mihiq; collegæq; meo, fidei, magistratuiq; nostro: omnes Quirites, pedites, armatos, priuatosq; curatores omnium tribuum, si quis pro se, siue pro altero dari rationem volet, vocat indicium. BIS à L. Fuluio se certo consulatu deiectum.) M. Fuluio, perspicue. IN Hispania L. Postumius, & Ti. Sempronius proprætor compararuerunt.) Scribe, proprætores, quia suprà dixit: In Hispanijs duabus Ti. Sempronio, & L. Postumio cum iisdem exercitibus, quos haberent, prorogatum imperium est.

ERGAVIA inde nobilis.) Ergauica, ex Ptolemæo, & primo exemplari Germ. in quo est paulò pòst: Erbicæ, pro Ergauicæ. NEC aliud magnopere victores fuisse Romanos.) In primo exemplari German. est: Nec aliud 865
magnopere Erbicæ, quam vocem, qui non intellexerunt, induxerunt. Ego, Ergauicæ, cuius quatuor ante versibus dedit meminit, puto legendum. præterea quòd in eodem exemplari est: Nec aliud magnopere Erbicæ crederes fuisse. puto legendū: Nec aliud magnopere Ergauicę credere se fecisse Romanos. Etenim aliorū narrat opinionem, de rebus à Romanis ad Ergauicam gestis, & pręlijs cum Celtiberis commisis. NISI quod postero die manētes intra vallū prelio lacessierint, spolia per totum diem legisse tertio die prelio maiore iterū pugnatū.) Has voces, Postero die, transferendas ad initium sequentis membri puto, vt sit: posterò die spolia per totum diem legisse. primò enim die à prima luce ad sextam horam diei Sempronium pugnasse, multos vtrinq; cecidisse: posterò spolia per totum diem legisse: tertio die maiore iterùm prælio pugnatum esse. Reliqua parenthesi includenda esse existimo, id est, Nec aliud magnopere Ergauicæ credere se fecisse Romanos, nisi quod manentes intra vallum prælio lacessierint, hoc modo: Ergauica nobilis ciuitas aliorum circa populorum cladibus territa portas aperuit Romanis. Eam deditionem oppidorum haud cum fide factam quidam auctores sunt, è qua regione abduxisset legiones, extemplo inde rebellatum, magnoq; postea prelio eum ad montem Caunum cum Celtiberis à prima luce ad sextam horam diei signis collatis pugnasse: multos vtrinq; cecidisse (nec aliud magnopere Ergauicæ credere se fecisse Romanos, nisi quod manentes, intra vallum prelio lacessierint) posterò die spolia per totum diem legisse. tertio die prelio maiore iterùm pugnatum, & tum demum haud dubie victos Celtiberos, castraq; eorum capta & direpta esse. INDE debellatum, veramq; pacem nō fluxa, vt antè, fide Celtiberos fuisse.) Sensus & latina ratio postulat, vt legamus, Fecisse, vt etiam paulò antè, fecisse Romanos. TRIGEMINAM.) Tergeminam. Priscianus de Numeris. HABVERE & in promiscuò pretores pecuniam.) Loquitur de censoribus. Itaq; vox, Prætores, perspicuè mendosa est, & sine vllo sensu: suspicor legēdum, preterea. Sic enim ait: Censoribus postulantibus vt pecuniæ summa sibi, qua in opera publica vterentur, attribueretur, vectigal annum decretum est. Item: Opera ex pecunia attributa diuisaque inter se, hæc confecerunt. Postremò: Habuere, & in promiscuo præterea pecuniam, ex ea communiter locarunt aquam adducendam, id est, preter eam, quam inter se diuiserant, habuerunt aliam promiscuam. IDEM dedicauit ædem Larium permarinum in campo, vouerat eam annis duodecim ante L. Aemilius Regillus nauali prælio aduersus prefectos Antiochi.) Meminit huius ędis Macrob. lib. 1. 11. Kal. Ian. inquit, feriæ sunt Laribus dedicatæ, quibus ędem bello Antiochi L. Aemilius Regillus prætor in campo Martio curandam vouit. Quod autem scriptū est, annis duodecim, intelligendum est esse legendum, vndecim. Cùm enim antè legeretur, quadraginta, Glareanus vitio agnito, duodecim restituit. [Glareanus toties clamat, pro vno anno cum nemine se certaturum, quod loquēdi diuersitas apud auctores hoc 87
cogat: Et hic Sigonius id sibi ascribit, quasi à nemine antea animaduersum.] Error enim ex notis natus est, XL. & XI. Docui autē in eiusmodi loquendi genere, an ni extremi, quo res geritur, rationē non haberi: sic paulò antè dixit: annis ante octo, cùm tamen nouem, nisi hanc formulam tueretur, fuisset ei dicendū. Quod item ait: Prefectos regis, suprà, Prefectum dixit lib. 37. L. Aemilio Regillo, qui classe præfectum Antiochi regis deuicerat. Polyxenidam autem intelligit, affuisse autem etiam Annibalem tradit Florus de bello Syriaco, de quo in ea pugna nihil Liuius. DVELLO magno regibus dirimendo caput subigendis patrandę pacis hęc pugna exeunti L. Aemilio M. Aemilij filio auspicio, imperio, felicitate, ductuq; eius inter Ephesum, Camuchumq; inspectātecos. ipso Antiocho, exercitu omni, equitatu, elephantisq; classis regis Antiochi antea fit victa, fusa, contusa, fugataq; est, ibiq; eo die naues longę cū omnibus socijs capte XLII. ea pugna pugnata rex Antiochus regnumq; eius rei ergo ędem Laribus permarinis vouit.) Miror hunc locū non deprauatū solum, sed ex omni parte diuulsum ac laceratum, ne asterisco quidem in optimis Gallorū exemplaribus esse notatū. Quo de loco quid sentiam dicam, nam omnino illum restituere non possum, præsertim verò cum veterum exemplariū auxilio destitutus sim. Primùm igitur dico ad explendum horū verborum sensum (Duello magno regibus dirimendo caput subigendis patrandæ pacis) multa desiderari, neq; enim hęc aut inter se, aut cum insequentibus vllo modo consentiunt. Reges aūt videtur intelligere Antiochum & Eumenem. Etenim cùm Eumenes à Seleuco Antiochi filio obsideretur, L. Regillum aduocauit, teste Liuio, & Appiano. Itaq; hunc titulum pugnæ suæ pretulisse videtur Regillus, vt prelium regum dirimeret, & pacem componeret. Deinde ne hęc quidē (Hęc pugna exeunti L. Aemilio M. Aemilij Filio) congruunt cum ijs quæ sequuntur (auspicio imperio) desideratur enim verbū, cui vox Pugna, iungatur. præterquam quod & magistratus, & cognomē L. Aemilij intercidit, quæ in eiusmodi re affingi accuratissimè solent, vt in tabula Gracchi lib. 41. Ti. Sempronij Gracchi consulis auspicio, imperioq;, &c. Preterea hęc inter se conueniūt (auspicio, imperio, felicitate, ductuq; eius inter Ephesum, Camuchumq;.) nisi quod pro, Camuchumq;, Samū, Chiumq;, legendū est ex verbis Liuij, vbi hanc pugnam describit. At verò hęc (inspectante COS. ipso Antiocho, exercitu omni equitatu, elephantisq;) luxata verba sunt, & ex alio loco temerè nescio quo pacto in hunc translata, neq; enim pugnatū est pręsente, aut consule, aut Antiocho: neq; equitatus, neq; elephanti ad pugnam naualem pertinent: ergo sine controuersia è medio tollenda, atq; ita oratio connectenda: Auspicio, imperio, felicitate, ductuq; eius classis regis Antiochi, &c. Quod autem scriptum est, classis regis Antiochi antea sit victa, fusa, contusa, vitiose est. Legendum est enim, classis regis Antiochi ante D. XI. K. Ian. victa. Etenim Macrobius hoc die in prelio votam esse ædem à L. Regillo ait: & in notis facilis lapsus est. ante D. XI. K. antea sic: & in tabula hac diei factam esse mentionem, quo pugnatum est, apparet ex verbis, quæ sequuntur. Ibiq; eo die naues longę. Hoc autem ita esse ex eo perspici etiam potest, quod L. Aemilius eodem anno K. Feb. triumphasse ob hanc victoriam à Liuio ipso traditus sit. Postremò ne hęc quidem verba (ea pugna pugnata rex Antiochus, regnumq;) expletam continēt sententiā. Suspicor aūt librariū cùm scripsisset (Regnumq; eius) oculis in sequētia verba coniectis, eius rei ergo, versum quo sententia perficiebatur, per incuriam transcendisse. Nam vox, eius, bis scribenda est, vt &, regnum

regnum eius, dicamus, &, eius rei ergò. Nam in extrema etiam Gracchi tabula, hæc verba sunt. Cuius rei ergò hanc tabulam donum Ioui dedit. Quamòbrem sic hunc locum describendum censeo. Duello magno regibus dirimendo * caput * subigendis * patrandæ pacis * *. hæc pugna exeunti L. Aemilio M. F. Regillo prætori * * *, auspicio, imperio, felicitate, ductuq; eius inter Ephesum, Samum, Chiumq; classis regis Antiochi ante D. XI. K. Ian. victa, fusa, contusa, fugataq; est: ibiq; eo die naues longæ cum omnibus socijs captæ XLII. Ea pugnata rex Antiochus regnumq; eius * * *. eius rei ergò ædem Laribus permarinis vouit. Permarinos autē Lares vocauit L. Aemilius, quia mari sibi affuerant. Nam Curius aram dicauerat K. Maijs. Laribus Præstitibus, quod præfuissent mœnibus vrbis, auctore Ouidio lib. 5. Fastorum.

866 REGIS vir maiestatis.) Malim: regiæ vir maiestatis. Rex enim fuerat. Ita ante legebatur. NOBILI etiam pugna aduersus Cleomenem Lacedæmonium clarus. Tutorem eum græci, vt cognomine à cæteris regibus distinguerent, appellarunt.) Hunc græci Euergetem, & Sotera vocarunt, auctore Suida: *Ἀντίγονος εὐεργέτης νικήσας μάχῃ Κλεομένην τὸν Λακεδαιμονίων βασιλέα, ἐγκρατὴς ἐγένετο καὶ τῆς Σπάρτης. καὶ οὐ μόνον ἀπῆλθε παρ' αὐτῶν χωρὶς εὐεργέτης, ἀλλὰ καὶ μεταλλάξας σωτήρ.* Tutor autem Philippi pueri fuerat, vt Plutarchus quoq; tradit in Paullo, qui hunc eundē *Δώσωνα* vocatum scribit. Et Pausanias in Achaicis. FORTE vocatū, perductumq; in regiam vocari iuberet.) Locum asterisco notaui, quia sententia expleta non est. Quæ quidem hæc videtur fuisse. Hortatur inde, vt eum fortè vocatum, &c. Hic autem Xycbus scriba legatorum videtur fuisse, quia subdit, ordinemq; omnem facinoris legatorum, ministerijq; sui exposuit.

867 CVRIS'QVE & vigilijs, cum identidem species, & vmbræ insontis interempti filij eum diris agitarent, extinctum esse cum execrationibus alterius.) Antea legebatur, cum identidem species, & vmbræ insontis interempti filij cum diris agitarent extinctum esse execrationibus alterius. Qui postea emendarunt, fecerunt rectè: Eum diris, non ita autem rectè, quod, Extinctum esse cum execrationibus, scripserunt. Quantum autem ipse intelligere possum, ij germanum huius loci sensum assequuti non sunt, qui ex hac verborum dispositione nullus percipi potest. Incredibile est enim, quam luxata fuerint verba huius extremi libri XL. in illo exemplari Germanico. Itaq; nisi sæpe ea in ordinem suum redigas, vix sensum inuenias. Quod qui ante me hunc librum emendarunt, & senserunt etiam & fecerunt. Hæc igitur verba in hunc modum mihi videntur esse ordinanda: Curisq;, & vigilijs, cùm identidem species, & vmbræ insontis interempti filij eum diris execrationibus alterius agitarent, extinctum esse. Sic locutus est lib. 26. Diram execrationem in populares, obtestationemq; quam sanctissimam potuerunt aduersus hospites composuerunt. Et lib. 10. Dira execratio, & furiale carmen. Item lib. 26. Et Plin. lib. 28. cap. 2. Diras deprecationes dixit. Sensus per se ex verbis ipsis perspicuus est. SI haud statim palam facta esset mors regis.) Glareanus sic: Videtur altera parte defecta oratio, &, Aut legendum, pro Haud. Nam alioqui

☞ sensus nullus est: Neque enim haud statim palam facta est mors regis. quod laudo. [Hic semel propitium habet „ Sigonium Glareanus: verùm tot locis antè eum restitutis nulla est gratia.] DE ea re Antigonus sæpe inuitus cum ipso Cottone legatus ad concitandos Bastarnas missus.) Ante legebatur: Ea res Antigonus. Quidam fecerunt, De ea re. Ego malim: Erat Antigonus. Cur enim dicat: De ea re cum addat: Ad concitandos Bastarnas. Malim ergo. Erat Antigonus perinuitus cum ipso Cottone legatus. Nam cùm suprà dictutus fuerit: Admoneri tamen potuisset Antigonus, si aut statim palàm facta esset mors regis, aut tum apud regem fuisset. Ne statim pateferet mors regis, Calligenes medicus causam attulit. Ne tum adesset Antigonus, incidit, quod perinuitus erat legatus cum Cottone ad Bastarnas concitandos missus. Reddit ergo rationem cur vterq; & Cotto, & Antigonus ad Bastarnanum aduentum nunciandum regi, prægressus erat, alter quia Bastarna erat, alter perinuitus. Quod autem suprà ait etiam, Nobilis erat Bastarna. Malim: Nobilis is erat Bastarna: sic enim ferè loqui solet Liuius, & lapsus facilis est & vsitatus, vt lib. 41. Castra ad lacum Timaui posuit: Imminet mari is lacus. & 43. Prætor nouus Ismenias. Is erat vir nobilis, ac potens. Item, Leonides Lacedæmonius. Regij is generis ferebatur. INDE in omnem euentum consilia commodabantur.) Malim accommodabantur. A. litera ex præcedenti voce, Consilia, repetita, sic Cicero: Id si scissem, ad id meas literas accommodauissem, & alibi. Vt ijdem versus alias in aliam rem accommodari posse viderentur. Et Liuius lib. 41. Ad hæc quæ palàm sunt consilia nostra accommodare oportet.

868 QVALI tempestate Gallos spoliantes Delphos fama est peremptos esse.) Hanc historiam planissimè scribit Pausanias in Atticis. A. MANLIVS Volso.) Vulso, vt antè. CLONDICO duce profecti erant.) Ex epitome libri 43. legendum est Elonico. CEPIONE.) Cæpione, vt antè. CENTONE.) Centhone, vt antè. LANA'QVE cum integumentis, quæ Ioui opposita fuit, decidit.) Apposita, legendum ex obsequente in libro de prodigijs: Lana cum integumentis, quæ Ioui apposita erant, decidit.

IN EPITOMEN LIBRI XLI.

MONIMENTVM'QVE operum suorum Gracchurim oppidum in Hispania constituit.) Rectè: sic enim Festus lib. 7. Gracchuris vrbs Hiberiæ regionis, dicta à Graccho Sempronio, quæ antea Illurcis nominabatur. A. POSTVMIO Albino.) Vet. lib. Et à Postumio Albino. DE vtrisq; triumphauit.) Vet. lib. Vterq; triumphauit, Rectè: id est, Gracchus, & Albinus: ille de Celtiberis, hic de Lusitanis: Ita enim Liuius. Q. VOLVMNIVS Saxa.) Emendo, Q. Voconius: sic enim Cicero in Catone, vbi legis Voconiæ meminit: sic in oratione pro Cornelio: sic Augustinus de ciuitate Dei, sic cæteri: est enim hæc lex Voconia celebris. TEMPLA magnifica multis locis erexit, Athenis. Iouis Olympij, & Antiochiæ.) Scribe & Antiochiæ, Capitolini, sic enim Liuius hoc libro: Alioquin imperfecta, & oratio, & historia erit.

IN LIBRVM XLI.

A PATRE in pace habitam.) Reliquos quinq; libros, quos nemo adhuc commentarijs editis emendandos suscepit, quanquam manuscriptorum librorum ope destituti, dabimus operam, vt ex ingenio, aut corrigamus, aut vbi correctionis indigeant, demonstremus. Atque hoc quidem loco multa deesse intelligendum est, vt sortitionem prouinciarum & consularium, & prætoriarum. Consulibus A. Manlio Gallia, M. Iunio Ligures. Prætoribus, M. Titinio Hispania citerior, T. Fonteio vlterior, Neroni Etruria, T. Aebutio Sardinia obtigerunt: præterea quæ de igne Vestæ extincto, de rebus à Ti. Graccho, & L. Albino in Celtiberia, & Lusitania gestis, de Antiocho, de lustro à censoribus condito, de lege Q. Voconij in epitoma traduntur, postremò res à M. Iunio consule in Liguribus gestæ desiderantur. Hoc autem principium est earum, quas A. Manlius consul ex prouincia sua Gallia in Istriam transgressus, cum Istris gessit.

HISTRIÆ fines.) Istriæ, sic enim græci. 869
TVNC demum nuncius ad tertiam legionem reuocandam, & Gallorum præsidium. Et simul ex omnibus 870
locis ad castra recipienda, demendamq; ignominiam rediri cœptum est.) Duæ voces, aut paulò plures huic sen-
tentiæ deesse videntur, hæ: opprimendum venit, vt fit. Tum demum nuncius ad tertiam legionem reuocandam,
& Gallorum præsidium opprimendum venit. Sic enim ait paulò pòst: Egregiam gloriam tertiæ legionis fore, si
castra metu secundanorum amissa sua virtute recipiant, & recipi facile esse, si in præda occupati barbari subitò
opprimantur.
TRIBVNI pl. Licinius Nerua, & C. Papirius Turdus.) Omissum est à librarijs prænomen Licinij. A. Lici- 871
nius Nerua. sic enim pòst in prætura vocatur: neq; par est omisisse id in Licinio Liuium, at non in Papirio. De Pa-
pirijs Turdis Cicero ad Papinum Pætum. ILIENSES adiunctis Balarorum auxilijs.) Balaros Sardiniæ po-
pulos, æquè atq; Ilienses commemorat etiam Strabo. SED singulos iustum pati seruitium, iustos coniuges,
liberosq; vexari.) Iustos mendose est. Suspicor, iuxta se, reponendum. Est autem Iuxta, æquè ac pariter. sic lib. 29.
Omnia scelera Pleminius in nos, liberosq; nostros, coniugesq; edidit. Et lib. 43. Domos suas plenas turba nauti-
ca esse, versari inter se coniuges, liberosq; suos. MOTVS is senatus.) Lege. Motus his senatus.
C. NVMISIVS, C. Mummius.) Hic pòst L. Mummius dicitur. Idem anno DLXIII. tribunus pl. fuit, quo lo- 872
co L. Nummius dicebatur. ET quibus stirps deesset quam relinquerent, vt ciues Romani fiebant.) Malim,
ij ciues Romani fiebant. ET si quis ita ciuis Rom. factus esset. Hæc impetrata ab senatu.) Librarius tres vo-
ces transcendisse videtur. Nam hæc futura erat oratio. Et si quis ita ciuis Rom. factus esset, ciuis non esset. Vox,
esset, decepit librarium, vt sæpe.
S. adiectum est, vt dictator, consul, Interrex, censor, prætor, qui nunc esset apud forum, quem manumit- 873
teretur, in libertatem vindicaretur, iusiurandum daret &c.) Ne hæc quidem sententia perfecta est, cùm futura
fuerit eiusmodi. Vt dictator, consul, interrex, censor, prætor, qui tunc esset apud forum, daret operam, vt qui ma-
numitteretur, in libertatem vindicaretur, iusiurandum daret, qui eum manumitteret, ciuitatis mutandæ causa
manu non mittere.
Q. PETILLIVS Spurinus.) Petillius, ex consulatu Capitolino. 874
L. AQVILIVS Gallus.) Aquillius, ex tabulis Capitolinis & græcis. QVIA non rectè factæ latinæ essent.) 875
Malim, Rite: vt semper alias. COMITIA in diem III. Non. Sext. Latinas ad diem III. Idus Sext. edixit.) Le-
go vtrobiq;. In A. D. id est, in ante diem. sic enim lib. 43. In ante dies VIII. & VII. Kal. Octob. dicta dies. Et lib. 45.
Latinæ edictæ à consule sunt in ante IIII. III. & prid. Idus Nouemb. Sic igitur & hic in A. D. III. Nonas edicta
erant.
CREAVIT M. Valerium Leuinum.) C. Valerium Læuinũ, ex consulatu eius Capit. & ipsomet Liuio infrà. 876
IMMEMOREM ambiguitatis verbi ominatum ferunt, se eo die Letum capturum esse.) Valerius lib. primo 877
ita: Petillius consul in Liguria bellum gerens, cùm montem, cui Leto cognomen erat, oppugnaret, interque ad-
hortationem militum dixisset: hodie ego Letum vtiq; capiam. inconsideratius præliando fortuitum iactum vo-
cis letho suo confirmauit. C. VALERIVS audita.) Hoc loco hæc desiderantur. Expositis rebus ab altero con-
sule Q. Petillio in Liguribus gestis, & morte eius, iam ordiebatur narrationem earum, quas collega eius C. Va-
lerius gessisset, his verbis. C. Valerius audita morte collegæ. Quæ res & ipsæ interciderunt, & comitia consulum
P. Mucij Scæuolæ, & M. Aemilij Lepidi. itemq; prætorum, vna cum sortitione prouinciarum, præterea expositio
rerum, quas in Gallia, Liguribusq; consules gesserunt. Nam ait: Ob eas res in Gallia Liguribusq; gestas duorum
consulum ductu, auspicioq; senatus in triduum supplicationes decreuit. Quod autem ad comitia cõsulum per-
tinet, repperi sententiam perbellam iacere apud Priscianum lib. 17. quam suo loco interijciendam esse duxi. Ea
est hæc Liuius ab vrbe condita lib. 41. Periti religionum, iurisq; publici, quando duo ordinarij consules eius anni
alter morbo, alter ferro perijsset, suffectum consulem negabant comitia habere posse. Ordinarios autem appel-
lat consules, qui primis comitijs sint creati, neq; in demortuorum locum suffecti. Fuerant autem Cn. Cornelius
Scipio Hispalus, & Q. Petillius Spurinus. quorum ille morbo, hic ferro absumptus fuerat, vt & Liuius, & Vale-
rius tradunt. Suffectus autem in Scipionis locum C. Valerius Læuinus, quem religionum, inquit, periti nega-
bant comitia rogandis consulibus habere posse. Hac autem de re sic scriptum est in tabulis Capitolinis.

CN. CORNELIVS L. F. L. N. SCIPIO HISPALVS. Q. PETILLIVS C. F. Q. N. SPVRINVS. IN.
IN. MAG. MORTVVS EST. IN EIVS L. F. E. MAG. POSTEAQVAM SIBI CONLEG.
C. VALERIVS M. F. P. N. LÆVINVS. SVBROG. OCCISVS EST.

Q. MVCIVS cum ijs.) Scribe P. Mucius, ex consulatu Cap. & Cassiodoro: collegam enim M. Lepidi quæ-
rimus. MORE sella eburnea.) Desiderantur pauca, quibus mores Persei regis describebat, de quo dicere cœ-
perat. Itaq; subsequitur. Perseus regio more sella eburnea posita ius dicebat.
SVO pio inter peregrinos.) Hoc loco interciderunt comitia consularia, quibus consules creati sunt Sp. Po- 878
stumius Albinus, Q. Mucius Scæuola. Comitia item prætoria. De sortitione autem prouinciarum prætorum
subsequitur hoc modo. Iam prætores sortiti prouincias erãt, C. Cassius Longinus vrbanam, L. Cornelius Scipio
inter peregrinos. QVOD pestilentia, quę priore anno in boues ingruerat, eo verteret in hominum morbos,
qui inciderant, haud facile septimum diem superabant.) Suspicor sic legendum, eo verterat in homines. In mor-
bos qui inciderant, haud facile septimum diem superabant.) Suspicor sic legendum, eo vertat in homines. In
morbos qui inciderant, haud facile septimum diem superabant, quanquam vsus est etiam eiusmodi genere di-
cendi lib. 25. Vt neglecti, qui incidissent, morerentur. Et Cicer. in Pison. Neque se recreare quisquam posset, qui
semel incidisset. TIB. Sempronius T. F. Longus.) Lege Ti. Sempronius. C. F. Longus. Nam anno DXLI.
an Decemuir sacris faciundis in locum Ti. Sempronij Ti. F. Longi. Ti. Sempronius C. F. Longus suffectus.
Qui ergo creatur eo anno, hoc moritur. ibi autem idcirco prænomina apposuit, vt internoscerentur. C. AT-
TILIVS Aemilius curio maximus.) Vt dixi suprà in eo anno, quo hic creatur curio, legendum est, C. Mamillius
Vitulus curio maximus. C SVLPICIVS Galba in locum Tuditani. Augures suffecti sunt.) Excidit nomen
pontificis suffecti in locum Cn Seruilij Cæpionis demortui. Ait enim Pontifices suffecti sunt C. Sulpicius Gal-
ba in locum Tuditani, ... in locum Cæpionis. Neque enim si de Galba solum dixisset, Pontifices suffecti, sed
Pontifex suffectus dixisset. CVRIO maximus C. Scribonius curio.) Altera vox Curio cognomen est Scri-
boniorum. Itaq; maiore litera notanda est, vt distinguatur à priore voce, quæ sacerdotium significat. FACES
eadem nocte plures per cœlum lapsæ sunt in Lanuuino, Cæritesq; anguem in oppido suo iubatum aureis macu-
lis sparsum apparuisse affirmabant. Priscianus lib. 4. citat hunc locum sic. Liuius histor. ab vrbe cond. lib. 41.
Lanuuini, Cæritesq; anguem iubatum nunciarunt. Itaq; legendum est ita: Lapsæ sunt. Lanuuini. Cæritesque.
LEGATI Nonis Iulij.) Vt dixi alio loco, si Iulias Nonas intelligeret, Quinctiles dixisset, quo modo ante Cęsarem

Dictatorem loquebantur. Itaque Iunias repono, vt alibi ex veterum librorum auctoritate feci. Plutarchus sæpe: [illegible]

879 NEC earum tantum ciuitatum, per quas iturus erat satis habuit animos sibi conciliare, aut legatos, aut literas dimisit.) Legendum est, Sed aut legatos, aut literas dimisit. ID cùm Perseus animaduertisset comprensis omnibus literas. Cæterùm ne similis.) Post vocem literas exciderunt verba aliquot, quæ hunc sensum explerent. Comprensis omnibus literas ad Achæos misit, quibus se seruos eorum, qui ad se transfugerant benignè remittere illis scripsit. cæterùm ne similis fuga seruorum postea fieret, cogitandum & illis esse. Hæc sententia elicitur ex sequentibus Callicratis verbis. Inde literas ad nos cum muneris specie misit, & cogitare iubet, quo modo in reliquum hoc munere non egeamus. NAM qui regibus, Macedonibusq; ipsis finibus interdixissemus, manereq; in decretum, scilicet ne legatos, ne nuncios admitteremus regum.) Præcisa sententia, imò manca sic expleri possit: Manereq; id decretum voluimus, scilicet ne. sic paulò pòst: Vt decretum, quo arcentur Peloponneso Macedones tollamus. NEC prouincijs de controuersis ad disceptationem P.R. audiuit.) Excidit vox vna ad sensum complendum necessaria, ea est, Reuocantem. sic enim ait: Dolopiam armis subegit, nec prouincijs de controuersis ad disceptationem populi Rom. reuocantem audiuit. Hoc probatur ex eo quod paulò antè dixit. Et de quibus ambigebatur rebus à rege ad Romanos reuocabant.

880 IMMISCEMVR Macedonibus armantibus se aduersus Romanos.) procul dubio, Immisceamur, legẽdum est, pendetq; & hoc membrum à superioribus. Hoc est, vt decretum tollamus, vt legatos regios exercitus Macedonum, & mox ipsum à Delphis traijciẽtem in Peloponnesum videamus, immisceamur Macedonibus armantibus se aduersus Romanos. QVANQVAM & illud dicere poteram tanta priorum Macedoniæ regum merita erga nos fuisse, vt Philippi vnius iniurias, si quæ fortè fuerunt, vtiq; post mortem.) Sensus docet deesse verbum, Obliuisceremur. vt sit: Si quæ fortè fuerunt, obliuisceremur vtiq; post mortem. CVM classis Rom. Cenchris staret consul cum exercitu Velatiæ esset.) Cenchreis, & Elatiæ scribendum sine dubio, ex lib. 31.

881 EXVLIBVS Hypateis.) Hypatæis, ex Stephano [illegible]. L. FVLVII, qui frater germanus, & vt Valerius Antias tradit, consors etiam Censoris erat.) Hunc Velleius Cn. Fuluium vocat: & rectè, vt libro priore docui. Aspera, inquit, censura Fuluij Flacci, & Postumij Albini fuit: quippe Fuluij censoris frater, & quidem consors Cn. Fuluius senatu motus est ab ijs censoribus. Ex ijs M. Aemilio senatus negotium dedit.) Hoc nomen consulis est mendose: non enim hoc anno, sed priore M. Aemilius consulatum gessit. qui autem proximè ante L. Postumium Albinum, & M. Popillium Lænatem, qui subsequuntur, consules fuerunt, ij Sp. Postumius Albinus, & Q. Mucius fuerunt. Neq; verò de M. Aemilio intelligi potest, quia ille sortitus Galliam est, hic autẽ Istros, nihil memorabile gessit. P. Mucij res in liguribus gestę apud Liuium omnino interciderunt. Illud enim tantum extat, ob eas res in Gallia Liguribusq; gestas duorum consulum ductu auspicioq; senatus in triduum supplicationes decreuit, & XL. hostijs sacrificari iussit.

882 FERREIS in monte Albano consulibus.) Ferijs, puto legendum, vt de Latinis intelligatur, quæ agebantur in monte Albano. Cæterùm hic locus sanari ne coniectura quidem potest. ET alter ex ijs Fuluius Flaccus, nam Postumius nihil nisi senatus Romani, populiue iussu se locaturum esse ipsorum pecunia, Iouis ædem Pisauri.) Malim: Nam Postumius nihil nisi senatus cõsulto, populiue iussu se locaturum ipsorum pecunia dicebat. Sic enim loqui solet, vt senatus consultum, vel auctoritatem iussui populi opponat. ET Pollentiæ.) Potentiæ, ut suprà. IN his & clo um circunducend & forum.) Puto legendum: cloacam in fluuium circunducendam, & forum. Sic lib. primo, cloacis è fastigio in Tiberim ductis. M. POPILIVS Lænates.) M. Popil us Lænas, ex Capit. lap. CN. Fabius Buteo.) Alio loco ostendi N. Fabios, Cn. Fabios mendose scribi. Est profectò N. Fabius Buteo consul anno DV. in tabulis Cap. Neminem autem Cn. Fabium repperi nisi mendose. IN ædem Matris Matutæ posita.) Lege, in æde. Sic lib. 40. Eodem exemplo tabula in æde Iouis in Capitolio supra valuas fixa est. ATQVE liberatis vectigalibus restitutis.) Deesse mihi vox aliqua videtur, vt: Atq; liberatis vectigalibus, & reip. restitutis. T. FLAMINII.) Flaminini, vt suprà: est enim filius T. Quinctij Flaminini, qui de Philippo triumphauit.

IN LIBRVM XLII.

884 CN. FABIVS Massiliæ.) N. Fabius, vt dixi. SENATVS decreuit, vt P. Furius, Cn. Seruilius, quibus succedebatur, inter se sortirentur, vter citeriorem Hispaniam prorogato imperio obtineret.) Locus sine dubio mancus. Quod ex diuturna obseruatione Liuianæ orationis intelligi potest. Possum sexcentos proferre locos, quibus Liuius ita locutus sit. Compararent inter se, aut sortirentur, verùm paucis quibusdam ero contentus, quæ sunt in extremis his libris. Lib. 41. S.C. factum est, vt consules inter se compararent, vter eorum ad comitia habenda Romam rediret, & hoc libro. S.C. inde factum est, vt consules inter se prouincias compararent, sortirenturue. Et lib. 43. primo quoq; tempore, aut comparare eos inter se Italiam, & Macedoniam, aut sortiri placuit. Et lib. 45. primo quoque tempore prouincias, aut compararent inter se, aut sortirentur. Cùm igitur & ex his locis, & ex ijs, quæ supra à me collecta sunt, satis constet, non consueuisse dicere Liuium, sortiri inter se, sed comparare, non est dubium, quin legendum sit, Inter se compararent, aut sortirentur. præsertim verò cùm subsequatur: Sors opportuna fuit. quasi dicat: Ex duabus propositis rationibus, vna opportuna fuit.

885 CN. Lutatius Cerco.) Puto legendum C. Lutatius, neq; enim Cnæum prænomen esse Lutatiorum repperi. Supra in Capitolinis consulibus est, Q. Lutatius, C.F. C.N. Cerco. VOVERAT in ea pugna ędem Iunonis Monetæ.) Casus dandi requiritur. Sic enim semper loquitur. Res exemplis non eget. Iunoni ergo scribe.

886 ARMA quoq; tempore fieri.) Corrige, arma primo quoque tempore fieri. Nam de consule paulò antè dixit. At ille arma omnibus ademit. Quæ ergo arma à consule Liguribus adempta fuerant, ea primo quoq; tempore fieri censuit senatus, & factum consulis improbauit. Nota dicendi forma est. QVAS ob res placere senatui, M. Popillium consulem Ligures pretio emptoribus reddito, ipsos restituere in libertatem.) Suspicor legendum: Quam ob rem S.C. factum est, placere senatui, &c. Dixit enim: Atrox res visa senatui est, Statellates Ligures deditos in fidem populi Rom. armis, & libertate spoliatos esse. Quare S.C. factum est, placere senatui M. Popillium consulem Ligures in libertatem restituere, &c. De hoc S.C. ita paulò pòst. Postulare à patribus, vt S.C. in se factum tolli iuberent. Hæc aũt verba, ob eas res placere senatui, vt &c. solennia esse senatus consultorũ, apparet ex S. consultis Philippicarum apud Ciceronem. INFESTVS prætoribus Romam redijt.) Lege, Prætori. A. enim Atilium intelligit. Itaq; addit: Inuectus est in prætorem, qui aduersus se pro hostibus senatusconsultum fecisset. M. IVNIVS Pœnus.) Pennus, vt antè. CENSORES erant Q. Fuluius Flaccus, & L. Postumius Albinus.) A. Postumius, ex censura Capitolina, & Liuio, supra. NEQVE ab altero notatum probauit.) Corrigo: Neque ab altero notatum alter probauit. Sic lib. 45. Neque vllius, quem alter notaret, ab altero leuata ignominia. Hac de ratione censoria sic Cicero pro Cluentio. Atque ipsi inter se censores sua iudicia tanti esse arbitrantur, vt

alter

alter alterius iudicium non modo reprehédat, sed etiam rescindat, vt alter de senatu mouere velit, alter retineat. alter in ærarios referri, aut tribu moueri iubeat, alter vetet.

INCOEPTO perstabant.) Diuidendæ voces sunt. In cœpto. Et lib. 45. Io benè cœpto perseuerare ait. 887

ALTERO ad Sidenum augustissimo, & celeberrimo in templo, tertio Delphis.) Videtur legendum ad De- 888
lum, ex Suida, qui de Perseo ait: καὶ τέμενος ἐξέπεμψεν ἀναθήματα εἰς τὸ Δῆλον, καὶ Δελφούς. ARMIS vel tribus tantum exercitibus in armamentaria congessisse.) Corrigo, vel tribus tantis, quo de diceodi genere libro priore dictum est.

TAMEN in primo congressu non temperauit, quin vxoris petendę prematurá festioationem fratri obijce- 890
ret.) Sic Plutarchus in apophteg. ὁ δ᾽ Ἀμύντας φιλοφρόνως ἀπαντήσας αὐτῷ, καὶ πρὸς τὸ ἐς αὐτὸν μὴ σπεῦσαι γῆμαι, πρὸ τελευτῆς ἴδοις. CLASSEM appellere tuto, & copias percommoda exponere posset.) Percommode: respondet enim voci, Tuto.

COLVMNA rostrata in Capitolio bello Punico consule, cui collega Ser. Fuluius fuit, tota ad imum fulmine 891
discussa est.) Et hic locus mancus ita sanari fortasse posit. Columna rostratá in Capitolio bello Punico priore posita à M. Aemilio consule, cui collega Ser. Fuluius fuit. Hi autem consules fuerunt anno V.C. CDXCV. de quibus Cassiodorus, & Capitolini auctores. DECEMVIRI lustrandum oppidum.) Sic lib. 22. prodigijs alijs ex alio loco nunciatis, tamen Ardeæ sacrificatum ait: Decemuiri in foro Ardeæ maioribus hostijs sacrificarunt.

QVI te præsenti cognoscerent.) In te præsenti, legendum. Lin. lib. 34. Missuros se in Africam, qui inter Car- 892
thaginienses, & regem in re præsenti disceptarent. Legi etiam exemplum tabulæ cuiusdam æneæ perantiquæ in agro Genuate repertæ, vbi ita est. De controuersijs inter Genuateis & Veiturios in re præsente cognouerunt, & coràm inter eos controuersias composuerunt. STRATI'QVE humi non sibi magis misericordiam, quàm regi. Interrogari Gulussam placuit.) Expleueris sensum si ita leges: Non sibi magis misericordiam, quàm regi inuidiam concitarunt. Deinde interrogari Gulussam placuit. MITTENDI se Romam, qui deprecarentur.) Deprecaretur, perspicuè.

RENVNCIANDAM'QVE amicitiam regis missi.) Regi, legendum est. Sic enim lib. 38. Decreuerunt renun- 893
ciare societatem Achæis. Et lib. 35. Badium Campanum T. Quintio Crispino Romano renunciare hospitium. Suet. in Caligula. Ac ne tum quidem vltra progressus est, quàm vt amicitiam ei more maiorum renunciaret.

L. PORCIVS Licinius.) Licinus, vt antè. L. IVNIVS Annalis.) L. Villius, vt antè. NIHIL recusare 894
tamen quo minus operam P.R. dent.) Iuuersæ literæ sunt, & R.P. scribendum est, vt sit Reip. non populo Romano. Hæc enim vsitata locutio.

QVOD bellum senatus Perseo iussisset.) Malim, cum Perseo. A. M. COELIO mihi primos princeps 897
prioris centuriæ est assignatus.) Lege, à M'. Acilio. Glabrionem enim intelligit apertè eum, qui cum Aetolis bellauit, & cum Antiocho.

LIGVRVM mille millia.) Scribe. Ligurum M. M. id est, duo millia. C. DECIVM, A. Licinium Netuam.) 898
Emendo C. Decimium, vterq; enim horum post prætor fit. Decios preterea hoc prenomine vsos non comperi.

ABRYPOLIM socium, atq; amicum populi Rom. regno expulisti.) Huius rei historia excidit apud Liuium. 900
Priore autem libro, quo in loco de origine Persici Belli agebat, vt puto eam tradidit: præsertim verò cùm in Epitome eius libri hæc verba sint. Initia belli Macedonici continet, miserat ad Carthaginienses legationem, & ab ijs nocte audita erat. Sed & alias Græcię ciuitates solicitabat, qui preter religionem, quod quam multa templa magnifica multis locis erexit, Athenis Iouis Olympij, & Antiochię Capitolini, vilissimum regem egit. Narrat autem Pausanias in Achaicis, cùm Perseus fœdus, quod sibi cũ Romanis erat, violandũ esse decreuisset, Abrupolim Sapensium Regem aggressum esse, & populi Rom. socios vexasse. Verba sunt hæc: Περσεὺς γὰρ τὸ φιλίας πρὸς Ῥωμαίους ἄγειν τὴν εἰρήνην κατὰ συνθήκας, ἃς ὁ πατήρ οἱ Φίλιππος ἐποιήσατο, ἀπέδειξεν λύσειν τοὺς ὅρκους, καὶ ἐπὶ τὸν Σαπαίων τὸν βασιλέα Ἀβρούπολιν στράτευμα ἀγαγὼν ἐποίησεν ἀναστάτους Ῥωμαίων συμμάχους ὄντας. PRO paterno nostro hospitio faueo orationi tuæ.) Rationi lego, id est, causæ. eteoim sic sequitur, & opto vt aliquam mihi materiam præbeas agendę tuę apud senatum causæ. Videtur aotem litera, o, ex fine vocis, faueo, repetita. Ex quo regnom adeptus es vnam rem te, quæ facienda fuerit, senatus fecisse ceuset, quod legatos Romam ad renouandum judicat potius, quàm cùm renouatum esset, violandum.) Hoc modo perfici hęc sententia videtur posse. Quòd legatos Romam ad renouandum fœdus miseris, quod ipsum tamen tibi non fuisse renouandum iudicat potius, quàm cùm renouatum esset, violandum. Fecit enim iteratio huius vocis, reoouandum, vt librarius à priore ad posteriorem transierit, verbis medijs præteritis.

LEGATI Romani in Bœotiam comparati sunt.) Comparare legatos dixit, vt comparare consules, & censo- 902
res, id est, vt alibi dixit legere, & in legationem conijcere.

EADEM fide indicatum Pyrrho regi medicum vitæ eius insidiátem, eadem Faliscis vinctum traditum pro- 903
ditorem liberorum regis.) Alios sequi videtur auctores, quàm quos sequutus est libro 6. vbi de magistro proditore loquitur: non enim liberos eos fuisse regis significat, sed principum Faleriorum. Idem tradit Plutarchus.

CVIVS imperio, consilioq; summam P.R. tuendam permiserunt.) Inuersæ literæ sunt, Reip. legendum est, 904
non populi Rom. ALIQVAM diuersis sententijs certatum est.) Aliquandiu diuersis.

DVM integræ res sint apud animum suum Persea debere, vtrum singula concedendo.) Imperfectum seo- 905
sum ita expleueris. Dum integræ res sint, cogitare apud animum suum Persea debere. HIPPIAS Bereus) Berœus vt antè. ANTIPHILVS Edissæus.) Edessæus, ab Edessa: Stephanus. Ex Paroria.) Parorea, Græce παρώρεια fit ante.

SEXTVS & vicesimus annus agebatur, ex quo petenti Philippo data pax erat.) Lege, tertius & vicesimus. 906
Tot enim numerantur à P. Cornelio. Ti. Sempronio COS. Error ex notis manauit, III. & VI. ex duobus eoim II. V. factum est. QVÆ triceoos equites habeant.) Corrigo Trecenos, quod est æquè, ac trecentenos. sic paulò pòst. Nun plus quàm CCC. equites erant in castris Romanis. sic libro priore: Quina millia, & duceni pedites, & trecenti equites. INCOGNITVM famæ aperuerint armis orbem terrarum.) Fama, perspicuè. TANTVM iussis adire parere.) Parari, perspicuè.

PYTHOVM, & Dolichen.) Πύθιον vocant Plutarchus in Paollo, & Stephanus. Qnare lego, Pythium. CY- 907
RETIAS oppugnare coactus.) Conatus, perspicuè. VELATIAS, & Connum.) Elatiam, & Gonnum. De vtrisq; dictum est antè ex Stephano. PHILETERO fratre relicto Pergami.) Philetæro, de quo Appianus in Syriaca.

PERSEVS fermè diei quarta.) Lego, Perseus hora fermè diei quarta: neq; enim in eiusmodi [illegible] adhuc 908
apud Liuium incidi. paulò post, ante horam quartam.

MIDON Bereus.) Milo Berœus. Plutarchus enim in Paullo Μίλωνα nominat. CONSVLI intra vallum.) 909
Lege, consul perspicuè. VT vsu belli, & ingenio impauida gens turbaretur. gladijs hastas petere pedites.

dites. nunc ſuccidere crura equis, nunc illa ſuffodere.) Suſpicor coniungenda eſſe verba, gladijs haſtas petere pedites, nunc ſuccidere. nam hæc omnia peditum ſunt in equites opera, vt alij haſtas eorum gladijs pererét, alij crura equis ſuccidere nt, alij ilia ſuffoderent. CVM ordinatis, & certò incidentibus gradu.) Lego, incedentibus, vt lib. 22. Cum ſignis prima luce motis ſegniter agmen incederet. Et Ouidius 2. Metamorphos. Incedere paſſu, dixit. NE audaci cœpto deeſſet.) Deeſſent. refertur enim ad Hippiam & Leonatum, non ad Phalangem.

910 CONCIDERE eo die ab Romanis CC. equites &c. Summam colligit omnium Plutarchus in Apohtegmatibus duo millia octingentos, qui aut cæſi, aut capti ſint. AD Mopſelum caſtra poſuit.) Mopſium lego, ex Stephano: μόψιον πόλις τῆς πελασγιώτιδος χώρας θετταλίας, [illegible]

911 AGRIS locisq; quibus Philippus ceſsiſſet, ceſſurum primum.) Pro primum, repono Perſeum, euidente ſenſu. nam dixit etiam: Vectigal, quantum Philippus pactus eſſet daturum Perſea Romanis pollicentes. ITA pacem dari, ſi de ſumma rerum, liberum ſenatui permittat rex de ſe, deq; vniuerſa Macedonia ſtatuendi ius.) Eadem ſententia eſt apud Plutarchum in Apophteg. P. Licinij conſulis.

912 ATQVE ita media nocte profectus, vt prima luce aggreſſus falleret, nequicquam primæ ſtationes oppreſſo tumultu, ac terrore ſuo cæteros exciuerunt.) Duas puto voces deeſſe huic ſententiæ. Quod apparebit, ſi ita legeris: Atq; ita media nocte profectus, vt prima luce aggreſſus falleret, ne quicquam tentauit. nam primæ ſtationes oppreſſæ, tumultu ac terrore ſuo ceteros exciuerunt, ſignumq; datum eſt arma extemplò capiendi. Aliter ſi legas, nullum elicies ſenſum. PHALANNEVM agrum.) Phalannæum. Steph. φαλάννα φαλανναῖος.

IN EPITOEN LIBRI XLIII.

914 PRÆTORES nonnulli.) Vet. lib. Prætores aliquot. CAPTIVI, qui ab eo venierant.) Vet. lib. Qui ab eo ſub corona venierant.) Res præterea à Perſeo rege in Thracia proſperè geſtas continet, & victis Dardanis, & Illyrico cuius rex erat Gentius, motus, qui in Hiſpania ab Olonico factus erat ipſo interempto, conſedit.) Vet. lib habent, ab Elonico lib. 40. extremò. Clondicus ditur. vt dixi mendoſe, dux enim Baſtarnarum fuit, qui in Dardaniam venerant, atq; ibi manſerant, à Philippo rege exciati. Quare pro Hiſpania, Pæonia, lego. Eſt enim Pæonia Dardaniæ continens, vt ait Liu. lib. 45. in ea igitur cùm bellum excitaret, interfectus à Perſeo rege ſignificatur. A PRÆFECTIS claſsium.) Vet. lib. Item à præfectis claſsium.

IN LIBRVM XLIII.

LEGATVS in Illyricum à conſule miſſus.) Puto deeſſe huius legati nomen, niſi intelligamus Q. Mucium, de quo paulò antè dixit lib. 42. extremò: Q. Mucium legatum cum duobus millibus ad obtinendam Ambraciam miſit. Quem tamen eodem libro tribunum militum appellauerat. Duo conſulares, inquit, tribuni militum cum eo miſsi C. Claudius, Q. Mucius. NE duabus oppugnationibus nequicquam fatigatus miles eſſet, quam prius intactam vrbem reliquerat, diripuit.) Corrigo. Quas prius intactas vrbes. Nam dixit: Opulenta duo oppida, vi atq; armis coegit in deditionem, omniaq; ijs ſua conceſsit, Item: ne duabus oppugnationibus nequicquam fatigatus miles eſſet.

915 LEGATI ij profecti M. Cornelius Cethegus, M. Fuluius, P. Marcius Rex.) Corrigo. Legati III. profecti, id eſt, legati tres profecti. Sic lib. 41. In Macedoniam quoq; mittendos legatos ſenatus cenſuit. Tres miſsi ſunt: C. Lælius, M. Valerius Meſſalla, Sex. Digitius.

916 TANTVM pauorem ingreſsi.) Hoc loco deſiderantur comitia conſularia, quibus A. Hoſtilius Mancinus, & A. Atilius Serranus conſules facti ſunt. Hoſtilio Macedonia euenit, Atilio Italia. Item comitia prætoria cum ſortitione prouinciarũ. Ad hæc verò deſunt res à P. Licinio proconſule in Macedonia geſtæ. Qua de re ſic in Epitoma: P. Licinius Craſſus proconſul complures in Græcia vrbes expugnauit, & crudeliter diripuit. Quanquam ex Liuio videtur legendum, conſul, non proconſul, quia ait paulò pòſt: Quo crudelius auariusque in Græcia bellatum, & ab conſule Licinio, & ab Lucretio prætore erat. Accedit, quod prorogatio imperij in P. Licinio non fuit neceſſaria, cùm A. Hoſtilius conſul hoc anno cum imperio in Macedoniam venerit, atque ibi hoc tempore eſſet. Loquitur hic de quodam prætore, qui hoſtes ſine ſanguine domuit. Deinde qui à P. Licinio conſule in ſeruitutem adducti erant reſtitutos in libertatem exponit. Qua de re ſic in Epitoma, ob id captiui, qui ab eo ſub corona venierant, poſtea reſtituti ſunt. Poſt autem, quæ à L. Hortenſio prætore auare & crudeliter in ſocios facta ſint, exponit. De quibus ſic in epitoma. Item à præfectis claſsium Romanarum multa impotétet in ſocios facta. Si qua alia hoc loco deſiderentur, paulò pòſt indicabo. HISTRORVM & lapidum.) Græci λάπυδες. Tabulæ Capitolinæ lapudes edunt.

917 TRITICI decies centum millia, & hordei quinquaginta.) quingenta, corrige. Sic enim locutus eſt de ijſdem Carthaginienſibus lib. 36. Hordei quingenta millia. MICCION princeps eorum.) Mictio, ex Plutarcho in Paullo, vt antè.

918 QVI excluſiſſent, Emathiam, Amphipolim, Maroneam, Aenum, incolumes eſſe.) Malim, Quæ, Sunt enim hæ vrbium nomina. QVIBVS nihil dicere, neq; penſi, neq; facere.) Malim, neq; penſi ſit: vt lib. 42. Id illi cui nihil penſi ſit, facilè eſt. M. IVVENTIVS Talua.) M'. Iuuentius Thalna, ex conſulatu Capitolino. QVEM non poſſe exiſtimare.) Niſi cum interrogatione legas, nullus erit ſenſus. MILITES duarum legionum intra dies LX. quàm in prouinciam venit, diuiſit.) Dimiſit, lego. Nam præcedit: Satis explorata pace eius anni. De conſule A. Atilio loquitur. AD Lycnidum.) Lychnidum: græci enim λύχνιδον.

919 M. SVLPICIVS Gallus.) C. Sulpicius, ex prætura & conſulatu eius. Q. MARCIVS Philippus iterùm, Q. Seruilius Cœpio.) Cn. Seruilius, ex conſulatu Cap. & Caſsiodoro. SACERDOTES intra eum annum mortui L. Flaminius, duo pontifices deceſſerunt.) Deeſt nomen ſacerdotij, quo præditus erat L. Flamininus: erat autem augur factus in locum P. Furij Phili anno DXXXVIII. quare L. Flamininus augur, legendum.

920 TRIBVNOS ijs non permiſſum, vt conſules facerent, populus creauit.) Corrigo. Tribunos mil. non permiſſum. P. MVCIVS Scæuola, C. Iunius Brutus.) Scribe M. Iunius Brutus. Qui enim cenſuram petebant, hoc tempore conſulares erant. Conſul autem fuit M. Iunius Brutus, non Caius, ex conſulatu eius Capitolino & Caſsiodoro. ID prætoribus magna patrum non ſine ſuggillatione conſulum mandatum eſt.) Deeſt huic ſententiæ vox vna, vt, magna patrum conſenſione. QVOTIESCVNQVE delectus erit, quem hic cenſores magiſtratum habebunt, ſi miles factus non eris, in delectu prodibis.) Voces, Quem hic, mendoſe ſunt. Mihi reponendum pro ijs viderur, Quicunq;. Errauit librarius, quia ſcriptũ legit. Quic, & in Quem hic mutauit. Reſpondent autem hæc inter ſe, Quotieſcunq;, & Quicunq;. Porro autem: in delectum, lego vt paulò antè, ad delectum prodito.

QVOD

QVOD sine dolo malo facere poteris.) nota interrogationis addenda est. TRIBVNVM pleb. Rutilium.) 921
Ego: Tribunum pl. P. Rutilium. Sic enim etiam lib. sequenti vocatur.

PERICVLVM Graccho non esse conceptis verbis iurauit.) Distinguẽda verba ita, vt intelligamus, plebe ac- 922
clamante periculum Graccho non esse, Gracchum conceptis verbis iurasse. Ita enim factum esse tradunt etiam
cæteri. EO anno postulantibus Aquileiensium legatis, vt numerum colonorum augeret, M. & D. familię ex
S.C. scriptæ.) Perspicuè: legendum est, postulantibus à senatu Aquileiensium legatis. Nam sequitur: Augerer, &
ex S.C. scriptæ. TYRREI concilium legatis Acarnanes dederunt.) Lege, Thyrij. Stephanus: θύρειον πόλις ἀκαρ-
νανίας. CVM à Thracia pacem Cotys, ab Epiro Cephalus repentina defectione à Romanis præstarent.) De
Cotye rege Thraciæ, & vt ipse ait, Odrysarum, alij multi. De Cephalo Acarnaniæ duce. sic Strabo lib. 10. φασί τὸς
ταφίους, καὶ τὸς τηλεβόας λεγομένους οἰκεῖν τὴν ἀκαρνανίαν πρότερον, καὶ τὸν ἡγεμόνα αὐτῶν κέφαλον. Fuere autem hæc multorũ regulo-
rum nomina, non vnius duntaxat. AD Vscana.) Infra semper Vscanam edit.

DARDANOS recens domuisset bello.) Pars ea, qua Perseum domuisse Thracas, & Dardanos tradebat Li- 924
uius desideratur in superiore huius libri fragmento. Nam in epitoma etiã est: Res præterea à Perseo rege in Thra-
cia prosperè gestas continet, & victis Dardanis & Illyrico, cuius rex erat Gentius. Reliqua igitur omnia de Thra-
cia, & Dardanis ibi tractabantur: nunc res Illyricas exorditur, cùm ait: Solũ infestum esse Macedoniæ latus, quod
ab Illyrico pateret, cernens, neq; ipsis quietis Illyrijs, & aditum præbentibus Romanis, si domuisset proximos Il-
lyriorum, Gentium quoq; regem iamdiu dubium in societatem pellici posse. Ex his autem, & quæ suprà dixi,
intelligi potest, multas paginas eo loco intercidisse. PHANOTEM Epiri castellum.) Hoc oppidum φανότεια,
φανότη, & φανοτεὺς dictum est, auctore Stephano, quibus modis variauit etiam Liuius. NEC tamen impetrare
ab animo posset, vt impensam in rem maximi ad omnia momẽti faceret.) Corrigo: Nec tamen impetrare ab ho-
mine posset. Loquitur enim de Gentio rege, à quo societatem impetrare non posset Perseus. Cæterùm quæ de
Elonico traduntur in epitoma à Perseo facta esse, hic desiderantur. Itaq; finis libri est asterisco signandus.

IN EPITOMEN LIBRI XLIIII.

PER saltus penetrauit.) Vet. lib. Per inuios saltus penetrauit. PAVLLVS in concione precatus est, vt 925
quicquid diri populo immineret, supra domum suam conuerteretur, & in Macedoniam profectus Perseum vi-
cit.) Qui epitomam hanc scripsit parum accuratè videtur Liuiana verba legisse, neque enim in concione, quam
Paullus habet, antequam in prouinciam exeat, quicquam tale inuenitur. Immò Paulus ait, se tali vsum esse pre-
catione, postquam Perseum vicerat. Verba eius sunt in oratione ad Quirites post triumphum lib. 45. Postquam
omnia secundo nauium cursu in Italiam peruenerãt, neq; erat, quod vltra precarer, illud optaui, vt cùm ex sum-
mo retro volui fortuna consuesset, mutationem eius domus mea potius, quàm Resp. sentiret. Item Valerius lib.
5. cap. 10. Paullus, inquit, in oratione, quam de rebus à se gestis ad populum habuit. Cùm in maximo prouentu fe-
licitatis vestræ Quirites timerem, nequid mali fortuna moliretur, Iouem opt. Max. Iunonemq; Reginam, & Mi-
neruam precatus sum, vt si aduersi quid populo Rom. immineret, totum in meam domum conuerteretur. Ergo,
neq; antequam in Macedoniam iret, neq; in concione ita precatus est. ANTEQVAM confligeret, dixit ex-
ercitui, ne miraretur, quod luna nocte proxima defectura esset.) Hæc nõ Paullum dixisse, sed C. Sulpicium Gal-
lum tribunum militum tradit Liuius, & Valerius lib. 8. cap. 11. Itaq; legendum est: Antequam confligeret, C. Sul-
picius Gallus tribunus mil. dixit. In veteribus autem libris est, prædixit exercitui, ne miraretur, quod luna defe-
ctura erat. QVERENTES de Antiocho rege, quod is bellum inferret.) Vet. lib. His, id est, Cleopatræ, & Pto-
lemæo.

IN LIBRVM XLIIII.

ET primus eorum congressus ex dignitate eorum ipsorum, ac Romani nominis, & in rebus deinde geren-
dis. Proconsul enim ad exercitum paucis post diebus consul concionem apud milites habuit.) Nonnulla hic de-
esse vnusquisq; sentire potest, quorum hæc videtur fuisse sentẽtia. Primus eorum congressus ex dignitate eorum
ipsorum, ac Romani nominis, & in rebus deinde gerendis summe vtilis Philippo consuli fuit. Proconsul enim
ad exercitum conuersus eum ad rem fortiter gerendam hortatus est, eoque consuli tradito Romam reuersus est.
Paucis post diebus consul concionem apud milites habuit. Locutum hic esse de traditione exercitus apparet,
cum subdit: Profectus decimo die postquam exercitum acceperat, castra mouit.

SVMMOTIS ijs quam potissimum peteret, retulit ad concilium.) Legendum est, Quà, vt: Quà quisq; du- 926
cturus esset, nisi viam addere malimus, vt paulò pòst: quod iter petiturus esset, ignarus. INTERIM consuli sen-
tentia stetit eo saltu ducere, vbi propter Octolopum diximus regis castra. Præmitti tamen.) Locus mancus ita re-
stitui potest: vbi propter Octolophum diximus regis castra Philippi fuisse. Præmitti tamen. Librarius enim ocu-
los à Philippi transtulit ad præmitti, ob quandam similitudinem literarum: rem autem ita habuisse, intelligi po-
test ex lib. 31. vbi de rege Philippo cum Quintio dimicante agitur.

TERTIO inde die peræquè inuia.) Quarto legendum, priore enim versu dixit, Tertio die coniunctis copijs 928
eunt. & suprà: posteri diei meminerat. QVOD nec hostis vnquam apparebat.) Vsquam, perspicuè. DI-
GRESSI in campos.) Degressi: nam de descensu loquitur, non discessu, vt suprà. ET quæ temeritas consulis
videri potuisset, quòd eò processisset, vnde inuito hoste regredi nequiret, eam non consultam audaciam fecit.)
Legendum: Non incõsultam audaciam. Nam contrarium temeritati quærimus: præterea supra eandem senten-
tiam protulit. Nec aliud restabat, quàm audacter commissum pertinaci audaciæ, quæ prudens interdum in exi-
tu est, corrigere. Quam ergo ibi prudentem audaciam, hic non inconsultam vocauit.

PERSEVS tandem pauore, eo quo attonitus fuerat, recepto animo, mallet imperijs suis nõ obtemperatum 930
esse.) Malim, à pauore recepto animo. alibi, collecto à pauore animo. &, Collectis ex necopinato pauore animis.
Corrigo etiam, Malle, pro mallet, iuxta notam figuram dicendi. CANASTREVM.) Canastræum: nam græ-
ce καναςραῖον.

ET M. millia Penestarum.) M. M. scribe, id est, duo millia. PER Cydantem Cretensem.) Cydas, Cydam 931
edit. Itaq; Cydam Cretensem dixit Cicero Philip. 5.

ET pene victoriæ vtiq; de Antiocho rege maiore parte à se vindicata.) Corrige, ad se vindicata. LITE- 932
RASQVE extemplo ad vtranq; gentem scirent indicatum mitti.) Scribo, vt scirent indicatum. Causam enim
affert, cur senatus iusserit extemplo literas ad Caras, & Lycios de libertate mitti, vt Rhodij, inquit, legati, qui id
ægre laturi erant, scirent scriptum esse. IBI & ex alijs locis commeatus rempublicam prospectos in hyemem
habere.) Vox Remp. vitiose est. Sæpe autem admonui, quàm facilè, & quàm sæpe lapsi sint librarij in his vocibus
P. R. & R. P. & P R. id est, populus R. Resp. Prætor, inuersis, aut disiunctis, aut coniunctis, contra quàm opus erat,

literis. Hoc ergo loco idem vitij est, pro Rempublicam restituendum est, à prætore: prætorem autem intelligit C. Marcium Figulum classis præfectũ, cui commeatus cura erat tradita. Itaq; paulò antè dixerat: consuli postquam ex alto conspecta classis spem fecit cum commeatu naueis venire.

933 Is pacis semper auctor regis fuerat.) Scribe, Regi. Sic enim latina locutio postulat. QVI tribunus pl. eos vehementer accusaret) Accusarat, perspicuè. S. C. Sulpicius Pr. ad consulem paucos post dies recitauit, quibus ante diem in vrbem venturum, & consul matutauit.) Fœde corruptus locus est, & asterisco notandus. sententia est: prætorem consuli S. C. recitasse, consulem se in vrbem ad certam diem venturũ, & comitia habiturum edixisse, paucisq; post diebus & ipsum maturasse, & comitia eo die, qui dictus erat, esse perfecta. Sic lib. 9. profectiq; ad Fabium consulem, legati, cum S. C. tradidissent. CONSVLES creati L. Aemilius Paullus iterùm septimo decimo anno, postquam primo consul fuerat.) Quarto decimo, scribendum, tot enim anni numerantur à priore consulatu Paulli ad posteriorem. Error ex notis numerorum emanauit, XIIII & XVII. duo enim II. in V. mutata sunt. Preterea primum, non primo, in hoc genere dicendum est: sic etiam vbiq; alias. CN. Bæbius Pamphilus.) Tamphilus, vt suprà. M. ÆBVTIVS Helua.) M. Aebutius Elua, vt suprà.

934 ET comperta referenda, quid aut terrestribus, aut naualibus copijs opus est.) Opus esset, apertè legendum. CN. Domitius Aenobarbus.) Abenobarbus, vt suprà. ET ne quid profectionem suam teneret, pridie Idus Aprilis Latinis esse constitutam diem.) Paulò pòst autem ait: Latinas fuisse prid. K. Aprilis, sic enim inquit. Ab hac concione Latinis, quæ pridie Kal. Aprilis fuerunt in monte sacrificio ritè perpetrato. Aut ergo mendum est, aut diem Latinis prætulit. SACRIFICIO ritè perfecto primi Alexandrini legati.) Sacrificium hic non latinarum intelligit, sed solenne sacrum, quod consules suscipiebant ineuntes, antequam de rep. referrent. aut agerẽt: at paulò antè cũm dixit, Sacrificio ritè perfecto, se, & Cn Octauium, simul senatus censuisset, exituros esse, solenne Latinarum intelligit. C. POPILLIVM Lænatem, & C. Decimium, C. Hostilium.) Scribe Lænatem, C. Decimium, & C. Hostilium. Sic enim loquitur paulo pòst in ijsdem legatis nominandis.

935 IN otio militem ali, nec plus quàm VI. frumentum habere.) Suspicor legendum esse: nec plus quàm sex dierum frumentũ habere: siquidem iam hyems exacta erat, in quam commeatus parati fuerant à prætore. Iam enim consulatum inierat Paullus Idibus Martijs, omnia autem imminuunt legati. RVMORES credulitate vestra alatis.) Hanc sententiam pariter expressit Plutarchus in concione Paulli ὑμεῖς δὲ περὶ αὐτῶν, μὴ συστρατηγεῖτε μηδὲ λογοποιεῖτε, ἀλλ' ἡσυχάζοντες σιωπῇ τὰ δέοντα περὶ τὸν πόλεμον.

936 PRIMVM à prudentibus, & propriè rei militaris peritis, & vsu doctis monendi imperatores sunt, deinde ab ijs, qui intersunt gerendis loco, qui hostem, qui temporum opportunitatem vident.) Suspectam habeo hanc lectionem, Qui intersunt gerendis loco, qui hostem. Malim ita: Qui intersunt gerẽdis rebus, qui loca, qui hostem. MEDEONE Labeatidis terræ.) Medione, vt antè dixi ex Stephano. Quanquam Polybius libro primo, Μεδιωνίους vocat, non Μεδεωνίους. VERVM occultiora quædam agebantur, quæ in præsentia in visum quidem, & suspectum Romanis Eumenem falsis grauioribus. Proditor enim.) Manca sententia est. Duas has voces, aut his similes intercidisse puto. Falsis grauioribus criminibus onerarunt. Quæ hæc crimina grauiora sunt exponit. Proditor enim ac prope hostis habitus.

937 NEQVE bello eum inuadere animo habuit.) Lege, in animo habuit: sic enim paulò antè. Extrahere eius tempus æstatis in animo habebat. NAM modo ne iuuaret bello Romanos, modo pacis patrandæ cum Romanis paciscebatur mercedem, ne bello interesset M. & D. in vtroq; non fidem modo se, sed obsides quoq; dare paratum esse ostendebat.) Inscite interpuncta verba deprauant omnem hanc sententiam. Est autem ita distinguendum: Paciscebatur mercedem ne bello interesset mille, & quinquaginta talenta. Inde: In vtroq; non fide modo se. Vtrunq; autem intelligit, nec Romanos bello iuuaturum, & pacem cum Romanis ei comparaturum. Sic paulò pòst CCC. talenta Gentio ob belli societatem à Perseo promissa ait.

938 CIRCA Desudabam in Medica exercitus Gallorum consederat, mercedem pactam oppetiens.) Mædica, vt antè ex græcis. Hac de Plutarchus item in Paullo, vbi ait: οἱ δὲ περὶ τὴν Μαιδικὴν κατεστρατοπεδευκότες ἐμμίσθους τῶν βασιλέων, &c. AB Actio flumine.) ab Axio Sic paulò antè: notum flumen est. CLONDICVS regulus eorum, abi renuncia ergo, inquit.) Bastarnæ, quos Philippus rex exciuerat, Clondico duce venerant, vt lib. 40. traditum est. Quem interfectum fuisse à Perseo scriptum est in Epitoma lib. 43. Iterùm nunc Clondico duce Bastarnæ a Perseo accersiti veniunt. Ex quo intelligi potest, hoc nomen apud eos esse celebre. Quoniam autem antè diximus, Elonicum videri in eo esse legendum, idem de hoc etiam affirmamus. IPSIS quoq; Romanis de se cogitandum fuisset, quando neq; manere amissa Thessalia, vnde exercitus alebatur, potuissent, neque progredi, cùm ex aduerso castra Macedonum, qui ea pependerant spe, haud mediocriter debilitauit.) Nemo est, qui non sentiat sensum hunc non expletum vndiq; esse, quod verba quædam interciderint, nunc quemadmodum expleri possit, accipiant. Persei regis auaritiam coarguit, qui innumerabiles copias Bastarnarum, quibus facilè Romanum exercitum opprimere potuisset, ne sumptum faceret, dimisit. Quod ni fecisset, inquit, cogitandum ipsis Romanis de se fuisset, quando neq; manere amissa Thessalia potuissent, vndè alebatur exercitus eorum, neque progredi, cùm ex aduerso castra Macedonum essent. Quo facto Perseus, inquit, Romanorum animos confirmauit, & Macedonum, qui ea pependerant spe haud mediocriter debilitauit. Eadem sententia iteratur etiam paulò pòst. Quæ res Romanis auxit animos, Macedonibus, regiq; eorum haud mediocrem attulit terrorem. Librarius in errorem inductus est à duabus illis vocibus Macedonum, ab vna enim ad alteram, medijs verbis præteritis transit. CVM assidue Pantauco ad lacessendos hostili facto Romanos stimularetur.) Legendum est, à Pantauco. M. PERPENNAM, & L. Petilium legatos, qui tum fortè ad eum venerant, in custodiam coniecit.) Perpernam & Petillium. Ex Capitolinis & græcis monumentis est scribẽdum. De his legatis sic Plutarchus in Paullo: ἀφικομένους πρέσβεις Ῥωμαίων παρ' αὐτὸν συνέλαβε, καὶ κατέδησεν. Appianus in Illyrica hoc factum à Gentio ait, qui diceret, eos non legatos, sed exploratores ad se venisse.

939 AD Sigium.) Sigeum: græce enim Σίγειον.

IN Caunijs Durnium oppidum.) Burnium. Ptolemæus enim meminit oppidi Illyrici nomine Βούρνον. Et

940 Plin. lib. 3. populorum Burnistarum in Illyrico, BVLLIANORVM, Apolloniatium.) Lego Bulionum, qui sunt auctore Stephano populi ad Illyrium Βουλίονες, inquit, ἔθνος περὶ Ἰλλυρίαν. AD ea, quæ habebat auxilia Parthinorum iuuentutis duobus millibus peditum, & equitibus CC.) Suspicor addendam vocẽ ita. Assumptis Parthinorum iuuentutis duobus millibus: sic enim paulò antè, Assumptis ad eum exercitum, quem habebat, Bulinorum auxilijs. TVM classis.) De rebus ab Anicio prætore gestis aduersus Gentium regem Illyriorum dicere cœperat. Eas igitur hoc loco persequebatur, maximè verò eas quas mari gesserat, quas ita ordiebatur. Tum classis. Desideratur etiam initium rerũ earum, quas terra gessit. nam de deditione vrbium loquitur, cum ait: Die toto ei tradiderunt se.

ETLEVAM

ETLEVAM vxorem.) paulò antè vxorem Gentij regis Etutam vocauit. Videndum an vnam hanc habuerit. 941
SCERDILIO, Pleuratoq;.) Scerdiletum libris superioribus dixit. est enim nomen regulis Illyricis familiare. PYTHOI, & Petrę.) Pythij, vtrinsq; meminit Plut. in Paullo. THEOGENES, & Midon.) Milo, vt antè ex Plutarcho. BELLO Illyrico intra XXX. dies perfecto.) Diebus xx. perfectum scribit Appianus. MILES iussus ex propinquis syluis.) Orsus erat dicere, quæ Perseus rex ad famam aduentus consulis Paulli parasset, cuius narrationis pars extrema intercidit, vnà cum initio expositionis eius, qua quæ Paullus moliri cœpit, vbi in Macedoniam peruanit, prodit. primis autem his verbis. Postremò sequi se vtrarios ad mare. Quemadmodum inopiam aquarum leuauerit in Olympo monte tradit. Quæ res etiam ex Plutarcho in Paullo peti potest.

MILITEM hæc tria curare debere, corpus, vt quam validissimum & pernicissimum habeat arma apta, ci- 942
bum paratum ad subita imperia.) Vox cibum, apertè mendosa est. Ego, Animum, reponendum puto. Hunc locum sic græcè vertit Plut. παρήγγειλε μηδὲν πολυπραγμονεῖν μηδὲ φροντίζειν, ἀλλ' ἢ τὸ ἑαυτοῦ, καὶ τὴν πανοπλίαν ἕτοιμον, ὅπως ἐνεργὸν παρέξει, καὶ χρήσεται ῥωμαϊκῶς τῇ μαχαίρᾳ τὸν καιρὸν παραδόντος τοῦ στρατηγοῦ. NORVM esse. Quæ res Romanis auxit animos.) Hic narrabantur ea, quæ Perseus post Paulli aduentum aduersus eum se comparās egit, de quibus scribere erat ingressus. Horum aūt verborum hæc erat sentētia: Nunciatum est Gentium regem superatum, ipsumq; cum regno in potestate Romanorum esse. Quæ res Romanis auxit animos, Macedonibus, regiq; eorum haud mediocriter attulit terrorem: Et primo supprimere in occulto famam eius rei est conatus, &c. ITAQVE cum alij præcipites sine responso agendos castris, pronunciauit post diem quintum decimū, se responsum daturum.) Perfecta hæc sententia non est. Dicturus enim fuit, nescio quid eiusmodi. Cum alij præcipites sine respōso agendos castris, alij conuenienti cum responso dimittendos dicerent, pronunciauit, &c.

P. SCIPIONEM Nasicam, Q. Fabium Maximum filium suum cum quinq; delectis millibus Heracleam 943
mittit, Horum meminit etiam Plutarch. in Paullo: ὁ Νασικᾶς ὁ ἐπικαλούμενος Σκηπίων γαμβρὸς Ἀφρικανοῦ Σκιπίωνος, καὶ Φάβιος Μάξιμος ὁ πρεσβύτατος τῶν Αἰμιλίου παίδων ἔτι μειράκιον ὤν. Meminit etiam Heracleæ, quam τὸ Ἡράκλειον vocat. Summam etiam eorum, quos secum Nasica duxerit subtilius tradit. PERSEVS quod in oculis erat.) Iam aggressurus erat dicere, quemadmodum Perseus Nasicæ, & Fabio, qui cum magna manu Perseum ab alia parte vt adorirentur missi erant, obstiterit. Et hæc igitur desiderantur, & quemadmodum Paullus post Nasicam sit consequutus. De eodem Paullo loquitur, cùm ait: Anni pòst circumactum solstitium erat. Narrat autem quemadmodum fessos itinere, & æstu milites à pugna, cuius facultatem dabat Perseus cohibuerit. Hæc autem horum verborum futura fuit sententia. Quoniam autem incommodum maximè. (Nam tempus anni post circumactū solstitium erat. hora diei iam ad meridiem vergebat.) iter multo puluere, & incalescente sole factū erat, lassitudo & sitis iam sentiebatur, & meridie instante magis accessurum vtrunq; apparebat, statuit sic affectos recenti, atq; integro hosti non obijcere. Sic Plutarchus parenthesi temporis horam descripsit: θέρους δὲ ἦν ὥρα φθίνοντος. Hac de re sic paulò pòst agit Paullus. Nihil'ne interest, vtrum ne militem, quē neq; via labor hodie, neq; operis fatigauerit, requietum, integrum in tentorio suo arma capere iubeas, atq; in aciem plenum virium, vigentem, & corpore, & animo educas, an longo itinere fatigatum & onere fessum, madentem sudore, ardentibus siti faucibus, ore atque oculis repletis puluere, torrentē meridiano sole, hosti obijcias, recēti, quieto, quis nulla re ante cōsumptas vires afferat?

NASICA vnus ex omnibus ausus est monere consulem.) Plutarchus inflatum re bene ad Olympum contra 944
Perseum gesta, hoc aggressum esse scribit. MVLTIS belli casibus didici.) Sic Plutarchus: αἱ δὲ πολλαὶ μὲν εἴργει διδάσκουσι . . . τῶν ἠθλημένων ἁμαρτήματα, &c. AD concilium vocauit.) Cùm desint, quos vocauerit, malim, concilium aduocauit. sic paulò pòst: concilio aduocato literas cùm recitasset. Item: Aduersus aduocatos in consilium considere iussit. CONSVL ad id quod pridie prætermisisse pugnandi occasionem videbatur.) Ad id quod dictum est, pro præterquam quod.

ATQVE in acie plenum virium vigentem, & corpore, & animo educas.) Legendum apertè, in aciem. AC 945
ne illo ipso quidem die aut consule, aut rege, quod nec fessos, vt pridie ex via, &c.) Si plenam hanc sententiam explicuero, tum quorum verborum iactura facta sit, intelligetur. Sic igitur mihi legendum videtur. Ac, ne illo ipso quidem die, aut consule, aut rege optante pugnatum est. rege, quod nec fessos, vt pridie ex via, neq; trepidantes in acie instruenda, & vix dum compositos aggressurus erat, consule, quòd in nouis castris non ligna, non pabulum conuectum erat, ad quę petenda ex propinquis agris magna pars militum è castris exierat. Hanc esse sententiam huius loci, atq; similia verba intercidisse, apparet ex eo, quod ait. Neutro imperatorum volente. Librarium in errorem impulit vox rege, quæ iteratur, in qua scribenda à priore ad posteriorem cum media verba transcendisset, delapsus est.

M SERGIVS Sylus.) M'. Sergius Silus, ex nummis argenteis, vt antè. ESSERNINA.) Aesernina: sic eum 946
græci αἰσέρνια. THRACES duo id iumentum ex medio alueo in suam ripam trahentes altero eorum occiso, receptoq; eo iumento ad stationem suorum se recipiebant.) Satis constat, ne hunc quidem locum integrum esse. Quæ sententia futura sit, non esse difficilè intelligere, quibus verbis expressa fuerit, nemo vnquam diuinauerit. Ego tamen, vt sententia elucescat, ita lego. Cùm otium ad flumen esset, neutris lacessentibus, hora circiter quarta iumentum è manibus curantium elapsum, in vlteriorem ripam effugit. Quod cùm per aquam fermè genus tenus altam tres milites sequerentur, Thraces duo id iumentum ex medio alueo in suam ripam trahentes cum tribus Romanis militibus manum conseruerunt. Iamq; Romani altero eorum occiso, receptoq; eo iumento ad stationem suorum se recipiebant. Octingentorum Thracum præsidiū in hostium ripa erat: ex his pauci primo ægrè passi popularem in suo conspectu cæsum ad persequendos interfectores fluuium transgressi sunt. Eandem sententiam edit Plutarchus, qui tamen consilium Paulli hoc fuisse scribit. ET cum præsidio.) Persequuturus erat, vt vtrinq; exercitus ad præliū concurrissent, initio pugnæ in flumine orto. Ergo cum commissum prælium esset. atq; acriter ab vtraq; parte pugnaretur Paullus legionem, inquit, in prælium ducit. Sic autem etiam Plutarchus: ὁ μὲν οὖν αἰμίλιος ἐκ τῆς σκηνῆς προῆλθε, καὶ τὰ τάγματα τῶν ἐπιστρατευόντων, παρεθάρρυνεν. NAM sicut pleraq; noua commenta mortalium in verbis vim habent explendo, cùm agi.) pro explendo, repono, extemplò, cum agi non quemadmodum agantur, edisseri oportet, sine vllo effectu euanescunt. ITA tum elephanti in acie nomē tantum sine vsu fuerant.) Fuerunt, legendum.

QVOD si maturius pugnatum esset, vt satis diei victoribus ad persequendum superesset.) Rectè: Plutarchus 947
enim ait commissum esse prælium περὶ δείλην. EVANDER Cretensis, Neon Bœotius, & Archidamus Aetolus.) Sic Plut. Εὔανδρον τὸν κρῆτα, καὶ ἀρχιδάμαντα τὸν αἰτωλὸν, καὶ τὸν βοιωτὸν νέωνα. Hinc ego. Neo Bœotius. Gentile enim nomē terrę Bœotiæ est tam Bœotius, quàm Bœotus.

GALIPSVM eo die.) Galepsum lego. Nam Stephanus & Plutarchus in Paullo γαληψὸν nominant. NON 948
bono ac iusto rege ob ra.) Quędam pauca desunt, de gratulatione Amphipolitanorum. Amphipolim enim Paullus venerat.

949 EVANVIT quidem tanquam certæ rei gaudium.) Scribe, Incertæ, id enim sensus postulat cùm dicat: mea omen lætum insidebat animis. C. LICINIO consuli ad quadrigas mittendas exscendenti, tabellarius, qui se ex Macedonia venire diceret, laureatas literas dicitur.) Perspicuè vox vna desideratur, vt sit, reddidisse laureatas literas dicitur. De militibus, socijsq; naualibus dimittendis referretur, cùm legati ab L. Aemilio consule, à quibus præmissus tabellarius esset. AD VI. K. Octob. hora ferè secunda, legati vrbem ingressi sunt.) Et hic vox vna deest ad integritatem sententiæ. A quibus præmissus tabellarius esset, venissent, A. D. VI. K. Octob. &c.

950 INGENTIQVE turba non virorum modo, sed etiam fœminarum conferta tota vrbe deorum immortalium templa, senatus reuocatus.) Et hic intercidit vox vna. Deorum immortalium templa adierunt. Ex ante ad v. Idus Octob.) Lege, ex ante diem v. Idus Octob. vt suprà. SENATVS in triduum supplicationes decreuit, vt latinæ edictæ sunt in ante IIII. & III. & prid. Id. Nouemb.) Sensus est: Supplicationes edictæ sunt in certos dies, perinde atq; Latinæ indici solent: non enim hic de Latinis indicendis loquitur, quippe quę in quatriduum hoc tempore indicerentur, non in triduum. præterea lego: in ante d. IIII. AD Siras terrę Odomanticæ.) Stephanus: Σίρραι ἔθνος Θράκης. Ὀδόμαντοι ἔθνος Θράκης.

951 RELIQVIQVID esset, nisi vt fortiter moriatur.) Hæc cum interrogatione legenda sunt. hoc modo: Reliqui quid esset, nisi vt fortiter moriatur? DEMETRIVM est portus.) Huius etiam portus meminit Plutarchus in Paullo. ION, Thessalonicensis.) Io, scribendum, edit enim Ionis, Plutarcho auctore in Paullo: τὰ δὲ παιδία συλλαβὼν αὐτὸς Ἴωνι ἐνεχείρισεν.

952 PVLLO amictus illo Perseus ingressus est castra.) Vide ne sit legendum: Pullo amictu ille ingressus, & Perseus tanquam glossema delendum sit.

953 PER Europæ plerunq;, atq; Asiam omnem.) Plerunq; Europæ dixit, vt Sallustius in Iugurtha: plerunque noctis. Sed vbi plerunq; noctis processit. VICESIMVM ab Carano, qui primus regnauit, Persea numerabat.) Iustinus lib. 34. Macedonia, inquit, ab Carano, qui primus in ea regnauit vsq; ad Perseum triginta reges habuit. Eusebius autem quadraginta reges Macedoniæ vsq; ad Perseum nominat, vt dubitandum non sit, quin ex notis numerorum, & apud Liuium, & apud Iustinum menda manauerit, & vtrobiq; 40. legendũ sit. QVÆ omnia si tamen populo foret, in capita noxiorum versura.) Suspicor ita legendum: Quæ omnia, si potestas populo foret. Nam potestas, & tam decepisse librarium imperitum videntur. Hanc certè vocem sententia postulat.

954 NEC eo segnius iudicia ex decreto coram his facto Rhodi exercebantur, quàm perseuerátiam in exequenda re Decimij lenitas. Cùm hæc agerentur.) Si sensum diligenter attendas, profectò hanc vocem excidisse intellexeris. Decimij lenitas afferebat. CIRCA Rhinocolura.) Ptolemæus, & Stephanus: ῥινοκόρουρα edunt. at Strabo, ῥινοκόλουρα. NAVIGANTIBVS ostio Nili ad Pelusium per deserta Arabiæ ad Memphim incolebant, & ab cæteris Aegyptijs partim voluntate, partim metu, &c.) Loci manci & deprauati hęc futura fuit sententia. Loquitur de Antiocho ad subigendam Aegyptum reuertente. Nauigantibus, inquit, ostio Nili, quod est ad Pelusium per deserta Arabiæ populi sese dediderunt. Deinde receptus ab ijs, qui ad Memphim incolebant, & ab cæteris Aegyptijs partim voluntate, partim metu, ad Alexandriam modicis itineribus descendit. Locum autem asterisco notaui.

955 AD quam ope, si quid imperatum foret, ad futurum regem fuisse.) Legendum puto: ad quam summa ope. Sic enim lib. 1. Rem summa ope taceri iubent. Item: Cùm bellum vtrinq; summa ope pararetur. Et lib. 26. ad impediendam rem actam, quæ summa ope approperata erat. Et Sallust. in Iugurta: Summa ope niti decet, ne vitam silentio transeant. Item: Summa ope enisum est, ne tale decretum fieret. Et lib. 27. Summa ope orare. Sic alias sæpe vterq;. Nunquam verò, ope, tantum.

956 PETENTI Masgabæ, vt Anno Amilcaris filius hospes in locum exigeret.) Desiderantur verba nonnulla, & pro hospes, obses lego. Petenti inquit Masgabæ, vt Anno Amilcaris filius obses in locum (cuiusdam alius obsidis Carthaginiensis, cuius nomen interijt) Romam à Pœnis mitteretur, respõdit senatus, haud æquum videri, vt obsides à Carthaginiensibus arbitrio Massanissæ exigeret. Hæc fortè sententia futura fuit, quanquam verba nemo diuinare potest, asterisco ergo notetur locus, vt vulnus acceptum indicetur omnibus. IN quatuor vrbanas tribus.) Hoc loco desiderantur comitia consularia, quibus consules creati sunt Q. Aelius Petus, & M. Iunius Pennus, & prætoria, quibus prætores Q. Cassius, M'. Iuuentius Thalna, Ti. Claudius Nero, Cn. Fuluius, C. Licinius Nerua, A. Manlius. Præterea initium expositionis rerum à censoribus Ti. Sempronio, & C. Claudio gestarum. De quibus loquitur, cùm ait: In quatuor tribus vrbanas. Est autem intelligendum libertinos in quatuor tribus vrbanas iam inde vsq; à Ser. Tullio rege fuisse coniectos, auctore Dionysio: pòst autem cùm per omnes tribus dispersi essent, in easdem quatuor esse redactos à C. Flaminino, & L. Aemilio censoribus, vt est scriptum in epitoma lib. 20. Nunc verò à Ti. Sempronio Graccho censore in vnam Esquilinam vrbanam referri, auctore Liuio. Neq; enim audiendus est ille, qui de Viris illustribus scripsit, qui ita in Graccho tradit. Censor libertinos, qui rusticas tribus occuparant, in quatuor vrbanas diuisit. PLVRES quàm à superioribus & senatu emoti sunt, & equos vendere iussi.) De notis horum censorum scripsit etiam lib. 43. Septem è senatu eiecti. In equitibus recensendis tristis admodum, atq; aspera censura fuit. multis equos ademerunt. Vt mirer ad modũ ipsum quasi sui oblitum eadem hoc etiam libro, quod facere haud solitus est, iterasse. C. CICEREIVS ædem in monte Albano dedicauit, quinquennio postquam vouit.) Sic lib. 42. C. Cicereius prætor in Corsica signis collatis pugnauit. Vouerat in ea pugna prætor ædem Iunoni Monetæ.

957 VT & in libertate gentes quæ essent, tutam eam sibi perpetuamq; sub tutela esse.) Videtur legendum: Sub tutela populi Romani esse, sicut dixit: arma populi Rom. &, Respectu populi Rom. COMMVNE consilium gentis esse.) Legendum est: Commune concilium gentis nullum esse. Sensus est: Commune consilium gentis nullum esse, sed in quatuor regiones describi Macedoniam, vt suum quæq; concilium haberet, placuit. ALTERA querimonia Gallici tumultus, Aduertæq; gladius regnum in dubium adductum esse.) Aduertam Gallorum regulum videtur vocare, quem tamen paulò pòst Solouettium nominat. Est autem verisimile supra hoc de bello Gallico, deq; hoc rege apertius scripsisse, verùm vt multa alia excidisse, neque enim tam paucis verbis causam hanc aduentus Attali esset complexus. De hac re paulò pòst. Et Gallorum defectionem, quæ nuper ingenti motu facta erat, exposuit.

959 M. IVVENTIVS Thalna prætor.) M'. Iuuentius Thalna, ex consul. Cap. ET tribuni plebis, cùm ita traditum esset, ne quis intercederet legi.) Pauca verba desiderantur in hanc sententiam. Et tribuni plebis, quod antequam priuati de lege dicerent, legi ipsi intercederent, cùm ita traditum esset, &c. Tota enim sententia hæc est. Et prætor nouo exemplo rem ingressus erat, quod antè non consulto senatu de sua vnius sententia rogationem ferret, cùm antea semper senatus prius de bello consultus esset, pòst ad populum latum, & tribuni plebis, scilicet

nouo

nouo exemplo agebant,quod anteqoam priuati dicerent,intercederent,cùm ita traditum esset,ne quis interce-
deret prius legi,quàm priuatis suadendi dissuadendiq; legem potestas facta esset Hanc autem deesse sententiam
ex eo etiam apparet,quod sequitur: Tribu ni festinationem prætoris ante tempus intercedendo. TRIBVNI
festinationem prætoris ante tempus intercedendo in aduentum im.) Exciderũt pauca,quæ ad rem Rhodiorum,
de quibus loquitur,pertinebant. Exciderunt etiam prima verba orationis Rhodiorum,quam pro se dixerunt in
senatu. Huius autem orationis capita vnà cum sententijs quibusdam orationis eius, quam dixit Cato pro Rho-
dijs,extant apud Gellium lib.7.Catonianæ autem orationis pòst etiam meminit Liuius. DONA ferentes.)
Si quis rectè attendat,legendum intelliget.Dona ferẽtes veniebamus,nam sequitur ἀπέδοντο.Nunc vix mercede
recepti venimus in curiam Rom. Rhodij.

ET secessisse à vobis plebem,nec in potestate vestra rempublicam fuisse.)Malim,populũ Rom.quam temp. 960
Nam si plebes secessit,certè in potestate patrum non fuit,quominus autem resp in eorum potestate esset,nullo
impedimento fuit. Intelligi autem Rhodij volunt,ne multitudinem quidem Rhodiam in potestate principum
fuisse. Sic sæpe alias Liuius. Tribuni plebis in potestate patrum fuerunt.Ex vulgata tamen lectione etiam sensus
elicitur.

PARTEM cum Astymede Romæ subsistere,quæ agerentur sciret,certioresq; suos faceret.) Videtur legendũ: 961
quæ,quæ agerentur sciret,atq; alteram,Quæ,esse incuria prætermissam.

MYLASSENSES Alabandenosq;.)Μυλάσεις vno σ tantum,cùm scribantur à græcis Mylasenses,scribendũ est. 962
Porro autem Alabandæos videtur scribendum.Cicero enim dixit in Bruto Hierocles Alabandæus.Et alibi Apol-
lonius Alabandensis. Stephanus autem: ἀλάβανδα πόλις καρίας, τὸ ἐθνικὸν ἀλαβανδεύς. IN Molossidem.) Molosi-
dem vno s,scribendum,auctore Stephano: μολοσσία, inquit, χώρα τῆς ἠπείρου. ὁ οἰκήτωρ μολοσσὸς καὶ μολοσσοὶ οἱ ἐνοικοῦντες. TE-
GMONEM.) Tecmonem ex Stephano,qui ait: τέκμων πόλις θεσπρωτίας, ὁ πολίτης τεκμώνιος. DASSARITIORVM
Tirustas.) Hos Ptolemæus Πειρούστας. Strabo lib.7. Πειρούστας vocat. Quare Pirustas lego. DAORSEIS quoq;.)Pto-
lemæus Δαορσίους vocat. alij,puro Δαορίζοι. Strabo lib. 7.vbi de Illyrijs agit: οὗ ὁ νάρων ποταμός, καὶ οἱ περὶ αὐτὸν δαόριζοι.
DIMIDIVM eius,quod regi pendissent.) Pependissent,vt bis hoc libro dixit.

TEMPLVM Iouis Trophoois.) Trophonij,ex Suida. MVROS Pyreum vrbi iungentes.) Piræeum,scri- 963
bendum: cæterùm muros intelligit,quæ μακρὰ τείχη vocabantur APOLLONIAM ad eos pergit. Quo cùm Per-
seus obuiam Amphipoli nimis soluta custodia processisset,id diei iter est.) Apolloniam Macedonicam intelli-
git.Si quidem ab Amphipoli ad eam iter vnius diei est,de qua Stephanus,non eam,quæ est in Epiro.

ET à se ipsa quæq; cootempta pars esset.) In libris Emendationum ostendi legendum esse,vt se ipsa quæque 964
contenta pars esset.

PORTVM receptum non commeatibus iuuissent.)Lege,portu receptum commeatibus iuuissent. sic enim 965
in primo exemplari legebatur,& hic est sensus. VTILITAS annonæ.) Vilitas.

CENTVM quinquaginta millia capitum humanorum abducerentur.) Sic Plutar. ὥστε ὥρᾳ μιᾷ πεντεκαίδεκα 967
ἀνθρώπων μυριάδας ἐξανδραποδισθῆναι, ἑβδομήκοντα δὲ πόλεις πορθηθῆναι. PAVLVS ad mare Oricum descendit.)Sic Plut.
αἰμίλιος τοῦτο πράξας εἰς ὤρικον κατέβη. REGIA naue ingentis magnitudinis,quam xv.versus remorum agebant.)
Sic Plutarch. ἀνέπλει τὸν θύβριν ποταμὸν ἐπὶ τῆς βασιλικῆς ἑκκαιδεκήρους κατεσκευασμένης ὅπλοις αἰχμαλώτοις, καὶ φοινικίσι καὶ πορφύ-
ραις. Huius eiusdem nauis meminit Suidas in Perseo. ET priuatis lege dicendi locus esset ad suadendum,
vt in te minime dobia,si quisquam procederet.)Mallem,& priuatis lege dicendi locus esset,nec ad suadendum,
vt in re minime dubia quisquam procederet.Idem sentit Manutius. PECVNIAM illum dare non potuisse,mi-
litem dare posse.) Dare non posse,videtur legendum,siquidem subdit, ne speraret ibi fructum gratiæ, vbi non
meruisset.

INTROVOCATE primæ tribus cùm antiquarent.)Sic Plut ὅτι πρώτη φυλὴ τὸν θρίαμβον ἀπεψηφίζετο. QVAN- 968
TVS imperator L. Aemilius fuerit Quirites,si ex alia re nulla æstimari posit, vel hoc satis erat.) Hoc principium
orationis sic græce vertit Plutarchus: αἰμίλιον μὲν ὅσον παῦλον ἡλίκος αὐτοκράτωρ γένοιτο, τὸ νῦν μάλιστα γιγνώσκειν, ὁρῶν ὅτε
ἀποδείξεις γέμοντα, καὶ κακίας στρατεύματι χρώμενος ὅπου καλὰς κατώρθωσε, καὶ μεγάλας πράξεις. SED postero die,quàm trium-
phatum est,priuatim eum visurus esset,nomen deferret.)Legendum: priuatum cùm visurus esset. Porrò autem
ego malim legere,deferre,interrogare,dicere,accusare,vt hæc omnia ad vocem debuit referantur. CVI cri-
meo nullum probrum dicere poterat.) Legendum: Cui nullum crimen,nullum probrum dicere poterat.

QVAM illis * qui triumphauerunt.) Nihil huic sententiæ deerit,si legas: quàm illis, qui post eos triumpha- 969
uerunt. intelligit autem,qui post Lutatium & Cornelium triumpharunt,vt de Philippo,& de Antiocho: aut ita
legendum est: Quàm Macedonici & Asiatici illis,qui triumphauerunt. M. CVRIVS.) M'. Curius, vt antè.
MILITVM quidẽ propria est causa,qui & ipsi laureati & quisq; donis,quibus donati sunt, insignes triumphum
nomine cient.) Hoc est id, quod Varro scribit libro de lingua latina 5. Quod milites cum imperarore redeuntes
per vrbem in Capitolium euntes,clamitauerint, Io Triumphe. Itaq; Horat.lib.4. Non semel dicemus,Io Trium-
phe ciuitas omnis.

REVOCATE si videtur tribuni ad suffragium tribus,ego ad vos milites.)Intercidit finis orationis, qua vsus 970
est M. Seruilius pro triumpho Pauli. Qui tamen finis est apud Plutarchum, his verbis: ἀλλ' ἄγε καλῶν αὐτοὺς ἐπὶ τὴν
ψῆφον, ἐγὼ δὲ καταβὰς παρακολουθήσω πᾶσι, καὶ γνώσομαι τοὺς κακούς, καὶ ἀχαρίστους, καὶ δημαγωγεῖσθαι μᾶλλον ἐν τοῖς πολέμοις, ἢ στρατηγεῖσθαι
βουλομένους. Id est,Reuoca ipsos ad suffragiũ. ego verò illos omnes subsequar,& malos ac ingratos ciues cognoscam,
quiq; in bellis à tribunis,quàm ab imperatore regi maliũt. Excidit præterea initiũ expositionis triumphi Paulli,
quem per triduum egit IIII. III. prid.K.Decemb.vt est scriptum in triumphis Capitolinis, de quo triumpho in
sequentibus proximis verbis traditur.

FILII duo Maximus,& P. Scipio.) Q. Maximus, & P. Scipio. Neq; enim alter prænomine spoliandus est, 971
alter ornandus. MINOR fermè XII.annos natus quinq; diebus ante triumphum,maior XIIII.annorum tri-
duo post triumphum decessit.) Contrà scribit Plutarchus, maiorem ante triumphum, minorẽ post triumphum
decessisse,in Paullo,& in Apophtegmatis. INDE quinto die Delphis Apollini pro me exercitibus & classi-
bus lustra sacrificaui.)Primum hoc dicam. Sacrificare lustra,me nusquam legisse. deinde de lustratione exercitua
intelligi non posse,nũ enim adhuc acceperat exercitũ. ergo ne lustrare quidem poterat.His rationibus adductus
lego,pro me exercitibusq;,& classibus vestris sacrificaui,Hoc ita esse ostẽdit Plutarchus, qui ita hunc locũ vertit,
στρατηγὸς δ' ἀποδειχθεὶς ἄλλους τῷ θεῷ θύσας, ὅτι πρὶν αὐτὸς πέντε τὴν δύναμιν ἐν μακεδονίᾳ παρέλαβεν, καὶ εἰσελθὼν συντελέσας κα-
θαρμὸν αὐτ. Quibus ex verbis apparet. lustrationem oon Delphis, sed in castris ab eo esse susceptam, vbi accepit
exercitum,Delphis autem Apollini ab eo esse sacrificarum. QVOD bellum per quadriennium quatuor ante
me consules ita gesseruot.) Per triennium tres ante me consules,lege: tres enim tãtum fuerunt,P. Licinius Cras-
sus,A. Hostilius Mancinus, Q. Marcius Philippus. Labes hæc quanto facilius elui potest, tanto fœdior est, cùm
præsertim

præsertim tot ante annos à nemine agnita hunc locum deprauarit. EGO qui de illo triumphaui ab alterius funere filij currum ex Capitolio prope iam expirantem veni.) Loquitur de filijs suis Paullus, quorum alter ante triumphum, alter post triumphum, vt diximus, decessit. Fœdata autem mirum in modum verba omne huius sententiæ lumen aut sustulerunt, aut certè obscurarunt. Sic igitur legendum censeo: Ab alterius funere filij curru ex Capitolio ad alterum propè iam expirantem veni: satis iam perspicua menda est.

972 NON pecunia Macedonicæ.) Lego, non pecunia pecuniæ. Nam reddidit eodem modo cætera. Non Gentius Perseo, non Illyrij Macedonibus, non spolia spolijs, non dona donis. Errorem hunc glossa aliqua peperit, voci Pecuniæ, superimposita, quam deinde librarius vera lectione repudiata in librum intulerit. AB COTYE rege Thracum.) Sic græci κότυν apud Ciceronem tamen in Pisonem de rege eiusmodi est, Regi Cotto, credo per mendum, pro Coti.

973 FLAMEN Quirinalis mortuus M. Fabius Pictor.) Q. Fabius legendum, ex lib. 37. vbi hic fit flamen. Prætores, inquit, exinde duo facti duo Q. Fabij Labeo, & Pictor. Flamen Quirinalis eo anno inauguratus fuerat. MVNERA ei ex sestertijs iussa dari.) Deest summa sestertiû. Sic suprà. Munera ex S.C. emere regulo quæstor iussus ex C. pondo argenti. POLYBIVS eum regem indignum maiestate nominis tanti tradit, pileatum capite raso obuiam ire legatis solitum, libertumq; se populi Rom. ferre, & ideo insignia ordinis eius gerere. Hæc ex Polybio fortasse sumpta sic edit Appianus in Mithridatico: Περσέως δ' ἁλόντος ἀπήντα τοῖς ῥωμαίων στρατηγοῖς, ἅμα τῷ ῥωμαϊκὸν ἀμπεχόμενος, ὃ καλοῦσι τήβεννον, καὶ ὑποδήματα ἔχων ἰταλικά, τὴν κεφαλὴν ἐξυρημένος, καὶ πῖλον ἐπικείμενος, ᾧ τρόπῳ τοὺς κεφαλὰς οἱ ἐν ταῖς διαθήκαις ἐλευθερωθέντες, αἰσχρὸς ὤν, καὶ τ' ἄλλα ἀφελής. ἐντυχὼν δ' αὐτοῖς ἔφη ῥωμαϊστὶ τῷ ῥήματι, ῥωμαίων εἶναι λιβέρτος, ὅπερ ἐστὶν ἀπελεύθερος.

IN EPITOMEN LIBRI XLVI.

NE aut inimicus iudicatus videretur.) Vet lib. Ne aut hostis. LEX in comitio lata est, ne cuiquam regi Romam venire liceret.) Vox, comitio, inepto legitur sensu. Melior antiqua lectio. Lex in commune lata est, ne cui regi. C. SVLPICIVS Gallus Ligures subegit.) Vet. lib. Gallus consul. CENSA eo sunt.) Vet. lib. Censa sunt. CVM Lysia tutore Demetrius.) Tutore eius, ex veteribus libris, & Appiano in Syrio. QVIA minime dimittebatur.) Vet. lib. Quia non dimittebatur.

IN EPITOMEN LIBRI XLVII.

SACRORVM quoq; magistratuum.) Vet. lib. Sacrorumq; magistratuum. ILLYRICOS.) Illyrios, ex græcis & lapid. Capit. QVIDAM prætores.) Vet. lib. Aliquot prætores. ACCVSATI, & damnati sunt.) Vet. lib. Accusati, damnati sunt.

IN EPITOMEN LIBRI XLVIII.

VT legatis, quominus violarentur, fugam explicuerit.) Emenda ad fidem antiqui libri. Vt legatos, quominus violarentur, fuga explicuerit. QVI princeps senatus sextis iam censoribus erat lectus.) Lege, ab sextis sic Liuius lib. 43. M. Aemilius Lepidus princeps senatus ab tertijs iam censoribus lectus. PVBLILIA.) Vet. lib. Poblicia. ET exceptutum militiæ genus.) Vet. lib. & exceptutum se. L. LVCVLLVS consul, cui M. Claudius successerat, pacasse omnes Celtiberiæ populos cùm videretur, Vacceos, &c. Quemadmodum scriptum est apud Appianum in Iberico, non Lucullo Marcellus, sed Marcello Lucullus successit, quippe qui post Marcellum consul fuerit. Itaq; ex Appiani historia sic legendum: L. Lucullus consul, cum Claudius Marcellus, cui successerat, pacasse omnes Celtiberiæ populos videretur, Vaccæos, &c. CANTABROS, & alias regiones, & iterùm alias incognitas nationes in Hispania subegit.) Vet. lib. longè melius: Cantabros, & alias adhuc incognitas nationes. ET in expugnatione captæ vrbis maius multo etiam periculum adijt.) Vet. lib. Et in expugnatione interceptæ vrbis maius etiam. Vnde ego lego: Intercatiæ testibus historicis omnibus. DICERENT QVE & exercitum.) Vet. lib. Dicerentq; se, & exercitum. PROROGARI sententiam placuit.) Emendo, admonente ita sensu: Perrogari sententias placuit. Sic libro trigesimo secundo. Decretum recitari, perrogariq; sententias prohibuerunt. Et lib. 29. Perrogari eo die sententiæ accensis studijs non potuere. Deinde cætera sic lege, & interpunge. Catone, & alijs principibus senatus suadente, vt in Africam confestim transportaretur exercitus, quod Cornelius Nasica dicebat, nondum sibi iustam causam bellandi videri, placuit, vt bello abstinerent. CARTHAGINENSES tum aduersum fœdus bellum Masanissæ intulerũt, victi ab eo.) Et hæc oratio vno conclusa circuitu in veteribus libris sic legitur: Carthaginienses cùm aduersum fœdus bellum Massanissæ intulissent, victi ab eo, &c. ET gustare cibum tantummodo solito.) Vet. lib. gustare panem.

IN EPITOMEN LIB. XLIX.

TERTII Punici belli initium altero, & sexcentesimo anno ab vrbe condita, intra quintum annum, quàm erat, cœptum, consummatum omnino est.) Belli initium consummatum esse, quid sibi velit, profectò difficile dictu est, neq; iniuria: est enim vitiosa locutio. Legitur autem in codice antiquo. Intra quintum annum, quam erat cœptum, consummati, vt ad vocem, Belli referas, & sit sensus: Tertij Punici belli initium intra quintum annum consummati, refertur. Sic suprà: Origo Carthaginiensiũm, & primordia vrbis eius referuntur. Et infrà: Antequam Cymbricum bellum consummaretur. Itém: Caosæ ciuilium motuum, & initia referuntur. QVORVM alterum sapientissimum virum in ciuitate habebant, alter vir optimus à senatu iudicatus erat.) Vet. lib. Quorum alter sapientissimus vir in ciuitate habebatur, altero primus vir etiam à senatu iudicatus erat. ET vt omnino deleretur Carthago.) Vet. lib. Et vt tolleretur, deleretur q; Carthago. PLACVIT nihilominus.) Vet. lib. Placuit tamen. IN oppidum minimè recepissent.) Vet. lib. Non recepissent. DITI patri ludi ad Tarentum ex præcepto librorum Sibyllinorum facti.) Lege, ad Terentum, qui locus erat in Campo Martio ex Festo, & Valerio lib. 2. cap. 1. itemq; lege apud Censorinum. Cùm libros Sybillinos Decemuiri adissent, renunciarunt, vti Diti patri, & Proserpinæ ludi Terentini in campo Martio fierent. Seruius in 8. Aeneidos partem Tiberis Terentum à terendo dictam ait. QVI anno primo Punici belli quingentesimo, & altero anno ab vrbe condita facti erant.) Fœdissimè se habet hic locus, quem nos auctore vetere libro sic restituimus. Qui anno centesimo, primo Punico bello, quingentesimo, & altero anno ab vrbe condita facti fuerant [Hanc restitutionem Sigonij & interpretationem refellit Robortellus lib. 1. Emendationum cap 7 & 8. atq; ex Censorino & marmoribus Romanis legendum esse censet anno XVI. primi Punici belli.] Sensus est: Ludos sæculares ad Terentum, qui centesimum ante annum, dum Punicum primum bellum gerebatur, anno ab vrbe condita, DI. facti fuerant,

fuerant, hoc anno esse relatos. Id autem ita esse ratione quoq; possumus confirmare. Nam si anno ab V. C. DI. illi facti sunt, profectò P. Claudio Pulchro, L. Iunio Pullo consulibus facti sunt. Nam in eos consules hic numerus incidit ad summam annorum Liuianam. Censorinus autem de his ludis loquens ait: Tertij ludi fuerunt Antiate, Liuioq; auctoribus P. Claudio Pulchro, L. Iunio Pullo consulibus. Præterea si post centum annos, quàm illi facti erant, relati sunt, profectò anno DCI. hi facti sint necesse est, qui annus consules habuit L. Marcium Censorinum, & M'. Manilium. Itaq; Censorinus idem ait: De quartorum ludorũ anno triplex opinio est. Antias enim & Varro, & Liuius relatos esse prodiderunt L. Marcio Censorino, M'. Manilio consulibus post Romam conditam anno DCV. Sequitur autẽ in numerandis vrbis conditæ annis alios auctores, quàm Liuium, eosdem propè, quos Ciceronem, & Plinium sequutos esse animaduertimus. [Et hanc scholij partem refellit Robortellus lib. 1. cap. 9. emendationum, & legendum esse ostendit, quarto & sexcentesimo.] VT in alio loco procul à mari x. millia passuum, nec minus remoto.) Vet. lib. Vt in alium locum, dum procul à mari x. millia passuum, nec minus remotum. L. MARTIO, L. Manlio consulibus.) Lege, L. Marcio, M'. Manilio. M. etiam Manilius dicitur in Bruto à Cicerone, & à Valerio, & à multis alijs: ipsum tamen prænomen Manij tulisse, indicat Capitolinus eius consulatus. Itaque locus in principio Somnij Scipionis ita legendus: Cùm in Africam venissem Manio Manilio consuli ad quartam legionem tribunus, vt scitis, militum. mendosè enim legitur: Anitio, Manilio consulibus. Quidam Marcio, & Manilio emendarunt, non rectè: non enim ambobus consulibus Scipio venit tribunus, sed vni Manilio, vt Appianus, & Valerius tradiderunt. CASTRIS'QVE, quæ Carthaginienses omnibus copijs pariter ab vrbe egressi oppugnabant liberatis, is præcipuè gloriam tulit.) Vet. lib. Castrorumq;, quæ, &c. liberatorum & ipse præcipuam gloriam tulit. CATO vir promptioris multo ad vituperandum linguæ.) ex vet. lib. tollenda est vox, multo. QVI in Africa militarent, vmbris militare, Scipionem vigore.) Antiqua lectio, pro vmbris, habet vmbras, pro vigore, vigere, quod probo. Nam, vt ait Appianus, est versus Homericus à Catone vsurpatus, eiusmodi: οἶος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν. Id est, solus sapit, reliqui vmbræ ruunt. PER ætatẽ minimè liceret.) Vet. lib. non liceret. VT Lusitani, qui ex fœdere populo Rom. dediti à Sergio Galba in Galliam venissent, in libertatem restituerentur.) Vet. lib. qui in fidem populi Rom. dediti à Ser Galba Porrò autem, in Gallia, non in Galliam, sententia ita postulante lego. Venissent enim pro venundari essent, accipiendum est. Nam inquit Valerius lib. 9. cap. 6. Galba trium Lusitaniæ ciuitatum, cõuocato populo tanquam de commodis eius acturus nouem millia electa, & armis exuta partim trucidauit, partim vendidit. ETIAM ab eo.) Vet. lib. Et sæpe ab eo. PROPTER sese castra habentes.) Vet. lib. Prope se. EQVO, atq; homine suo immolatis.) Vet. lib. Equo atque homine suo ritu immolatis. MVLTIS ad falsam eius famam, velut ad veram euntibus.) Vet. lib. Multis ad falsam eius fabulam, velut ad veram coeuntibus, & rectè: Nam paulò pòst infert: Fabulam autem eiusmodi finxerat. Ex pellice se Perseo rege ortum.) Vet. lib. Ex pellice se, & Perseo rege. TRADITVM educandum Cyrthesæ cuidam esse.) Vet. lectio melior. traditum educandum Cretensi cuidam esse. IN belli casus, quod ille cum Romanis ageret.) Vet. lib gereret. PATREM esse credentem, à quo educaretur.) Vet. lib Patrem eum esse credentem, à quo. CVM prope finem vltimum esset.) Vet. lib. Cùm prope ad vltimum finem vitæ esset. DETECTAM tandem originem suam.) Vet. lib. Detectam sibi tandem. PVBESCENTI libellum tradidit.) Repone, traditum, vt orationis consequutio conseruetur, item ex vet. lib.

IN EPITOMEN LIBRI L.

PRVSIAS rex Bithyniæ omnium humillimorum fautor, atq; vitiorum.) Vet. lib Omniumq; humillimorum vitiorum, vt regem etiam vitiorum intelligamus. Humilitas eius & imbecillitas animi cognita est, cum raso capite cum pileo. Legatis Romanis obuius se populi Romani libertum esse dixit. HABEBAT alium filium.) Vet. lib. Alterum filium. CAPVT multis cicatricibus sparsum.) Vet. lib. Farsum, id est, repletum. Huius rei meminit Plutarchus in priore Catone, & Appianus in Mithridatico. GENVERIT vnum filium.) Vet. lib. Ee latina oratio ferunt, vt legatur, filium genuerit. INTER tres liberos.) Vet. lib. Inter tres liberos eius. ARBITRIO Scipionis.) Vet. lib. Arbitro Scipione. SVASIT cum equitatu suo ad Romanos transire.) Vet. lib. Persuasit, vt cum equitatu suo ad Romanos transiret. Egregiè. Transisse enim eum scribit Appianus. PHANIÆ.) Phameæ legendum. φαμέαν enim vocat Appianus in Lybico. Item: Vet. lib. Suidas φάμεας. QVONIAM per x. annos consulem fieri minimè licebat.) Vet. lib Quoniam per annos consulem fieri non licebat. Rectè. Lex enim de decem annis erat, ne quis intra decem annos consul reficeretur, de qua suprà in Fabio Rulliano diximus. Hic autem legem annalem intelligit à L. Villio Annali latam, qua cauebatur, ne quis nisi anno ætatis XLIII. capere consulatum posset, vt suprà diximus. Scipio verò anno, quo factus est primùm consul annum agebat XXXVII. REPVGNANTIBVS aliquantulum patribus.) Vet. lib. Aliquandiu. M. ÆMYLIVS nonnullas vrbes circumpositas Carthagini expugnauit.) Nullum M. Aemilium Carthaginem missum belli gerendi causa accepimus. Itaq; non dubitamus, quin hic sit, M'. Manilius, qui consul primum, pòst autem prorogato imperio pro consule id bellum gessit per biennium, cui deinde Scipio cõsul anno tertio successit. Valerius quidem M'. Manilium Africam pro consule obtinuisse scribit. Orosius Teragam vrbem expugnatam, & direptam à Manilio ait. VICTVS, captusq; relicta Macedonia.) Vet. lib. Recepta Macedonia. Rectè. Nam quæ bello Persico parta erat, eadem hoc bello amissa fuerat.

IN EPITOMEN LIBRI LI.

CARTHAGO viginti tria millia quidem passuum in circuitu labore maximo obsessa. Quanto rectior est prisca lectio? Carthago in circuitu mille XXIIII. passus patens, magno labore obsessa. CVI extra sortem prouincia Africa data est.) Vet. lib. Data erat. CONTRACTA exiguo tempore ampla classe.) Vet. lib. Contracta classe exiguo tempore, optimè. Id enim Appianus & Strabo, & reliqui factum esse tradiderunt. AD Nesencum oppidum.) Quis vnquam alias ante audiuit in Africa nõ longe à Carthagine esse oppidum nomine Nesentem? Nepherim quidem esse & Strabo, & Appianus produnt, vbi vterq; de hoc bello loquitur, atq; hoc etiam nomen est in vetustis epitomarum libris. Vt omnino, Nepherim, sit legendum. MINIME impetrare potuerat.) Vet. lib. Impetrare non potuerat. LVDOS fecit, transfugas.) Vet. lib. Transfugasq;.

IN EPITOMEN LIB. LII.

BOEOTIOS) Vet. lib. Bœotos. Sic græci, Βοιωτὸς & Βοιώτιος. IN cuius locum Dracus) Vet. lib. Diacus. legendum Diæus. Sic enim Pausan. in Achaicis: Δίαιος ὁ στρατηγῆσαι διάδοχος. LEGATI Romanorũ.) Vet. lib. Romani. IPSE L. Mummius.) Vet lib. Ipse Mummius. P. CORNELIVS Africanus Scipio Aemylianus.) P. Cornelius Scipio Africanus Aemilianus. A DIODORO quodam.) Vet. lib. à Diodoro.

IN EPITOMEN LIB. LIII.

CENSA sunt ciuium capita CCCCXXVIII. millia.) Vet. lib. habet CCCXXVIII. Rectè. Neque enim

par

par est, [illegible] XXII. milia, & in sequenti CCCXX [illegible] CCCXXVIII. esse censa. [illegible] IVNI Syl[illegible] De D. Iunio Silano. AB exercitu eius multum imploratus, ac nobil[illegible] mè tumulatus.) Vet. [illegible] oratus. Quod verbum est in mortuo propriũ, inquit enim Liuius de Tarquinio mortuo. Ex com[illegible] regia orta. [illegible] lib. 25. vt non modo lacrymis, iustoq; comploratu prosequerentur mortuos, sed ne e[illegible] errent quidẽ, aut sepelirent. PER quatuordecim.) Vet. lib. Et per quatuordecim.

IN EPITOMEN LIB. LV.

CVI cognomen Serapion fuit. Serapio, vt Cato, Cicero, Dio. Nam Priscianus ait, quæ nomina apud græcos in ων termineutur, ea a latinis finiri in o. Adde tanto certius fieri, quoties casum gignendi edunt in Onis, non in Ontis, vt Serapio Serapionis. CVRIATIO.) Curatio, ex græcis, vt ante. QVIA non impetratunt.) Vet. lib. Impetrarent. IN carcerem mitti.) Vet. lib. Duci. OPPIDVMQVE.) Vet. lib. Et oppidum. IRRITAM censuerat.) Vet. lib. Irritam fieri censuerat. FVSVM, fugatusq;.) Vet. lib. Fugatusq; est. P[illegible] ex cauea euolauerunt.) Vet. lib. Auolauerũt. CONSCENDENTI deinde in nauim.) Vet. lib. Deinde nauim. MANCINO auspicia tristia fuisse probatum est.) Vet. lib. Quæ auspicia tristia fuisse euẽtu probatum est. T[illegible] sic vt transgrederentur persuasit.) Vet. lib. Transgrederentur milites persuasit. DI[illegible]DORO.) Vet. lib. Diodoto. item Tripho, non Triphon. CORRVPTIS quidem medicis.) Quidem, abest à vet. lib.

IN EPITOMEN LIBRI LVI.

M. CASONIS.) Vet. lib. M. Cosconius. QVEM cum ille capere ob legem, quæ vetabat quenquam intra decem annos iterum consulem fieri licere, minimè vellet. Hic multa fœda sunt, quæ tamen ope an[illegible] otum librorum purgantur, in quibus est ita: Quem cùm illi capere ob legem, quæ vetabat, quenquam iterum [illegible]ulem fieri, non liceret, sicuti priore, &c. Nostri enim patres ignari omnis Romanæ antiquitatis quia nullam [illegible] legem nouerant, nisi quæ est de X. annis, eam vbiq; inculcarunt. Sicut etiam antè dixi de priore huius [illegible] latu. Quæ lex ne in hoc quidem consulatu locũ habere potuit. Nam inter priorem, & posteriorem Aemi[illegible]sulatum anni interiecti sunt XII. Quæ res eruditos multos viros, vt de Glareano antè admonui valde hoc [illegible]pore perturbauit. Est igitur hæc lex lata paulò ante hæc tempora Catone viuente, cuius suasor ipse fuit Ca[illegible] Ne quis iterùm consul fieret. Priscianus enim lib. 5. profert exemplum ex oratione Catonis, quæ inscribebatur, Ne quis iterùm consul fiat. Idemq; Festus in voce Pauimenta. Sunt enim multæ leges de consulatu capiendo [illegible]tæ. Vna, ne quis intra X. annos consul reficiatur, quæ, vt suprà diximus, tenuit Fabium. Altera, ne ædilitas & prætura prætereatur, qua solutus est T. Flamininus. Tertia, quæ annos ætatis constituebat, qua solutus est Aemil[illegible]us in priore consulatu. Quarta, Ne quis iterùm consul fiat, qua impediebatur Aemilianus, ne secundum [illegible] consulatum. Quinta, ne quis absens consul fieret, quã pòst Marius solutus est. Quartam tamen legem [illegible]to consensu ciuitatis abrogatam esse arbitror. Ex his legibus prima, & secunda à Sulla Dictatore relatæ sunt, au[illegible]re Appiano. CVIVS belli.) Vet. lib. Huius belli. CLEON quoq;.) Cleo, vt antè. SÆPENVME[illegible]O gesserunt.) Sæpe, ex vet. lib.

IN EPITOMEN LIB. LVII.

GENEROSISSIMAM militiæ disciplinam.) Vet. lib. Seuerissimam. A CASTRIS reiecit.) Vet. [illegible]. Eiecit. MILITEM omni die in opere habuit.) Vet. lib. Militem quotidie. FRVMEN[illegible]M ad septenos vallos ferre.) Ac septenos, ex vet. lib. CVM gladio rectè vallare scieris.) Vet. lib. Cum gladio re vallare. [illegible] nimirum parum habiliter scutum amplius iusto ferre iussit, quoniam melius scuto, quàm gladio vteretur. [illegible]mnis dicti huius venustas perit, si ita legamus Mihi autem videtur ita esse legendum. Alij nimis habiliter paruum scutum tenenti. Sensus autem est perspicuus. Cum paruum quidam scutum cum summa agilitate ferret, amplissimum eum ferre scutum Scipio iussit, ne scuto agilius, quàm gladio vteretur. Scutum enim tegendi sui, gladius lædendi alterum causa paratus est, noceri autem hostibus Scipio cupiebat. QVONIAM melius.) Vet. lib. Quando, id est, quãdoquidem. SI extraneus, virgis cecidit.) Vet. lib. fustibus: quod placet. Cicero enim in Philippicis ait: Fustuarium meruerunt legiones, quæ consulem reliquerunt. Vt fuste aliquis cæderetur, docet eleganter Polybius lib. 6. IVMENTA quidem omnia, ne exonerarent militem. MVLTOTIEN[illegible] hostium eruptiones feliciter pugnauit.) vet. lib. sæpe aduersus irruptiones hostium. ET oppressos fame videret vrgeri, hostes qui pabulatum exierant veruit interimi.) Dispunge ita: oppressos fame videret vrgeri hostes, inde, Qui pabulatum. SI plures quidem fuissent.) Dele, quidem, ex vet. lib.

IN EPITOMEN LIB. LVIII.

NE quis ex agro publico plus quàm decem iugera possideret.) Plutarchus in Gracchus, & Appianus lib. 1. quingenta iugera produnt, qui numerus probabilior est. Error inde fortè manauit, quod qui descripsit hu[illegible]cum, IS D, decem, non, vt faciendum erat, Quingenta, interpretatus est. ET fratrem Gracchum.) Vet. Et fratrem Caium. VT ijdem omnino triumuiri.) Omnino, non est in vet. lib. OSTENDIT obi[illegible] Vet lib. Ostendit, vt ijs. ANTE omnes C. Antonius consul.) Lege vel repugnantibus omnibus libris, P. Mucius consul. De quo sic Cicero pro domo. P. Scipionis factum statim P. Mucius consul, qui in gerenda Rep. [illegible]barur fuisse segnior multis senatus consultis non modo defendit, sed etiam ornauit. Et pro Plancio. P. Muciu[illegible] arma, quæ priuatus P. Scipio sumpserat, ea Ti. Graccho interempto iure sumpta esse defendit. Et qui de viri[illegible] lustribus scripsit. Segniterq; cessante Mucio consule Scipio Nasica sequi se iussit. Item Valerius: Cùm Gracchus Remp. perturbaret, in ædem Fidei patres conscripti publicè conuocati à consule Mucio Scæuola, quidnam in ta[illegible]li re faciendum esset, deliberabant. A PRIMATIBVS occisus est.) Vet. lib. Ab optimatibus.

IN EPITOMEN LIBRI LIX.

NVMANTI[illegible] fame ma[illegible]me coacti, ipsi se per vices trucidauerunt.) Vet. lib. Numantini fame coacti ipsi se per vicem tradentre[illegible]erunt. P. ATTILIVS consul in Sicilia cum fugitiuis debellauit.) Hic consul ab alijs Atiliu[illegible], ab alij[illegible] Ru[illegible]ius, ab alijs Sulpicius mendosè nominatur. At Cicero in Epist. ad Attic. lib. 13. & in Verr. 6. Rup[illegible] nom[illegible]at. Atq[illegible] vocandum esse Capitolinus ei[illegible] onsulatus ostendit. Quare pro P. Atilius, P. Rupilius te[illegible]one M. [illegible]RPENNA.) Perperna, ex Capit. tabulis & græcis, vt antè. CENSA sunt capita C[illegible] XIII. [illegible]lia. Vet. lib. [illegible]C[illegible]XV[illegible]. puto tamen legendum [illegible] LXVIII. nam sequenti lustro CCCXC. censa sunt. VT ducere omnes omnino cogerentur liberorum creandorum causa.) Vet. lib. Vt omnes cogerentur

dicere

ducere vxores liberorum procreandorum cauſa. VELVT eo tempore ſcriptam.) Vet. lib. Velut in hæc tempora ſcriptam: Rectè. habet enim rationem perſonæ Liuij, qui fuit æqualis Auguſti. Huius orationis ſententiæ aliquot adhuc extant apud Gellium. AVXILIO quam maximè fuerunt.) Vet. lib. Auxilio fuerunt. OB nimiam ſuam crudelitatem ſuis inuiſus.) Suam abeſt à vet. lib. EIVS virgine filia.) Vet. lib. Filia eius virgine. DE agro diuidendo, creatis.) Tolle vocem, De, non enim Triumuiri de agro diuidendo, ſed agro vt dicatur, latina locutio poſtulat, vt Triumuiri coloniæ deducendæ. QVO de-functo.) Vet. lib. Eo defuncto. IAPIDAS.) Cap. triumphi, Iapudas, græci ἰάποδας edunt.

IN EPITOMEN LIBRI. LX.

AVRELIVS conſul.) Vet. lib. L. Aurelius conſul. ADVERSVS Falanios Gallos, qui populabantur fines Maſsilienſium.) Lege Saluios Gallos, ex vet. lib. Sunt autem Saluij, iidem, atq; Salyes. A MAXIMA multitudine locuſtarum.) Vet. lib. Ab ingenti multitudine. TERTIAM, qua equeſtrem ordinem cum ſenatu conſentientem corruperat, trecenti ſenatores erant, ſexcenti equites, vt trecentis ſenatoribus admiſcerentur.) Clarior eſt huius loci ſententia in manuſcriptis libris, hoc modo: Tertiam, qua equeſtrem ordinem tum cum ſenatu conſentientem corrumperet, vt ſexcenti ex equitibus in curiam ſublegerétur, & quia illis temporibus CCC. tantum ſenatores erant, ſexcenti equites trecentis ſenatoribus admiſcerentur. Hanc legem Iudiciariam vocat Plutarchus in Graccho, cuius verba his ferè ſimilia ſunt: ὁ δὲ δικαστικός, ᾧ τὸ πλεῖστον ἀπέκοψε τῆς συγκλητικῆς δυνάμεως. μόνοι γὰρ ἔκρινον τὰς δίκας, καὶ διὰ τοῦτο φοβεροὶ τῷ δήμῳ καὶ τοῖς ἱππεῦσιν ἦσαν. ὁ δὲ τριακοσίους τῶν ἱππέων προσκατέλεξεν αὐτοῖς οὖσι τριακοσίοις, καὶ τὰς κρίσεις κοινὰς τῶν ἑξακοσίων ἐποίησε. Hæc Plutarch. qui equites non ſexcentos, ſed trecentos ſenatoribus trecentis ait eſſe adſcriptos, atq; inter vtroſq; communicata iudicia eſſe, quæ antea ſenatorum tantum propria fuerant. Si tamen Appiani libro primo, & Pædiani in Diuinationem verba attendamus, Gracchus à ſenatoribus ad ſolos equites iudicia tranſtulit, non inter vtrunq; ordinem communicauit. Et Varro lib. 4. de vita pop. Rom. In ſpem adducebat non plus ſoluturos, quàm vellent, iniquus equeſtri ordini iudicia tradidit, ac bicipitem ciuitatem fecit, diſcordiarum ciuilium fontem. Hæc enim verba ad C. Gracchum pertinere videntur. Locus eſt apud Marcellum in voce Biceps. MVLTVM indignata.) Multum abeſt à vet. lib.

IN EPITOMEN LIB. LXI.

MVLTVM feliciter pugnauit.) Multum abeſt à vet. lib. AVENTINVM armata quoque multitudine.) Vet. lib. Auenrinum quoq; armata multitudine. FLACCVS ſocius eiuſdem.) Vet. lib. Flaccus conſularis ſocius eiuſdem furoris: LIBERATVS eſt.) Vet. lib. Abſolutus eſt.

IN EPITOMEN LIB. LXII.

CN. MARTIVS COS. Samios gentem Alpinam expugnauit.) Vet. lib. Q. Marcius conſul Stonos. De Stonis autem Alpinis populis, & Strabo, & Plinius prodiderunt. De hac autem victoria. Oroſius. QVEM in filium adoptauerat.) Vet. lib. Quem adoptauerat. METELLVS Dalmatas obſedit.) Vet. lib. ſubegit: probo. Nam de iis etiam triumphauit, & Dalmatici nomen retulit. AENOBARBVS.) Ahenobarbus, vt antè. SENATV amouerunt.) Vet. lib. Mouerunt.

IN EPITOMEN LIB. LXIII.

CATO Porcius conſul.) Vet. lib. C. Porcius: Rectè vtrunq;. Dictus eſt enim C. Porcius Cato. DEPREHENSVM, & iudicatum ſit. Vet. lib. Vindicatum ſit.

IN EPITOMEN LIB. LXIIII.

IDQVE etiam Calpurnius.) Vet. lib. Idque Calpurnius. AD indicandum conſiliorum auctores.) Vet. lib. Ad indicandos auctores conſiliorum ſuorum. ET propter cædem admiſſam in regulum quendam nomine Maſsiuam, qui regnum eius populo Rom. inuiſi appetebat, interfectum Romæ cùm periclitaretur.) Ita legẽdum eſt, vt omnia vno periodo contineantur, vſq; ad verbum, illud, clam profugit: præterea legendum, Romæ interfectum, cùm periclitaretur, ex vet. lib. & ex Salluſtio. DISCEDENS vrbe.) Vet. lib. Cedens. A. POSTVMIVS legatus infeliciter prælio aduerſus Iugurtham geſto conflixit, pacemq́; etiam multum ignominioſam adiecit, quam quidem minime eſſe ſeruandam ſenatus cenſuit. Germanam ſic demum reſtitue lectionem. A. Poſtumius legatus infeliciter pręlio aduerſus Iugurtham geſto, pacem quoq; adiecit ignominioſam, quam non eſſe ſeruandam ſenatus cenſuit. Extitit enim neſcio quis malus auctor latinæ orationis formandæ, qui in his Epitomis deſcribendis de ſuo inculcauit particulas, Minime, Quidem, Multum, Omnino, quæ non ſunt in vet. lib. niſi raro, & aptè poſitæ.

IN EPITOMEN LIB. LXV.

ET vniuerſam Numidiam vaſtauit.) Vet. lib. Totamq́; Numidiam. FELICITER quidem pugnauit.) Vet. lib. Proſpere pugnauit.

IN EPITOMEN LIB. LXVII.

AVRELIVS Scaurus legatus.) Vet. lib. M. Aurelius. VINCI minime poſſe.) Vet. lib. Non poſſe. AB iiſdem hoſtibus C. Manlius, & Q. Cæpio proconſules victi prælio caſtriſque binis exuti ſunt.) Reſtitue ita: Cn. Mallius conſul, & Q. Cæpio proconſul victi prælio caſtris quoque binis exuti ſunt. In Manlio variant ſcriptorum libri. Alij enim C. alij Cn. Manlium, alij M. Manilium vocant, quemadmodum in pleriſq; manuſcriptis eſt, & in impreſsis Eutropij, Taciti, & Salluſtij. Itaque Cn. Mallius reponendum, teſtibus lapidibus antiquis. In vetere Epitomarum exemplari, eſt: Manilius conſul, & Q. Cæpio proconſul: Egregiè. Nam Q. Cæpio, & conſul ante Mallium. & prorogato imperio cum conſule Mallio proconſul cum Cimbris rem geſsit, vt ait Oroſius. CÆPIONIS, cuius temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata ſunt, primoque poſt regem Tarquinium imperium ei abrogatum. Primum illud dico Imperium regi Tarquinio non eſſe abrogatum, ſed exilio multatum ne in vrbe eſſet. Deinde verò addo alios ante Cępionem imperio ſpoliatos fuiſſe, vt Tarquinium Col-

latinom,&L. Minucium Augurinom,&M. Claudium Gliciam,quorum illi coacti sunt abdicare se consulatu, hic Dictatura. Quare non est dubium,quin legendum sit,vt est in vetere libro: Damnari bona publicara soot primi post regem Tarquinium,imperiumq; ei abrogatum est. IN carcere necatus.) Veteres libri, Necatus est. CONTINVATVS per complures annos magistratus est.) Vet. lib. Consulatus est. Est enim factus II. III. consul cum abesset. Hæc est autem Quinta lex. Ne quis absens capete consulatum posit, qua solutus est Marius. Itaque Cæsar pòst om1 sit triumphum ex Hispania vlteriore, vt præsens peteret consulatum. CIRCA Rhodanum,& Pyrenæum.) Vet.lib. Inter Rhodanum,& Pyrenæum. BELLICOSIS quidem se Theutonis.) Vet.lib. Bellicosis se Theotonis.

IN EPITOMEN LIB. LXVIII.

ANTONIVS prætor in Sicilia maritimos prædones persecutus est.) Emenda ad fidem vet. lib. M. Antonius prætor in Ciliciam,eadem menda est apud Obsequentem,vbi scriptum est. Piratas à Romanis in Sicilia deletos esse,cùm sit legendum, Cilicia. Nam vt scribit Plutarchus in Pompeio, Cilicia arx fuit hoc tempore piratarum, ob eamq; causam pòst in Cilicia bellum gesit P. Seruilius,qoi Isauricus inde appellatus est. Adde quod M. Antonins apud Ciceronem libro primo de Oratore pro consule se in Ciliciam venisse ait. Antonium porrò cum Piratis rem gesisse tradit Plutarchus in Pompeio. DONEC Cimbros vinceret.) Vet. lib. Donec & Cimbros vinceret. VBI virtute sua explicita fugientem proconsulem, exercitumq; prosequuti.) Vet. lib. Cum virtute sua explicata. Quanquam sensu admonente. Expliciti,lego. Quod est,obsidione quasi Catuli liberari. IN quo cæsa traduntur hominum centum quadraginta millia.) Vet.lib. Hostium. Idem autem numerus traditur fere ab Orosio, & Plotarcho,& Floro,quanquam Flori locus mendose legitur sic. In patentisimo . quem Caudium vocant campo,procurrere. millia deinde ad XL. ceciderunt. Hinc campus tertio per omnem diem conciditur barbaris. In veteribus autem libris rectè sic. In patentisimo quem Caudium vocant campo,concurrere. millia inde centum qoadraginta ceciderunt,hinc tertio minus, per torum diem conciditur barbarus. TOTIVS ciuitatis consensu receptus) Vet. lib. Exceptus. QVI aliquantulum &c. inuiderant.) Vet. lib. Aliquandiu. P. MALLEOLVS.) Vet. lib. Poblicius Malleolus: Rectè. ita enim & Orosius: & certè Malleolum Poblicia gentis cognomen fuisse Capitolini consules ostendunt. BELLA præterea inter Syriæ reges coutinet.) Vet lib. Inter Syriæ reges gesta continet.

IN EPITOMEN LIB. LXIX.

CN. APVLEIVS.) L. Apuleius, & vet. lib. & omnes scriptores. NVMIDICO, eò quod in eam minimè iurasset.) Vet.lib. Quod in eam non iurauerat. SEXTVM quidem consulatum.) Quidem vacat vet. libris. CANDIDATVM coosulatus petitorem.) Vet.lib. Caodidatum consulatus. sic lib. 103. Eoque consulatus candidato conspirario facta est. & lib. 107. T. Annio Milone candidato consulatus. A. NVMIO competitore.) Hunc νόνιον Plutarchus, αὖλον νόνιον Appianus vocant, ille in Mario, hic lib. 1. At Valerius lib. 9. cap. 7. Orosius lib. Nummium, præsertim in manuscriptis libris: nam vulgati habent Mummium. Itaq; nihil aosus sum mutare. BELLO quodam interfectus est.) Loquitur de Saturnino, qoem, vt omnes tradunt, Rabirius interfecit. Itaq; à Rabirio quodam, legendom est. Sic enim & is, qui de viris illustribus scripsit. Caputeius Rabirius quidam senator per conuiuia in ludibrium circumtulit. M. AQVILIVS consul in Sicilia.) M'. Aquillius proconsul, scribendum. Hunc enim vocat Plutarchus in Mario, μάνιον ἀκύλλιον. Itemq; in Mithridarico Appianus. Filium hunc esse arbitror M'. Aquillij M'. F. M'. N. qui de Asia triumphauit, vt est in Capitolinis triumpbis, quem Appianus libro 1. μάνιον qooque nominat.

IN EPITOMEN LIB. LXX.

CVM M. Aquillius.) M'. Aquillios, vt dixi. DIDIVS proconsul.) Vet. lib. T. Didius. P. RVTILIVS, qui legatus C. Marij proconsulis à publicanorum iniurijs Asiam defenderat.) Lege, Q. Mucij procoosulis. oeq; enim C. Marius obtiouit Asiam, sed Q. Mucius Scæuola, vt Pędianus in Diuinationem. Q. Mucij Scæuolæ quæstor Rutilius condemnatus, quod cum prætore consenserit suo, ne publicani aliquid agerent in prouincia sua. CVI cognomentum Apionis fuit.) Cui cognomen Apioni fuit, vet. lib.

IN EPITOMEN LIB. LXXII.

INITIO belli à Picentibus moto.) Vet. lib. Orto. ESERNIA. Aesernia, græci. AVXILIA demum.) Vet. lib. Auxilia deinde.

IN EPITOMEN LIB. LXXIII.

L. CÆSAR consul.) Vet. lib. L. Iulius Cæsar consul. QVI interemptus est.) Vet. lib. Qui ab ijs interemptus est. MELIORE quidem euentu.) Quidem redundat ex vet. lib. PELIGNOS fudit.) Vet. lib. Pelignos prælio fudit. HIRNIO Asinio.) Vet. lib. Hirno Asinio.

IN EPITOMEN LIB. LXXIIII.

ALIAQVE magistratuum ornaméta insignia sumpta sunt.) Vet. lib. Aliaq; magistratuum insignia sumpta sunt. AVRELIVS Plotius legatus.) Vet. lib. A. Plotius. A. SEMPRONIVS Asellus. Scribe, Asellio. sic enim Appianus libro primo. Valerius lib. 9. cap. 7. Fuit autem Asellio Semproniorum cognomen. Quod Historicus ille æqualis Scipionis Aemiliani tulit. Qui apud Ciceroo em primo de legibus. Asilo, mendose dicitur, vbi Latinos Historicos numerat.

IN EPITOMEN LIB. LXXV.

A POSTVMIVS legatus in obsidione castrorũ hostiliũ cecidit. Sulpicius legatus cum clasi præesset infamis crimine prodirioois ab exercitu suo interfectus est.) In his verbis est insigne médum. Inculcata enim multa verba sunt ex epitome sequentis libri, eaq; à Gabinio ad Postumium translata, quæ autem ad Postumium pertinebant, ea Sulpicio sine causa tributa suot. sic igitur lege ex veterum librorum fide: A. Postumius Albinus legatus, cum clasi præesset, infamis crimine proditionis ab exercitu suo interfectus est, Reliqua autem dele. Hæc ipsa A. Postumio euenisse tradit etiam Orosius lib. 5. Postumius Albinus vir consularis tunc L. Sullę legatus intolerabili superbia omniom io se militum odia cum suscitasset, lapidibus occisus est. & Valerius lib. 9. cap. 8. A. Albinus nobilitate, moribus, bonorum omnium consummatione ciuis eximius propter falsas, & inanes suspiciones in castris ab exercitu lapidibus obrutus est. QVISQVAM ante.) Vet. lib. Quisquam alius ante.

IN

IN EPITOMEN LIBRI LXXVI.

CÆSIS à Mamerco Aemilio legatis Italicis.) Vet. lib. Cæsis & à Mamerco Aemilio legato Italicis. INCVRSIONES Thracum in Macedoniam continet.) Vet. lib. Incursiooes Thracum in Macedoniam populationesq; continet.

IN EPITOMEN LIBRI LXXVII.

OCCISO'QVE Pompeij consulis filio.) Sensus docet legendum esse: Occiso Q. Pompeio consulis filio. Paulò antè enim patris consulis meminit. Ex quo duodecim.) Ex qua, legendum, ad vocem enim Factionem, pertinet. VT præmium promissi indicij haberet.) Vet. lib. Præmium promissum. AD capiendum à Cn. Pompeio proconsule exercitum.) Vet. lib. Ad accipiendum.

IN EPITOMEN LIB. LXXIX.

CORNELIVS Cinna.) Vet. lib. L. Cornelius Cinna. CVM perniciosas leges per vim ferret.) Vet. lib. Per vim, atq; arma ferret. PVLSVS vrbe à Cn. Octauio collega cum Sextio tribuno plebis.) Melior lectio est manuscriptorum librorum, cum VI. tribunis plebis, id est. Cum sex tribunis plebis. Hoc probatur, quia scribit Appianus maiorem tribunorum partem Octauio aduersatos esse, ὅτι δ' ἐκπεσὼν κατὰ τὴν οἰκίαν τὸ μέλλον ἀπεκαραδόκει, ἐξαγγέλλεται τοὺς πλέονας δημάρχους κωλύειν τὰ γιγνόμενα. IMPERIO'QVE eo abrogato.) Vet. lib. Imperioq; abrogato. Sic epitome CXI. abrogato magistratu pulsus vrbe. MORTVVM spoliaret.) Vet. lib. Spoliaret occisum.

IN EPITOMEN LIB. LXXX.

QVI soli arma recipiebant.) Vet. lib. Retinebant. PLANCIVS.) Vet. lib. Plautius. IANICVLVM occupauerunt.) Vet. lib. Oppugnauerunt. Occupasse tamen ait Appianus. Itaq; nihil muto. ANTIVM quidem. Item. Nulla omnino spes.) Tolle quidem, & omnino. veterib. lib. auctoribus. M. ANTONIO eloquentissimo viro, & C. Cæsare.) Vet. lib. L. & C. Cæsare. Rectè. fratres enim hi fuerũt, ambo in reditu Marij interfecti. Auctor Appianus & reliqui. IN rostris posita.) Vet. lib. In rostris posita sunt. ET citra vlla comitia coosules in sequentem annum se ipsos renunciauerunt, eodem die. quo magistratum inierant: Marius. Sex. Licinium.) Sic interpunge & lege. Eodemq; die, quo magistratum inierant, Marius, &c. POSTREMO armis euertit.) Vet. lib. Armis hostiliter euertit.

IN EPITOMEN LIB. LXXXI.

PRÆTEREA à Thracibus in Macedonia gesta continet.) Vet. lib. Præterea transitus Thracum in Macedoniam continet.

IN EPITOMEN LIB. LXXXIII.

FVSIS aliquot copijs.) Vet. lib. Fusis prælio aliquot copijs. ITA vt his cederet prouincijs.) Vet. lib. Ita vt is cederet, Is, autem Mithridates intelligitur. IMPETRAVIT'QVE à seruo præbens ceruicem, vt eum omnino interficeret.) Vet. lib. Impetrauitq; de seruo suo præbens ceruicem, vt se interficeret.

IN EPITOMEN LIB. LXXXIIII.

CVM ab omnibus oppidis Italiæ obsides exigere vellet.) Cùm ab Italiæ oppidis omnibus, colonijsq; obsides, ex Vet. lib. CONSENSV senatus prohibitus.) Vet. lib. prohibitus est. NOVIS ciuibus S. C. suffragium datum est.) Italis data lex erat lege Iulia, verùm non in XXXV. tribus distributi. Eos vt distribuerẽtur cum P. Sulpicius legem tulisset, eaq; Sylla reuerso abrogata esset. Cinna de ijs cum Octauio contendit. Itaq; data erat illis ciuitas illa quidem, sed sine suffragio, nunc verò S. C. etiam suffragium adepti sunt. App. lib. 1. BELLI apparatum contra Syllam, quod plurimum excitabatur.) Vet. lib. Belli apparatum, quod contra Sullam excitabatur.

IN EPITOMEN LIB. LXXXV.

A CONSVLE Cn. Carbone, & C. Norbano.) Emenda, à consule C. Norbano. Erat enim hoc anno coosul C. Norbanus cum L. Scipione. Itaq; sequenti versu ait. Cum L. Scipionis alterius consulis exercitu, alioquin si Carbo consul esset, tertij coosulis fuisset dicendum.

IN EPITOMEN LIB. LXXXVI.

LITIGATORES à quibus adhibebantur vadimonia, Romam deferre iussit.) Lege ex Vet. lib. auctoritate, Litigatores, à quibus adhibebantur, vadimonium Romam deferre iussit.

IN EPITOMEN LIB. LXXXVIII.

OCTO millia deditorum in via publica trucidauit.) Lege in villa publica, qui locus fuit in campo Martio. Sic enim Augustin. de Ciuit. lib 3 cap. 28. Sulla victor vrbem intrauit, qui in villa publica non iam bello, sed ipsa pace sæuiens VII. millia peditum vndecunq; inermia non pugnando, sed iubendo prostrauit. Et Valerius lib. 9. cap. 2. Quatuor legiones contrariæ partis fidem suam secutas, in villa publica, quæ in campo Martio erat nequicquam fallacis dextræ misericordiam implorantes obtruncari iussit. LVCRETIO Asella.) Vet. lib. Offella. Plut. in Sulla, Ὀφέλλα. Itemq; Appianus lib. 1. SAVCIVS à seruo.) Ipse saucius à seruo. Vet. lib. INERMES interimi iussit. Vet. lib. Concidi iussit. Appianos libro primo: κατακόψαι ἅπαντας.

IN EPITOMEN LIB. LXXXIX.

L. BRVTVS.) Vet. lib. M. Brutus. REBVS'QVE nouis.) In Vet. lib. Inducta particula. Quæ alius fit principium orationis. LVCRETIVM Asellam.) Offellam, vt antè. HIEMAM regem Numidarum.) Hunc regem Eutropius Iarbam nominat. item is, qui de Viris illustrib. scripsit. Plutarchus vterque in Pompeio: εἷλε δὲ καὶ βασιλέα Ἰάρβαν τὸν συμπολεμήσαντα Δομετίῳ, τὴν δὲ βασιλείαν Ἱέμψᾳ παρέδωκε. Hiarbæ igitur regis filius fuit Hiempsal, qui regnauit consule Cicerone, vt ipse ait contra Rullum. Hiempsalis filius fuit Iuba, victus à Cæsare, vt ait Dio, vbi de bello Cæsaris Africo de quo loquitur Cicero contra Rullum, cùm ait: Iuba Regis filius. sic enim legendum, oon Iubæ regis filius. Hiempsalis enim regis filium intelligit. Iubæ autem filius fuit Iuba alter, cui Augustus regnum

concesit historiarum auctor, vt scribit Strabo lib. 17. CARBONE, qui Corcyram appulerat.) Appianus lib. primo Κόσσυραν hãc insulam vocat: κάρβωνα δ' ἐκ Λιβύης ἐς Σικελίαν σὺν ἑτέροις ἐς Κοσσύραν νῆσον ἀποφυγόντα τέμψας ἀνεῖλε Πομπήιος. Et Orosius: Pompeius Carbonem à Cossura insula in Aegyptum fugere conantem in Siciliam ad se retractum occidit. Est autem Cossura insula Africæ, auctor Strabo, & Capitol. triumphi. REDACTVM est sestertium ter millies quingentiesq́;. Q. Lucretium offellã. Etenim Appianus: Κόιντον Λουκρήτιον ὀφέλλαν nominat. Erroris causa vulgata est. QVOD quidem nemini contigerat.) Vet. lib. Quod nulli contigerat. CN. Norbanus consularis.) C. Norbanus. cap. tabulæ. Itemq́; reliqui omnes. SE ipse interemit.) Vet. lib. Ipse se interemit. METELLVS ex proscriptis vnus.) Vet. lib. Mutilus, quod est Papiorum cognomen. AD posticum ædis.) Vet. lib. ad posticias ædes. SANGVINE suo fores resperst.) Vet. lib. Vxoris fores.

IN EPITOMEN LIBRI XC.

L. MANLIVS proconsul.) Hunc subsidio Metelli ex Gallia, cui ipse præerat, in Hispaniã venisse scribit Orosius. Et L. Manilium nominat: quo pacto legendum esse apud Plutarchum in Sertorio puto: ὥστε Λουκίου μὲν Μάλλιον ἐκ τῆς περὶ Ναρβῶνα Γαλατίας ἐλθόντος αὐτῷ συμβαλεῖν. est enim legendum ὅτι μανίλιον. M. ANTONIVS legatus ab Herculeio quæstore victi.) Vet. lib habetM. Domitius, & rectè: Nam Antonius cuius post mentio fit in hoc bello cum Sertorio erat. Domitius autem cum Metello. Domitium autem ab Herculegio Sertorij duce cum exercitu oppressum scribit Orosius, Eutropius, & Plutarchus Et Sallustius historiarum lib. 1. in quo Sertorianum bellum narrabat, Domitium proconsulem ex citeriore Hispania cum omnibus copijs, quas parauerat à Metello accersitũ scribit, vt ait Priscianus lib. 10 Porrò autem L. Domitius vocandus. Sic enim & Eutropius, & Plutarchus. AB Hirtuleio quæstore.) Vet. lib. Herculeio. Item Eutropius, item Sallustius historiarũ lib. 2. Occurrere duci, & prælium accendere, adeò vti Metello in sagum, Herculeio in bracchium tela venirent. ex Marcello in voce Sagum. Hunc, vt opinor, ἐρέννιον nominat Plutarchus in Pompeio.

IN EPITOMEN LIBRI XCI.

CN. POMPEIVS cùm adhuc quæstor esset, cũ imperio consulari aduersus Sertorium missus est.) Vox, quæstor, mendosè est. aut enim equester, vt in quibusdam veteribus libris est. aut, eques Rom. est legendum Nam sex post libris scriptum est, Cn. Pompeium consulem factum esse antequam quæsturam gereret ex equite Romano. sic autem locutus est in epitoma lib. 89. Cn. Pompeius adhuc eques Romanus ex Africa triumphauit, vt etiam Cicero pro lege Manilia. Quid tam incredibile, quàm vt iterum eques Rom. ex S. C. triumpharet. triumphauit autẽ iterum ex Hispania. Et Dio in quadam concione lib. 36. habita de Pompeio: καὶ ἱππεῖ ἔτι ὄντι τοὺς πολέμους ἐκείνους ἐνεχειρίσατε. & Plutarchus: μόνου δὲ μετ' ἐξ ... δύο θριάμβων.

IN EPITOMEN LIBRI XCII.

Q. SERTORIVS Metellum, & Perpennam cum duobus exercitibus prælio fudit.) Legendum. Q. Metellus Sertorium, & Perpernam, neq; enim Sertorius Perpernam, qui à se stabat, fundere potuit. PARTEM eius cupiens auferre.) Vet. lib. Ferre. DAMNA obsidentibus tulit.) Vet. lib. Intulit. PLVRIMOS amicorum, & secum proscriptorum.) Vet. lib. Plurimos ex amicis, & secum proscriptis.

IN EPITOMEN LIB. XCIII.

REXQVE à Pompeio, & Metello victus, & vt contra Sertorium egerunt.) Vitiosus sine dubio locus ex vestigijs veterum librorum à me ita emendatur. Resq́; à Pompeio, & Metello contra Sertorium gestas continet, qui omnibus belli; Sic enim in veteribus libris est, præterquam quod duæ illæ voces, Gestas continet, interciderunt. sic epitoma sequenti: Res à Cn. Pompeio in Hispania contra Sertorium prosperè gestas continet. COEGIT diuersas regiones petere Metellum vlteriorem Hispaniam, Pompeium Galliam.) Contra Plutarchus in Sertorio: ὅτε ἠναγκάσθησαν οἱ στρατηγοὶ διαλυθέντες ὁ μὲν εἰς Γαλατίαν ἀπελθεῖν, Πομπήιος δ' ἐν Βακκαίοις διαχειμάσαι.

IN EPITOMEN LIBRI XCIIII.

DEIOTARVS, Gallogræciæ tetrarches præfectus Mithridatis bellum in Phrygia monentes cecidit.) Vel aduersantibus veteribus libris lego, præfectos Mithridatis. Nam Deiotarus stetit pro Romanis, non pro Mithridate. Id autem apertè Appianus in Mithridatico: τῶν δ' αὐτοῦ χιλιάρχων τις Εὔμαχος ... Ῥωμαίων πολλοὺς μετὰ παίδων, καὶ γυναικῶν ... μέχρι ... Γαλατικῶν τετραρχῶν Δηιόταρος ... συνέβαλε, καὶ πολλοὺς διέφθειρε.

IN EPITOMEN LIBRI XCV.

P. VORENVM prætorem prælio vicerunt.) Hunc prætorem Plutarchus in Crasso vocat πόπλιον βαρῖνον. Varinium Frontinus lib. 1. cap. 5. Appianus autẽ libro primo βαρίνιον γλάβρον, vt appareat hunc P. Varinium Glabrum appellatum fuisse: meminit etiam P. Varini prætoris Cicero pro Flacco, vbi fortè, Varinij, legendum est, vt gentis nomen, non familiæ sit. C. CVRIO proconsul Dardanos in Thracia domuit.) Hinc Sallustius histo. lib. 11. Nonio auctore. Eodem anno in Macedonia C. Curio principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit, pecunias coegit.

IN EPITOMEN LIB. XCXI.

C. LENTVLVS consul.) Cn. Lentulus, perspicuè, omnes auctores. L. GELLIVS, & Q. Arius prætor.) Vet. lib. L. Gellius consul, & Q. Item Plutarchus, & Appianus. Cæterùm hic est Q. Arrius prætor, qui cum successurus esset. C. Verri in Sicilia, non succesit Pædianus. SERTORIVS à M. Antonio, & M. Perpenna, & alijs coniuratis in conuiuio interfectus est, &c. Imperium partium ad Marium translatum est.) Locus obscurus. Nam cum dicat ab Antonio, & Perperna interfectum esse Sertorium, addit: Imperium partium trãslatum esse ad Marium. nos autem ab alijs accepimus ad Perpernam peruenisse. Tolletur igitur omnis obscuritas, si ita legatur: Sertorius à Manio Antonio, & Marco Perpenna. Item: Imperium partium ad Marcum translatum est. Plutarchus enim in Sertorio μάλλιον ἀντώνιον, vitiosè vocat, pro μάνιον. In veteribus autem libris est, ad Marcum nõ ad Marium. Eiusdem porrò conuiuij meminit his verbis Sallustius historiarum libro 3. Sertorius in imo, inter Tarquinium, & dominum Perperna, ex Nonio. VT frequentius victor.) Vet. lib. Vel frequentius.

IN

IN EPITOMEN LIB. XCVII.

CÆSIS inimicorum.) Vet. lib. hostium. M. CRASSVS, & Cn. Pompeins consules facti sunt * sicut Pompeius, antequam quæsturam gereret ex equite Romano tribuniciam potestatem restituerunt.) Locus mutilatus, meritò asterisco notatus. Vetusti libri nihil varietatis babent, nisi quod. Facti sic, ibi est. Ex quo colligo ita esse legendum: M. Crassus, & Cn. Pompeius consules facti, vt Crassus ex prætura, sic Pompeius antequam quæsturam gereret, ex equite Romano, tribuniciam potestatem restituerunt. Eandem enim rem, vt memorabilem edit etiam Appianus lib. 1. hoc modo: ἐς δὲ ὑπατείαν ἄμφω παρήγγελλον, ὁ μὲν ἐστρατηγηκὼς κατὰ τὸν νόμον Σύλλα, ὁ δὲ Πομπήιος οὔτε στρατηγήσας, οὔτε ταμιεύσας, ἔτος τε ἔχων τέταρτον ἐπὶ τοῖς τριάκοντα. Id est, Consulatũ aũt ambo se petituros esse professi sunt, is quidem, cùm prætor ex lege Sullæ fuisset, Pompeius autem neq; prætura, neq; quæstura perfunctus anno ætatis quarto & tricesimo. puto tamen legendum sexto & tricesimo. Quod quisque intelliget, qui aut ortum, aut obitum Pompeij cum primo consulatu eius conferet: Duabus ergo legibus solutus est, vna, quod præturam non gesserat, altera quod ante annos ætatis legitimos factus est. Quare merito pro Pompeio ait Cicero: Quid tam singulare, quàm vt ex s.c. legibus solutus consul ante fieret, quàm vllum alium magistratum per leges capere licuisset? IVDICIA per M Aurelium Cottam prætorem.) Lege, L. Aurelium. Pædianus enim pro Cornelio. Fuerunt tres fratres C. M. & L. Aurelius Cotta, is qui lege sua iudicia inter tres ordines communicauit, adeptiq; sunt omnes consulatum.

IN EPITOMEN LIB. XCVIII.

LACHARES filius Mithridatis.) Vet. lib. Machares. Dio. μαχάρης. C. LENTVLVS.) Cn. Lentulus, vt ante. A QVIBVS lustrum conditum est, censa sunt) Vet lib. A quibus lustro condito censa sunt. L. METELLVS prætor in Cilicia aduersus piratas prospere rem gesit.) Scribe, Sicilia. Hic est enim Metellus, qui Verri in Sicilia succesit. Pædianus. QVOD incendio consumptum erat, refectum à Q. Catulo dedicatum est.) Vet. lib. Quod incendio consumptum, ac refectum erat, à Q. Catulo dedicatum est. MVLTIS certaminibus fudit.) Vet. lib. Pluribus prælijs. SEDITIO militum tenuit, qui sequi nolebant, quia legiones Valerię impleta à se stipendia dicentes.) Vet. lib. id est, legiones Valerianæ, quæ impleta à se stipendia dicentes.

IN EPITOMEN LIB. XCIX.

POMPEIVS Romæ rationem reddit.) Romæ, superuacaneum, præsertim cùm dicat per epistolas rem esse actam, abest certè à veteribus libris.

IN EPITOMEN LIB. C.

C. MANLIVS tribunus pl.) C. Manilius. Cicero pro lege Manilia. DOMITIS Cretensib) Vet. lib. Perdomitis Cretensibus. LIBERÆ in id tempus insulæ leges tulit.) Vet lib. Dedit. Quo verbo & Cicero, & alij in hoc genere vtuntur. PHRAATEM regem Parthorum, & Tigranem Armeniorum regem, ac demum inter filium.) Vet. lib. Tigraneum Armeniorum, ac deinde inter filium.

IN EPITOMEN LIB. CI.

PHOENICIA.) Phœnice, Vet. lib. IBEROS, Albanos, qui transitum minime dabant.) Vet. lib. Albanosq; qui transitum non dabant.

IN EPITOMEN LIB. CII.

A MILITE Gallo nomine Bithoco.) Bitœto repono ex Appiano in Mithridatico: Βίτοιτον οὖν τινὰ Κελτῶν ἡγεμόνα καλέσας, πολλὰ μὲν κατὰ τὰ ἔργα δεξιᾶς ἐς πολεμίους ὠνήμην, ὀνήσομαι δὲ μέγιστον, εἰ νῦν με κατεργάσαιο. Qui scripsit de Viris illustribus Sithocũ nominat. A QVO, vt iuuaretur, petierat.) Vet. lib. A quo vt adiuuaret se petierat. CETHEGO, & pluribus. Vet. lib. & pluribus alijs. INCENDIIS vrbis, opprimenda rep.) Vet. lib. Et opprimenda.

IN EPITOMEN LIB. CIII.

CVM exercitu cæsus.) Vet. lib. Cæsus est. SACRARIVM, in quod virum intrare nefas est, intrasset.) Vet. lib. In sacrarium. CVMQVE vxorem Metelli pontificis stuprauisset.) Cicero, Plutarchus, Suetonius, omnes deniq; Cæsaris pontificis Maximi vxorem fuisse scribunt, non Metelli. Itaq; non est credendum in tam nota historia lapsum esse auctorem, verùm, vt multos alios, sic hunc locum à librarijs esse vitiatum. Ego verò sine dubio legendum esse duco, Maximi pontificis. Errandi causa orta est ex compendiosa scriptura. Nam cum paucis literis scriptum esset M. pont. imperitus ille, qui descripsit interpretatus est Metelli, cum Maximi ea vox significaret. CN. Potitius prætor Allobroges, qui rebellauerant, ad Solonem domuit.) Hic prætor fuit consule Cicerone, ab eoq;, & Sallustio, C. Pontinus, à Dione γάϊος πομπτῖνος, & πομπτῖνος dicitur. Idem etiã pòst triomphauit ex Gallia. Ego C. Pontinium scribo POMPEIVS de liberis Mithridatis, Tigrane, & Tigranis filio triumphauit, Magnusq; à tota concione consalutatus est.) Hæc verba non puto suo loco sita esse. Vt ita sentiam me impellit, quod Cicero libro 1. ad Atticum Plinius lib. 7. cap. 26. & lib. 38. cap. 2. Capitolinorum triumphorum scriptores, & reliqua omnia Romanæ historiæ monumenta loquuntur, Cn. Pompeium de Mithridate, & Asia triumphasse Pisone, & Messalla consulibus. In hac autem epitoma triumphus post Gabinij, & Pisonis consulatum, quo anno Cæsar se scribit in Galliam venisse, & cum Heluetijs pugnasse, id est, post tertium annum collocatur, cùm tamen in eadem ante triumphum Pompeij mentio fiat conspirationis factæ inter Pompeium, & Crassum, & Cæsarem, quæ Pompeio præsente Romæ ante consulatum Cæsaris facta est. Librarij tamen & hunc errorem fuisse pro certo habeo. Nam qui Cn. Pompeius, &c. erat scripturus per incuriam oculis ad Pontinium conlectis, Cn Pontinius scripsit, & quæ sequuntur. Post autem cùm intelligeret se Pompeij triumphum temerè prætermisisse. eundem ipsum in fine Epitome collocasse. Est autem triumphus Pompeij rebus à Pontinio gestis anteponendus.

IN EPITOMEN LIB. CIIII.

GALLIA omni expulit.) Vet. lib. Gallia expulit. POMPEIO Inter alios orante, & Ti. Antonio Milone tribuno plebis ingenti gaudio senatus, ac vniuersæ Italiæ ab exilio reductus est.) Suspicor legendum, & T. Annio Milone trib. pl. agente, neq; enim hoc placet. ne Milonem qui in magistratu erat, & legem rogare poterat, orasse dicamus, sed egisse: orasse autem Pompeium, qui erat priuatus. Excidisse autem hanc vocem propter eam quæ similis sequitur, Ingenti poto. QVORVM quidem maxima multitudo.) Vet. lib. non habent, Quidem.

ADMINISTRATIO einſdem rei.) Vet. lib. Eius rei. PTOLEMÆVS Aegypti rex ob iniurias, quas patiebantur, à ſuis regno pulſus, Romam venit.) Vet. lib. Ob iniurias, quas patiebatur à ſuis, regno pulſus Romam venit.

IN EPITOMEN LIB. CV.

M. CATONIS tribuni pl.) Lego C. Catonis, ex epiſtolis Ciceronis ad Lentulum. Etenim Lentulo in re Alexandrina maxime aduerſatus eſt. Item ex lib. 22. Annalium Feneſtellæ intelligitur teſte Nonio. Quod vt magiſtratum tribuni inierunt, C. Cato turbulentus adoleſcens nec imparatus ad dicendum concionibus aſsiduis inuidiam & Ptolemæo ſimul, qui iam profectus ex vrbe erat, & P. Lentulo conſuli paranti iam iter concitare ſecundo quidem populi tumore cœpit. QVA prouinciæ conſulares in quinquenniũ Pompeio Hiſpaniæ, Craſſo Syria.) Lege conſulibus, pro cõſulares, vt Pompeium, Craſſumq́; conſules iterùm intelligamus. REIECTO Archelao.) Vet. lib. Eiecto Archelao. IN regnum reduxit Aegypti.) Vet. lib. Reduxit in regnum Aegypti. PROXIMAM partem.) Vet. lib. Et proximam. IN Britanniam parum proſpere tempeſtatibus aduerſis traiecit, iterumq́; parum felicius.) Lege ex Vet. lib. In Britanniam primum parum proſpere, &c. iterùm parum felicius. RELIQVAM partem inſulæ in poteſtatem redigit.) Vet. lib. aliquam partem. Egregiè. Nam ſcribit in Agricola Tacitus, Cæſarem, qui primum in Britanniam legiones Romanas duxit, proſpera pugna terruiſſe incolas, & literis tantum potitum eſſe.

IN EPITOMEN LIB. CVI.

GALLORVM multi populi.) Vet. lib. Aliquot populi. COTTA, & T. Auruncul eins legati Cæſaris.) Vet. lib. Cotta & T. Veturius. Apparet tamen legendum, Cotta & Titurius. Sic enim Cæſar lib. 3. Q. Titurius, & L. Cotta legati. Deceptus eſt librarius, quòd Cottæ nomen Aurunculeius fuit, eodem auctore Cæſare. Item Appianus κότλας, καὶ τιτύριος. EVOCATVS in colloquium ab hoſtibus, vt de pace acturus.) Acturis, & Vet. lib. habent, & hiſtoriæ fides poſtulat.

IN EPITOMEN LIB. CVII.

QVOD nemini vnquam contigit.) Vet. lib. Quod nulli alij vnquam, ſine voce, contigit. LEX dicta, vt ratio abſentis Cæſaris.) Vet. lib. Lex data. Hinc ego. Lex lata.

IN EPITOMEN LIB. IX.

CVM ſe dimiſſurum exercitum negaret, niſi à Pompeio dimitteretur.) Veteres lib. Exercitis, &, Dimitterentur. C. CVRIONIS tribuni plebis primum aduerſus Cæſarem actiones continet.) Vet. lib. Primum aduerſum Cæſarem de populo Romano, Cæſare actiones cõtinet. Hinc ego obſeruatione hiſtoriæ ductus. Primum aduerſus Cæſarem, deinde pro Cæſare actiones continet. Id enim omnes tradunt, & maximè Cœlius ad Ciceronem. Quod tibi ſuprà ſcripſi, Curionem frigere, iam calet: nam feruentiſsimè concerpitur, belliſsimè enim quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum, & pro Cęſare loqui cœpit. Ad hanc etiam hiſtoriam pertinere puto verba quædam Varronis ex lib. 4. de vita populi Rom. quæ ſunt apud Marcellum. Curio cùm id feciſſet, dicebat amicis, vt illi renuociaretur, ſe obſtrigillatutum, ne triumphus decerneretur, aut ne iterùm fieret conſul. eſt autem obſtrigillare, obſtare. C. CÆSAR bello ioimicos perſequutus cum exercitu in Italiam venit.) Et ſenſus, & vetuſtæ lectionis auctoritas probant legendum eſſe, perſequuturus. VNIVERSOSQVE eius partium Italia omnino expulit.) Vet. lib. Cæterosq́; partium eius Italia expulit.

IN EPITOMEN LIB. CX.

RELICTIS in obſidione C. Trebonio.) Vet. lib. Relictis in obſidione vrbis eius legatis C. Trebonio. IN poteſtatem Cæſaris ſe permiſerunt. Vet. lib. Poteſtati Cæſaris ſe. MALE contra Pompeianos in Illyrico captus eſt. IN poteſtatem inimicorum.) Vet. lib. Hoſtium. C. CVRIO legatus Cæſaris cum aduerſus Pompeianarum partium ducem Varronem pugnaſſet.) Vet. lib. Cùm proſpere aduerſus. Porrò autem Varum, non Varronem legendum. Hic eſt enim Atius Varus, qui in Africa ſtetit contra Cæſarem. Eadem labes eſt in bello Cæſaris apud Florum. Pulſo, inquit, fugatoq́; Varrone. Varum autem habent Cæſar, Dio, Plutarchus, reliqui. Sic in oratione. Antequam iret in exilium legitur, Q. Varroni trib. pl. pro Q. Vario. Sic in oratione pro P. Sulla. Nemo T. Coruncano, nemo Curioni, nemo huic ipſi C. Mario, cum ei multi inuiderent, obiecit. Ti. Comucanio, & C. Curio, legendum, nominat enim nouos homines Coruncanium, & Curium æquales, vt aliâs facit.

IN EPITOMEN LIB. CXI.

C. CÆCILIVS Rufus cum ſeditiones in vrbe quam maxime concitaret, nouarum tabularum ſpe ſollicitata plebe.) Lege, M. Cœlius Rufus. Eſt enim is, de quo Cæſar libro tertio belli ciuilis ait: Iiſdem temporibus Romæ M. Cœlius Rufus prætor cauſa debitorum ſuſcepta initio magiſtratus tribunal ſuum iuxta C. Trebonij prætoris vrbani ſellam collocauit. Et Velleius, M. Cœlins in prætura nouarum tabularum auctor extitit. Item idem Cœlius in epiſtola ad Ciceronem. Tolle, Quam maxime, ex vet. lib. CN. Pompeius ad Brunduſium obſeſſos à Cæſare.) Quid eſt tam nouum, quàm Pompeium obſeſſom à Cæſare ad Brunduſium. In Vet. lib. eſt, ad Dyrrhachium: atq; idem tradunt omnes hiſtoriæ. Q. Catuli prætoris.) Lege Q. Caſsij, vt in Emendationum libris correximus ex Dione.

IN EPITOMEN LIB. CXII.

ACTORE Theodoro.) Vet. lib. Theodoto. Plutarchus, Dio, & cæteri θεόδοτον. BELLVM à Cn. Domitio contra Phraatem Parthum proſpere geſtum continet.) Domitius hic legatus Cæſaris cum Pharnace Ponti rege male rem geſsit. Ex quo apparet, legendum eſſe, contra Pharnacem parum proſpere. Ita enim Appianus libro 2. φαρνάκης δομιτίῳ καίσαρος στρατηγῷ συνενεχθεὶς ἐς μάχην, ἐνενίκει πάνυ λαμπρῶς. & Dio lib. 42. [illegible]

IN EPITOMEN LIB. CXIII.

CATONE, cui ex ęquo deferebatur imperium, cedente.) Imperium, vacat, ſubauditur enim ex priore membro. Vet. lib. POMPEII Magni filius.) Vet. lib. Inde Pompeius Magni filius.

In

IN EPITOMEN LIB. CXIIII.

Et relicto à legione.) Et, vacat Vet. lib. Occiso'que eo Cæsar Scipionem.) Nonum principium orationis à voce, Cæsar faciendum est. Rebellantes vicit.) Vet. lib. Rebellantes prælio vicit.

IN EPITOMEN LIB. CXV.

Spectacula edidit.) Vet. lib. Dedit. Frui minime potuit.) Vet. lib. non potuit. P. Magio Chilone.) Cn. Magio, ex epistola Seruij ad Ciceronem. Censa sunt ciuium capita centum quinquaginta millia.) Numerus hic quanquam valde imminutus est, tamen bene habet. Scribit enim Dio pro duabus, & triginta myriadibus ciuium, quæ ante bellum ciuile censæ sunt, quindecim tantum censas hoc tempore, reliquis bello ciuili absumptis. Et Appianus ait vix dimidiam partem ciuium, quæ ante ciuile bellũ censebatur esse censam. Profectus in Hispaniam contra Sex. Pompeium.) Vet. lib. Profectusq; in Hispaniam aduersus Cn. Pompeium: Rectè, erat enim maior natu Cneius, quàm Sextus. Pompeius Sex. effugit.) Vet. lib. Sextus Pompeius effugit.

IN EPITOMEN LIB. CXVI.

Multi, quàm maximiq; honores.) Vet. lib. Plurimi, maximiq;. Minimæ assurrexit.) Vet. lib. Non assurrexit. M. Brutus, & C. Trebonius, & C. Cassius, & ex Cæsaris partibus D. Brutus.) Vet. lib. M. Brutus, & C. Trebonius, & C. Cassius, & ex Cæsaris partibus D. Brutus, & C. Trebonius. Idem cæteri. C. Octavius ex sorore nepos.) Quanquam Plutarchus in Antonio & Dio idem scribunt, (scribunt autem ἐκ τῆς ἀτίας τῆς Καίσαρος ἀδελφῆς. Id est, Atiæ sororis Cæsaris Octauium filium fuisse,) tamen potèrum dicit, qui ita dicit. Qui enim fieri potest, vt Octauius nepos sit Cæsaris ex sorore, qui Atiæ, quæ fuit Iuliæ sororis Cæsaris filia, natus sit? quanquam apud eos mendum esse suspicor: ἀδελφῆς pro ἀδελφιδῆς. neque enim Atia soror Cæsaris, sed sororis filia fuit. Itaq; in Bruto ait Plutarchus: ὁ μὲν ἦν ἐξ ἀδελφιδῆς καίσαρος. Ergo sororis nepos legendum, vt Vet. lib. habent, atq; vt Velleius, Suetonius & alij tradiderunt. Appianus: τὸν ἀδελφῆς θυγατριδοῦν vocant, id est, sororis nepotem ex filia. In campum Martium ferretur.) Vet. lib. Deferretur. Chamaces humilimæ sortis homo.) Appianus hunc ἀμάτιον vocat. Sic enim ait: ἀμάτιος ὁ ψευδομάριος. μαρίου γὰρ ὑποκρινόμενος υἱωνὸς εἶναι. Ex eo apparet legendum hoc loco, C. Amatius. Mouet tamen, quod Valerius lib. 9. hunc Erophilum Equarium medicum nominat.

IN EPITOMEN LIB. CXVII.

Omnibusque prosperis exceptus.) Vet. lib. Omnibusq;. Ea verò omnia quæ fuerint, Obsequens, & Dio. lib. 45. & Velleius tradunt. Cùm enim vrbem intraret solis orbis super caput eius curuatus, rotundatusq; in colorem arcus velut coronam tanti mox viri capiti imponens conspectus est. In confusione rerum, ac tumultu Lepidum pontificem maximum interemit.) Ne hoc quidem quenquam aliàs legisse opinor, Lepidum pontificem maximum ab Octauio, vbi primum Appollonia redijt, interemptum. immò verò ne id quidem Epitomarum scriptor scripsit. Nam infrà ait: M. Lepidum ab Octauio abrogato triumuiratus honore vitam impetrasse. Est ergo locus mirum in modum vitiatus. Vetus liber vestigia aliqua continet, quibus ad germanam lectionem peruenire valeamus. sic, In confusione rerum, ac tumultuum Lepidum pontificem tum Maximum interfecit. Hinc ego. In confusione rerum, ac tumultu M. Lepidus pontificatum Maximum intercepit. Confirmat autem hanc lectionem Velleius, qui lib. 2. ait. Lepidus in locum C. Cæsaris mortui pontifex Maximus furto creatus. Tulisset per vim.) Vet. lib. Per vim tulisset. Avunculi percussores.) Auunculi magni dicendum erat. Ita tamen etiam Suetonius, Nihil conuenientius quàm necem auunculi vindicare. Magnis iniurijs affecit. Cæsar vt sibi, & reip.) Melius concluditur hæc tota oratio in Vet. libris: ita, magnis iniurijs affecisset, Cæsar & sibi, & reip. Deinde plures.) Vet. lib. Deinde & complures. Et ad Cæsarem.) Dele, &, ex vet. lib.

IN EPITOMEN LIB. CXVIII.

C. Cæsari, qui primus reip. arma sumpserat pro populo Rom. imperium à senatu datum est cum consularibus ornamentis. Hic locus mirè deprauatus est, cùm tamen non videatur. Me vt violatum esse, atq; ita legendum esse crederem Cicero admonuit, qui pro rep arma sumpserat, proprætoris imperium à senatu datum est. Nam Cicero in senatu, V. in Antonium, ita ait de Octauio: demus igitur imperium Cæsari, sine quo res militaris administrari, teneri exercitus, bellum geri non potest, sit pro prætore eo iure, quo qui optimo, &c. Vox, prætoris, in populo Romano, mutata est ob eam causam, quam sæpe alias. Eadem macula fœdauit quoq; Velleium lib. 2. cùm ait: Eum senatus honoratum equestri statua pro P. R. vna cum consulibus des. Hirtio & Pansa bellum cum Antonio gerere iussit, vbi legendum est proprætore. Quod autem scriptum est. Consularibus ornamentis, mallem prætorijs. Nam & græci Plutarchus, Appian. Dio στρατηγικὰ κόσμια decreta tradunt. Et Cicero decernit, senatorem eum esse, sententiamq; loco prętorio dicere.

IN EPITOMEN LIB. CXIX.

A. Hircius.) Hirtius, Cap. consules. & græci ἵρτιος. Qui post victoriam suam in inimicorum castris ceciderat.) Vet. lib. qui post victoriam in hostium castris ceciderat. Cum annos XVIII. haberet, consul creatus est.) vet. lib. annos 19. rectè. est enim natus Octauius consule Cicerone 9. Kal. Octob. auctore Suetonio. Consul factus est Pansa, & Hirtio consulibus interfectis 10. Kal. Octob. Quæ summa annorum est viginti, vno die minus. Quare qui XIX. annos scribunt, integros accipiunt, qui viginti, imperfectos. Optime autem omnium Velleius, qui ait Consulatum inijt Cæsar pridie, quàm XX. annos impleret, 10. Kalend. Octob. cum collega Q. Pedio.

IN EPITOMEN LIB. CXX.

Cui senatus, vt persequeretur Antonium mandauit.) Vet. lib. Mandauerat. D. Cæsar pacem cum Antonio & Lepido fecit, ita vt tres viri reip. constituẽdæ quidem per quinquennium præessent, ipse Lepidus, & Antonius statuerunt, vt suos quisq; inimicos proscriberent.) Nihil purius potest esse vetere huius loci lectione. Ita vt III. viri reip. costituendæ per quinquennium essent ipse, & Lepidus, & Antonius, vt suos quisq;. Sic enim pa-

IN EPITOMEN LIB. CXXXV.

ANTE hunc librum inuenio in libro manuscripto album interuallum esse relictum, cum his verbis: Generaliter & communiter hic est defectus quorundam librorum. Duos autem libros deesse puto eos, qui numerum expleant librorum centum quadraginta duorum, quos Petrarcha à Liuio scriptos esse ait. Itaque hunc librum CXXXVIII. appello, atq; ita deinceps reliquos. Desideratur ergo epitome lib. CXXXVI. & CXXXVII. Quod ex his rationibus colligitur. Censorinus ait Liuium lib. CXXXVI. ludos quintos sæculares tradidisse, quos fecit Augustus, qui facti sunt Censorino ipso, & Dione, & alijs auctoribus, C. Furnio, & C. Iunio Silano consulibus. Est autem verisimile eum, qui scripsit epitomas, quamuis exiliter eas, ac tenuiter scripserit, verbum etiam eorum ludorum, vt rei maximè memorabilis fuisse facturum, quemadmodum antè quartorum ludorum fecerit. In libro autem CXXXVI vulgato, nulla eorum mentio fit. Nam de Rhetia victa à Tiberio, & Druso agitur, quod bellum gestum est Druso, & Pisone consulibus, vt ait Dio, id est, biennio postquam ludi sæculares editi fuerant. Accedit quòd Hispani & Salassi in libro CXXXV. Cæsare VIII & Silano consulibus, auctore Dione, subacti traduntur, id est, anno DCCXXV. ab vrbe condita. Si igitur in libro CXXXV. res explicantur gestæ anno DCCXXV. in eo autem, qui sequitur de Rhetia agitur, quæ victa fuit anno DCCXXXV. sane apparet prætermitti res gestas nouem annorum, qui interiecti sunt, multasq; nobiles, ac memorabiles actiones præteriri: vbi enim de templo Iani ab Augusto clauso? vbi de tribunicia potestate Augusto data. Ergo duos libros medios intercidisse credendum est.

IN EPITOMEN LIB. CXXXIX.

ARA Cæsari.) Vet. lib. Ara D. Cæsari. DEDICATA, sacerdoteq; creato.) Vet. lib. Dedicatur, sacerdote creato.

IN EPITOMEN LIB. CXL.

THRACES domiti à Scipione.) Lego, à L. Pisone, is enim cum Pamphyliæ præesset hoc bellum gessit. Dio lib. 54. Florus etiam & Velleius Thracas à L. Pisone perdomitos scribunt. CAVCI.) Cauci & Chatti in Germania sunt Dio tamen Chattos ait victos esse à Druso, itemq; Florus, Velleius & Caucos, & Chattos à Tiberio subactos tradit.

IN EPITOMEN LIB. CXLI.

THEATRVM & porticus eius nomini dicata.) Vet. lib. Nomine, id est, æquè atq; si ille dicasset, Marcelli theatrum, & porticus appellata.

IN EPITOMEN LIB. CXLII.

NVNCIO valetudinis euocatus.) Vet. lib. Valetudinis eius. RAPTIM occurrerat.) Vet. lib. Accucurrerat. ROMAM reuectum.) Corpus Drusi Romam peruectum à Nerone fratre dicitur in manuscripto. Dio etiam, ϗ ἀποθανόντα ἐς ῥώμην ἐκόμισεν. Tiberius autem non eò Roma venit, sed ex Pannonia auctore Dione. Quare peruectum placet. LAVDATVS à Cæsare.) Vet. lib. Laudatus est à Cæsare. IN C. Iulij tumulo conditum.) Augusti est intelligendum. Nam inquit Dio: ἐς τὸ τοῦ αὐγούστου μνημεῖον κατετέθη.

FINIS.

	330	Ap. Claud.Craſs. xuiri F. Sp. Nautius Rutilus.	L. Sergius Fidenas. Sex. Iulius Iulus.
	331	C.Sempronius Atratinus.	Q. Fabius Vibulanus.
	332	L. Manlius Capitol. Q. Antonius Merenda.	L. Papirius Mugillanus. L. Seruilius Structus.
	333	T. Quinctius Capitolinus. Cap. F.N. Fabius Vibul.	
	334	Interreges vno anno regnarunt.	
Tr.mil.	335	L. Quinctius Cincinn. III. M. Manlius.	L. Furius Medullinus II. A. Sempronius Atratinus.
	336	Agrippa Menenius Lenat. Sp. Nautius.	P. Lucretius Tricipitinus. C. Seruilius.
Tr.mil.	337	L. Sergius Fidenas. M. Papirius Mugillanus. C. Seruilius Priſci F.	Trib. mil. cons pot.
Tr.mil.	338	Agrippa Menen. Lanatus. P. Lucretius Tricipitinus.	L. Seruilius Structus II. Sp. Veturius Craſſus.
Tr.mil.	339	A. Semp. Atratinus III. M. Papirius Mugillan. II.	Sp. Nautius Rutilus II. Q. Fabius Vibulanus.
Tr.mil.	340	P. Cornelius Coſſus. C. Valerius Potitus.	Quintius Cincinnatus. N. Fabius Vibulanus.
Tr.mil.	341	Cn. Cornelius Coſſus. Q. Fabius Vibulanus II.	L. Valerius Potitus. P. Poſtumius Regillenſis.
	342	A. Cornelius Coſſus.	L. Furius Medullinus.
	343	Q. Fabius Ambuſtus.	C. Furius Pacilus.
	344	M. Papirius.	C. Nautius Rutilus.
	345	M'. Aemilius.	C. Valerius.
	346	Cn. Cornelius Coſſus.	L. Furius Medullinus II.
	347	C. Iulius Iulus. P. Cornelius Coſſus. C. Seruilius Ahala.	Trib. mil. cons. pot.
Tr.mil.	348	L. Furius Medullinus II. N. Fabius Vibulanus II.	C. Valerius Potitus II. C. Seruilius Ahala II.
Tr.mil.	349	P. Cornelius Coſſus. Cn. Cornelius Coſſus.	N. Fabius Ambuſtus. L. Valerius Potitus.
Tr.mil.	350	T. Quinctius Capitol. Q. Quinct. Cincinnatus. C. Iulius Iulus II.	A. Manlius. L. Furius Medullinus III. M. Aemilius Mamercinus.
Tr.mil.	351	C. Valerius Potitus III. M'. Sergius Fidenas. P. Cornel. Maluginenſis.	Cn. Cornelius Coſſus. K. Fabius Ambuſtus. Sp. Nautius Rutilus II.
Tr.mil.	352	M'. Aemil. Mamercinus II. L. Valerius Potitus III. Ap. Claudius Craſſus. M. Furius Camillus.	M. Quinctilius Varus. L. Iulius Iulus. M. Poſtumius. M. Poſtumius Albinus.
Tr.mil.	353	C. Seruilius Ahala III. Q. Seruilius. L. Virginius.	Q. Sulpicius. A. Manlius II. M'. Sergius II.
Tr.mil.	354	L. Valerius Potitus IIII. M. Furius Camillus. M. Aemil. Mamercinus III.	Cn. Cornelius Coſſus. K. Fabius Ambuſtus. L. Iulius Iulus.
Tr.mil.	355	P. Licinius Caluus. L. Titinius. L. Furius. Medullinus.	P. Mænius. P. Mælius. L. Publilius Vulſcus.
Tr.mil.	356	M. Veturius. C. Duilius. Cn. Genucius.	M. Pomponius. Volero Publilius. L. Atilius.
Tr.mil.	357	L. Valerius Potitus V. M. Valerius Maximus. M. Furius Camillus II.	L. Furius Medullinus III. Q. Seruilius Fidenas II. Q. Sulpicius Camerinus II.
Tr.mil.	358	L. Iulius Iulus. L. Furius Medullin. IIII. L. Sergius Fidenas.	A. Poſtumius Regillenſis. P. Cornel. Malugienſis. A. Manlius.
Tr.mil.	359	P. Licinius P. F. caluus. P. Mænius II. Cn. Genucius II.	L. Titinius II. P. Mælius II. L. Atilius II.
Tr.mil.	360	P. Cornelius Coſſus. K. Fabius Ambuſtus III. M. Valerius Maximus II.	P. Cornelius Scipio. L. Furius Medullinus V. Q. Seruilius III.
Tr.mil.	361	L. Furius Medullinus VI. C. Aemilius. L. Valerius Poplicola.	Sp. Poſtumius. P. Cornelius II. M. Furius Camillus.
	362	L. Lucretius Flauos.	Ser. Sulpicios Camerinus.
	363	L. Valerius Potitus.	M. Manlius Capitolinus.
Tr.mil.	364	L. Lucretius. Ser. Sulpicius. M. Aemilius.	L. Furius Medullin. VII. Agrippa Furius. C. Aemilius II.
Tr.mil.	365	Q. Fabius Ambuſtus. Duo fratres Q. Fabij. Ambuſti.	Q. Sulpicius Longus. Q. Seruilius IIII. Ser. Cornelius Maluginen.
	366	M. Furius Camillus Dictaturam continuauit in hunc annum.	
Tr.mil.	367	L. Valerius Poplicola II. L. Virginius. P. Cornelius.	A. Manlius. L. Aemilius. L. Poſtumius.
Tr.mil.	368	T. Quinctius Cincinnat. Q. Seruilius Fidenas V. L. Iulius Iulus.	L. Aquillius Coruus. L. Lucretius Tricipitinus. Ser. Sulpicius Rufus.
Tr.mil.	369	L. Papirius. L. Aemilius II. L. Menenius.	C. Sergius. C. Cornelius. L. Valerius Poplicola III.
Tr.mil.	370	M. Furius Camillus. Ser. Cornel. Maluginenſis. Q. Seruilius Fidenas VI.	L. Horatius Puluillus. L. Quinctius Cincinnat. P. Valerius.
Tr.mil.	371	A. Manlius. P. Cornelius. T. Quinctius Capitolinus.	L. Quinctius Capitolinus. L. Papirius Curſor II. C. Sergius II.
Tr.mil.	372	Ser. Cornelius Malug. III. M. Furius Camillus V. C. Papirius Craſſus.	P. Valerius Potitus II. Ser. Sulpicius Rufus II. T. Quinctius Cincin. II.
Tr.mil.	373	L. Valerius IIII. A. Manlius III. Ser. Sulpicius III.	L. Lucretius. L. Aemilius. M. Trebonius.
Tr.mil.	374	Sp. Papirius. L. Papirius. Ser. Cornelius IIII.	Q. Seruilius. C. Sulpicius. L. Aemilius IIII.
Tr.mil.	375	M. Furius Camillus VI. A. Poſtumius Regillenſis. L. Poſtumius Regillenſis.	L. Furius. L. Lucretius. M. Fabius Ambuſtus.

L. Va-

498	C. Aurelius Cotta.	P. Seruilius.
499	L. Cæcilius Metellus.	C. Furius.
500	C. Atilius Regulus.	L. Manlius.
501	P. Claudius.	L. Iunius.
502	P. Seruilius.	C. Aurelios.
503	L. Cæcilius.	N. Fabius.
504	M. Fabius.	M'. Otacilius.
505	M. Fabius.	C. Atilius.
506	A. Manlius.	C. Sempronius.
507	C. Fundanius.	C. Sulpicius.
508	C. Lutatius catulus.	A. Postumius.
509	Q. Lutatius cerco.	A. Manlius.
510	C. Claudius centho.	M. Sempronius.
511	C. Mamilius.	Q. Valerius.
512	Ti. Sempronius.	P. Valerius.
513	L. cornelius.	Q. Fuluius.
514	C. Licioius.	P. cornelius.
515	T. Manlius Torquatus.	C. Atilius.
516	L. Postumius.	Sp. caruilius.
517	Q. Fabius.	M'. Pomponius.
518	M. Lepidus.	M. Poblicius.
519	C. Papirius.	M. Pomponius.
520	M. Aemilius.	M. Iunius.
521	L. postumius.	Cn. Fuluius.
522	Q. Fabius II.	Sp. caruilius.
523	P. Valerius.	M. Atilius.
524	L. Apustius.	M. Valerius.
525	C. Atilius.	L. Aemilius.
526	T. Manlius.	Q. Fuluius II.
527	C. Flaminius.	P. Furius philus.
528	M. Marcellus.	Cn. cornelius.
529	P. cornelius.	M. Minucius.
530	L. Veturius.	C. Lutatius.
531	M. Liuius.	L. Aemilius.
532	P. cornelius Scipio.	T. Sempronius Longus.
533	Cn. Seruilius Geminus.	C. Flaminius.
534	C. Terentius Varro.	L. Aemilius Paullus.
535	L. Postumius Albinus III.	Ti. Sempronius Gracchus.
	M. claudius Marcellus II.	
	Q. Fabius Maximus III.	
536	Q. Fabius Maximus IIII.	M. claudius Marcellus III.
537	Q. Fabius Max. veruccosi F.	Ti. Semp. Gracchus II.
538	Ap. claudius pulcher.	Q. Fuluius Flaccus III.
539	P. Sulpicius Galba.	Cn. Fuluius Centumalus.
540	M. Valerius Lęuinus II.	M. claudius Marcellus IIII.
541	Q. Fabius Maximus V.	Q. Fuluius Flaccus IIII.
542	M. claudius Marcellus V.	T. Quinctius Crispinus.
543	C. claudius Nero.	M. Liuius Salinator II.
544	Q. Cæcilius Metellus.	L. Veturius Philo.
545	P. cornelius Scipio.	P. Licinius Crassus.
546	M. Cornelius Cethegus.	P. Sempronius Tuditanus.
547	Cn. Setuilius cæpio.	C. Seruilius.
548	Ti. Claudius Nero.	M. Seruilius Geminus.
549	Cn. Cornelius Lentulus.	P. Aelius Pætus.
550	P. Sulpitius Galba.	C. Aurelius Cotta.
551	L. cornelius Lentulus.	P. Villius Tappulus.
552	T. Quinctius Flamininus.	Sex. Aelius Pætus.
553	C. Cornelius Cethegus.	Q. Minucius Rufus.
554	L. Furius Purpureo.	M. Claudius Marcellus.
555	M. Porcius Cato.	L. Valerius Flaccus.
556	P. Cornelius Scipio Africanus II.	Ti. Sempronius Longus.
557	L. Cornelius Merula.	Q. Minucius Thermus.
558	L. Quinctius Flamininus.	Cn. Domit. Ahenobarbus.
559	M'. Acilius Glabrio.	P. Cornelius Scipio Nasica.
560	L. Cornelius Scipio.	C. Lælius.
561	Cn. Manlius Vulso.	M. Fuluius Nobilior.
562	C. Liuius Salioator.	M. Valerius Messala.
563	M. Aemilius Lepidus.	C. Flaminius.
564	Sp. Postumius Albinus.	Q. Marcius Philippus.
565	Ap. Claudius Pulcher.	M. Sempron. Tuditanus.
566	P. claudius Pulcher.	L. Porcius Licinus.
567	Q. Fabius Labeo.	M. Claudius Marcellus.
568	L. Aemilius Paullus.	Cn. Bębius Tamphilus.
569	P. Cornelius cethegus.	M. Bæbius Tamphilus.
570	A. Postumius Albinus.	C. calpurnius Piso.
		Q. Fuluius Flaccus.
571	L. Manlius Acidinus.	Q. Fuluius Flaccus.
572	M. Iunius Brutus.	A. Manlius Vulso.
573	C. claudius Pulcher.	Ti. Sempronius Gracchos.
574	Cn. Cornelius Scipio Hispalus.	Q. Petilius Sparinus.
	C. Valerius Læuinus.	
575	P. Mucius Scæuola.	M. Aemilius Lepidus II.
576	Sp. Postumius Albinus.	Q. Mucius Scæuola.
577	L. Postumius Albinus.	M. Popillius Lænas.
578	C. Popillius Lænas.	P. Aelius Ligus.
579	P. Licinius crassus.	C. cassius Longinus.
580	A. Hostilius Mancinus.	A. Atilius Serranus.
581	Q. Marcius Philippus II.	Cn. Seruilius Cæpio.
582	L. Aemilius Paullus II.	C. Licinius crassus.
583	Q. Aelius Pætus.	M. Iunius.
584	M. Marcellus.	C. Sulpicius.
585	Cn. Octauius.	T. Manlius.
586	A. Manlius.	Q. Cassius.
587	Ti. Sempronius.	M'. Iuuentius.
588	P. cornelius scipio Nasica.	C. Marcius.
589	M. Messalla.	C. Fannius.
590	L. Anicius.	M. Cornelius Cethegus.
591	Cn. cornelius Dolobella.	M. Fuluius.
592	M. Aemilius.	C. Popillius.
593	Sex. Iulius.	L. Aurelius.
594	L. Lentulus.	C. Marcius.
595	P. Scipio Nasica.	M. Claudius.
596	L. Postumius.	Q. Opimius.
597	Q. Fuluius.	T. Anoius.
598	M. Marcellus.	L. Valerius.
599	L. Licinius Lucullus.	A. Postumius Albinus.
600	T. Quinctius.	M'. Acilius.
601	L. Marcius.	M'. Manilius.
662	Sp. Postumius.	L. Piso.
603	P. Africanus.	C. Liuius.
604	Cn. cornelius.	L. Mummius.
605	Q. Fabius Maximus.	L. Hostilius.
606	Ser. Galba	L. Aurelius.
607	Ap. Claudius.	Q. Metellus.
608	L. Metellus.	Q. Maximus.
609	Cn. Cæpio.	Q. Pompeius.
610	Q. Cæpio.	C. Lælius.
611	Cn. Piso.	M. Popillius.
612	P. Scipio	D. Brutus.
613	M. Aemilius.	C. Hostilius Mancinus.
614	P. Furius.	Sex. Atilius Serranus.
615	Ser. Fuluius.	C. Calpurnius.
616	P. Africanus.	C. Fuluius Flaccus.
617	P. Mucius.	L. Calpurnius.
618	P. Popillius.	P. Ropilius.
619	P. Crassus.	L. Valerius.
620	C. claudius.	M. Perperna.
621	C. Sempronius.	M'. Aqoillius.
622	Cn. Octauius.	T. Annius.
623	L. Cassius.	L. cinna.
624	M. Aemilius.	L. Aurelius.
625	M. Plautius.	M. Fuluius.
626	C. cassius Longinus.	C. Sextius.
627	Q. Cæcilius.	T. Quinctius.
628	Cn. Domitius.	C. Fannius.
629	L. Opimius.	Q. Maximus.
630	P. Manlius.	C. Papirius.
631	L. Cæcilius.	L. Aurelius.
632	M. cato.	Q. Marcius.
633	L. cæcilius.	Q. Mucius.
634	C. Licinius Geta.	Q. Maximus.
635	M. Metellus.	M. Scaurus.
636	M'. Acilius Balbus.	C. cato.
637	C. Cæcilius.	Cn. Papirius.

638	M. Liuius Drusus.	L. Piso.
639	P. Scipio.	L. Calpurnios Bestia.
640	Sp. Postumius.	M. Minucius.
641	Q. Metellus.	M. Silanus.
642	Ser. Galba.	M. Scaurus.
643	L. Cassius.	C. Marios.
644	Q. Seruilius Cæpio.	C. Atilius.
645	P. Rutilius Rufus.	Cn. Manlius.
646	C. Marius II.	C. Flauius Fimbria.
647	C. Marius III.	L. Aurelius Orestes.
648	C. Marius IIII.	Q. Lutatius.
649	C. Marius V.	M'. Aquillius.
650	C. Marius VI.	L. Valerius Flaccus.
651	M. Aotonius.	A Postumius.
652	Q. Metellus.	T. Didius.
653	Cn. Lentulus.	P. Crassus.
654	Cn. Domitius.	C. Cassius.
655	L. Crassus.	Q. Scæuola.
656	C. Cœlius.	L. Domitius.
657	C. Valerius Flaccus.	M. Herennius.
658	C. Claudius Pulcher.	M. Perperna.
659	L. Marcius.	Sex. Iulius.
660	L. Iulius Cæsar.	P. Rutilius Lopus.
661	L. Porcius.	Cn. Pompeius.
662	L. Sulla.	Q. Pompeius.
663	L. Cornelius Cinna.	Cn. Octauius.
664	L. Cinna II.	C. Marius VII.
665	L. Cinna III.	Cn. Papirius.
666	L. Cinna IIII.	Cn. Papirius II.
667	L. Scipio.	C. Norbanus.
668	C. Marius.	Cn. Carbo III.
669	M. Tullius.	Cn. Dolabella.
670	L. Sulla II.	Q. Metellus.
671	P. Seruilius.	Ap. Claudius.
672	M. Lepidus.	Q. Catulus.
673	M. Aemilius.	D. Brutus.
674	Cn. Octauius.	C. Curio.
675	L. Octauius.	C. Cotta.
676	L. Licinius Lucullus.	M. Cotta.
677	M. Locullus.	C. Cassius.
678	L. Gellius.	Cn. Lentulus.
679	Co. Aufidius.	P. Lentulus.
680	M. Crassus.	Cn. Pompeius.
681	Q. Metellus.	Q. Hortensius.
682	L. Metellus.	Q. Marcius.
683	C. Piso.	M'. Glabrio.
684	M'. Lepidos.	L. Volcatius.
685	L. Cotta.	L. Torquatus.
686	L. Cæsar.	C. Figulus.
687	M. Cicero.	C. Antonius.
688	D. Silanos.	L. Mureoa.
689	M. Pupius.	M. Valerius.
690	Q. Metellus.	Q. Afranius.
691	C. Cæsar.	M. Bibulus.
692	L. Piso.	A. Gabioius.
693	P. Lentulus.	Q. Metellus.
694	Cn. Lentulos.	L. Philippus.
695	Cn. Pompeius.	M. Crassus.
696	Ap. Claudius.	L. Domitius.
697	Cn. Domitius.	M. Messalla.
698	Cn. Pompeius.	Q. Metellus.
699	M. Marcellus.	Ser. Sulpicius.
700	L. Paullus.	C. Marcellus.
701	L. Lentulus.	C. Marcellus.
702	C. Cæsar.	P. Seruilius.
703	Q. Fusius Calenus.	P. Varioius.
704	C. Cæsar.	M. Lepidus.
705	C. Cæsar.	Q. Maximus.
706	C. Cæsar.	M. Antonius.
707	C. Pansa.	A. Hirtius.
708	M. Lepidus.	L. Plancus.
709	P. Seruilius II.	L. Antooius.
710	Cn. Domitius.	C. Asinius.
711	L. Censorinus.	C. Caluisius.
712	Ap. Claudius.	C. Norbanus.
713	M. Agrippa.	L. Caninios.
714	L. Gellius.	M. Cocceius.
715	Sex. Pompeius.	L. Cornificius.
716	M. Antonius.	L. Scribonius Libo.
717	C. Cæsar.	L. Volcatius.
718	Cn. Domitius.	C. Sosius.
719	C. Cæsar II.	M. Messalla
720	C. Cæsar III.	M. Crassus.
721	C. Cæsar IIII.	Sex. Appuleius.
722	C. Cæsar V.	M. Agrippa II.
723	C. Cæsar VI.	M. Agrippa III.
724	C. Augustus Cæsar VII.	T. Statilius.
725	C. Cæsar Augustus VIII.	M. Silanus.
726	C. Cæsar Augustus IX.	C. Norbanus.
727	C. Cęsar Augustus X.	Cn. Piso.
728	M. Marcellus.	L. Arruntius.
729	M. Lollius.	Q. Lepidus.
730	M. Appuleius.	P. Silius.
731	C. Sentius.	Q. Lucretius.
732	Cn. Lentulus.	P. Lentulus.
733	C. Furnius.	C. Silanus.
734	L. Domitius.	P. Scipio.
735	M. Drusus.	L. Piso.
736	Cn. Lentulus.	M. Crassus.
737	Ti. Nero.	P. Quinctilios.
738	M. Messalla.	P. Sulpicius.
739	Paullus Fabius.	Q. Aelius.
740	Iulus Antonius.	Q. Fabius.
741	Drusus Nero.	T. Quinctius.

CAROLI SIGONII IN CHRONOLOGIAM SCHOLIA.

IN ANNVM CXLV.

[In inscriptione hand dubiè magis à librario quàm à Sigonio errorem hic Glareanus esse putat. Nec enim CXLV. sed CCXLV. scribenda sunt.] ANNVM, quo primi consules inierunt Brutus, & Tarquinius, ducentesimum quadragesimum quintum voco ab Vrbe condita, quod Liuius regnatum esse Romæ dicat per annos ducentos quadraginta quatuor. Quæ eadem summa ex vnicuiusque regni spatio colligitur. Idem facit etiam Dionysius.

IN ANNVM CCXLVIII.

In hunc annum consules edimus Sp. Lartium, & T. Herminium, qui in codice Liuiano vulgato desiderantur. [Glareanus ante Sigonium hosce consules restituit ex Dionysio.] Etenim prętermissos eos non à Liuio, sed à festinantibus librarijs credimus. Cur autem ita credamus, dicendum est paucis. Primùm, quia Cassiodorus, qui tabulas suas consulares ad Liuianorum annalium regulam (vt paulò pòst apertius apparebit) direxisse videtur, eosdem hoc anno consules edit, neque verò solum Cassiodorus, sed etiam Dionysius. Deinde quia nisi hunc annum nnmeremus, annus ille, quo decemviri consulares primùm inierunt, non poterit à Liuio trecentesimus alter vocari, verùm trecentesimus dicatur necesse est. Accedit, quòd ne Eutropius quidem rectè dixerit, nono post reges exactos anno Dictatorem primum esse creatum Postumo Cominio, & T. Lartio consulibus, verùm octauo erit scribendum. Præterea verò ne scire quidem Pædianus pro Cornelio, A. Virginio, & T. Veturio consulibus, annum post reges exactos XVI tribunos plebis primum creatos ex Liuij auctoritate tradiderit, verùm XV. fuerit scribendum. Postremò ne Cicero quidem rectè M'. Tullium, Ser. Sulpicium anno post reges exactos X. consules fuisse dixerit in Bruto, neq; Plinius Ap. Claudium, & P. Seruilium consulatum anno ab vrbe condita CCLIX. gesisse prudenter scripserit. [Hæc ex Glareani annotationibus habet Sigonius, sed pulchrè omnia dissimulat.] Dicet aliquis, quomodo nomina consulum intercidere sine rerum de quibus agebatur historia potuerunt? Dico exilem annum nihil præter nomina consulum habuisse, quomodo etiam paulò pòst inquit Liuius. Consules Q. Clælius. & T. Lartius. Inde A. Sempronius, & M. Minucius, deceptum autem librarium similitudine nominum inconsulto duos consules transcendisse.

IN ANNVM CCLXIIII.

Ante hunc annum Dionysius numerat duos annos cum consulibns, Q. Sulpicio, Sp. Lartio, & C. Iulio. L. Pinario. Eumq; sequutus est Glareanus in ea Chronologia digerenda, quam se Linianæ historiæ causa ait confecisse, quod se credere dicat, consules illos non Liuij, sed librariorum temeritate omissos. [Glareanus vbique clamat Liuij ac Polybij supputationem cum Dionysij duobus differentem annis. Hic igitur Glareanus inserit omissos annos, quod videbat Dionysij certiorem supputationem quàm illorum. Ipse Sigonius paulò pòst plurimum se dubitare ait de anno CCCV. & mox versu septimo miratur Liuium in tam paucis annis rectam supputationem tenere non potuisse: Hæc ille de Liuio.] Nos autem longe secus opinamur, & à Liuio consulto eos esse prætermissos, & propterea ei, qui Chronologiam Liuianam scribere velit, esse negligendos. Nam ni ita sit, quo modo Liuius Q. Minucio, & C. Horatio consulibus X. tribunos plebis factos esse ait anno tricesimo post primos tribunos plebis, qui A. Virginio, & T. Vetusio consulibus facti sunt? aut quomodo Ap. Claudio, & T. Genucio consulibos decemuiros factos esse inquit anno trecentesimo altero ab Vrbe condita? duobns præsertim vtrobique annis ad summam deficientibus. [Glareanus ait ex Dionysio trecentesimo altero, sed expleto formam ciuitatis immutatam, ita vt trecentesimo tertio inirent magistratum decemuiri, Sigonius intelligit trecentesimo altero, id est, primo noua latinitate, cùm alter de duob. dicatur, & Donatus super Terentij Andriam etiam in tertium deducat. Sed Robortellus ostendit Sigonium hac in parte pessimè errare.] Adde, quod Cassiodorus qui (vt dixi) apertè sequutus est Liuium, ne hos quidem consules suggerit. Postremò ne deesse quidem apud Liuium duos annos illud certissimo argumento fit, quòd historiæ expositio non mutila sit. Nam quę à Dionysio gesta quatuor annis traduntur, ea, in duos à Liuio translata sunt, ita vt nemo quicquam desiderare possit. Neq; verò mirum videri debet binos consules ab vno poni, ab altero prætermitti. Id enim fecisse quoq; Pisonem, testatur libro nono Liuius his verbis: Hos consules Piso Q. Fabio, & P. Decio suggerit biennio exempto, quo Claudium, Volumniumq; & Cornelium cum Marcio consules factos tradidimus, memoriáne fugerit in annalibus digerendis, an consulto binos consules falsos ratus transcenderit, incertum est.

IN ANNVM CCXCV.

Q. Minucio, C. Horatio consulibus scribit Liuius tribunos pl. decem factos esse anno XXXVI. post primos, qui facti sunt A. Virginio, & T. Veturio consulibus anno ab Vrbe condita CCLX. Ex quo intelligi potest rectè hunc annum à nobis CCXCV. nominari.

IN ANNVM CCCI.

Liuius, itemq; eum sequutus Eutropius decemuiros Ap. Claudio, & T. Genucio consulibus anno trecentesimo altero primum factos tradunt. [Hic rursus alterum pro primo accipit.] Quem numerum Glareanus, qui omnes auctores eodem modo digessisse Romana tempora putat, corrumpere cogitur, & trecentesimum tertium scribit.

IN ANNVM CCCV.

Nullus est locus apud Liuium, in quo minus quid sequar, aut sentiam possim dicere, quàm in hoc, quem

nunc tracto. Est enim necesse annum interponere, vt numerorum Liuianorum summa constet. Etenim annum primum decemuirorum, vocat trecentesimum alterum. octauo autem anno pòst, tribunos militares ait iniisse anno trecentesimo decimo, cùm tamen si diligenter numeres trecentesimus nonus is sit vocandus. Neque verò dici potest, numerum posteriorem esse mendosum: nam in omnibus vetustis libris ita est. & si eum numerum mutes, qui deinceps ab eo nominantur, omnes erunt mutandi, & mira numerorum orietur confusio. Miror autem Liuium in tam paucis annis rectam supputationem tenere non potuisse, præsertim verò cùm ijdem consules, quos ab decemuiris ad tribunos militares numerat, sint etiam apud Dionysium & Cassiodorum. [Miratur & Glareanus, Sigonium debacchatum in ipsum, qui idem de Liuio miratus est quod in hoc loco.] Causa fortè erroris inde nata est, quod tribunos plebis ait de continuando consulatu in alterum annum M. Horatio, L. Valerio consulibus laturos fuisse scribit. tulisse tamen eos ex verbis eius non apparet. An verò legem pro lata ipse habuerit, quæ ne promulgata quidem fuerat, cùm hos numeros posuit, in incerto est.

IN ANNVM CCCX.

Liuius (vt dixi) annum quo tribuni militares consulari potestate primùm facti sunt, trecentesimum decimum vocat. Quem numerum negligit Glareanus, & ad arbitrium numeros commutandos esse censet. [Glareanus de vno anno nullam facit difficultatem, & miratur hic apertè sibi fieri iniuriam.]

IN ANNVM CCCXXXIIII.

Hoc anno Interreges ponimus sine consulibus, aut tribunis militum, ex verbis Liuij lib. 4. Cùm pars maior insequẽtis anni per nouos tribunos plebis, & aliquot interreges certaminibus extracta esset. Adhæc verò si omittamus hunc annum, sequentes numeri, quos ponit Liuius, non quadrabunt. Hunc tamen etiam contempsit Glareanus. [Glareanus in annotationibus suis causas multas narrat, quare omiserit.]

IN ANNVM CCCLXII.

L. Lucretium Flauum, & Ser. Sulpicium Camerinum consules ait Liuius factos esse post quintum decimum annum. Quod ita intelligẽdum est, post consules superiores, per quindecim annos tribunos militares esse creatos, post autem annum quintum decimum rursus consules esse creatos.

IN ANNVM CCCLXV.

Liuius lib. 5. in oratione Camilli Romam captam significat tribus Fabijs tribunis militum anno ab V. C. CCCLXV. Qui numerus ad nostram rationem præclarè quadrat. non poterat autem quadrare ad supputationem Glareani, nisi annum illum transcenderet, quem nos CCCXXXIIII. nominamus. [Glareanus hunc habet annum, ac nescit quid sibi velit Sigonius.]

IN ANNVM CCCLXVI.

Hoc anno nos Camillum Dictaturam continuasse scribimus. Quod dicitur ex Liuio, qui ait Romanos non esse passos eum Dictatura nisi anno circumacto abdicare. Quod idem & ex Plutarcho, & ex Capitolina supputatione colligitur. Id quia turbabat, nescio quos numeros prætermisit Glareanus: non posse autem omitti, sequentes numeri indicant. [Idem innuit Glareanus, sed noluit ponere ob certas quas ibi commemorat causas.]

IN ANNVM CCCLXXXVIII.

Glareanus ante hunc annum contra Liuij auctoritatem interseruit annum cum duobus tribunis militum. Videbat enim ad numerum anni quadringentesimi, qui à Liuio nominatur, se non posse peruenire, nisi interponeret annum. Multo autem erat melius dictaturam Camilli ex verbis ipsius Liuij (vt nos fecimus) quàm tribunos militares duos contra fidem historiæ numerare. Tribunos autem nominat C. Licinium Stolonem, & P. Valerium V. Qui quo anno sint reponendi à nobis suprà suo loco mõstratum est. De C. Licinio verò, & L. Sextio tribunis plebis, quos X. tribunos vocat Liuius, qui nisi IX. esse possint, nisi annus ille interponatur, dico decimum refici posse sine anno illo. Nam qui anno CCCLXX. tribuni plebis primum facti sunt, non video cur ijdem anno CCCLXXXVII. decimum refecti rectè dici non possint.

IN ANNVM CCCXC.

Hunc annum, quo L. Genucius, Q. Seruilius consules fuere Liuius vocat XXV. post Romam captam, captam autem fuisse dixerat, anno CCCLXV. qui numerus præclarè quadrat. [Glareanus eundem hunc numerum habet in sua Chronologia.]

IN ANNVM CD.

Hunc annum quo C. Sulpicius, M. Valerius consules fuerunt, quadringentesimum ab V. C. nominat Liuius. Vndecimum autem post primum plebeium consulem. Quæ omnia conueniunt. [Et hunc quoque habet Glareanus.

IN ANNVM CDI.

Hic annus quo M. Fabius T. Quinctius consules fuerunt, dicitur à Liuio XXXV. post Romam captam: qui numerus quadrat, & ostendit rectè à nobis dictaturam Camilli pro anno vno esse numeratam. [Liuius priore anno hunc habet numerum, non hoc loco.

IN ANNVM CDXXII.

Annum hic sine consulibus interserimus necessario. neq; enim aliter sequentes numeri conuenire ad summam annorum ibi traditam possunt. Quod facimus in hac Chronologia, fecimus etiam necessario in Fastis cõsulum Capitolinorum. neq; enim eorum annorum ratio sine hoc anno probè poterat custodiri. Quin etiam Haloander

loander, qui primus hac ætate Chronologias consulares scripsit, idem fecit. Glareanus autem quia id negligit, haud ita multo pòst, verbis (vt solet) Liuij parum intellectis, alium & ipse annum interponit, de quo ibi dicam. [Sigonio licet inserere annum vbi ipsi supputatio hiat extra Liuij codieis fidem, Glareano non licet, vbi Dionysium aliosq; habet, quos sequatur auctores, Hic haberet Glareanus iustam debacchandi causam in Sigonium, si cum inbumano inhumaniter agere vellet.] Accedit quod Liuius id ipsum, quod facimus etsi non apertè, at obscurè tamen subsignificare videtur, cùm ait lib. 8. Dictator ex auctoritate senatus dictus P. Cornelius Rufinus, magister equitum M. Antonius. Religio deinde incesit vitio eos creatos, magistratuq; se abdicauerunt, & quia pestilentia insecuta est, velut omnibus eo vitio coutactis auspicijs res ad interregnum redijt.

IN ANNVM CDXXIX.

Clateanus quia iuterregum annum, 'quem nos anno CDXXII. numerauimus', prætermisit, propterea hic annum interserere eogitur contra fidem historiæ: niritur autē verbis Liuij lib. 9. Anno circumacto bellum deinceps ab Dictatore Q. Fabio gestum, consules uoui sicut superiores Romę manserunt. Hæc verba ita interptetatur, vt priore anno dictatorem Fabium, posteriore nouos consules collocet, L. Papirium, & Q. Publilium. [Si pro arbitrio suo Sigonio annum CDXII. adijcere licuit, cur uou Glareano bonis rationibus addere annum.] Qua in re vehementer errat: est enim intelligendum eodem anno, quo Q. Fabius dictator bellum gesit, nouos consules L. Papitium, & Q. Publilium magistratum gesisse. Id autem ita esse probant monumenta Capitolina, quæ L. Papitio Cursori IIII. & Q. Publilio Philoni IIII consulibus Q. Fabium Maximum Dictatorem cum Q Aulio magistro equitum, & in locum Q. Aulij occisi C. Fabium subijciunt, vt etiam Liuius. Item Diodorus, vt antè dixi.

IN ANNVM CDXXXI.

Proximè ante hunc annum Glareanus interijcit annum L. Papirij Cursoris Dictatoris sine consulibus, cum his verbis: Alios sequuti hos posuimus, cùm tamen Liuius ne verbo quidem meminerit eius anni, sed præcedente anno eorum facit mentionem. Si Liuius ergo uon memiuit ne verbo quidem, neq; ad rationem annorum Liuianam hic annus pertinet, imò verò eandem, vt ex sequentibus numeris appatebit, valdè perturbat, cur in Chronologia Liuiana interseritur. Neq; verò disputo rectè fecerit Liuius uec ne. uam bunc dictatorem video in Capitolinis monumentis probari. Sed id dico Glareanum in ea Chronologia aut Liuij auctoritatem vbiq; debuisse complecti, aut vbiq; contemnere. neq; enim ad vnam normam omnes scriptores supputationes annorum Romanorum direxerunt. [Ecce hic mirum acumen dialecticum. Cur verò Sigonius quod in alio statuit, ipsemet non obseruauit?]

IN ANNVM CDLVII.

Hunc annum, quo consules fuerunt Q. Fabius V. P. Decius IIII. vocat Liuius quadragesimum sextū belli Samnitici, quod bellum cœptū esse scribit M. Valerio, A. Cornelio consulib. id est, anno ab V. C. CDXII. Qui numerus ad nostram rationem præclarè cadit, ad Glareani non item, verùm quadragesimus septimus erit legendū, idq; quia Dictaturam L. Papitij Cursoris discedens à Liuio uumerauit.

IN ANNVM CDLXI.

Hic interciderunt X. libri Liuij. Itaque consules qui eius libris continebantur ex Casiodoro subiecimus. Cuius summam, quia cum numeris Liuianis. qui sequuntur, maximè conuenire comperimus. iu eam opinionem venimus, tabulas Casiodori ab ipso Casiodoro ex Liuiana esse historia concinnatas. Idem etiam in reliquis libris, qui amisi sunt, faciemus.

IN ANNVM CDLXXXVI.

Annum, quo Ap. Claudius consul bellum Pœnis intulit vocat Liuius ab V. C. CDLXXXVI. quanquam Glareanus CDXXXVIII. corrigit, vt eo loco dictum est.

IN ANNVM CDLXXXIII.

Ante hunc annum, quo consules edidimus P. Sempronium, Ap. Claudium ex Casiodoro, Glareanus interijcit annum alterum cum consulibus Q. Fabio Pictore, L. Quintio Gulone. Quos cousules non habet Casio-[illegible]: quanquam scio, Glareanum id ipsum optimis fretum auctoribus fecisse, quos ipse etiam in Capitoli-[illegible]ulibus restituendis sequutus sum, dico tamen eos ad Liuianam summam non conuenire. rectè autem à Casiodoro ex Liuij auctoritate omissos esse. Quod ipsum sequentes numeri indicabunt.

IN ANNVM CDLXXXVI.

Glareañus item ante hunc annum alium interserit annum cum consulibus M. Valerio Maximo Q. Manilio Vitulo, quos non habet Casiodorus. Deest autem fortè hic annus ad aliorum scriptorum supputationem, vt ad Capitolinam, at ad Liuianam nullo modo. Quod ex sequentibus numeris apparebit. Est autem intelligendum, quanquam Capitolinæ tabulæ annum hunc desiderant, respuere tamen nomina consulum eorum, quos edit Glareanus. Ac tres quidem adhuc anni in Chronologia Liuiana contra Liuij auctoritatem à Glareano sunt interiecti. [Glareanus vbiq; fatetur Dionysij supputationē à Liuij ac Polybij duobus differre annis, hoc cùm ille toties legerit, mirum cur disimulet.]

IN ANNVM DI.

Annum quo P. Claudius, L. Iunius consules fuerunt, quingentesimum primum ab vrbe condita vocat Liuius, vt in anno DCL. demonstrabo: qui numerus ostēdit rectè à nobis, & à Casiodoro annos eos tres, quos de suo addidit Glareanus esse omissos, siquidem bunc annum vocat DIIII. [Glareanus cum Casiodori deprauatum haberet codicem, eum sequi noluit, vt nec Sigonius vbiq; facit. Non itaque in alio reprehendat, iu quo ipse culpandus est.]

IN ANNVM DXIX.

Ante buncannum, qui consules habuit auctore Casiodoro M. Pomponium, & C. Papirium, Glareanus quartum annum temerè interserit cum consulibus, quorum nomina ait se reperire nō potuisse, idq; se facere ait Cicerone, Plinioque auctoribus. Est autem intelligendum huncannum respui primum à Liuio, cui ipse in ea Chronologia seruit, quod sequentes numeri confirmant: deinde à Casiodoro, & à Capitoliuis auctoribus, qui ambo Lepido, & Poplicio consulibus Pomponium & Papirium consules suggerunt, nullo anno, vt nos fecimus, interlecto. Gellius lib. 17. diuortium primum Romæ factum ait anno ab Vrbe condita DXIX. id est, M. Pomponio, C. Papirio COSS. vt ait Dionysius libro secundo.

IN ANNVM DXXIII.

Annum quo P. Valerius, M. Atilius consules fuerunt vocat Gellius lib. 4. cap. 3. ab Vrbe condita quingentesimum vigesimum tertium, vt nos fecimus. Quod est argumento, aut Liuium, aut alium auctorem hanc rationem annorum, quam nos ex Liuio collegimus, esse sequutum. Quem annum Glareanus vocat, quingentesimum vigesimum septimum.

IN ANNVM DXXXII.

Lioius libro 30. bellom Punicum secundum, quod cœptum est P. Scipione, Ti. Sempronio consulibus, cœptum esse ait annos XXIII. post pacem Pœnis primum victis datam Q. Lutatio, A. Manlio consulibus. Qui numerus egregiè quadrat, neque annum quenquam à Glareano interseri patitur.

IN ANNVM DXLIX.

Bellom secundom Punicum, quod Lentulo, & Pæto consulibus finitum est, annos LXIII. à primo Punico confectum est, quod Ap. Claudio consule, cœptum est. Quadraginta verò post pacem Pœnis datam Q. Lutatio, A. Manlio consulibus, itemque decimo septimo anno quàm cœptum erat. Hoc Liuius lib. 30. & 31. qui numeri Glareanum omnino redarguunt. [Glareanus sequitur Dionysij supputationem, secuturus Liuij, si ea certa fuisset.]

IN ANNVM DL.

Annum quo consules fuerunt P. Sulpicius Galba, C. Aurelius Cotta. Liuius lib. 31. sexagesimum tertium nominat ab Ap. Claudio cōsule, qui primus bellum Pœnis intulit. anno CDXXCVI. & quadragesimum tertium post A. Manlium, Q. Lutatium consules, quibus pax Pœnis data est anno DIX. Idem hunc eundem annum vocat quingentesimum quadragesimū ab vrbe condita, quanquam quinquagesimum, vt ait etiam Glareanus, pro quadragesimo, reponendum est. Qui numeri, dici non potest, quàm ad nostram rationem conueniāt: à qua quia sine causa discessit Glareanus, in eam necessitatem compulsus est, vt omnes tamen tanquam deprauatos emendare cogatur.

IN ANNVM DLVI.

Liuius libro 34. annum quo P. Scipio Africanus II. consul fuit vocat DVIII. apertè per mendum, pro DLVI. nam V. in L. II. in V. vertenda sunt, quæ ratio non quadrat ad Glareani institutum, qui DLVIII. corrigit: Cùm DLVI. ex superioribus & inferioribus numeris sit legendum. [Non vult omnino Sigonius intelligere quæ Glareanus de Liuij numeris conqueritur.]

IN ANNVM DXCVIII.

Magnam habet quæstionem, quid velint verba quædam, quæ sunt In Epitoma libri XLVII. & apud Casiodorum in consulibus. De quorum interpretatione propè desperasse Glareanus videtur. [Glareanus iubet inspici locum, de desperatione verbum nullum.] Ea sunt: Consules anno quingentesimo nonagesimo octauo ab vrbe condita magistratum peractis comitijs, insequentisque anni consulibus creatis inire cœperunt. Mutandi comitia causa fuit, quod Hispani rebellabant. Apud Casiodorum verò:

Q. Fuluius. T. Annius.

Hi primi consules K. Ianuar. magistratum inierunt propter subitum Celtiberiæ motum.

M. Marcellus. L. Valerius.

Magnam quidem inquam hæc verba habent quæstionem, verùm eam ego, quia ad rem, qoam suscepi maximè pertinet, quoad potero explicabo. Est igitur intelligendum, non Q. Fuluium, & T. Annium consules primos K. Ian. inisse anno ab vrbe condita sexcentesimo nonagesimo septimo, sed M. Marcellum, & L. Valerium sexcentesimo nonagesimo octauo. Nam cum Celtiberi Q. Fuluio consule, qui prælio ab ijs victus fuerat, vt ait Appianus in Iberico, in spem victoriæ erecti, subitò omnes rebellassent, placitum est. vt consulum statim comitia haberentur, ac consules designati ex templo magistratum occiperent, neq; Idibus Martijs, vt antè, sed K. Ian. vt nonquam ante aliàs inirent. Quod ipsum etiam ex Obsequente probatur, qui ait Marcello consule omnes Magistratus abdicasse. Casiodori autem verba ita accipienda sunt, vt Q. Fuluio, & T. Annio consulibus mutatum esse ineundi diem dicamus, non ipsos inisse, atque ex sequētibus consulibus id ipsum euenisse interpretemur. Quod si ita est, & hic etiam numerus optimè à Liuio traditus est.

IN ANNVM DCI.

Annum, quo consules fuerunt M' Manlius, & L. Marcius. ab V. C. DCI nominauimus, præclarè ijs enim consulibus (vt omnes tradunt) tertium bellum Punicum cœptum est. Quod anno DCI initum esse scriptū est in epitoma libri LXIX his verbis: Tertij Punici belli initium altero & sexcentesimo anno ab V. C. intra quintum annū, quàm erat cœptū consumati, Adde quod ludi seculares quarti, qui Cēsorino auctore ex Liuij sentētia facti

sunt

ſunt M'. Manilio, & L. Marcio conſulibus, in eadem epitoma editi eſſe dicuntur anno ab vrbe condita ſexcenteſimo primo. Ludi Diti patri ad Tarentum ex præcepto librorum Sibyllinorum facti, qui anno centeſimo, primo Punico bello, quingenteſimo, & altero anno ab vrbe condita facti fuerant: Hæc ille. Hic ex verbis nō ſolum illud intelligi poteſt M'. Manilium, L. Marcium conſules in annum DCI. incidiſſe, ſed etiam P. Claudium, & L. Iunium, qui conſules centeſimo antè anno fuerunt, & quibus conſulibus ludos tertios ſæculares ex Liuij ſententia factos fuiſſe, ſcribit Cenſorinus, anno DI. ab vrbe condita magiſtratum, vt nos ſcripſimus, geſsiſſe. Hunc tamen annum corrector Liuij Glareanus vocat DCV.


IN ANNVM DCCCCI.

In Epitoma libri CXXXIII. ſcriptum eſt, Auguſtum triumphos tres in vrbem inuexiſſe, & finem bellis ciuilibus impoſuiſſe anno altero, & vigeſimo, qui numerus quadrat: nam bella ciuilia cœpta ſunt, Lentulo, & Marcello conſulibus.

IN ANNVM DCCXLI.

Si Hiſtoria Liuiana morte Druſi in Germania, & funere eius, (vt apparet) finita eſt, profectò vſque ad annum DCCXLI. peruenit. eſt enim mortuus ſe, & T. Quinctio conſulibus, vt ait Dio lib. 55. quē annū vocat Glareanus DCCXLV. exponit autem conſules vſque ad annum DCCLXXII. quia inquit vſque eò Liuianam hiſtoriam peruenire, præter vnum, aut alterum annum cùm in ſeptimo & decimo antè anno finiatur. [Nemo certè ſcire poteſt, quo vſq; Liuius hiſtoriam extenderit, Glareanus extendit vt veriſimile eſt vſq; ad Tyberij tempora, quanquam hoc incertum: At hiſtoriæ veritatem nihil hoc attinet, ſicut nec prima Sigonij annotatio de numero librorum per Decadas diſtincto. Certè tertia Decas ſuam habet præfationem, quarta item. Quare Petrarchæ opinio non ſatis fulta eſt rationibus, quin contrarium facilè defendi poſſet: Res eſt dubia: Romani quidem ita abſque Decadum ratione libros edidere vt Plinius: At non omnes.]

FINIS.



IN TITI LIVII PATAVINI ROMANÆ HISTORIÆ PRINCIPIS LIBROS

OMNES QVI EXTANT, DOCTISSIMORVM TAM SVPERIORIS QVAM NOSTRI SECVLI VIRORVM ANNOTATIONES, CASTIGATIONES & Scholia, quotquot haberi potuerunt, ex quibus Lector non solùm LIVII Historiam, aliorumq; Authorum quamplurima loca rectè intelliget, sed & qua diligentia & attentione Authores legendi sint, facilè discet, cuiuslibet Authoris annotationibus integrè separatimq; impressis, ne mutilatione vel transpositione earum quisquam debito laboris atque industriæ honore fraudaretur, sed vniuscuiusque sententia cognita, Lectori liberum iudicium esset.

SVNT VERO HORVM AVTHORVM:

HENRICHI GLAREANI.	THEODORICI MORELLI.
CAROLI SIGONII.	M. ANTONII SABELLICI.
LAVRENTII VALLÆ.	SIGISMVNDI GELENII.
BEATI RHENANI.	IOHANNIS SAXONII.
IOHANNIS VELCVRIONIS.	VVILHELMI GODOLEVÆI.

QVIBVS PRÆFIXI SVNT:

POMPONII LAETI *de antiquitatibus vrbis Romæ*, IOH. BARTHOLOMAEI MARLIANI *de antiqua Romæ Topographia*, PVBLII VICTORIS *de vrbis Romæ regionibus & locis Libelli: cùm ad alios Authores, tum verò ad* LIVII *historiam rectè intelligendam perquàm vtiles ac necessarij: cum Orationibus* M. ANTONII SABELLICI, PHILIPPI BEROALDI, & STEPHANI NIGRI, *habitis ab ipsis in enarratione* TITI LIVII.

OMNIA BONA FIDE, SINGVLARI INDVSTRIA, ET ACCVRATO labore collecta, emendata, atque impressa.



FRANCOFVRTI AD MOENVM, CVM GRATIA ET PRIVILEGIO CAESAREAE MAIESTATIS AD DECENNIVM.

M. D. LXVIII.

REVERENDO VIRO, NOBILITATE GENERIS, DIGNITATE, VIRTVTE, SAPIENTIA PRÆSTANTI, DOMINO IOHANNI ÆGOLPHO A KNOERINGEN, VVIRTZEBVRGENSIS ECCLESIAE SVMMO SCHOLASTICO, AVGVSTANAE AC ELVACENSIS CANONICO, WILHELMVS GODELEVAEVS S. P. D.

PRAECLARE quidem de mortalium rebus mereri, vir reuerende, censendi sunt, qui gentium, populorum, ac præstantium Rerumpublicarum res fortiter ac laudabiliter gestas, ingenij & literarum monumentis proditas, ad posteritatis memoriam transmittunt. Nam præterquam quòd memoriam eorum, quorum res gestas describunt, ab obliuionis interitu ereptam immortalitati consecrant, commemoratione variorum consiliorum & euentuum in quibuscunque negotijs vel publicè vel priuatim, vel domi vel foris susceptis, & demonstratione, quid in rebus omnibus pulchrum, quid turpe, quid vtile, quid non, velut prudentiæ vniuersæ ac officiorum omnium instructissimum promptuarium relinquunt, ita, vt author grauissimus Polybius in commendatione Historiæ verissimè dixerit: ἀληθινωτάτην μὲν εἶναι παιδείαν καὶ γυμνασίαν πρὸς τὰς πολιτικὰς πράξεις, τὴν ἐκ τῆς ἱστορίας μάθησιν, ἐναργεστάτην δὲ καὶ μόνην διδάσκαλον, τοῦ δύνασθαι τὰς τῆς τύχης μεταβολὰς γενναίως ὑποφέρειν, τὴν τῶν ἀλλοτρίων περιπετειῶν ὑπόμνησιν. Verùm vt his scriptoribus sua, eaque iustissima laus est tribuenda, sic nec, ij qui vel in emendandis, vel interpretandis ipsorum scriptis, operam studiumque collocant, sua laude fraudandi esse videntur. Nam dum corruptamendisque vitiata in bonis authoribus corrigunt, vel tenebris ac obscuritate offusa illustrant, cùm optimorum authorum, qui suo nitori restituuntur, labori consulunt, tum quoque lectoris vel in obscuris locis hærentis, vel in ijs à vero ac genuino sensu authoris deuiantis studia iuuant, & mentem depulsis tenebris vera rerum quæ tractantur cognitione illustrant, eiusque ex deuijs in viam rectam reducti gressus, quasi luce præeunte in recto expeditoque tramite suscepti itineris continent, eo non tantùm eruditionis, sed & humanitatis & pietatis laudem promerentes. Quid etenim vel humanitati vel pietati conuenientius, quàm erranti benignè comiterque, vt ille inquit, viam monstrare, eumque quasi manibus prehensum ad veram rectamque semitam deducere? Id itaque viri docti omnibus ætatibus animaduertentes, operam vel corrigendi vel explicandi cuiuscunque generis bonorum authorum scripta sumere non dubitarunt. Ac licet de eius generis scriptis luculenta, nec à nostro proposito vsquequaque aliena oratio institui posset, nos tamen breuitatis studio eam in præsentia omittentes, atque in aliud tempus reijcientes, de eorum opera breuiter dicemus, qui in LIVII historia (quæ huic orationi causam præbuit) vel emendanda, vel enarranda laborarunt. Cùm enim ipsam, vel temporum iniuria, vel hominum incuria variæ multiplicesque mendæ inuasissent, ac pleraque in ea loca erudita explicatione indigerent, & superiori & nostra ætate complures fuêre, qui quam mendarum correctione, obscuriorumque locorum illustratione opem requirebat, hanc ei adferre conati sunt. In quibus primi, quos nouimus, viri doctissimi ac editis literarum monumentis clarissimi, ANTONIVS SABELLICVS, & LAVRENTIVS VALLA, extitêre, qui perpaucis quidem sed doctis in LIVIVM annotationibus conscriptis, cùm suam in eo restituendo voluntatem, tum quoque viam eius corrigendi alijs commonstrarunt. Pòst verò literis in Germania reflorescentibus, tot virorum doctorum opera in hoc authore & emendando & illustrando sese exeruit, vt inter sese in hoc certamen suscepisse viderentur. Nam ne quid dicam, de opera doctissimorum virorum BEATI RHENANI, & SIGISMVNDI GELENII, qua Basiliensis suffulta editio, cæteris multorum iudicio correctior est habita: HENRICVS LORITVS GLAREANVS, miris incredibilique voluntate antiquitatis restituendæ inductus, quæ ad Historiæ Liuianæ emendationem, temporum rationem, Romanorumque magistratuum nomenclaturã pertinerent, tanta diligentia est consectatus, vt omnes, quotquot in ista palæstra antè certarant, vicisse, & ex hoc scribendi genere tanquam nuptiaceo laureolam retulisse censeri posset. Cæterùm cùm in re lubrica & obscura, diuersasque notationes recipiente, nemo adeò prouidus ac circumspectus sit, qui non aliquando labatur atque impingat, vt LACTANTIVS FIRMIANVS Christianæ eloquentiæ lumen alicubi rectè admonuit, idque Glareano exemplaribus Græcorum authorum, qui ad Liuianæ historiæ emendationem requirerentur, alijsque nonnullis monumentis destituto, in quibusdam Liuij locis vel emendandis vel explicandis contigisset, CAROLI SIGONII in integram Liuij historiam annotationes, eius sunt subsecutæ, quæ si amarulentæ doctisque indignæ reprehensiones ac insectationes ab ijs abessent, vt luculentæ & eruditæ haud dubiè omnium approbationem mererentur. Nihil etenim alicuius momenti, vel in erudita corruptorum locorum Liuij restitutione, vel obscurorum explicatione, ab eo omissum siccóue pede præteritum, dici potest. Verùm dum humanitatis oblitus, ac vel iuuenili feruore, vel gloriæ immodico studio abreptus, sibi in carpendis ac lacerandis aliorum laboribus modum imponere nequit, sed suis affectibus plus quàm deceret, indulget, fit, vt plerique eum æmulatione magis fœda illa, dissidiorumque genitrice, quàm vtili pulchraque hominibus adscribendum incitatum putent, & qua ratione alios incessit, eadem ipse ab ijsdem sit impetitus, quique de alijs triumphum sibi pollicitus fuerat, is ipse alijs se triumphandum præbuerit, ita, vt quod de Poëtis Flaccus verissimè dixit, de hoc genere scriptionum dici possit:

> Cædimur, & totidem plagis consumimus hostem,
> Lento Samnites ad lumina prima duello.

Siquidem cùm Glareani annotationibus plus sexcentis locis adiutus, pro gratia, ei conuitia ac maledicta retulisset, eumque immerentem indignis modis, non secus ac mancipium de lapide emptum tractasset, non solùm viro optimo

atque de antiquitatis studijs præclarè merito, iustam sese defendendi necessitatem imposuit, sed & suæ gentis hominem virum doctissimum Franciscum Robortellum inanis gloriæ studio, ac ostentatione immodica ita offendit, vt singulares emendationum libros, de eius erroribus conscriptos, publicaret, grauioribus in ijs plagis affectus, quàm alijs ipse inflixerit. Hac à tot tantisque viris opera nauata, vt vix spicilegium in historia Liuianæ explicatione relictum censeretur, extitêre tamen nonnulli, qui certos quosdam Liuij libros sua interpretatione illustrandos susceperint, quorum in numero meritò commemorantur Velcurio, Morellus & Saxonius, qui ante Sigonium certos Liuij libros suis scholijs illustrarunt. Nec ego adeò vniuersam annotandi segetem materiamque ab istis omnibus præcisam demessamque esse existimans, vt nihil superesset ad colligendū, continere me potui, quin quæ à varijs autoribus hinc inde in Liuij lectione obseruata, ac diuersis locis dispersa essent, consignarē, eaque suo loco disposita in vnum quasi corpus redigerē, non spe alicuius laudis inde consequendæ, sed vt hac opera mea alijs seruirē, eosq; quærendi labore leuarē: ijs mihi à meo auunculo, studiorumq; meorū moderatore (nomini certis de causis parco) communicatis, quæ non cuilibet obuia, quæsituq; facilia essent. Cùm verò viri optimi ac honestissimi Sigismundus Feirabent, & Georgius Coruinus, Typographi Francofurtenses, studio rei literariæ iuuandæ Liuiū non solū eximijs figuris, sed & doctorum virorum, quotquot habere potuerunt, annotationibus ornatum, quasique noua veste amictum edere constituissent, eaque in re nonnihil ipsis opera à me nauatum esset, hunc annotationum Tomum nemini rectius quàm tuæ eximiæ præstantiæ inscribi, eiusque nomini clarissimo dedicari posse existimaui, quòd cùm Typographi illa, quæ Vir doctissimus Henricus Glareanus iniquis, maledicisque Sigonij interpretationibus opposuit, nec morte præuentus publicare potuit, abs tua eximia præstantia, ad harum annotationum editionem locupletandam commodatò accepissent, gratitudinis rationes exigerent, ea nulli alij quàm tuæ eximiæ præstantiæ rursus offerri. Siquidem illis mutuatus, acceptum etiam cum fœnore reddere tenetur, iuxta Hesiodi præceptum, à Cicerone approbatum:

Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι,
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον αἴ κε δύνηαι,
Ὡς ἂν χρηΐζων καὶ ἐς ὕστερον ἄρκιον εὕρῃς.

Accessit quoque prædicatio eximiæ virtutis tuæ, in bonis literis earumque cultoribus benignè iuuandis, quæ adeò me cepit, vt præstantiam tuam non solùm omni cultu obseruantiaque prosequendam, sed & eius fauorem huius chartacei muneris oblatione mihi demerendum esse censerem. Tanta siquidem virtutis vis est, vt eos etiam quos nunquàm viderimus, propter eam non possimus non diligere, eorumque beneuolentiam singulari cupiditate expetere. Nec mihi vereri subijt, vel munus id minùs tuæ præstantiæ conuenire, vel hanc compellationem ei ingratam futuram esse, cùm suas olim Annotationes solas Augustissimo omnique virtutum genere laudatissimo Imperatori, Carolo V. Glareanus noster dedicare non dubitarit, & hæc compellatio non aliunde, quàm ex fiducia concepta è prædicatione virtutis tuæ singulari proficiscatur. Etsi itaque institutum meum in hoc annotationum Tomo, tuæ præstantiæ offerendo, eaque reuerenter compellanda, ei minimè displiciturum sperem, tamen vt præstantia tua decurrendo spatium laudatæ virtutis, meam de illa persuasionem admittere atque probare, meque in numerum eorum qui eam studiosè venerantur referre, denique hoc munus benigna fronte suscipere velit, etiam atque etiam rogo. Hisce me tuæ præstantiæ commendo, cui à Deo Optimo Maximo, diuturnam prosperamque valetudinem ad bonarum artium studia iuuanda prouehendaque concedi ex animo opto. Data Calend. Martij, Anno M.D.LXVIII.

MARCI

MARCI ANTONII SABELLICI ORATIO DE LAVDIBVS HISTORIÆ IN T. LIVIVM.



PLVRIVM annorum consuetudo fecit, patres, & viri ornatissimi, ingenuique adolescentes, vt hæc dicendi ratio, qua post autumni ferias soleo meorum auditorum cœtum ad literariam ineuntis anni exercitationem, velut clasaico quodam reuocare, non mei amplius muneris, voluntarijq; officij esse videatur, sed veteris cuiusdam instituti, legisque sanctioris, quam nefas sit mutare: hoc verò vt credam, duo præter cætera faciunt: & quod nihil vestra interesse potest adolescentes optimi, quod non idem sit, & meum præstare: & id ipsum, quod darur, v el ex eo vobis vehementer placere intelligo, quòd quotannis maiore quodam studio, celebrioreque cœtu vos dicenti mihi adesse perspicio. Cæterùm quàm vtiliter & honestè sit comparatum, vt studiosi adolescentes ex aliena laudatione, alta & sublimia ingenia mirari assuescant, & ea, quæ mirentur, omni cura ac diligentia nitantur æmulari, nemo est vitæ tam ignarus, qui non id planè intelligat. Quid? quod ne exemplo quidem res huiusmodi caret? Nam quid per Deum Panegyricæ illæ actiones apud maiores sibi voluerunt, quibus magnorum principum, deorumque laudes conunebantur: an aliud, quàm vt mortales tali laudatione accensi, ad splendorem vitæ, & nominis immortalitatem niterentur. Quia igitur operæ precium est, id facere: & vos, vt video nihil passuri estis ex hoc meo instituto deperire: requirebam nuper animo, quid potissimùm sequeter, de quo hodiernus mihi instituendus esset sermo: quod nec inutile esset relatu, essetque sua magnitudine & nouitate non ingratum auditui: succurrebat interim animo, nihil ferè eorum esse, quibus latè diffusum est corpus eloquentiæ, de quo non ex hoc loco verba fecerim: sic à me laudata Poëtice est, sic Oratoria facultas, sic Historiæ, sic Latinæ linguæ maiestas, & amplitudo defensa. Apparebat igitur ex ijs, quæ dicenda restant, (restant enim adhuc non pauca, quæ & non ita sunt rei accommodata, sunt tamen relatu non indigna) nihil esse eorum, de quo commodius in præsentia dici possit, quàm de augustissima vrbis Romæ origine: vnde Liuius, quem quod mihi & vobis feliciter vertat, sum hoc anno enarraturus, suam auspicatissimè orditur historiam. Quibus auspicijs fuerit ea vrbs condita, qua indole adoleuerit, quibus adulta viribus steterit, qua demum virtute propagauerit in omnes gentes imperium. Verùm quia res nimium multis nota est atque ita graphicè à Liuio pertractata, vt nemo eius libros legerit, cui non tota rei series sit notissima, acta agam, vt prouerbio fertur: Ipse potius author nobis erit materia ad dicendum, de quo omnis noster hodie futurus est sermo: qui vt breuior sit, ut dilucidior de ijs, quæ in reliqua condenda historia illi feliciter euenerint, primò dicam, apparatum operis & dignitatem explicabit oratio. Sed vos patres, & viri humanissimi, pro perpetuo vestro in me studio, meaque in vos beneuolentia, attentas oro, ut si quando aliàs, hodie mihi adhibete aures: nam quod ad rem attinet, certò scio ita futurum, vt eorum, quæ dicenda sunt, alterum vehementer miraturi sitis: alterum, quod vestrum est iudicium, singularisq; eruditio, non mediocriter probaturi: ea est humanarum rerum conditio, patres, & viri præstantissimi, vt satis sit felix in hac vitæ inconstantia iudicandus is, cum quo ita fortuna decidit, vt meritò infelix dici non possit: omnis autem de felicitate sermo, haud multum ab eo diuersus videtur, quem Plato, vir summus, de bóno tripliciter instituit, vt pars vna sit posita in ipsius rei scientia, quæ εὐδαιμονία Græca voce dicitur, altera in possessione, quæ εὐτυχία, εὐπραγία reliqua est, quæ ad vsum refertur: vnam hanc author ille summus adeò præ cæteris probauit, vt auri montibus, & huic arti, si qua ars inueniri posset, quæ immortalitate hominem afficeret, non dubitauerit anteponere. Nunc cùm totam Liuij vitam inspicio, omnia illi affuisse videntur, quæ ad felicitatem consequendam pertinere creduntur: celebris patria, populare nomen, temporum felicitas, maturitas studiorum, sublimis ad scribendum materia, summi principis fauor, & in studiosos beneficentia, vt benignior natura larga manu tot et tanta in vnum contulerit, quot aut quanta in alium eorum, qui historiam scripserunt, quod sciam, neminem. In quibus percipiendis, ornandis, disponendis, non solum ille non sibi defuit, sed quod est omnium iudicium, ipseq; studiorum exitus demõstrat, longè etiam superfuit. Nunc quod ad patriam attinet, quid secundum Romam fuit olim tota Italia Patauio clarius? cuius vrbis, si originem quæras, ab Ilio est: si authorem originis, Antenor condidit, Troianorum post Priamum celeberrimus: si opes, centum & amplius hominum millia olim misit ad bellum, CCCC. equestris ordinis ex suo corpore censuit: si eruditionem, omnium bonarum artium est hodie domicilium, & apud omnium maximum est, maximeq; conspicuum, cùm per hæc saria esset nobilis clarissimo partu, multò facta est nobilior. Ab Ilio est Patauium, ex Patauio inclytæ Venetiæ, præcipuum hodie maris terratumque decus, Christiani nominis, ne orbis dicam, specimen, cuius stupendus situs alternis naturæ vicibus, nescias, commodior sit colentibus, an salubrior, an ab omni externa iniuria tutior. Transeo magnificentissimum vrbis apparatum, templa, areas, pontes, porticus, conciliabula, ædificia sumptuosiora publica & priuata, sacra & profana: quibus plus penè auri inest quàm tectorij. Transeo omnium gentium commercia, ciuium gressum, statum, alloquium, virorum & mulierum cultum, ingeniorum præstantiam, morum sanctitatem: vt planè affirmare audeam, aut hanc vrbem esse in toto orbe præstantissimam: aut nullam aliam inueniri, quæ illi cultu, virtute, & opibus præferri possit. Nec modicæ felicitatis duxerim, aliquem in præclara ciuitate nasci: Plato, cuius authoritatem sequor libentissimè, vel quia sapientissimus fuit, vt inter omnes constat, vel quod veritatis amicissimus, inter pauca, quibus est naturæ gratulatus, eo nomine illi gratias egisse fertur, quod Athenis potius quàm alibi natus esset. Et Liuio talis contigit patria qualis neque maior, neque illustrior, nisi Romæ natus esset, in Italia contingere ea tempestate potuisset. Age verò, quod nomen tota Quiritium ciuitate fuit Liuij appellatione popularius? id Tribunus nomen tulit, qui Romanæ plebis, totiusque Italiæ causam amplexus, inimicorum fraude perijt, id consul, qui Carthaginensium opes ad Metaurum fregit: sed nihil eodem amabilius, quàm cùm id Liuia Augusta tulit, vt meritò suspicari possis, non minus gentile nomen Liuio profuisse ad Augusti gratiam ineundam, quàm aut styli dignitatem, aut vitæ elegantiam. Age tu tua ecquando scriptorum cuiquam tanta contigit temporum felicitas, vt difficile sit dictu, maiórne illi materia an fauor fuerit ab initio comparatus, quantò dij boni satius fuit ea tempestate floruisse, qua maximè res Romana floruit, bonæ artes & disciplinæ in precio fuêre, quàm si eius ortus in Romanorum regum tempora incidisset: quibus præterquam quod nullus fuit in noua ciuitate literarum vsus, nulla materia ad scribendum parata: saluti etiam

fuit quibusdam prudentiam dissimulare: aut si in tribunitioe motus, & procellas, quum ciuilis otij turbatoribus forum & rostra, non oratoribus sonarent: aut in Punica tempora, quum acie cadendum fuit, aut in armis senescendum: aut in ciuilia bella, quum bis fuit eloquantia proscripta: ant in ea tempore, qnæ Augustum secuta sunt, quibus vel vnum verbum imprudenter positum, multis exitio fuit: vt baud quispiam facilè statuat, temporum ne felicitate, an Ingenio magis Liuins prosecerit: studio, & eruditione, an principis præsentia & fanote. Sequitur studiorum maturitas, quæ tanta illi affuit, vt nulla maior adesse potuerit. Iam satis constat, nullas latinas ab initio literas in vsu fuisse, ac si quæ fuerunt, ad Senonicum bellum vsque in infantilibus crepundijs iacuerunt: inde ad excidium Carthaginis puerascere cœperunt, adoleuerunt cum M. Tullio, cum eoq; maturuerunt: in delicijs fuerunt sub Augusto, quo extincto, tacito quodammodo visæ sunt senescere, vt quicunq; post illum scripserint, etsi multæ alioqui in his fuêre virtutes, Romanum sonum, perspicuitatemq; præcipuam, in sermone veritatam, parum integrè custodiuerint, potuerint ne illi, & noluarint: ao ra inclinata semal temporum virio amplius in integrú restitui nequiuerint, haud quisquam, vt arbitror, facilè dixerit. Profuit maturitas hæc non parum, sed multò plus materiæ dignitas, qua nulla maior, sublimior, vberior contigit euiquam, nisi fortè Assyriorum rex, vnde Trogus suam exorsus est historiam: fœdissimasqua Semiramidis libidines cum Sabinarum pudicitia, cum Lucretiæ, Martiæ, & Sulpitiæ castitate compares. Aut Sardanapali plumas, & cætarorum regum ocium & inertiam, cum Romuli solertia, Numæ religione, pugnacissima Hostili indole, Martij prudentia, Prisci consilio, Seruij populsritate, Superbi acrimonia: ant Astyagis & Medorum socordiam, cum Bruti calliditate, Cincinnari prudentia, Camilli felicitate: ant fugacissimos Persarum exarcitus, cum Romanarum legionum robore, & constantia: aut Thebanorum superbiam, sæuitiam Lacedæmoniorum, Atheniensium imbelliam, cum Romani populi mansuetudine, clamentia & fortitudine, Carthaginensium periuria, cum feciali iure ciuitatis, solennique bellorum cæremonia: aut Alexandri domesticas cædes, & intempestinae ebrietates, cum Scipionis in suos eiuea studio, & Cæsaris sobriatate: aut gentas, quas Macedones ballo vicerunt, cum Latinorum robore, qui toties sunt à Romanis victi, cum Samnitium pertinacia: rebellionibus Ligurum, Gallorum ferocia, & breui, si omnium gentium gesta in vnum conferas, haud tanti sint, vt cum ijs, quæ vnus populus Romanus gessit, aut virtute aut falicitate comparari possint: nec si totus orbis terrarum hoc, in quo nunc sumus, templo contineretur, verendum mihi sit, ne non hanc meam de populo Romano prædicationem tam æquo animo laturus esset, quo eiusdem populi tulit imperium. Nisi fortè Hispani id audeant inficiari, de quibus sæpius propemodum Romæ triumphatum ast, quàm cum ipsa sit genta ballatum: aut Baleares Hispanis propinquæ, quæ cum multis gentibus Matellorum familiæ cognomen tulêre: aut Galli, qui Romæ, qui tota Italia, qui sua ipsorum in tarra sæpè ad intarnecionem cæsi dicuntur: aut Britanni toties vectigales facti: aut Germani, cuius gentis cognomen plerique Rom. Cæsarum, quia aos vicissent, gessêre. Quid Daci, Getæ, Sarmatæ, Pannones, & Macedones, an non ab bis sunt Dacij, Getici, Sarmatici, Pannonici & Macadonici, partim Romanorum ducum, partim Cæsarum cognomina? quid Achaia, Creta & Isauria, vnda Isauricus, Creticus & Achaicus. Accadit Bithinici appellatio, & quæ omnium quas diximus longè clarissima fortassa visa est, Asiatici. Cæterum Pompaius, qui de Pònto, Colchide, Hiberia, Albania, Armenia, Cilicia, Cappadocia, Pamphilia, Iudæa, & toto ferè oriente vno die triumphauit: Magni, quod plus fuit, quàm si vnius terræ tulisset cognomen, ferre maluit. Quid quod Parthi & Persæ, etsi serò, dedêre tamen id decus Romanie Cæsaribus: Alexandria cum tota Aegypto non solùm triumphata est, sed, sublato Ptolomæorum regno, in prouinciæ formam redacta. Iam verò Cyrenansas, Hammonij, Nasamones, & Garamantes triumphandi materiam Cornelio Balbo præbuerunt: sed quid clarius Romæ auditum, aut quid longius illustratum, quàm Africanorum nomina: quorum hic Carthaginem Romani Imperij æmulam fregit, ille fractam sustulit? quid Getulici appallatio? quid Numidici? quid alia mille præclara nomina? quæ planè arguunt, Rom. pop. non solùm gloria, imperijque magnitudine præstitissa cæteris gentibus, sed virtute etiam bellica superasse. Et ne non in plenum prædicatio hæc valeret, Scythæ & Indi, ad quos Romanorum arma non peruanerant: non quia non vinci potuerint, sed quia longissimà omnium reposti assent: hi ad Aquilonem, illi ad orientem solem ad Augustum Cæsaram lagatos misêre, eius amicitiam & societatem petentes: quo contigit, vt hoc principe tantum Rom. pop. patuerit, quantum nunquam aliàs, quod proditum sit memoriæ. Auxit hanc felicitatem optatissimus principis genius, qui baud dici potest, maiorène pietate ingenia sui temporis fouerit, an bonoribus & præmijs extulerit, an præconio ampliarit: quo contigit, vt paucis annis tantum prope Romana lingua creuerit, quantum ab vrbe condita ipsum creuerat imperium. Teneris, credo, viri & adolescentes studiosissimi, quibus falicitaris gradibus sit Linius immortalanomen adeptus: nunc accipite, quæso, quo sit ille in scribendo vsus consilio, & quibus in vniuersum eius historia redundet virtutibus. Nam boc illud erat, de quo me altaro loco dicturum promiseram, vos adhuc quæso paululum vestras mihi autes accommodate, viri & adolascentes optimi: tantisper, inquam, dum hoc quicquid est, quod restat, multò breuius dicam, quàm ab vllo dici possa videatur. Zeuxis ille Heracleotes, qui in vuarum figuratione adeò est naturam æmulatus, vt volucres sint earum, vt proditum est memoriæ, aspectu deceptæ: tabulam Agrigentinis figuraturus, in Laciniæ Iunonis templo dadicandam publicè petijsse dicitur, vt aliquot ingenuas puellas, detractis vestibus, per ocium expectare liceret, vt quod in singulis eximium & alegans esset, vna repræsentaretur imagine: ingeniosè quidem & nono fortassis exemplo. Sic Liuius nobilissimam scripturus historiam, cum se totum ad imitationem contulisset, visus est mihi effingere sibi copiam Thucydidis, Herodori candorem, Polybij diligentiam, & in nostris grauitatem Trogi imiratus est, Catonis vetustatem, breuitatem Crispi. Etenim vt conuerso dicam ordine, quis eo breuior quàm cum vrbis Romæ originem, & origini proxima paucis versibus explicat? quis vetustior quàm cum facessa & auerruncare vsurpat, & alia à Faunorum & Aboriginum seculo repetita? aut quis grauior, quum aut Senatorum sententias scribit, aut Ducum Strategemata: ant diligentior, quàm quum Fabij, Cincij, Pisonis, Quadrigarij, & aliorum scripta comparat? aut candidior, quàm quum aut temporum momenta, aut locorum situs demonstrat? Quis demum copiosior, quàm quum rerum consilia, successus & euenta latè exequitur? Quis prætarea in magnis sublimior? aut quis in paruis propior? cui maior fides in dubijs constitit? ant in obscuris significantia? quanta rursus verborum copia? quantum sententiarum pondus? quid hypotyposie illa, quæ efficit, vt ea, quæ scribuntur, non scribi, sed geri videantur? Taceo figurarum varietatem, etsi nemo fuit in translationibus magis sobrius, nemo in verborum nouitatibus verecundior. creber in santantijs, in affectibus crebrior: & vt

breuiter

breuiter dicam, nulli maior materia contigit: nullus maior facultate ad scribendum accessit, vt dubium sit, vtrum stylus materiæ, an verò materia stylo plus contulerit: tantum affirmare possum ex omnibus historiæ virtutibus, quas Cicero præclarè colligit, quum sit eadem & vitæ magistra, nullam aliam fuisse vnquam: neque, vt arbitror, futura est historia, quæ melius vitam possit in omnes ciuiles disciplinas instruere, quàm hæc quam Liuius scripsit: quæ præter quam quod omnis ciuilis regiminis explicat formas, regiam, popularem, tyrannicam, paucorum & optimatium potentiam: nullum est virtutis exemplum, quod in tam longa rerum serie non planè luceat. Nam si iusticiam spectes, quid Bruto, Posthumio, Torquato, fuit iustius? qui vt iura & leges tuerentur, ne filijs quidem parsum voluerunt: si fortitudinem, quid Scæuola, Coclite, Curtio, duobus Decijs fortius? quorum hi legiones & exercitus, illi vrbem suis corporibus texere. Quid ad hæc, Catonibus, Lælio, Rutilio, & Scæuola prudentius? quid Fabritio & Menenio frugalius? quid Numa sanctius? quid Metello & Vestalibus religiosius? cui Coriolanus pietatis exemplo non meritò præferatur? cui non puerpera illa, quæ matrem in carcere vberibus aluit? cuius rei monimentum fuit ad posteros pietatis templum publicè constitutum. Sed quò ego prouehor? quò me sermonis impetus rapit? quasi fando quisquam breuiter complecti possit, quod Liuius immensis voluminibus vix potuit, quin inhibeo habenas, Fabij contentus testimonio, qui tantum Romanos ait exemplo valuisse, quantum omnes Græcia valuit præceptis. Quum talis igitur sit Liuij historia, vt & ad dicendum multum, & ad benè beateq; viuendum prodesse possit, hoc exemplorum authoritas præstare potest, illud styli ornatus, & elegantia: possitq; hæc lectio ita in omnes disciplinas lectorem instruere, vt domi, foris, in curia, in foro, publicè & priuatim sibi & suis vtilis sit futurus, huic date operam ingenui adolescentes. Nam ad vos hæc attinet adhortatio: omnem curam, studium, & cogitationem vestram in vnius Liuij lectione defigite: hunc legite, voluite, perdiscite: vnum hunc eloquentiæ, & vitæ moderatorem vobis proponite. Quod si, vt spero, feceritis, satis fore confido, vt vobis vsui sitis, parentibus honori, amicis emolumento: patriæ, quæ vos genuit, aluit, instituit, cui post Deum omnia debetis officia, decori & ornamento. Operam & industriam meam ad optatum rei profectum desiderabit nemo.

DIXI.

PHILIPPI BEROALDI ORATIO, HABITA IN ENARRATIONE TITI LIVII AC SILII ITALICI, CONTINENS HISTORIAE LAVDATIONEM.



OFFICIVM est boni Professoris, viri præstantissimi, Id velle profiteri, quod auditoribus vtilitatem cum voluptate maxima allaturum sit, quod Scholasticorum auribus satisfacturum, quod temporibus sit futurum accommodatum. Hoc ego semper omni studio ac diligentia superioribus annis efficere contendi, & in præsentiarum me effecturum esse confido. Cum duos celeberrimi nominis scriptores ex omnibus delegerim, quos in hoc augustissimo gymnasio profiterer, quorum lectio & prodesse & delectare plurimum possit, atque his temporibus sit futura maximè conueniens. Nam cùm omnium disciplinarum cognitio vtilis ac iucunda mortalibus sit, historiæ cognitionem mediusfidius vtilissimam iucundissimamq; esse censeo, ex qua cùm multum omnibus scriptoribus debeamus, qui non solùm sibi, sed etiam posteris vixisse creduntur, plurimum profectò historicis debere nos, non possumus inficiari, quorum labore ac industria effectum est, vt omnium ætatum, omnium gentium, omnium populorum res gestæ, omnia præclara facinora scirentur, à nobis intelligerentur, cognoscerentur, vt cuncta cunctorum illustrissimorum virorum dicta, factaue memoratu digna contueri, ediscere, recordari liceret, qua quidem re nihil pulchrius, nihil iucundius, nihil magnificentius excogitari posse contenderim. Etenim vt è Cicerone scriptum est diuinitùs, nihil earum rerum scire, quæ antequam nascereris, factæ sunt, hoc est, semper esse puerú. Cognoscere verò res gestas memoriæ veteris, ordinem tenere antiquitatis, exemplorumq; omnium habere notitiã, decorum, laudabile ac propè diuinũ est. Senibus ideò maior authoritas est, quoniam ob longam ætatem res plurimas nosse ac vidisse creduntur. Ad huc iuuenibus cognitio historiarum præstat, vt etiam præteritis seculis vixisse videantur, & illi me hercule adolescentes, qui historias habent ad manum, & exempla illustrium virorum in promptu, tantò senibus sunt anteponendi, quantò plura negotia complectitur historia multorum seculorum, quàm faciat hominis vita longissima. Huc adde, quod qui bonus orator esse concupiscis, in primis abundare debet exemplorum copia, & nosse quàm plurima. Nam cùm sit historia testis temporum, lux veritatis, magistra vitæ, nuncia vetustatis, nihil ambigitur, quin Orator optimus esse non possit, nisi fuerit antiquitatis exemplorumq; cognitione instructissimus, tibi historias perinde ac vngues suos habuerit exploratissimas, quoniam (vt inquit Quintilianus) historia alere potest orationem molli quodam ac iucundo succo. Est præterea operæprecium in voluminibus historicorum omnis exempli documenta velut in illustri monumento posita intueri, vnde, quæ imitanda sunt, depromere ac nobis proponere ad imitandum, quæ fugienda, fugere possimus. Pulchrum est (vt inquit verissimè Diodorus) ex aliorum erratis in melius instituere vitam nostram, & quid appetendum fugiendúmue sit, ex aliorum exemplis posse cognoscere. Vnde haud immeritò Demetrius Phalereus Ptolemæum regem subinde admonebat, vt libros lectitaret, quoniam quæ amici non audent principibus demonstrare, ea omnia in libris scripta reperiuntur. Hoc est, in cognitione rerum salubre atque frugiferum scire, quibus artibus, qua disciplina, quibus moribus maxima imperia orta sint, maximi Imperatores nomen sibi immortale pepererint, & è contrario, qua vitiorum labe infecta amplissima regna corruerint, & ex summo in imum præcipitauerint. Ad summam historia ad id, quod honestum est capessendum inflammat. Detestatur vitia, probos extollens, improbos deprimens. Historiæ (vt inquit Victruuius) per se tenent lectores, quum habeant nouarum rerum varias expectationes. Vtinam nobis Deus eam ingenij memoriæq; diuinam vim condonasset, qua Portius Latro declamator egregius fuerat decoratus, qui cùm omnes historias suas omnium notissimas haberet, iubebat aliquem Ducem nominari, & è vestigio omnia acta cursim diligenterque commemorabat.

memorabat. Cæterùm cùm omnes Historici legendi, adeundi, edifcendi fcriptores, potifsimùm Latini, rerumq; Italicarum ac maximè Romanarum enarratores (ficut mihi videtur) funt adorandi, colendi, lectitandi, nec vnquam è manibus dimittendi, idque duabus de caufis potifsimùm faciendum videtur, quoniam & rerum noftratium cognitio magis ad nos, quàm externarum pertinere exiftimatur, & quod hiftorici Latini fanctiores, verioresque Græcis fcriptoribus fuiffe creduntur. Pugnant enim inter fe omnes ferè Græcorum fcriptores, & alter alterius mendacia refellere conatur. Ita Ephorus Hellanicum, Timeus Ephorum, Philinum Polybius, Herodotum quàm plurimi tanquam fabulatorem reprehendunt. Hinc à Satyrico Poëta dictum effe credimus, quicquid Græcia mendax audet in hiftoria. Difcrepantiæ autem illorum caufa hæc potifsimùm fuiffe traditur, quod nullam vnquam Græciæ curam populi adhibuerunt, vt præclara facinora fcriberentur ac publicarentur, ideoq; magna in fcriptoribus mentiendi licentia fuit, qui cùm partim res geftas ignorarent, partim affectionibus ducerentur, non hiftoriam confcripferunt, fed mera mendacia. Contra apud Romanos, vt omnia, prout gefta fuerunt, incorrupta, integra, atq; fideliter confcripta haberentur, pontifices maximi res omnes fingulorum annorum literis mandabant, efferebantque in album tabula domui propofita, vt effet populo poteftas cuncta cognofcendi, & hi annales maximi appellabantur. Hanc autem fimilitudinem fcribendi fecuti funt Pifo, Fabius Pictor, & ille Cato Portius, omnium bonarum artium magifter à Plinio nuncupatus, qui fine vllis ornamentis, fine pigmentorum coloribus, fine fucato nitore monumenta rerum geftarum reliquerunt nuda, recta atque fimplicia primam illam in primis obferuantes hiftoriæ legem, quæ præcipit, ne quid falfi dicatur. Etenim dempta ex hiftoria veritate, ita narratio omnis inutilis, ac penitùs manca efficitur, ficut corpus animantis inutile fit oculis effofsis, vt luculentè fcriptum eft à Polybio. Deinde cùm ingenia, erudito iam feculo, indies magis excolerentur, & facundia vberior, politiorque proflueret, eloquentifsimi apud Romanos ad fcribendam hiftoriam fefe applicauerunt, qui non, vt fuperiores, tantummodo narratores fuêre, fed etiam exornatores atque illuftratores maximi extiterunt, qui, vtpote diuino ingenio præftantes viri hiftorias affectionibus omnibus cafuum varietate mirabili, egrefsionibus iucundis refperferunt, & quibufdam flofculis quafi pratum diftinctam, variegatamque decorarunt. Qui cùm omnes fint excellentifsimi, quum omnium lectio iucundifsima ac vtilifsima futura fit, quum omnes haud dubiè fufcipiendos ac lectitandos effe cenfeam. Titus Liuius in primis enarratione dignifsimus mihi vifus eft, et iucunditatis, vtilitatisq; inter alios refertifsimus, cuius lectio omnium fcholafticorum auribus, animisq; fatisfactura fit. Eft enim dulcis, candidus et effufus, et eo nullus hiftoricorũ melius commendauit mitiores affectus, apud quem omnia tum rebus tum perfonis funt accommodatifsima. Qui in narrando miræ eft iucunditatis, clarifsimiq; candoris, qui (vt verifsimè dixt Quintilianus) in concionibus, fupra quàm narrari poteft, eft eloquentifsimus. Cuius lactea vbertas lectorem detinet, auocat, pafcit, omnibusq; affectionibus validifsimè commouet, et quo vult, maximè impellit, cuius diuinæ facundiæ nihil addi poteft, cuius orationi fi quid demas ex elegantia detraxeris, quemadmodum de Platonis oratione Phauorinus dicere folebat, Idem grandiloquus eft, & fententiarum grauitate, & maieftate verborum, idem copiofifsimus, nec tamen longus. Nam (vt inquit egregiè Martialis) Non funt longa, quibus nihil eft, quod demere pofsis. Non igitur immeritò Diuus Hieronymus teftatur, quofdam ex vltimis Hifpaniæ, Galliarumq; finibus viros illuftres Romam veniffe, vel ob hoc folum, vt Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem contuerentur, qui (vt Plinius in epiftolis inquit) pofteaquam hominem vidêre, ftatim in patriam repedarunt. O te felicem, ô te beatum Tite Liui, cuius vnius videndi caufa viri nobiles tot millia paffuum confecerunt, ex penitifsimis regionibus proficifcentes tot montes incultos, tot inuia loca fuperarunt. Illa profectò illa diuina virtus eft exiftimanda, quæ in vno homine tantum polluit, tantum effulfit, vt ad eum vifendum tanquàm ingens celebrandumq; miraculum Galli, Hifpaniq; follicitarentur, meritò Quintilianus Liuium inter cæteros fcriptores legendum effe præcipit in fcholis, quoniam fcilicet candidifsimus eft, & maximus autor hiftoriæ. Meritò & nos Liuium ex omnibus vnum delegiffe videmur, quem publicè hoc anno profiteremur, cuius libri omnes cum lectitandi fint, & in manibus quotidie habendi. Nónne hæc decas Liuiana, quam Dijs benè aufpicantibus ordimur, enarrare reliquis decadibus eft anteponenda? Nónne hæc in primis volumina à Liuio diuinitùs fcripta fuiffe cenfendum eft? Et hæc profectò decas, (hoc enim nomine Liuiani libri à numero denario nuncupantur) quanto bella, quæ continet, cæteris bellis maiora fuerunt, tantò reliquas decades antecellit. Laudat Originem Adamantiũ Hieronymus, quod cum in cæteris voluminibus omnes fuperauerit, in Cantico canticorum ipfe fe vicerit. Laudatur à Cicerone Craffus orator, quem cùm in agendis caufis confenfu omnium cunctos femper exuperauerit, in extrema actione à femetipfo fuperatum effe teftatur, Praxiteles inter ftatuarios à Plinio celebratur, perindè ac marmoris gloria fuperauerit etiam femet, hoc idem & nos hodierno die de Liuio meritò dicere poffumus, qui cum in cæteris decadibus cæteros antecelluerit, in hac femetipfum vicit. Et me Hercules, vt dicam, viri clarifsimi, quod fentio eodem animo Liuius bella fcriptitauit, quo Romani gefferunt, eodem ingenij fulmine ftylum exercuit, quo Romanus populus arma tractauit, eadem vigilantia incubuit chartis, qua Romani milites difciplinæ militari incubuerunt, & mediusfidius videtur populus Romanus, vel ob hoc vnum tàm memoranda facinora gerere voluiffe, vt illa tàm à luculento fcriptore defcriberentur, qui res haud dubiè luculentas, verbis luculentis æquauit. quem quotiefcunq; in manus fumo, non legere videor bella, fed tractare. Et (vt inquit Hieronymus de Paulo) non audire verba, fed tonitrua. In Liuianis voluminibus videre videor Imperatores concionabundos, milites q; fuos exhortantes ad prælia alacri animo capeffenda. Senatum de rebus dubijs confultantem, hoftes hinc formidolofos trepidare, Romanos hinc furibundos inuadere. Deniq; apud Liuium omnis rei militaris difciplina continetur, omnia ftrategemata, omnes calliditates imperatoriæ demonftrantur. Leges Senatus, populiq; decreta, omnes deniq; artes, quibus domi forisq; viuitur, confpiciuntur. Sed proh dolor quantam iacturam pafsi funt omnes literarum ftudiofi ex centum & decem voluminibus Liuianis deperditis, qui omnia, quæ vnquàm Romani per feptingentos annos gefferunt præclara facinora, veluti in vnum redacta corpus, nofcere potuiffent. Quanto difpendio affectus eft Romanus populus, cuius tot ac tantarum rerum geftarum memoria cum libris Liuij pariter interijt. Quantum veræ famæ detrimentum illuftrifsimi Imperatores fubierunt, quorũ nomina fuiffent fempiterna, & gefta memorarentur, fi Liuiana volumina non intercidiffent, quod fi defunctis vllus eft fenfus, profectò Liuianos manes ingemifcere credendum eft, tot labores incaffum fibi fuiffe fufceptos, tot nequicquam vigilatas noctes, tot fruftra confcripta volumina, quæ fi extarent omnia, nihil præterea nobis foret defiderandum, haberemus in quo ocium, in

quo

quo tempus benè collocare possemus, & tamen nobis vtpotè somniculosis vix ætas suppeteret ad legendum, quæ illi diuina quadam benignitate prædito suppeditauit ad scribendum, qui etiam dialogos (vt inquit Seneca) Philosophorum more conscripsit, sed querelæ ab exordio nostro enarrationis procul absint, nihil nec nobis, nec ipsi Liuio profuturæ. Cæterùm cùm sapientis sit seruire temporibus, nos quoque temporibus hic seruiamus, quibus cùm arma vigeant, bella horrida perstrepant, cùm omnis Italia bellicis tumultibus æstuat, classica personent, quùm Mauors telum suum quatiat, Bellona dominetur, idoneum esse videtur, vt scriptores eos potissimùm legamus, qui bella describunt. Hæc ergo sit nostra militia, alij bella gerent, nos legemus, alij sub dio in campis patentibus intoti pugnabunt, nos pugnas confectas in vmbra in scholis tuti recensebimus. Hinc aures nostras Liuius personabit, inde Sylius. Ambo eadem bella facundissimè narrantes, ille soluta oratione, hic versu heroico, qui non minùs historicus, quàm poeta est iudicandus, qui stylo cothurnato, & charactere grandiloquo tonare ac fulminare videtur, qui bella non scribere, sed bellare. Cui optimè conuenit illud Horatianum: Audire magnos iam videor duces, non indecoro puluere sordidos. Ardens est, concitatus, erectus, idem candidus, copiosus, atque sublimis, multum habet neruorum, plurimum lacertorum, totus bellicis rebus accommodatus, qui non minùs eruditionis afferre possit, quàm iucunditatis, mira est in Sylio rerum reconditarum copia, varia ac multiplex locorum, & maximè Italicarum vrbium descriptio, multa historiarum cognitio. Et cum Vergilium illa felicitas ingenij soluta oratione reliquerit, quum Ciceronem facundia illa genuina in carminibus destituerit, Sylio contigit id, quod paucissimis Dij dederunt, vt idem esset & maximus poeta, & summus orator, qui vtrunque & Maronis & Ciceronis opus felicissimè impleuerit, quod epigrammaticus poeta elegantissimè demonstrat his versibus, cùm de Sylio loqueretur:

Sacra cothurnati non attigit antè Maronis,
Impleuit magni quàm Ciceronis opus.

Idem alium Sylium musarum decus appellat. Sed quid plura? Liuij & Sylij facundia, vires, ingenium, eruditio, cæteræq; virtutes eximiæ sese nobis quotidiana enarratione exhibebunt, sese offerent, ostentabunt clarius sole fulgentes. Ego verò omni diligentia, studio, vigilantia elaborabo, enitar, atq; contendam ita singulos nodos enodare, ita implicita explicita explicare, vt quemadmodum vos mihi ornamento maximo futuri estis, ita ego vobis sim non minimo emolumento, hoc mihi in animo est velle prodesse, vobis sit velle proficere. Dij faxint vt vtriq; vtrunq; propositum implere possimus.

PRÆFATIO STEPHANI NIGRI IN TITVM LIVIVM.

IN maximo semper cultu, maximaq; omnium veneratione poetarum nomen extitisse legimus candidissimi auditores, quorum poemata non solùm in manibus τῶν σπουδαίων quotidiè habentur, verùm etiam memoriæ thesauro assiduè commendantur. Nec me hercule iniuria, cùm præsertim princeps ingenij & doctrinæ Plato ipsos poetas nunc deorum filios, nunc prophetas nuncupare haud quaquàm dubitauerit, primoque de situ orbis libro scriptum reliquerit Strabo, veteres τὴν πρώτην ποιητικὴν quandam esse Philosophiam perbibuisse, quippe quæ à teneris nos vnguiculis ad viuendi rationes perducat, mores atque affectus edoceat, quæq; gerenda, declinandáue sint quadam cantus suauitate præcipiat. Inter quos omnium eruditorum testimonio principatum suo iure perpetuò obtinuisse diuinus dicitur Homerus, qui egregium illud opus, quo prudentissimi ac sapientissimi Vlyssis eximias virtutes posteritati commendatas voluit, ita graphicè exorsus est:

Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
Πλάγχθη ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε,
Πολλῶν δ᾽ ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω.

Quibus vtique verbis omnium præstantissimus poeta posteris id de industria innuisse videtur, neminem scilicet ciuilis prudentiæ satis vnquam peritum fore, atque eruditum, quin & multorum hominum mores, atq; instituta cognouerit, & quàm plurimas quandoque optimasque perlustrauerit ciuitates. Nam vt incertis continuò vagari sedibus, quod ἀκινεῖν peregreque viuentes, facere consueuerunt, infelicissimum ac miserrimum habetur: ita perpetuò οἰκουρεῖν, nec patrios vnquàm transgredi fines, turpissimum, atque ignauissimum ab omnibus iudicatur, ijs præcipuè viris, qui, ne sibi soli nati videantur, Reipublicæ administrandæ curam suscipere, atque optimè pro virili parte consulere, ac prospicere debent. Quod enim prouerbij vice vulgò iactatur, οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα, id est, domi manendum est, cuncta cui sint prospera: priuatis demum & à Republica administranda procul degentibus dictum videri potest, qui publica negotia, & ad communem totius ciuitatis commodum spectantia penitus negligant, atque contemnant, suisque ipsorum tantùm commodis studeant. Nam qui fieri potest, vt quispiam optima ac saluberrima suæ prospiciat patriæ, pessimaque ac pestifera ab eadem propellat atque amoueat, cùm & nihil omninò præter solum patrium cognouerit, & omni deniq; rerum vsu atq; experientia careat? Quin imò perinde est, huiusmodi viri consilijs Reipublicæ salutem committere, ac si homini nauticæ rei penitùs ignaro, nauis vndiq; procellis in altissimo mari agitatæ gubernacula crederes. Quod cùm Spartanus ille Lycurgus, qui Lacedæmoniorum Rempublicam temperauit, non ignoraret, omissa (vt Aristoteles libro πολιτικῶν secundo refert) Charilli regis tutela, peregrè profectus est, diuque apud Cretenses, vtpote Lacedæmoniorum colonos, commoratus, ea ad Rempublicam rectè administrandam præcepit, quæ suis tradita ciuibus in causa fuere, vt Lacedæmonij vnius, nec vnquàm mutatis legibus diutissimè vixerint. Hippodamus Milesius, qui (vt idem Aristoteles autor est) omnium primus ciuitatum διαίρεσιν, hoc est diuisionem excogitauit: multas prius adiuit vrbes, multarum gentium mores, institutaque perspexit, quàm περὶ τῆς πολιτείας

quic-

quicquam scribere aggressus sit. Quid de Solone Atheniensi, Zeleuco Locco, Charunda Cataneo, Philolao Corinthio, multisq; prȩterea alijs legumlatoribus dicemus? Nónne omnes quàm plurimas autè perlustrasse ciuitates, multaq; passos incommoda, maximoa subijsse labores, credendum est, quàm ciuibus cum suis, tum alienis vt legibus à se institutis obsequerentur, veluerint persuadere? Minos ille Cretensis, qui omnium primus legum seriem composuit, vt homines illis facilius ac libentius obtemperarent, earum inuentionem ad Iouem retulit, vt Lycurgus apud Lacedæmonios in Apollinem, Minas apud Aegyptios ad Mercurium, Samolsis apud Getas ad Vestam, Moses apud Iudæos ad Biaû Deum, Numa Pompilius apud Romanos ad Egetiam. Quare vt in Reipub. administratione quispiam cùm multifariam peritiam, tum vel maximè autoritatem consequatur, multi sunt prius labores sustinendi, multæ ciuitates adeundæ, multarum gentium πολιτείας perspiciendæ. Permultū enim interest, eius præsertim viri, qui in Reipublicæ negotijs versaturus sit, quiq; & sibi & patriæ sit optimè consulturus, quid in quaq; Republica, vel rectè vel perperam institutum fuerit, non ignorare. Tunc enim quid suæ sit patriæ suadendum, quid contrà dissuadendum, quàm pulcherrimè tenet. Cæterum cùm Mediolanensis Respublica optimis ac saluberrimis innitatur legibus atq; institutis, id vnum tantum reliquum esse videtur, vt adolescentes ingenui perpetuæ gloriæ cupidi, eos demum studeant æmulari, qui in rebus agendis adeò se præclarè ac prudenter gesserunt, vt & maximam sibi posterisq; suis laudem compararuerint, & suæ ipsorum Reipublicæ salutem ac felicitatem præstiterint. Quod vt facilius vobis, tutiusq; facere liceret, Liuianum opus nobis proposuimus interpretandum. Cognito enim, vt Siculus tradit Diodorus, ex aliorum tum secundis, tum aduersis rebus percepta, doctrinam habet omnium periculorum expertem. Pulchrum est præterea ex aliorum erratis in melius instituere vitam nostram, & non quid alij egerint quærere, sed quid optimè actum sit nobis proponere ad imitandum. Hinc est quod Δημόνακτος ait: ἐν ἀλλοτρίοις παραδείγμασι παίδευε σαυτὸν, καὶ ἀπαθὴς τῶν κακῶν ἔσῃ. Et Tibullus: Felix quicunque dolore Alterius dilces posse carere tuo.

Optima est præterea & saluberrima illa Græcorum sententia: Βέλτιον πεπαίδευμαι τὰ τῶν ἄλλων κακά, id est, aliena spectans doctus euasi mala. Plautus: Feliciter sapit, qui alieno periculo sapit. Quòd si Liuianæ lectioni assiduam operam dederitis, non dubito me hercule fore, quin optimè ac pulcherrimè vitam vestram instituatis, eaq; ex ipsa historia percipiatis, quæ haud secus vobis, ac Reipublicæ vestræ quàm plurimum sint profutura. Nam Titus Liuius eam scribendæ historiæ materiam delegit, quæ & maximè inter cæteras excellat, & legentibus vtriusq; fortunæ exemplis mirum in modum conferat. Tantam præterea, vt oppidoquàm luculentam conscriberet historiam, assiduo labore, longaq; exercitatione dicendi facultatem, atq; inde famam consecutus est, vt Gaditanus quidam Titi Liuij nomine, gloriaq; commotus ad visendum eum ab vltimo terrarum orbe venerit, statimq; vt viderat, discesserit. Eo enim labitur perpetuo eloquentiæ flumine, tanto vbiq; vtitur verborum pondere, ac sententiarum grauitate, vt eximium illud Romani nominis decus orationis maiestate æquasse videatur, & quod Alexander ille Magnus de fortissimo Achille, ac facundissimo Homero dixisse perhibetur, in principem populi Romani eloquentissimumq; Liuium meritò transferri possit. O fortunatissime popule Romane, qui rerum à te gestarum præconem historicorum præstantissimum Titum Liuium habueris, cuius miram in narrando iucunditatem, clarissimumq; candorem, & supra quàm dici potest, in concionibus eloquentiam cùm rebus, tum personis accommodatam, quis vnquàm satis dignis prosequi laudibus possit? Nam ad eius in dicendo multiplices virtutes, pro meritis ac dignitate laudandas, diuina procul dubio opus esset oratione. Quare ne sterilem aut inanem sumpsisse operam videar, eosq; æmulatus, qui πάνδημον πλοῦτον καὶ ἀγλαΐζουσιν conantur, à Liuianæ facundiæ laudatione, ad historiæ ipsius interpretationem me totum conuertam, si tamen prius quid historia sit, quid historico conueniat, in mediū protulero. Naturalis historia est, vt Plato refert, causas intelligere, per quas singula quæq; fiant, atq; pereant, & qua fiant ratione. Duplex est eius genus, priuatū ac publicū. Publicum est, quod temporū continet varietatem, vt Liuianū opus exemplo est. Priuatum quod nulla temporū varietate, titulo tantū gaudeat, vt Iugurtha, & Catilina. Quidam duplicē etiam modum posuere, interiectitiū, quale est illud Suetonij. Continuū, quale est illud Plutarchi per singula virorum gesta. Item Appiani, qui Lybicū, Parthicum, Mithridaticum, bellaq; ciuilia composuit. Est autem historia (vt Ciceronis verbis vtar) temporū testis, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuncia vetustatis. Definiturq; à Quintiliano, gestæ rei expositio, cū fabula atq; argumentum, quæ & ipsæ narrationū species, longè secus definiantur. Nam fabula non à veritate modò, sed à veritatis forma remota est, quarum alia Sybaritica, alia Cypria, alia Cilissa, alia Aesopica, ab inuentoribus accepto nomine appellantur. Argumentum falsum est, sed verisimile, quo comœdiæ vtuntur. Annales præterea ita ab historia separant, vt annales tunc dicantur, cùm res gestæ plurium annorum, obseruato cuiusq; anni ordine componuntur, sicut Ephemeris, quod diarium latinè dicitur, cùm non per annos, sed per dies singulos res gestæ perscribuntur. Historia verò sit earum rerum propria narratio, quibus is interfuit, qui eas narrat, licet generali historiæ vocabulo tàm annales, quàm diarium comprehendantur. Dicta autem est historia ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, quod vt Græci scribunt Grammatici, significat, τὸ πολλῶν τόπων διέρχεσθαι, καὶ τὸ παλαιὰ πράγματα ἀφηγεῖσθαι, καὶ τὸ ἐρωτᾶν. Quod poeticum est, vt apud Sophoclem: ἱστορῶ τί σοι φίλον. Quæ quidem ad eum maximè spectant, qui sit historiam quàm diligentissimè compositurus. Historicum poema (vt Eustathius inquit) constat ἐκ ποιητικοῦ, χρονικοῦ, πραγματικοῦ, καὶ γενεαλογικοῦ. Tritones cum buccinæ fastigio Saturni ædis superponebantur, inquit Macrobius: quoniam ab eius commemoratione ad nostram ætatem historia elata, & quasi vocalis facta sit, cùm antè muta & obscura & incognita fuerit, quod restantur caudæ Tritonum humi mersæ, & absconditæ. Cadmus Milesius (vt naturalis historiæ libro quinto refert Plinius) omnium primus prosaicā orationem condere instituit. Hecatæus & ipse Milesius Egesandri filius, qui circa tempora Darij post Cambysen imperantis floruit, primus historiam, vt Suidas scribit, pedestri edidit oratione, vt Pherecydes συγγραφὴν, nulla tamen adhibita verborū ac sententiarū exornatione. Nam vt apud nos Cato, Piso, Fabius Pictor sine vllis ornamentis monumenta solùm temporum, hominum, locorum, gestarumq; rerum reliquerunt, sic apud Græcos Pherecydes, Hellanicus, Acesilas, quibus rebus exornari posset oratio penitus ignorarunt. Ad grandiorem dicendi characterem se euexit Celius Antipater, nec tamen historiam locorum varietate distinxit, nec verborum collatione, tractuq; orationis leui, atq; æquabili perpoliuit, licet vicerit superiores. Herodotus hoc scribendi genus primus quàm pulcherrimè ac suauissimè exornauit. Hunc secutus Thucydides, qui cæteros omnes dicendi artificio facilè superauit, qui ita verbis est aptus, & pressus, vt nescias vtrū res oratione an verba sententijs illustrentur. Hunc Philistus Syracusanus imitatus est, qui apud Dionysium

Tyrannum ocium suum in scribenda historia consumpsit. Postea Theopompus, & Ephorus præceptoris impulsu se ad historiam contulerunt. Deniq; Socraticus ille Xenophon historiam ad exemplum magis, quàm ad veritatem complexus est. Callisthenes quoq; Aristotelis & discipulus & affinis, Alexandri comes, historiam conscripsit, & hic quidem Rhetorico penè more, Xenophon verò leuiore quodam sono vsus est. Horum omnium natu minimus Timæus & rerum copia & sententiarum varietate abundantissimus, & ipsa verborum compositione perquàm pulitus, Thebanorum gesta erudirissimè posteritati tradidit. Romanorum gesta, (vt Halicarnasseus Dionysius autor est) Portius Cato, Fabius Maximus, Valerius Antias, Silenus, Polybij, Macerelij, Gellij, Calphurnij, multiq; prætetea alij literarum monumentis pro ecuti sunt, sed nemo dubitat Liuium ac Salustium cæteris præferendos, quorum alterum Thucydidi, alterum Herodoto, qui in dicendo fuêre mirabiles, componere Quintilianus haud quaquàm dubitauit, quorum in diuersa dicendi via, vter sit præstantior, inter plurimos quæritur, nemini tamen est dubium, quin immortalem illam Salustij velocitatem diuersis virtutibus sit Liuius consequutus. Quare Seruilius ille Nouianus non iniuria dixisse videri potest, pares esse eos magis, quàm similes. Historicus appellatur (vt Plutarchus refert) qui gesta narrat, omnis autem narrationis argumenta sunt πρόσωπον, αἰτία, τόπος, χρόνος, ὄργανον, πρᾶξις, πάθος, τρόπος. In summo autem historico hæc duo in primis esse oportet, σύνεσίν τε πολιτικὴν, καὶ δύναμιν ἑρμηνευτικήν: hoc est, prudentiam ciuilem, vimq; (vt ita dicam) interpretatiuam, quorum alterum quidem natura insitum sit, necesse est, alterum verò multa exercitatione, assiduo labore, veterumq; æmulatione, comparatur. Sit præterea historicus intrepidus, incorruptus, liber in dicendo, ac verus, non amicitiæ, non odij causa, falsa pro veris confingens. Quæ omnia vtiq; in Tito Liuio adeò exactè fuerunt, vt eorum nihil penitus desideretur. Cæterùm cùm nonnulli sint, qui licet has quidem ferè omnes historicas virtutes complexi fuerint, in multos tamen errores, à perfectissimo historico quàm remotissimos, inciderunt. Age eorum aliquot enumeremus, vt an in eos Liuius hic noster impudenter inciderit dignoscamus. Errant historici, qui à Deorum inuocatione exordiuntur, qui diutius in locorum descriptione immorantur, qui procemijs longè prolixioribus, quàm ipsius historiæ corpus exigat, vtuntur, qui cùm mitioribus ac notioribus vti verbis liceat, asperitatem in nominibus, difficultatemq; sequuntur, quod quidem præter modum à Plutarcho fecisse dicitur Herodotus, qui vsq; adeò in scribenda historia τὴν κακοήθειαν, id est, malignitatem sectatus est, vt cum producendæ historiæ, tum alicuius infelicitatem notandi causa, citra propositum quoque multa quàm sæpissimè historiæ inseruerit. Quo factum est, vt maledicentia oblectatus à nonnullis credatur, qui cùm laudibus addit crimina ac vituperationes, mortalium hinc inde colligens calamitates, nonnè in tragicam incidit κατάραν, hoc est, execrationem. τὸ γὰρ ἀπροθύμως ἐπαινεῖν τοῦ ψέγοντα χαίρειν οὐκ ἐπιεικέστερον, ἀλλὰ πρὸς τὸ μὴ ἐπιεικέστερον ἴσως καὶ χεῖρον. Et vt Phauorinus Philo dicere consueuerat: Turpius est exiguè, atq; frigidè laudari, quàm insectanter & grauiter vituperari. Duobus igitur pluribusue de eadem re oblatis sermonibus, deteriori plærunque adhæret, quod Sophistis tantum lucri nonnunquàm, gloriæ interdum causa, permittitur, vt scilicet deteriorem λόγον exornent. At historicus, cui nihil mentiri permittitur, quæcunque vera esse cognouerit, ea demum literarum monumentis mandare debet. De ijs verò, quæ sibi haud quaquàm certa, compertaque sunt, meliora multò verius, quàm deteriora dici videntur. Sunt contrà qui laudes nonnullas vituperijs, conuicijsq; adijciant, vt in Socratem Aristoxenus, qui cùm ἀπαίδευτον ἀμαθῆ, καὶ ἀκόλαστον, hoc est, indoctum ac minimè modestum cùm dixisset, intulit: ἀδικία δὲ οὐ προσῆν, id est, iniquitas autem non inerat. Nonnunquàm etiam historica narratio malignitatis crimen incurrere non iniuria videtur, cum facta ipsa longe alio, quàm gesta sint, modo percurrit, vt si Philippum Macedoniæ multò plura pecuniæ vi, quàm virtute ac rei militaris peritia fecisse quispiam scipserit, & eius filius Alexander tot ciuitates gentesque, ac nationes perquàm facilè, nulloque labore subegisse dicatur. Et dux Atheniensium Timotheus, nulla prudentia, nulloque consilio, sed fortunæ tantùm adminiculo tot victorias assecutus, tot vrbes domuisse narretur, cuius eximiæ gloriæ, vt plurimùm detraherent inimici, rete quoddam illo dormiente subeuntes pingebant ciuitates. Quæ quidem omnis rerum gestarum magnitudinem, sublimitatem, καὶ τὸ κάλλος, id est, pulchritudinem vehementer imminuunt, cùm de negotijs laborem, de periculis fortitudinem, de agendis rebus industriam, de conficiendis celeritatem, de prouidendis consilium subtrahunt, cunctaq; fortiuæ temeritati ascribunt. Nonnulli etiam ex historicis inuidiam quandam, malignitatemque præferre videntur, cùm alicuius egregij facinoris falsam, & ab actoris mente, atque animo quàm maximè alienam causam reddunt, vt qui Catonem sibi propterea manum consciuisse ferunt, ne in Cæsaris potestatem veniret, atque ab eo supplicio afficeretur. Maximo præterea tunc historici ducuntur errore, cùm omissa rerum gestarum narratione in laudandis imperatoribus ac militibus tempus conterunt. Suos quidem, suprà, quàm cuique credibile sit, laudibus extollentes, hosteis verò præter modum deprimentes, quod solis Poetis, vtpote numine afflatis Phœbæo permissum est. Quæ quidem historicorum vitia, atque errores, quàm cautè ac diligenter Liuius hic noster declinauerit, ijs oppidò quàm facilè datur intelligi, qui totum eius opus accuratò perlegunt. Cùm autem tres sint dicendi characteres, ὑψηλός, ἰσχνός, καὶ μέσος, hoc est sublimis, tenuis, & medius. Sublimem vtpote suo sibi ingenio ac tantorum bellorum materiæ maximè accommodatum sectatus est. Multa sunt præterea, quæ de ipsius historiæ, deque historicorum virtutibus, atque erroribus dici in præsentia possent.

Cæterùm ne hic vos diutiùs detineam, huic meæ orationi finem imponam, si tamen prius etiam inclyto duci nostro, quòd honestissimum hunc locum nobis designauerit: & vobis, quòd summa attentione me dicentem audiueritis, gratias egero immortales, quorum alterum quidem de laudibus ipsius composita, atque in lucem edita oratione: alteris verò, hoc est, vobis assiduo labore, multisque vigilijs, modò nostra opera vti non dedignemini, satis pro viribus facere conabimur. Nam siue Græcè quispiam, siue Latinè, seu in vtraque literatura voluerit erudiri, dabimus equidem operam, vt breui, aut in alterutra, aut in vtraq; plurimum proficiat: cùm deinceps vtriusq; Linguæ probatissimos, ac præstantissimos simus autores publicè interpretaturi. Tresimachus Chalcidiensis, & Leontinus Gorgias omnium primi orationem numeris adstrinxere: contentiones celeriùs currere, narrationes tardiùs ferri debent.

d bent. Terditatem orationi, etq; grauitatem Spondeus in primis affert, celeritatem Peon, qui tribus breuibus, & longe, vel io principio, vel in fine, posita constat. Dactylus vtriq; generi est accnmmodatus. Iambus & Aoapestua demisso atq; humili sermoni eptissimi sunt, proptereaq; ipsis Comici maximè vtuntur. Principia à longis vt plurimum syllabis faciende sunt. Ceoendum est tamen, ne bexametri versus principium initio dicendi, aut scribendi faciemus, quele dicitur reliquisse Liuius: Facturus ne operæprecium sim. Quod qui emendere voluerunt, Facturus ne sim postea scripserunt, sicut eriem finis hexametri sut pentametri in cleusula vitiosus est. In quem Aboius & Brutus incidere, vt Catoni placuit. Et Diuus Hierooymue in traoslatione Geneseos ait: De mibi animes, cætere tolle tibi. FINIS.

DE HISTORIA T. LIVII, QVOD IN LIBROS AB AVTHORE DIVISA FVERIT, NON IN DECADES, CONTRA ALIORVM OPINIONEM, TVM QVIBVS ID AVTHORIBVS COMPROBETVR, PETRVS CRINITVS CAP. XII. LIB. VII. DE HONESTA DISCIPLINA.

FALSO receptum est, ec doctioribus eriam persuasum, fuisse in Decades diuisum T. Linio suum opus de Romeoorum gestis, quæ singulæ decem voluminibus explicantur, quod ipsum de autore Liuio neuriquem epud veteres comperies. Nam & Prisciaous vir diligens, elijq; Grammarici, sicubi Liuium eitent, librorum numerum adscribunt, neq; Decades nominant. Iteq; & XVI. librum, & XXXIII. & CXVI. videmus eduocari eb aotiquis eutoribus. Cui sententiæ & Frani. Petrercha edstipulatur, vt qui asseret in epistola ed Ioennem Boccatium, ignauia legeotium contigisse, vt Liuiane historia sit in Decades distributa. In partes (inquit) quas Decedea vocant, non ipse, qui scripsit, sed fastidiose legentium desidia diuisit. Sed & L. Florus libros CXL. eiusdem autoris recenset, sublato penitus nomine Decedum, cùm vniuersam bistoriam in Epitomen, vel (vt latioè loqnar) io breuiarium contraxit. Id & Polirianus olim ite liberè nobis concedebet, vt nostram quoq; diligentiam magnopetè commendaret in perquirendie atq; examinandis veterum monumeotis.

POMPONII



POMPONII LAETI DE ANTIQVITATIBVS VRBIS ROMAE LIBELLVS.

AMPHITHEATRVM.



N media vrbe Amphitheatrum: inchoatum à Veſpaſiano, perfectum à Domitiano cum incruſtatione intrinſecus, & extrinſecus cum ſignis. Et in ſingulis ſuperioribus arcubus erãt ſtatuę marmoreæ. Ibi fiebãt ludi: ſub tanto ædificio ſubſunt cloacæ, adeo vt pars ædificij ſuſtineatur à cloacis. Ab latere ædificij, verſus Septentrionem & orientem, erat Via publica, ſtrata lapidibus quadratis magnis. Amphitheatrum nunc appellatur Coloſſeum, ab coloſſo qui ibi erat. Eſt autem coloſſus magna ſtatua, quando fiebant ludi, ædificium cooperiebatur linteis.

Buſta Gallica.

Poſt Capitolium inter ſeptentrionem & orientem, eſt locus appellatus Buſta gallica, vbi Galli in magna copia à Camillo interfecti fuerunt, & ibi habent ſepulchra, locus nunc dicitur Porto Gallo.

Templum Aeſculapij & templum Concordiæ.

In horto ſanctæ Mariæ nouæ, eſt veſtigium templi Aeſculapij, & templum Concordiæ.

Arcus Triumphalis Conſtantini.

In radicibus montis Palatini verſus Coloſſeum, eſt arcus Conſtantini principis cum victorijs allatis poſt profligarum Maxentium filium Maximiani.

Septizonium Seueri.

In templo ſanctæ Luciæ, ſub colle ſancti Gregorij, eſt Septizooium Seueri, ornatũ columnis, dictum à ſeptem Zonis.

Suburra.

Suburra inde vbi eſt Coloſſeum incipit, & producitur vſque ad ſuperiores Exquilias.

Fragmentum.

Fragmentum minimæ rotunditatis prope Coloſſeum, cinctum erat marmoribus. ſupra erat Iouis ſimulachrum.

Circus Maximus templum Iouis Statoris. Domus M. T. Ciceronis.

In ea parte Palatini montis quæ aſpicit Circum maximum, templum fuit Iouis Statoris propè quod templum fuit domus M Ciceronis.

Templum Pacis.

Poſt Palatium ſtatim verſus Septentrionem, ſunt ruinæ templi Pacis, quod templum Veſpaſianus poſt bella ciuilia ædificauit.

XII. columnæ Domitiani in ſignum ſui triumphi.

Inter Capitolium & Palatium, vbi remanſerunt tantummodo tres columnæ altæ. erant XIII. ſatis ornatæ, ſupra has columnas erat ſtatua equeſtris. Domitiani Auguſti, & ſub pedibus erat Rhenus fluuius Germaniæ. Triumphauit enim de Germania.

Apertura Curtij.

In eodem loco fuit olim illa apertura terræ, in quam ſe dimiſit Curtius armatus vnà cum equo: terra tunc ſtatim coiuit, & peſtis euanuit. Iſte locus eſt in parte fori Romani, circum quod fuerunt multa templa & ornamenta: inter quæ templũ Vulcani, ante quod templum pendebat ſcyphus, qui tenoit Remum & Romulum.

Porticus Antonini & Fauſtinæ.

Prope forum, vbi nunc hoſpitale eſt aromatariorum, fuit porticus Antonini Imperatoris & Fauſtinæ.

Templum Saturni & Opis. ærarium Pop. Rom.

Sub Capitolio eſt parua eccleſia diruta, quæ imminet hoſpitali S. Mariæ de porticu, ibi fuit templum Saturni & Opis eius vxoris, in quo templo fuit ærariũ pop. Rom.

Arcus triumphalis Seueri. Templum Iunonis Monetæ.

In radicibus Capitolij, verſus Aquilonẽ & Zephyrum ad ortum æſtiuum, eſt arcus triumphalis Seueri Imperatoris. Propè fuit templum Iononis Monetæ, & templum Concordiæ. & inde fuere multi gradus ad Capitolium.

Tullianum.

In radicibus Capitolij, ſupra forum Romanum, verſus Septentrionem, eſt carcer, nunc dicitur ſancti Petri, olim fuit illa pars carceris, quam conſtruxit Tullus Hoſtilius, & appellabatur Tullianum.

Carcer. Theatrum Marcelli.

Ex altera parte Capitolij, verſus meridiem, vbi eſt eccleſia ſancti Nicolai in carcere, fuit pòſt ædificatus carcer ab Claudio Decemuiro, appellauit carcerem vrbis Romanę. propè eſt Theatrum Marcelli, nunc domus Sabellorum.

Velia domus Catilinæ.

Illa pars montis Palatini quæ videt forum Romanum, appellatur Velia. qoia ibi antiqui paſtores ante tonſuram ouium, vellebãt lanam ex ouibus. eadem pars habuit domum Catilinæ & Catuli.

Aedificium Neruæ Imperatoris.

Inter Capitolium & Eſqoilias, verſus Arcton, adhuc ſunt magna veſtigia, cũ inſcriptione Neruæ Imperatoris.

Forum Traianum, & amplæ porticus.

Inter Capitolium & Quirinalem montem ſeu collem ab ædificio Neruæ vſque ad columnam Coclidem, & radices Capitolij, fuit forum Traiani, circum quod erant ornamenta innumerabilia, huc fuerant ornamenta aduecta ex toto orbe terrarum.

Verſus occaſum porticus cum amplis & excelſis columnis, & cum magnis epiſtilijs, adeo mirabile opus fuit, vt qui intuerentur non poterant adduci ad credendum, vt illa eſſeot facta manibus hominum, ſed gigantum: pars tota quę vergit ad occidentem quia mons Quirinalis impediebat, illa pars montis tota exciſa fuit, & ſolo æquata, ne forum ſpacio fraudaretur.

Sepulchrum Auguſtorum.

Locus ille qui videtur eſſe mons, ſupra flumen eundo ad populum, ſepulchrum fuit quorundam Aoguſtorum.

Columna Traiani.

Columna quæ eſt in foro Traiani, erecta eſt à Po. Rom. in boootem Traiani poſt victoriam de Dacis, facta eſt columna, & ipſe Traianus columnam non vidit, conceſsit enim ad Indicam expeditionem. Hæc columna ab radice, ſiue à pede vſque ad verticem imaginibus egregie ornata fuit, vt hodie partim apparet.

Pantheon.

Vbi nunc eſt eccleſia ſanctæ Mariæ Rotundæ, ibi fuit Pantheon, dedicatum Ioui Vltori, cuius cognnmen fuit ex laminis argenteis, illas laminas ſuſtulit Conſtans nepos Heraclij veniens ad vrbem.

Antipantheon.

Antipantheon appellatur Prothyrion, locus ante portam templi. M. Agrippa fecit illud.

Templum Conſi. templum Herculis.

Antiqui ingrediebantur templa per gradus aſcendendo, in vnum tantum deſcendebãt, quod fuit ædificatum in honorem dei Conſi. qui erat deus conſiliorum, quod templum erat prope templũ Herculis in Circo maximo.

Templum boni Euentus.

Prope ſupra dictum Pantheon, erat templum boni Euentus.

Ruinæ M. Agrippæ.

Aedificia propè Pantheon, ſunt ruinę M. Agrippe: & extenduntur vſque ad domum quæ fuit Cardinalis Spoletani.

Thermæ Neronis.

Aedificia quæ ſunt in ſancto Euſtachio, fuerunt Thermæ Neronis, poſtea inſtauratæ ab Alexandro Imperatore, dictæ ſunt Alexandrinæ.

Campus Martius. Horologium.

Vbi eſt eccleſia ſancti Laurentij in Lucina cum hortis,

ibi fuit Campus Martius, in quo habebant comitia. Et vbi est domus noua facta, quæ est capellanorum cuiusdam capellæ sancti Laurentij, ibi fuit basis horologij nominatissimi.

Horologium effossum.

In campo Martio vbi est epithapbium capellanorum, ibi fuit effossum horologium, quod habebat septem gradus circum, & lineas destinctas metallo inaurato.

Solum campi erat ex lapide amplo quadrato, & habebat lineas easdem. & in angulis quatuor venti, cum inscriptione, vt Boreas spirat: ex opere misino.

Collis Hortulorum.

Collis ille qui surgit à dextris, eundo ad ecclesiam beatæ Mariæ de populo, vocatur Collis hortulorum, in quo sepulta fuerunt ossa Neronis. Pars quæ subiacet plana, vergẽs ad austrũ, & libim, habebat hortos, & est tota humida.

Porta Collina.

Antiqui cogitauerunt à porta Collina protendere mœnia vrbis, vsque ad Pontem Miluium, propter securitatem istius planitiei, sed aurispices vetuerunt, quia non licebat intra vrbem comitia facere, & legere milites pro exercitu.

Pintius.

Collis Hortulorum, nunc appellatur Pintius, à quodam ciue.

Candidati.

Ex colle Hortulorum descendebant candidati, albis vestibus, qui erant petituri magistratum.

Pila Tiburtina. domus Martialis.

Inter collem Quirinalem, & Hortulorum, est locus depressus vbi nunc est vinea, qui appellatur Pila Tiburtina, prope quam Pilam fuit domus Martialis: vnde ait: Sed Tiburtinæ sum proximus accola Pilæ, ista pila nunc vocatur Tibur vetus.

Duæ statuæ equorum.

Exeundo à domo Pomponij, per dorsum montis Quirinalis versus septentrionem, sunt equi cum statuis marmoreis, fuerunt missi à Mithridate rege Armenie ad Neronem Imp.

Tres statuæ marmoreæ.

Sunt tres statuæ marmoreæ Constantinorum.

Duæ statuæ marmoreæ.

Sunt duæ statuæ marmoreæ tenentes Cornucopiæ sinistra manu, hæ sunt statuę fluminum Deorum, significant rerum copiam.

Cybele.

Cybele sedens super duobus leonibus turrita, quia pręest turribus & castris.

Floralia, Mons Claræ, & Apollinis.

Eundo à sinistris est vallis inclusa parietibus, vbi fiebant Floralia: & mons à sinistris habens domũ Cardinalis Neapolitani, & est pars Quirinalis montis, & vocatur mons Claræ & Appollinis.

Capitolium vetus.

Mons à dextris vocatur Capitolium vetus, & est pars Quirinalis, vbi fuit templum Iouis, quod templum antiquius est quàm templum Capitolinum.

Templum Herculis. templum Quirini.

In medio ferè dorso à sinistris fuit templum Herculis. A dextris templum Quirini.

Spoliatio templi.

Quidam Otto Mediolanensis senator vrbis expoliauit templum: & ex ornamentis facti sunt gradus in Ara cœli, & gradus quibus ascenditur in ædificium Capitolij.

Vicus Mamurij.

Adhuc per dorsum Quirinalis, vbi est templum sanctæ Susannæ, à sinistris, ibi fuit vicus Mamurij, & ibi erat eius statua.

Forum Salustij.

Post templum vbi fuit ecclesia sancti Gabini, ibi fuit Sallustij forum.

Mamurius Ancilia.

Fuit autem iste Mamurius faber ærarius, qui fecit ancilia Numæ Pompilij. Est autem breue scutum, longius quam latum sit, dictum quasi ambecisum.

Porta Collina.

In ipso colle Quirinali est porta Collina, quæ olim fuit vltima pars vrbis, & mœnia nõ multo spacio extendebantur versus occasum & erat finis.

Antrum Vestalium impudicarum.

A sinistra intrinsecus exeuntibus, est locus editus & eleuatus, vbi erat antrum ex artificio factum, testudinatum cum exiguo foramine, vnde demittebãtur vestales, id est, moniales, quæ commiserant scelus impudicitiæ: & ne perirent fame, in antro erant excauatæ duæ paruæ fenestræ. In altera erat lucerna accensa, in altera lac & aqua. Postea populus mittebat tarram, quousq; terra ad summitatem perueniret foraminis, ita moriebantur.

Ritus sacerdotum circa hoc.

Illic sacerdotes cũ vestibus sacerdotalibus, priusquam hoc fieret intrinsecus ante portam auferebant sacra monialibus, & postea egrediebantur portam, sed non poterant vertere caput. Deinde non licebat exire sacerdotem per illam portam per vnum annum, & totus populus ea die in luctu erat.

Via Salaria.

Via extrinsecus Salaria, qua Sabini ferebant salem ex vrbe.

Horti Sallustiani.

Intrinsecus à porta Salaria à sinistris, est vallis longa, vbi fuerunt horti Sallustiani versus ventum Libyn, circumdati pulcherrimis ædificijs, qui fuerunt non modò pomorum, sed etiam propter sumptum, & ornamentum ædificiorum satis amœni. Aquæ subterraneæ manu factæ irrigabant hortos.

Propè portam Viminalem, quæ proxima est portæ Collinæ, coniunguntur duo colles Viminalis, & Quirinalis.

Via Nomentana.

Extra portam Viminalem incipit via, quæ vocatur Nomentana, vbi Viminalis collis à Ioue Vimineo dictus, & Exquiliæ confunduntur, qui sunt duo montes vrbis.

Esquiliæ.

Esquiliæ ab excubandis, id est, excubando, quasi excubiæ, quia Seruius Tullus Rex in vrbe Rom. in eo colle habuit vigilias, propter prædones & alios.

Thermæ Diocletianæ Thermæ Maximiani.

Vbi sunt Thermæ Diocletiani, & Maximiani quæ non fuerunt inchoatæ ab ipsis, sed à veteribus, inter ipsas Thermas à Septentrione fuit templum Quirini.

Alta semita.

Dorsum Quirinalis montis, appellatur alta semita.

Balnea L. Pauli.

In descensu Quirinalis montis versus meridiem, vbi nunc est domus de comitibus, & turris militiæ, fuerũt balnea L. Pauli.

Thermæ Constantini.

In ipso colle Quirinali, erant Thermæ Cõstantini Imp. quæ extenduntur vsq; ad domum de Columna.

Vallis Quirinalis.

Domus Pomponij Attici.

Inter Viminalem & Quirinalem, vallis est, Quirinalis dicta, ibi templum est sancti Vitalis, vbi Romulus ante lucẽ apparuit Proculo, cum ascenderet in cœlum, ibi fuit domus Pomponij Attici.

Puteus Dominæ Probæ.

In eo Quirinali templum est sanctæ Agathæ, & in ipsa valle, non longè à templo sancti Vitalis, est puteus qui dicitur Puteus Dominæ Probæ, nam Proba virgo fecit.

Lauacrum Agrippinæ.

In Ascensu Viminalis collis, versus Septentrionem, est templum sancti Laurentij panis perne. Vbi lauacrum est Agrippinæ matris Neronis, quod lauacrum adornauit postea magna impensa Adrianus Cæsar. vbi nunc sunt moniales.

Turris Mæcenatis.

In via quæ est post Thermas inter orientem & aquilonem, vbi est ascensus, in illa parte eminentiore fuit turris Mecœnatis. Vnde Nero Imp. dicitur conspexisse incendiũ vrbis.

Campus vbi comburebantur cadauera mortuorum horti Mecœnatis.

Sub illa turri, versus septentrionem, est campus Esquilinus

linus, vbi olim comburebantur cadauera mortuorum: cuius tei nidor multum vrbi nocebat. Augustus qui studuit emendare aërem, cōsensu Pop. Rom. & senatus concessit campū Mecœnati, vbi faceret pulcherrimos hortos, nunc appellant campum illum Viuarium, quòd ibi postea detinebant animalia.

Porta Esquilina & Tyburtina.

In hoc campo sunt duæ portæ vrbis, altera Esquilina, quæ est clausa, inde & Tyburtina.

Porta Interaggeres.

Inter hanc portam, & portam Viminalem, erat porta quæ vocabatur porta Interaggeres, quæ nunc est clausa, vbi via erat satis munita.

Arcus Gordiani Imp.

Intrinsecus è regione huius portæ erat Arcus Gordiani Imp.

Puticuli.

Extra portā Esquilinam erat locus, qui dicebatur Puticuli, vbi erant frequentes putei, in quibus condebantur ossa combustorum cadauerum.

Castrum Custodiæ.

Castrum Custodię extra portam erat Interaggeres. Porta sancti Laurentij est in aquæ ductu, & est arcus, & non porta.

Ad vrsum pileatum.

Iuxta portam sancti Laurentij ad dextram euntibus, est templum sanctæ Bimanæ, & sex militum martyrum, qui locus vocabatur antiquitus ad Vrsum pileatū, quòd ibi fuit imago vrsi habentis pileum in capite.

Duo trophæa.

Post ecclesiā sancti Iosephi, est pars ædificij diruti, vbi sunt duo Throphæa, id est, spolia hostium, alterum habet thoracem cum ornamentis & clypeis, & aureimaginem Victoriæ. Alterum habet instrumenta omnia ad pugnandum, & clypeos, & habet vestes.

Prope triuium vnam ad sanctum Ioannem. Aliam ad sanctam crucem, aliam ad sanctam Mariam.

Vbi est Ecclesia sancti Viti, est arcus dirutus cum monimeoto Galieni Imp.

Templum sanctæ Mariæ Maioris est in Esquilijs.

Ruinæ Thermarum Titi.

Post ecclesiam sancti Martini versus orientem, sunt ruinæ Thermarum Titi & Vespasiani.

Capotiæ.

Cisternæ Thermarum Titi, vocantur nunc Capotiæ, id est, capaces aquarum.

Thermæ Philippi Imp.

Post Thermas Titi inter Aquilonem & Eurum, sunt Thermæ Philippi Imp. pòst est vallis inter Esquilias & Cœlium montem, quę ducit ad portam sanctę crucis, quę est pars aquæductus.

Esquiliæ.

Esquiliæ incipiunt à templo sancti Petri ad Vincula, & protenduntur vsque ad ecclesiam sanctæ crucis. Inde ad Thermas Diocletiani, illic vsque circumeundo, includit ecclesiam sanctæ Mariæ Maioris, prope quam erat Basilica strenui Romani Sicinini, & sanctæ Praxedis, vsque ad sanctum Petrum ad vincula.

Cœlius mons. Ioannes Lateranens.

Cœlius mons incipit ab ecclesia sancti Ioannis Lateranensis: dicitur autem à familia Lateranorum ciuium Romanorum.

Porta Cœlimontana.

Porta sub S. Ioanne appellatur porta Cœlimontana.

Via Campana.

Via Campana extra portam est.

Latitudo Cœlij montis.

Finit mons Cœlius vbi est ecclesia sancti Gregorij, & est magni ambitus, & includit ecclesias quatuor Coronatorum, sancti templi rotundi, Sancti Ioannis & Pauli. S. Petri, Marcellini in radicibus montis Cœlij, qui mons à quodam Cœlio Vibenno, qui præstitit auxilium Romanis, dictus est: supra est quadruuium inter Cœlium & Esquilias. Post templum sanctæ Mariæ in dominica, siue in nauicula, vbi est nauicula marmorea propè est ecclesia sancti Thomæ, sancti Stephani rotundi: sunt istæ tres ecclesiæ in Cœlio monte, ducta via à sancto Ioanne Lateranensi versus aquæ ductum.

Porta Metrodori. Cœliculus.

Inter portam Cœlimontanam & portam in via Latina, est porta quæ appellatur Metrodori, clausa nunc: & ille mons parui ambitus qui est post Cœlium montem ad orientem, appellatur Cœlius minor, id est, Cœlicolus, eius meminit Martialis.

Regio portæ Capenæ.

Regio portæ Capenæ, est post Cœlium montem & Auentinum vsque ad radices, & ascensus vsq; ad sanctum Ioannem.

Porta Capena via Appia.

Porta sancti Sebastiani vocatur porta Capena, & extrinsecus via, vocatur Appia. quæ est regina aliarum viarum, ducit vsque Brundusium.

Via noua. Thermæ Antonini.

Ista via priusquam peruenias ad ecclesiam sanctorum Nerei & Achillei & Xisti, vocatur Via noua, quæ ducebat ad Thermas Antoninianas, quæ fuerunt Antonini Caracallæ, quæ Thermæ sunt à dextris, post ecclesiam sancti Nerei & Achillei.

Fluuiolus.

Fluuiolus qui oritur longius ab vrbe XII. millia passuum in agro Mariano, rigat radices montis Auentini, & ingreditur Tyberim.

Auentinus.

Auentinos ab auibus dictus est, & incipit à flumine. magnum habet ambitum, & extenditur vsque ad mœnia, vbi est porta sancti Pauli.

Ambitus Auentini.

Mons Auentinus, est longior & latior, habet ecclesias multas, ad occidentem, supra Tyberim habet ecclesiam sanctæ Sabinæ, Alexiæ, Mariæ in medio, sanctæ Priscæ, ad orientem prope finem longitudinis, sanctæ Barbinæ.

Pyramis Cestij epulonis.

Prope portam sancti Pauli, extra quam via est, & appellatur Hostiensis, est Pyramis quadrata, sepulchrum cuiusdam Caij Cestij epulonis.

Cursus equorum.

Campus cis portam sancti Pauli, post Auentinum, est campus vbi hodie fit cursus equorum.

Mons testarum.

In medio surgit collis, vbi fuerunt figuli, & ipse collie factus ex fragmentis vasorum fictilium. Aliæ figlinæ erant extra portam Viminalem à dextris, vbi surgit collis cuiusdam materiæ.

Horrea Pop. Rom.

Post Auentinum montem, versus meridiem supra Tyberim, planicies magna, vbi erant CXL. horrea, quæ seruabant triticum Romani pop. & erant longa, & magna.

Pons Sublitius, postea Pons Aemilius dictus.

Sub Auentino monte est pons, qui olim appellabatur Sublitius, erat enim ligneus quia sublicæ intelliguntur magnæ arbores, postea ab Aemilio prætore factus est lapideus, & appellatus Aemilius.

Templum Matutæ Leucothoes.

Parua ecclesia rotunda supra Tyberim, dicitur sancti Stephani, olim fuit Matutę Leuchothoës, id est, albæ deę, hoc est, deæ matutini temporis.

Templum Herculis.

Post muros ædificiorum scholæ Grææ, statim non longe fuit templum Herculis in foro Boario rotundom, cum multis antiquitatum vestigijs, & dirutum tempore Xisti. IIII.

Circus Maximus, Ara maxima.

Non longe ab hoc templo versus Auentinum montem, fuit alrum templum, appellatum Ara maxima: supra hoc templo ad orientem, circus est Maximos, circundatus columnis cum epistolijs aureis, id est, columnis & statuis.

Duo obelisci magni.

Paoimentum Circi fuit ex crisocolla. Est autem crisocolla dura materies quæ nascitur post quàm aurum effossum

fossum est, ex auro retinet colorem, in cætero est lapis. In hoc circo fiebant ludi: vbi erant duo magni obelisci, quorum alter maximus omnium, qui sunt in toto orbe. Est autem hic circus inter Palatinum montem & Auentinum.

Mons Palatinus.

Mons Palatinus habet in circuitu mille passus: & fuit prima sedes Pop. Rom. & primus locus habitatus, & sedes Imp. ibi constituta (propterea quòd Hercules in eo monte hospitio fuit exceptus ab Euandro rege) ferebatur.

Palatium.

Palatium appellatur à Palanto vrbe Arcadiæ, vnde Rex Euander venit.

In eo monte fuit sedes Imp. Pop. Rom. propter quam causam, vbicunque est sedes magni principis, Palatium appellatur, sed malum omen est Imp. Rom. quòd propria sedes est inhabitata.

Duo Iani.

In foro Boario duo Iani, id est, logiæ vbi recipiuntur mercatores, & habet in se quadruuium vnus Ianus qui extat, hæret ecclesiæ sancti Georgi.

Velabrum.

Non longe hinc inter Auentinum fuit Velabrum, ita dictum, quod cum locus esset paludinosus, homines qui volebant transire in Auentinum, ferebantur cymbula, & soluebant stipem. Pecunia autem quæ soluitur nautis, velatura appellatur, vnde Velabrum.

Sinus Tyberis.

Sub Capitolio Tyberis inferebatur sinus, qui pertingebat radices Palatij, vbi nunc est ecclesia sancti Theodori.

Romulus & Remus expositi.

In eo spatio propè fuit templum, & ibi expositos Romulus & Remus in alueolo, id est, scypho ligneo, ibi fuit ficus Ruminalis, nominata à rumine Lupæ, est autem ruma mamma.

Lupercal.

Supra in Palatio è regione istorum locorum fuit Lupercal, hoc est, mansio Lupæ, quæ nutriuit Romulum & Remum. Erat autem Lupercal antrum prope tres columnas.

Templum Castoris & Pollucis.

In fine fori Romani fuit templum Castoris & Pollucis, prope quendam paruulum fontem.

Mons Tarpeius.

Tarpeius mons diuiditur in colles duos, in Capitoliũ & Arce. In medio erat vallis, in qua fuit Asylum, ad quod confugientes tuti erant.

Asylum.

Est autem Asylum templũ inuiolabile, & ibi fuit templum Veiouis.

Templum Iouis magni.

In Capitolio fuit templum Iouis magni Capitolini quod erat quadratum quoquo versus pedes. C. altitudine CL.

FINIS.

IO. BARTHOLOMAEI MARLIANI PATRICII MEDIOLANENSIS, DE ANTIQVÆ ROMÆ TOPOGRAPHIA EPITOME.

LIBER PRIMVS.

DE SITV VRBIS. CAP. I.



RIVSQVAM ad ædificiorum vrbis declarationem aggrediamur, pauca quædam de situ ipsius attingenda sunt. Ab ipso igitur deorum immortalium domicilio (à quorum inuocatione ordiri poetæ in re ardua & difficili consueuere) auspicabimur.

Capitolinus mons qua parte latissimus est, 400. non excedit pedes: longitudo autem occasum æstiuum versus. 1500. Habet autem vtrunque cornu in hemicycli formam, & in orbem 7. fermè stadia continet.

Ab hoc secundum longitudinem, conualle eiusdem, vel paulò amplioris latitudinis disterminatur Palatinus mons, quadrangulum constituens 1200. passuum, laterum inæqualium: quippe quorum vno 600. pedum, Capitolino imminet: secundo 700. pedũ in ortum æstiuum vergit: tertio duplici propè longitudine, hyemalem ortum Cœliumque montem respicit: quarto cæteris omnibus maiore, circum Maximum continet, eque regione Auentinum spectat. Ad secundum eius latus planicies à capite fori Romani ad extremam collis Quirinalis partem, in Suburram vergentum 500. pedum est. Longitudo autem propè mille passibus, ab vtraque fronte inter Capitolium, forum Neruæ, Cœlium montem, itemque ab eodem Cœlio & Palatino, Suburra & Esquilijs, ad sancti Marcellini vsque ædem constat. Altera planicies ad alterum Capitolij cornu, apud Marcelli theatrum, ab ipso monte ad Tyberim in 500. pedes extenditur, moxque e regione conuallis, ex obliquo fluuij cursu, Auentinique à Palatino recessu, latius diffusa, inter eosdẽ deinde montes coarctatur, vsque ad Cœliolum & portam Capenam ipsam, tantum via Auentino à Cœliolo dirempto: mille quoque passuum longitudo est, à dextra Tyberim & Auentinum, à sinistra Capitolium, Palatinum, & Cœlium habens.

Sequitur Cœlius à Palatino distans planicie, pyramidis formam ita constituente, vt basis 500. pedum prope Amphitheatrum sit: ab eodem vero etiam via Appia disterminatur, apud circum Maximum, quæ ad portam Capenam tendens, à sinistra vallem relinquit latitudine 600. pedum, inter Cœlium & Cœliolum, longitudine ad stadia quatuor extensa, moxque ad stadium mœnia, quæ in Asinariam vsque portam cum Cœlio iunguntur. Hic igitur inde ad quatuor stadia secundum vrbis muros in ortum æstiuum fertur. Hinc muri occurrunt à fronte ad stadia duo, ad portam Næuiam vsque, vnde redeuntibus in occasum æstiuum Labicana via ab Esquilijs dispartitur: mox à fronte apud sanctum Marcellinum sese offerens, ad Amphitheatrum vsque progreditur: nulla denique certa forma 2500. passuum ambitu constat. Cœliolus porrò ea qua diximus valle, viaque Appia, & ab ortu æstiuo ac hyemali, mœnibus vrbis clauditur. 1000. propè passuum ambitu.

Auentinus, duos montes complecti videtur: cuius pars ad Tyberim latior, parique forma secundum longitudinem à Tyberi ad mœnia, mox prope portam Hostiensem scinditur obliqua via ad circi Maximi & Cœlij montis angulum

angulum ducente: alteramque eius partem, à dextra diuisam à Cœlio via Appia vsque ad Capenam portam relinquente. Ambitu fuit stadiorum 18. Dionys. quoque attestante, ab occasu hyberno campũ habuit amplissimum, quatuor laterum inæqualium meridiem versus stadiorum fermè sex in occasum quinque paulò minori in ortum spacio: quatuor autem stadijs Tyberim respiciens.

Esquiliæ à meridie via Labicana, ab occasu æstiuo, valle inter Cœlium, Palatinum, & ipsas Esquilias posita, separantur à Septentrione Suburra, à Viminali colle Patricius vicus vsque ad thermas Diocletiani dirimunt, ambitu quidem circiter 4000. passuum, nulla certa fama, vt non ab re Varro & duos esse montes putet, & in plures partes diuidat.

Viminalis ab occasu Quirinalem respicit, interiacente circa stadium Suburra plana: à septentrione vallem habet Quirinalem, inter eosdem colles, 4. iugerum latitudo, stadiorum vero duorum cum dimidio longitudine. Mox cum Quirinali & Esquilijs, vsque ad mœnia continue fornicum frequentia, æquatis montibus iungitur, ambitu 2500. passuum oblonga forma, latitudine varia.

Quirinalis à sinistra, rectà à turri Militiarum ad stadia quatuor, planam vrbem ad occasum pertinentem despicit, dextra vt ex iam dictis liquet, Viminali exposita. Tertio latere septentrionem versus, stadijs sex ad Hortulorum collẽ. Interiacet vallis latitudine quatuor iugerum, ad portam Salariam propè extensa. ambitum habet passuum ferè 3000.

Proximus est Hortulorum collis, quanquam extra antiquum vrbis pomerium situs: valli autem Martiæ, inter se & Tyberim iacenti, ad tria stadia incumbit: longitudine à porta Flumentana ad Collinam, secundum vrbis muros, cæteris lateribus 1000. pass. productiore: ambitu stadiorum plus minus octodecim.

Superest Ianiculus mons, Transtyberinæ regionis, vltra dimidium intra mœnia non continetur, à Vaticano quidem campo ad tria stadia in meridiem extensus, flumini adiacet: reliqua eius parte muris clausa, ad quinque stadia.

Porrò supra Vaticanum campum, eiusdem nominis collis, duo cornua porrigit, ad Ianiculum alterum, alterum aquilonem versus, arcu maximè intenso, cuius conuexum mille passus complectitur.

Iam planiciem percurremus, quæ à Capitolio inchoans ad portam Flaminiam nunc terminatur ab ortu æstiuo, seu septentrione, octo propè stadiorum curriculo Quirinali Hortulorumque colle septa: ab occasu spacio propter ripas maiori paulo, Tyberi alluitur. Cæterum rectà linea à colle Hortulorum, qua Domitiani Naumachiæ imminet, ad ripam Tyberis, è regione molis Hadriani, duobus stadijs deducta, quatuor laterum inæqualium, 3000. passuum amplius capax: quadrangulus cõstituetur: relicta etiam extrà valle Martia, quanta est inter Hortulorum collem, mœnia vrbis, & Tyberim, arctata eius subinde magis magisque ad Flamineam portam latitudine.

Superest Transtyberina regio, quæ vnà cum Ianiculo ambit pass. circiter 3000. Ex ipsius autem Tyberis cursu facilius obseruabitur, qui vrbem ingrediens: ad dextram portæ Flaminiæ per Martiam vallem defertur, moxque sensim à septentrione in occasum conuersus, hemicycli formam constituit, cuius conuexu Vaticanus, cõcauum, Martius campus existit, infra autem Hadriani molem ad pristinum cursum reuersus, ad primas Auentini radices vsq; in meridiem obliquo cursu, haud lõgè à Portuensi porta vrbem egreditur.

Hactenus de vrbis, regionisque eius situ & forma, vsq; adeò mutatis hodie, vt vetustæ illius vix reperire vestigiũ liceat.

De vrbis Romæ conditoribus, Regibus, atque cultoribus. Cap. II.

VRbem Romam in occidente ad Tyberim conditam, centum & viginti stadijs a mari distantem, Siculos primum inhabitauisse constat. Aborigines deinde, Arcadiam deserentes, duce Oenetrio Lycaonis filio, in hanc plagam deuenere, lociq; fertilitate allecti, Siculis expulsis, locum occupauere. Postea Pelasgi, Græci cum Thessalis Aboriginibus aduersus finitimos auxilium ferentes, in his sedibus ipsi quoque (volentibus Aboriginibus) permanserunt, ad bellum vsque Troianum: seruata tamen Aboriginum, vt qui priores regnum armis occupassent, appellatione. Longo post tempore Saturnus Creta à Ioue filio expulsus, in Italiam fugit. Ibi Ianum Aboriginum regem, vinearum ac falcis vsum docens, partem regni ob hoc beneficium à Iano dono accepit: defuncto Iano solus regno potitus est. Arcades deinde Palantio vrbe relicta, Euãdro ductore, alias sedes, patriæ pertesi, quęrentes, in locum vbi nunc Roma est, delati, à Fauno rege Aboriginum portionem agri accipientes, castellum in colle haud procul à Tyberi ædificant, Palantiumque, ob patriæ vrbis à se relictæ memoriam, nominant. Post hoc Peloponnenses, Phaneti, Epij, vastata prius Elide eorum patria ab Hercule, ab eodem abducti in Italiam, in monte Saturnino sedem posuerunt: vixerunt hi aliquandiu suis legibus, moribusque, donec victi ab Aboriginibus, ab ijsdem in ciuitatem communem accipiuntur. Latinus deinde Fauni filius regnauit: Donec Aeneas Anchisæ filius, post Ilij deuastationem cum socijs Troianis in Italiam varia fortuna vexatus, fatis volentibus ad Latinum venit. Eiusque filia Lauinia vxore accepta, in societatem regni à Latino adoptatur. Iunctis igitur Aboriginibus Troianisque, communi nomine Latinos vocauit. Aeneas à Turno, quòd Lauiniam sibi prius promissam vxorem duxisset, bello prouocatus, Aeneas victor singulari certamine Turnum occidit. Quo tempore etiam Latinus Aenea genero regni hærede relicto, obijt. Aeneas à Mezentio Hetruscorũ rege aliquot annis pòst interfectus, Ascanius filius eius regno succedit. Hic Lauinio Albaque oppidis extructis, è viuis decedens, Syluio fratri regnum dedit. Post hunc sequuti sunt reges, Aeneas Syluius, Latinus Syluius, Alba, Atys, Capys, Capetus, Tyberinus, Agrippa, Romulus, Auentinus, Procas, Amulius. Hic regnum quod Numitori fratri propter ætatem debebatur, fraude occupauit. Et ne vindex regni ex fratris genere oriretur ac ipse regno eijceretur. Rheam filiam Numitoris Vestæ sacerdotem consecrauit. Hæc perpetuæ virginitati deuota, à Marte grauida facta, geminos procreauit pueros: Romulum scilicet ac Remum. Amulius igitur hac re cognita pueros exponi iubet. Hij à Faustulo pastore in ripa fluminis Tyberis reperti, inter pastores ab ipsius vxore nutriuntur. Remus vbi ætatem virilem est adeptus, captus à prędonibus, perductusq; ad Amulium patruum regem. Accusatur, vt qui Numitoris greges abigere solitus sit. Itaque Numitori traditur, vt ipse de eo pro arbitrio pœnas sumat. Verum Remus multis sermonibus vicissim habitis, & signis cognitis, nepos Numitoris ex filia agnitus est. Superuenit & Romulus cum Faustulo, auxilium fratri Remo laturi. Coniuratione igitur facta, ex inopinato Amulium obruunt atque obtruncant, regnumque patruo Numitori restituunt. Anno Numitoris regno secundo, Romulus & Remus vrbem Romam in eo loco vbi expositi fuerant (anno à capto Ilio quadringentesimo trigesimo secundo, ad XII. Cal. Maias) condiderunt. Exorto postea bello inter Romulum ac Remum de imperio, Remus occiditur, Romulus ciuitati ac ciuibus Romanis nomen dedit.

De forma ac magnitudine vrbis Romuli. Cap. III.

ROmulus vrbem quadratam designauit, vt autor est Plutarchus: Vnde Quadrata à quibusdam appellata est. Alij formam & ambitum incertum & ob vetustatem hodie incognitum affirmant. Palatinus mons primum à Romulo, quòd in eo educatus foret, munitus fuit. Ad huius radices pomerium institutum. Postea Capitolium, & Romanum forum additum.

Vrbs designari cœpta est à foro Boario: inde certis spacijs interiecti lapides, per ima montis Palatini, ad aram Consi: mox ad Curias veteres: tum ad sacellum Larium,

forumque Romanum meta ducta, mœnijs locus, & vrbi spacium designatum fuit.

T. Tatius à saxo Carmentali, ad viam quæ non longe abest à Tyberi: inde in meridiem, vsque ad circi Maximi partem extremam: hinc in ortum æstiuum, ad forum Neruæ murum duxit: & tandem coniunxit cum altero cornu Capitolij, Capitolium ipsum & Palatinum inclusit. Addidit postremo ad vrbis magnitudinem etiam montes Quirinalem, & Cœlium.

De Portis vrbis Romuli. Cap. IIII.

ROmulus vrbem Romam post se reliquit tribus portis patentē, Carmentali, Romana, & Pandana: Alij quartam addunt Ianualem.

Carmentalis à Carmenta Euandri matre, cuius fanum Carmentale ante portam fuit, nomen accepit. Hæc sub Capitolio à dextra, inter saxum Tarpeium, & Tyberim, è regione ædis D. Catherinę, versus circum Flaminium sita fuit. Huic postea Sceleratæ nomē fuit, quod extra portam hanc in æde Iani s. c. de mittendis trecentis Fabijs ad Cremeram factum sit. Qui per hanc portam egressi, omnes ad Cremeram sunt interfecti.

Romana à Romulo sic dicta: ædificata est in hortis ædis D. Mariæ nouæ, non procul ab angulo Palatini, in infimo clino Victoriæ. Hanc postea Mugoniam, à boum mugitu appellatam alij affirmant: alij Trigoniam à tribus angulis nominant.

Pandana, sic vocata, quod rebus in vrbem Inferendis pateat. Eidem Liberæ & Romulidæ nomen fuit. Locum illi dedere vbi Saturniæ veteris & dirutæ vrbis Saturnia porta stetit.

Ianualis à Iani fano, quod haud longe distat nomē traxit. Constituta ad radices collis Viminalis.

De vario ambitu, & mœnibus vrbis. Cap. V.

CVm Romani finitimis Italiæ populis subinde bellum inferrent, ab illis illatum à se depellerent. Vnde plerumque bello superiores, victos in ditionem suam redigentes, ciuitate tandem donabant, accidit vt vrbs à Romulo condita, tantam multitudinem non caperet. Tullus igitur Sabinis Albanisq; deuictis, Cœlium montem, & Esquilias vrbi addidit, & ciuitatem ampliauit. Politorio deinde capto, & multitudine Romam traducta, Ancus secundo ciuitatem auxit, montem Auentinum nouæ multitudini concessit. Veteres itaque Romani Palatium, Sabini Capitolium, Albani Cœlium, noua multitudo Auentinum inhabitabāt. Postquam & Latini in ciuitatem sunt accepti, Ianiculum quoque (traiecto Tyberi ponte Sublitio) vrbi adiunxere, Quiritium fossa vrbis planioribus locis circumducta. Sic regio Transtyberina vrbi coniuncta, ciuitatem fecit ampliorem, augustioremque. Postremo Ser. Tullius collem Viminalem & Quirinalem supradictis quinque collibus addens ciuitatem ampliauit. Tarquinius Superbus, ciuitatem prius rudentibus, vilibusque structuris munitam, muro ex lapidibus primus inclusit. Atque ijdem muri qui hodie quoque sunt, à posteris in antiquorum fundamentis sunt restaurati. Verum antiqua vrbs dum floreret maximè longè ampliores terminos habuit. Nam Plinij tempore, totus ambitus muro compræhensus, passus continebat circiter mille XX. Nostro tempore vix XIII. millia pass. complectitur. Totius vero ciuitatis, id est, omnium ædificiorum, quæ etiam circa murum extrinsecus erant latè diffusa, quæ tamen sub ciuitatis nomine comprehensa, ambitus Plinij tempore erat mille pass. L.

De vrbis pomerio. Cap. VI.

SPacium quod intra extraque mœnia neque arari, neq; habitari fas est, pomerium dicitur. Aliquando etiam pro totius vrbis ambitu ponitur. Pomerium sæpe à Romanis imperatoribus propagatum, atque mutatum est. Neq; cuiquam id concedebatur, nisi qui Imperio Romano aliquid adiecisset, aut ciuitatem ingenti aliquo beneficio affecisset, vt Claudius Imp. & alij complures. Quemadmodum vero Imperij certos limites Rom. nō habuere, sic nec ciuitatis, nec pomerij certi fines erant constituti.

De Portis Romæ antiquis quæ hodie non extant & quæ extant. Cap. VII.

QVemadmodum vrbis & pomerij termini sæpe sunt mutati, ita portæ quoque aliæ dum muri extenduntur intra vrbem relictæ, nomenque amisere: aliæ omnino vetustate collapsæ, nomine manente, locus ignoratur: aliæ nouæ factę, nomen quoq; nouum sunt adeptę, aliquę nomen retinuerunt: aliquæ locum mutarunt, antiquo etiam nomine retento, aliæ duo habuèrunt nomina aliæ plura. Fuerunt autem hæc ferè portarum nomina.

Flumentana, siue Flaminia.
Quirinalis, siue Agonensis, vel Collina.
Numentana, siue Viminalis.
Ianualis, siue Sabiusa, quæ in Sabinos ducebat.
Esquilina, siue Taurina.
Næuia, siue Labicana.
Capena, siue Appia.
Cœlimontana, siue Asinaria.
Tergemina, siue Hostiensis.
Portuensis, siue Naualis.
Ratumena, siue Vientana.
Triumphalis, siue Vaticana.
Carmentalis, Mugonia, Pandana, Querquetulana, Raduscula, Saginalis, Sancualis, Collatina, Interaggeres, Tyburtina, Gabiusa, Latina, Aurelia, Catularia, Laurentia, Fontinalis, Lauernalis, Ferentina, Minutia, Salutaris, Mutia, Piacularis, Prænestina, Libitinensis, Valeria, Tarpeia, & Ferentina.

Flumentana porta dicta est à flumine Tyberi, nam in ripa eius fluminis haud procul à ponte Xisti principio est constituta in fine viæ Latæ, ad principium viæ Flaminiæ. Postea in eum locum vbi nunc est translata. Flaminia, deinde à via Flaminij appellata. Nunc Populi porta dicitur. Sita est autem in colle Hortulorum.

Collatina, à Collatia oppido, quod haud longe à Roma distat, habet nomen. Nunc Pinciana, à Pincio senatore quodam nomen seruat. Hæc quoque in colle Hortulorum consistit. Distat autem à Flumentana passus mille.

Quirinalis à Quirini sacello nomen traxit: aut quod olim euntibus in collem Quirinalem hàc iter fuerit. Hæc & Agonensis, quasi ἄγωνος, id est, sine angulo dici videtur: Deinde Collina: Postremo Salaria, quod sal per eam in vrbem ferretur est vocitata. Hoc nomen etiamnum retinet. Abest hæc à Collatina stadijs sex.

Viminalis à Quirinali recedit quinque stadijs: sic nuncupatam ferunt, à viminum sylua quæ olim isthic fuisse creditur: Vel, à fano Iouis Viminei. Hæc & Ficulensis à figlinis quæ extra ipsam fiebant est dicta. Nunc S. Agnetis & Numentanam vocant.

Interaggeres, sita in campo Viminali inter portam Viminalem & Esquilinam, à Tarquinij aggeribus, inter quos ædificata, nomen sortita est.

Tiburtina, inter Esquilinam & Numentanam, ita vt duodecim stadijs distaret ab Esquilina constituta, in campo Esquilino, in aquæ ductu aquæ Mariæ.

Esquilina, ab Esquilijs denominata. Eadem olim Taurina ab antiquis à capite tauri illic inuento dicta. fuit nanque longo post tempore caput tauri in fortispicio interiori depictum. Hodie porta S. Laurentij vocatur.

Næuia à propinquis nemoribus nomen traxit. Olim etiam Labicana, nunc Maior appellatur. Fuit & arcus eodem nomine, & eodem loco à veteribus Romanis instructus.

Cœlimontana à Næuia octo stadijs distans, à Cœlio monte, in cuius margine est facta, sic cognominatam nominis ratio probat. Hæc & Asinaria ab asinis dicta est: qui per eam Neapolim mitti consueuerūt. Hoc tempore portam S. Ioannis vocant.

Gabiusa, ad Cœlium montem extructa, versus ortum hyemalem à Gabiorum ciuitate, versus quam spectat, nomen esse inditum est verisimile.

Metrodij à mensura nomen accepit: distat à Cœlimontana stadijs circiter quinque.

Latina a Gabiusa abest quique stadijs. Sita non procul ab æde

abæde S. Ioannis Baptistæ. Ita vero dicta, quòd Latium versus euntibus præbeat iter.

Capena à Capenatibus populis Latinis ad quos spectabat eo nomine appellatur. Hæc etiam Camœna à luco & Camœnarum æde, ante eam portam ædificata nomen retinet. Et Appia, à via Appia vocatur. Hanc viam muniuit Appius censor, à quo etiam nomen accepit. Triumphalem quoque nominant: quod triumphantes per eam pompam ducant. Fontinalis etiam à quibusdam dicitur: à fontium vbertate. Hodie porta S. Sebastiani vocatur.

Tergemina à vetusta porta eodem nomine, sibi idem adaptauit. Per hanc contra hostem egressi Tergemini, qui & portæ nomen primum dederūt. Huius portæ quædam adhuc vestigia iuxta Salinas cernuntur.

Hostiensis, quod ad Hostium ciuitatem mittat, ita nominare placuit antiquitati. Nunc portam S. Pauli vocāt: Distat à Capena stadijs fermè octo.

Portuensis Transtyberina porta est, à flumine Tyb. dimidio distans stadio. Ideo sic dicta, quia ad Hostiensem portum ducit. Hodie portam Ripæ vocant.

Aurelia Ianiculum versus est. Distat à præcedenti stadijs fermè septem. Hac ætate S. Pancratij portá appellant.

Aelia ab Aelio Hadriano ædificata, ab eodem nomen sumpsit.

Septimiana à Septimio Imperatore denominata. Hæc quia Ianiculo subiacet, Subtus Iaon hodie vocatur. Quidam Fontinalem hanc esse asserunt, quia è monte, qui Aureus dicitur fontes scatent: huic monti porta hæc coniungitur: Distat ab Aurelia stadijs quatuor, à Tyberi flumine iugeribus septem.

Hactenus de portis Romanæ vrbis, & earum etymologia.

Turres murorum tercentum & sexaginta numerabantur olim: harum quædam collapsæ, aliæ restitutæ, multæ iam olim ruinam minantur.

Tempus nunc & rerum ordo exigere uidetur, vt relictis turribus ac portis intra mœnia nos conferamus, & ædificiorum quæ intra muros in montana planaq; vrbe ab antiquis exædificata sunt, originem & locum commonstremus. Ac primum quidem à dignissimo deorum omnium terrestri domicilio, nempe Capitolio auspicabimur.

DE VARIIS NOMIMIBVS CAPITOLIJ, LIBER SECVNDVS.

CAP. I.

CAPITOLIVM à veteribus Romanis Saturninus mons vocabatur, à ciuitate quæ sub ipso monte Saturnia nomine in eo loco vbi nunc Roma stat, fuit ędificata. Aut quod Saturnus olim in isto monte habitauerit: Siue, vt alij volunt, quod in Saturni tutela annos ipse fuerit. Hic deinde à Tarpeia virgine (de qua Liuius) Tarpeius mons est dictus. Postremo Tarquinius Priscus in eo monte Ioui templum ædificaturus, cum fundamenta apperiret, caput hominis est in imo repertum, hinc Capitolinū vocarunt. Vnde augures super ea re con...ti, quid capitis inuentio significaret. Responderunt: Arcem hanc, locum fore Imperij. & caput mundi totius. Diuiduntantem montem hunc in Arcem & Capitolium: Arcemq; aquilonem versus, tanquam firmiorem locum ædificant: Capitolium vero ad Tyberim locum natura munitum extruunt.

Capitolij fundamenta quis primus iecerit, quis absoluerit, quoties incensum, & à quibus restauratum. Cap. II.

TArquinius Priscus bello Sabino Capitolium ædificaturum se vouit: at confecto bello postquam iecit fundamentum obijt. Post hunc Tarquinius Superbus ex spolijs captæ Pometiæ edificium ex quadratis lapidibus absoluit. Hoc Roma ob tyrannidem expulso, Horatius Puluillus COS. Capitolium Ioui consecrauit. Stetit itaq; incolume quadringentis & quindecim annis, donec bellis Marianis, Scipione & Narbone Coss. igne consumptū est. Restituit Sylla. Q. Catulus vero consecrauit. durauitq; ad Vitellianum bellū, hoc bello secundo incensum, clausis foribus indefensum, indireptumq; conflagrauit. Restituit Vespasianus, eoque adhuc viuente tertiò igne absumptum, cum ipso Capitolio Vespasianus quoque mortem obijt. Domitianus deinde magnificentius quàm antea vnquam fuisset, supra duodecim millibus talentis insumptis, restituit. Capitolij turres, statuas, ac imagines fulmine tactas sæpe meminere autores.

De templis Iouis Feretrij, Iouis Opt. Max. Iunonis & Mineruæ. Cap. III.

CApitolium Deorū domicilium à Cicerone nimirum eam ob causam appellatū, quod omnium fermè Deorum templa, statuas, atque simulachra contineret. Templorum vero omnium primum Romę à Romulo in bello Cenenensium votum, Iouis Feretrij fuit. Peracto igitur bello, victoria Romam reportata, Templum in vertice Capitolini montis extruit. Feretrium autem Iouem, hinc à Romulo vocatum volunt, quod ei in hoste feriendo, vbi templum vouit, Iupiter tulerit auxilium: Aut quod per eius sceptrum & siliceo iurantes Romani, pacem referrē sint soliti. Tecta huius templi ob vetustatem & Romanorum negligentiam collapsa, restituit Augustus. Ampliauit postea Ancus Martius.

Iouis Opt. Max. templum celeberrimum maximumq; cæteris fuit: Hoc alio nominè Capitolinum vocabant. Vouit Tarquinius Priscus. Post eum Tarquinius Superbus libris quadraginta millibus argenti in fundamentū impenditis, antequam absolueret, regno ob tyrannidem eiectus, imperfectū Romanis absoluendum reliquit, Dedicauit Horatius Publicola. Extructum fuit autem in Capitolini montis crepidine, Tyberim versus, quemadmodum etiam supra indicatum est. De forma, magnitudine, & pulchritudine huius templi vide Dionysium, & alios passim autores qui res Romanas, ipsamque Romam scriptis celebrauere. In vestigio erat fictilis Summanus deus: huius de cœlo tactum caput decidit in Tyberim. Habebat præterea cellam, quam ingredi prophano non concedebatur. In ipsa cella coronę aureæ erant duę: alteram Galli Ioui Opt. Max. consecrarunt: alteram Carthaginenses, ob partæ victoriæ in Samnites congratulationem, Romā Ioui miserunt. Erant insuper sacella in eodem templo tria, scilicet Iouis Opt. Max. in medio, à dextra Mineruæ, à sinistra Iunonis. Et quia Mineruæ numerorum inuentio à veteribus tribuebatur, lex erat scripta vt qui maximus Prætor esset, clauum iuxta eiusdem simulachrū pangeret, vnde annorum numerus cognosceretur. Conflagrauit autem simul totum hoc tam præciosum ædificium bello Vitellino. Nunc locus vbi stetit prophanus est: Cernuntur tamen vestigia etiamnūm, & fundamenta, sed inculta, atque omnia dissipata.

De Saturni templo, Iouis Tonantis, & Iouis Custodis, Fortunæ. Veiouis, Misericordiæ, Iunonis Monetæ, & Iouis templo, Orestis sepulchro, Aerario publico, Domo Manlij, fanoq; Carmentæ. Cap. IIII.

POstquam Iouis Deorum Regis templum quo loco situm, & à quo constitutum, descripsimus, par est deinceps aliorum quoque qui sua domicilia in Capitolio habuerunt meminisse, ac primo quidem de Iouis patre Saturno.

Saturnus antiquitus aram qua itur ex foro in Capitolium secundū viam habuit, ab Hercule in eum locum, vt nonnulli volunt constitutam. Sunt qui ab Herculis comitibus, Saturno templum ædificatum volunt: alij Tatium conditorē dicunt. Verum huius autorum variæ sententiæ hæc poterit esse ratio, quod duo templa Saturno sacra fuisse quidam, sed diuersis locis atq; temporibus excitata confirmant. alterum ad Saxum Carmentæ ante cliuum Capitolinum. (Quo etiam ossa Orestis ab Aritia allata condita fuerūt) alterum in eo loco vbi nunc sancti Saluatoris sacellum est, extructū fuit: vbi adhuc hodie turris apparet, quam vocant in Aerario, & illic omnium primum fuit ærarium publicum Rom. In templo Saturni à Catulo

Luctario dicato, Ianus quadrifrons erat: hic quatuor anni tempora significabat, vnde etiã Ianuario primo mensi nomen est impositum.

Iouis Tonantis templum ad cliuum capitolinum ad ortum brumalem ædificauit primus Augustus. Hic dum noctu in expeditione Cantabrica lectica latus, fulgur lecticá perstinxit, & seruus dux interijt, Hinc Ioui Tonanti hoc templum vouit, & absoluit.

Fortunæ quoque templum haud procul inde ædificatum fuit.

Væiouis templum inter arcem & Capitolium fuit, hac parte vbi hodie Conseruatorum ædes extant. Væiouem auté veteres ideo vocabát, vt cui iuuandi potestas adempta esset: Ei capram sacrificabant: Hic cum sagittas teneret, pleriq; Apollinem esse opinati sunt.

Asylum, id est, Misericordiæ templum in Capitolio fuit, ad lucum opacum, medium inter Capitolium & Arcem, in valle constitutum. Vocatur autem templum inter montium duorum quercetorum. Hoc Romulus constituit, vt quicunque reus illuc confugisset, liber esset. Tiberius postea hunc malefaciendi ansam ratus, irritum fecit. Asylum autem omnium primum Herculis nepotes constituisse dicuntur.

Templum atque Officina Iunonis Monetæ in area vbi olim Manlij domus stetit. Hanc ædem alij L. Furium: alij Cicereium prætorem; Ouidius à Camillo votam refert. Moneta autem à monendo dicta, quod ex eo loco vbi postea ædis constituta, vox Iunonis de clade à Senonibus futura monentis sit audita. Hoc loco nunc Senatoris Romani domus est.

Iani Custodis arcis Capitolinæ, templum eo loco, vbi hac ætate facinorosorum custodiæ sunt & carcer, versus occasum hyemalem, è regione fori Romani fuit. Ianum autem in Capitolio bifrontem Romulus & Tatius, quasi duorum populorum imaginem effinxerunt. Alij propter solertiam prouidentiamque bifrontem pictum volunt. hic enim primus coronam, rates, nauigandi artem, & æneum nummum, aliaque multa reperit. Ab eundo Ianus dictus, quod hic cœlum cæteraq; omnia vertat. Idem & Vertumnus eadem de causa vocatus est. Veteres vnum, posteritas plures credidit fuisse Ianos.

Iouis Custodis templum Domitianus regno accepto exædificauit, seq; in ipsius dei sinu constituit. Fuit in eo loco vbi hodie Salinæ sunt, prope Iani templum.

De templis deorum incertam sedem nunc habentibus in Capitolio. Cap. V.

INter deos quibus in Capitolio certus locus vbi fuerit designatus ignoratur, primus est Terminus, vt cui in toto orbis terrarum nullus sit locus proprius constitutus. Erat autem Terminus lapis rudis atq; informis. Huic Tatius templum primus vouit: alij Numam volunt dedicauisse: vtcunque sit, antiquum admodum fuisse, vt in sequentibus facile colligitur, dubium non est. Cur vero in Capitolio veteribus deus fuerit existimatus, hæc causa fuit. Cũ Tarquinius Superbus Ioui templũ ædificare decreuisset, cõsuluit Augures de loco, ne quid inauspicato ordiretur, Indicant Tarpeium. At hic locus iam antea à dijs occupatus, quorũ illic sacella erát sacra. Hi igitur vt Ioui cederent sacrificijs euocandi, & in alium locum transferendi. Dij omnes libenter Ioui deorum regi loco cesserint, solus Terminus locum dare recusauit: itaq; remansit. Templũ vbi absoluit, prima tecti pars quę lapidé spectabat, nuda apertaque relicta, vt qui deus includi nec debeat, nec possit. Augures igitur ea de re consulti, quur Terminus omnibus abeuntibus solus cum Ioue mansisset: Respondent, æternum cum religione imperium significari. Huic non nisi sub dio sacrificabatur, & publicè, vt qui finium deus custosq́ue esset. D. Augustinus, Martem quoque & Iuuentutem eum Termino Ioui cedere noluisse testatur, quod Imperium Romanum nullos haberet terminos, neque vlla labefactaretur senectute.

Menti, & Veneri Erycinæ Attilius, & Q. Fabius Maximus duumuiri ædes in Capitolio, vnico canali diuisas dedicauerunt.

Iunoni Reginæ bello Ligurtino Cn. Flaminius templum In Capitolio vouit.

Opi vero Tatius Rex templum consecrauit, quòd hæc terra dicatur, quæ quidẽ terra mater rerum omnium est, quum omnia procreet, in seque resumat. Eadem Ops etiam Maia, Fauna, & Bona dea vocatur. Hoc templum de cœlo tactum scripsit Liuius.

Marti Vltori templum extruxit in Capitolio Augustus in colle Saturnino.

Fidei in eodem Attilius Colatinus templum dedicauit.

Saluti, Concordiæ, Libertati, Victoriæ templa in Capitolio extruxerũt. Licet Concordiæ etiam in vrbe multa templa fuerint.

Fortunæ Primigeniæ, & Obsequenti, Tullus templum dicauit.

Veneri Caluæ in Capitolio templum posuerunt in memoriam matronarum Romanarum & laudem sempiternam, vt quæ capillos vltro dederint vt tormenta ex illis bello gallico contra hostem conficerentur.

Ioui Sponsori ædem posuit Tarquinius Superbus, dedicauit Sp. Posthumius.

Ioui Pistori item in Capitolio templum antiqui consecrarunt Romani.

De statuis quæ in Capitolio olim fuere, vel etiamnum sunt. Cap. VI.

STatuarum priscis temporibus varia erant genera, & ex varia materia conflata. aliæ nanque marmoreæ, aliæ argenteæ, aureæ aliæ. Harum plurimæ in Capitolio, varias ob causas & in genus humanum beneficia dijs immortalibus sunt erectæ, longoq́ue tempore cultæ atque obseruatæ. Viris item claris & bene de Rep. meritis mos fuit antiquis statuas in templis, quæ alijs ad virtutem stimulum adderent, constituere.

Ioui in Capitolio statuam Sp. Caruilius, deuictis Samnitibus, sumpta magnitudine effigieq́ue à statua Iouis Latiarij in templo posuit. Hanc à fulmine tactam meminit Florus. Idem & Ioui Tonanti statuam erexit.

Victoriæ in templo Iouis Op. Max. & Fidei statuas singulas posuerunt prisci Romani.

Nemesi in Capitolio statua constituta, quod hæc dea superbos, & perfidos vlciscatur. Eadem à Rhamnunte vico Attico, in quo colebatur, Rhamnusia: Et Adraste ab Adrasto qui primus ei templum extruxit, est dicta.

Herculi ob insignes res gestas plurimas in Capitolio statuas erexerunt. Vnam P. Sulpitius, & P. Sempronius. Aliam Q. Fabius Maximus attulit à Tarentinis deuictis.

Euentus boni, & Fortunæ bonæ statuæ Praxitelis opera in Capitolio fuere.

Appollinem diadematum, eiusdemq́ue Colossum, cubitorum triginta, centum & quadraginta talentis in eo insumptis, Lucullus ex Apollonia Ponti in Capitolium transtulit.

Iani simulachrum in Capitolio trecentorum in dextra, sexaginta quinq; numeros, qui anni dies significent, in sinistra tenens.

Castoris & Pollucis statuæ aureæ duæ à D. Claudio in templo Iouis sunt dicatæ.

Nili & Tigris fluminum seminuda sunt simulachra ante Conseruatorum ædes collocata: Alterum Sphinga, alterum tygridem animalia humeris habent: Vtrunque cornucopiæ in sinistra, quod rerum affluentiã significat tenet.

Herculis

Herculis simulachrum nudum, æneum, auro perfusum, imberbe, dextra clauam, sinistra Hesperitum aurea mala habens, prope scholam Græcam, & forum Boarium in ruina aræ maximæ est repertum.

Sunt etiam simulachra quædam parietibus inclusa, ex æde sanctæ Martinæ triumpho Parthico Dacicoque sublata.

Statuæ Viris illustribus in Capitolio constitutæ. *Cap. VII.*

SCipioni statuam chlamyde & crepundijs indutam, ob Antiochum victum, in perpetuam rerum gestarum memoriam, in Capitolio erexerunt.

Syllæ pedestris statua in Capitolio constituta.

Aemilio Lepido adhuc puero, quia hostem in acie vicisset, ciuemque liberasset, statua est à populo Rom. extructa.

Metellum vero ideo quod Palladium ex æde Vestæ incensa eripuit, hoc honore vt superiores affecerunt.

Corneliæ Gracchorum matri, quòd in annonæ caritate frumentũ asibus præstitisset, statua posita beneficium rependerunt. Sic & Trebio Aedili.

Fabius Maximus sibi conflauit statuam & iuxta Herculis eam erexit.

Bruto Romani, quia à Tarquinij tyrannide Romam liberasset, Inter regum statuas mediam ipsi posuerunt.

Domitianus non tulit vllam sibi erigi statuam nisi ex auro argentoue certi ponderis conflata esset.

Commodus Imperator statuæ quam in Capitolio habuit, caput quod ex Neronis colosso auulsit, suæ imposuit: huius colossus in Conseruatorum ædibus fractus cernitur.

Lupæ æneum simulachrum in ædibus Conseruatorum extat: ex cuius vberibus conditores vrbis Romulus & Remus pendere cernuntur.

Romuli & Remi forma iuuenili simulachra in Capitolio remanserunt: alterius stantis, & seruili habitu induti: alterius sedentis, pastori haud absimile, curuato corpore, è planta pedis suppurati spinam euellit.

Statuæ innumerabiles fuere in Capitolio, presertim deorum, aliunde Romam allatæ, hinc exterarum nationum templis spoliatis, sua ornarunt, atque ditarunt Romani.

De Cliuo Capitolino, Tarpeia Rupe, Saxo Carmentali, & Porta Stercoraria. *Cap. VIII.*

CLiuum Capitolinum vocabant antiqui, locũ, & viam qua in Capitolium ascendebatur. Verum is locus vbi fuerit olim, variæ sunt opiniones. Alij ad eam arcis partem quæ Auentinũ respicit, vbi nunc sancti Gregorij templum in Velabro est, fuisse affirmant: Alij inter Saturni & Concordiæ templa, prope Seueri arcum, ad Senatoris stabula. Arcus autem Seueri ad radices Capitolij in fori Rom. capite excitatus: sub quo transeuntes triumphaturi, Capitolium ascendebant. Fuit ergo Cliuus Capitolinus ad forum Romanum silice à Censoribus stratus, porticum ab æde Saturni in Capitolium ad senaculum, & superid curiam constituerunt. Cornelius Tacitus Capitolium priscis temporibus varios habuisse aditus scribit, & hinc tam variæ de Capitolino cliuo natæ sunt opiniones. In cliuo autem Capitolino olim Floralia festa celebrata: cuius rei quædam in eodem adhuc extant signa. Domum etiam Milonis scutis refertam & armis, in eo fuisse, autor est Cicero.

Tarpeia rupes locus is dicitur ex quo sontes præcipitati olim, etiam hodie in eo loco puniuntur, supra forũ Romanum.

Saxum Carmentæ Tyberim respicit, è regione pontis Senatorum.

Stercoraria porta in cliuo Capitolino costituta: ad eam sordes, è Vestæ templo expurgatæ abijciebantur, mox in Tyberim transferendæ.

De tabulis, columnis æneis, ansere argenteo. *Cap. IX.*

TAbularum genera duo in Capitolio fuere: alterum quod fortium virorum res gestas continebat depictas, aut pugnas, ciuitatumque oppugnationes. Fuere enim alij ita laudis cupidi, vt non esset illis satis, statuas in Capitolio erectas cernere, nisi etiam gesta sua tabulis descripta depictaque, & in publico positis, gloriam suam etiam posteris celebrandam relinquerent. Alterum tabularum genus leges antiquissimas, vt Romuli, Numæ & aliorum regum: item posterorum legis latorum statuta, acta publica, fœdera, ritus sacros, & antiqua monimenta in tabulis æneis incisa cõtinebat: quarum adhuc hodie quædam extant, quædam vetustate, bello, incendio, negligentia periere. His antiquitus custodes certi constituti, ne quid fraudis in re tam ardua fieret, erant ordinati.

Columnæ quoque æneæ in Capitolio à Domitiano sunt positæ, quas Augustus Aegypti domitor, ex multis rostris æneis in quatuor columnas ingentes conflauit, Romamque aduexit. Sylla etiam ex Iouis templo Athenis columnas æneas Romam perduxit, & in Capitolio Ioui consecrauit.

Anseris argenteum simulachrum in arce à Romanis ob perpetuam memoriam, quòd anser clamore custodibus arcis hostium aduentum significasset, Capitoliumque seruasset, constitutum fuit. Hanc ob causam Romæ etiam longo post tempore è publico anseribus cibus dabatur. Sunt item aliæ complures antiquitates in Capitolio tabulis æneis & marmoreis incisæ, vt epithaphia, aliaque quæ hic breuitatis causa omittuntur.

De quibusdam ædificijs in Capitolio, alijsque rebus in genere. *Cap. X.*

POstqnam de statuis, tabulis, & columnis quæ notanda videbantur, indicauimus, de ædificijs vetustis quædam obiter hoc in loco notanda.

Calabram Curiam Romulus in Capitolio ædificatam, culmis texit. Ad hanc Senatus populusque Romanus, à rege Sacrificulo, vt ludorum, & sacrificiorũ diem ex ipso discerent, calabatur, id est, vocabatur.

Non procul à dicta curia distabat casa Romuli.

In eodem fermè loco stetit Porticus Metelli & Constantini. Bibliotheca item Maiorum, columnis marmoreis artificiosissime extructa. Atrium præterea publicum.

Erat & locus in Capitolio sacer, vnde verbena ad coronas fœcialibus & Patripatratus, quibus fœdera pacemque facturi, aut bellum indicturi coronabantur.

Silex quoque lapis isthic reperiebatur: hunc iuraturi per Iouem in manu tenebant, hæc verba sonantes: Si sciens fallo, tum me Diespiter, salua vrbe, & arce, bonis, vt ego hunc lapidem, eijciat.

Habebat Capitolium cellas quasdam cisternis similes, in quas quæ vetustate erant inutilia conijciebantur. Seiuges quoq; illic à Cn. Cornelio positi conspiciebantur. Clypei item duodecim aurati, hi facti ex pecunia, qua Aediles frumentarios, qui annonam compressерant, condemnarunt. Clypeus Martis Asdrubalis imagine insignis: & Columna Rostrata, de qua Liuius, isthic cernebatur. In templo Iouis Capitolini pallium breue, purpureum, lanestrum fuit, ad quod aliæ purpureæ vestes admotæ, cineris, diuini fulgoris colorem trahebant. Hoc muneris Persarum Rex ab extremis Indis allatum, Aureliano dedisse perhibetur. Lamina ipsius Capitolij ænea sunt fabricata. Tegulas quoque æreas, Q. Catulus inaurauit. Locus vbi auguria à Numa fiebant, in Capitolio fuit: à Tatio in arce, vbi olim Manlij domus stetit, postea Monetæ Iunoni ædes extructa: Li-

cta: Libri Sibyllini in templo Iouis Capitolini, sub terra in arca lapidea à custodibus decem conseruantur. Tot praeterea aedificia, tãta Capitolij pulchritudo, diuitiae tam ingentes, tot ornamenta & deorum delubra artificiosè extructa fuerè, vt merito deorum & Iouis domicilium terrestre ab antiquis sit dictum. Ita namque extructum & ornatum fuisse, saluis adhuc Rom. rebus ferunt: vt quantum diuina terrenis, tantum hoc aedificium omnia totius mundi superauit, quae vocant mirabilia, vt à dijs potius, cum humana superet ingenia, aedificatum videatur. Hodia omnia nuda relictaque cernuntũt.

De Concordiae & Iouis Statoris templo: denique quid sit Curia. Cap. XI.

INter Capitolinm & Palatinum montem, vallis est, (de qua superius,) huius templa, aedificia, & loca post Capitolium describere ordo requirit. In ea igitur valle primus locus meritò Concordiae templo debetur: vt quae à corde congruente dicta: sola quicquid in orbe est augear atque conseruet.

Concordiae igitur templum Camillus, si plebem patribus reconciliasset vouit. Populo itaque in gratiam senatus reducto, aedem Concordiae supra Comitium in forum vsque produxit. Huius porticus adhuc ad radices Capitolij extant. Ab hoc templo centum gradibus ad Monetae aedem ascendebatur. Concordiae remplum vetustate collapsum, à Senatu postea restitutum fuit. In eo saepe Senatus congregatus, & conciones ad populum sunt habitae. In hoc etiam cella fuit, in qua dum conciones dimitterentur, saepe latrones, armati, & sicarij tanquam in carcere inclusi reseruabantur. Habuit & multas artificiosas statuas & imagines: vt statuas Iunonis, Apollinis, Latonae Apollinem & Dianam infantes sustinentis. Item, Aesculapij & Hygiae à Nicerato fabrefactas. Iouis statuam. Cereris, Mineruae, & matronarum lachrymantium & adorantium statuas à Stene factas. Martis & Mercurij Piniceratis opera. Marsiae ligati à Zeuxide factam Liber pater & Cassandra à Theodoro picta. Victoria ipsa in pronao fulmine icta videtur.

Ioui Statori Romulus in bello Sabino, vt fugam Romanorum sisteret, templum vouit: Vnde & Stator Reip. Romanae dictus est. Parta ergo victoria, templum in radice Palatini montis, è regione aedis Concordiae, vbi hodie [illegible] muro [illegible] altissimae aedificauit. In hoc quoque, sicut & in Concordiae templo, Senatus conuocabatur saepe. Item in alijs templis. Curiae in quibus Senatus habebatur templa erant, & illic fiebant s.c. at in aedibus sacris neque Senatus conueniebat neque conciones ad populum fiebant. Templum Statoris Neronis incendio exustum fuit, neque deinceps restitutum.

De templo ac luco Vestae, & templo Fidei, atque Romuli. Cap. XII.

VEstae deae remplum inter Capitolium & Palatinum montem, non procul à foro Romano, vbi hodie Mariae Gratiarum templum conspicitur, à Romulo cõditum fuit. Prope hanc aedem Numae Regia extructa. Pontifices Romani consultaturi de rebus magnis ad religionem pertinentibus, in Vestae atrio cõueniebant: Quemadmodum Senatus populusque Rom. de rebus maximis in Fidei templo consultabant. Fuit autem Fidei templum antiquissimum in Palatio à Romulo, vel vt alij volunt, à Numa extructum.

Vestae lucus item erat sacer, qui à Palatij radice, in Nouam viam vsque pertingebat. Ex eo luco ante vrbem captam, vox audita futurum vt caperetur, nisi muri portęq; reficerentur.

Romuli templum, ad radices Palatini, in medio eius lateris quod Capitolium respicit situm fuit, eo in loco vbi nunc D. Theodori templum est. In templo Romuli lupae simulachrum vetustissimum est, quae conditoribus vrbis vbera lactanda praebet.

De Lupercali ficuque Ruminali. Cap. XIII.

LVpercal spelunca in radicibus Palatini montis fuit, arbustis tecta, fontesque sub petra profundi. In intimo antri loco ara Pani sacra fuit. Verum de nominis ipsius etymologia variae sunt, sicut de situ quoque opiniones: vt namque locus erat latebrosus & incultus olim, sic iam vndique habitatur, vt ne vestigium quidem appareat vbi fuerit Lupercal: maior tamen autorum pars in ea vrbis parte fuisse affirmat, vbi hodie S. Theodori remplum conspicitur: in hunc locum namque ad forum Romanum aliquando Tyberis sinu facto alluebat, & proximum erat vbi pueri exponerentur. Igitur in Lupercali Romulum & Remũ expositos constanter autores quidam affirmant, & in locum qui postea Ruminalis dictus delati, sub ficu à lupa nutriti sunt. Haec in antro Lupercali suam mansionem habebat, & ex eo ad ripam sub ficum Ruminalem ad pueros lactandos decurrebat, ipsique speluncae nõmen dedit: vt sit Lupercal lupae mansio & latebra. Sunt qui Euandrum speluncae nomen dedisse volunt. Hic enim (vt superius demonstratum) ex Arcadia natus qui Panem deum pastorum antiquissimo ritu ornatissime colunt. Cui etiã mons in Arcadia sacer Lycaeus dictus, quòd λύκων, id est, lupos ab ouibus prohibeat, gregemque conseruet. Euander itaque in Italiam veniens, in his partibus consistens, lucum hunc & speluncam Pani consecrauit: eum patrio ritu coluit. Ara itaque in ea spelunca extructa capera [illegible] sacrificabatur, vt deo custodique gregis [illegible] quum lupos à gregib. arceat, locus in quo colebatur Lupercal est dictus.

Lupercalia autem festa à Romulo & Remo inst[illegible]. hi enim à Numitore loco extruendae ciuitati impetrat[illegible] in eo loco vbi expositi fuerant, sodalitium ad cõuiuium laeti aduocãt. Sacrificãtes cibo refecti, vbi largius bibissent, iocantes pellibus immolatarum caprarum sese induunt & saltando gestiunt. Inde posteri eius rei celebrantes memoriam, Lupercalia festa egerunt. Lupercalia autem à loco vbi primum cœpta sunt agi, nomẽ retinuerunt. De his vide plura apud Val. Maximũ, Seruium, & Plutarchum in Antonij vita.

Ficus autem Ruminalis à Tyberi flumine qui Rumon dictus est, nomen habet. Alij à Romulo nomen habere volunt. Quidam à lacte infantibus dato: pars enim gutturis, quo lac attrahitur, ruma dicitur. Fuit autem locus is è regione aedis DD. Cosmae & Damiani, ad latus Palatini montis: circo Maximo oppositum. Romulus & Remus in Lupercali expositi, & in hunc locum delati, in Comitio sub Ruminali ficu sunt educati. Huius arboris vestigia ad Augusti vsque tempora perdurasse, testis est Ouidius.

De via Noua, vico Iugario, & Thusco vico. Cap. XIIII.

VIa Noua è regione templi Iouis Statoris, per vallem inter Capitolium & Palatium ducta, foro Rom. coniungitur. Haec tametsi dicatur Noua, antiquissimam esse constat, & diuersa est ab ea quam Caracalla sub thermis suis restituit.

Iugarius vicus, qui alio nomine etiam Thurarius dicitur, à porta Carmẽtali per Capitolij radices, ad forum Romanũ ducit. In eo vico Iunonis Iugę, quę matrimonia iungere putabatur, ara fuit, & haec vico Iugario nomẽ dedit.

Thuscus vicus à foro incipit, & per Palatini radices in Velabrum iter praebet. Nominis etymon hoc est. Thusci aduersus Aritios pugnantes, superatur ab illis, Multis itaque in bello occisis, pauci Romam confugiunt. Hi igitur vrbis amoenitate, & loci commoditate secum persuasi, illic manere decreuerunt. Itaque à Senatu illis loco inter Capitolinm & Palatium ad quatuor stadia concesso, eum inhabitarunt. Hinc Thuscus vicus ab illis dictus, nomen hoc multis pòst seculis retinuit. In hoc vico lenones, alijque eius generis homines postea habitarunt, vnde ignobilis factus, nomen quoque amisit.

De arcubus Romuli, Senatulo & Ouidij domo. Cap. XV.

ARcus veteres (quos Romulum quidam extruxisse putant) lateritij longo tempore mansere, neq; passi sunt Romani vt quisquam marmoreos faceret, vt conditoris vrbis memoria mentibus hominum tenatius remaneret. Verum longo tempore pòst vetustate collapsi, in loco

vrbis,

vrbis, vbi nunc templũ S. Mariæ de gratia est, nunquam restaurati.

Senatulum vocabant Rom. eam locum qui inter Capitolium & forum fuit, in quo Senatores consultandi gratia consistebant.

Ouidij domũ sub Capitolio sitam fuisse Ouidius ipse testatur, vbi hodie templum D. Mariæ de Consolatione.

Hactenus de Capitolij & vallis adiacentis ædificij. Sequitur mons Palatinus.

DE VARIA PALATII ETYMOLOGIA LIBER TERTIVS, CAP. I.



VANQVAM Palatinus mons longo tempote ante vrbem conditã inhabitatus fuerit, vt à Valentia Itali filia: & post eam ab Euandro: qui & arcem in eo constituit: Successerunt huic post vrbem conditam Reges & Imperatores, adeò vt Romæ vix alius locus, scriptis magis celebratus sit hoc monte, tamen nominis, cur ita vocatus sit, ratio certa, quam tuto sequaris inueniri vix potest. Volunt alij hinc dictum, quod Arcades cum Euandro palantes, nullo ordine in eum locũ, & Palatini ex agro Rheatino, qui etiẽ Palatium appellarũt, venerint, & montẽ hunc occuparint. Alij à Palante Euandri proauo. Liuius à Palanteo Arcadiæ vrbe primũ Palantiũ postea palatiũ, vocari censuit. Sunt præterea qui à Palatia Latini vxore nominis originẽ ducant. Vel à Palatho Hyperborei filia, quæ ex Hercule Latinum suscepit, & montem hunc incoluit. Vel à Palantia Euandri filia, quæ in hoc monte sepulta fuit. Aut à Palante qui & ipse illic sepultus. Quidam à pecorum balatu, quæ olim antequam incoleretur, illic pascebantur sic dictum autumant aut quod balare, id est, errare illic soleant gregres. Atque hinc Næuius Balantium nominauit. Tremellius Romuleum montem vocat, à statua Romulei quæ in ipsius montis pede inuenta fuit. Hæc de nominis etymologia dixisse sat est.

De Victoriæ, Cereris, Iunonis Sospitæ, Matris deum, & Libertatis templo, & eiusdem porticu ac de Cassij domo. Cap. II.

POst Palatini nominis declarationem eiusdem montis templa atque ædificia, quemadmodum in Capitolini montis descriptione factum est, persequemur.

Cum Romani multa feliciter armis gessissent, victoriamq; ab hostibus sæpe retulissent, ne dijs, quibus præclare gesta accepta ferebant ingrati arguerentur, ac deinceps minus prosperis successibus vterentur, Victoriæ deæ templum in Palatio in ea parte quæ Mariæ Nouæ hortos spectat, in infimo cliuo ad Portam Romanam consecrauere. L. Posthumius Aedilis Curulis ex multatitia pecunia extruendum curauit, absolutum Victoriæ deæ dedicauit.

Prope hoc fuit & ædicula Victoriæ virgini sacra, quam Portius Cato vouit.

Præterea Iunonis Sospitæ templũ, in eodem loco fuit.

Arcades qui ad Palatinum cum Euandro venerant, Victoriæ templum, sed à superiore diuersum, & multo antiquius in Palatio extruxerunt, & annua sacra in honorem deæ celebrarunt.

Ijdem & Cereri in Palatio templum ædificarunt.

In libris Sibyllinis carmẽ erat: Pelli Italia alienigenam hostem posse, si Mater Deûm Romam allata esset. Lapis vero erat quem incolæ sic appellabãt. Missi ergo in Asiam Pessinuntem Phrygiæ oppidum legati. Magnam deum matrem mari in Italiam aduexerunt: P. Cornelius deinde à mari in Palatium portauit, & in Victoriæ templo, tantisper dum & illi ædificaretur collocauit. M. Liuius & C. Claudius Censores Matri Magnę deum ædem faciendam statuis, columnis & pauimentis, ex varijs lapidibus preciosam locauerunt. Dedicauit aut Iunius Brutus. Ludi quoque, quæ Megalesia vocant, ob dedicationem instituti: de quibus Cicero.

Libertati autẽ templum & porticũ struxit P. Clodius, in parte domus Cassij prope Iouis Statoris templum.

De Fano & ara Febris, Aede Larum, deæ Viriplacæ sacello, templo Fidei, & Iouis Victoris æde. Cap. III.

NOn ijs solum dijs, qui generi mortalium bene facerẽt templa consecrauerunt Romani, sed etiam ijs qui nocebant, vt minus nocerent, ac mitius punirent, sacella statuerunt. Sic Febri in Palatio templum & aram consecratam fuisse certum est. Sic & Nemesi, de que lib. 2. &c.

Larum ædem præterea in Palatio extruxerunt.

Deæ item Viriplacæ sacellum in Palatio sacrum fuit. In quod si maritus cum vxore etiam discordes venissent, concordes, compositis animis mutuo simul domum redibẽt.

Fidei templum, postquam Aeneas cum Ascanio & Roma filia in Italiam venit, exædificarunt in Palatio: Quod tamen filiæ nomini dicatum, & in frontispicio templi inscriptum. Multis ergo pòst annis, cum Romulus & Remus de nomine vrbi imponendo contenderent, S. P. Q. R. nomen Aeneæ filiæ in templi frontispicio legentes, ab ea ciuitatem Romam nominare placuit.

Ioui Victori Q. Fabius bello Sabino ædem vouit, & postea in Palatio monte construxit, dedicauitque.

De Heliogabali, Apollinis, & Penatium templo, de æde Orci, loco Palladij, & templo Augusti. Cap. IIII.

ANtonius Heliogabalus, deum Heliogabalum in Palatio consecrauit, & templum in eo loco vbi prius Orci fuerat extruxit. Verum vt huic nouo & ficticio deo, nomen autoritatemque faceret, magna veneratione typum Magnę deum matris, Vestæ ignem, Palladium, ancylia, & omnia quæ insigniter Romani colebant, in suum templũ transferre contendit. Cristianorum quoq; & Iudæorum religionem assimilãs, vt nemo esset cui non in huius templi & dei veneratione prętextum facere queat, quo minus salua conscientia hunc coleret.

Apollinis præterea templum vetustissimũ in Palatio extructum fuit. Hoc fulmine deiectum, cum desiderari à deo aruspices dicerẽt, Augustus, addito porticu ad illius ruinas, & templum quod prius steterat, nouum excitauit. In quo templo Augustus iam senio confectus, sæpe Senatum habuit, & decurias iudicum recognouit. In eo item lychni arboris instar erant, quo probati poëtæ sua scripta reponebant. Huius templi vestigia quædam, sed obscura extare videntur prope Fedræ vineam, vbi Tiberia domus stetit. Huic ludi Apollinares instituti, de quibus lege Ciceronem.

Penatium deorum templum in Palatij ea parte quę Boream spectat, in Veliæ haud procul à foro stetit. In hoc deorum Troianorum imagines erant. Sunt in eodem adolescentes duo sedentes & pilam in manu habẽt. Litui item ferrei atque ærei: præterea vas Troianum fictile. Apollo quoque & Neptunus in eo conspiciebantur.

Vestæ deę templum cum conflagrasset, Palladium ereptum, in Veliam translatum, templo D. Andreæ, quod in eo loco consistit, Pallaræ nomen dedit.

D. Augusto quidam templum à filia sua Liuia extructum in Palatio fuisse memorant.

De domibus Palatinis, & Saliorum Curia. Cap. V.

QVod Romulus & Remus olim pastores in his locis fuerint, tabernæ & casæ, quæ longo post tempore lignis & harundinibus tectæ sunt inuentæ testificatur, quas pastores si quæ vetustate corruissent, ex eadem materia, ad pristinam formam reficiebant, vt perpetua Romuli & Remi vrbis conditorũ, qui olim fuissent, & quas domus habitauissent, ad posteros manaret memoria. In angulo Palatij qui in circum ducit, Casa quam Romuli vocarunt, multis seculis stetit.

Tullus Hostilius, antequã Curiam ædificasset, Veliam, in eo loco, vbi postea Penatum templum fuit inhabitauit.

Non longo ab eo loco, in ea Palatij parte quæ forũ versus respicit, Catilinæ domus ædificata fuisse dicitur.

M. Scauri vero domus paruo transitu à Catalinæ ædibus separatur.

Ciceronis domus à L. Crasso empta, supra ædem Iouis Statoris, prope Palatium in montis Palatini loco celeberrimo fuit.

Crassi

Crassi oratoris & Viturbij domus in Palatio olim euersas, autor est Plinius.

Vani ducis domus quoque in Palatio fuit.

Tiberij item, de qua etiam capite præcedenti.

Augustus natus in Palatij regione ad capita Bubula. vbi post eius obitum Sacrarium illi constituerunt, primum iuxta forum Romanum supra scalas Annularias, in domo quæ Calui oratoris fuerat, habitauit. Postea Palatium ex suis impensis ædificatum, Reip. donauit, ipseque in Palatino paruas Hortensianas ædes inhabitauit.

Saliorum curia in Palatio ædificata conflagrauit, & in eius cineribus Romuli lituus illæsus inuentus.

Publicola Foro imminentem domum Subueliam nominatam inhabitauit.

Tarquinij Prisci domus ad Iouis Statoris fuisse, facile ex Liuio probatur.

De Summa Velia, Statuis palatinis, alijsq; rebus in genere. *Cap. VI.*

VElia Summa fuit in Palatij parte altiori quę in ortum æstiuum spectat, vbi nunc Mariæ Nouæ templum est. Velia autem dicta est, quod olim ante ouium tonsuram inuentam, pastores illic lanam vellere consueuerint.

Augustus in Palatio Latinam Græcamque bibliothecam ex Apollinis Thuscanici colossi ære nobilissimo instituit atque exornauit. Addidit & Porticum quam Palatinam vocarunt. In hac à Senatu Numeriano Imperatori & Oratori insigni statua constituta fuit. In eadem Porticu M. Varrone adhuc viuenti statua à Rom. est instituta.

Auguratorium, id est, augurijs captandis locus in Palatio fuit.

Apollo item Palatinus Scopæ opus in Palatio erat. Latona eodem loco collocata fuit.

Britannico Titus Imperator statuam auream in Palatio posuit.

Arbor præterea ex hasta Romuli nata in Palatio erat. Is enim post auguria in Auentino monte capta, hastam in Palatinum iecit, quæ fixa in terra, fronduit, & in arborem creuit.

Laurus item in Palatio eodem die quo Augustus natus, cum eo enascens subito apparuit. Ex hac lauro triumphaturi coronari solebant.

Balneæ Palatinæ, quorum Cic. pro Roscio meminit, in eodem Palatio fuere, & quædam adhuc vestigia supra circum Maximum non multum à vinea Fedræ extant.

In eodē monte etiam locus qui Sicilia dicebatur fuit. Item Iouis cœnatio.

Plateæ Antonianæ pulcherrimæ, saxis Lacedæmonijs, & porphyreticis stratæ in Palatio fuere.

Vicus Padi & Fortunæ, quoq; in Palatio extabant. Ludi ibidem celebrabantur. quos palatual vocabant.

De Palatio nunc Maiori, Atrio, & veteri ipsius Palatij porta. *Cap. VII.*

QVantum spatij olim Palatium occuparit, quàm splendide fuerit ædificatum, quàm opulentum, & quàm frequenter inhabitatum. ruinæ ingentes, picturæ, statuę, columnæque preciosissimæ. illic inuentæ facilè demonstrant. Nullus enim vnquàm scriptū reliquit, quis tanta ædificia primum instruxerit: deinde auxerit, & in tam insigni loco domicilia constituerit. Paulatim & tanquam ignorantibus antiquitatum autoribus, in tantum fastigiū creuit, nec quicquā vno tempore simul factum, quod memoria dignum videretur fuit. Solent enim rerum scriptores ea solum posteris tradere, quæ admiratione digna videntur, & rara. Palatinus hodie Palatium Maius vocatur, & præter S. Andreę ædem, vix vnam aut alteram domum, quæ inhabitetur habet. Reliqua vinetis, & pascuis apta loca, ouibus, caballis, caprisque gramina & victum præbent. vt rectius Balātium à pecorum clamore, quàm Palatium dici videatur. Et idem de Palatio Vaticano, quod etiam ipsum desertum est, dici iure posset.

Atrium Palatij augurato olim conditum, Senatus consulebatur in eo, quia Senatum, nisi in augurato loco habere non licebat. In quo etiam oues sacrificabantur.

Porta Palatij vetus, prope Rostra, è regione D. Laurentij in Miranda fuit. Hanc quidam Romuli portam olim dictam volunt.

De templo Iani, Augusti, & Faustinæ. *Cap. VIII.*

PAlatij templis ædificijsq;, quæ tertia pars vrbis erat, descriptis: Sequitur quarta: forum scilicet Romanum. In eo Iani templum, (à Iano enim, qui rerum omnium ianua habetur, incipere ritè videmur.) amplissimum, quatuor portarum: Nam Ianus ipse, qui in eo colebatur, quadrifrons, ex Faliscis Thusciæ ciuitate capris in Forum Transitorium Romam translatus erat. Templum autem in ea parte fori, quæ forum Rom. spectabat, prope Pauli Basilicam, extructum fuit. Procopius sua ætate in medio foro, ex aduerso Capitolij, paulo supra eum locum, quem Romani tres Parcas vocabant, ædificatum fuisse memorat. Fuerunt & alia Iani templa, vt in Capitolio ad Marcelli theatrum Iani bifrontis, quod totum æneum erat, portis duabus æneis: quæ pacis tempore clausæ, bello vero ingruente apperiebantur.

Augusti templum in foro Rom. positum fuit. Hoc Tiberio imperante adhuc imperfectum, Caligula absoluit. ponteque super ipsum transmisso, Capitolium Palatio coniunxit.

Faustinæ templi quædam adhuc vestigia extare videntur. Hoc illi maritus eius Hadrianus sub Tauri radicibus, vt diuinis afficeretur honoribus, fundauit. Id postea filius eius Antoninus Heliogabalus, sibi, vel Ioui Syrio, vel Soli templum esse voluit. Hodie templum S. Laurentij in Miranda est.

De Castoris & Pollucis templo & Rostris. *Cap. IX.*

CAstoris & Pollucis templum in foro Rom. ante Rostra, apud Faustinæ templum olim fuisse nemini dubium est. Hanc ædem dedicauit A. Posthumius Dictator. L. Metellus deinde ex Dalmaticis manubijs restaurauit. In hac, vt in alijs multis Senatus est habitus, & conciones ad populum factæ. Cecilius Metellus hanc statuis, columnis, & nobili pictura exornauit, & Floræ simulachrum insigni pulchritudine in ea posuit. Tabulam quoque, quæ ciuitatis equitibus Campanis donatæ monimenta co[illegible]nebat. Huius templi gradus deinde auulsit Clodius, vt [illegible]stis est Cicero.

Rostra templum, ad Palatij radices fuerunt, è regione Castoris & Pollucis templi, vbi nunc paruum S. Mariæ de Inferno sacellum est. Ex rostris autem sententię, & s. c. ad populum referebantur.

De Cæsaris, Veneris genitricis & Martis Vltoris templo, & Atrio Veneris. *Cap. X.*

DIuus Cæsar prope forum suum ad viam Sacram, post Faustinæ ædem templum habuit. In eo ab Augusto Victoria, & Castor dij sunt positi.

In eodem Cæsaris foro, fuit etiam Veneris Genitricis post Faustinæ templum. Hoc Cæsar bello Pharsalico votum ædificauit.

Post victoriam contra Pompeium, Cæsar Veneris templum Atrio inclusit, quod Hadrianus deinde restaurauit.

Marti Vltori Augustus in bello Philippensi templum vouit, quod postea in suo foro extruxit. In quo scyphi ferrei Marti dicati, & Alexandri Magni tabernaculum sustinentis statuæ duæ. Hoc templum quod hodie D. Martinæ vocant, fuisse putatur.

De Vulcani, Concordiæ, Pacis, Romuli, ac Veneris Cloacinæ templo. *Cap. XI.*

VOlcani templum supra Comitium & forum Rom. ad radices Palatini posuit Romulus. Tatius autem Volcani, sicut & Solis, Lunæ, Saturni, Rheæ, Vestæ, Dianæ, & Quirini dedicauit. In templo Volcani Romuli æneus currus quo secundo triumphauit, Volcano fuit dicatus. In quo & Coclis statua erecta manebat. Conciones sæpe in hoc templo ad populum sunt habitæ.

In area Volcani templi, Concordiæ ædem Fuluius libertino patre natus, 303. annis post Capitolij extructionē, si populo ordinem Senatoriū, & equestrem reconciliasset, vouit. Extructum deinde, ex condemnatorum fœneratorum

ratorum multaticia pecunia, in Palatini radicibus. Opimius Cos. postea restaurauit. In eadem ara biduo sanguine pluisse, testis est Plinius.

Liuia Drusilla in Porticu sua ob suam & mariti mutuam beneuolentiam, Cõcordiæ templum erexit. Quod postea Tyberius dedicauit.

In quo loco Drusilla prius Concordiæ posuit, Vespasianus deinde Pacis templũ à Claudiano antea inchoatum mira celeritate post bella ciuilia absoluit. Fuit admodum amplum hoc, & quadratum, maximis pulcherrimisque columnis exornatum, templorum omnium locupletissimum. In hoc vasa & ornamenta templi Hierosolymitani à Tito triumpho allata imposuit Vespasianus. Habebat & Ganymedis statuam, & alia innumerabilia ornamenta, quibus decoratum fuit. Hoc templum igne accensum, subito totum exhaustum est, neque vnquam cognitum vnde iste ignis acciderit, nisi quod quidam putant, in terræmotu, qui eadẽ hora fuerat ex lapidum attritu, ignem fuisse excussum.

Ara pacis ab Augusto primum excitata, quo in loco, posteris incognitum. Hanc postea auxit & exornauit Agrippa. Inter Pacis & Faustinæ extat adhuc templum antiquissimum, & eiusdẽ porticus columnæ duæ, quod nunc DD. Cosmæ & Damiano dicatum est. Hoc Romuli & Remi fuisse putant, nempe quod Caruilius Cos. victis Samnitibus dedicauit, & ex spolijs, quæ innumerabilia erant exornauit.

Veneris Cloacinæ templum prope viam Sacram constitutum fuisse, testis est Ouidius. Cloacinæ autem simulachrum in Cloaca maxima repertũ, consecrauit Tatius. Et quia, cuius effigies esset ignorabatur, ex loco vbi inuentum fuerat, nomen illi est inditum.

De Telluris, Salutis, Victoriæ, Solis & Lunæ templis, de domo Cassij, deq; armamentario. Cap. XII.

TElluris ædis locum alij incertum, alij non longe ab Esquilijs, prope cliuum quod ad D. Petri in vinculis ædem ducit, fuisse putãt, vbi nunc sancti Pantaleonis templum est. Vouit hoc Sempronius: Qui dum ad Asculum Picentinorum caput cum hoste pugnat, terra tremuit. Vt igitur deam Tellurem, quam iratam putabat, placaret, templum hoc illi vouit. Aedificatum est autem in area vbi domus Sp. Cassij regnum affectantis euersa est. Prope hoc templum Telluris Armamentariũ fuit, cuius in quodam loco etiam Cicero meminit.

In eodem hoc ambitu Saluti ædem bello Samnitico vouit C. Iunius Bibaculus Cos. Hæc ab eodem Censore locata, & Dictatore dicata fuit.

Victoriæ ædem prope forum Rom. L. Volumnius Aedilis ex pecunia multaticia faciendam curauit.

In hoc loco etiam Apollinis ara fuit.

Concordiæ & Aesculapij in hortis D. Mariæ Nouæ fuisse, versus Amphiteatrum quidam volunt.

Mercurij templum quoque in foro fuit.

Isidis & Serapidis templa in Emporio fuere. Hæc quidam Solis & Lunæ à Tacio dicata fuisse putant.

De foro Traiani, deq; ijs quæ in eo sunt, vel olim fuere. Cap. XIII.

HActenus de templis, locis sacris, & quæ ad religionem notanda videbantur, perscripta sunt breuiter, deinceps de ijs pauca quæ ad hominum memoriam & laudem pertinere videbuntur dicemus: & ab optimo Principe Traiano auspicabimur.

Traiani forum inter Neruæ forum, Capitolium & collem Quirinalem ab Appollodoro mira industria extructum fuit. Idem architectus, Traiani iussu Metodeum, & Gymnasium ædificauit. Fori tectum æneum, intus vndique circum simulachra equorum, & signorũ militarium aurata tegebat. Simulachra autem hæc publico sumptu, in eorum, qui bene de rep. meriti, aut alioqui ob facinus insigne memoriam ponebantur.

Arcus item triumphalis, & alia multa in Traiani laudem extructa, forum eius exornabant.

Fori porticus amplissimis excelsisq; columnis & magnis epistylijs imposita, tantam præbebat intuentibus admirationem vt Gigantum potius quàm hominum opera crederetur. In hanc summorum virorum statuas pulcherrimas Alexander Seuerus in Traiani honorem transtulit.

Equus item Traianus in medio altus columnis impositus stabat. In numismate etiam Traiani cum hac inscriptione reperitur S.P.Q.R. OPTIMO PRINCIPI. Verum de his multa Lampridius.

Idem Palatium varijs marmoribus, intus picturis & statuis exornasse fertur.

In medio foro columna Traiani Cochlidis structura stabat. Hæc circumquaque rerum gestarum à Traiano summam, mira arte cælata habebat, in primis vero Dacicum bellum. Intus 155. gradibus ad summum fastigium, quadraginta fenestellis lucem admittentibus præbet ascensum. Alta pedum 120. Vel vt Eutropius scribit 140. In summo Traiani ossa in pila aurea condita seruabantur. Hanc columnam Traianus ipse non vidit. Nam dum hic contra Parthos bellum gereret, Senatus hanc illic absenti dedicauit. Qui dum e Persis redit, in itinere apud Seleuciam Syriæ vrbem, fluxu sanguinis à vita decessit. Cadauer vero Romam perlatum, solus hic, teste Eutropio, inter Imperatores in vrbe sepultus fuit. Quod autem in columna ossa seruãtur ea ratio est: Maioribus mos fuit, Principes nobilesque sub montibus sepeliri. At cũ montes sepulchris excitandis vbiuis non sufficerent, accidit vt pyramides altæque columnæ super cadauera collocarentur.

De foro, Palatio, & Porticu Neruæ. Cap. XIIII.

NEruæ forum post sancti Hadriani ædem occurrit. In medio huius columna ænea ingenti magnitudine, tecta ex laminis aurichalci, intrinsecus lumine ambiguo stetit. Forum varijs statuis & columnis, quæ Neruæ gesto rum ordinem continebant, exornatum fuit. Hoc postea Transitorium forum, quod inde in Augusti & Romanum forum iretur, vocatum est.

Porticus ipsius fori pars quædam adhuc apparet. Hæc incendio consumpta, obscura quædam, quod in eo loco Neruæ forum fuerit, vestigia reliquit.

Palatij quoque Neruæ pars ex quadratis lapidibus, & columnæ adhuc inter Comitium, & Militiæ turrim cum sancti Blasij æde inclusæ sunt.

De foro Romano, Comitio, Carcere Tulliano, & Marforij simulachro. Cap. XV.

ROmanum forum, quod etiam Latium vocatur, à radicibus Capitolij secundum longitudinem vsq; ad templum sanctæ Mariæ Nouæ, quæ in Velia est perducebatur. Verũ ab initio fines multo angustiores habuit. Nam ab eo quod dictum est initio, non vltra primas radices Palatini progrediebatur. Multos deinde post annos ampliauit Augustus.

Comitium foro coniunctum, imò pars fori fuit, incipit namque à Palatij porta & finitur ad templum D. Mariæ Nouæ.

In radicibus Capitolij, versus ortum brumalem, Ancus Martius carcerem, in quem rei includerentur ædificauit. Addidit deinde Tullius Rex eam partem quæ sub terra est, & carceri, vt Tullianum vocetur, nomen dedit. Fuit autem ex ingentibus saxis, angustis & oblongis foraminibus, lucis vmbram recipientibus factum. Camera intus lapideis fornicibus, inculta tenebris, odore retro ac fœtido. Carcer hic in duas partes, Cameram superiorem & inferiorem distributus. Vocatus est autẽ carcer à coërcendo: is enim inclusos, ne exeant coërcet.

Ante hunc carcerẽ ingens simulachrum marmoreum iacet, quod Marforium appellãt. Hanc alij Pistorum dei, alij Iouis Panarij, quod tumorés panum instar vndique prominneant, effigiem esse putarunt. Nam Romani olim in Capitolio à Gallis obsessi, moniti sunt à Ioue in somnis, vt ex omni frumento quod reliquum erat, panem facerent, & in castra hostium proijcerent. Quo facto, Gallis, inopia subigi posse Romanos, desperantibus, ab obsidione desistunt. Romani igitur Ioui Pistori aram & statuam ob perpetuam beneficij memoriam erexerunt.

Putatur & hæc effigies Rheni fluuium Germaniæ esse, cum in scopulo sit erectum. Cur autem Marforium dicator, nisi ea sit causa quòd in Augusti foro constitutum est, ignorarut.

De Secretario Pop Rom. Arcu Septimij, templo Saturni: ac de Aerario, & officina cudendi pecuniam. Cap. XI I.

POst Marfotij simulachrum, à regione arcus Septimij, templum D. Martinæ est. Hinc olim pop. Rom. Secretarius in marmore incisus fuit.

Ex aduerso Martinæ ædis, ad Tarpeiæ rupis radices arcus Septimij, in vtroq; frontispicio eius Imperatoris terra mariq; gesta continet.

Sequitur mox rectà, nunc D. Hadriani, quod aliqnando Saturni templum fuit. Saturni autem templum antiquissimum fuit. Conditorem referunt quidam L. Largium, alij L. Tarquiniũ, tametsi Largium dedicauisse ratio sit verisimilior. Liuius, A. Sempronio, & M. Minutio Coss. dedicatum, Numantium Plancum restaurasse scribit. Aerarium publicum Pop. Rom. ex Capitolio in hoc templum translatum fuisse nemo scriptorum negat. Verum quare in Saturni æde ærarium esse voluerint veteres, variæ sunt opiniones: Quidam ideo hoc factum volunt, quod Saturni temporibus furtum nullum cõmissum sit: Sub illo enim omniũ omnia communia erant, neq; quisque auarus, aut improbus proximo struebat insidias, sed iusticia, fide, charitate administrabãtur omnia. Cyprianus han crẽfert causam, quia Saturnus primus nummũ signari in Italia instituerit. Seruabantur autem in ærario promulgata publica. Libri Elephantini, in quibus XXXV. tribus pop. Rom. continebantur. Omnium publicarum rationum libri. Tabulæ item ærarij veteres, & debitorum. Præterea militaria signa. Deniq; quę Prouincijs subiugatis, ab Imperatorib. ducibusq; per triumphos adferebantur. Postremo, quæcunq; Reip. communiter reseruare ex vsu erat: Vt leges, literas, & alia quæ ciuitatis sunt communia. Censores ipsi in Saturni quoq; iusiurandum subire cogebantur.

Inter templum quod nunc D. Hadriani, olim Castoris & Pollucis, cudendi pecuniam, priscis temporibus stabat officina.

De Miliario Aureo, Ponte Caligulæ, & de Rostris ac Curia. Cap. XVII.

MIliarium Aureum in capite fori Rom. sub Saturni æde, prope arcum Septimij olim fuit. Columna autem fuit quæ ita dicebatur, in qua omnes Italiæ viæ incisæ finerent, & à qua ad singulas portas mensuræ regionũ currerent.

Caligula per forum Rom. à colle Palatino ad Capitolium pontẽ marmoreum duxit: quo ædificio nihil in tota vrbe ambitiosius vnquàm extitit. nam pons octoginta ingentibus ex marmore candidissimo columnis sustentabatur: quarum tres adhuc ad huius montis radices, totidemq; ad illius, vt olim à Caligula sunt constitutæ cernuntur. Ad ipsum pontẽ, in medio foro, è contrario D. Hadriani templo columna stat, hæc vna ex illis fuisse creditur, quæ equum Domitiani æneum & inauratũ sustinuit. Ad pedes equi huius, Rheni fluminis Germaniæ simulachrũ erat, quod de hac prouincia Imperator Domitianus triumphasset. Et hoc est simulachrum quod postea Marforium appellarunt: de quo plura capite præcedenti.

Ex nauium Antiatium rostris, suggestum in foro Rom. ad Palatij radices extructũ à Romanis, quod Rostra templum vocabant, vt in ijs S. C. fierent. Rostra autem duplicia, Noua, quæ, vt dictum est, ad Palatij radices, & Vetera quæ apud Curiam in Comitio fuere. In Rostris leges ferebantur. agebantur causæ, habebantur cõciones. In ijsdem viris clarissimis statuas erigere mos fuit. In loco præclaro fori Rom. pro Rostris in leone lapideo, in statua Faustuli Romuli & Remi nutritoris corpus fuit: Is enim dum certamẽ Romuli & Remi conditorũ vrbis dirimere vellet, ibidẽ cecidit, vbi postea ei statuã erexerũt. Post Rostra sepulchrũ quoq; Romuli fuit. Pro Rostris etiã statua Herculis tunicata, habitu Aeleo, facie torua posita. Sibyllę quoque tres statuæ in eodem loco. Mos item fuit Romanis vt cæsorum capita pro Rostris aspicienda exponerent.

Curiæ duæ Romæ fuere prope forum, ad pacis templũ Hostilia: Altera in Cœlio monte, de qua infra.

De Lacu Curtio, Cloaca Maxima, & Doliolis. Cap. XVIII.

LAcus Curtius in medio foro iuxta Domitiani equum fuit. Nomen autem hic lacus à M. Curtio, qui se sponte pro Rep. cum equo armatus in hiatum medij fori præcipitauit accepit. Hęc apud Liuium copiosè declarantur. Alij à Metio Curtio Sabino, qui per lacum hunc ad suos euasit, dictum volunt. Vel à Curtio Cos. qui locum eum sepsit.

Cloaca Maxima Tarquinio iubente, montibus subfossis, & vrbe pensili fornicibus suspensa, receptaculum omnium vrbis sordium facta. Hæc ad Iouis Statoris ædem in tres ductus diuisa, duo nunc clausi sunt, tertius per lacum Curtium, sub foro Rom. per Palatini montis radices, in Velabrum aqua limpidissima fluit: & inde canali e saxis quadratis extructo, in Tybetim effluit. Olim cloacæ erãt plures, eæque publicę: Verum post vrbem à Gallis captam & incensam, dum quisque sibi domicilium re ædificare, qua parte primum potuit festinant, vicorum nulla, vt antè fuerat ratio obseruata, neque ciuitas, vt prius in certas regiones diuisa, neq; cloacæ, quæ olim per publicum ductæ, vbi essent animaduersæ, postea priuata subintrarunt tecta, vnde factum vt quæque domus hodie suam ferè habeat cloacam. Hinc fit vt autor hic, cuius nos epitomen scribimus, non, vt veteres scriptores, regiones distribuerit, sed vt facilius intelligi & retineri possent quæ scribit, ciuitatẽ vt nunc est in suas regiones diuisit, & cum ostendit in qua parte ciuitatis olim quisque locus fuerit, ostendit ea in locis quæ hodie habitatoribus nota sunt. Sed vt dixi primùm cloacas fuisse publicas, ita curatores quoq; publici erant instituti.

Iuxta cloacam Maximam, locus erat quem à doliolis quæ sub terra erant, Doliola vocabant. Hic locus tam putabatur esse sacer, vt ne spuere quidem in eo liceret. In hoc Numæ mystica quædam fuisse putantur. Tametsi quidam Senonum Gallorum cineres illic esse sepultas crediderint.

De Comitio, templo Veneris Genitricis, statuis & simulachris, quæ in Comitio, & foro Romano fuere, ac de Cæsaris statua atq; columna. Cap. XIX.

COmitium vbi sit, vnde incipiat, & qua vrbis parte finiatur, superius, huius libri capite XV. ostensum est. Dictum est autem Cominum, Plutarcho autore, quod Romulus & Tatius in locũ hunc ad fœdera facienda coire consueuerint. Vbi deinde S. P. Q. R. aliquid quod ex vsu Reip. erant decreturi coibant, vt dum Consules, Tribuni, alijque magistratus crearentur, aliaque quæ passim apud autores scripta sunt fierẽt. Is locus prope Senatulum in radicibus Palatini erat. Comitium multis annis tecto caruit, vnde sæpe comitia indicta, ob tempestatem ingruentem agere sunt prohibiti. Longo pòst tempore vbi Annibal in Italiam venit, tectum imposuerunt: restaurauit deinde Cæsar. In Comitio sæpe ludi celebrati. In eodem (vt est apud Liuium) libri Sibyllini combusti. Item multa in comitijs facinora perpetrata, de quibus etiam alibi.

In Comitio Coclitis statua fuit: quæ postea de cœlo tacta, in aream Vulcani translata fuit. In Comitij cornibus Pythagoræ & Alcibiadis statuæ: in gradibus ad læuam Curiæ Actij statua, item COS. eiusdẽ Actij & nouacula fuere.

Statuæ matris deæ simulachrum in foro constitutum. Hanc deam qui colebant, eius lapides igne comburi non posse, hinc coniectabantur, quòd ad eius statuam cum ignes, præsertim noctu, crebri fierent, neq; læderetur tamen, hanc illi, quã dixi, vim esse dixerunt: inde in omnibus fere plateis coli cœpta, aræ & sacellulæ extructæ.

Veneris Genitricis templũ in foro, (vt prius ostensum est) fuit. Ante templum hoc, Cæsaris statua, cometam in capite gerens constituta.

Columna itẽ Cæsaris ex marmore Numidico. pedum XX. conflata manebat. Ante Castoris ædem Q. Martij equestris, Tremellij togata, M. Actij velata statua fuit.

De Columna Mœnia, Pila Horatia, de Cæsaris, Constantini, & Domitiani equo, deq́; templo ac area eiusdem Cæsaris, Cap. XX.

COlumna Mœnia in ea fori parte fuit vbi Basilica Portia stetit. Dicta est autem à Mœnio Censore Mœnia. Is enim cum domum suam Catoni venderet, Flaccus Censor iussit vt illic Basilica ædificaretur. Mœnius tantum spacij, quantum columna occuparet, sibi excepit, super quam tectum tignis prominentibus & tabulatis in eos iniectis imponere liceret, vnde ipsi & eius posteris munus gladiatoriū spectare ius esset. Id quod obtinuit. Hinc deinde & alij eadem industria columnas in foro, quibus concedebatur extruebant.

Petra in foro erat etiam, in qua Tergeminorum spolia imposita.

Pila item, Horatia dicta.

Decorauit præterea forum equus Cæsaris, Constantini, & Domitiani.

Item Atrium Mineruæ, Tabernæ, Veteres & Nouæ.

Cæsaris cadauer è Curia in forum delatum, in eo loco vbi postea ei aram & templum extruxerunt positum fuit.

In foro item magistratum deponere mos Romanis fuit.

De foro Cæsaris, Basilica Pauli, & eiusdem Bibliotheca. Cap. XXI.

A Templo Saturni, siue ærario publico (de quo supra huius libri cap. XVI.) in foro Rom. versus ortum æstiuum, forum Cæsaris erat, in eo loco qui post Faustinæ templum decliuior apparet. Ibi Veneris Genitricis templum, cui Cæsar atrium circumduxit, & forum, non venalium, sed eorum quę ad iudicia conueniebant constituit. In hoc, inter alias statuas, quæ ibi erant plurimæ pulcherrimæq́;, sibi ipsi loricatam extrui passus est. Forum ipsum breue quidē spacium complectebatur, sed ornatum eximiè. Constitit area supra sestertium millies.

Cæsar Paulum Aemilium collegam C Marcelli in consulatu mille & quingentis talentis sibi amicum defensoremq́; parauit. Hac pecunia ab eo accepta, Paulus in medio foro, prope Castoris & Pollucis ædem, ex columnis Phrygibus mirabilem ac nobilissimam extruxit Basilicam: quam Pauli Basilicam deinde nominarunt.

Bibliothecam quoque idem Paulus prope suam Basilicam construxit.

De foro Augusti, Porticu Antonini, Faustinæ, & Liuiæ, ac de Cæsaris domo. Cap. XXII.

FOrum Romanum, Cæsaris, & Augusti prope inuicem fuisse certum est. Augusti, apud Marforij simulachrum in vrbis parte celeberrima fuisse adserunt, angustis quidem limitibus, sicut & Cæsaris circumscriptum, sed statuis insignibus, & alijs rebus ornatissimum. Habebat namque statuas Castoris & Pollucis, cum Alexandri Magni victoria. Coruini præterea, & in eius casside corui pugnantis simulachrum. Apollinis eburnea: & præter hæc alia insignia ornamentaq́; virtutis.

In hoc foro publica iudicia & sortitiones iudicum fiebant. Hic de bellis, triumphis alijsque rebus magnis consultabatur. Hinc prouincias cum imperio potituri exibant. Huc victores qui redibant, triumphorum insignia inferebant. Hoc forum vetustate detritum, restituit Hadrianus.

Habuit forum hoc porticus duas, in quibus omnium statuæ triumphali effigie erant exornatæ.

Habitauit Augustus in via Sacra, in ædibus non vsque adeo amplis, sed mirè à nepte sua Liuia instructis. Hanc opulentiam Augustus non ferens, solo æquauit. In huius area, deinde extructa porticus Liuiæ. Hæc etiam Claudia vocata. Quam Nero euertit, Domitianus sub prisco nomine restaurauit.

Antoninæ & Faustinæ porticus pulcherrimæ & varijs marmoribus exornatæ, vbi hodie D. Laurentij templum in Miranda, olim extructæ sunt.

De Sororio Tigillo, Vico Cyprio, Scelerato & Patricio, atq; M. Antonij domo. Cap. XXIII.

SOrorium Tigillum locus sacer erat causa expiationis ab Horatio ob sororem à se interfectam, in honorem Iunonis prope Carinas constitutus.

Vicus Cyprius prope cliuum, qui ad D. Petri templum in vinculis ducit, est. Sic dictus à Cypro. In hoc Sabini primum, ciuitate donati, habitarunt.

Vicus Sceleratus ex Tulliæ facinore (de qua Liuius) sic est cognominatus. Hunc alij eundem cum superiore, alij diuersum putant.

Vicus Patricius, quod ibi Patricij habitare iussi sunt à Tullio, sic est appellatus. Nam hic locus editior paulò erat, vnde se facile ab aliorum subita vi, si ingruisset, sese è loco superiore defenderent.

M. Antonius domum, vbi olim Telluris templum fuerat, inhabitauit. Post Antonium in eodem loco D. Pantaleonis templum excitatum fuit.

De Bustis Gallicis, & Aequimelio. Cap XXIIII.

BVsta Gallica, locus in media vrbe, vbi Gallorum, qui Romam occuparant, cadauera combusta atq; sepulta sunt. Fuit in ea vrbis parte, vbi hodie sanctę Andreæ in Busta Gallica templum exstit. Hoc corrupto vocabulo Portugallo hodie appellant: haud multum ab Amphitheatro abest. Varro prope Aequimelium Busta Gallica ponit. Aequimelium autē dicitur, quòd Melij, qui regnum affectauit, domus solo ibidem sit æquata.

De via Sacra, Arcu Fabiano & Vespasiano. Cap. XXV.

VIæ Sacræ à Curia veteri principium in angulo Palatij iuxta arcum in Constantini. Varro à Carinis & Streniæ sacello initium cepisse existimat. Ex quo colligitur viam Sacram aliquando per D. Mariæ Nouæ hortos, ad pacis templum, & forum Cæsaris, rectà ad arcem Capitolij esse productam. Sacræ autem nomen obtinuit, quòd augures ex arce profecti per eam augurando procedebant, & sacra quoque mense per eam viam ferrent in arcem. Vel, quòd in ea fœdus inter Romulum & Tatium ictum sit. In summa huius habitauit olim Ancus Martius, prope Larum ædem.

Cœliæ statua insignis, in hac via constituta fuit.

Arcus item Fabianus in ea iuxta Regiam, ad Pauli Basilicam à Fabio Censore, qui Allobroges deuicit, excitatus fuit. In hoc arcu eius scuta, & victoriæ signa insculpta. Ad hunc Scribonius Libo sedem, & Prætoris tribunal, quod Puteal dictum, posuit.

In eadem via arcus marmoreus Vespasiani, omnium antiquissimus qui nunc sunt, à Vespasiano deuictis Hierosolymis extructus fuit. In hoc eiusdem victoriæ sculptæ sunt cum arca fœderis ex parte vna, ex altera triumphi, spolia, aureum candelabrum, septem lucernæ, duæ Mosis tabulę, vasa templi, mensa aurea, ponderis talenti magni, & alia multa, de quibus Iosephus.

De Græcostasi, Senaculo, Curia, & Basilica Opimij & Portij. Cap. XXVI.

GRæcostasis locus est è Comitio euntibus ad dextram Rostrorum. Ibi exterarum nationum Legati ad Senatum missi, donec admitterentur, stare consueuerunt.

Opimij Basilica & Curia prope Græcostasim fuit constituta. Supra Græcostasim, ad Concordiæ ædem Senaculum positum. Senaculum autem, quod Senatus in eo, aut seniores conuenire soleant appellatur. Græcè γερουσία dicitur.

Curia in Comitio fuit, & idem hic locus est, vt quidam volunt, cum Senaculo. In curia publicas curas gerebant. Fuit autem Curia Sacerdotum, vbi res diuinæ tractabantur: & Senatus, vbi humanæ gerebantur. Curia autem vbi Senatus conueniebat, templum erat. Non licebat enim s.c. & senatum, nisi in loco per auguria constituto, fieri. Hinc Curia Hostilia, Pompeia & Iulia antea loca prophana, templa per auguria, vt Senatus in ijs haberi posit, sunt consecrata. In Curia Victoriæ ara erat: in gradibus Curiæ signum eiusdem deæ ex puro auro signum fuit.

Cato Maior in sua Censura Basilicam ex ære publico, foro vicinam sub Curia ædificauit, & portiam à se cognominauit, Romuli etiam Palariū apud ædem Mariæ Nouæ positum fuisse putant. Itaque hæc loca quæ quarta vrbis regione descripta sunt, eodem fere loco cōiuncta fuere, quæ inter eum ambitum, quod à Comitio eundo versus pacis, & Mariæ Nouæ templa & hortos penè vsque ad Esquilias inclusa continebantur.

DE TEMPLO IANI ET PIETATIS, AC DE CARCERE PLEBIS ROM. LIBER QVARTVS, CAP. I.

DE SCRIPTIS quatuor partibus vrbis, sequitur quinta: hæc ea loca quæ Tyberim Auentinique à dextra partem, à sinistra vero Tarpeiam rupem, Palatium, vallemq; inter ipsos montes comprehensam includit. Quapropter à proximis locis quæ post Marcelli Theatrum sunt, memoratu dignis auspicabimur, & per ipsius vrbis planiciem percurremus. A Iano igitur, qui ab antiquis rerum ianua principiumq; est creditus exordiemur. Iano templum Numa ad portam Carmentalem, post sacellum deinde sanctæ Catharinæ ad imum Argiletum, iuxta Marcelli theatrum extruxit. Geminę templi ianuę: Pacis tempore clausæ, belli vero aperiebantur, à Consule qui prior, tanquàm dignior fuerat creatus. Hoc ter tantum clausum fuisse memoriæ proditum est. Primùm ab ipso Numa: secundò, à T. Manlio COS. tertio, post bellum Actiacum ab Augusto. Cur autem belli tempore apertum fuerit, variæ traduntur rationes: præcipua tamen existimatur, quod accidit Romulo contra Sabinos bellum gerente. Cum enim Sabini portam Carmentalem iam occupassent, & vrbem irrupturi essent, ex inopinato copiosum aquæ feruidæ flumeo, è Iani templo, quod ante portam in propinquo erat, in hostes erupit. Itaque illis in fugam conuersis, ciuitas liberata est. Vnde posteri Iano, tanquam in auxilium prouocato, tempore belli, fores illi, vt liber sit, aperiunt.

Alij Tatium & Romulum templi eius autores referunt, vt qui, cum fœdus inter eos ictum esset, communem deum tanquam fœderis icti testem, inter duos reges, & duos populos Ianum bifrontem esse consenserint, & eidem hoc templum in eo loco vbi nunc ruinæ S. Catharinæ ædis conspiciuntur, constituisse.

Alij insuper Cn. Duilium vouisse, Tiberium vero ædificauisse adstruunt. Verum diuersæ hæ autorum sententiæ hinc natæ videtur, quod apud posteros plures Ianos fuisse cultos certò cōstat, cum apud veteres vnus solum sit creditus, & quod de alijs atq; alijs dicitur, de eodem dictū falsò putatur. Id quod superius, vbi de Iano quadrifronte, cuius templum in foro constitutum scripsimus, videri potest. Ianus omnium primus dijs templa fecisse, & ritus instituisse fertur, & ob id in sacrificijs primas meruit: figuraturq; cum claui & virga, vt qui portarū custos & viarum rector fiet.

Augustus præterea eius simulachrum ex Aegypto Romam attulit, & in foro Holitorio templum in honorem eius extruxit.

Pietati in foro Holitorio templū M. Attilius Glabrio, in quo loco hodie sancti Nicolai templum in Carcere, dedicauit. In eodem loco primum Ap. Claudius Decemuir Senatus decreto carcerem, quum publicus, de quo superius, non sufficeret, ædificauit, & Carcerem plebis Romanæ appellauit: in eodem postea ipse, iudicij reus, sibi mortem consciuit. In quo etiam multis post annis puerpera quædam paupercula, & humili loco nata, capta, & ob flagitium, vt fame moreretur condemnata. Huius filia cum carceris ianitori supplicauisset, vt illam accedere liceret, exquisiuit prius nunquid alimenti afferret, postquam nihil habuit admissa est: & id sæpius factum. Tandem cognitum illam quæ capta erat, vberibus filiæ nutritam, itaque mater libera dimissa, vtrique elementum è publico deinceps decretum, & ob illius pietatis memoriam, Pietati deæ, hunc locum consecrarunt. Liuius non matrem, sed patrem ea ratione à filia nutritum autumat.

De foro Holitorio, Aede Iunonis Matutæ, & Spei, Sacrario Numæ, columna Lactaria, ac ara, & Fano Carmentæ. Cap. II.

FOrum Holitorium hinc nomen habet, quod illic holerum copia fit, extra portam Carmentalē, vbi olim antiquum macellum fuit. Hunc locum hodie plateam Montanariam vocant.

In eodem foro C. Cornelius COS. bello Gallico ædem Iunoni Matutæ vouit: quam idem postea Censor locauit, in eo loco, vbi deinde D. Andreæ, cognomento in Meotuza templum stetit.

Idem C. Cornelius in foro Holitorio Spei templum, varijs ornatum marmoribus cōstruxit, quod postea Collatinus consecrauit: fulmine longo post tempore ictum, postremo conflagrauit.

Columna quoq; Lactaria in eodē foro, ad quam pueri infantes lacte alendi deferebantur.

Numæ Sacrarium ad theatrum Marcelli ad imum Argiletum fuit.

Ara Carmentalis ab Euandro Carmentæ matri consecrata, ante Carmentalem portam fuit.

Ibidem Fanum Carmentæ à matronis Romanis ædificatum. Hęc primum Nicostrata, sed quia carminibus oracula reddebat, Carmenta est vocata.

De foro Piscario, & templo Fortunæ Virilis. Cap. III.

FOrum Piscarium secundum Tyberim ad Iuoium, inter sanctæ Mariæ in porticu, & Aegyptiacæ templa, intraque portam Carmentalem, haud longe à foro Boario ponitur.

Sanctæ Mariæ Agyptiacæ templum ioxta Tyberim, & eiusdem cognominis pontem hodie est. Hoc alij Misericordiæ, alij Fortunæ atque Pudicitiæ olim templum fuisse affirmare conantur, sed frustra, nam illa templa nō hoc loco, sed in foro Boario fuere. Verum hoc quo de hic fit sermo, Fortunæ Virilis templum prope Tyberim fuit. In hoc Seruij Tullij lignea statua, auro perfusa stetit, quæ incendio exorto, cæteris absumptis, sola remansit incolumis.

De templo Vestæ, Salinis, Coclitis arcu. Cap. IIII.

AD Mariæ Aegyptiacæ ædem extat adhuc templum antiquissimum, nunc D. Stephano dicatum, cuius forma est circularis, columnæq; in circuitu dispositæ, testudinem, quæ vnica totam ædem operit, sustinent. Hoc templum Vestæ olim sacrum fuit, Numa, sumpta forma ab eo quod Albæ fuit, orbiculari, in vertice foramen lucis causa habentem extruxit. Cęterum dea ipsa simulachrum non habet, quum nec ignis, cuius dea hęc esse perhibetur, effigiem vllam certam constantemque habere queat. Vestam autē hinc appellarit Latini, quod varijs sit vestita rebus. Græci ab *ἑστία*, quod vis eius ad aras focosq; pertineat. In hoc templo sacer ignis nō custodiebatur, sed in eo quo de supra mentionem fecimus, quod Romulus inter Capitolium & Palarium extruxit, conseruabatur.

Salinæ, salis publici, in ea ripa Tyberis quæ à prædicta Vestæ æde, in Auentinum pertinet, receptacula fuerunt.

Arcus Horatij Coclitis ad primas Aueotini radices, inter montem ipsum & Tyberim fuit.

De foro Boario. Cap. V.

HActenus ab huius libri quarti initio descripta sunt, quæ ad dextram Tyberis partem notanda fuerunt, deinceps quæ ad sinistram eiusdem fluminis memoratu digna videntur, pro more percurremus, ac primum quidem de foro Boario.

Forum Boarium prope Velabrum & Ianum, inter Palatinum montem, & scholam Græcam apud templum D. Gregorij fuit. In eo æneum tauri simulachrum antiquissimum fuit. Quidam ab hoc foro Boario nomen esse voluere: Alij quòd illic boues venundentur: vel quòd in eo boues immolare veteribus mos fuerit. Vel quia Euander in eo loco Herculi ob interfectum Cacum & boues receptos,

pros, bouem immolauit. Ibidem erant olim instrumenta cum victimarijs, & sacrificulis ad sacrificia ipsa accinctis.

In hoc foro primum gladiatorium munus exhibitum.

De templo Herculis Victoris, & ara Maxima. Cap. VI.

HErculis Victoris templum rotundum in foro Boario, iuxta scholam Græcam, vbi olim Euander Herculi aram Maximam posuit, extructum fuit. Hoc tanta veneratione esse prædicant, vt neque muscæ neque canes eius tecta subintrent. Hercules namque cum sacrificulis suis viscerationem committeret, Myagirum, id est, muscarum congregatorem deum, imprecatus est. Hic ergo procul ab hoc templo suas muscas abigit. Clauam vero ad fores reliquit, quam vbi canes conspexerint, procul illinc aufugiunt: & hoc ad Plinij vsque tempora ita à muscis canibusque immune fuit. Huius sacris neque mulieribus, neque seruis aut libertis interesse licet. Templum hoc postremo Neronis incendio consumptum est.

Statua præterea Herculi ab Euandro erecta, quæ, quia triumphali veste induitur quoties triumphatur in vrbe, Hercules Triumphalis est dicta.

Euandro regnante aram solum, quam Maximam vocabant, Hercules habuit. Hanc ipsi Euander ob Cacum interfectũ, & boues restitutos excitauit. Et insuper boum decumas obtulit. Dixerat namque ille, Vitam hos ductutos felicẽ, qui sibi bonorum decumas dedicauissent: Hinc etiam Decimæ Herculeanæ nomen.

De Pudicitiæ, Fortunæ Prosperæ, Matutæ, Forti Fortunæ æde, ac de Vico publico, Velabro, & Accæ Laurentiæ sepulchro. Cap. VII.

AD Herculis templum, Pudicitiæ Patritiæ ædem ab Aemilio conditam esse constat. Pudicitiæ autem huius signum in foro Boario erat, ad cuius deæ sacra Plebeijs virginibus accedere non licebat. Quare plebeia quædam virgo etiam Plebeiæ Pudicitiæ sacellum excitauit, à cuius sacris Patritiæ virgines vicissim arcebantur. Fuerunt & alia multa Pudicitiæ loca templaque consecrata.

Fortunæ Prosperæ & Matutę templa consecrauit in foro Boario, Ser. Tullius. Prosperã autem vocauit eam fortunam, quæ cæca non erat. In eo loco aliquando oleam fuisse ferunt, ex qua cum mel flueret, augures arculam ex ea fieri iusserũt, in ea sortes, quæ puerorum manibus Fortunæ monitu tractatæ fuissent, aut miscebãtur, tanquam felices futurę ac nobiles, recondebantur. Ser. Tullius omnes actus suos qualescunque essent, fortunæ adscripsit, vt quæ illum ex ancilla natum sæpe iuuisset, & postremo ad regiam dignitatem promouisset. Hinc Fortunæ Primigeniæ & Masculæ, Conuertenti, Benesperanti, Videnti, vt quæ regat & faciat omnia, templa cõsecrauit. Paruæ quoque Fortunæ templũ dedicauit, eo significans, nihil tam paruum nobis accidere posse, quod non dijs acceptum referre debeamus.

Matutæ templum vouit Camillus bello Veientium, dedicauitque. Quod diu antè restaurauerat Ser. Tullius. Matutæ & Primigeniæ Fortunæ eodem die sacra faciebant Rom. & eodem quoque die ædes earum simul sunt igne consumptæ. Caruilius COS. ex Hetruscorum manubijs prope Matutæ, Fortunæ Forti templum faciendum locauit.

Vicus Publicus à foro Boario incipiebat, & in Auentinum ad Iunonis reginæ templum ducebat.

In hac vicu prope Boarium forum Velabri ædes, in eo loco vbi nunc D. Gregorij cognomento in Velabro templum est.

Auentinus olim à reliquis montibus disclusus Tyberi fuit. Priusqoam enim Tarquinius Priscus alueum Tyberis mutaret, eruptionibus, Auentini radices, sinu facto, abluebat: quapropter necesse fuit, vt Auentinum aditurus velaturam faceret, id est, quadrante dato, lyntribus eò veheretur. Hinc à vehendo Velabrum locus is hodie, quã olim Tyberis sinu facto, transibat, dicitur.

Accæ Laurentiæ sepulchrum in Velabro quoq; fuisse, scriptum reliquit Antias.

De Vertumno, eiusq; templo, Iano Quadrifronte, ædibus Africani, Basilica Sempronia, ac de Laneis Tabernis. Cap. VIII.

VErtumnum deum antiqui dixere, non solum qui rebus vendendis, emendisque, fructibus denique ipsis, sed etiam qui mentibus humanis præesset, dictus à vertendo, quòd is mentes cogitationesque pro suo arbitrio mutaret verteretque sæpè in diuersam sententiam. Huius signum & templum in vico Thusco ad Opis & Cereris aras constituerunt. Festa eius, quæ mense octobri celebrabantur, Vertumnalia appellarunt.

Sunt qui Vertumnum & Ianum Quadrifrontem eundem esse voluerunt, hac ducti ratione, quòd Iani Quadrifrontis templum in Velabro, vbi & Vertumni posuerunt, constitutum esse velint. Iani autem templum, de quo etiam superius, quatuor columnis vnam testudinem templi sustinet: quatuor insuper portas habet, & in frontispicio cuiusque duodecim fenestellas, quæ quatuor anni temporacum duodecim mensibus designant. Ianum autem in sacrificãdo principem posuit antiquitas: nomenque ab eundo imposuit, vnde domorum quoque transitus ianuæ appellantur.

Ad Vertumni signum P. Africanus ædem habuit: quã deinde Sempronius cum Tabernis Laneis emit, & Basilicam, quam Semproniã vocant, eodem loco, prope templum S. Gregorij in Velabro construxit.

De Argileto, domo Cornelij, Aequimelio, & Socordiæ sacello. Cap. IX.

ARgiletus à fine Vici Thusci incipiens, ad Marcelli theatrum terminatur. Fabius Pictor, à principio Vici Thusci, sub Cœliolo, inter circum Maximum, ad Auentinum vsque deduxit. Argiletus autem, ab argilla terra, cuius illic copia est, nomen habet. Vel ab Argo quodam, qui cum ab Euandro hospicio susceptus esset, vitæ insidias struxit, vt eo interfecto, ipse regnaret. Verum insidijs à socijs Euandri animaduersis, ab illis interficitur. Huic Euander sepulchrum in eo loco & locum ipsum consecrauit.

Imus autem Argiletus ad Marcelli theatrum est. In hoc vico opificum tabernæ erant, & in primis bibliopolarum. Has tabernas Argiletanas dictitabant.

Cornelius Domitianus in Velabro domum habitauisse fertur.

Aequimelium inter Velabrum & Capitolium, ad tabernas Laneas fuit. Hinc vero hoc nomen habet. Quòd Sp. Melius, ciuis Romanus regnum affectans in hoc loco habitauit. Qui cum regnum affectare intelligeretur, occiditur, & bonis eius publicatis, domus solo æquata, area is locus à Romanis factus.

Murtiæ Socordiæ templum sub Auentino ad cliuum Publicũ fuit, ea parte qua ad ædem S. Priscæ ascenditur. Hinc Auentinus quoq; ipse Murtius aliquãdo dictus est.

Asylum præterea quidam in hoc loco ponunt. Verum in Capitolio primum Asylum fuisse ædificatum à Romulo, superius indicatum. At postquam in Capitolio tantæ opes sunt congestæ, & Senatus subinde in eodem conueniret, non satis tutum visum est Romanis, in eum locum latrones, aliosque omnis generis infames homines confugere atque habitare, visum igitur illis tutius esse aliò Asylum transferre. Itaq; non solum vno loco, sed pluribus deinde Asyla esse cœperunt, nec Romæ modò, sed alibi quoque terrarum.

Circus quid sit, vnde dictus, & cuius rei causa institutus. Cap. X.

CIrcus dicebatur locus is, vbi ludricra fiebãt certamina. Dictus autem circus ob hoc quod in circuitu spectaculis ædificatis, ibi ludi fierent, & quod illic circum metas ferretur pompa, & eqoi currerent. Erat autem forma oblonga instar arcus, in circuitu habens gradus spectatoribus apta sedilia, ne alter alterius prospectum impediret. In medio metę duæ pari interuallo distantes. Carceres item in prima circi parte. Carceres autem hinc vocati, quòd equi, donec magistratus signum pugnæ dedisset, illic coërcerentur.

Ludorum vero celebritates, deorum festa sunt: siquidem ob eorum natales dies, vel templorum dedicationes constituti sunt, & fiunt. Et primitus quidem venationes, quæ vocantur, munera, Saturno attributæ: Ludi vero scenici, Libero: Circenses Neptuno & Cereri. Sic alij alijs dicati ludi, in eorum honorem & memoriam quotannis celebrabantur. Circenses vero Ludi hinc dicti, quia in ripa fluminis agitabantur, in altero latere positis ensibus, &c. Verum de ludis, & spectaculis multa Sisinius.

De Circo Maximo. Cap. XI.

CIrcum Maximum primum instituit & fundamenta posuit Tarquinius Priscus, inter Auentinum & Palatinum. Cæterum magnificentiam ipsam addidit Cæsar & ampliauit. Quum enim longus fuerit stadiorum trium cum dimidio, latus quatuor iugerum, Cæsarem in eam amplitudinem extendisse, & non Tarquinium, volunt: id quod verisimile est, quum Tarquinij temporibus ciuitas adhuc tam populosa non esset, neque in tantum dedita spectaculis, ergo non tanto opus erat spacio, vt Cæsaris ætate. Habebat autem Circus tribus lateribus effossum stagnum, altum latumq; pedes denos. Post stagnum porticus ædificatæ triplici rectura, hę sedilia habebant in imo lapidea, superiora lingnea, basim omnes porticus habebant eandem, coniunctæ namque sphæricam constituebant formam. Capiebant hæ hominũ centum quinquaginta millia: reliqua vide apud Dionysium, Plinium, Liuium aliosque qui de ædificijs Rom. scripserunt. Hunc circum exornauit deinde Augustus, nam carceres fecit marmoreos, metasq; deaurauit, aliaq; multa addidit ornamenta. Postremo collapsum, ampliorẽ & elegãtiorem reddidit Traianus. Post hunc insuper Heliogabalus columnas pulcherrimas addidit, auroque illustrauit, pauimenta deniq; ipsa ex chrysocola strauit. Verum de Circi pulchritudine multis scribit Nazarius. Talis namq; fuisse perhibetur hic locus, vt homines non tam ob ipsa certamina, quàm loci amœnitatem illuc conuenirent. Maximus autẽ ideo dictus putatur, quod deorum maximo Vortumno sacer esset, vel, ob ludorum magnam sumptuositatem & excellentiã, vel, quòd inter circos Flaminium Intimumq; maximus esset. Nam Plinius longum stadiorum trium, latum vero vnius fuisse scriptum reliquit, vt qui hominum sedentium caperet ducẽta saxaginta millia.

De templis & aris quæ in circo Maximo, vel in terraitu fuisse leguntur. Cap. XII.

COnsus consiliorum deus fuisse perhibetur, vt qui hominum consilia celet, vel prodeat hominibus. Huic in circo Maximo sub tecto ara fuit, quæ significat, tecta consilia esse debere. Ob quam causam hæc ara etiam illi à veteribus Romanis consecrata fuisse legitur. Illi namque dum consilium de raptu virginum Sabinarum cepissent, veriti ne ante tempus proderentur, huic deo aram hanc dedicarunt, & simulachrum quoque eius in ea constituerunt. Quæ quidem ara quadam temporum iniuria, & hominum in deos negligentia, ita neglecta mansit, vt tandem penitus ignoraretur. Tandem iterum inuenta, reliquis temporibus tecta manebat, certaminibus vero equestribus deregebatur. Huic quoq; deo Consualia festa instituta, ludi quos in raptu virginum Sabinarum instituerant, ad hanc aram ab eius sacerdotibus celebrabantur.

Neptunus eques item in circo Maximo templum habuit. Hoc anno à Christo nato M.D.XXVI. post D. Anastasiæ templum in radicibus montis Palatini in circi fundamentis repertum est, & vestigia inuenta, vt certis coniecturis templum hoc Neptuni fuisse comprobatum fiet. In huius honorem Circenses ludi à veteribus sunt celebrati.

Genio quoq; archanorum consiliorum duci, aram in circo Maximo constituerunt.

Præter has habuit circus Max tres alias aras: vnam dijs Magnis: alteram dijs Penatibus: tertiam dijs cœli & terræ, à quibus oriuntur omnia. Hos Romani Genios, Penates vrbisq; Præsides, & Custodes vocabant.

Liber, Libera, Ceres, & Proserpina, iuxta circum Maximum templa habuerunt: quæ Posthumius aduersus Latinos bellum gerens vouit. Idem rediens, re feliciter peracta, ædificauit, dedicauitq;.

Solis deniq; & Floræ templa in eodem fuere ambitu.

Veneri item templum prope circum Max. fuit. Hoc Q. Fabius Gurges COS ex ære multatitio matronarum ob stuprum condemnatarum faciendum locauit.

Iuuentuti Lucinius non longe ab eo loco extra circum Max. ædem dedicauit.

Mercurius item templum ad circum Maximum habuit.

Fortunæ Seiæ Plinij tempore simulachrum in circo Max. cernebatur.

De Naumachia circi Maximi. Cap. XIII.

NAumachia locus, hanc ob causam vocatur, *ἐν ᾧ δύνανται νῆες ναυμαχεῖν*, id est, quòd ibi nauibus decertarent, nam illic loca instar lacunarum effossa, vbi naualis pugnæ simulachra quædam ostendebantur, ad iuuentutem Romanam exercendam, vt mari quoq; hostem lacessere ac lædere nosset. Huiusmodi ludicra, non solum in circis, sed amphitheatris quoq; committebantur.

De Obeliscis duobus circi Maximi. Cap. XIIII.

OBeliscus (Marcellino autore) lapis asper admodum est, in figuram metæ cuiusdã sensim ad proceritatem consurgens excelsam, vtq; radium imitetur, gracilescens paulatim, specie quadrata, in verticem productus angustum, manu leuigatum artifici. In plerisque literæ hieroglyphicæ sunt insculptæ, quibus nimirum autorem aliaque memoranda referebant. De his notis, idem Marcellinus: Formarum autem innumeras notas hieroglyphicas appellatas, quas ei vndique videmus incisas, initialis sapientiæ vetus insigniuit autoritas. Tantum ille. Pingebant autem varias animalium ac volucrum figuras, & sæpe noua confingebant, quibus quod memoria dignum erat ad posteros reseruabant. Et is mos non in Aegypto solum, sed alibi quoque terrarum durauit, donec literæ ipsę sunt repertæ, tum hoc cessauit, & primum quidem vnica litera integram dictionem, dictione orationem significabant. Verum de his multa apud autores qui de notis hisce scripserunt. Fiebant autem Obelisci (Plinio teste) ex lapide simithe. Hos dijs erigebant, atq; consecrabant, in primis vero Soli, & ideo ijs excidendis radios imitabantur, vt dictum est, solares. Primus omnium Methres rex obeliscum instituit. Romæ obelisci nulli excisi, sed aliunde allati, ob rei admirationem & ornatum erigebantur. In circo igitur Maximo obelisci duo cernebantur, alter erectus in altum stabat, octogintaocto pedum altus: Alter in naumachia iacens, centum triginta cum dodrante longus, præter basim, quem Augustus ex Hieropoli Aegypti ciuitate, Romam transtulit: Verum erigere cum conaretur in duas partes fractus cecidit. Hic excisus à rege Samnefreteo, quo regnante Pythagoras in Aegypto fuit.

De Fornice Sertinij in Circo, Loco Tuberonum in circo, & theatris, Lupanaribus, Pompeij domo, & Iuturnæ fonte. Cap. XV.

SErtinius Hispania deuicta, magnam copiam pecuniæ in ærarium retulit, & ex manubijs Fornices duos, alterum in foro Boario, alterum in circo Maximo excitauit. His fornicibus signa aurea, aliaque ornamenta imposuit.

Heliorum familia haud diues, sed magna existimatione apud Romanos erat. Inter quos tanta concordia fuit. vt sedecim simul vno tempore in ijsdem ædibus habitarent. Quibus ob insignem virtutem, & res bene gestas, locus à S.P.Q.R. in Circis & theathris, vt spectaculis interesse, & certaminibus possent, est donatus.

Apud circum Max. Lupanaria, vbi meretrices corpore quæstum faciebãt. At hic locus postea solo æquatus, nunc area est.

Pompeij domus, prope circum Maximum & in ea statua Herculis constituta.

Iuturnæ

Iuturnæ nymphæ fons adhuc in Velabro scaturire iuxta cloacam Maximam quibusdam videtur.

De Septizonio Seueri. *Cap. XVI.*

SEquebatur post circum Maximum vrbis pars sexta, nempe mons Cœlius. Verum quia Septizonium Seueri, & Cõstantini arcus, antequam ad Cœlium sit ventum, inter Palatinum & Cœlium occurrunt, de his, præsertim structuris tam insignibus, prius aliquid dicendum est. Septizonium ergo magna quædam moles est. & quadrata, quæ septem cingulis, id est, columnarum ordinibus inuicem superimpositis in modum quatuor porticuum ambitur: ita vt columnæ quanto altiores, eò minores, breuioresque disponantur: in cuius medio quatuor parietes, loculos quosdam facientes, surgunt: in summo regum, & imperatorum condebantur cineres. Iulius Capitolinus septodium nominat eam molem, Græci enim loca frequentia, ad quæ multæ perducuntur viæ, Heptodia vocant, ab ἑπτὰ & ὁδὸς. Plinius Septisolium appellat, à septem solarijs: In singulis enim ordinibus, columnæ marmoreis trabibus inuicem superius iungebantur: alijs vero trabibus cum mole ipsa in interiore parte excitata, & ita singuli ordines vnam faciebant porticum, siue solarium. Duo autem Romæ septizonia fuisse leguntur, Titi nempe, antiquissimum in via Noua, non longe à Seueri septizonio: huius ne vestigium quidem restare videtur: Et Seueri huius adhuc supersunt, è regione templi sancti Gregorij, tres, operis ambitiosi veluti zonæ, columnarum pulchritudine, & magnificentia spectabiles. Constitutum fuit autem in via Appia ab ipso Seuero extructum, nunc quod reliquum est, ita inclinatur, vt iamiam ruere putetur.

De arcu triumphali Constantini Imperatoris.
Cap. XVII.

ARcus triumphales erigebantur ijs solum qui prouincijs aut exteris nationibus debellatis, & rebus feliciter gestis, triumphum meriti videbantur: vnde etiam triumphales arcus dicti sunt. In his arcubus ob perpetuam rerum gestarum memoriã, loca ipsa, vbi bellum actum, machinæ & acies, si in terra pugnæ commissæ: naues, si maritimæ fuerant, incidebantur. Verum ante Imperatorum tempora arcus excitauit nemo, & Plinij tempore primum extrui cœpti sunt, vt Titi sit omnium antiquissimus. Ante Imperatorum ætatem, statuæ & trophæa ponebantur. Postea multi sunt excitati, inter quos Constantini arcus insignis ad angulum Palatini, iuxta theatrum triumphalibus ornamentis conspicitur, & adhuc hodie propemodum illæsus superest. Hunc Constantinus ipse sibi, Mezentio superato ad Miluium pontem, constituit.

De Cœlio monte & Cœliolo. *Cap. XVIII.*

COelius mons, olim à quercuum frequentia Querquetulanus: postea à Cœle Vibenna Hetruscæ gentis duce, cui sedes in eo monte data à Romanis est, Cœlius est appellatus. Thuscorum igitur populus cum esset propter multitudinem & loci munitiones suspectus, in vicum, qui Thuscus ab ipsis est cognominatus, migrare iussus. Qui vero extra suspicionem erant, Cœliolum, vel Cœlicolum, id est, paruum Cœlium occuparunt, is fuit vbi olim Diana colebatur, hodie D. Euangelistæ virginis locus illic est & templum consecratum. Mons hic postea à Tiberio Augustus est cognominatus.

De Fauni, Veneris, & Cupidinis templo, Curia Hostilia, Castris peregrinis, domo Lateranorum, de Constantini & Sesoriano Palatio, ac de L. Veri statua equestri. Cap. XIX.

IN Cœlij montis dorso, templum forma circulari nunc D. Stephano, olim Fauno sacrum, extat. Faunus autem, ἀπὸ τοῦ φωνεῖν, quod voce, non signis futura perdiceret sic est dictus. Albani antiquis temporibus montis eam partem inhabitarunt, vbi hodie sanctæ Mariæ Domnicæ templum est.

Veneris & Cupidinis in Cœlio, non longe à porta Næuia, vbi nunc sanctæ Crucis in Hierusalem est, templa fuerunt.

Curia Hostilia duobus in locis Romæ fuit, altera namque in foro ad Pacis templum, vbi Hostilius Rex prius habitauit, altera in loco, in quo postea DD. Ioannis & Pauli templum est constitutum.

Castra Peregrina in Cœlio monte ad ortum æstiuum, versus Esquilias constituta, quo in loco hoc tempore quatuor Coronatorum templum colitur.

Lateranorum quoq; domus in eodem monte, ad Lateranorum Basilicam extructa fuit.

Flauij Constantini Palatium prope Lateranorum domum, inter portam Cœlimontanam & Gabiusam fuit.

Sesoriani vero Palatium, apud Næuiam portam, & S. Crucis in Hierusalem templum est constitutum.

In Lateranẽsi platea statua equestris L. Veri fuit. Hanc alij M. Aurelij, Antonini, alij etiam Septimij Seueri fuisse tradunt.

De Amphitheatro, & in primis Statilij Tauri.
Cap. XX.

SEquitur Statilij Tauri Amphitheatrũ. Sed priusquam de ipso scribatur, paucis, quid amphitheatrum sit declarandum. Dicitur igitur amphitheatrum ἀπὸ τοῦ ἀμφὶ, καὶ θεάομαι, id est, circum specto, qua in vnum iuncta duo visoria, forma est hemicycli. Quidam Titum primum amphitheatrum excogitauisse putãt: alij C. Cæsarem in campo Martio primum extruxisse probant. Verum Statilius ante Titum amphitheatrum posuisse, autore Suetonio comprobatur.

In amphitheatris præmia decertaturis cum bestijs proponebantur. Condemnati etiam horribile spectaculum hominibus exhibebant, qui capti in ea claustra ad conflictandum cum bestijs à lictoribus deducebantur.

Imperatores præterea antequam in bellum proficiscerentur, munera gladiatoria in amphitheatris exhibebãt, vt milites ad pugnas, arma, vulnera deniq, & sanguinem non reformidare assuescerent, ne futuri belli pericula propter nouitatem, detrectarent. Statilij amphitheatrum magna ex parte adhuc ad S. Crucis in Hierusalem, prope mœnia extat. Eo autem tempore ab eo extructum, cum Augustus ciues Romanos, vt quisque ciuitatem pro viribus exornare contenderet, hortaretur.

Aquæductus cur inuenti, quibus modis aquæ ducerentur, cui vsui, quis primus deduxerit, & quos aquæ deductæ.
Cap. XXI.

CIuitas Roma ab initio, vt dictum est libro primo, angustis limitibus circumscripta, ad Tyberim populus propter aquæ copiam consedit. Verum vrbe quotidie crescente, necesse erat alios in hunc, alios in alium locum remotius à flumine domicilia constituere, vnde cum aquæ inopia laboraret, vt quæ longo itinere, & labore magno esset apportanda: Loca insuper, quod aquas fluentes non haberent, quibus sordes abluerent, & in Tyberim deriuarent, denique propter malum aërem, qui his fœtoribus inficiebatur, in salubria, vt plurimum & pestilentia erãt. Suscepit igitur Nerua Princeps huic malo medendi curam. post hunc etiam alij, & aquæductus, vt aquam in ea loca vrbis, quibus alioqui non erat deducerent, humana sagaci industria excogitarunt. Et id quidem via duplici, arcuato videlicet opere, cum aqua supra terram dirigitur, certo libramine, riuulis effossis: & subterraneis cuniculis, cum per meatus subterraneos, syphones ac fistulas vnda in vrbẽ deducitur. Vnde accidit vt tanta in vrbe vndiq; aquę fuerit copia, vt singulæ ferè domus suos habuerint fontes, in primis vero in Quirinalis radicibus, & eiusdem montis dorso, in vico Patricio, Saburra, via Latina, Auentino, platea Iudæorum, & alijs locis cõpluribus hac etiam ætate subterraneis meatibus abundat. Deducebantur autem aquæ ex diuersis locis. & alius aquæductus, præsertim qui per arcus fiebat alio, altior erat, siue depressior. Ductuũ igitur altitudines quinq; primis temporib. fuisse dicuntur, altissimus Anio Nouus, proximus Claudiæ aquæ, tertium locum tenet aqua Iulia, quartũ Tepu-

la, sequitur hunc Martia, post hunc Anio Vetus, cuius libram sequitur Virgo, Appia, & infima omnium Alsietina, hæc Transtyberinæ regioni seruit, & alijs in planicie locis in infimo constitutis. Quę aquæ in castella primum, ex illis à castellario certa mensura distributæ in loca destinata effluebant. Castellum autem est quod aquam publicam recipit, & in varia loca transmittit. Castellarius vero castellorum custos. Erant insuper in solo lacus, aquarum receptacula, qui pro coriarijs, fullonibus, alijsque eius generis opificibus aquam pro necessitate conseruabant. His aquis certi custodes, & operariorum certus numerus decretus. Deniq; magna erat pœna constituta ijs qui aquæductus violassent, vel aquam aliò quàm leges, statuta publica, Censores, vel ipsi Aediles permisissent, deriuassent, vel plus etiã aquæ quam ipsis ab initio concessum esset sumpsissent. Ap. Claudius primus omniũ arcuato opere aquam in vrbem perduxisse memoratur. Sed de aquis ipsis Romanis, aquæductibus, alijsq; rebus ad hæc constitutis, vt ratione ducendi, instrumentis, mensuris, ponderibusq;, lege Frontinum, qui vere & copiose de his rebus scripsit. Præterea Sextum Ruffum, qui de eadem re diligenter tradidit. Frontini tempore nouem tantum aquæ in vrbem ductæ, nempe, Appia, Anio Vetus, Martia, Tepula, Iulia, Virgo, Alsietana, quæ etiam Augusta est dicta: Claudia, Anio Nouus. Ruffus decem & nouem commemorat, vnde liquet hunc longo tempore post Frontinum scripsisse.

De aquæductu aquæ Claudiæ. Cap. XXIII.

CAligula aquæductus duos inchoatos, è vita decedens, imperfectos reliquit. Hos D. Claudius suscipiens, magnificentissime absoluit: Et alteri qui ex fontibus Cæruleo & Curtio incipiens in vrbem deducebatur, Claudiæ aquæ nomen imposuit: Alteri vero, ob discrimen aquæductuũ Anienis, qui duo erant, suum Anionem Nouum appellabat, diuersum scilicet ab eo qui Vetus Anio nominatur. Claudia aqua igitur à porta Næuia per Cœlij montis dorsum in Auentinum perducebatur. Huius partem etiam in Capitolium deriuauit Caracalla.

De ijs quæ incertam sedem nunc in Cœlio monte habent. Cap. XXIIII.

BRutus COS. Tarquinio expulso, Carnæ deæ in Cœlio monte templum extruxit, cui, voti reus, etiam sacrificauit. Hanc antiqui membris vitalibus præesse putarunt, & in eius tutelam membra eadem committebant, vt salua conseruaret, illius altaribus sacra imponebant.

Agrippa item templum Claudio Cæsari extruere cœpit, quod eo defuncto Vespasianus absoluit: Nero funditus euertit, hoc in eodem monte positum fuit.

Mamurra Formianus Cæsaris fabrorum in Gallia præfectus, Romanorum omnium primus domum, quam in Cœlio habuit marmoreis crustis exornauit. Claudij Centimali præterea domus in dicto monte fuit. Et Tetricorum, qui duo ex triginta tyrannis fuerunt. Item, Iunij Senatoris, in cuius ædibus, cum totius montis ædificia igne absumpta essent, Tyberij effigies inuiolata remansit. Isthic & T. Claudij Clypti hymnologi ædes positæ dicuntur. In hoc monte Macellũ magnum, antrum Cyclopis, Spoliarium, & Armamentarium fuit.

De Appia & Noua via, ac de Isidis, Virtutis & Honoris, Quirini siue Martis æde, & Almone flumine. Cap. XXV.

SEquuntur loca quæ Auentinum versus, in Cœlio monte memorabilia fuerunt. Via Appia itaq; prima occurrit, quæ à Constantini arcu incipiens, Brundusium vsque progreditur. & quia à Caracalla munita fuit, Nouæ nomen postea accepit. At quæ verè Noua vocatur, à Palatij porta principium capit, & per radices Palatini, supra circum Maximum: ad infimam Piscinam vbi nunc D. Sixti templum est protenditur. Fuerunt etiam aliæ multæ viæ quas Nouas vocarunt, quare diligenter cauendum, ne hic erretur, quod de diuersis sæpè dictum est, de vna eademq; scriptum existimemus.

Inter Sixti ædem, Piscinam, & thermarum Antoniatum ruinas, Isidis Anteno doricæ templum ab Antonio Bassiano conditum fuit.

Honoris & Virtutis templum non longè à via Appia, à M. Marcelli patre in Gallia ad Clastidium votum, annis septendecim, pòst à filio M. Marcello dedicatur.

Martis templa duo fuere, vnum Quirini intra vrbem prope portam: alterum in via Appia extra vrbem.

Almo fluuius per viam Appiam, Auentiniq; radices in Tyberim labitur: oritur vero ab vrbe pass. millibus decem in agro Marino: Appijque riuum postea vulgo nominarunt. In hoc flumine Mater deorum singulis annis à Gallis sacerdotibus abluebatur.

De Thermis in genere. Cap. XXVI.

THermæ à θερμὸν quod calidum significat, Græcà voce significationem trahit, nos vero loca quæ calentibus aquis, aut sine ipsis, fornice solo calefacto, lauandi, aut sudandi vsibus deputata, eodẽ nomine, quo Græci, thermas appellamus, Romanis frequentiorem olim, quàm hodie, lauandi consuetudinem fuisse, multæ & varię scriptorum autoritates contestantur, idq; varijs de causis, sicut etiam apud nos adhuc, factitatum, vt scilicet, sudorem, pulueremq; abluerent: sanitatis item & voluptatis gratia, vnde factum vt mediocriter etiam diuites, quisq; propemodum priuata balnea possiderent: sed tamen diuersa variaque ratione ædificata. Multa namque publica balnea instituta, vt plebs pro libitu cum vellet illis vteretur. Seruius Orata primus pensilia balnea inuenit, atque extruxit. Deinde postquam luxuria in immensum accreuit, mira opulentia, & splendore lauacra sunt extructa, ita vt neque modum, neque mensuram seruare viderentur, id quod ex vestigijs & ruinis etiamnum apparet. Et hæc loca vbi illa extruebant, Thermas appellabant. Quæ & ipsa varia loca in se, & infinita propè continebant, varijs nominibus insignita, vsibusq; destinata. nam loca alia ad aquas calefaciendas, forma circulari erant, vnde aqua calida balneis in solo & pensilibus constitutis suppeditabatur, quæ post lauationem immunda atque inutilis reddita, per canales in cloacas deriuabatur. Habebant & apodyteria, in quibus balneum ingressuri sese exuebant, vestesq; reponebãt. In ijsdem locis & areæ, amplissimis porticibus circonductis, camerataq; superbissimis fornicibus ædificata, in quibus diuersi variegatique coloris ex marmore columnæ. Pauimenta item lithostrata, parietesque marmoreis tabellis incrustata. Xysti, nemora, natatoria populi ludis delitijsque exposita, vbi sese reficerent, oblectarenturque. Hæque deliciæ ita trahebant illorum studia in se, vt sæpius quidam etiam vno die lauarent, & in balneis reges quoque promiscuè cum alijs cœnitarent, & lauarent. Habebant etiam priuata splendidissime extructa balnea: Vt Antonius Caracalla thermas suis sumptibus extruxit, quæ etiam ab ipso Antoninæ thermæ sunt appellatæ: Harum ruinę adhuc nõnullæ ingentes conspiciuntur, & columnæ stantes quædam, quædam deiectæ cernuntur. Alij has ab Antonino inchoatas volunt, & à Seuero perfectas, & exornatas. Constitutæ fuerant autem ad Auentini radices, ad viam Ardeatinam, nunc vbi S. Balbinæ templum est. Sub thermis Palatium nobilissimum, cuius vestigia hodie vix apparent, posuit.

DE AVENTINI MONTIS ÆTYMOLOGIA, ET IIS QVAE IN EO MEMORATV DIGNA. LIBER QVINTVS, CAP. I.

AVENTINVS montium Rom. in ordine quartus est. Cuius ambitus & forma, quoniam libro primo descripta sunt, non est necessarium hic repetere. Verum vnde sic dictus sit, & quæ in hoc templa deorum, aliaque ædificia fuerint, restat commemorandum.

Auentinum

Auentinum igitur ab auibus, qui à Tyberi in hunc montem cubitum volabant, appellatum existimant, alij à Sabino rum rege, in eo occiso & sepulto: alij Sabinos, qui à Romulo ciuitate donati, in eo consederunt, ab Auante prouinciæ eorum fluuio, huic monti nomen dedisse arbitrantur. Varro ab aduectu dictum adserit. Nam, vt paulo antè dictum est, mons hic ab alijs montibus & ciuitate, olim paludibus & Tyberi exclusus, vnde qui hunc adire volebant, ratibus aduehebantur. Sunt etiam qui ab aduentu dictum autument, quod Dianæ templum in eo sacrum Latini frequentarent, & in eum locum aduentarent. Hinc etiam Remurius est nominatus, à Remo qui in eius vertice ad auguria capienda consedit, & tandem in eodem sepultus. Romulus itaque inhabitari vetuit, vt quem fratri suo sacrum esse vellet. Hunc postea Ancus Martius muro cinxit, & ad habitandum volentibus concessit. Tametsi sint qui vsque ad D. Claudij tempora vacuum fuisse existiment, vt quem auibus obscœnis ominosum, intra mœnia recipiendum vetuerint. Verum vbi indies multitudo accreuit, hunc quoque reliquæ ciuitati coniunxerunt.

De Dianæ, Bonæ deæ, Herculis Victoris, Iunonis Reginæ, Monetæ, Lunæ, Victoriæ, Mineruæ, & Libertatis templo, & ara Elicij Iouis. Cap. II.

IN vertice montis Auentini, Tyberim versus, D. Sabinæ templum est, in quo loco prius Dianæ sacrum sacellum fuit. Idibus Augusti Romæ seruis dies festus esse consueuit, eo namque die Ser. Tullius è serua natus, ædem in Auentino Dianæ consecrauit, & diem sacrum seruis, vt qui in eius tutela sint, esse voluit. Alij ab Anco ædem hanc ædificatam existimant, ex pecunia quam ciues nuper ex Politorio eò traducti contulerant. Hoc templum commune omnibus Latinis fuit, vnde sæpe illud frequentabant.

In eodem propemodũ loco, sanctæ Mariæ cognomento Auentinæ ædes sacra constituta est. Hic locus prioribus seculis Deæ Bonæ sacer fuit. Nam Claudia, Vestalis templum illi in eo, idque in Fatuæ sons Fauni honorem, excitauit.

In eadem crepidine, vbi hoc tempore D. Alexij templum, olim Herculis Victoris stetit. Prope hoc Iunonis Reginæ, ex Veientana præda à Camillo extructum. In ruinis thermarum Decij Imperatoris quoque Herculis templum fuit, vbi sanctæ Priscæ à Christianis postea est consecratum.

In dorso Auentini Lunam sacram ædem habuisse, Ouidius est testis.

Quæ Hactenus in Auentino extitisse commonstrata sunt, certum locum assignatum habent, quæ sequuntur, in Auentino quidem fuisse dubium non est, sed qua parte, propter temporis longinquitatem ignoratur, veluti est Victoriæ templum, quod ab Arcadibus conditum, sacra ab ijsdem in illius honorem quotannis celebrantur. Mineruæ, & Iunonis templa in eodem monte fuisse, certis autoribus commonstratur. Libertati ex mulratitia pecunia à T. Gracchi patre templum conditum & dedicatum fuit. Atrium eiusdem templi ab Helio Pæto & Cornelio Cethego Censoribus refectum & ampliatum, nouissimè à Pollione quoque restauratum. Libertatem vero in primis coluerunt Romani, cuius etiam assertores seipsos constantissimos perpetuo præstiterunt.

In eodem monte Iouis Elicei ara à Numa excitata. Dictus est autem Eliceus ab eliciendo.

Murceæ item ara vetus in eodem monte fuit. Venerem autem Murceam à Myrto ei dicata nominauerunt, vel, vt alij interpretantur, quod hominẽ præter modum non moueret, ac faceret hominem murcidum, & nimis desidiosum, & inutilem.

Iunonis Monetæ quoq; templum in Auentino dedicatum extructumq; fuit.

Camillus in eodem Matutæ matri templum consecrauit.

Laurentium sylua ibidem Ioui sacra: in hac Valentinianus Gallæ Placidiæ filius interfectus est, vt testatur Plinius.

De Caco, eiusq; spelunca. Cap. III.

CAcus, vt tradunt poëtæ, Vulcani filius fuit, qui ore ignem fumumque euomere creditus est. Hic loca vicina populationibus vexabat. Sed hunc seruum Euandri fuisse nequissimum & furacem, verisimilior ratio est. Et ideo κακὸν Arcades nominauerunt. Hic speluncam in Auentino Tyberim versus, è regione sanctæ Mariæ Auentinæ ædis, vbi fluuius proxime montem accedit, & vastissima rupes scabra prominet, speluncæque aptissima est, ad Tergeminam portam, habuisse coniectura certissime colligitur. Quem cum Hercules mactasset, aram in speluncæ propinquo Ioui Inuentori excitauit.

De Armilustrio & quibusdam alijs rebus in genere. Cap. IIII.

ARmilustrium dicitur locus vbi milites & arma lustrantur ac recensentur, in quo etiam armati milites res diuinas tubis canoris faciebant. Hunc alij in Auentino, alij in circo Maximo volunt fuisse, sed hoc parum refert: Huc milites è bello reuersi, arma reponebant. arma namque Romani priuatim non habebant quibus ad bellum vterentur, sed vel in Armilustrio, vel Tarpeia rupe reseruãda tradebant.

In Auentino iuxta Iunonis Reginæ templum, Scalæ Gemoniæ fuere, locus scilicet præceps, quà facinorosi vnco tracti, miserabiliter necabantur.

Phyllidis domus, in eodem monte prope Dianæ templum aliquando stetit.

Remuria eiusdem montis locus, hunc Remus sibi ad habitandum elegit, inq; eodem à fratre Romulo sepultus, nomen huic dedit.

Thermas Decianas, in Decij Imperatoris honorem, in eodem monte S.P.Q.R. ædificauit. Et prope has etiam Varianas. Traiani præterea in Francisci Albertini vinea thermæ fuere.

Fauni & Pici quoque antra in Auentino fuisse fabulantur. Italum item Auentinum incoluisse M. Cato refert.

Montis huius templa atque ædificia in vniuersum D. Tyberij tempore exusta memorantur.

De Testaceo monte, & de ijs quæ in eodem ambitu fuere. Cap. V.

PLanicies inter Auentinum, Tyberim ac vrbis mœnia, quatuor laterum inæqualium est. in qua collis, quem vulgo Testaceum vocant surgit. Ambitus huius vix duobus millibus passus perficitur, altitudo centum sexaginta pedum est. Hic cucurbitæ formam habere videtur, cuius tamen pars altera, quæ Tyberim respicit latior est. Prope hunc collem Vitriariorum vicus, & lignariorum habitatio fuit. Mons Testaceus autem hinc, vt nemini dubium est, in eo loco creuit. Fuit olim Romæ & alijs quoque locis, vt etiam adhuc hodie in quibusdam, magnus & frequens fictilium vsus, & id vel hinc certo colligitur, quod Numæ temporibus septem figulorum fuerit collegia, Hi enim non solum vasa fictilia, sed deorum quoque simulachra, templorum ornamenta conficiebant, columnæ & parietes fictilibus incrustratæ, imo cadauera quoque in fictilibus condebantur doliolis. Cum itaque in tanta fictilium copia necessario multa frangerentur, quæ si in agros, cãpósue abiecta fuissent, infrugifera reddita ac sterilia: si in aquam abiecta, aluei tandem expleti flumen redundare necesse fuisset. Numa igitur, hoc opificum genus in vno loco habitare iussit, & inutilia, sordes, fragmentaque in vnum proijcere imperauit, ex quo collis quem deinde Testaceum appellarunt accreuit. Inter hos quoque Venus Myrtea locum sacrum habuisse memoriã proditum est.

De

De Pyramidibus, & sepulchro C. Cestij, ac Horreis pop. Rom. Cap. VI.

PYramides quadratæ moles sunt, more flammæ in altū surgētes, ἀπὸ τοῦ πυρὸς appellatę. Stephanus, ἀπὸ τῶν πυρῶν, id est, tritico nominatas putat, quod in eum locum vbi erigebātur, ex omni Aegypto allatum triticum, magnam annonæ fecerit caritatem. Hæ à regibus Aegypti primum excitari cœptæ, vt vanas opes eo pacto effunderent, ne si magna auri, diuitiarumque vim congregassent, vitæ insidiatores sibi pararent: denique ne plebs otiosa vitam transigat, &c. Postea Romæ etiam ob admiratione͂ & inanem gloriam opes in illos expendebant. Harum vna adhuc ad portam Hostiensem mœnibus inclusa erectaque apparet. Hanc C. Cestij Septemuiri Epulonum sepulchrum fuisse dictitant: Blondus totius collegij Septemuirorum Epulonum sepulchrum extitisse probat.

Epulones autem dicebantur, qui epulas dijs instituendi potestatem habebant.

Horrea pop. Rom. CXL. inter Testaceum & Tyberim fuisse scribuntur.

In eodem ambitu ad Tyberim Hylerna lacus erat.

Capenam quoq; oppidulum aliquando in ijsdem locis extisse quidam adserunt.

De meta quæ Sudans dicta est, & Iouis simulachro. Cap. VII.

ESquiliæ iam ordine sequebantur, sed quoniam hæ ab ortu hyemali viam Labicanam, ab occasu conuallem CCCC. pedem latitudine eandem viam complectentem, interiacet, priusquam montem Esquiliarum accedamus, quæ in Labicana & conualle sunt memoratu digna, recensebimus. Ad Constantini igitur arcum triumphalem redeuntes (de quo superius) reliqua persequemur. Ad hunc igitur arcum metæ antiquæ lateritiæ dimidiata rotunditas apparet, quam metam Sudantem Victor appellat, quod ex ea aquas manasse aliquando fama sit, vnde plebs ex proximi theatri spectaculis sitibunda, sitim extingueret.

In huius vertice æneum Iouis simulachrū stabat: quod Maiores fœdera facturi Iouis simulachrum adhibere consueuerint. Sed quia molestum erat, præsertim si longinquis regionibus fœdera ferienda erant, simulachrum secum ferre, autem accersere, simulachri loco sceptrum adhibebant, quod Iouem deorum regem tanquàm præsentem significaret.

De Amphitheatro Titi Vespasiani, ac de templo Fortunæ & Quietis. Cap. VIII.

INter montes Cœlium & Esquilias amphitheatrum fuit. Hoc Vespasianus ædificauit, postea Titus eiusdem Vespasiani filius dedicauit, & exornauit, Thermis iuxtà celerrime extructis. Amphitheatrum, vulgo Colosseum à Neronis colosso, qui in porticu domus Neronis extructus erat, vocabant. In eodem Theatri loco Neronis stagna prius fuere, de quibus in sequentibus, hoc libro. Amphitheatrum hoc etiam Arenam appellabant, quoniam solum arena sparsum, vt decertaturi leuius caderēt, minusque offenderentur: sanguis denique citius absorberetur, ne athletæ, quo minus alacriter aduersarium peterent, reformidarent: postremum vt vncti pugiles ea conspersi, mutuo facilius apprehenderentur. Cauea ipsa, quę ludorum diebus linteis opperiebatur, hominum octoginta millia capiebat. Verum de hoc vide plura apud Plinium, Pomp. Lætum, aliosque rerum Romanarum scriptores.

Fuluius Flaccus ædem Fortunæ iuxta hoc Amphitheatrum posuit tanto splendore, vt vix aliud templum magnificentia Romæ cum eo conferri potuerit. Præter hoc etiam alia multa Romæ templa Fortunæ sacra fuerunt.

Quietis templum similiter in via Labicana extructum fuit.

De Esquilijs. Cap. IX.

ESquiliæ à Varrone, sicuti etiam ab alijs in plures diuiduntur partes. Et singulis partibus olim à ducibus, qui ea inhabitarunt ante vrbem conditam, nomina sunt indita: vt pars vna Cispius, altera Oppius, tertia Septius, sit dicta. Verum de his copiose Varro. A posteris mutata ea nomina sunt, vt audiemus. Esquiliæ ab excubijs alij dictas putant: Nam cum Romulus Tatio non omnino confideret, ne scilicet clàm circumuentus obtruncaretur, aut regno eijceretur, excubias nocturnas habere consueuit. Alij ab aucupibus dictas existimāt, qui illic quisquilijs proiectis, auibus illuderent.

Partem illam montis quæ secundum Labicanā viam, quadraginta Martyrum, Clementis, sancti Petri in vinculis & Martini templis continetur, Carinarum nomine appellatam fuisse, probat Liuius. Ab ea parte, quoniam primum est inhabitata, merito auspicandum videtur.

De Carinis, Curia Veteri, & Noua. Cap. X.

CArinæ secundum modum & formam carinarum, ædificia erant, intra Telluris templum constituta. Ruinæ harum adhuc prope templum sancti Petri in vinculis cernuntur.

Iuxta eundem locum Curia quoque vetus à Romulo condita fuit. Noua vero prope Compitum Fabricium ædificata fuit.

De thermis Titi, & Philippi, Statua Laocoontis, Palatio Vespasiani, domo Balbini & Pompeij. Cap. XI.

THermarum Titi Imperatoris vestigia non procul à templo sancti Martini in montibus conspiciuntur. Sunt namque illic cisternæ, quas Capaces, hodie vulgo septem Salæ, à numero cisternarum nominantur. Huc vsque Aurea Neronis domus extensa fuit.

Non longe ab eo loco, anno MDVI. Felix ciuis Rom. in vinea sua Laocoontis statuam reperit. Hanc summi artifices Agesander, Polydorus, & Athenodorus Rhodij, ex vno lapide ipsum, liberos, draconumque mirabiles nexus, admirando artificio expresserunt, sculpseruntque. Nunc Vaticani in Palatio Vespasiani, apud Titi Thermas visitur. Sed plura de hac apud Plinium. Historia ipsa apud Vergilium doctißime expressa habetur.

Post Titi Thermas, inter ortum & boream, ruinæ aliarum quoque apparent thermarum. Has Philippi Imperatoris fuisse signis quibusdam illic inuentis confirmatur.

Supra Titi Thermas quidam Hadriani thermas collocant: quià hic locus adhuc Hadrianelus appellatur.

Balbini domus in Carinis fuisse autore Lampridio comprobatur.

Ibidem & Pompeij domus fuit, in qua Lenæus libertus eius Grammaticam docuit.

De Cliuo Virbio, domibus Ser. Tullij, Aurea Neronis, Vergilij, ac de turri Mecœnatis & eiusdem Hortis, simulq; de Fortunæ & Felicitatis templo. Cap. XII.

PArs ea Esquiliarum; quæ sancti Laurentij templo in Fornana imminet, Cliuus Virbius est appellata. Illic & Fagutalis lucus, in qua Ser. Tullij domus fuit.

Neronis Aurea domus, id spacij quod à Palatij ea parte quæ nunc sancti Gregorij ædem habet, inter Constantini arcum, Colosseum, Carinas, Esquilias, & Mecœnatis hortos fuit, totum occupauit: Quæ cum ipsa quoque Neronis incendio consumpta esset: eam vbi restituit Auream nominauit. Cuius amplitudo tanta fuit, vt in circuitu porticus triplices miliarias haberet. Stagnum præterea maris instar, ipsum deniq; circum septum vrbis speciem præbebat, rura item, & vineta, pascua, syluas, pecudum & ferarum omne genus. Domus ipsa & porticus auro perfusa, gemmis distincta: deniq; nihil ommissum quod ad voluptatem luxumque faciebat.

In vestibulo huius colossus, altus CXX. pedes. Hic Nerone defuncto, Soli dicatus, nomen ipsum quoq; permutauit. Colossum autem ab omnium primo inuentore denominatum putant.

In eadem domo ædē Fortunæ quoq; inclusit Nero. Hęc dea ex lapide sphengite, foribus ædium clausis, totam domum illustrabat, tantum à se splendorem hic lapis præbebat.

bebat. Hanc Ser. Tullius primus consecrauit,& à Segetibus Seiam denominauit.

Apud Diocliani thermas via est quæ ducit ad sancti Antonij ædem in Esquilijs, isthic turris celeberrima Mecœnatis,in hortis eiusdem constituta fuit. Horti ipsi amœnissimi in Campo Esquilino erant. In his Priapus,de quo multa Vergilius,colebatur.

Iuxta Mecœnatis hortos, Vergilij domus erat.

Felicitatis templũ in parte domus Aureæ, Neronis incendio absumptum est.

Supra hortos Mecœnatis Aggeres Tarquinij Superbi, mirabile opus, constituti fuerunt.

De Sisimini Basilica, Campo et foro Esquilino, Luco Querquetulano, Iunonis Lacinia, & Martis, de Fano & ara malæ Fortunæ. Cap. XIII.

BAsilica Sisimini in Esquilijs apud ædem sanctæ Mariæ Maioris fuisse memoratur.

Campus Esquilinus, prope Mecœnatis turrim, inter montes, super Aggeres,& vrbis mœnia est. Campus hic olim Foculus, quod cadauera in eo comburerentur nominatus. At quum nidor ciuitati officeret, tota ciuitas, cum Augusto, communi consensu, campum Mecœnati donarunt, ex quo ille hortos suos elegantes admodum exornauit. De his Cicero, atque alij multa.

Forum item Esquilinum, in eodem monte fuit.

Pars illa Esquiliarum quæ respicit Lucum Querquetulanum, Iunonis Laciniæ lucum habuit.

In ijsdem Esquilijs, Fanum & ara Malę Fortunæ fuere.

In via quæ ad portam Inter aggeres ducebat, in ipsis Tarquinij aggeribus Gordiani arcus ex marmore, ornamentis triumphalibus conspicuus fuit. Ex illius ruinis S. Gregorij in Damaso templum extructum.

De cliuo Saburrano, Arcu Galieni, Macello Lybiæ, via Prænestina, & Marij trophæis. Cap. XIIII.

IN capite Suburræ, cliuus Suburranus, ab ipsa Suburra nominatus, facilem in Esquilias ascensum præbebat.

Mox apud ædem sancti Viti, arcus triumphalis Galieni Imperatoris occurrit, ex lapide Tiburtino conspicuus.

Prope hunc Lybiæ, vel, vt alij volunt, Liuianum Macellum fuit, hoc à Macello quodam denominatum nonnulli volunt. Qui cum in vrbe latrocinia exerceret, deprehensus, & à Censorib. damnatus, domus eius publicata, vt illic opsonia,& alia quę ad victum sunt necessaria venderentur. Et ita à Macello, vt dictum est, nomen retinuit. Alij à domo quæ ibi diruta Macellum cognominata, aliam in eisdem ruinis ædificatam, prioris nomen retinuisse.

Hinc via Prænestina principium capit, ducitq; ad portam Esquilinam.

In via hac occurrit à sinistra lateritia moles semidiruta, in qua duo trophæa marmorea erecta, id est, cum spolijs trunci excitati. Hæc à C. Mario triumpho Cimbrico erecta fuisse dicuntur. Quæ cum Sylla disiecisset, C. Cæsar Dictator postea restaurauit. Locus hic ab incolis hac adhuc ętate Cimbrum appellatur. De trophæis consule plutarchum, Valerium Max & alios.

De domo Aeliorum, Sacello Mariano, regione Tabernola, Thermis & domo Gordiani Basilica Caij & Lucij, ac de Palatio Lateritano. Cap. XV.

AEliorum domus in eo loco stetit, vbi nunc monimenta Mariana,& Sacellum Marianum est.

Esquiliarum pars plana, Esquilias inter & Cœlium montem Basilicamque Lateranensem, hodie Merulãna, pro Mariana, apud veteres Tabernolæ regio dicebatur.

Prope sancti Eusebij templum in Prænestina via, Thermæ & Gordiani domus ædificata fuit. Thermarum ruinæ adhuc cernuntur, vnde facile earum amplitudinem splendoremq; æstimare licet.

Inter portam Esquilinam & Næuiam haud procul à mœnibus, ruinæ quædam insignes apparent. Hunc locum vulgo Galutij thermas vocant. Sed illuc olim insignis illa Basilica fuit, quam Cæsar sub nepotum Caij & Lucij nomine erexit.

Iuxta sanctæ Balbinæ ædem, ad Vrsum Pileatum, Palatium Licinianum stetit.

De aqua Martia siue Traiana, & Isidis templo. Cap. XVI.

AQuæ Martiæ ductus, per Taurinam portam transiens, per Campum Esquilinum, ad Dioclitianas thermas in proximos colles perducebatur. Hæc olim aqua Aufeia est appellata. Oritur autem ex Pitonia fonte in montibus Pelignorum,& per Marsos,& Fucinum lacum Romam labitur: inter cæteras aquas quæ Romam influunt, frigidissima saluberrimaque. Hanc Ancus Martius in vrbem perducere primum auspicatus, excepit Q. Martius Rex: Agrippa postremo aquæductum restituit.

Eadem Traiana quoque vocata à Traiano, qui eam in Auentinum perduxit. De aqua Martia lege plura apud Plinium & Frontinum.

Isidis templum in Esquilina regione à P. Victore ponitur.

De Suburra, domo Cæsaris, & Lęliæ, ac de vico Patricio. Cap. XVII.

SVburra vicus frequentissimus, à foro Romano incipit, & rectà per forum Neruæ, ad cliuum Suburranum, de quo supra, hoc libro, vnde via Prænestina initium est terminatur. Dicta est autem Suburra, quod sub terrea Carinarum muro fuerit: vel quod sub vrbe antiqua: vel, vt Varro existimat, à pago Succusano.

In Suburra vico Cæsaris domus priùs dum adhuc tenui fortuna contentus esset fuit.

Lupanaria quoque aliquot in eodem vico fuisse aliquando, scribit Martialis.

Vicus Patricius obliquè, à Viminali ad Dioclitiani Thermas finitur. De hoc vico plura superius libro præcedenti.

Lælia quoque domus in eodem vico extitit, vt Martialis testatur.

De Suburra Plana, templo Syluani. Cap. XVIII.

VIminalis ab occasu Quirinalis partem oppositam habet, valli vero interiacenti, planæ Suburræ nomen fuit.

Ad radices fermè Viminalis è regione sanctæ Agathæ Syluani templum fuisse, multa extant indicia.

Decem item Tabernæ in eadem valle fuere olim, à numero nomen sortitæ.

Puteus quoque D. Probæ, in eodem colle, quem Proba iuxta sanctæ Mariæ in Campo ædem ipsa fecit.

De Viminali, Palatio Decij, Lauacro Agrippinæ, Thermis Olympiadis, & Nouati, ac de domo Q. Catuli, Crassi, & C. Aquilij. Cap. XIX.

VIminalem collem, Varro inter Esquilias commemorat. Dictus est autem Viminalis à Ioue Viminco, cuius aræ in eodẽ monte erant, vel à viminum illic crescentium copia.

In primo cliuo, apud sancti Laurentij in Panis perna ædem, Decij Imperatoris Palatium olim stetisse, ex ruinis demonstratur.

Non procul ab eodem loco, versus sancti Vitalis templum, Agrippinæ matris Neronis lauacra fuisse memorantur.

Olympiadis thermæ versus Suburram ponuntur, quarum vestigia in montis supercilio adhuc deprehenduntur.

Nouitianæ item Thermæ, apud sanctæ Prudentiæ templum, in monte Viminali ædificatæ fuerunt.

Habuit quoque Viminalis tres nobilissimorum domus præclaras, scilicet M. Crassi, Q. Catuli, & C. Aquilij, Harum vestigia adhuc in dorso collis eiusdem manifesta cernuntur.

In eodem olim sacrificium quoddam celebrabatur, quod Fagutal incolæ vocabant.

De

De thermis Diocliti ani, Bibliotheca Vulpia, Campo Viminali, porta Interaggeres, & Quirinali valle. Cap. XX.

THermæ Dioclitianæ in dorso Viminalis dirutæ cernuntur. Atque ex earundem ruinis facile magnificentiam, & splendorem earum colligere licet. Has Dioclitianus & Maximianus Herculanus inchoarunt, in quibus extruendis XL. millia Christianorum seruili conditione multis annis laborarunt. Hæ postea à Constantino & Maximiano nouis Imperatoribus absolutæ atque dedicatæ. de inani thermarum sumptu, quem impenderunt Romani, lege Senecam, qui eum pulcherrimè depingit.

In iisdem thermis Vulpia bibliotheca, ab Hadriano, uel, ut alij volunt à Traiano eò translata fuit, in qua libri lintei, elephantiniq; principum gesta, S. C. autore Pollione conscripta erant.

Post thermas super Tarquinij Superbi aggere, Campus Viminalis ad mœnia vsque diffunditur. Ibidem Interaggeres porta adbuc clausa cernitur. Tametsi in Campo Esquilino posita verisimilius videatur.

Ibidem aquæ salientis puteus, quem Viuarium incolæ vocant, ad hunc in eodem Campo animalia multifaria ab iisdem includebantur. Latibula ferarum adhuc quoque eorum conspiciuntur. Ex quo etiam apud nos loca altilibus nutriendis accommodata viuaria vocare cõsueuimus.

Interstitium inter Diocliti ani thermas & Constantini arcum, Vallis Quirinalis appellatur. In hac Romulum Proculo occurrisse tradunt.

In eadem Fortunæ Publicæ ædes sacra fuit.

De monte Caballo, Quirinalis etymologia, Turri Militiarum, Balneis Pauli Sacello Neptuni, Thermis Constantini, de domo & vico Corneliorum. Cap. XXI.

MOns quem hodie Caballum vocant, Quirinalem veteribus dictum, multis indicijs & rationibus probatur, adeo vt nemini, rerum Romanarũ perito, hic dubium relinquatur.

Quirinalis igitur montium ordine sextus, à fano Quirini, Varrone teste, nomen trahit. Secundum alios à Quiritibus, qui cum Tatio Curibus venientes, in eo castra posuerunt. Collis hic oblongus: nam etiam eum collẽ complectitur, qui inter Collinam & Collatinam portam est. In hoc Lunæ Obeliscus, literis Aegyptiacis inscriptus: Secundum latitudinem à septentrionem in meridiem vsq; ad turrim, nunc Comitum, porrigitur.

In primo cliuo, supra Traiani fori, Turris Militiarum occurrit: vbi olim Traiani milites stationẽ habentes, turri nomen dederunt.

Eodem cliuo Pauli Balinea extructa: Qui locus vocabulo corrupto, hodie Bagnanapoli appellatur.

In descensu Quirinalis Suburram versus, Sacellum Neptuni aliquando stetit, id quod ex picturis & vestigijs illic repertis apparet.

Hinc septentrionem versus Constantini Thermas fuisse, ruinæ eius loci probant.

Domus Corneliorum, in Corneliorum vico, qui adhuc nomen retinet, extructum fuit. Verum de his alibi quoque plura.

De Saturni, Bacchi, Solis & Quirini templo, & Porticu, Capitolio veteri, Sacello Iouis, Iunonis & Mineruæ, & de domo Pomp. Attici. Cap. XXII.

IN Corneliorum vico, de quo proxime mentio facta, statuæ duæ colosseæ erant, senum duorum, hi nudi, manu cornucopiæ tenent. Has Saturni & Bacchi statuas fuisse putant, cum etiam in propinquo illorum templa stetisse certum sit, & multis indicijs, ipsis quoq; ruinis, comprobetur.

E regione Constantini Thermarum, in montis supercilio, dimidiata ex marmore turris, quam Mesam incolæ vocant, videtur. Hanc ex Solis ornamentis ab Aureliano excitatis fuisse putãt. Coluit namq; hic Imperator Solem præcipue, ideoq; in numismate, SOLI INVICTO, inscriptionem habet. Et mater eiusdem, Solis sacerdos, & ob id templum Soli excitauit.

In dorso montis, prope dictas thermas equi duo apparent, Praxitelis, & Phidiæ opera constituti. Hos Tiridatis regis fuisse tradunt, & Romam translatos.

Ea Quirinalis pars quę Martiam vallem respicit, mons cum templo Claræ & Apollinis vocitata est.

Haud longe isthinc, post collem huic alius surgit cliuus, vbi Capitolium vetus, sacellum Iouis, Iunonis & Mineruæ fuisse, vetustis literis compertum.

A dextra, è regione locorum istorum, ad sancti Vitalis ædem, Pomponius Atticus domum ab auo hæreditate acceptam, cognomento Pamphilianam, inhabitauit. Hæc admodum amœna propter syluam quæ illi imminebat fuisse scribitur.

Eo loco postea Quirini templum conditum, quod perpetuo clausum, quo arcanum esse significabãt, Romulus humine iaceret, an in deorum numerum relatus esset.

Istic & porticus nominis eiusdem fuit, vbi componendorum negotiorum, & sponsaliorum transigendorum causa conueniebatur.

De Alta Semita, domo Sabini, Vico & statua Mamurri, foro & hortis Sallustij, ac de Campo Scelerato. Cap. XXIII.

ALta Semita: à Thermis Constantini, ad portam Viminalem, per Quirinalis dorsum producta, quadrato lapide strata fuit.

In eadem via ad Malum Punicum, Flauij Sabini domus fuit: in qua Domitianus natus fuisse commemoratur.

Vicus Mamurri, & eiusdem statua ad sanctæ Susannæ templum olim extitisse confirmatur.

Non longe ab eodem templo Sallustij forum, & horti elegantissimi ad Campum Sceleratum, prope Collinam portam diffundebantur, Hortorum & Tiburtinæ viæ adhuc vestigia extant, in valle profunda, inter mo[illegible]em ipsum, & viam quæ ad portam Salariam viam præbe[illegible] in colle, Sallustij domus conspicitur. Hæc ab incolis [illegible]alustrium appellatur. de his vide Ciceronem & alios.

Vltra hortos Sallustij, prope Collinam portam, locus est editus, illic olim Vestales incestus condemnatæ, & viuæ sepultæ, ex eo totus ille campus, & via ipsa quæ ad hũc ducit Sceleratus est appellatus.

De templo Salutis, Dij Fidij, Fortunæ Primigeniæ, Honoris, Herculis, Quirini, & Senatulo mulierum. Cap. XXIIII.

QVirinalis sacras ædes plurimas habuit, licet harum certus locus hodie ignoretur, veluti Apis, & Salutis, à Fabio pictore templa depicta, ea Claudij tempore incensa sunt. A Iunio Bibaculo Dictatore cum triumpharet de Equis, vota, Censor locauit, secundo Dictator dedicauit.

Sanctus & Fidius dij Sabinorum fuerunt. Hos, domo migrantes, secum cum omni supellectili in montẽ Quirinalem transtulerunt. Idque numen verbis quidem trinum, re vnicum esse dixerunt. Tribus igitur ipsis templo vno in hoc monte ædificato, vnius sancti nomine appellabatur. Obtinuitque huiusmodi nominis opinio sanctitatis magnam vim obtinere iusiurandum, quo in trino & vnico Numine Medium quis Fidium affirmaret.

Fortunæ Primigeniæ in eodem monte Domitianus prætor vrbanus templum posuit.

Herculis præterea templa, & Honoris in eodem monte fuere.

Senatulum item mulierum in Quirinali fuit, vbi prius quotannis solennibus diebus matronarum conuentus fiebant.

Agonalia etiam in Quirinali celebrata fuisse, memorię proditum est.

De Foro Archimonij, Pila Tiburtina, domo Martialis, Circo Floralium Floræ templo, Officinis monetæ, & Cliuo publico Cap. XXV.

INter collem Hortulorum, (de quo supra libro primo, & capite sequenti) & Quirinalem, vallis quadrata, & oblonga est, in eius parte, quæ Claræ & Apollinis monti subiacet,

ſubiacet, Archimonium forum eſt. Nam ædi quoque in eodem loco hodie conſtitutæ ſancti Nicolai, cognomentum de Archimonijs eſt.

Haud multo pòſt locus eſt, Pila Tiburtina cognominatus. Illic domus Martialis ſtetit, vt ipſe Martialis teſtatur.

Hanc Circus Floralium ſequitur, vbi quotannis in honorē Floræ deæ, Floralia feſta celebrabantur. Flora autem Romæ ſcortum inſigne fuit, quæ cum arte meretricia ingentes opes congeſsiſſet, Pop. Rom. hæredem conſtituit, ea tamen ſub conditione, vt annis ſingulis eius diem natalem celebrarent. Verùm quum hoc Senatui ridiculum videretur, pudendæ ſcilicet rei dignitatē tribuere, deam Floram, quæ floribus præeſſet confinxerunt & eam feſtis his, vt arbores & fruges bene floreſcerent, ac prouenirent placabant. Huic deæ templum etiam conſecratum fuiſſe legimus.

Mox Officinæ minij conficiendi occurrunt. Iuxta has etiam cliuus Publicus.

De Colle Hortulorum, templo Solis, & ſepulchro Neronis. Cap. XXVI.

HOrtulorum collis pauca memoratu digna complectitur. Inter quæ domus Pincij Senatoris, qui & portæ & monti cognomen fecit, hodie enim mons Pincius, & porta Pinciana dicitur. Domus veſtigia, ad murum antiquum in eodem loco cernuntur. Ad eoſdem muros moles, forma hemicycli occurrit, quam Solis templum fuiſſe autumant.

In eodem colle è regione ſepulchri Marcelli, in via Flaminia, in Domitiani ſepulchro, Neronis quoque ſepulchrum extitit.

Hortulorum autem collis, à hortis, qui ſub ipſo, olim perpetuis irrigui aquis fertiliſsimi erant, nomen accepit. Ex colle hoc magiſtratum petituri in campum Martium olim deſcendebant.

DE VRBE PLANA ET THEATRO IN GENERE, LIBER SEXTVS. CAP. I.



VT certius quid quoque loco planæ vrbis conſtitutum fuerit, ſciri poſsit, linea recta à Capitolio, per Pantheona ad Tyberim prope ſancti Rochi ædem ducatur. Itaque vrbs propemodum in duas partes æquales diſtributa: altera pars à fronte & latere Tyberim: altera à foro Traiani, vſque ad portam Flumentanam, ad Quirinalis, Hortulorumq; collium radices conſtituetur.

A theatro Marcelli igitur initio capto, vt hactenus, loca ipſa recenſebuntur. Theatrum itaque vox Græca, viſorium Latinè dici poſſet. Primum autem apud Athenienſes theatra ſunt inſtituta, & id propter agricultores, qui diebus feſtis templa deorum obibāt: poſtea Romæ inſtrui cœpta, à M. Scauro, ligneum, & omnium maximum primùm ædificatum eſt: Cauea enim hominum octoginta millia capiebat. Facta deinde theatra verſatilia, quæ modò hanc, modò aliam faciem oſtenderent. Sed de theatris vide Caſsiodorum & Vitruuium, qui copioſe de his ſcripſerunt, à quibus ſcilicet inſtituta primum, & quomodo ædificata fuerint.

De Theatro Marcelli, & Bibliotheca, de porticu & curia Octauiæ. Cap. II.

AVguſtus multa ſub alieno nomine ædificauit, vt paſſim ab auctoribus ſcriptum inuenitur, inter quæ etiam Theatrum Marcelli nepotis ex ſorore Octauia fuit Huius pars adhuc inter Capitolium, & Tyberim, vbi nunc Palatium Sabellorum eſt, cernitur. Capiebat autem hominum octoginta millia. De hoc Theatro vide plura apud Aſconium.

Iuxta ipſum theatrum, Octauiæ porticus, ab eodem Auguſto in gratiam Octauiæ ſororis excitata. In ea Proſerpinę raptus, Bacchus, & Satyrus, Praxitelis opera fuere. Apollo, Diana, nouem Muſæ Timarchitis opera. In hac porticu etiā Iunonis ædem ponit Plinius, & eiuſdem deæ ſimulachrum.

Iuxta eandem porticum Octauiæ Curia ſtetit, & in ea Cupido fulmen tenens. Hæc curia olim id ſpacij, quod hodie D. Nicolai in Carcere, & ſanctæ Mariæ in Porticu occupabat.

Marcello defuncto, Octauia mater eius prope Theatrum Bibliothecam inſtituit. Primus autem Pyſiſtratus tyrannus Athenis omnium diſciplinarum libros publicè legendos poſuit, Romæ verò Aſinius Pollio.

De circo Flaminio, & templo Apollinis. Cap. III.

CIrcum Flaminiū in eo loco fuiſſe, vbi hodie Apothecæ obſcuræ ad ædem ſanctæ Catharinæ, veſtigia adhuc demonſtrāt. Dictus eſt autē Flaminius circus, quod circum Flaminium campum ædificatus fuerit: vel à COS. Flaminio, qui ad Traſimenum lacum occiſus eſt. In hoc ludi Apollinares, equeſtresq; celebrabantur. In hunc etiam Senatus ſępe conſulendi gratia ex Capitolio deſcendens conuenire conſueuit. Neptunus quoq; ædem in eo ſacram habuit.

Apollinis templum in eodem loco fuiſſe oſtenditur, vbi nunc ſanctæ Mariæ templum eſt ſub Capitolio, inter Forum Holitorium, & circum Flaminium, prope portam Carmentalem.

De Vulcani, Martis, Bellonæ, Herculis, Iouis Statoris templo, de Columna Bellica, Ara Neptuni, Porticu Corinthia, & Coloſſo Martis. Cap. IIII.

IN Circo Flaminio templa deorum celeberrima fuere, velut Vulcani, Martis, & Bellonæ quod verſus portam Carmentalem fuit.

Ante Carmentalem portam, columna marmorea ſtetit, hanc Romani Bellicam cognominarunt: Erat enim belli inferendi index. Romani antiquitus hunc morem belli indicendi retinuerunt: quod Præco, aut ex Fœcialibus vnus in eam terrā, cui bellum illaturi erant, cum alijs ſignis, haſtam conijciebat: verum cum imperio propagato remotiſsimis nationibus bellum ſæpe indicendum eſſet, ne eſſet neceſſe, vt dixi, haſtam in eam proijcere, in dictam columnam, verſus eam partē, quò profecturi erant, haſtā figebant.

Herculi Magno, cuſtodi circi Flaminij, ædem in eo conſtituerunt, is enim in aditu, ab ea parte, vbi nunc ſanctæ Luciæ in Apothecis obſcuris templum eſt, poſitus fuit.

M. Fuluius Herculi Muſarum templum ex cenſoria pecunia poſuit. Audiuerat namque in Græcia Herculem Muſagetem, id eſt, ducem, comitemque Muſarum eſſe. Idem Fuluius omnium Camœnarum ſimulachra ex Ambracienſi oppido Romam tranſtulit, & ſub Fortiſsimi numinis tutela conſecrauit, vt mutuis auxilijs iuuarentur, quies Muſarum Herculis defenſione, & virtus Herculis voce Muſarum. Hanc ędem vetuſtate deformatā: reſtituit Martius Philippus: Auguſti vitricus.

In eodem circo etiam Iouis Statoris templum fuiſſe volunt.

Ibidem & aram Neptuni, quæ olim ſanguine manarit, extitiſſe indicijs quibuſdam colligunt.

Octauius porticum, ab æreis columnis Corinthiam vocatam, excitauit. Hæc inter circum & templum S. Nicolai ſtetit: & Chalcaria quoq; appellata fuit.

Coloſſus Martis, apud circum Flaminium, in templo Bruti Callaici fuit.

De Porticu Mercurij, & Octauij theatro, domo, atrio, & Porticu eiuſdem, ac de templo Veneris Victricis. Cap. V.

INter circum Flaminium & Tyberim, in veſtibulo, nunc ædis S. Angeli in piſcina, porticus extat, Mercurio, vel, vt alij volunt, Iunoni ſacra. Hanc igne exhauſtam, L. Septimius Seuerus reſtituit. Porticus vero quæ in platea Iudæorum, quam Ceuram vocant, Seueri Imperatoris fuiſſe volunt.

Pompeius inter Marcelli & Hadrieni molem omnium primus mansurum theatrum extruxit, alia enim, spectaculis & ludis finiris demoliebantur, & cum opus erat, noua excitabantur. Hoc theatrũ cum Pompeius magna ex parte absoluisset, Caligula extremam manum imposirit. Postea Theodoricus Ostrogatorum Rex instaurauit Capiebat autem & hoc hominum LXXX. millia.

Prope hoc theatrum, etiam atrium, seu Curia fuit: Atrium hoc nunc Satrium vocant: & Pompeij domus, & anre domum porticus. Hæc Pompeij ædificia, Philippo ludos scenicos celebrante, igne consumpta sunt. Iuxta idem Theatrum, D. Claudius Tiberio Cęsari arcum marmoreum excitauit.

Veneris Victricis remplum in eodem theatro fuisse aiont.

De Thermis Agrippinis, Pantheone, eiusq; porticu, ac Boni Euentus templo. Cap. VI.

A Pompeij arcu versus septentrionem, thermæ Agrippinæ occurrunt, harum vestigia in eo loco, qui nunc Cyambella ab incolis eppellatur, conspiciuntur. Agrippiœ autem eb ipso Agrippa, qui eas ædificauir, denominatæ sunt. Lege Plinium Nat. Hist.

Prope prædictas thermas remplum antiquissimum, & inter vrbis vetusta rempla, hodie nobilissimum, ferè integrum adhuc manet, hoc, quia omnibus propemodum dijs sacrum erat, Pantheona vocare placuit, hoc mundi, id est, sphærica forma fuit. Hodie sanctæ Mariæ Rotundæ vocant. Huius rempli sæpe Plinius & alij meminere, ad quos lectorem remittimus. In huius templi pronao Augusti & Agrippæ simulachra fuere: Martis quoque, & Veneris. In Veneris simulachri auricula Cleopatræ vnio pretiosus pendebat. Mineruæ irem simulachrũ, Phidiæ opus. Hercules insuper, ad cuius simulachrum Pœni humanis victimis singulis annis olim sacrificabant. In templum hoc mulris gradibus, sicut & in cætera, ascendebatur: à veteribus enim templa in sublimi extruebantur: & vnico tantum aditu. Porticum huic remplo Agrippa addidir, opus admiratione summa dignũ, quod à quibusdam Prothyrõ appellabatur. Porticus oihil aliud significat, quàm *περὶ τῆς θύρας* ornamentum aut vestibulum. De hac quoq; multa hinc inde tradidere scriptores. Hoc remplum primum D Hadrianus, postea Antonius Pius instaurarunt.

Templi Boni Euentus vestigia adhuc quadrata & oblonga perspiciuntur ioter Mineruæ, & sancti Eustachij plareas. Hic deus olim colebarur, vt omnia prospere feliciterq; euehirent. Simulachrum eius habitu pauperis, dextra pateram, sinistra spicam tenentis erat.

De thermis Neronianis & Alexandrinis, & de Circo qui Agon dicitur. Cap. VII.

POst sancti Eustachij ædem, inter Pantheonis & Longobardorum plateas, thermarum & fornicum Neronis vestigia cernuntur.

Prope has Alexander alias nouas, aqua quam Alexandrinam vocant, inducta, extruxit, splendidas admodum, & amœnas. De quibus multa Lampridius. Iuxta has Hadriani thermas fuisse quidam existimant, & in eo loco, vbi sancti Aloisij remplum est, collocant.

In vrbis Planæ parte celeberrima vestigia circi spaciosissimi, quem hodie Agonem vocant, cernuntur: sic dictus, quòd Agonalia, à Numa in Iani honorem instituta, in eo ad diem *IX.* Ianuarij celebrentur, vel quòd omnis generis spectacula, quæ à Græcis agones dicuntur, in eo edere consuetudo fuerit. Hunc à Nerone vel Alexandro extructum volunt: vtpote quorum alia quoq; ornamenta in eodem loco fuerunt: consueuerunt enim Principes ferè in vno loco monimenta sua ponere.

De Neptuni templo, Terento, Ara Ditis, ac Palude Caprea. Cap. IX.

IN ripa Tyberis, vbi oune saocti Blasij, olim templum Neptuni stabat: id ab Hadriano restitutum. In eo tabulæ quæ naufragia picta habebant, reponebantur.

Terentus in campo Martio locus est, eò sic dictus, quòd in eo ara Ditis occultata esset, vel, quòd aqua Tyberis profluentis ripas eius loci tereret: Aut quòd Euander ex Arcadia in eum locum profectus, cum classe constitisset.

Illic Proserpinæ etiam aram sub terra bello Albano, vt ipsis solis cognita esset, occultauerunt.

In eodem Campo Palus Caprea quibusdam fuisse videtur, vbi Romulus subita tempestate exorta, è medio sublatus est. De qua re Liuius.

De domo Coruina, via Lata, & templo Isidis. Cap. X.

ALtera vrbis Planæ pars, secundum radices Quirinalis, à foro Traiani ad portam Flaminiam producitur.

In ea parte vrbis, prope Capitolium, domus Coruina ab ea gente ædificata fuit, & in hanc vsq; diem vetustum nomen reseruat, Macellum namq; Coruorum vulgo dicitur.

Ab ea domo ad Septa campi Martij via Lata, antiquo nomine retento, producitur. In eadem via S. Mariæ templum, cognomento, in via Lata.

In eadem via Isidis templum olim constitutum, prope Septa ad sancti Marcelli ædem fuisse dicitur. Isis autem Aegyptiorum dea fuit. Ea quoque Romæ cum Osiride, qui Serapis est cognominatus, colebatur. A quibus Iseum & Serapeum loca publica in regione Flaminia fuerunt. In Isidis autem templo cum incestus commissus esset, Tiberius sacerdotes eius rempli crucibus affigi, & templum euerti iussit. Fuerunt etiam alia templa huius deæ Romę. Caracalla enim eius sacra Romam transtulit, & summa obseruatiooe coluit.

De arcu Camilli, templo Mineruæ, & foro Suario. Cap. XI.

DEscendenti à via Lata, Pantheona versus, arcus antiquissimus occurrit, hunc Camillo quidam, sed falsò, erectum putant, nam eius tempore arcus adhuc longo pòst rempore in vsu non erãt, necesse est ergo alterius fuisse Imperatoris.

Mineruæ remplum inter arcum hunc & Paotheona extruxit Cn. Pompeius, in quo omnium suorum gestorum summam breuirer complexus est, & alia in honorem vrbis Rom. insignia io eo constituit, atque exornauit. De hoc lege Plinium.

Ad Quirinalis radices, in Columnensium hortis, prope cliuum, qui nunc in montem Caballum ducit, forum Suarium olim fuerat. Suarium antem à suibus in eo venundandis dicitur. Varro namque testis est, veteres loca constituta habuisse, vbi res peculiarirer venderent, & ab ijs rebus locis ipsis quoque nomina imposita: Sic à bouibus, forum Boarium, à piscibus Piscarium, à suibus Suarium, ab holeribus Holitorium forum vocatum, &c.

De Campo Martio, siue Tyberino. Cap. XII.

QVoniam libro primo, de campo Martio, satis vbi fuerit declaratum est, non erit necesse hic repetere. Verum vnde dictus sir Martius, breuiter boc loco considerandum. Dictus est igitur Martius, quòd Marti sacer esset. Nam Tarquinijs regno eiectis, quicquid agrorum & fructuum quoque habebant, ijs qui nullos habebanr agros diuidebanr, vnico campo Martio excepto, hic quoniam Marti dicatus fuit, vr in eo ludi fierent, & iuuentus exercitaretur, fructus quoque, qui tum forte creuerant, sacros existimabant, fas igitur non esse putabant eos distribui, sed in Tyberim conijciebant, vnde nata est insula Tyberina, de qua infra, libro vltimo. Hoc campo igitur, præter natiuam loci pratorumque amœnitarem, ornamenta etiam, & statuæ illustrium virorum in eo erigebantur. Et ex Capitolio cum ille locus angustus nimium esse cœpisset, proprer ornamentorum, quæ quotidie inferebantur, multa ex eo in Campum Martium translata sunt.

Hic campus Tyberinus dictus ab antiquis, sicut etiam Tyberis Martius.

De porticu, templo, columna, & Palatio Antonini Pij, ac de Septis, siue Ouilibus. Cap. XIII.

INter Sciarræ Pantheonisque plateas, iuxta sancti Stephani templum in Trullio, porticus cernitur, quam plerique propter eiusdem templi propinquitatem, Antonini Pij fuisse arbitrātur. Columna insuper Antonini haud procul distat. Hanc Colchis instar Traiani columnæ (de qua supra) altissimam excitauit. Intet columnam hanc, & porticum, hic Imperator Palatium quoque insigne habuisse memoratur.

Inter eandem columnam & aquam Virginem, Septa Campi Martij fuisse dicuntur. Erant autem Septa, loca tabulis ligneis inclusa, & vndique vallata, io quibus Pop. Rom. in Magistrarus creatione suffragia laturus includebatur: Eadem ob ouilium similitudinem, Ouilia ab aliquibus sunt appellata: Hæc à Liuio iuxta viam Fornicatam Flaminiamq; ponuntur.

De monte Citatorum, Villa Publica, Templo Neptuni, & Ponte in Campo Martio. Cap. XIIII.

SVrgit intet Columnam Antonianam, & sancti Laurentij in Lucina ædem, tumulus, qui nunc Citorius, pro Citatorum appellatur. Non quòd mons esset, sed quòd in eum, tanquam in montem, Pop. Rom. Magistratibus creandis suffragia laturus conueniret. Sunt qui Acceptorium à suffragijs accipieodis: siue Septorum, à proximis Septis nominatum existimant. Hunc colliculum ex ruinis porticus alicuius, aut villæ Publicæ creuisse volunt. Fuit enim olim Villa Publica in modum Curiæ, domus ampla: in hanc Legati hostium, quibus neq; in vrbem patebat aditus, neq; in Græcostasi hospitium concedebatur, recipiebaotur.

Iuxta Septa, templum cum Porticu pulcherrima Neptuno exornauit M. Agrippa, vt autor est Dionysius.

Apud Citatorum collem, & Autonini columnam, pons iuxta Septa erat, per quem citati datis suffragijs, ne laturis sese immiscerent, & cui tulissent suffragium, significare possent, transeuntes separabantur.

De aqua Virgine, Lacu & Aede Iuturnæ, ac Pietatis. Cap XV.

AQua Vitgo, quæ adhuc potu suauis antiquum nomen retinet, prope Salarium pontem coucipitur, & profundissimo ducta cuniculo, per Collatinam portam influens, sub Hortulorum colle attollitur: deinde arcuato opere per Martium campum deducta, multis accolis aquam in vsum administrat, & Lucullanis hortis finitur.

In Martio campo etiam Iuturnæ, Turni sororis fons & lacus aqua saluberrima fuisse dicitur: & hanc Nympham à iuuando Iuturnam dictam, rectè affirmant, quòd hæc ægrotos iuuare putaretur. Locus ipse corrupto vocabulo, hodie Lotreglio appellatur. In eodem campo, vbi nunc Sancti Saluatoris templum est, Pietatis olim extitisse memoratur.

De arcu Domiti ni, Obelisco campi Martij, & Amphitheatro Claudij Imperatoris. Cap XVI.

ARcus triumphalis mutilatus, ornamentisque omnibus nudatus, inter sancti Syluestri & Laurentij in Lucina ædes sacras, viam amplexus Flaminiá, Domitiano Imperatori adiudicatur. Hinc, præter alia indicia, illi addicunt, quod is Imperator multos vbique arcus excitauit. Hunc autem arcum Tripolim vocant, vt qui à tribus ciuitatibus deuictis nomen acceperit.

Obeliscus quoque in Campo Martio quem Augustus ex Hieropoli Aegypti ciuitate Romam transtulit. Et præter insignia, & inscriptiones mirabiles quæ in eo videbantur: Augustus quoque alia, non minori admiratione ornamenta adiecit. Sed de his legere Plinium præstat.

Claudius Imperator iuxta Septa in campo Martio amphitheatrū, statuis & columnis pulcherrimè exornatum ædificauit.

De valle Martia, Palatio, & Porticu Augusti, de Domitiani Naumachia, & Flauiæ gentis templo. Cap. XVII.

VAllis Martia à campo Martio nomen habet, inter Tyberim & Hortulorum collem iacet, in hac, loco cæteris depressiori, Domitiani Naumachiæ, vbi nauales pugnas olim commisit, apparent. Hoc loco sntea Augusti Naumachiam fuisse, verisimile est, quę cùm à Domitiano repurgata esset, ab ipso postea nomen tetinuit. Lege Suetonium.

Iuxta hanc Naumachiam, Flauiæ gentis templū fuisse putatur.

In hoc campo Porticum, & Palatium Augusti ædificatam fuisse, probat Iulius Capitolinus.

De Augusti Mausoleo, & iuxta eum Obeliscis duobus, deq; Marcelli sepulchro. Cap. XVIII.

AVgustus in valle Martia, inter viam Flaminiam, & ripam Tyberis, iuxta sancti Rochi ædem, Mausoleum sibi & omnibus Imperatoribus, toti denique genti suæ sepulchrum instituit. Moles hęc instar turris est, quæ ad portam Populi constituta, & spoliata suis ornamentis cernitur: quam Marcelli sepulchrum fuisse volūt. Mausoleum autem propter Mausoli regis Cariæ sepulchri similitudinem, quod ei Artemisia vxor extruxit, suum etiam cognominauit Augustus. Lege Cassiodorum, Strabonem & alios eadem de re.

Iuxta Augusti Mausoleum, obeliscos duos fuisse testantur ruinarum vestigia.

De via Flaminia, Tropheis Marij, & quibusdam alijs ornamentis campi Martij in genere. Cap. XIX.

CN. Flaminius, M. Lepidi collega, deuictis Liguribus, viam Flaminiam strauit. Hæc à Placentia per Narniam, Fulígneum, Nuceriam, Callium, Fortunæ fanum, Pisaurum, Ariminum ducebat. Vide Liuium & Suetooium.

Inter Augusti Mausoleum, collemque Hortulorum, trophæa Marij de Iugurtha fuere. Trophæa autem, Varrone teste, à τροπῆ, voce græca, quæ fugam significat, dicta sunt, quòd hostium in fugam conuersorum occisorumque spolia & exuuiæ in stipitibus suspendi consuetudo esset. In Campo Martio, Syllæ Hirtij & Pansæ, Iuliæ, Britannici, Drusi, D. Claudij, & aliorum fortium virorum sepulchra fuerunt. Alia item innumera ornamenta, de quibus supra quoq; hoc libro.

DE TYBERINO FLVMINE LIBER SEPTIMVS.

CAP. I.



SEQVEBATVR iam ordine Ianiculum, totaque Transtyberina regio, sed quoniam hæc à reliqua vrbe flumine Tyberi separatur, de eo qooque pauca quædam dicere conuenit. Et primum quidem nominis ratio explicanda est. Tyberim igitur ἀπὸ τῆς ὕβρεως dictū existimant. Siculi enim quum Carthaginenses olim prælio superassent, vt eorum ciuitas firmior esset, fossam & squam circumduxerunt, quam in hostium contumeliam, ὕβριν vocarunt. Ijdem cùm iuxta Romam postea castra posuissent, flumini hoc idem nomen imposuerunt, prius Albula illi nomē erat. Alij à Tyberi, rege Thuscorum, qui in ripis eius occisus est. Varro à Tyberi regulo Veientium vicino, Tyberim nomen accepisse existimat: In sacris Tyberinus, communi sermone Tyberis, in poesi Tybris legitur. Antiquis etiam Rumon, quasi ripas ruminans, dicebatur. Vna vrbis parte Terentus, quòd ripas tereret appellatus. Oritur autem in Apennino supra Arnū, tenuis primū: & antequàm Romā intrat, XL. amnibus in se receptis, ita auctus excreuit, vt onerariæ maritimæq; naues, in eo Romā vsq; pertrahi possint. Hic Thusciā ab Vmbris, Sabinis, & Latinis dirimens, vrbē à septentrione ingreditur, à meridie inter Hostiensem, & Portuensem, à

dextris Ianiculum, à finistris vrbẽ relinquens, prope Hostiam in mare Tyrrhenum vno ostio exoneratur. Iuripa huius, tanquam numini sacra, nihil ædificare licebat. Aluei quoque & riparum custodes constituti erant. Sed de flumine hoc Plinius & alij multa memoriæ tradiderunt.

De Pontibus supra Tyberim extructis. Cap. II.

CVm Tyberis, vt dictũ est, adeo profundus sit, vt etiam naues maximas ferat, pedibus transiri nequit, ergo pontibus instructis, vrbem Transtyberinæ regioni coniungere necesse fuit. Primus itaque Hercules Geryone occiso, pontem in eo loco, vbi postea Sublicius constitutus est, construxit. Ante vrbem conditam etiam pons Sacer vocatus, Tyberim transibat, in quo homines deijciendo in Tyberim, Saturno sacrificabatur: Sed eo sacrificandi ritu per Herculem abrogato, iussit sirpea hominum simulachra, quæ Argeos vocabantur, deijci. Post vrbem conditam põtes extructi numero octo, scilicet Miluius, Aelius, Vaticanus, Ianiculensis, Cestius, Fabricius, Palatinus, & Sublicius: hos omnes præter Sublicium Totilas demolitus est.

De Ponte Miluio. Cap. III.

MIluius pons, quem nunc Moluium vocant, in via Flaminia situs est, & vltra primum lapidem ab vrbe distat. Hic à M. Scauro in Censura Syllanis temporibus extructus. Hunc sæpe demolitum iterumque restauratum aiunt.

De ponte Aelio, nunc sancti Angeli, Vaticano, siue Triumphali, ac Ianiculensi, siue Aureliano.
Cap. IIII.

POos, nunc sancti Angeli, olim Aelins, ab Aelio Hadriano denominatus. Is enim pontem ipsum, & iuxtà sepulchrum, quod Hadriani Molem vocant, excitauit.

Infra huoc pons est, qui in Vaticanũ montem & campum mittit, & ob id Vaticanum: alio nomine vero Triumphalem pontem, quia per ipsum triumphantes in Capitolium læti Ioui congratulatum ascendereot, cognominarunt. Huius pontis pilæ è regione S. Spiritus hospitali, in Tyberi adhuc videntur.

Tertius à proximo Ianiculo Ianiculensis: & à via, vel porta Aurelia, Aurelij pons quoque edictus est. Antoninus Pius hunc marmoreum strauit: qui ciuilibus bellis demolitus Ruptus est dictus. Hunc postea Xystus IIII. Pont. Max. instaurauit, & suum illi nomen indidit.

De Ponte Fabricio, & Cestio. Cap. V.

POst Aurelium pontem stadio vno, è regione Theatri Marcelli, in medijs Tyberis fluctibus, insula surgit: hanc prius pons Tarpeius, à rupe Tarpeia propinqua, postea Fabricius, à L. Fabricio, qui eo ponte insulam vrbi coniunxit, est cognominatus. Idem pons nunc Quatuor capitum à quatuor marmoreis simulachris quadrifrontibus ad ponris aditum collocatis appellatus est. At qui eandem insulam Transtyberinæ regioni connectit, Esquilinus, siue Cestius olim, nunc pons sancti Bartholomæi est vocatus.

De Insula Tyberina. Cap. VI.

DE buius insulæ origine, supra in descriptione Campi Martij habuimus. Liuius, & Dionysius etiam banc historiam copiose describunt. Habet hæc biremis formam, vbi latissima est, teli iactum non excedit: Loogitudo stadia circiter duo complectitur. Hæc olim Lycaonia dicta: Aesculapio, cuius simulachrum ex Epidauro in eam aduectum, sacra est. De Aesculapio, eiusque fano, lege Plitium.

Ioui item remplum in ea est à C. Seruilio Duumuiro dedicatum, à L. Furio annis sex antè, bello Gallico vota. In eadem insula propter Aesculapium in agris ægri ponebantur. Et prope eiusdem dei templum erat nosocomiõ, id est, ægrotorum sanandorum locus: quòd hic deus medicinæ inuentor, cultorq; esset.

Fauni In eadem fanum fuit, sed propter flumen, huius vestigia vix apparent amplius. Faonus primus dijs fana templaque consecrauisse dicitur, & ob hanc causam ab eodem templa dijs sacra, fana sunt appellata. D. Iulij statua illic fuisse Cor. Tacito, & Suetonio autoribus comprobatur.

De Ponte Senatorum, siue Palatino, & ponte Sublicio.
Cap. VII.

INfra dictam insulam, ad teli iactum septimus pons est, qui Senatorum à Senatoribus dicitur. Hic etiam à monte Palatino propinquo, Palatinus vocatus. Hodie ab æde sanctæ Mariæ vicina, sanctæ Mariæ Aegyptiacæ pons nominatur.

Sequitur vltimus pons Sublicius, qui etiam vetustissimus habetur. hic primum ligneus ad Auentini radices ab Anco Martio, sine clauo ferreo, & fulturis, coontignatione sola ita compactus, vt belli tempore adimi posset. Sublicius autem à sublicis, id est, magnis trabibus dictus. Aemilius Lepidos bunc postea lapideum compegit, & ex suo nomine Aemilium denominauit. Sunt qui ex marmore stratum velint, & inde pontem Marmoreum appellatum. In hoc olim pauperes à transeuntibus stipem peteotes sedebant. Ex hoc facinorosi in Tyberim etiam præcipitabantur. Hic quoque, vt alij potites, sæpe demolitus, ab alijs atque alijs instauratus.

De Transtyberina regione, Rauenatium, & Fortis Fortunæ templo, Thermis Seuerianis, hortis Cæsaris, ac de aqua Alsietina, & de pratis Mutij. Cap.
VIII.

TRanstyberina regio, à monte Ianiculo, qui illi plurimus imminet, priscis temporibus nomen habuit: Rauenatium etiam vrbem ab antiqnis nominatam reperimus, à Ranenatium classe, qui cum Romanis auxilium tulissent, in Ianiculo habitandi potestas, ne aliquando ab hostibus mons occuparetur, est data. Et cum hæc regio à vilissimis bominibus, & sordidas artes exercentibus incoleretur, nihil memorabile in ea propemodum, præter pauca quædam, fuit. Seuerinus Thermas illic extruxit. Cæsar hortos & Naumachiam ibidem adornauit. Fortis Fortunæ remplum quoque eadem regione Tiberij tempore dedicatum.

Alsietina aqua, ex Alsietino lacu, via Claudia in bortos Augusti, & Naumachiam perducta, Transtyberinæ regioni seruiebat. Hęc aqua Augusta etiam ab aliquibus est nominata. Vide Frontinum, qui de aquis Romanis copiose conscripsit.

Mutius cum se pro patria morti vltro obtulisset, à Pop. Rom. regione trans Tyberim donatus est. Et hic locus prata Mutia hac tempestare adbuc vocatur: Iuxta Naualia Transtyberina olim Ludi piscatorij celebrabantur.

De sepulchro Numæ, & Cæcilij poëtæ, Tribunali Aureliano, Ianiculo, & hortis Martialis.
Cap. IX.

NVmæ regis sepulcrum sub Ianiculo fuisse, arcá eius, & libri illic longo pòst tempore effosi, comprobant. Vide Liuium, Solinum, &c.

Tribunal Aurelianum, & Naualia io eadem Transtyberina regione fuisse, ab ijsdem autoribus commonstratur.

Ianiculo, Ianns, qui in eo habitauit, & postea sob eo sepultus, nomen dedit. Hic eandem illic ciuitatem ædificauisse fertur. Ianiculus etiam Antipolis dictus est, vt Roma Saturnia.

Cæcilius poëta sub eodem Ianiculo sepultus fuisse prædicatur. Martialis horti amœnissimi in eodem Ianiculo, vt ipse libro primo tastatur, fuere.

De monte & Campo Vaticano, templo Apollinis, & Martis, Naumachia, Circo, & hortis, ac de Obelisco Cæs. Cap. X.

VAricanus mons, & campus ipse, extra vrbem in Transtyberina regione fuere, & eo loco vbi hodie est sancti

sancti Petri templum, & Pontificis Palatium. Vaticanus autem dictus est, à Vaticano deo, cuius instinctu vaticinia illic edita, credidit antiquitas. deum Vaticanum ideo dixere, quod penes huuc vocis humanæ initia essent, quoniam pueri simulatq; in lucem eduntur, huius dei syllabam primam statim proferunt.

Apollinis templum in Vaticano, eo loco fuisse putant, vbi hodie sanctæ Petronillæ: & Martis, vbi sanctæ Mariæ cognomento in Febribus in via olim Triumphali est. Gellius scribit Iulium Paulum poëtam in Vaticano hortos habuisse.

Vallis Vaticana ibidem videtur, in hac Nero pro regendis equis spacium inclusit. Conuenticula item & Cauponas ibidem adornauit. Hortos quos illic Nero habuit, ad varia Christianutum supplicia obtulit. Totumque hoc spacium inclusum Circum appellauit. Naualia præterea, stagna, Naumachiæ illic fuere. Obeliscus quoque Cæsaris in via Triumphali adhuc erectus conspicitur.

De via Triumphali, aqua Sabbatina, sepulchro Scipionis.
Cap. XI.

DE via Triumphali etiam supra mentio facta est, dicta Triumphalis est, quod pompa triumphalis per eam in Capitolium procedebat, hæc vt & aliæ, silice strata fuit. Continuabatur autem olim ad porticum posteriorem S. Celsi, & campum Floræ petebat, ab hoc templum olim Iunonis, nunc sancti Angeli: hinc ad sancti Georgij templum in Velabro. In Pontificalibus hortis multæ aliunde illuc translatæ conspiciuntur antiquitates: vt Nili simulachrum, & omnia animalium in eo crescentium genera. Tyberis, cum lupa, vrbis conditoribus vbera præbente. Apollinē cum arcu & spiculis. Laocoontis statua, de qua supra. Cupidinem iuxta Venerem. Et alia multa illic in porticu & hortis apparent.

Sabbatina aqua, à Sabbatino Anguillariæ lacu Romā perducta: postea ab Hadriano aquæductu restituto, in D. Petri Basilicam ad sacerdotum vsum perducta.

In Vaticano campo, non longe ab Hadriani mole, meta, seu pyramis olim stetit: sub qua Scipionis Africani sepulchrum fuisse ferunt.

De Mole Hadriani & Prato Quintij.
Cap. XII.

AElius Hadrianus, iuxta Aelium pontem, è regione Mausolei Augusti, ingentem molem, pro suo sepulchro excitauit. In hoc primum ipsius, postea omnium Antoninorum cineres sunt recondiri. Hęc hodie Pontificum præsidium est. Eadem quoque Crescentij arx, à Crescentio quodā duce factioso, qui eum diu tenuit, denominata est Vide Procopium.

Prata Quintia in Campo Vaticano, à Q. Cecinnato cognominata fuerunt. Lege Plinium. Hodie Aprata nominantur.

De ijs quæ extra portam Flumentanam, & Collatinam fuere, vel nunc sunt. Cap. XIII.

FLaminia via primum extra portam Flumentanam occurrit. Hæc, vt antè quoque demonstratum, à Cn. Flaminio Ariminum vsque perducta. Hanc silice intra vrbem, extra vrbem glarea strauit: Sic omnes quæ Romæ sunt viæ, munitæ dicuntur. In hac via Augustus pontes quatuor extruxit, quarum vestigia hodie vix apparent. Ad hanc Cęsar villam, quam ad Gallinas vocabat, habuit. Rationem nominis tradit Liuius. Viæ Flaminiæ iuncta fuit Claudia, in qua Ouidij horti extiterunt.

Aemilia via, à Lepido Flaminij collega constrata, ab Aemilia regione, Bononiam vsque ducit. Aemilię autem viæ duæ fuisse perhibentur, vna quæ Flaminiam excipiebat: altera quam Scaurus strauit, quæ per Pisas & Lunam in Sabatios ducebat. Tyberina item via fuit, & Cassia, extra portam nunc Viridariam, quæ Sutrium, Vetrellā, Viterbiumq; in Vulsinensem mittebat.

Clitellæ loca quædam sunt in via Flaminia, parum decliuia deuexaq;.

Extra Collatinam portam, via eiusdem nominis est.

De ijs quæ extra portam Collinam fuisse traduntur.
Cap. XIIII.

VIa Collinæ portæ Salaria vocatur, Sabini enim salem in vrbem per eam inferebant. In ea Salarius pons fuit. Ducit autem Salaria in Sabinos: Excipitur vero à Numentana. In Salaria Veneris Erycinæ templum à Fabio Dictatore votum, dedicatum vero à L. Portio Ibidem Veneris Verticordiæ simulachrum erat, sic dictum quod hominū à libidine verteret animos. Honoris item templum & ara in ea: & Licinij Augusti tonsoris sepulchrum.

De ijs quæ extra Numentanam portam, & Interaggeres fuere, vel hodie sunt. Cap. XV.

EXtra Numentanam via, nominis eiusdem Incipit: hac itur Numentum. Eadem Ficulnensis, à figlinis in eo loco constitutis sic appellabatur. Næniæ quæ cantu flebili, funeribus interesse solent, extra portam hanc templum habuisse dicuntur. Ita alijs dijs immitibus, qui humano generi nocere creduntur, templa, sed extra portam, vt minus noceant, constituerunt, vt Febri, Marti Vltori, Nemesi, &c. In Numentana via, circa templum sanctæ Agnetis, Bacchi vetustissimum templum apparet. In eadem Numentanus pons est, è Narsete eunucho extructus. Inter hanc & Salariā Suburbanum Neronis liberti fuit, in quo Nero mortem sibi consciuit.

Extra Interaggeres portam Castrum Custodiæ est, vbi milites Diocliriani in statione fuerant. Illic Viuarium quoque, nunc Viuariolum vocatum cernitur, vbi variæ bestiæ, ad voluptatem potius quàm vsum nutriebantur.

De ijs quæ extra portam Esquilinam, Næuiam, Cœlimontanam, & Gabiusam, fuere, vel sunt. Cap XVI.

A Porta Tiburtina, via eodem nomine procedit, quæ Tibur ducit. In ea pons Mameus est, vulgo Mamulo vocatur, nomen ab Alexandri matre, quæ eum restaurauit, habet. Isthic & Puricolę, à puteorum multitudine nominatæ sunt. Lucanus quoque pons, extra eandem portam Anienem transit, Anio Vetus, & Nouus extra eam portam concipiuntur.

Extra portam Esquilinam Labicana via est, & Prænestina. In Prænestina aqua Appia, ab Appio Claudio in vrbem ducta initium sumit. Virgo aqua in eadem via militibus olim demonstrata, ex eo loco in vrbem deducitur.

Verum de aquis Romanis vide Frontinum, hic cuiusque ortum, aquæductum finem ac vsum pulcherrime describit.

A porta Cœlimontana Incipit via Campana: quæ Latinæ iungitur: Inter Cœlimontanam & Latinam Gabiusa porta constituta est, & ab hac via olim Gabiusa exibat, & hæc Gabios ducebat, hi ad Prænestinam viam habitant.

De ijs quæ extra portam Latinam & Capenam fuere vel sunt. Cap. XVII.

LAtinæ viæ Latina porta & nomen & principium dedit. Hæc per Leuicanum, nunc Valmontanum ac Latinos producitur. In hac Fortunæ muliebris templum olim stetit, & eiusdem deæ simulachrum. De hoc Valerius Maximus. In eadem via Tepula aqua concipitur. A porta Appia via eiusdē nominis egreditur, & ab Appio Claudio Capuam vsque strata. Consule Strabonem.

Ad Capenam portam Martis Bellatoris, vel Gradiui templū fuit, & in eo Martis ancile. Iuxta idem templum lapis Manalis, qui in ciuitatem per siccitatem allatus, statim pluuia exorta, vnde Manalis appellatus fuit. In via Capena Deæ Bonæ sacrarium stetit: apud hoc Clodium & M. Papyrium interfectos affirmant. Iuxta Capenam portam ara Apollinis, Spei, Mineruæ, Honoris, templa fuisse aiunt. Tempestatis item ædem à Marcello conditam Ridiculi quoq; templū ibidem constituerunt. Cum enim Annibal in ea parte castra posuisset, irrisus illususq; discedere coactus est. In Appia via pons Valentinus fuit, à Valente Imperatore extructus. In eadem prope Masicum montem Sinuessa est. Hæc via sepulchra insignia habuit,

vt Calatini, Scipionum, Seruiliorum, Metellorum, Tulliorum, Ennij, Pompeij, Horatiorum, aliorumque. In ea parte etiam campus, vbi Horatij depugnarunt, cernitur, & in eo aqua & fons Mercurio sacer erat: ad hunc cum Pop. Rom. accessisset, primus quisque in eam lauri ramum intingês, proximos ea spargebat Mercurium inuocans, vt aspersis peccata, præsertim periuria delerentur. Lucus etiam Egeriæ extra hanc portam fuit. Via Laurentina in Appiam incidebat, in qua S. Sebastianus, in eo loco, vbi Termino deo, Terminalia festa celebrarunt, passus fuisse dicitur.

De ijs quæ extra portam Hostiensem, & reliquas in genere. Cap. XVIII.

AB Hostiensi porta incipit via Hostiensis, quæ Hostiam ab Anco conditam ducit. Hæc olim Tergeminorum porta dicta, extra hanc Emporium à Liuio ponitur.

In Transtyberina regione portæ tres fuere, Portuensis, Aurelia, & Fontinalis. A Portueosi, via eodem nomine incipit, & ad Hostiensem portum ducit. Illic Portunni, portuum deo ædes sacra constituta. In qua Portunnalia festa in eius honorem celebrabantur. Ab Aurelia porta, via Aurelia orditur, quæ per Thusciæ maritima Pisas ducit. Eadem à Traiano, qui eam restituit, Traiana est vocata. In hac Galbæ Imperatoris horti fuerunt, & in ijs eiusdem sepulchrum.

FINIS.

PVB. VICTORIS DE VRBIS ROMAE REGIONIBVS ET LOCIS LIBELLVS.

REGIO PRIMA, PORTA *Capena.*



Icvs & Aedis Camœnarum.
Vicus Drusianus.
Vicus Sulpiti Vlterioris
Vicus Snlpiti citerioris.
Vicus Fortunæ Obsequentis.
Vicus puluerarius.
Vicus Honoris & Virtutis.
Vicus Trium ararum.
Vicus Fabriti.
Aedis Martis.
Aedis Mineruæ.
Aedis Tempestatis.
Area Appollinis.
Area Spei.
Area Galli, siue Thalli, siue Galliæ.
Area Pinaria.
Area Carsuræ.
Lacus Promethei.
Lacus Visp sani vel Vespasiani.
Balineum Torquati.
Balineum Vectij Bolani.
Balineum Mamertini.
Balineum Abascantiani.
Balineum Antiochiani.
Thermæ Seuerianæ.
Thermæ Commodianæ.
Arcus diui Veri Parthici.
Arcus diui Traiani.
Arcus Drusi.
Mutatorium Cæsaris.
Almo fluuius.
Vici. 9.
Aediculæ. 10.
Vicomagistri. 36.
Curatores. 2.
Denuntiatores. 2.
Insulæ. 4. Mil. 250.
Domus. 120.
Horrea. 13.
Balineæ priuatæ. 82.
Lacus. 83.
Pistrina. 20.
Regio in ambitu continet pedes. 12. Mil. 222.

REGIO SECVNDA, CAELI *Montium.*

TEmplum Claudij.
Macellum magnum.
Campus martialis.
Lupariæ.
Antrum Cyclopis.
Castra peregrina.
Caput Aphricæ.
Arbor sancta.
Domus Philippi.
Domus Vectiliana.
Regia Tulli Hostilij templumq; quod is in curiã redegit ordini à se aucto, id est, patrib. minorum gentium.
Mansiones Albanæ.
Mica aurea.
Armamentarinm.
Spolium Samarium.
Ludus matutinus.
Ludus gallicus.
Cohortes quinq; vigilum.
Vici. 7.
Aediculæ. 8.
Vicomagistri. 28.
Curatores. 2.
Dennnciatores. 2.
Insulæ. 3. Mil.
Domus. 133.
Horrea. 23.
Balineæ priuatæ. 28.
Pistrina. 12.
Regio in ambitu continet pedes. 12. Mil. 200.

REGIO TERTIA, ISIS ET *Serapis.*

MOneta Amphitheatrũ quod capit loca. 87. mil
Ludus magnus.
Ludus Dacicus.
Domus Brytiana.
Samium coragium.
Prætura præsentissima.
Thermæ Titi Cæsa. Augu.
Thermę Traiani Cæsa. Augusti.
Thermę Pbilippi Cæsa. Augusti.
Lacus pastoris.
Schola quæstorum.
Schola Capulatorum.
Porticus Liuia.
Castra Misenatium.
Suburra.
Vici. 8.
Aediculæ. 8.
Vicomagistri. 24.
Curatores. 2.
Denuntiatores. 2.
Insulæ. 2757.
Domus. 160.
Horrea. 18.
Balineæ prinatæ. 80
Lacus. 65.
Pistrina. 12.
Regio in ambitu continet pedes. 12450.

REGIO QVARTA, TEMplum pacis.

TEmplum Remi.
Templum Veneris.
Templum Faustinæ.
Templum Telluris.
Via Sacra.
Basilica Constãtini,
Basilica Pauli Aemilij.
Sacri portus.
Forum Transitorium.
Balineum Dapbnidis.
Porticus Afidata.
Area Vulcani cum Vulcanali, vbi lotos à Romulo sata, in qua.
Area sanguine per biduum pluit.
Buccina aurea, vel Buccinnm aureum.
Apollo sandalarius.
Horrea Cartharea vel Tastaria vel Testaria.
Sororium tigillum.
Colossus altus. 102. & semis babês in capite radios 7. singuli pedum 22. & semis.
Meta sudans.
Carinæ.
Domus Pompeij.
Auita Ciceronum Domns.
Vici. 8.
Aediculæ. 8.
Vicomagistri. 32.
Curatores. 2.
Denuntiatores. 2.
Insulæ. 2757.
Domus. 138.
Horrea. 8.
Balineæ priuatæ. 75.
Lacus. 78.
Pistrina. 11.
Regio in ambitu continet pedes. 13. Mil.

REGIO QVINTA, EXQVIlina cum turri & colle Viminali.

LAcus Promethei.
Macellum Liuiani.
Nymphæum diui Alexandri.
Cohortes. 7. vigilum.
Aedis Veneris Erycinæ ad portam Collinam.
Horti Planciani, vel Plautiani.
Horti Mœcenatis.
Regia Serui Tulli.
Hercules Sullanus.
Amphitheatrum castrense.
Campus Exqnilinus, & Lucus.
Campus Viminalis sub Aggere.
Lucus Petelinus.
Templũ Iunonis Lucinæ.
Iugus fagutalis.
Domus Aquilij iurecõsulti Q. Caruli, & M. Crassi.
Ara Iouis Viminei.
Minerua medica.
Isis patricia.
Lauacrum Agrippinæ.
Thermæ Olympiadis.
Vici. 15.
Aediculæ totidem.
Vicomagistri. 60.
Curatores. 2.
Denunciatores. 2.
Insulæ. 3850.
Domus. 180.
Lacus. 79.
Horrea. 23.
Balineæ priuatæ. 75.
Pistrina 12.
Regio in ambitu continet pedes. 15900.

REGIO SEXTA, ALTA *semita.*

VIcus Bellonæ.
Vicus Mamuri.
Templum Salutis in colle Quirinale.
Templum Serapæum.
Templum Apellonis, & Clatræ.
Templum Floræ, & Circus.
Floralia.
Capitolium Vetus.
Diuus Fidius in Colle.
Fotum Sallusti.
Fortuna Publica in Colle.
Statua Mamuri plumbea.
Tamplum Quirini.
Domus Attici.
Malum Punicum ad quod Domitianus, DD.
Templum gentis Flamę & erat domus sua.
Horti Sallustiani.
Senatulum mulierum.
Thermæ Diocltianæ.
Thermæ Constantinianæ.

Balinea

Balinea Paull.
Decem Tabernæ.
Ad Gallinas Albas.
Area Calidij.
Cohortes.3.vigilum.
Vici.12.
Aediculæ.16.
Vicomagistri.48.
Curatores.2.
Denunciatores.2.
Insulæ.3505.
Domus.145.
Horrea 18.
Balineæ priuatæ.75.
Lacus.76.
Pistrina.12.
Regio in ambitu continet pedes 15.Mil.600.

REGIO SEPTIMA, VIA *Lata.*

LAcus Ganymedis.
Cohortes.7.vigilum, aliter primorum vigilum.
Arcus nouus.
Nymphæum Iouis.
Aedicula Capraria.
Campus Agrippæ.
Templom Solis.
Castra Gentiana, aliter Gipsiana.
Porticus Constantini.
Templum nouum Spei.
Templō nouum Fortunæ.
Templū nouum Quirini.
Sacellum Genij Saugi.
Equi ænei tiridatis.
Forum Suarium.
Forum Archemorium.
Horti Argiani.
Pila Tyburtina.
Ad mansuetos.
Lapis pertusus.
Vici.12.
Vicomagistri.40.
Curatores.2.
Denunciatores.2.
Insulæ.3385.
Domus.120.
Horrea,25.
Pistrina.16.
Balineæ priuatæ.75.
Lacus.76.
Regio in ambitu continet pedes.12700.

REGIO OCTAVA, FORVM *Romanum.*

ROstra populi Romani.
Aedis Victoriç, cum alia ædicula Victoriæ virginis dd. à Portio Carone.
Templum Iulij Cæsaris in foro.
Victoriç aureç statua in tēplum Iouis Opt.Max.
Ficus Rominalis & Lupercal virginis.
Columna cū statua M. Ludij.
Græcostasis.
Aedis Opis & Saturni in vico Iugario.
Miliarium aureum.
Senatulum aureum.
Pila oratia, vbi trophæa locata nuncupātur Curia.
Templum Castorum ad lacum Iuturnæ.
Templum Concordiæ.
Eqnus æneus Domitiani.
Atrium Mineruæ.
Ludus Aemilius.
Iulia porticus.
Arcus Fabianus.
Puteal Libonis.
Iani duo celebris mercatorum locus.
Regia Numæ.
Templum Vestæ.
Templū deūm Penatium.
Templum Romuli.
Templum Iani.
Forum Cæsaris.
Stationes municipiorum.
Forum Augusti cum æde Martis Vltoris.
Forum Traiani cum templo & equo æneo & columna Cochlide quæ est alta pedes.128.habetque intus gradus 185.fenestellas.45.
Cohortes sex vigilum.
Aedicula Concordiæ supra Græcostasim.
Lacus Curtius.
Basilica argentaria.
Vmbilicus vrbis Romæ.
Templum Titi & Vespasiani.
Basilica Pauli cum phrygijs columnis.
Ficus Ruminalis in Comitio vbi & Lupercal.
Aedis Væiouis inter Arcem & Capitolium prope Asylum.
Vicus Ligurum.
Apollo translatus ex Apollonia à Lucullo.30. cubitum.
Delobrum Mineruæ.
Aedicula Iuuentæ.
Porta Carmentalis versus circum Flaminium.
Templum Carmentæ.
Capitolium vbi omniū deorū simulachra celebrantur.
Curia Calabra, vbi pontifex minor dies pronunciabat.
Templum Iouis Optimi Maximi.
Aedis Iouis Tonantis ab Agu. DD. in cliuo Capitolino.
Signum Iouis imperatoris. A præneste deuectum.
Asylum.
Templum vetus Mineruæ.
Horrea germanica.
Horrea Agrippina.
Aqua cernens IIII. Scauros.
Forum Boarium.
Sacellū Pudicitiæ patriciæ. Aedes Herculis Victoris duæ, altera ad portā Trigeminam, altera in foro Boario cognomine Rotunda & parua.
Forum Piscarium.
Aedis Matutæ.
Vicus Iugarius, idē & Thurarius, vbi sunt aræ Opis & Cereris cū signo Vortumni.
Carcer imminens foro à Tullo Hostilio ædificatus media vrbe.
Porticus margaritaria.
Ludi literarij.
Vicus vnguentarius.
Aedis Vortūni in vico Thusco.
Elephantus Herbarius.
Vici.12.
Aediculæ totidem.
Vico magistri.48.
Curatores.2.
Denunciatores.2.
Insulæ 3880.
Domus 150.
Balineæ priuatæ.66.
Horrea.18.
Lacus.120.
Pistrina.20.
Regio in ambitu continet pedes.12867.

REGIO NONA, CIRCVS *Flaminius.*

STabula 4 factionom.
Aedis antiqua Appollinis cum lauacro.
Aedis Herculi magno custodi Circi Flaminii.
Porticus Philippi.
Aedis Vulcani in circo Flaminio.
Mimitia vetus.
Mimitia frumentaria.
Porticus corinthia CN.Octauij, quæ prima duplex fuit.
Crypta Balbi.
Theatrum Balbi. Capit loca 30245.
Cæsar dedicauit & appellatur à Vicinitare.
Iupiter Pompeianus.
Theatrum Marcelli. Capit loca.30000.vbi erat aliud templum Iani.
Delubrum CN.Domitij.
Carcer.160.virûm.
Templum Bruti Callaici.
Villa publica, vbi primum populi cēsus est actus in campo Martio.
Campus Martis.
Aedis Iuturnæ ad aquā Virgineam.
Septa trigaria.
Eqoiria.
Horti Lucullani.
Fons Scipionum.
Sepulchrum Augustorum.
Ciconiæ nixæ.
Pantheon.
Theatrum Pompei.
Basilica Macidij.
Basilica Martiani.
Templū diui Antonij cum Cochlide columna quæ est alta pedes. 175. habet Intus gradus.206 & fenestellas.56.
Thermæ Hadriani.
Thermæ Neronianæ quæ postea Alexandrinæ.
Thermæ Agrippæ.
Templum Boni euentus.
Aedis Bellonæ versus portā Carmētalem, ante hanc ædē columna index belli inferendi.
Porticus Argonautarum.
Meleagricum.
Isæum.
Serapæum.
Mineruium.
Minerua Chalcidica.
Insula Phelidij, Siue Phelidis.
Vici.30.
Aediculæ totidem.
Vicomagistri.120.
Curatores 2.
Denunciatores.2.
Insulæ.3788.
Domus 140.
Balineæ priuatæ.63.
Horrea.22.
Pistrina.20.
Regio in ambitu habet pedes.30500.

REGIO DECIMA PA*latium.*

VIcus Padi.
Vicus Curtarum.
Vicus Fortuuę respicientis.
Vicus salutaris.
Vicus Apollinis.
Vicus cliuusq; diei.
Roma quadrata.
Aedis Iouis Statoris.
Casa Romuli.
Prata Bacchi, vbi fuerunt ædes Vitruuij Fundani.
Ara Febris.
Templum Fidei.
Aedis matris deū, huic fuit cōterminum delubrum Sospitæ Iunonis.
Domus Ceioniorum.
Suelia.
Iouis cœnatio.
Aedis Apollinis vbi lychni pendebant instar arboris mala ferentis.
Aedis deæ Viriplacæ in Palatio.
Bibliothecæ.
Aedis Rhamnusiæ.
Penthapylon Iouis arbitratoris.
Domus Augustana.
Domus Tyberiana.
Sedes imperij Romani.
Auguratorium.
Ad mammçam, hoc est Dietæ.
Mammææ.
Ara palatina.
Aedis Iouis Victoris.
Domus Dionysij.
Domus Q. Caruli.
Domus Ciceronis.
Aedis Dijouis.
Velia.

Curia Vetus.
Fortuna Respiciens.
Septizonium Seueri.
Victoria Germaniciana.
Lupercal.
Vici.6.
Aediculæ totidem.
Vicomagistri.24.
Curatores.2.
Denunciatores.2.
Insulæ 2644.
Domus.88.
Lacus.80.
Horrea.48.
Pistrina.20.
Balineæ priuatæ.15.
Regio io ambitu habet pedes 12600.

REGIO VNDECIMA CIRcus Maximus.

Circus Maximus qui capit loca 385. Mil. 12. portæ.
Templum Mercurij.
Aedis Diris patris.
Aedis Cereris.
Aedis Veneris opus Fabij Gurgitis.
Aedis Portumni ad pontē Aemilij, olim Sublici.
Porta Trigemina.
Salinæ.
Apollo Cœlispex.
Aedis Portumni.
Hercules Oliuarius.
Ara Maxima.
Templum Castoris.
Aedis Cereris.
Aedis Pompeij.
Obelisci duo, iacet alter, alter erectus.
Aedis Murtiæ.
Aedis Consi subterranea.
Forum Holitoriū, in eo columna est Lactaria, ad quā infantes lacte alendos deferunt.
Aedis Pietatis in foro Holitorio.
Aedis Iunonis Matutæ.
Velabrum maius.
Vici 8.
Aediculæ totidem.
Vicomagistri 32.
Curatores 2.
Denunciatores 2.
Insulæ 1600.
Domus 89.
Balineæ priuatæ 15.
Horrea 16.
Lacus 60.
Pistrina 12.
Regio in ambitu continet pedes 11500.

REGIO DVODECIMA, Piscina Publi.

Vicus Veneris almæ.
Vicus piscinæ publicæ.
Vicus Dianæ.
Vicus Ceios.
Vicus Triari.
Vicus aquæ salientis.
Vicus laci tecti.
Vicus fortunæ Mammosæ.
Vicus Colapeti pastoris.
Vicus portæ Raduscul anæ.
Vicus portæ Næuiæ.
Vicus Victoris.
Horti Asiniani.
Area radicaria.
Caput viæ nouæ.
Fortuna Mammosa.
Isis Antenodoris.
Aedis bonę deæ subsaxanę.
Signum delphini.
Thermæ Antoninianæ.
Septem domus Parthorū.
Campus lanatarius.
Domus Chilonis.
Cohortes 3. vigilum.
Domus Cornificij.
Priuata Hadriani.
Vici 12.
Aediculæ totidem.
Vicomagistri 48.
Curatores 2.
Denunciatores 2.
Insulæ 2486.
Domus 114.
Balineæ priuatæ 44.
Lacus 80.
Horrea 26.
Pistrina 20.
Regio in ambitu habet pedes 12000.

REGIO DECIMATERTIA, Auentinus.

Vicus Fidij.
Vicus frumentarius.
Vicus trium viarum.
Vicus Cileti.
Vicus Valeri.
Vicus Laci miliarij.
Vicus Fortunati.
Vicus capitis canteri.
Vicus trium alitum.
Vicus nouus.
Vicus Loreti minoris.
Vicus armilustri.
Aedis Consi.
Vicus columnæ ligneæ.
Minerua in Auentino.
Vicus Materiarius.
Vicus mundiciei.
Vicus Loreti maioris vbi erat Vortumnus.
Vicus fortunæ dubiæ.
Armilustrum.
Templum Lunæ in Auentino.
Templum commune Dianæ.
Thermæ Varianæ.
Templum Libertatis.
Doliolum.
Aedis Bonæ deæ in Auentino.
Priuata Traiani.
Remuria.
Atrium Libertatis in Aueotino.
Mappa aurea.
Platanon.
Horrea Aniceti.
Scalæ Gemoniæ.
Porticus Fabaria.
Schola Cassij.
Templū Iunonis reginæ à Camillo DD. Veijs captis.
Forum pistorium.
Vici 17.
Aediculæ totidem.
Vicomagistri 74.
Curatores 2.
Denunciatores 2.
Insulæ 2488.
Domus 103.
Balineæ priuatæ 64.
Lacus 78.
Horrea 26.
Pistrina 20.
Regio in ambitu habet pedes 16200.

REGIO XIIII. TRANSTYberim.

Vicus Censorij.
Vicus Gemini.
Vicus Rostrati.
Vicus Longi aquilæ.
Vicus statuæ siccianæ.
Vicus quadrati.
Vicus Raciliani maioris.
Vicus Raciliani minoris.
Vicus ianiculensis.
Vicus Bructanus.
Vicus larum ruralium.
Vicus statuæ Valerianæ.
Vicus Salutaris.
Vicus Pauli.
Vicus Sex. Lucei.
Vicus Simi Publici.
Vicus Patratilli.
Vicus Laci restituti.
Vicus Saufei.
Vicus Sergi.
Vicus Ploti.
Vicus Viberini.
Gaianium.
In insula Aedis Iouis, & Aesculapij &
Aedis Fauni.
Naumachiæ.
Cornisce.
Vaticanius.
Hortus Domitij.
Ianiculum.
Mamæ sacellum.
Balineum Ampelidis.
Balineum Priscillianæ.
Statua Valeriana.
Statua Sicciana.
Sepulchrum Numæ.
Cohortes 7. vigilum.
Caput Gorgonis.
Templum fortis fortunæ.
Area Septimiana.
Ianus Septimianus.
Hercules cubans.
Campus Bruttanus.
Campus Codetanus.
Horti Getæ.
Castra Lecticariorum.
Vici 22.
Aediculæ totidem.
Vicomagistri 88.
Curatores 2.
Denunciatores 2.
Insulæ 4405.
Domus 150.
Balineæ priuatæ 86.
Lacus 180.
Horrea 22.
Pistrina 22.
Regio in ambitu habet pedes 33488.

SENATVLA TRIA.

Vnum inter Capitoliū & forum, vbi magistratus cum senioribus deliberant: alterum ad portam Capenam: tertium citra ædem Bellonæ in circo Flaminio, vbi dabatur senatus legatis quos in vrbem admittere nolebant: quartum senatulum matronarum in Quirinale Antoninus pius Basiani filius fecit.

BIBLIOTHECAE.

Vndetriginta publicæ, ex ijs præcipuæ duæ Palatina & Vlpia.

OBELISCI MAGNI SEX.

Duo in circo Maximo, maior est pedum 132. Minor pedum 88. & semis. vnus in Vaticano pedū 72. vnus in campo Martio pedum 72. duo in Mauseolo Augusti pares singuli pedis 42. & semis.

OBELISCI PARVI.

XLII. in plerisq; sunt notæ Aegyptiorum.

PONTES VIII.

Moluius, Aelius, Vaticanus, Ianiculensis, Fabricius, Cestius, Palatinus, Aemilius, qui antè Sublicius.

CAMPI VIII.

Viminalis, Exquilinus, Agrippæ, Martius, Codetanus, Bructanus, Lanatarius, Pecuarius: Vnus vltra Tyberim campus Vaticanus extra numerum.

FORA XVII.

Romanum quod dicitur Magnum, Cæsaris, Augusti, Boarium, Transitorium, Holitorium, Pistorium, Traiani, Aeneobarbi, Suarium, Archemorium, Diocletiani, Gallorum, Rusticorum, Cupedinis, Piscarium, Sallusti.

BASILICAE XI.

Vlpia, Pauli, Vestim. Neptumnij, Macidij, Martiana, Vastella.

Vaſtellaria, Floſelli, Sicimini, Conſtantiniana, Baſilica Portia à Portio Catone facta.

THERMAE XII.

Traiani, Titi, Agrippæ, Syriacæ, Commodianæ, Seuerianæ, Antonianæ, Alexandrinæ, quæ Neronianæ, Dioclitianæ, Decianæ, Conſtantinianæ, Septimianæ.

IANI.

Per omnes regiones incruſtati & adornati ſignis duo præcipui ad arcum Fabianum ſuperior inferiorque.

AQVAE XX.

Appia, Martia, Virgo, Claudia, Herculanea, Tepula, Damnata, Traiana, Annia, Halſia, ſiue Halſientena quæ Auguſta, Cęrulea, Iulia, Algentiana, Ciminia, Sabbatina, Aurelia, Septimiana, Seueriana, Antoniana, Alexandrina.

VIAE XXIX.

Appia, Latina, Labicana, Campana, Præneſtina, Tiburtina, Collatina, Nomentana, quæ Figulenſis, Salaria, Flaminia, Aemilia, Claudia, Valeria, Oſtienſis, Laurentina, Ardeatina, Setina, Quintia, Gallicana, Triumphalis, Patinaria, Ciminia, Cornelia, Tiberina, Aurelia, Caſsia, Portuenſis, Gallia, Laticulenſis, Capitolia 2. vetus & nouum, Amphitheatra 2. Coloſsi 2. Columnæ Cochlides 2. Macella 2. theatra 3. ludi 5. naumachiæ 5.

NYMPHAEA XI.

Equi ænei inaurati, 24. equi eburnei 49. tabulæ, ſigna ſine numero: Arcus marmorei, 36. lupanaria, 45. latrinæ publicæ, 144. cohortes prætoriæ, 10. cohortes vrbanæ, 4. cohortes vig. 6. excubitoria, 14. vexilla, 2. communia, caſtra peregrina, caſtra Miſenatium, caſtra tabellariorum, caſtra lecticariorum, caſtra victimariorum, caſtra Salgamariorum, caſtra Salicariorum, caſtra equitum ſingulorum, 2. Menſæ oleariæ,

24000.

FINIS.

HENRICHI



HENRICHI LORITI GLAREANI, PATRITII CLARONENSIS APVD HELVETIOS, IN OMNES, QVI QVIDEM EXTANT, T. LIVII PATAVINI CLARISSIMI HISTORICI LIBROS, ANNOTATIONES.

AVGVSTISSIMO INVICTISSIMO'QVE IMPERATORI CÆSARI CAROLO V. HENRICHVS GLAREANVS S. D. P.



AVD sum nescius, inuictissime Imperator Carole, quàm multorum hominum, etiam eximiè doctorum, graue iudicium sim subiturus, quòd authorem tam præclarum, & in hominum manu tam frequentem, emendandum mihi desumpserim: quibusdam frustraneum laborem esse existimantibus, quòd multi & celebres hercle viri idem negotij tractarint, quibusdam etiam temerarium censentibus, quòd nihil videatur in eo authore reprehensione dignum. Sed vtrisq; (quando id res postulat) respondendum duximus. Primùm, scio nos inficias ire non posse, quin multi & præstantes viri, multa & præclara in eo authore emendarint, studiosisq; vtile operæpreciū fecerint. Sed ijdem illi tamen diffiteri non possunt, quin multa indiscussa, dubia, ac mutila reliquerint posteris diligentius pensitanda: quod nobis quoque confitendum. Nam vt nominatim de Antonio Sabellico dicam, homine citra controuersiam docto, si quidem illi, præter annotata paucula quædam, reliqua fuerunt perspecta, næ ille felix omnino mihi censebitur, quando eius codex immensis tot mendis scatebat. IANI Parrhasij annotationes, de quibus in præfatione commentariorum in Claudianum mentionem facit, ad manus nostras non peruenerunt, quare de ijs iudicium ferre nequimus. LAVRENTII Vallæ in quosdam libros vidimus, quæ sunt, vt omnia eius authoris, argutæ, doctæ, ac eo dignæ. Nostra certè ætate in hoc authore emēdando celebres officinæ librariæ, laudabili per Iouem æmulatione, inter se certasse videntur, Aldina, Badiana, ac Frobeniana: sed vicit, meo quidē iudicio, longè Frobeniana editio, opera ac diligentia D. BEATI Rhenani & Sigismundi Gelenij, doctorū virorum, fulta. Verùm ijtamen pauca de ijs attigerunt, quæ nos antea annotaueramus, nec adhuc ediderामus, alioqui nostra delere & supprimere non dubitassemus. Exemplaria illi secuti sunt vetusta, quæ nos quoque vidimus. Sed quæ ad historiæ emendationem, & plerunque ad temporum rationem, Romanorumq; magistratuū nomenclaturam pertinebant, ea (nisi fallor) nos diligentius inspeximus, vt lector ipse iudicabit, simul atque nostra cum alijs conferet, quare neutiquam hunc nostrum post tot eximios viros laborem frustraneum existimamus. Verùm enimuero, quando quidem multi obstrepunt, temerarium esse quicquam in tali authore vellicare: obuiandum sanè & horum opinioni putauimus, ne audaciæ culpam, aut crimen potius agnoscere videremur. Primùm, cùm in confesso sit, ab historico abesse prorsus debere omne odium: solamq; ille rerum gestarum veritatem ob oculos ponendam: quàm verè id obseruarit Liuius, vel hinc æstimari poterit. Nam vt de Germanis, Hispanisq;, eximijs duabus nationibus, taceam, Gallos hercule, gentem omni ætate illustrem & bellicosam, maximè autem eo tempore, quo Liuiana decurrit historia, nunquam desinit odiose tractare, eleuare, nonnunquam etiam pugnantia de ea dicere, homo in Cisalpina Gallia natus, quod nos in his annotationibus, sed obiter, aliquot locis indicauimus. Deinde si quis veterem Romani imperij originem apud Dionysium legat, ac cum Liuiana breuitate comparauerit, videbit opinor nos haud immeritò prætulisse Dionysij curam ac diligentiam, Liuij festinationi: adeò circunspectè omnia Dionysius, adeò negligenter Liuius ea tractasse videtur. quod ex Dionysio nos de classibus, Laurentius Valla de Prisci Tarquinij nepotibus reprehendit. Nam de plebis in sacrum montem secessione, de Cn. Martio Coriolano, de Decemuiris, nimium accisam apud Liuium esse historiam manifestius est, quàm vt apud peritos probari oporteat. Iam si quis Herodoto præferat Liuium, quòd ille sæpius fabulas narrare videatur, inspiciat quæso vel primo libro ab Vrbe condita (vt alios interim omittam) Herculis & Euandri colloquium: dein & Caci fabulam: vt nihil dicam de Proculi renunciatione, de Diana boue à Sabino immolata, de Bruti baculo, de papaueribus à Tarquinio decussis. an non sunt hæc his quæ Herodotus narrat, per quàm similia? Quanquam hæc non eò pertinēt, vt Liuij gloriam his obiectis, quæ forsitan excusationem suscipiunt, eleuari cupiam: quod alijs quoque in libris nostris testati sumus: sed vt lectori ostenderem, non minus magnos authores cum iudicio legendos esse, atq; dubios, ac non ita magnos. Liuius senex historiam scripsisse dicitur, diuersos ac magnos secutus authores, vt in præfatione ipse fatetur. Non igitur mirum, si & sæpe memoria labatur, & nonnunquam diuersa ac propè contraria scribat. Nec me fugit vulgatam esse opinionē, animis hominum penitus insitam, & multis ita persuasum, vt si contrarium dixeris, insanus prorsus videaris: nempe Romanos historicos longè præferendos in historiæ veritate esse Græcis. At per me licebit ita perpetuò opinentur qui volent: mihi sanè neq; Quintilianus in primis grauis author, neque quisquam alius, quantumuis subtilis orator, hoc persuadebit, vt Liuium Herodoto æquem, tantum abest vt eundem Liuio postponam. Sed non est opus hic eam rem longius prosequi, in qua plureis habiturus sum reclamatores. Ad rem nostram redeo, Ego pro communi omnium studiosorum vtilitate hunc suscepi laborem, non pol gloriæ aucupandæ gratia, qua via, nostra quidem ætate, plurimi grassantur: non carpendi studio, qua siti longè plures nunc crescunt, non denique temerè ac sine iudicio, quod ipsum quoque pluribus hodie quàm dicere vel audeam vel velim, in vsu est. Si lectoris gratiam inde nanciscar, satis præmij laborum meorum tulero: magis tamen eiusdem fructum ac vtilitatem spectaui, vt quo pacto, quo iudicio magni authores, exemplo Laurentij Vallensis, optimi & doctissimi viri, legendi sint, animaduertat. Non desines

fines

ſinit author magnus eſſe, etiamſi alicubi labatur, humanum peccatum eſt error, & nemo adeò prouidus ac circunſpectus eſt, qui non aliquando labatur, vt rectè Lactantius Firmianus, Chriſtianæ eloquentiæ lumen, admonuit. Hoc magis vitioſum, ita cuiquam quenquam affectum eſſe, vt in eo nullum errorem, nullum eſſe næuum pertinaciter defendat, quales hodie multos nouimus. Sed neq; illi ſatis ſani ſunt, qui tam impotenter clamant, ac impudentiæ adſcribũt, ſi quis in magno authore quicquam reprehenderit, quaſi illi non fuerint homines, cùm ſæpe codicum fides, non ipſi authores culpentur. Mordetur Valla à Poggijs, Facijs, Morandis, Raudenſibus, in eo quo clariſsimum meruerat triumphum. Nulli, inquiunt, pepercit. Nulli barbarorũ pepercit, & rectè, mea quidẽ ſententia. Imò ne in hoc quidẽ culpandus, quòd amore linguæ Latinæ, in Virgilio, ſua mater: In Terentio, amore ſui, auſus fuerit reprehendere. Quoties Donatus Terentij quædã reprehendit, & Virgilij Seruius? quin in hos quoq; clamant, inuidi? Non in authores inuehimur, ſi errores damnamus, quorum pleriq; iniuria temporum acciderunt, quidam etiam humana imbecillitate, pauci fortaßis etiam authorum vel prauo iudicio vel affectu. Et tempore Liuij quis crediſſet imperiũ populi Romani eò deuenire poſſe? Prudentes, inquiunt, poterant. Sed ea turba non tum ſolùm, verùm omni tempore exigua & fuit, & eſt hodie, & erit perpetuò. quæ cauſa Liuio fuit, opinor, vt vbique in Gallos debacchatetur, belluas vocando, ſtupidos, ac corporibus diffluentes, ratus forſan Gallos ſemper Romanis fore ſubiectos, vt erant quando ipſe hiſtoriam ſcribebat. Verum hæc ingenuo homini, & qui à poſteris ſua ſcripta legi cupiat, non ſatis idonea in vllam nationem inuehendi cauſa videtur. Sua laudare nulli non conceditur, aliena vituperare abſque vehementi cauſa neutiquam decet. Quanto igitur ſatius feciſſet Liuius, ſi exemplo C. Cæſaris, hoſteis cõmendaſſet, ac debita laude non fraudaſſet? ita enim populi Romani gloria, haud dubiè auguſtior apparuiſſet. Inualuit hac noſtra etiamnũ tempeſtate peßimus quorundam mos, omnibus maledicendi, nemini benedicendi, quaſi data opera ita laudem venantes: quo peßimo inſtituto Germani in Gallos debacchantur, Galli in Hiſpanos, rurſus Hiſpani in Gallos, Galli in Germanos, atque alij viciſsim, & in hos & in illos, quam conſuetudinem iuuenilium affectuum puto, ac hominum propemodum inſanorum. Nam quæ natio eſt, in qua non permixtim boni ac mali inhabitent? Nobis noſtra placent: placent porrò, at abſque aliarum nationum contumelia. Mirum verò ita quenquam affectum eſſe, vt nihil moliri queat, niſi ſit fellis amaritudine conditum. Itaq; Liuius hac in parte affectus ſuos, meo quidẽ iudicatu, nõ ſatis dignè repreſſit, quod tamen factũ oportuit. Sed huic quoque obiectioni ſatis reſponſum putamus. Nunc, quod ad annotationes noſtras attinet, lectoris iudicio ſubijcio. cui ſi quædam nimis tenues videbuntur, cogitet quot capita in Aulo Gellio reperiat, quorum profectò me multum puderet, quòd aridæ, & hominis omnino otioſi dubitationes videantur: quæ tamen in magnis voluminibus, vt lectoris recreetur animus, locum habere poſſunt. Si quædam nimis audaces videbuntur, cauſam reprehenſionis ſecum lector perpendat. Si quædam indoctæ, quæ aut iudicium noſtrum falſum arguant, det mihi veniam, quæ nulli denegari poteſt, qui errorem oſtenſum fateri & corrigere ſit paratus. Plura dicenda erant, ſed non video quid vtilitatis inde ad lectorem redeat. Ad te inuictiſsime Cæſar redeo, cui noſtrum laborem dedicare volui, vt, cũ me tuus auus, immortalis memoriæ Maximilianus Imperator multis honoribus & beneficijs affeciſſet, eundẽ me tua quoque Maieſtas cognoſcere, ac in tutelã ſuſcipere dignetur. neque enim quicquã aliud deſidero, nihil aliud ambio, quàm vt auo, vt fratri tuo Cæſari Ferdinando, optimis principibus, ita tuæ complacuiſſe Celſitudini: quod ſi adipiſcar, in magna fortunarum mearum parte poſuerim. Deus Opt. Max. Maieſtatem tuam ad ipſius gloriam, & Chriſtianæ reipub. ſalutem quamdiutiſsimè incolumem conſeruare dignetur. Friburgi Briſgoæ, Anno à IESV CHRISTI *natali.* M. D. XL. *Calendis Maijs.*

BREVE



BREVE COMPENDIVM ROMANAE HISTORIÆ, AB VRBE CONDITA.

ROMANORVM *historia septingentorum quinquaginta annorum ab Vrbe condita ad* IESV CHRISTI *natalem, qui fuit Augusti imperij, quo solus regnauit, annus vicesimus nonus, à Liuio descripta est decadibus quatuordecim, hoc est, libris centum quadraginta: de quibus nostra hac ætate quatuor non integra extant. vtinam aliæ aliquando in lucem prodeant. nam eas alicubi in Germania delitescere aiunt. Prima decas septem habet reges Romanos, deinde* COSS. *Tribunos pleb. Decemuiros, Tribunos mil. cons. potestate, ac rursus* COSS. *bella varia aduersus Latinos, Hernicos, Equos, Volscos, Vetentes, Sabinos, Faliscos, Fidenates, Hetruscos, Campanos, Appulos, Lucanos, Samnites, ac alios nonnullos Italiæ populos, inter quæ & obsidio à regibus per Porsennam, & vrbis euersio sub Gallis præter Capitolium, annos omnino ab vrbe condita 460. Secunda decas non extat, in qua erat historia ab Aesculapio Romam aduecto, ad initium vsque secundi belli Punici. Ea autem tria atrocissima bella continebat. Primum cum Pyrrho Epirotarum rege, qui Tarentinis auxilio fuit contra Romanos. Secundum cum Carthaginiensibus, quod per viginti quatuor durauit annos, vocatumque est primum bellum Punicum. Tertium cum Gallis (quos magis quàm vllam gentem toto terrarum orbe timuerunt, vt author est Sallustius ad finem Iugurthini belli) quo bello delectus fuit Italiæ, nunciato Gallico tumultu, teste Plinio lib. 3. cap. 20. equitum octoginta millium, peditum septingentorum millium, anno ab vrbe condita, 535. qui proximus fuit ante secundum bellum Punicum. Anni totius decados 75. Tertia decas continet secundum bellum Punicum, quod Carthaginienses duce Hannibale aduersus populum Romanum gessere, annis 18. Quarta postremo, tum bellum Macedonicum aduersus Philippum, tum Asiaticum contra Antiochum, earum vtriusque prouinciarum reges, vnde bella nomina sumpsere, complectitur annos circiter 23. Quintæ decados libri quinque nuper inuenti sunt, sed mutili, in quibus bellum cum Perseo Macedonum rege Philippi filio fuit, quem Paulus Aemylius & vicit & cepit.* L. FLORVS *autem secunda epitome, populum Romanum vt hominem considerat, totamque ætatem eius percenset, vt cœperit, vt adoleuerit, vt quasi ad quendam iuuentæ florem peruenerit, vt postea velut consenuerit. Quatuor eius gradus facit, non rotundo omnino numero. Nam totum tempus à Romulo in Cæsarem Augustum scribit septingentorum annorum. Primam autem populi Romani ætatem, quam velut infantiam pingit, sub regibus fuisse ait, propè* CCL. *per annos. Liuius ac Dionysius aiunt per annos* CCXLIIII. *Sequentem ætatem, velut adolescentiam, annos habere* CC. *à Bruto Collatinoque* COSS. *in App. Claudium, Quintumque Fuluium* COSS. *Nos eam* CCXLV. *supputamus annis. Tertium hinc, id est, à primo Punico bello ad Cæsarem Augustum,* CCL. *annis, qui octauus est Augusti imperij, quo solus regnauit. Hanc iuuentam vocat, & quasi quandam robustam maturitatem. Reliquam ætatem vocat senectam, ad sua vsque tempora, quando Traianus regnauit annos ducentos: quamquam is numerus mihi suspectus, si Eusebij Chronicis credimus. Sed ea à Liuio intacta fuit, exceptis aliquot sub Augusto annis. Nostra ætas vt nunc illud regnum vocare velit, nescio: excedit enim duas Mathusalem ætates.*

RATIO TEMPORVM EORVM QVÆ PRIMO LIBRO CONTINENTVR APVD LIVIVM.

A TROIA *capta ad Lauinium conditum, duo sunt anni. A condito Lauinio ad Albam longam conditam, anni* XXX. *Ab eadem ad vrbem Romam conditam, anni quadringenti. Ergo à Troia capta ad Vrbem conditam, anni sunt quadringenti triginta duo, authore Dionysio Halicar. apud quem tamen in plurimis, quos nos vidimus, codicibus numeri malè habebant. Post conditam autem Vrbem, septem reges annis ducentis quadraginta quatuor regnarunt: quibus eiectis,* COSS. *ac alij magistratus vrbem liberam rexerunt annos quadringentos sexaginta duos, ad Iulium vsque Cæsarem, qui primus repub. euersa, solus singulare obtinuit imperium. A Troia igitur capta, vsque ad* COSS. *fuere anni sexcenti septuaginta sex, quot annos Liuius libro primo complexus est, sed nimis succinctè. Ea omnia Dionysius libris quatuor exhibuit diligentissime iuxtà atque doctissimè.*



IN TITI LIVII NOBILISSIMI HISTORIOGRAPHI, LIBRVM I. HENRICHI GLAREANI LORITI ANNOTATIONES.

FACTVRVS'NE operæpretium sim) Pag. 1. A. Quidam immodico studio ac affectata diligentia (vt fit) huic præfationi plus obscuritatis quàm lucis attulisse mihi videntur. Nam cum Quintilianus haud contemnendus author lib. 9. satis clarè indicet ab hexametri exordio Liuium historiam cœpisse, facturúsne operæprecium sim: hi tamen inuersis verbis, facturúsne sim operæprecium legerunt, atq; adeo ita libris excudi curarunt. Idem dico de his verbis non ita multo pòst sequentibus: Et si in tanta scriptorum turba, mea fama in obscuro est. vbi illi, sit, substituerunt. Item in his: Et si non flectere à vero, solicitum tamen efficere potest: illi, possit. reposuerunt, quasi etsi, magis subiunctiuũ desideret quàm indicatiuum. Rursus in his verbis: Tam hoc gentes humanæ patiantur æquo animo: illi posita coniunctione &, inter tam & hoc, legunt, Tam & hoc gentes humanæ: inepti meo quidem iudicio. Paulò pòst, existimata, pro æstimata, contra fidẽ exemplariorum. Et: Haud in magno equidem ponã discrimine: pro, haud equidem in magno ponam discrimine: quæ compositio haud paulò concinnior auribus tinnit. Rursus dissidenteis, pro desidenteis. Et, Inde tibi, tuæq; Reipubli. pro, Vnde tibi. Ita, inde fœdum pro, Vnde fœdum. Et, seræ auaritia luxuriaq;: pro serò auaritia luxuriaq;. quo in loco alij ciuitatẽ adiecere. Non erat difficile ad hunc modum pleraque alia commutare: sed haud scio, liceátne hoc in tam eximio authore absque scelere. Certe mihi licere neutiquam existimaui: etiamsi non omnia hæc reijcimus. Quapropter paulò religiosius negotiũ tractabimus: nec nisi annotatione digna (quando id maiore lectoris commodo fieri certum est) persequemur.

[illegible] Antenoreq́;, & vetusti iure hospi.) 2. H. Seruius [illegible] ammaricus ad hoc Virgilij carmen, An[illegible] fis Ach[illegible] icos penetrare [illegible] Antenor & Aeneas, [illegible] Liuio, patriam pro[illegible] quod Virgi. [illegible] quoque principibus pernixium agnouit Achiuis. Hæc ille. Eam Seruij opinionem, quantum ad Virgilium attinet, eleganter sanè, nec minus erudite refellit Christophorus Landinus. Neque enim veri simile est (inquit) voluisse poetam, eum virum quem omni laudum genere ad diuinitatem vsque extollere contendat, vel minima infamiæ suspicione deturpare. Idem ego de Liuio sentio. Quàm enim conueniebat, eum qui tantopere, ac pòst tot eximios scriptores rem Romanam scriptis suis illustrare in animo habebat, tale quid de origine testari? Miror autem vt Seruius hæc Liuij verba legerit. nam vt nos ea habemus, nulla prorsus mentio proditionis inest. Quod autem Græcorum ante bellum fuerint hospites Aeneas & Antenor, maiestatem humanitatemq; patriæ illustriorem reddidere. Et quòd Helenæ reddendæ, per summam iniuriam ereptæ, authores dicantur, officio bonorum virorum functi plus cæteris ciuibus mihi videntur, iustusque eorum commonstratus animus. Antenor sanè ab Homero Iliados lib. 3. aduersus Alexandrum Priami filium differens introducitur, acerba insecta contentione vt Menelao vxor restitueretur. Aeneas verò ab eodem Poeta, quantumuis Troianis iniquo, multis locis eximie laudatur: præcipue verò Iliados 20. lib. vbi Neptunus à pietate Aeneam commendat, solicitusq; de eius vita, Iunonẽ affatur, cõcludens his verbis:

Νῦν δὲ δὴ αἰνείαο βίη τρώεσσιν ἀνάξει,
καὶ παῖδες παίδων, τοί κεν μετόπισθε γένωνται

Atque inde Virgilius laudandi celebrandíque Aeneæ occasionem mihi sumpsisse videtur, quippe qui alterum carmen in Aeneidos librum tertium, vt pleraque alia, traduxerit: Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.

Et ducem rege Philemene ad Troiam.) 2. A. Annotauit hoc Sabellicus quoque. Carmen est ad finem Bœotiæ:

παφλαγόνων δ' ἡγεῖτο πυλαιμένεος λάσιον [illegible] ἐξ ἐνετῶν.

Vnde Pylæmene legendum, non Philemene, plane conuincitur. Pylæmenes autem Paphlagonum dux, à Menelao occiditur, vt narrat Homerus Iliados quinto.

Super Numicum flumen) 3. C. Vide num legendum Numicium, dicente Ouidio Metamorphoseos libro vltimo, In freta flumineis vicina Numicius vndis. Astipulante ad idem Plinio lib. 3. cap. 5. Grammatici hoc de nomine in diuersas abiere sententias. Quidam aiunt eundem esse fluuium Numicum, & Numicium. Quidam Numicium appellandum censent, & Numici apud Latinos per synæresin dictum pro Numicij. Verum res non est tanti.

Ascanius Aeneę filius) 3. C. Aeneas duas habuit vxores: in Asia alteram, Priami filiam, Creusam nomine, ex qua Ascanium sustulit, fugæ paternæ comitem. Alteram in Italia, Lauiniam Latini Regis filiam, ex qua alterum genuit filium, qui Syluius nominatus est, ea de causa, quòd in sylua natus sit. Nam Lauinia post Aeneæ mortem, cùm priuignum Ascanium timeret, & prægnãs ab Aenea relicta esset, ad pastorem Tyrrhenum confugit, apud quem Syluius & natus & enutritus est. Ascanius autem nouercæ Lauiniæ vrbẽ Lauinium tradens, ipse sibi Albam condidit. Porrò Dionys. Halicarnass. eidem inquit Ascanio ex Creusa nato fuisse filium Iulum, qui Ascanio mortuo imperium Albæ possidere voluerit, sed populum Albanum id ad Syluium detulisse propter Italam matrem, Iulo tradita regni loco sacra quadam potestate, honore videlicet imperij periculis vacuo, qui ad suam vsque ætatẽ, vt idem ait, durauerit. Cæsaremque dictatorem in eo mirificè floruisse. Hunc Syluium Liuius Ascanij filium credidit. At Seruius Grammaticus ac Dionysius, Aeneæ, & ex Lauinia. Eusebius etiam in Chronicis Dionysio conformia de Iulo refert. Error itaque in Liuio duplex videri potest: & quòd Syluium Ascanij filium putarit, cum esset Aeneæ posthuma proles, vt Maro inquit lib. 6. & quòd eundem Ascanium ac Iulum crediderit, cum Iulus Ascanij fuerit filius. Quidam tamen Ascanium etiam Iulum vocatum putant, quorum ex numero videtur fuisse & Virgilius. Dextræ se paruus Iulus implicuit, sequiturq; patrem non passibus æquis, & Ouidius binominem vocat Ascanium: & sæpe pater atq; filius idem habuere nomen.

Quæ ab situ porrectæ in dorso vrb.) 3. D. Quidã in dorsum habent libri. sed æquè in obscuro manente sensu. Videtur autem in dorsum dictum perinde atque diceret, in longum atque dorsum est.

Agrippa inde Tyberini filius.) 3. E. Post Tyberinum Liuius ac Dionysius Agrippam ponũt, at Ouidius lib. 14. Metamorphos. Remulum subijcit. Post Agrippam verò Dionysius Alladium, Liuius Romulum Syluium. Idem Liuius ac Dionysius post Auentinum Procam ponunt, Numitoris ac Amulij parentem. Ouidius eodem libro Palatinum: at in quarto Fastorũ libro, similiter Procam, vt alij, quæ differentia num inde acciderit. quod vni varia fuerint nomina, an scriptorum errore, dubium te linquimus, maxime cum Ouidius ipse sibi pugnet. idque non in soluta oratione, vbi facilior erat error, sed in carmine. quare ego de his plura disserere supersedeo. Typum tamen lectori oppidò vtilẽ subnectere placuit. in quo quatuor classicorum variationem vno intuitu conspicimus.

TYPVS XV. REGVM ALBANORVM EX IIII. SCRIPTORIBVS:

	Liuio,	Ouidio,	Dionysio,	Eusebio.
1	Aeneas	Aeneas	Aeneas	Aeneas
2	Ascanius	Ascanius	Ascanius	Ascanius
3	Syluius	Syluius	Syluius	Syluius Aeneæ filius
4	Aeneas Sylu.		Aeneas Syl.	Aeneas Syluius
5	Latinus Syl.	Latinus	Latinus Syl.	Latinus Syluius
6	Alba	Alba	Alba	Alba Syluius
7	Atys	Epytus	Capetus	Syl. Athis siue Aegyptus
8	Capys	Capys	Capys Syluius	Capys Syluius
9	Capetus	Capetus	Calpetus	Calpetus Syluius
10	Tyberinus	Tyberinus	Tyberinus	Tyberinus Syluius
11	Agrippa	Remulus	Agrippa	Agrippa Syluius
12	Romulus Syl.	Acrota	Alladius	Remulus Syluius
13	Auentinus	Auentinus	Auentinus	Auentinus Syluius
14	Proca	Palatinus	Procas	Phocas Syluius
15	Amulius	Amulius	Amulius.	Amulius Syluius.

Cum in nominibus his tantam videam differentiam, annos omittere placuit, quos etiã Liuius omisit. Dionysius ac Eusebius posuerunt, sed nequaquam in omnibus consentientes. Qui autem omnino scire velit, quid de ijs sentiam, videre poterit quas in Dionysium scripsimus annotationes, clariusque in chronologia. Hæc ad hunc authorem nunc satis.

Vt haud procul esset, quin Remũ agnosceret.) 5. A. Lectorem admonere volumus, videat num hic orationi aliquid desit: nam his verbis continuò annectit, Ita vndique regi dolus nectitur. cum de dolo nulla præmissa sint, quæ hanc conclusionem iuuent consilia. In Dionysio hæc omnia pulcherrimo explicantur ordine, vt hæc nimia breuitas mihi non posit non esse suspecta.

Nouos transiluisse muros.) 5. E. Murum appellare videtur muri ac fossarum designationem: nisi quis murum ex ligno factum intelligat. Lapideo enim muro primus Tarquinius Priscus vrbem cinxit, vt postea dicturus est Liuius. At hæc opinio Dionysio quoque suspecta est, mihi fabulæ similis videtur.

Herculem in ea loca Geryone interempto.) 6. F. Quòd Liuius priscis illis leuiter memoratis, ad noua sui temporis festinarit, fortasis rationem habet. At quòd de ara maxima tantam refert fabellam, omisis longè magis necessarijs, nullam meo quidem iudicio excusationem recipit. An non ad rem magis erat, latas à Romulo leges referre, vt facit Dionysius, quàm Euandri cum Hercule colloquium? Si Herodotus tale quid designasset, quàm clamasset spurcus aliquis, Et quicquid Græcia mendax audet in historia? Sed scilicet Liuium excusant hæc verba, fama est, ita memorant, ferunt. Herodotum non iuuant. ὡς ἀκήκοα, ὥς λέγουσι, [illegible], & si qua sunt similia. O numen populi Romani.

Ceninẽses, Crustumini, Antennates.) 7. E. Plinius lib. 3. cap. 5. vbi de oppidis in Latio deletis, Crustumerium, Cæninam, ac Antennam ponit. Paulò ante autem vbi de Tyberi, Crustuminum agrum nominat, ac à Veienti agro eo flumine diuidi perhibet. Dionysius lib. 2. Crustuminum, alibi Crustumerium vocat. ita apud me hoc nondum definitum, vtrum melius dicatur. Hi autem, vt Sabini populi in Latio fuerunt, non in Tuscia.

Fabricato ad id apte ferculo.) 9 A. Nicolaus Perottus in verbo Feretrius Iupiter, multis modis redarguit qui hoc loco ferculo legunt, pro pheretro: reprehendens etymon quoque huius verbi. cum à Plutarcho, tum ab Festo Pompeio memoriæ proditum. Porrò quàm verè id faciat, non est huius loci vt pluribus prosequamur. Dionysius lib. 2. putat trifariam græcè hunc Pheretrium Iouem nominari posse, τροπαιοῦχον, σκυλοφόρον, ὑπερφερέτην.

Additur fabulæ quod vulgo Sabini.) 9. E. Omnes in dandi casu legunt fabulæ, quasi quæ præmiserit author de cæde Tarpeiæ, fabulã videri velit. Itaq; ego in nominandi casu fabula legam, vt sequentia fabulam vocet nõ præcedentia. Sanè quæ sequuntur verba, obscura sunt, cum ait: Eo scuta illi pro aureis donis congesta: nisi eo exponas pro ideo. Item deinde, ex pacto decreto: vix intelligitur syntaxis.

Ab Romanis Hostius Hostilius.) 10. G. Dionysius Lucumonem Tuscum Romulo adiutorem adhibet. Vnde & equitum vna centuria Luceres nomen habet, vt author est M. Varro Liuius Lucerum originem incertã ait. Quidam Hetruscæ historiæ racematores Liuium inuidiæ in nomen Tuscum insimulãt, ideoque ab eo Hostilium pro Lucumone positum esse Mihi autem videtur Liuius hoc absque authoribus non fecisse: at quibus, nescio: neque enim facile scitu est.

Equum Curtius in vado statuit.) 11 B Hęc lectio, si quidem vetusta est, maximè placet. Sabellicus tamen, eques Curtium, pro equum Curtium in vado statuit, legendum putat. Cæterum ab hócne Metio Curtio, an ab M. Curtio, de quo lib. 7. postea Liuius fabulam narrat, lacus nomen habeat, incertum est.

Vt tamen expiarentur legatorum iniuriæ.) 11. C. Considerandum lectori, quomodo legatorum iniuriæ, regisq; Tatij cædes, expiata sint per fœdus inter Romam Lauiniumq; vrbes renouatum.

Circa densa obsita virgulta.) 11. D. Hæc verba velut in parenthesi posita, obscurum habent sensum, duramque compositionem, & duo adiectiua vni substantiuo apposita videntur.

Velut agmine vno irrumpit.) 12. E. Coloniam factam Fidenas Dionysius scribit, Liuius hoc loco omisit: in Tullo tamen Hostilio coloniam nominat, cùm vbi antea facta fuerit, dixisse oportuerit.

Ad Capreæ paludem.) 12. G. Quidam emendarunt ad Capræ paludem: quod quàm bene fecerint, nihil definio, quippe qui de hoc nomine nihil me legisse sciam.

Manauit enim hæc quoq;, sed perobscura.) 13. A. Quàm obscura hæc sit opinio, nescio: certè verã esse eam puto. & multi eximij viri, vt Dionysius, Valerius Maximus, atq; alij, ita credidere. In hac auten fabulosã historia de Proculi astutia, bene longus est Liuius.

Summa potestate populo permissa.) 13. D. Dionysius non vno tantum loco ait, senatum Romanum omnium rerum potestatem habuisse, præterquã creandorum magistratuum, sanciendarumque legum, inferendique belli aut dissoluendi, si fortasis cœptum erat. Hæc enim tria in potestate sua populum habuisse, Liuius nusquam, quod sciam, hæc simul commemorat, rem oppidó necessariam.

Id enim ius, vi adempta.) 13 D. Quidam emendarunt, idem ius vi ademptum. & adusurpatur verbum coniungunt, quod placet. & vi ademptum, fortasis ad Iulium

Cæsarem

Cæsarem retulit, quem tamen propter Augustum nominare non audebat: nisi quis malit ad eius seculi seditiones referre, quæ Cæsarem præcesserunt.

Quem Seruio Tullio reg. Rom. centum post an.) *13.* C. Tullio plerique habent libri, Aldinus codex Tullo præferat, sed male. Tullus enim secundus Romanorum rex dictus: Tullus autem sextus. Deinde legendum, centum post annos & amplius, quod idem Aldinus codex inuertit, & secuti quidam alij. Eodem etiam in loco Crotona legendum puto, accusatiuum Græcum, non Crotonam. Mirum antem hoc Liuio visum est, si ex his vrbibus quispiam ad Sabinos peruenire potuerit, aut contrà, cùm sit iter quinque fortasse dierum. Consimilis ratio de Ciminia sylua libro postea nono.

De se quoque Deos consuli iussit.) *14.* F. De se quoque, vt de Romulo dij consulti fuerant. quod tamen Liuius nusquam antea dixit. Dionysius certe non neglexit, lib. *2.* prope ab initio.

Dexteras ad meridiem partes.) *14.* G. Hoc de augure intelligitur, qui orientem spectabat, authore Dionysio: rex autem versus meridiem, vt hic ait author. Cætera facilè intelliguntur.

Vti tua signa nobis certa ac clara.) *14.* G. Desideratur verbum precor, vel quid simile: nisi quis deesse contendat. Sed hoc leuiculum.

Desuntque dies solido anno.) *14.* D. Annus apud Hipparchũ, vt author est Ptolemęus lib. *3.* *περὶ τῆς μεγάλης πραγματείας.*) dies habet CCCLXV & quadrantem, hoc est, sex horas. Hunc secuti sunt Romani Christianique à temporibus C. Iulij Cæsaris. Sub Romulo autem annus decem habebat menseis, sex quidem tricenis, quatuor verò tricenis singulis diebus, qui efficiebant, dies CCC. ac IIII. Et à Martio initium habebat. Verum cum is numerus neque Solis cursui, neque Lunæ rationibus conueniret, atque sæpe vsuueniret vt hyems præcipitaret æstatem, & contrà æstas hyemis occuparet tempora: tantum dierum sine vllo mensis nomine intercalabant, quantum sat erat ad pristinum cœli habitum. Hoc Numa considerans, ad decem iam dictos menseis, quinquaginta addidit dies: retractisque sex diebus de Romuli mensibus, qui tricenûm erant dierum, duos nouos effecit menseis, vicenûm octauûm dierum, Ianuarium ac Februarium. Ita annus factus est CCCLIIII. dierum, quod etiam apud Græcos aliquandiu fuit. sed Gręcorum ordinem Numa turbauit, vno adiecto die Ianuario, vt omnes menses præter Februarium impari constarent numero. Et Græcorum supputationi ab solido Hipparchi anno deficiebant dies vndecim ac quadrans. Verùm quòd difficile erat quotannis intercalare cum reliquis diebus quadrantem, mensisq; ratio potius expetebatur, hunc numerum octies multiplicatum, hoc est, nonaginta dies, qui nascuntur si quadrás cum vndecim diebus octies componatur, octauo quoque anno interserebant per treis tricenûm dierum distributũ menseis. Hos dies *ὑπερβαίνοντας* (nostri concurrenteis) menseis verò *ἐμβολίμους* vocabant. Hunc igitur Græcorum modum intercalandi cum etiam Numa obseruaret, inuenit quotannis die claudicantem, nimirum eo quem ipse adiecerat. Quare tertio quoque octennio ita intercalendos dispensauit dies, vt non nonaginta, sed LXVI. intercalaret, compensatis XXIIII. diebus pro illis qui per totidem annos supra Græcorum numerum creuerant. Hæc ex Macrobio pleraque lib. *1.* Saturnalium, cap. *13.* Quare in Liuio hoc loco paulò pòst legendum, vt vigesimoquarto quoque anno ad metam eandẽ solis, &c. quod in Aldino codice neglectum vidimus, iudicione an temerè, scire non possum. Est autem visum nobis operępretium, vt hanc rem paulò diffusius tractaremus, quanquam necessitas propositi nostra non vrgebat. Reliqua qui latius scire voluerit, videat ipsum Macrobium.

Imperitabat tum Caius Ciuilius Albæ.) *15.* D. Hic apud Dionysium lib. *3.* ab initio Cæcius siue Cœlius dicitur. sed codicum errore, vt in eum annotauimus. Cluilius verò legendum est, ex quo nomine postea Chlœlium fecere & Cluilius trisyllabon intelligi potest prima syllaba gallica diphthongo. Id nominis apud eundem Dionysium lib. *8.* rectè legitur, vbi de Cluilia fossa: & facile est ex l. fieri i. Paulò pòst: Tullus pręceperat suis, ne quid pręter mandata agerẽt. Alij. ne quid prius, quàm mandata, legunt: quod placet, si modò, prius, & quàm, disiunctè legantur.

Neque ijs, neq; illis periculum suum: publicum imp.) *17.* C. Ita habent vetustiores codices. Et sane Liuius atque alij vetusti authores sæpe intelligunt, sed. at quidam hoc in loco post suum, adiecerunt, sed quod quàm probem, nescio. Oportebat certè & alijs locis adijci, quid igitur authores omitterent?

Lex horrendi carminis.) *19.* A. Lex erat (vt author est Dionys. lib. *3.* in Tullo) quæ necari indemnatũ aliquem vetaret: deorumque omnium iras precaretur aduersus eas ciuitates, quæ nõ in pollutos vindicassent. Hæc ille. Hanc ego à Romulo latam existimo. Liuius legis nomen non ponit, legis verba ita recitat, vt tamen hæc sequentia nihilominus lectorem turbent. Hac lege Duumuiri creati, qui se absoluere non rebantur ea lege ne innoxium quidem posse, cum condemnassent.

Et magna pars Fidenarium. vt qui col.) *22.* F. Mirum videri qui potuit, cum Fidenates in Latio habitarent, eos latinè scire? quos ego quidẽ puto nullam aliam scisse linguam, à Roma *40.* distantes stadijs, vt author est Dionys. Non sum nescius quosdam Fidenates origine Thuscos dicere, ideoque nescisse latinè, sed hoc tempore colonia fuerat Romana aliquot iam ætatibus: quare nihil hi probant.

Auertêre omnes à tanta fœditate oculos.) *22.* K. Varia hic lectio habetur. Quidam distinguunt ante auertêre, & supplent verbũ sunt, post cõcitati. Alij continuatè legunt vt omneis sit accusatiui casus: & nominatiuus concitati, ad auertêre referatur. at sic ego omnium legere malim, non omnes.

Vnaque hora, quadringentorum opus annorum.) *21.* D. Ex Dionysio colligitur Albam stetisse annis quadringentis octogintaseptem. Sed hæc non rotunde numerat Liuius.

Tullios, Seruilios, Quintios, Gegani.) *21.* E. Pro Tullios Sabellicus Iulios legendum censet ex Dionysio. Ego propemodum adducor vt vtrunque legendum putem. Nam & Tulliorum & Iuliorum apud priscos Romanos insignis mentio, etiam in magistratibus; quanquam nomina principum familiarum vtrobique non prorsus conueniant. Vide etiã quid sibi hoc templum velit, quod mox subiungit.

Valuitque apud Veientes, &c.) *22.* F. Induciæ factæ erant sub Romulo in centum annos, sed sub Tullo Hostilio ruptæ. quippe Veientes cornu dextro aduersus Tullũ steterant, pugnauerantque. Frustra igitur hic seruatę, quę antea ruptæ erant. Atqui ego memoria lapsum puto Liuium.


Pugna atrox ad syluam Malicusam.) *22.* G. Hanc alij Malitiam, alij Malicusam, alij Malitiosam vocãt. In Dionysij codice verso legitur Malefica, quod in eum quoque authorem annotauimus.

Auentinum nouæ multitudini datum.) *23.* E. Auentinum bis hoc loco genere neutro vsurpauit, quod nescio an quisquam alius, sed sæpius alibi Liuius.

Anco regnante Lucumo, vir impiger.) *24.* G. De Tarquiniorum origine quædã variat à Liuio Dionysius, quæ vt facilius intelligantur, Liuij opinionem huc in typum sub oculos coniecimus lectori. Molesta sanè genealogiarum ratio, & quæ etiam exercitatos sæpe turbat.

DEMARATVS CORINTHIVS. 24. G.

Huic duo fuere filij:



Dionysius Egerium ait Aruntem quoq;, vt parentem, dictum: sed à Romanis, vt cum patruo io vrbem venit, Egerium à paupertate cognominatum. Collatinum autem non Egerij filium, sed nepotem fuisse. Item L. Tarquinium ac Aruntem non filios, sed nepotes Prisci Tarquinij: mulós id ac dignissimis astruens argumentis. Vnde Laurentius Valla ea collegisse videtur in epistola ad Alphonsum vtriusque Hesperiæ regem, quanquam non citato authore, quod facete nõ solet. Nisi quis Dionysium ab eo non lectum, atque eum suopte hoc ingenio expiscatum cõtendat, quod ipse fatetur in priore defensioue aduersus Benedictum Morandum quendam. Nam vt de Valla aliud suspicer eius candor obstat. Liberè enim ac ingenuè vbique fateri solet, per quos profecerit, & vnde habuerit quæ scripserit: secus certe atq; Perottus in suo cornu, aut in suis operibus Politianus, gloriolæ ac popularis auræ captatores, vt mihi quidem visum est, etsi bonæ literæ eis multum debent.

Negare Actius Nauius inclytus ea.) 26. F. Mirum est quàm varient huius auguris nomen authores. Valerius enim Max. lib. 1. cap. 4. de auspicijs, Decium Accium Nauium appellat, si codices non fallunt. At Plin. lib. 34. cap. 5. Accium Nauium vocat, vt hoc loco Liuius. Dionys. autem lib. 3. nomen eius ait Næuius, cognomen Accius fuisse. Et Næuius quidam cum diphthongo scribunt. Variatio itaque est in Nauius, Neuius, ac Næuius. Item in Accius & Actius. Deinde in nominum commutatione. Alibi enim Decius prænomẽ, alibi Næuius nomẽ, alibi Actius, at res non est tanti.

Numero tantum alterum adiecit, vt mille & trec.) 26. G. In fi. Locus est obscurus atque amphibolus. nescias enim alterum tantum equitatum dicere velit, an simpliciter alterum tantum, quantum equitum prius erat. In codicibus quibusdam legitur mille DCCC. vt in singulas cẽturias DC. intelligamus, ait Beatus Rhenanus. Porro de numero, quomodo subduplum intelligemus mille ac trecentorum equinũ pro tribus centurijs? Num equites sexcentos ac quinquaginta, vt centurias ducenûm ac senûm denûm equitum accipiamus, & reliqui sint duo? Ego sanè legendum suspicor hoc in loco Liuij, mille ac ducenti equites. Nam primùm fuerunt tres centuriæ centenûm equitum, eas duplicatas, vel sub Romulo puto, quippe sub quo peditatus decuplo propè creuerit, & equitatus propemodum triplo, vt author est Dionysius in Romulo. vel sub Tullo, qui decem turmas equitum ex Albanis legit, vt paulo antè dixit Liuius, atque ita ducenûm equitũm centurias intelligimus. quæ hoc loco rursus à Tarquinio duplicatæ, efficient equites mille ac ducentos, vt tres centurias quadringenûm equitum accipiamus. Dionysij interpres hoc loco non centurias, sed tribus vertit. quid verò in Græcis inuenerit, scire non possum. Minus autem coniectare licebat, quòd in classium enumeratione hæc nomina. tribus, centuria, classis, mirum quàm confuderit idem interpres, vt in eum quoque authorem annotauimus. Quanquam quod ad huuc attinet locum, lectio vulgaris aliquo pacto defendi potest. Si enim turma tricenûm binûm equitum est, vt tradit Vegetius lib. 2. & Tullus rex adiecit decem turmas ad priores tres centurias. erunt in vniuersum duplicato numero equites mille ducenti quadraginta. quod cum Liuius rotundo numero dicere vellet, ait mille & trecentos.

Et aream ad ædem in capitolio Iouis occupat fundamentis. 27. A. Vide vt hæc verba conueniant cum ijs quæ postea de Superbo dicturus est, Itaq; Pomeo anæ manubiæ, quæ perducendo ad culmen operi destinatæ erant, vix in fundamenta suppeditauere.

Eundem regni hæredem facturus videbatur.) 27. E. Vel ex hoc loco liquet quàm nihil pensi habuerit Linius quid de Prisci Tarquinij prole scriberet. Si enim Lucius ac Aruns Prisci filij erant, vt ipse postea fatetur Linius, quomodo verisimile videbitur maluisse priscum hæredem instituere generum, quàm ex se prognatos filios?

Bellum cum Veientibus (iam enim induciæ exierant.) 29. A. Hæ induciæ sub Romulo factæ erant, ruptæ sub Tullo, vt paulò antè diximus: & à Romuli morte nunc sunt centũ ac quadraginta fermè anni. Quomodo igitur iam primùm exierãt? nisi instauratas alicubi quis dicat: quod ipse tamen Liuius dicere oeglexit.

Censum enim instituit, rem saluberrimam.) 29. A. Census dicebatur æstimatio rerum ac bonorum facta, secundum quam tributa soluebantur. Neque vnquam, quod equidem sciam, veteres authores pro annuo prouentu vsurparunt, vt nuoc vulgus iurisperitorum solet. Admonuit nos eius rei Dn. Vlrichus Zasius, vir immortalitate dignissimus, ac præter iuris prudentiam, qua hac nostra ætate absque controuersia regnat, etiam classicorum scriptorum eruditissimus Quare hic census accipitur pro patrimonij bonis, siue pro sorte, vt populi adhuc purperis. Quando autem & hic locus, & quæ postea de suffragijs ferendis à Liuio nimis concise referuntur, multos acriter torqoeant, cum apud Dionysium luculenter discussi sint, operæprecium putaui ea omnia hic sub oculos in typum statuere, cum summis pecuniarijs vtriusq; authoris, cumque classium centurijs, armis, ac telis: vt si qua inde vtilitas ad lectorem manare queat, ea parte non desimus studiosis, quod in Dionysium olim etiam fecimus.

Clas.

Class. sex	Census		Peditum centuriæ	Equitum centuriæ	Arma
I.	100000	Aeris	LXXX.	XVIII.	Arma omnia ex ære, Galea, clypeus, ocreæ, lorica.
	10000	Drach.		Fabrorum.	Tela
	1000	Coron.		II.	Hasta & gladius
	100	Minæ.		Has duas fabrorum cent. Dionysius adiecit. secundæ clasſi, Liuius primæ.	
II.	75000	Aeris	XX		Arma
	7500	Drach.			Galea, ſcutum, ocreæ.
	750	Coron.			Tela
	75	Minæ.			Hasta & gladius.
III.	50000	Aeris	XX		Arma
	5000	Drach.			Galea & ſcutum.
	500	Coron.			Tela
	50	Minæ.			Hasta & gladius.
IIII.	25000	Aeris	XX	Tibicinum, &c.	Arma
	2500	Drach.		II.	Scutum ait Dionyſ.
	250	Coron.		Duas facit Dionysius, Liuius tres. & hic qointæ adiecit clasſi, ille quartæ.	Tela
	25	Minæ.			Hasta & verutum: quanquam in Dionysio pilum legitur.
V.	11000	Aeris	XXX		
	1100	Drach.			
	110	Coron.			Tela
	11	Minæ.			Funda ac lapides misſiles.
VI.	Capitecensorum I.				

Minis ac drachmis ſupputat Dionysius, vt author Græcus: Liuius verò aſsibus, qui erant ex ære. Quadrat autem ratio vtriusq; authoris, cum Gulielmi Budæi viri doctisſimi ſupputationibus. quapropter coronatoű Francicorum æſtimationem ordini propoſito iniecimus, oppidò aptam, vt huius quoq; ętatis pecuniariam æſtimationem haberet lector. Minæ ſingulæ decem coronatis, coronati verò ſinguli decem valent drachmis. Drachmæ porrò cum denarijs Romanis idem habeor pondus, quare denis valent aſsibus, vt deoarij. Est itaque hæc diuiſio per totum denaria. Et priotum quidem quatuor clasſiom numerus in diminutionem habet centenarij quadranteis, at quiotæ, prioris dimidium apud Dionysium, apud Liuium minus. ait enim. Vndecim millibus hæc clasſis cenſebatur. nisi & hoc corruptum quis putet, quod equidem ſuſpicor, & legendum duodecim millibus, pro vndecim millibus. Duas fabrûm eenturias Dionysius ſecundæ adijcit clasſi, vt dictum est. Liuius primæ. Cæterùm tubicinum, cornicinum, & accenſorũ eenturias Liuius tres facit, Dionysius duas. Et hie quidem quartæ adiecit clasſi, Liuius quintæ. Porrò in armis ac telis non multum diſcriminis habent. In quarta claſſe Liuius ait arma mutata, nec adijcit quo pacto: Dionyſius eis ſcuta data ſcribit. In vniuerſum igitur erant clasſium eentuiæ CXCIII. authore Dionysio. Et cum totum curarum bellorumq; onus à pauperibus in dites inclinatum eſſet, commodo illo leuauit mitigauitq; eorum indignationem Seruius, quòd dites fecit verè reipublicæ dominos. quippe penes quos erat maxima populi poteſtas, quæ est de ſuffragijs ferendis. Valebant enim ſuffragia non viritim, ſed centuriatim lata. qua iure vincebant equires cum ſola prima claſſe. Equites enim primi vocabantur, quibus erant XV. Centuriæ: dein prima clasſis quæ octoginta habebat centurias: atq; hi ſimul ſi conſentiebant, reliquas claſſeis omneis, tribus vincebant ſuffragijs, quandoquidem ipſi erant centuriæ XCVIII. reliquæ XCV duntaxat.

Equites enim vocabâtur primi: octoginta inde.)29. D. Hic locus in pleriſque Liuij codicibus corruptus inuenitur. Diſtinguendum enim ante octogiota. Aldinus etiam codex adiecit, primum. post verbum centurię. quod non habent alij codices, nec mihi ſanè placet. Porrò quæ ſequuntur verba vidẽtur neſcio quid deſiderare, cum ait, Ibi ſi variaret. Neque enim ſequitur. tum, vel quid ſimile, & eſſet effugium: ſed quò lectoris aoimo, imò meo, ſatis facerem, haud erat: ideoq; ea ſtudioſis diſcutieoda relinquo. At quod de tribuum diuiſione in quatuor vrbis loca, obſcure quidem Liuius, ſed clarè Dionysius explicat, nõ magnam habent difficultatem. Quod verò de XXXV. tribubus apud Liuium obſcurum, apud Dionyſiũ etiam non diſcuſſum. lectori conijciendum relinquo. Molta ſanè eiuſmodi etiã oostra ætate in vrbibus fiunt. Verũ à nobis hæc indicata duntaxat, vt admoneremus ſtudioſos quo iudicio authores ſint legendi. Magoa enim lectotum turba oppidoquam facile quædam tranſilimus quaſi bene intellecta: ſed vbi penitius introſpexerimus, dij boni, quantum nonnunquam abſumus à vero ſcopo? Sed hercle id verum eſt qood vulgò dici ſolet, Neſcientibus viam, omnia etiam inuia, viam eſſe.

Ea erat confesſio, caput rerum Romam.)30. H. Si confeſſum erat Sabinis etiam Romam caput rerum eſſe, quorſum attinebat hunc patrem familias bouem Romam adducere? Item cum Latinorum præmiſerat, cor Sabinus ſubiungit? niſi Sabinos à Latinis non diſtinxerit Liuius, vt videtur aliquot locis. Item paulò pòſt, Infima valle pręfluit Tyberis: ambiguum, ad prioráne ea verba referenda, vt à ſacerdote Rom. dicta hoſpiti Sabino: an ad posteriora, vt Liuij hiſtoriam recitantis. Porrò Dionysius Dianæ hoc templum in Auentino fuiſſe ſcribit (quem lib. 3. decem & octo ſtadiotum facit in circuitu: at lib. 10. ſtadiorum 12. ſi codices non fallunt.) Hinc Valerius Max. lib. 7. cap. 3. Auentinenſem vocat Dianam, vbi eandem recenſet hiſtoriam, aut fabulam potius. Certè Diooyſius bouis non meminit, non neglecturus ſi veram credidiſſet.

Atuos Tarquinius & Tullia maior.)31. B. Ex Dionyſio recte boc emendauit Antonius Sabellicus: maior enim legendum, à nobis reperitum, quòd à quibuſdam hoc neglectum vidiſſemus, & præcipuè à Valla.

Neqoe enim ad ius tegni quicqoam præter vim.)33. A. Atqui ſi hic Lucius filius erat Tarquinij Priſci, vt credidit Lioius, videtur aliquid iuris babuiſſe. Quòd ſi quis dicat, ius regni in populi erat poreſtate: quid ergo populus Tarquinio non eripuit?

Deiectus ad caput aquæ Ferentinæ.)34. G. Hoc loco caput aquæ Ferentinæ vocat: at lib. 2. caput Ferentinum, vbi Actius Tullius Volſcorum imperator ſuos excipit. Rurſus lib. 4. ſatis liquet Volſcotum olim fuiſſe oppidum, ac Hernicis datum à Romanis, anno ab Vrbe cundita 342. Itaq; lib. 7. Ferentinum Hernicotum oppidum ait. quod captum à Romanis ante Manlij ſingulare cum Gallo certamen ſcribit Liuius. Plin. lib 3. cap. 5. Ferentinum inter

Hetruriæ oppida prope Fæsulas poniti & paulò pòst Ferentinates ex Falerno agro numerat: vt non planum sit quid de hoc definiendum. Strabo lib. 5. Ferentinum vocasse videtur in via Latina. Meminit & Horatius Ferentini lib. 1. e pist. ad Sæuam. at Ferenti lib. 3. Carminum, Ode 4. nihil ad hunc locum. Lib. item decimo in Samnio Ferentinum Liuius locat.

Vt ex binis singulos faceret, binosq; ex sing.) 34. I. Mirus sermo, & qui vix intelligatur, cum res tamen nullam habeat difficultatem. Videnum binis pro dimidiatis intelligat. Illud autem ita geminatis manipulis centutiones imposuit: dubinm an solos Romanos intelligere debeamus. Denique quod proximo sequitur versu, ni degeneratum in alijs, huic quoque decori offecisset: ambiguum ad quod verbum referas degeneratum. Et paulò pòst dinendita præda. rectius alij legunt, quàm diuidendo prædam. Et quadraginta auri argentique talenta ita intelligo tantum videlicet auri argentique fuisse, vt in pecunia fierent XL. talenta.

Sextus filius eius, qui minimus ex tribns.) 34. K. Quidam codices habent, qui minor ex tribus, quod propter latinitatem alij emendarunt in minimus: quanquam idem error esse poterat in maior ac maximus. Dionys sanè non vno in loco duntaxat Sextum ex tribus Tarquinij filijs maximum natu perhibet, idque multis ac dignissimis argumentis. Sed hoc lectori iudicandum relinquimus, quale etiam illud de Collatino Egerij, vt ait Liuius, filio cum temporum ratio non admittat eum Egerij filiũ fuisse sed nepotem. Inducit enim ipse Liuius hunc iuuenem vt reliquos. Quin si vigor (inquit) iuuentæ inest, tõscendimus equos? Hæc eò pertinent, vt studiosus lector videat quàm circunspectè scilicet Latini scripserint historias in Græcos vbique debacchati scriptores: vt non cauillet interim de Sibyllinis libris, quorum toties postea mentio fiet, historiã sub hoc rege, à Liuio prætermissam.

Itaque Pometinæ manubiæ.) 34. H. Quidam Pometinæ mutarunt in Pontinæ, cũ author loquatur de Suessa Pometia, vt suprà patuit. Nisi quis Pontinam eandem cum Pometinã esse contendat.

Qui XL. millia pondo argenti seposita.) 36. H. Quidam libri LX. millia pondo habebant, sed nõ placet. Cõparatio enim hic per 40. procedit. Cæterùm statim pòst verbum, scribit, non puto ponendum relatiuum, quam, sed continue inserendum appositiue. Summam pecuniæ neque ex vnius tum vrbis præda, &c. Porrò XL. talenta summam coronatorum faciunt 24000. At XL millia põdo argenti 40000 coronatorum. Ideoque Fabio plus tribuit Liuius, qui summam longè minorẽ posuerit. Dionysius autem ait in eius oppidi præda tantum auri argentique capti affuisse, vt singulos milites quinas argenti minas accipere contigerit: quæ verò deis decumata fuerit pecunia haud minus fuisse quadringentis talentis. Quinas argenti minas quinquagenis æstimamus coronatis, Budæana supputatione: CCCC. verò talenta ducẽtis quadraginta millibus coronatorum: quæ summa multo minor est Pisonis summa, decuplo tamen maior Fabij.

L. Iunius Brutus Tarquinia sorore regis.) 36. K. Dionysius hanc amitam regis facit, Prisci Tarquinij filiam, id quod verisimilius est. Et Tarquinium superbum non multo maiorem natu fuisse Bruto: Imò Bruti filios cum Tarquinij filijs propè eadem fuisse ætate, ex coniuratione postea patet. Nec obstat quod missus sit Brutus cum duobus Tarquinij Superbi filijs Delphos: nam etiam senior pro fatuo duci poterat. Quanquam ea de re cum nemine contendere velimus: ambigua enim plerunque genealogiarum ratio.

Regnatum Romæ ab condita vrbe.) 39. D. Et in summa & in partibus huius numeri optimè conuenit inter Dionysium ac Liuium: secus apud Eusebium cuius supputatio quatuor deficit annis, quanquam ipse fatetur tribus variatum annis apud authores. Præterea decem annos Seruio Tullio adẽptos, tribuit Tarquinio Superbo. Nos Liuium ac Dionysium potiores habemus hac in re authores, vt ex proposito Romanã scribentes historiam.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM SECVNDVM, HENRICHI GLAREANI LORITHI ANNOTATIONES.


HOC secundo libro, præter historiæ variationem, qua pleraque Liuio aliter quàm Dionysio ordinata sunt, etiam hoc erroris lectorem implicat, quod vsq; ad primum Decemuirorum annum in Liuio tres deficiant anni, qui in Dionysio bene habent: quod vt lectori manifestum faciam, subiungenda hæc existimaui. Dionysius atque Liuius in Consulum nominibus, quod ad primos duos attinet annos liberatæ Vrbis conueniunt, in tertio ac deinceps differunt. Nam Dionysius tertij anni COSS asserit P. Valerium Publicolam tertium, ac M. Horatium iterum. Liuius pro Horatio P. Lucretium ponit, quod nomen mihi suspectum Quarti anni COSS. T. Herminium. ac SP. Largium Dionysius ponit, viros in necessitate Vrbis, cum ab Hetruscis oppugnaretur extrema ausos. hos Liuij codex omittit. temporum, vt puto, iniuria, ac eius anni COSS. ponit Marcum Valerium Publicolæ fratrem, ac P. Posthumium, qui fuere quinti anni COSS. Itaque in sequentibus annis præuertit Liuius anno vno Consulum nomina. At vigesimo ab Vrbe liberata anno, in codice Liuij rursus omissi sunt Consules duorum annorum, qui sunt apud Dionysium. Et prioris quidem anni Q. Sulpitius Camerinus. Ser. Largius Flauius, sequentis verò, C. Iulius, P. Pinarius. Sanè horum duorum annorum binos omissos COSS. satis luculenter conuincit summa annorum à Liuio lib. 3. posita de reip. mutatione sub Decemuiris. Quòd verò quartus annus ab Vrbe liberata in Liuio desideretur, ex Plinio facilè ostendi potest, qui lib. 35. cap. 3. ait App. Claudium cum P. Seruilio. COS. fuisse anno ab Vrbe cõdita C[illegible] LIX. qui apud Liuium (siquidem quarti apud Dionysium anni Consulum nomina omiserimus) esset CCLVIII. vt supputanti perspicuum fuerit. Ad idem ostendendum iuuat, quod Cicero de claris Orat. ait, decimo ab Vrbe liberata anno COSS. fuisse M. Tullium cum Ser. Sulpitio, qui omissis Dionysij COSS. fieret nonus apud Liuium. Hæc fortassis nimiũ curiosa aliquibus videri poterunt: at cum videam apud magnos authores eius rei curam non omissam, & lectores in his sæpenumero cùm non parum remorari, tum etiam torqueri, annotare ea placuit. Optimus quisq; lector pro suo in nostros labores candore boni consulat.

Inuitum se dicere hominis causa.) 41. A. [illegible], hoc est, sed Dionysius longè verisimilius hæc narrat. Quis enim credat quenquam eijci è ciuitate propter nomen? Quantumuis rhetoricetur Liuius, mihi quidem his rationibus non persuadebit.

Et tanquã ad id.) 41. D. Illud, ad, omittendum censeo. quanquam alij aliter construunt.

Præmium indici pecunia ex ærario.) 43. A. Libro secundo de bello Macedonico, & eiusdem Decados lib. 9. liberi indicis præmium erat C. millia grauis æris. serui autem XXV. millia æris, & libertas Hic nihil definiunt de pecunia scriptores. Sallustius in immensum auget de bello Catilinario. Seruo (inquit) libertatem & sestertia centum: libero impunitatẽ eius rei, & sestertiorum ducenta millia quæ

sia. quæ summa liberi quintuplo est maior, serui decuplo, si codices non errant. Fortassis autem seculum dinus, & pericula grauiora visa magistratibus, hoc effecerunt. Certum igitur est, tempore variatum esse hoc precium, quod pluribus locis in Liuio ostendi potest.

Præerat Aruns Tarquinius filius regis.)43. C. Aldinus codex emendauit præierat, sed præerat malim. Nam proximè antecedit, equitem hostium agminis ita primum fuisse ante peditatum, vt Brutum cum equitatu Romano ante Valerium, qui peditatum ducebat.

Salis quoque vendendi arbitrium.)45. A. Dicere vult, salis quoque vendendi arbitrium concessum esse priuatis, adempto omni sumptu. Sed lector genus hoc dicendi consideret.

Sp. Lartium, ac T. Herminiom.)45. E. Legendum puto Sp. Largium, vt paulò pòst in exemplaribus plerisque legitur, & postea T. Largij multa mentio.

Versisq; in Lucretium Herr.)46. I. In Valerium legendum est. Nam Lucretius à Næuia porta, vt Sp. Largius à Collina, dextra læuaque aduenere, vt attenté legenti clarè patescet.

Bonis vendendis. bona Porsenæ.)48. K. Distinguendũ post bonis vendendis (si modò hoc adiectiuum non est. nam in plerisq; libris non legitur) vt quod sequatur sit velut declaratio eius quod præcedit, cuius tamen expositio rursus subnectitur, Bona Porsenæ regis vendendi: id est, bona hostiliter vendendi. quæ si belli tẽpore orta est. quadrare videtur: sin in pace, certè mitius principium habuit, quàm titulus ille præ se ferat. Porrò non ita multo pòst ita lego: Ea deinde, ne populo immisso diriperentur hostiliter, væniisse bonaque Porsenæ appellata. Vt sit distinctio post væniisse, & verbo bona, coniunctio, que, adhærens, nõ relatiuum, quæ, atque ita quidam habent codices. Itaque legit D. Erasmus iij adagio, Bona Porsenæ.

A lacu Regillo)49 D. Quidam ab vrbe Regillo legunt, quidam à Regillo omisso lacu. Cæterùm lacus Regilli meminit Plin. lib. 33 cap. 2. Dionys. lib. 5. Regillum vrbem facit, quã rursus lib. 11. non ita longè ab initio, Roma distare ait centum ac quadraginta stadijs, esseq; ad Tyberim fluuium. Idem lib 6. fatetur lacum esse, vt Liuius paulò pòst vbi de pugna ad eum facta. Potest autem fieri vt & vrbs & lacus id nominis habuerint. De Claudiorum familia, cuius hic Appius author, lib. 4. copiosius dicemus.

Agrippa Menenio, P. Postbumio COSS.)49. E. Legendũ P. Posthumio II. COSS. quippe qui biennio ante fuerat COS. cum M. Valerio.

Pometia & Cora ad Auruncos deficiunt.)49 E. Auruncos per diphthongum. au, legendum puto. Sunt autem veteris Latij, quod à Tyberi Circeios vsque erat, incolæ, teste Plin. lib 3. cap. 5. Mirum autem de hoc bello nihil meminisse Dionysium. Præterea id magis mirum, cum ait: Aurũci passim principes securi percussi, sub corona vænierunt coloni alij, oppidum dirutum, ager vænijt. At nõ pòst anno legati eorum Romanos Volsco agro decedere iubent. De Pometia idem dubium nisi quis Suessam Pometiam Volscorum dicat fuisse vrbem quam Tarquinius Superbus diruit. Pometiã autem Latinorum, cuius Plin. meminit lib. 3. cap. 5. vbi de oppidis quondam in Latio. At Dionys. lib. 6. Suessam Pometiam nominat vbi Liuius Coræ atque Pometiæ meminit anno 259 ab Vrbe condita. Cæterùm hoc in loco idem Dionys. de Sabinis bella refert, magis meo iudicio verisimilia, & hoc, & sequente anno.

COSS. Ser. Sulpitius, M. Manlius Tullius.)51. B. Quidã codices pro Seruio Seruilius habebãt, sed errant. Seruius enim prænomen est, Seruilius nomen. Rursus alij Tullius mutarunt in Tullus. At illos refellit Cicero de Claris Oratoribus, vbi mortuorum laudationes carpit. Vt si ego (inquit) me à M. Tullio esse dicerem, qui patritius cum Ser. Sulpitio COS. anno decimo post exactos reges fuit.

Tarquinius Superbus quanquam iam ætate ac vi.)51. C. Rursus πρεσβυτάτην Liuius. sed frustra. Nam Dionys. lib. 6. negat parentem Tarquinium huic adfuisse pugnæ, quippe iam nonagenarium. Filium autem Titum cum dictatore cõgressum, Sextum etiam hac pugna occisum, quem Gabijs perijsse Liuius ad finẽ libri primi scriptum reliquit. Hoc in loco Liuius Tarquinij filij nomen omisit, vt variatum in historia hoc non dubitem.

COSS. Q. Clœlius, & T. Lartios.)52. I. Largius iterum legendũ puto, vt suprà de Sp. Largio admonuimus. Et de his COSS. multa mẽtio apud Dionysium lib. 5. sub finem.

Romæ tribus vno & XXX.)52. K. Impudens hæc menda est. Tempore Coriolani XXI. erant tribus, quarum XII. eum damnarunt, IX. absoluerunt. Tempore Liuij erant XXXV. Et ipse postea plus nouem additas scribet ad has quas hoc loco numerat. Legendum igitur, vna ac XX.

M. Lectorio primipili Centurioni.)55. C. Primus centurio erat (inquit hic noster author lib. 7. sub finẽ) quem nunc primipilum appellant. Dionys. autem lib. 9. ait centum ac sexaginta milites subesse primipili imperio, si codices non fallunt, quod suspicor. Vegetius lib. 2. cap. 8. Vetus autem, inquit, consuetudo tenuit, vt ex primo principe legionis promoueretur centurio primipili, qui non solum aquilæ præerat, verum etiã quatuor centurias, hoc est, quadringẽtos milites in prima acie gubernabat. At rursus Liuius lib. 4. de bello Macedonico ait, in pugna qua T. Sempronius COS aduersus Boios conflixit, Q. Victorium primipili centuriorem, & C. Atinium tribunũ mil. adempta signiferis signa in hosteis iniecisse. Et Sallustius in Iugurthino bello, vbi de A. Albino capiendo, ait: Et centurio primipili tertiæ legionis. Ex his videtur primipilus nomen & centurionis esse, & ordinis in legione. Quare hoc in Liuij loco quidã primipilo, quidam primipili legunt, quod lectori iudicandum relinquo.

M. Valerium dictatorem Volesi fil. creant.)57. A. M. Valerius Publicolæ frater. Volesi filius fuit, qui in pugna ad Regillum lacum occisus est: quomodo igitur hic dictator factus? Ni Publicolam duos fratres eodem prænomine habuisse dicamus, quod equidem vix credo. Quidam pro filium legendum putarunt nepotem. Et, prouocationem patrui lege, pro fratris lege: moti ex hoc quod supra Liuius dixerit, quosdam scriptores prodidisse Valerium Volesi nepotem primum dictatoré Romæ fuisse, quod cum Liuio certis de causis non videatur, postea alicubi dictatorem factum, verisimile esse. At horum opinionem refellit Dionysius, qui hunc Valerium plus septuaginta annos natũ scribit: quod de Publicolę ex fratre nepote vix credibile sit, cum hic decimus sextus duntaxat ab liberata Vrbe sit annus. Quare alij putant L. Valerium legendum, de quo postea in Sp. Cassij damnatione fit mentio, quem Publicolæ fratrem Dionysius perhibet lib. 8. Quidam M. Volesi filium legunt, vt hanc tollant dubitationem. Quid ex his verius sit, lectoris iudicio relinquimus, vt pleraq; alia. Porrò cum hocce Valerio, quocunq; tandem prænomine, Magistrum equitum Q. Seruilium consulis Seruilij fratrem Dionys. lib. 6. prodit, quem Liuij codex hic omittit: sed id alibi etiã facit, cum certum sit nullum vnquam dictatorem Romæ creatum absq; Magistro equitum, vt tradit Dionysius lib. 5. ad finem.

Agi deinde de cõcordia cœptum.)58. K. Cum hæc seditio propter nexos cœperit vt ipse paulo antè dixit. vbi de Valerio loquitur retulitque (inquit) quid de nexis fieri placeret, mirum est Liuium ne vnum quidem verbũ amplius de nexis dicere. quomodo tandem cum ijs actum? ideoque ex Dionysio S. C. factum recitare placuit, sed ex codice vtcunque Latino, nam codicis Græci copiam habere nequiuimus. Is itaque lib. 6. in oratione Menenij Agrippæ hoc senatusconf. de nexis refert: Debentes pecuniam, nequeuntesque dissoluere, liberari eos solutione æquum censemus, ac si corpora iam aliquorum, præfinito tempore legitimo, detinentur, ipsa quoque iudicamus libera. Et quicunque capti, iudicijs, rem suam condemnationibus tradiderint, hos quoq; liberos esse volumus, dãnationesq; eorũ tollimus, irritasq; facimus. Ac sic igitur præteritu temporis contractus, qui nobis afferre visi sunt seditionẽ, corrigimus: futuri verò deinceps, quemadmodum, o plebei, vobis Senatuiq; communiter cõsul-

tantibus videbitur, lege quoque sanciente, ita illi se habeant. Hæc ille. Est & lex tribunitia, quam Liuius hoc loco sacram vocare videtur, ab eodem descripta Dionys. quam apud eum lector quærat, nos ad alia festinamus.

Per secesionem plebis Sp. Casius, & Posthum.) 59. A. Addendum vtrique, iterum. Casius enim COS. fuit anno 8. ab liberata Vrbe, Posthumius nono. Inuenio etiam in alijs libris C. Posthumium nominatum. quod mihi placet. Nam Posthumius nomen est, non prænomen, quanquam quidam codices habent Posthumus trisyllabon, vt sit prænomen, quod nescio.

Eodem anno Agrippa Menenius moritur.) 59. D. Hæc duo nomina identidem Liuius inuertit. Nam paulò antè ita dixerat: Placuit igitur oratorem ad plebem mitti Menenium Agrippam. hic ait, Agrippa Menenius. Dionysius semel, quantum memini, Agrippa Menenius dicit, vbi COS. creatur. deinde perpetuò Menenius Agrippa. Sed hæc non sunt tanti.

Læuoque per Volscos mariusque ad Cumas.) 59. E. Satis clarè hoc loco Volscorum situs describitur. Nam Antium etiam Volscorum ciuitas fuit, vt ex fine huius libri patet. Plin. autem lib. 3 cap. 5. Volscos vltra Circeios emouet. Porrò quod hic Liuius vocat Põtinum, Dionysius lib. 7. ab initio vocat Pometinum campum, si codex non fallit Pontinam paludem Plinius eodem capite à Circeis esse ait. & lib. 26. cap. 4. plurali numero Pontinas paludes nominat agri suburbanæ Italiæ. Pontini rursus mentio lib. 6. apud hunc authorem nostrum, anno ab Vrbe condita, 367.

Et Norbæ in montes no. colo. quæ arx in Pon.) 60. F.

Norbæ Plinius meminit, vbi de oppidis claris olim in Latio, Norbanos etiam prope Lauicanos in Latio, vt non existimem longè à Roma ver Norbam vel Pontinum fuisse: siquidem Norba arx in Pontino esse debuit, vt hic describit Liuius.

M. Minutio, deinde & A. Sempronio COSS.) 60. F.

Addendum vtriq;, iterũ: quippe qui simul COSS. fuere anno 257. ab Vrbe condita.

Tarquinium regẽ qui non tulerim.) 60. G. Atqui paulò superius de Coriolano ita inquit Liuius: Cn. Martius adolescens & consilio & manu promptus. Tempore igitur expulsorum regum adhuc impubis erat: quare hæc verba Liuij personæ melius congruebant quàm Coriolani.

Ipse cum die dicta non adesset, perseuer.) 60. I Non persequar nunc historiæ variationem, quæ apud Dionysium longè luculentiùs. meo quidem iudicio, quàm apud Liuium narratur. Id quod fuit necessarium ad huius historiæ lucem, omisisse videtur Liuius, videlicet quomodo iudicium hoc perlatum nouo ritu, nec antea cõsueto. Tum primùm (inquit Dionysius) concio curiata ad ferenda suffragia à Tribunis plebis vocata est, cum antea semper centuriata vocaretur. Curiatam vocat, quando viritim feruntur suffragia. Centuriatam, quando per centurias. Centuriæ autem erant CXCIII. per sex diuisæ classes, vt copiosè antea dictum est: & prima clasis cum equitibus centurias habebat XCVIII. Restabant igitur reliquarum clasium CXV. centuriæ, hic nihil earum rerum obseruatum.

Ludi fortè ex instauratione magni.) 60. K. Ludi acti erant, sed non ritè, ideoque instaurantur. Porrò hoc loco, & nouum annum, & alios COSS. ponit Dionysius, Liuius omisit, aut eius codex iniuria temporum. Tale autem somniũ Xerxis narrat, Herodotus lib. 7. ab initio, homo Græcus fabulam, Latinus historicus historiam scilicet.

Ludi quàm amplisimi vt fierent, Senatus.) 61. B. Et hoc loco Dionysius initio libri 8. & nouum annum, & nouos refert COSS. In Liuij codice ea omnia omissa, vt iam diximus, de priore quoque anno.

Prægressus Tullius ad caput Ferentinum.) 61. D. Libro priore de morte Turni Herodonij, aquã Ferentinam appellat, hic verò caput Ferentinum. Libro autem septimo, Hernicorũ oppidum Ferentinum asserit, & eodem libro, anno ab Vrbe condita 406. ad lucum Ferentinæ ait Latinorum concilia habita. Sed de hoc etiam antea.

Inde ad Latinam viam transuersis tramitibus trans.) 62. G Nota hic Liuij compositionem, transuersis tramitibus trãsgressus. Hoc loco Dionys. nouos COSS. ponit post Circeios captos, quos paulo pòst etiam Liuius fuisse tum COSS. fatetur. vt hic sit quartus Martij exilij añus, quemadmodum ait Veturia in oratione ad filium apud eundem Dionysium. Porrò in ciuitatum nominibus non conuenit illis, vt in plerisque alijs. Bolanorum oppugnationem bis describit Dionysius, sed codicum, vt puto, errore: Liuius ne meminit quidem. Plinius de veteribus Latij populis Abolanorum & Bolanorum meminit, vnde forsan hic error in Dionysij codice, Tolerinorum nulla apud Liuium mentio. Plinius Tolerienses vocat. Verùm hęc omnia prosequi eius est qui commentarium, non qui annotationes scribit.

Et ad fossas Cluilias quinque ab Vrbe m. p.) 62. G Non est dubium, quin de ijs loquatur fosis, de quibus libro primo in Tullo Hostilio. eas enim fecerant Albani duce Cluilio, vt vocat Liuius, a quo & nomen habent. Apud Dionysiũ hoc nomen corruptè legitur Cęcius vel Cœlius. Distantia etiam earum fossarum vtroque in loco apud vtrunq; authorem eadem narratur: in Liuio quidem quinque millia passuum, in Dionysio 40. stadia, quæ totidem efficiũt millia passuum, si octona stadia mille demus passibus, vt Plinius lib. 2. cap. 23. facit.

Sine vt priusquam complexum accipio.) 62. K. Eadem verba sunt apud Valerium Max. lib. 5. cap. 4. hinc vt puto sublecta, à nobis autem indicata, vt ex alteris altera emendarentur.

Sp. Casius deinde ac Proculus Virg.) 63. D Legendum Sp. Casiũ III. Primum enim fit COS. anno ab Vrbe cond. 252. iterum anno 261.

Damnatur Ser. Cornelio, Q. Fabio COSS.) 64. I. Quidã codices Seruilium, quidam Sergium habent, sed vtrique errant. Nam Seruius prænomen est, Sergius autem ac Seruilius nomina. Quidam vnam literam S. ponunt, suspendentes naso ignaros consuetudinis Romanæ. Mirum verò in Liuio cur non in fine prioris anni meminerit S. C. de lege Agraria facti, de quo toties Dionys. & nos paulò pòst ex eodem referemus authore.

Vt cũ L. Aemylio Cæso Fabius COS. cre.) 64. K. Hunc annum Dionys. lib. 8. ait ducentesimum septuagesimum annum ab Vrbe condita: ergo ab liberata Vrbe hactenus tres omisi sunt anni in Liuij codice, vt sæpius nunc osten dimus.

Abutebãturq; ijs inter semetipsos certando.) 65. A. Pusillum fortasis hoc, sed tamẽ ab expositoribus Ciceronis magnis quidem viris non omissum. Notare placuit, malle quosdam inter semetipsi legere, quàm inter semetipsos: vt illud paulo post, Aeternas opes esse Romanis, nisi inter semetipsi seditionibus sæuiant. Quidam tamen mutarũt, inter semetipsos legentes. Quidam vtroque modo authores etiam magnos locutos contendunt, quibus cum haud quaquam pugnabimus.

Q. Fabius inde & C. Tullius.) 65. B. Legendũ, Q. Fabius iterum, quippe qui quarto ante anno COS. fuit, item sequente statim anno. Cæso Fabius & Sp. Furius. Legendum Cæso Fabius iterum. Rursus paulo post quidam libri habebant, Sp. Publius Licinius trib. pleb. Sed Pub. tollendum, vt ex Dionys. patet, & res ipsa clamat.

Ducẽdus Fabio in Veiẽtes, in Equos Furio datus) 65. C Hic locus ab Antonio Sabellico iure reprehensus est. Quidam emendandum putauerunt, si ita legeretur: Fabio in Equos, in Veientes Furio datur. Et in Veientibus quidam nihil dignum memoria gestum est. Ita enim duo loci sequentes quos notat Sabellicus, cum hoc consonarent. Et ipse aliquando in ea fui opinione. At Dion. verba lib. 9. de eisdem COSS. satis declarant, sequentes duos locos in Liuij codice malè habere, nõ priorẽ. Cęsonis enim frater M. Fabius sequentis anni COS. exprobrat mil. Romanis, iam aduersus Veios pugnam poscentibus, fratrem suum aduersum eosdẽ hosteis desertum, & gloria priuatũ militũ inuidia. Verùm in Liuio hoc mirũ videri nõ debet, si sæpe in tanta rerũ gestarum mole, iam senex historiam texens,

texens, memoria lapsus fuerit. quod ad authoris contumeliam dictũ minimè videri velim, sed potius vt studiosos ab anxio nimium labore dehortarer.

In præsentia reipublicæ, exemplo in perpetuo.)65.K. Quidam emendauerunt, in præsentia re ipsa, exemplo in perpetuum. qui sensus haud paulo clarior est, quàm si reipublicæ legerimus, & scriptura fefellit. Illud autem, in præsentia apud veteres in multo vsu: in præsentiarum autem, quo nostra vtitur ætas, non item: sed apud Vallam Perottumue natum videtur.

Traditam vltrò victoriam victis Equis.)66 G. Hic est locus de quo paulo ante admonuimus. Nam Veientibus legendum, & ex prioribus Liuij verbis, & ex Dionysio.

Victor, inquit, M. Fabi reuertar ex acie, si fallat.)67. A. Locus videbatur non benè habere, sed est conuersus sermo à secunda persona in tertiam. Notandum autẽ est genus locutionis. Illud verò, Gradiuum patrem, Seruius in tertium Aeneid. interpretatur ὅρμον ἄρμα, id est exilientem in prælia.

Non magis secum pugnaturos quàm pugn. cum Equis)67. B. Et hic est alter locus, in quo lapsum memoria Liuium existimamus, nisi temporum iniuria codicum fides fallat: quod quidem lectori iudicandũ relinquimus. Quanquam si quis pro Equis legat Veientibus, cum Veientes hic loquuntur, non video vt quadret, sed omninò vel Liuius videtur memoria lapsus, vel ex tribus iam dictis locis primus malè habet, etiamsi Dionysius contrarium dicat.

At ego iniuratus aut victor.)67.C. Dionysius ait etiam COSS. iurasse. Cæterum proximo versu legendum, Cæso Fabius, non C. Fabius, vt perperam quidam habent codices. Fuere autem tres Fabij, M. Q. ac Cæso fratres: quorum hic septem consulatus ordine fuerunt.

Cæso Fabius cum T. Virginio COS. factus.)67.C. Legendum. Cæso Fabius III. ex annis ab Vrbe cond. 270. & 273. quibus fuit COS.

L. Aemylius inde, & C. Seruilius.)69. D. Et hic legendum, L. Aemylius iterum, quippe qui fuit anno ab Vrbe cond. 270. Et planè suspicor ab sciolo aliquo pro iterum positum inde, vt qui notas illas non intellexerit.

Multiplicatis in arcto ordinibus.)70. G. Hoc vt splendidè dictum videri potest, ita ingenuè fateor me non intelligere.

CCCVI. Perisse satis conuenit vnum. &c.)70. G. Hanc opinionem rectè reprehendit Dionys. Neque enim verisimile est tot eximios viros domi nullos filios reliquisse. Nam de parentibus etiam Liuius non dubitat, quippe qui paulo ante dicat: Precantur vt illud agmen faustum atque felix mittant, sospites breui in patriam ad parentes restituant. Frustra igitur hoc dictum, Vnum prope puberem ætate relictum, & initio libri sequentis vanius repetitum.

Dum celeriora essent, agebat consilia.)70. I. Quidam agebant, emendarũt, male mutato numero. Ego, vrgebat, legere malim, vt sit sensus, Inopia vrgebat in præcipitia consilia.

Abeuntes magistratu COSS. Genutius.)71. D. Mirum verò quo iure Genutius hosce apprehenderit COSS. neq; enim quicquam causæ narrat Liuius, & Seruilius (quanquam illi, quod peccauerat, obijci potuit) strenuè se defenderat. Verum apud Dionysium clarior longe narratur causa. COSS enim Sp. Casio ac Proculo Virginio S C. factum erat, quod quia ad horum annorum historiam planius intelligendam multum lucis adferre visum est, placuit nobis hic referre ex libro vtcunque Latino: neque enim codicis Græci copiam habere, vt antè diximus, potuimus, ex quo vel male versa emendaremus, vel per librarios corrupta restitueremus. Est autem huiusmodi decretum: Decemuiros consulares creari æuo maximos, qui terminos regioni publicæ ponentes, declarent quantæ eius locari, quantumque diuidi populo oporteat: æquo autẽ iure ciuibus & socijs, si quam postea acquirant communiter militantes, contingentem quibusq; partem secundum conuenta tradi: electionemq; horum virorum, distributionemq; sortium, & cætera quæcunq; fieri oporteat, futuro Cons. perficere. Hęc ille. Ad id statim post Cassij mortem à COSS. Q. Fabio ac Seruilio impeditum ad hos vsq; annos iacuit. Id tribunum Genutium ac plebem malè habuit, quòd COSS. in exequendo S. C. cessabant, ideoque in ius trahebantur. Porrò quod statim subnectitur L. Aemylius & Opiter Virginius consulatum ineunt: legendum, L. Aemylius tertium: bis enim antea COS. fuit anno 270 iterum anno 276.

Vt plebeij magistratus tributis comitijs.)72.K. Quidã codices falso legunt tribunitijs pro tributis. Diony. hoc in loco centuriata comitia distinguit à tributis: quòd centuriata fierent præcedentibus S. C. multitudineq; per curias ferente suffragia, ac post vtraq; hæc, signis à numine & augurijs nihil aduersantibus. Tributa verò, quòd neq; S. C. prius facto, neque sacris, neque aruspicibus sancientibus fierent, vnaq; die haberent finem. At Coriolani iudicium describens, curiata à centuriatis distinxit, quòd in curiatis viritim suffragia ferrẽtur. in centuriatis per centurias. Quæ loca si quis conferat, in altero, centuriata à curiatis neutiquam distincta reperiat, in altero tributa cum curiatis propemodũ eadem facta. At Gell. lib. 15. cap. 27. Curiata comitia, inquit, sunt cum ex gentibus omnium suffragium fertur. Centuriata, cum ex censu & ætate. Tributa, cum ex regionibus & locis. Hæc ille. Ex quibus verbis curiata à centuriatis satis distincta sunt, at à tributis non admodum clare. Ego conijcio curiata comitia esse, cum viritim per omneis tribus suffragia feruntur, vt de Coriolani iudicio scribit Dionys. Centuriata, cum ex censu & ætate: atque ab his non abesse vel patres vel patritios. Tributis autem solam adesse plebem, vt hic ex Liuio satis patet. Sed hæc, vt in alijs iam sæpè fecimus, lectoris iudicio relinquimus. Nam Liuij diligentiam in re admodum necessaria hic plane desideramus.

Volscum Equicumq; inter seditionẽ Rom. est bellum co.)71. E. Hæc lectio in plerisq; est libris. Quidam ita mutarunt: Volsci tum Equiq; inter seditionem Romanam et bellum coortum, vastauerant agros.

Nec vlla vi dominri poterat.)73. E. Vide quàm subitò mutatum dicendi genus. Ira stimulabat Appium, nec vlla vi domari poterat exercitus. Itaq; quidam legere malunt, Nec tamen vlla vi domari poterat.

Per stragem corporum armorumq; euasere.)74. H. Illud quoq; considerandum lectori. Nam si Volsci vltimos Romanorum adorti sunt, atq; ex eis aliquot occiderunt, quomodo prima acies Romanorum per ea corpora fugam fecit? Meo quidem iudicio locus inexplicabilis est.

L. Valerio, T. Aemylio COSS.)74. K. Valerio iterum legendum: nam anno 271. COS. fuit, qui Sp. Casium quęstor ac [illegible] fuerat. Titi autem Aemylij parens fuit L. Aemylius [illegible] s: annis 270. 276. & 281.

Tanquam tertio COS. sustinenti.)74. K. Appius diuisioni agrorum contradicebat, COSS. verò non resistebant tribunis, vt luculenter ex Dionys. colligitur, & ipse Liuius ab initio sequentis libri de Aemylio idem fatetur. Porro de Appij iudicio causam accusationis omittit, rem apud Dionysium eleganter ac copiosè explicatã, vt haud immerito negligentiæ queat accusari Liuius hoc in loco ab optimo quoq; viro, nedum ab C. Caligula, monstroso quidem illo Imperatore, non tamen prorsus nullius iudicij.

Patres quoque non te. pro vllo æque an. sunt, propugnat.)75 A. Vide mutatam subitò orationem, ac velut oblitum dicti superioris ad aliud transisse. neque enim dicimus, annixi sunt propugnatorem obijci iratæ plebi. Nisi dicas desiderari verbum aliquod, vt, ægreferebant, vel, indignati sunt, aut quid simile.

T. Quintus, & Qu. Seruilius.)75. E. Legendũ, T. Quintius iterum, vt sequentes eius viri consulatus ostendunt, præsertim quartus. anno ab Vrbe cond. 309. vbi Liuius numerum non omisit. Cæterum hic Seruilius tertio post hunc annorursus fit COS. ac à Dionysio Priscus dicitur.

FINIS.

IN T.

IN T. LIVII LIBRVM TERTIVM, HENRICHI GLAREANI LORITHI ANNOTATIONES.

VI vnus extinctæ ad Cremeram genti superf.) 77. A. De Fabijs iam antea admonuimus èx Dionysio, non verisimile esse vnum illum duntaxat superfuisse. Verum id haud minus mirum, quomodo tam citò COS. fieri potuerit, cum vixdum pubes eo tempore esset, à quo decimus hic est annus. Cognomen eius Vibulanus fuit hoc loco apud Liuium omissum: postea verò tertio consulatu ab Liuio ponitur. Legendum etiam hoc loco, T. Aemylius iterum: de quo non solum nihil eiusmodi priore consulatu dixit Liuius, sed etiam contrarium, vt priore libro ostendimus.

Q. Fabio & T. Quinto COSS) 77. C. Q. Fabio Vibulano iterum, & T. Quinto Capitolino tertium legendum: quod etiam Dionysius diligenter tradidit.

COSS. inde Posthumius Albus.) 78. I. Posthumius legendum, vt patet ex Dionysio, atque adeo paulò pòst ex ipso Liuio, vbi refert quot COS. hostiũ ceciderint. Præterea Posthumius nomen mihi videtur, non prænomen, vt in eo qui COS fuit anno ab vrbe condita 253. & 261. omissum C. videtur, vt habent quidam libri. quod item suspicor in COS. Posthumius anni 313. Quidam Posthumum trisyllabum aliud putant, aliud Posthumium tetrasyllabum.

Romanos cecidisse in Hernico agro M.) 79. E. Pro mille quidam reposuerit v. millia. Qui numerus vt nimis magnus videtur, ita hic nimis paruus. Dionysius enim cum P. Furio legato mille occisos ait: verisimile est aliorum nõ pauciores occisos tota hac oppugnatione

Inde Romam reditum est, iustitiũ rem. est. cœlum. &c.) 81. F. Alij libri habebant vt. pro inde. Fortasis autem id mutatum propter cõpositionem trium, est, est, est. Verum multa similia reperias, vt id non omnino necesse fuerit mutare. Paulò ante; Et exequendo subtiliter numerum: videnum exæquando sit legendum.

Circuitio ac cura ædilium plebis erat.) 80. I. Quidam amphibolon putant. Nam si post ædilium distinguas, videtur dicere velle. Quæ cura ædilium esse consueuerat, eam plebis nunc factam. Sed mihi sensus videtur coniunctim legendo: Quę munia proceres obire debebant, ea ad ædileis plebis peruenisse.

Sed ne adeundi quidẽ Romana mœnia.) 80. I. Dionys. ait Volscos Equosq; vrbem tentasse, sed frustra id conatos. Ipse Liuius paulò pòst Romanos ab hostibus obsessos ait: hic verò, non ausos adire Romana mœnia.

Immoderata infinita potestate.) 81 D. Quidam hæc adiectiua ad vnum posita substantiuum distingunt, nihilominus obscuro manẽte sensu. Illud autem omneis, quod paulò pòst sequitur, accusandi videtur casus, ac pluralis numeri: etiam si verterent pro verterentur accipi potest, omnia supplicia.

Legem sese promulgaturum vt Quinqueuiri.) 81. E. In Dionysij codice hic tribunus vocatur Terentius, haud scio errorène librariorum. At idẽ Dionysius lib. 10. ab initio ait Romanos hactenus absque legibus vixisse, sententiaque Senatus atque magistratuum stetisse. Itaq; Tribunos pleb. postulasse, vt leges scriberentur, quibus & COSS. & alij magistratus vterentur, populusque non dominatione Consulum, magistratuumq; libidine sed illis teneretur legibus, quas ipse tum legisset, tum sanxisset. Hæc lis durauit, continuitq; vrbem vsque ad Decemuiros creatos. Vnde legem hanc lib. 10. apud Dionys. aliquando clariorem quam Liuius tradidit.

Et tempore capto adortum remp.) 81. E. Captare tempus opportunum rei gerendæ sæpe dicitur, sed capto tempore quid sit, non Hercle intelligo, nisi capto pro captato intelligamus. aut apto legendum.

Dilataque in speciem actione res ipsa sub.) 82. G. Quidam in re ipsa legunt in auferendi casu. Quidam in spem actione: at vterque sermo insignem habet obscuritatem, non tamen inexplicabilem. Eiusmodi etiam dicendi modus est lib. 4. decad 3. nõ ita multis ab initio versibus, item alibi, vt eo in loco annotauimus.

Alteri COS. datum vt ouaris sine militibus.) 82. H. Cum toties eorum triumphorum discrimine vtatur Liuius, mirum non semel dignatũ hæc vel vno ostendere verbo quid differant. Dionys. sanè lib. 5 an. 7. ab Vrbe liberata multa de his: sed in codice nostro adeò corrupta erant, vt apponere ausi non fuerimus. Aulus Gell. item lib 5. cap. 6 ad finem quędam hac de re adfert ex vetustioribus adeò varia, vt Liuium hac potissimum ratione, quo minus ea discriminaret, deterritum crediderim.

Libri per Duumuiros sacrorum aditi.) 82. H. Sibyllinos haud dubie intelligit, cum tamen ne vno quidem verbo de ijs quicquã antea. Dionysius autem nec hoc loco, nec in Tarquinio neglexit.

Sic ne quid aliud actum putent, victam. le) 82. K. Et hic sensus obscurus est: puto illum plebi persuadere velle, Consules nihil aliud egisse, nihil aliud quàm quo pacto legem tollant, cogitasse: nec aliud cogitent ipsi, quàm victam esse legẽ, nisi dum in integro res sit: & quæ sequuntur reliqua

Cum discedere populum iussissent tribuni.) 83. A. Manifestè hic vides populi voce etiam patres intelligi.

Ecquid sentitis iam vos Quirites.) 83. C. Illud iam, non omnes habẽt libri, sed placet. Et illud. Ecquid pro an non positum videtur.

In Vrbe fuerat, in iuuentutem gra. in Sub inci.) 83. E. Vide hoc genus compositionis quater repetit præpositionem, in: quanquam quidam codices in, ante iuuentutem non habent.

Nocte Capitolium atque arcem occuparunt.) 84. K. Mirum si tam facilè Capitolium capi poterat. Decebat, meo quidem iudicio, hæc verisimilius narrare Liuium, id quod Dionysius non neglexit, & loci naturam & accedendi modum paucis aperiens, at non minus verè quàm luculenter.

Non vulgo: tantum, vt incerto hoste præsi.) 85. A. Tantum, à vulgo disiungendum. Et mirum si soli COSS. habebant arma.

Ad id prope vnum maxime inclinatis rebus in.) 85. C. Pusillum hoc, sed non tamen negligendum. magis quibusdam placere ad, quàm at. Idque codices quidam habent, nominatim Moguntinus. Sed at, etiam quadrat.

Iupiter Opt. Max. Iuno regina & Min.) 85. D. Hæc tria numina Romana fuisse existimandum est, quippe quæ passim imperatores Romani aut nominãt. aut inuocant: vt hoc loco Valerius, & lib. 6. M. Manlius, & lib. 8. Decad. 4. Scipio Africanus. Quanquam Seruius in tertium Aeneidos librum nõ ita longe ab initio (si modo codex non fallit) hos exhibet, Iouem, Mineruã, ac Mercurium. Item repetit in fine prope octaui libri. Libro autem secundo vbi de Laocoonte, Capitolij eadem quæ Liuius nominat, ponit numina.

Quod princeps familiæ suæ ausus in reg.) 86. F. Hic Valerius de Publicola loquitur, quasi iam de tritauo aut atauo, cum Dionysius lib. 11. eum filium Publicolæ fuisse dicat. Meminit & eiusdem lib 7. idem author: quanquam lib. 6. ad lacum Regillum P. Valerium Publicolæ filium occisum refert. quod in eundem annotauimus.

In peragendis consularis officij partem.) 87. D. Ita vetustiores codices habent. At peragendi in gignendi casu legit codex Moguntinus: vtro modo legeris, est sensus clarus.

De pro-

De proferendo exercitu agere.)87.E. Hoc difficilius est. Vide autem num proferendum dicere velit, quem prolaturi COSS. erant, nisi tribuni obstarent. Itaque obnitebantur propter terrores, quos author continuo pôst subnectit.

COSS. creati Q. Fabius Vibulanus III.)88.H. Non est dubium, quin de eo Fabio loquatur, cuios ab initio huius libri mentio, & cuius bis à Liuio omissum cognomen est.

Cornelius, vt Romæ præsidio esset.)88 I. Qoidam, Cornelius mutarunt in Cornelio, propter verbum datum, quod præcesserat: quasi non & verbum partiti, præcesserit ad quod referri poterat.

Arcem Tusculanam improuiso nocte cap.) 88. K. Dionys. & oppidum, & arcem capta scribit, quod verisimilius puto, nisi quis Equos in hoc App. Herdonium imitatos credat. Admonuit etiam Sabellicus paulò pôst de Fabio ad Columen, legendum reliquo exercitu, non relicto. De eodem Fabio, ante iam dicta verba, vi nunquam eos subigere potuit: alij legunt, vi nunquã eò subire potuit. Quid si potuere legatur, propter statim sequentia hæc verba, Inermes nudique omnes sub iugum ab Tusculanis missi.

Erat & noua exorta causa motus.)89.C. Amphibolon, in motus participio, & nomine: & noua exorta causa, in nominandi casu, & vocandi. Res digna vbi exerceantur curiosi grammatici.

Omnes hæ res in vnum congruentes.) 89. C. Quidam hos nominatiuos in accusatiuos mutarunt, nõ bene meo iudicio: Nam faciebant, verbum, nullum alioqui habebit nominatiuom.

L. Minotius inde, & L. Nautius COSS.) 89. E. Pro L. Nautio legendum ex Dionysio, C. Nautius iterum: nam tertio post occisos Fabios anno COS. fuit cum P. Valerio.

Cum M. Valerio Valerij filio Volesi nepo.) 89. E. Puto eum loqui de M. Valerio Marci filio, de quo anno ab Vrbe condita 253. aut liberata anno nono. Cuius pater Publicolæ frater in pugna ad Regillum lacum occiditur, qui eo etiam loco Fusius dicitur. Quare legendum puto, Cum M. Valerio Marci filio. Nam Valerij filio vt legam, persuaderi non possum.

Nec diuturnam quietem Equi dederunt.)90. F. Valerius Max. lib. 2. cap. 2 cum Equicolis hoc bellũ fuisse ait. Quare lector secum perpendat, num Aequicoli, aut Aequicolæ, cum Equis idem sit populus, an apud Valerium menda. Cum Liuio enim concordat in nomine Dionysius. Plinius Aequicolanorum lib. 3 cap. 12. meminit. Ptolemæus Aequicolos appellare videtur. Vnde quidam Aequos cum diphthongo, vt Aequicolos, scribunt.

Cuius vmbra opaca sedes erat.)90. G. Nisi subintelligamus vt sit, sob vmbra opaca aut per sedem, Clœlij tentorium accipiamus, non hercle video quid sibi hæc verba velint.

Legionibus Dictatoris clamore significant.)92. F. Sensus est perquam obscurus. Rem autem in discrimine esse de hostibus intelligo, quasi diceret, non ab Consulis tantum parte res hostium in discrimine erat, sed ab dictatoris quoq; parte, id quod legionum clamor satis significabat. Circundari autem verbum paulò post, pro circundati participio legitur in quibusdam codicibus.

Sequuntur COSS. Q. Minutius, M. Horatius Pul.)93. A. Dionysius legit C. Horatios. Meminit & hic noster author quinto pôst anno C. Horatij Puluilli, mortui auguris, quem hunc fuisse conijcio.

Trigesimosexto anno à primis trib. pleb.)95. B. Dionysij supputatione hæc Liuij ratio bene habet. Nam anno 17. ab Vrbe liberata creati sunt primi tribuni. At hic annus ab eadem Vrbe liberata est quinquagesimus tertius. Si igitur ab LIII. subtraxeris XVII. relinquentur anni 36. Atqui in Liuio tres desunt anni (quod suprà indicauimus) 263. 264. & 265. Quod autem continuo subnectit: Itaque cautum est vt postea crearentur: itaque duæ sunt dictiones. Sensum autem puto esse: Cautum est, vt postea crearentur, videlicet numero decem. Connexio verborum non admodum in vsu. Ex singulis autem classibus ait, priores V. innuens. Neque enim ex sexta quisquam eligebatur.

T. Romulio & C. Veturio COSS.)95. C. Si vspiam alibi, certe hoc loco Liuius Romanam historiam nimium decurtauit. Omittit enim L. Sicinij Dentati accerrimam illam adoersus COSS. actionem, vt taceam tribunorum pleb. aduersus eosdẽ COSS. ob nimis asperum delectum, contentionem habitam. Vnde causam, postquam magistratu abiere, sumpsere tribuni in ius vtrunq; ducẽdi. Est autem hic Sicinius, cuius Gellius libro secundo, cap. 11. & Plinius libro 7. cap. 28. & Valerius Maximus libro tertio, cap. 2. multique alij eximij meminere scriptores. Liuius vix videtur nosse eum, quippe qui adeò frigide postea à Decemuiris occisum referat. Et in nomine mirũ est tantum dissidij esse apud authores. Liuius eum Siccium vocat, quod nomen multis item locis in Dionysij irrepsit codicem. Plin. verò, Gellius, Valeriusq; Sicinium vocant. & Sicinij nomen inter primos tribunos pleb. fuit: quanquam & Sicinij (haud dubie patricij) Consulis nomen est anno ab Vrbe condita 267. Sanè cum primum legerem apud Liuium T. Romuliũ Veturiumq; damnatos nullam aliam ob causam. quàm prædam nõ concessam militibus magna me cepit admiratio. At percurrẽti Dionys. scripta, dij boni, quàm longe alia in his damnandis visa ratio est. Sed hoc est historiam scribere, sic Latini superant Græcos, ita æquamus Herodotum.

Sp. Tarpeio, & A. Aeternio COSS.)95. D. Aeterniũ quidam hunc COS. vocãt. Plin. lib. 7. cap. 28. & Gel. lib 2. cap. 11. Aulum Thermum, vocant. Dionys. Thermenium. Tanta est in huius COS. nomine variatio. Cæterum Romulio diem dictam à Cice. Liuius ait. cũ Dionys. à Sicinio Dentato scribat: adeò noluit hunc noscere Liuius: quanquam in hoc aliquem authurem secutum Liuium puto: alioqui enim manifesta esset impudentia.

Veturius XII. millibus.)95. D. Ita plerique habent codices, sed alij emendarũt XV. millibus, & recte. Nam Dionysius Veturij summam ait sesquiplam fuisse ad Romulij multam. Senatores aurem vt euitarent in posterum has pœnas, inoenerunt modum, vt multæ summa constitueretur duorum boum, ac triginta ouium: longe minor Veturij ac Romulij.

Missi legati Athenas Sp. Posthumius Albus.)95. E. Et in his variatum est nominibus. Albus enim non addit Dionysius, & Sulpitium non P. sed Seruiũ prænominat, qui fuit COS. anno ab Vrbe condita 293. In A. Manlio hoc loco vterque conuenit. Quòd si hi consulares erant, vt verisimile est, in prænominibus variatum & Manlij prænomen.

P. Curiatio & Sext. Quintilio COSS.)95 E. Dionysius P. Horatium cum hoc loco, tum postea inter Decemuiros ponit: verùm Liuium Dionysiumq; diuersos secutos authores crediderim, vt lib. 1. de Curiatijs ac Horatijs accidit. Cæterum ante hos COSS. idem Dionysius ait trecentos annos ab Vrbe condita expletos. Hic igitur annus est trecentesimus primus, quod nos in ratione temporum secuti sumus.

Inde COSS C. Menenius, P. Sextios Cap.) 94. F. Hi COSS. in plerisque Liuij codicibus deerant. Qui nuper apposuerunt, ex Dionysio emendasse videntur: in quo tamen L. Menenius appellatur, non C. Alter autem siue Sextius, siue Sestius, non Sextilius, vt erant quidam libri.

Modò ne lex Acilia de Auentino.) 94 F. Icilia legendũ puto, videlicet quã L. Icilius tribunus pleb. pertulit quinto antè anno, vt author est Dionysius lib. 10.

Anno trecentesimo altero quàm condita.) 94. G. Ab Vrbe condita vsque ad primos COSS fuere anni 244. A primis autem COSS. vsque ad Decemuiros anni sunt quinquagintaocto. Ergo nũc trecentesimus alter expletus est, & priores Decemuiri anno trecentesimo imperarunt. Apud Liuium autẽ de his quinquagintaocto annis omissi sunt tres anni, iniuria temporum, vt iam sæpe, sed suis locis, admonuimus.

P. Sestium

P. Sestium patriciæ gentis virum.)94. I. Videtur hic alius fuisse à Decemuiro. & variatio in Sestio & Sextio nihil hic facit. quanquam alterum ratione dicitur, alterum vsu introductum videtur. Quidã codices prænomen non habent.

Cum fortuna. qua quicquid cupitum foret, potentioris.)96. G.

Insignis ambiguitas in Cum & fortuna. Præterea quidam codices, esse. quidam esset habẽt. Sed legendum est: Hi ferre, agere plebem, plebisque res, cum fortuna, qua quicquid cupitum foret potentioris esset, & iam ne ergo quidem abstinebatur.

Idus Maij venere.)96 H. Hic nouus est annus. & tertius Decemuirorum, quod ostenditur ex oratione Publij Sempronij tribuni pleb. lib. 9. aduersus Appium censorẽ concionantis, vbi obiter de hoc Decemuiro mentionem facit. Et hic est (inquit) Quirites illius Appij progenies, qui Decemuir in annum creatus altero anno se ipse creauit, tertio nec ab se, nec ab vllo creatus, priuatus fasces & imperium obtinuit, nec antea continuando abstitit magistratu, quàm obruerent eum male parta. male gesta. male retenta imperia. Atque hic primus est locus ad probandum alium esse annum tertium, quo Decemuiri fuere in imperio. & aliũ quo Valerius ac Horatius COSS. fuerit.

Cum & ipsi consensu inuisum imperium.)96. K. Vide vt mutata relatio: nam, ipsi, Decemuiros refert, dixerat enim antea in consensu resisterent, & ipsi interpretarẽtur, coniungendum.

Suarumque soliciti erant rerum, amissa pub.)97. A. Sic in plerisque vidi codicibus scriptum, & est clarus sensus. At alij, soliciti, sustulerunt, quod ego non tollerem: quanquam absque eo etiam sit sensus non contemnendus.

Claudij interpellandi verecundia fuit.)97. E. Quidam genitiuum Claudij in accusatiuum mutarũt Claudium: quod cum præcedentibus verbis nescio vt quadret: siquidem Decemuiri, præterquam de quo retulissent, dicere prohibebant, nisi quis dicat, alios quidem prohibebant. Claudium autem propter authoritatem verecundia fuit interpellandi. idq; verisimile. nam & Dionysius longissimam eius orationem recitat.

Censendo enim quoscunque magistratus esse.)97. E. Et hic perquàm obscurus est sermo: sed probat C. Claudij sententiam re asperiorẽ fuisse, quàm aliorũ, quòd Decemuiros prorsus priuatos censebat. Aliam autem aliquos adhuc in magistratu esse vtcunq; admittere. Qu[illegible] [illegible]tque igitur ita accepit, vt nunc vulgò qualeicunque [illegible]cimus.

Vt Decemuiros qui Decemuiratum petissent aut [illegible]o-dij.)98. F.

Nisi [illegible]ta ordinemus, Mirari se dictitans, vt aut socij, aut hi qui Decemuiratum petissent, maxime oppugnarent Decemuiros, non video quid sensus hic elici queat. Est autem dura compositio.

Verum esse præiudicium rei tantæ afferre. 98. F. Pro, esse inuenio quibusdam in libris, posse. quod magis placet. Codex Moguntinus habebat, ex se, pro, esse: quod deinde plures secuti sunt.

Tum Appius iam prope efferatus.)98. H. Lectorem etiam atque etiam admonitum volumus, vt hunc locum diligenter perpendat, nam per aliquot versus corruptum puto: si quidem aliquod exemplar vetustum nactus fuerit: fortassis medelam inueniet. Expositione leuare vtcunque potuissemus, sed noluimus fumos offundere. Est autem modus loquendi, magistratus irati atq; indignantis, vt dicerent. Non erit melius, aut, proinde quies erit melius. aut (vt alij legunt) qui esse erit melius: quemadmodum postea dicturus est Appius cum Virginiam adiudicaret suo tam bello clienti M. Claudio.

Perinde vxor instituta fuerat, liberique institue.)99. D. Tempora declinationum ideo confusa sunt, quòd interierat iam pridem Numitoria mater, authore Dionysio, & ipso paulò pòst Liuio: & liberi de vnica filia dixisse videtur. Porrò gener Virginij, & cui filiam desponderat Virginius, L. Icinius C. Sicinij, qui primus tribunus pleb. fuit, filius à Dionysio perhibetur: in cuius tamen codicibus, quos nobis videre contigit, Siccius pro Sicinnius sæpe legitur.

Lege ab ipso lata vindicias det secundum.)100. F. Lex apud Dionysium est, cum ducitur corpus aliquod ex libertate in seruitutem, non qui auferre nititur libertatem, sed qui libertatis est custos, dominus corporis esse debet ad finem vsque iudicij. Vide apud eundem authorem, legis expositionem ab Appio pronunciatam, quæ ad Liuij verba intelligenda multum lucis adferet eam nos consulto omittimus, ne commentarium scribere videremur.

Cum multi magis fremerent quàm quisquam vnus recu.)100. G. Propemodum tale negotium hoc est, quale superius de patritijs in plebem peccantibus post Cæsonis damnationem retulit, sensus tamen obscurus est.

P. Numitorius puellæ auunculus.)100. G. Quidam codices auus habebant, at Dionysius Numitoriam Virginij vxorem, Numitorijque sororem ac Virginiæ matrem plane asserit lib. 11. Et ipse Liuius postea in catalogo nouorũ tribunorum P. Numitorium Virginiæ auunculum scribit: quanquam temerè, meo quidem iudicio, Virginij eo in loco quidam reposuerunt. Rursus in accusatione Appij à Virginio facta, ijdem auum restituerant, non minore, vt puto, errore.

Cum instaret assertor puellæ vt vind.)100 K. Vox mesa, assertor: nam paulo ante de M. Claudio dixit: Iam à vi tuta erat, cum assertor nihil opus esse multitudine concitata ait. hic verò de Icilio ait. Si autem quæras, cui instabat Icilius? vtrum satis est dixisse, vt vindicaret? Videat itaque lector, quid de hoc loco sentiat, nam mihi suspectus est.

Quem decreto sermonem prætenderit.)101. C. Verba sunt Liuij: & tradiderint, simplicius erat nisi quis, tradiderint, potentialem putet modum, qui quàm hoc loco quadret, non equidem video. Porrò Dionysius Halic. sermonem elegantem, sed subdolum huic decreto præmissum refert. Et verisimile est libidine amentem tale quippiam machinatum.

Ac nutricem prope Cloacinæ ad tabernas.)101. E. Veneris armatæ templum haud procul foro intelligit, quæ Cluacina dicitur à cluendo, id est pugnando, authore Plinio lib. 15. cap. 29. Quidam Cloacinam Cloacariorum deam intellexerunt, sed ineptè meo quidem iudicio.

Quæ tum in monte Vecilio erant.)102. K. Quis ille mons sit, haud equidem memini me legere: oportet obscurum esse nomen. Deiticum legitur: Quippe ab ipsis datum locum seditionis esse. vide num legẽdum, locum seditioni, in dandi casu, non in gignendi.

Quo anno iam antè abissent.)104. F. Hic alter est locus, qui conuincit recte nos annum tertium Decemuirorum in Chronologia nostra seiunxisse ab anno quo L. Valerius & M. Horatius COSS. fuere. Quanquam fieri potuit, vt hic tertius annus quo in tyrannide fuere Decemuiri, non fuerit prorsus 12. mensium, & Valerium Horatiumq; citius inijsse magistratũ, quàm hactenus cõsueuere, quippe dies solennis ineundis magistratibus non fuit idem, vt multis postea locis ostendemus.

Nec inferendo iniuriam, nec patiendo etiamsi.)105. A. Incertũ, sit ne distinguendum ante etiam, an pòst. Sed res est modica.

Hac lege iuris interpretes negant quenquam.)106. F. Liuij hæc, siue iuris interpretum expositio, ipsis legibus difficilior est, &, vt suspicor, in codicibus nostris corrupta. Quidam pro, eorum, substituerunt deorum: quia sequebatur, id ad sacrum sanciti. Sed non placet. Imò hæc ipsa verba obscura sunt, & illud, ad, nuper, Id verò olim, falso adiectum. Porrò quod in parenthesi ponitur, durum est, & varie item lectum intellectumque. Deniq; paulò pòst vide num legendum, Consulibus quoque vt Prætoribus, quia eisdem auspicijs Consules, quibus prætores creantur, cautum esse. Alioqui non video quid sensus inde elici queat. Mirum verò cum Liuius tam solicitus esset de voce, iudicibus, cur non etiam de Decemuiris legem exposuerit.

fuerit. Decemuirorum enim hic potestas abrogabatur, & paulò pòst bi in iudicium protrahuntur, cui ergo in hac lege caueturi ijs fortè qui libris Sibyllinis præerant.

Quæ impiè nefarieque per biennium alia super alia.) 106. H.

Hic tertius est locus, quo plannm fit, rectè Valerij Horatijque annum seiunctum à tertio Decemuirotum, quo per tyrannidem priuati regnarunt. Neqne enim Virginius hic primum annum supputat, qno bene gesserat se Appius.

Et appellatio prouocatioq́ne.) 107. A. Hic habent inrisperiti, quod distinguant: neque enim temere coninncta videri possiint. Quidam appellationé inter æquales existimant, vt à Decemuiro ad Decemuirum, à COS. ad COS. cuius rei multa sunt apud Liuium exempla, maxime in hac actione. Prouocationem verò à minore ad maiorem, vt à COSS. aut quouis alio ferè magistratu ad populum. Intercessionem autem inter vtrosque, vt tribuni contra tribunum, & tribunorum contra COSS. aut Senatum.

Multique erant qui melius consultum dicebant.) 108. K. Hoc rectè emendarunt nuper, mollius legentes pro melius. Sensus autem est. Non rectè fecisse patres, qui legum à COSS. latarum in senatus prope ac imperij consularis contumeliam, authores fuissent, hoc est, sua authoritate confirmassent, quæ interituræ erant, turbato Reipub. statu. nisi mollius consuluissent ipsi, ergo illud, mollius, in malam partem sonat. Quanquam illud. Reip. turbato statu, apud me dubitationem habet, quo pacto rectè intelligi debeat.

Sabini feroces ab re priore anno bene gesta.) 110. F. Quartus hic locus est, ad ostendendum rectè nos tertium Decemuirorum annum, quo in tyrannide fuere, alium fuisse ab Horatij Valerijq; COSS. anno. Addetur quintus locus idem probans lib. 9 in oratione Sempronij tribuni pleb. contra Appiū Cens. Quod ideo toties admonemus, quòd quidem COSS. nomenclaturam texentes, bos duos annos in vnum confuderunt: qua ratione moti, ipse hercule scire non possum.

Alij candidati tribus non explerent.) 111. E. Quid sit tribus explere, etiam atque etiam secum consideret lector, cum hoc tempore haud minus 25. tribus essent. Vtrum tribus pro classe accepit? Cautum enim erat anno 297. vt biti ex singulis classibus crearentur. An tributa intelligemus comitia quibus aberant patres, vt suprà libro præcedente de Voleronis lege patuit?

Satis factum legi dicebat, quæ numero nusquá præfin.) 111. E. Quę sit illa lex, non satis liquet ex superioribus. Plebiscitum fuit à M. Duillio rogatum: Qui plebem sine tribunis reliquisset, quique magistratum sine prouocatione creasset, tergo ac capite puniretur. sed vix huc congruit. Quidam etiam hoc loco tribuni nominatiuum, mutarunt in datiuum, postposita distinctione. De cooptatione autem verba prisca quidem sunt, quàm verò emendate legantur, non equidem definio. In plerisque codicibus legebatur: Si tribunos plebis fecerint, decem rogabo. Verbum. fecerint, alij sustulerūt, nec causam cur fecerint habeo, nisi quia mox sequitur idem verbum. XII. autem in XV. mutatum perplacet. Duillius enim quinq; nouos creauerat, prioris autem anni connumeraro Duillio, X. erant. Notandum autem hoc loco etiam patritios atque adeo consulares factos tribunos pleb. Nam hi duo COSS. fuere anno ab Vrbe condita 308.

Inde M. Geganius Macrinus, & C. Innius COSS.) 112. G.

Hunc alij Macerinum vocant, qni bis postea COS. fit. Sed C. Iulius alij rectè pro Innio emendarunt. Iunij enim omnes post Bruti mortem plebeij fuere, authore Dionysio, nec vnquam COSS. facti, nisi donec licuit ex plebe alterum fieri COS.

T. Quintius Capitolinus IIII. & A. Furius COSS. 112 I. Hoc loco satis diligenter Liuius Capitolini Consulis annos numerauit, quod libro secundo omissum bis, antè testari sumus. Pro A. autem Agrippa repositum est ab alijs, vt sit Agrippa Furius, quod non displicet. Nam in pugna ad Corbionem Agrippæ COS. nomen est. Videat autem lector verba hoc loco sequētia: Cum dies alicui nobilium dicta, nouis semper certaminibus conciones turbaret, vt intelligenda.

A quibus semper non vestra virtute innocentiaque.) 113. E.

Sensus est obscurus, nisi quis in Tribunos hoc cum amara ironia tortum contendat: sed deficit orationis consecutio. Nam vt sequentia prioribus cohæreant, non satis planum est.

Circumuentos interclusosq; ab suis vociferans.) 115. A. Ἀμφίβολον est, sed de suis, hoc est Romanis loquitur Sulpitius, vt sequentia indicant.

Ibi infit annum se tertium ac nonagesimum ag.) 115. E. Quidam octogesimum restituere. At Corioli oppugnati sunt anno ab Vrbe condita 261. Sp. Caßio iterū, & Posthumio Cominio COSS. Hic autem ab eadem Vrbe cond. annus est 309. Intersunt igitur anni 48. Quòd si non iuuenis, sed vicesima iam stipendia merēs militauit Scaptius, vt hic ipse fatetur, malim nonagesimum legere quàm octogesimum. Quanquam hæc prope de lana caprina speculatio est, quam lubens omisissem, si alios non tam sedulo, atque absque causa, hæc mutasse vidissem.

Scaptione concionali seni aßignaturos puta.) 116. G. Qnidam codices concionari habebant, quod alij in concionali mutarunt, neutrum mihi bene intellectum. Concionanti etiam quidam babent libri, quod vtique intelligitur, verum germana sit lectio, non definio. Illud autem clarum hoc fore, pro certum est, positum videtur. Quidam ita legunt: Clarum bac fore imagine Scaptij nomen, populum Rom. quadruplatoris & interceptoris litis alienæ personam laturum. Verùm altera lectio etiam intelligitur. Denique vox controuersiosa, hand vsquam apud authores freqnens, dubitantem tenet lectorem.

Nunc haud sanè quicquam caussæ bonæ leuatur.) 116. G. Qui hic emendarunt, causæ bono, rectè fecerunt: etiamsi quidam causa bona legunt: quidam bona causa eleuatur.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM QVARTVM, HENRICHI GLAREANI LORITHI ANNOTATIONES.



Os secuti M. Genutius & P. Curiatius COSS.) 116. I. Pro Genutio apud Dionysium est Minutius vno in loco, altero autem Genutins, vt hic apud Liuium. Fortaßis quòd Genutij plebei erant: quanquam & plebei & patritij esse poterant. Pro P. Curiatio apud eundem C. Quintius legitur.

Et Volscos Equosque ob commu. Verruginem.) 116 K. Vbi Romani Volscis Equisque Verruginem ademerint, ac postea minnerint, nusquam Liuius dixit, ne nominauit quidem vspiam. Veientibus autem ante triginta annos COSS. L. Furio & C. Manlio, datæ erant induciæ in annos XL. quas non seruarunt.

Et quemadmodum plebs gloriari posset.) 117. B. Quidam libri habebant, vt. pro &: sed esset planè ἀνανταπόδοτον, id est, oratio altero desecta membro, & supplendum, Ita etiam Senatui annitendum, sed non placet. Notandum tamé genus sermonis, plebs posset gloriari auctioré

ampliorem que. & num desideretur, se. Porrò statim post, donec pro quandiu manifestè vsurpatum.

Sinere nō fieri posse in eadem ciuitate.)117. D. Alij pro sinere finem emendarunt, vt paulò superius, Finem ergo non fieri, nec futurum, donec, &c. Alij simul malunt legere, ad hunc sensum: simul in eadem ciuitate fieri non posse, vt sint tribuni ac patres. Ego suspicor aliquid deesse: tiam nulla harum lectionum mihi satis facit.

Quid hoc si polluit nobilitatem istam vestram.) 119. A. Quocunque modo hoc distinguamus, & siue interrogatiue, siue enunciatiue legamus, videtur aliquid abesse ac desiderari, cum tamen sensus non sit admodū obscurus.

Anno trecētesimodecimo.)120. G. Ex Dionysio satis aperte cōuincitur hunc annum expletū fuisse, quippe qui libro vndecimo dicat anno tertio octogesimæ quartæ Olympiados hos tribunos creatos, qui fit ab Vrbe cond. annus trecentesimus undecimus. Sed pro vno duntaxat anno cum nemine depugnabimus.

Et in linteis libris ad Monetæ inuentis.)121. C. Mogūtinus codex habebat, inuenta; vt referret Consulum nomina, quidam nuper mutarunt in inuenros, vt referat COSS.

Neque COSS. cum tot p. b. im. operæ erat id neg. ag.) 121. D. Alij libri opera habebant, quod magis intelligitur: sed neqne hic cum quoquam depugnabimus.

Multitudine opificum ad spem pr. euocata.)122. G. Et hunc locum Aldinus codex mutauit in aduocata, mihi euocata magis arridet.

Qui tribunus plebis iterum ea ipsa denunciando factus.)123. E. Dubium iterúmne tribunus, quod videtur, an iterum denunciando. Nam quid denunciarit, ne vno quidem verbo antea commemorauit, vel de ipso tribuno, vel de denunciatione: vt taceam quòd Neque non geminatam subiungit, cum à superioribus neutiquam hæreat, meo qnidem iudicatu.

Tanto apparatu conciliorum ac certaminis.) 124. H. Alij certamine legunt, alij certaminum, sed id, non probatur: sequitur enim, quod ingens exudandū esset, quanqnam hoc ad præmium etiam referri potest.

Eodemque anno sororis filios regis.)125. C. Hic locus haud dubie corruptus est. Nam Aquilios intelligit, qui erant ex sorore Collatini nati, qui cognatus erat Tarquinij regis, non ipse rex. Fortasis autem regem pro cognato regis dixit.

Nec deinde id plebem concessum semel obtinuisse.) 126. F. Quidam codices babent plebi, vt sit, semel concessum plebi. Alij habent plebem, vt sit, obtinuisse plebem semel concessum. Tum quod sequitur de cautione, ne tribunis collegam coaptare liceret, nusquam in Liuio lectum antè. Rogationis interpretationem vide suprà anno 306. COSS. L. Valerio, ac M. Horatio, ad finem. Ne quis Treboniam legem id posse contendat, qua de, anno deinde proximo 307.

M. Aemylius vir summæ dignitatis.)126. G. Ita quidā codices babent, at alij M. mutarunt in Mamercus. Ego autem Mamercus cognomen puto, vt de eo patet qui ad finem huius libri anno ab Vrbe condita. 350. & libro sequēti ab initio, anno 352. quem existimo huius fuisse prolem. Et vide boc dicendi genus in horum trium tribunorum nomenclatura: tum an nō potius tertium creat, legendū.

Cum potestas maior, tum vir quoque potestati par hostes.)126. I. Quidam continuatè hoc legunt, quasi hostes sit accusandi casus, ac ab Dictatore intelligamus submotos hosteis trans Anienem, quod sub Sergio factum non erat. Verùm ij quomodo sequentia ordinanr verba: Collesque inter Fidenas atque Anienem ceperunt referentes castra? Nempe vt aut colles sit nominandi casus, aut referentes accusandi, quod durum sanè videtur: aut inceperunt intelligamus nominatiuum, hostes. Ego saluo aliorum iudicio, malim distinguere ante hostes, ad hunc sensum: Cùm esset iam in armis potestas maior, tum vir quoque potestati par, hostes qui id non ignorabant, submouere ex agro Romano trans Anienem, collesque inter Fidenas atque Anienem ceperunt, referentes castra.

Qua sequi munimento poterat.)126. K. Vide quid sibi velit. munimento seqni. Nam ego sanè non intelligo nisi sit in faciendo munimentum.

Vt ex auguribus simul aues ritè admissæ.)127. A. Ridebit fortasis aliquis, quid bic hæsitem: at ego, quid ex auguribus sit nescio. nisi ex, pro ab, positum existimemus: quidam enim ita emendarunt. quod si exemplariorū vetustorum fide fecerunt, eò melius res habet. Cæterùm ordo erit, vt ex composito tolleretur signum, simul ab auguribus aues ritè admissæ essent: vt simul intelligamus dictum, pro statim vt, quemadmodū huic authori perquàm familiare est, ac item Horatio, Ver poterit æstas interitura, simul Pomifer autumnus fruges effuderit.

Hoc ego cum Augustum Cæsarem templorū omnium cond)128. G. Hoc in loco post verbum, refecit, multi codices habent, dicenrem, quod placet: nec video causam quare quidam summouerint.

Septimo pòst demum anno cum T. Quintio Pœno.) 128. H. Legendum, decimo pòst demum anno cum T. Quintio Pœno II. Nam cum hoc Quintio septimo pòst anno non A. Cornelius Cossus COS. fuit, sed Cn. Iulius Mento: decimo verò ab hinc anno, T. Quintius Pœnus iterum cum A. Cornelio Cosso COS. fuit, & tum etiam pestilentia, ac triennio post altera equestris pugna, qua idem tribunus mil. cons. potestate ac magister equitum sub M. Aemylio Mamerco aduersus Veientes ac Fidenares depugnauit. Sed ex hoc loco, ac item quarto pòst anno satis liquet non parum curæ fuisse Romanis historicis vt Consulum nomina rectè ordinarent, quæ causa nobis fuit Chronologiæ nostræ edendæ, quanuis hac ætate quidam leuiter curant. Cæterùm hæc Liuij verba, Existimatio communis omnibus est. Item hæc, Ea libera coniectura est Denique illa, Sed (vt ego arbitror) vana versare in omneis opiniones licet: à me cum annexis rationibus non planè intelliguntur.

Dictatorem Q. Seruilium placent.)129. A Ita plerique babent libri. Aldinus codex mutauit in A. Seruiliū quod non placet, etiamsi alij secuti sint. Nam etiam Quinti huius multa in posterioribus mentio.

Ibique primum census populi est actus.)129. C. Sub Seruio Tullio Sexto Romanorum rege etiam census populi est actus in campo Martio, vt lib. 1. ait hic author: Vide etiam quid sibi illud. probauerunt, velit, quod proximè præcedit hæc verba.

Vt ad Voltumnæ fanum indiceretur omni Hetr.)130. D. Quidam Voltumnam interpretatur Volturnam, pro Volturrenam, nunc Volaterram, vbi deæ nomen olim fuerit, quod ego lectori iudicandum relinquo Id non abhorret à vero locum in media alicubi Hetruria fuisse aptum duodecim vrbibus, è quibus ad concilia mittebantur legati.

Primores patrum, quanquam diminutū censuræ ius.) 130. F. Repetendum verbum, ferunt: nisi quis aliquid deesse existimet: Nam & illud, quippe, nihil post se habet, vt sæpe aliàs.

L. Furius Medullinus.)130 H. Hic vsque ad annum ab Vrbe condita, 364. vt minimum nouies nominatur. Sed in prænominibus errorem puto: hic enim Sextus legendum, nō Lucius. Fuit autem Sextus iterum tribunus mil. cons. por. anno ab Vrb. cond. 335 cum L. Quintio Cincinnato, M. Manlio, & A. Sēpronio vt omnes habētcodices. At vbi primum sit factus, nusquā habetur. Ergo hic Sex. legendum nam Lucius sua habent loca. Quidam etiam codices aliquot locis P. Furium exhibuerunt, sed errant.

Egregiæ dictaturæ tristem memoriam.)132. I. Valerius Maxi. lib. 2. de disciplina militari, & de Posthumio & Torquato hæc memorat. Cæterùm Postumium Tiburtum, non Tubertum vocat, & quidam Liuij codices Tuberonem. Quæ verò sequuntur verba, Et licet in varijs opinionibus & argumento est. à me non planè intelliguntur: nam alterum &, nuper adiectum est, quidam pro etiam exponunt.

COSS. fiunt L. Papyrius Crassus.)132. K. Addendum est, iterum. Antea enim COS. fuit Crassus anno ab Vrbe cond. 319. Cæterum bic Equi impetrent inducias octo annorum, cum sexto deinde anno rursus trium annorum im-

rum im-

rum impetrent. Quare videndum, num sex annorum, pro octo legendum.

Vaticinando inferentibus in domos quibus quæst.) 133. B.

Etiam atque etiam considerandum hoc dicendi genus, nam ego syntaxim ac compositionem non assequor. Quidam libri etiam in domo habebant.

C. Seruilio Hala, L. Papyrio Mugillano COSS.) 133. C. Legendum, L. Papyrio Mugillano iterum, quippe qui fuit anno ab Vrbe condita, 311. COS.

Cum veiennibus nuper acie dimicatum ad No. 133. C. Nuper ait, cum hic decimus sit annus ab ea pugna. Post eam autem pugnam induciarum earum nulla antea ab authore mentio facta est. Item quod subiungit. Vt Quintius COS. de bello ad populum ferret, quomodo verum esse potest, cum Seruilius cum Papyrio esset COS. Nec recitat prioris anni gesta (vt quidam excusare nituntur) cum statim subiungat: In eo quoque plebs superior fuit, quod renuit ne COSS. in proximum annum crearentur. Cæterùm quod subiungit: T. Quintius Pœnus ex Consulatu, innuere videtur ex Quintio COS. factũ tribunum consulari potestate, cum hoc anno non fuisset COS. & A. Cornelius Cossus etiam antea fuisset COSS. non minus quàm Quintius.

Eoque ob rem malè gestam.) 134. F. Quidam adiecere, eoque ipso: verùm non video qua de causa hoc fecerint. Quidam ab re male gesta legunt quod placet.

Veientem hostem septies victum.) 134. G. Iidem pro septies reposuerunt sexies, quòd continuò sequatur. Septimam infelicem defectionem. At nõ difficile fuerit ex Liuio ostendere nouies cum Veiennibus hactenus conflictatum ac pugnas post amissum Cremeræ præsidium, pro vna supputare videtur. Appius autem libro 5. ait Veientes septies rebellasse.

A. Sempronium Atratinum, L. Quintium Cincinnatum.) 135. D. Vtrique addendum, iterum. Nam Cincinnatus antea fuit trib. mil. con. potestate. anno ab Vrbe Cond. 317. Sempronius autem anno 311. inter primos tribunos mil. con. potestate. Cincinnatus item anno 335. tertium dicitur tribunus mil. con. p. Ergo haud dubie hoc loco iterum. Cæterùm L. Furius non in omnibus exemplaribus habetur.

Tribuni consulari potestate erant. C. Crassus.) 135. E. App. Claudius Crassus legendum, vt ad finem huius anni patet, vbi Vrbis præfectus relinquitur, ac Decemuiri filius dicitur. Errant autem qui C. Papyrius Crassus emẽdarunt. Sed de hoc Appio paulò pòst plura dicemus.

Creati COSS. A. Sempronius Atratinus, & Qu. Fab.) 136 H.

A Quidam emendarunt C Sempronius. Auli autem & Lucij Semproniorum mentio est anno ab Vrbe condita 311. Cæterùm pro. Q. Fabio Vibulano Valerius Max. li. 2. cap 2. Q. Catulum habet, sed errore codicum, vt puto.

Ab Romanis dissonus, impar. seg. sæpe iteratus.) 136. K. Post iteratus, colon ponendum puto. Deinde legendũ Quo maiorem incerto clamore Romanus prodidit pauorem animorum, eo ferocior illatus hostis, &c. Atque ita quidam habent libri. Alioqui enim si Romanus omittitur, vt facit Aldinus codex, sensus est, clamor incerto clamore prodidit pauorem animorum.

T. Quintium collegam eius.) 138. I. Tres apud Veios tribuni male pugnarunt, M. Posthumius, C. Furius, & T. Quintius. ait enim: Documentoque fuere quàm plurium imperium bello inutile esset. Hic duobus dies dicta narratur. C. Furij nulla mentio. Id etiam mirum, quarto demum anno reos factos, cum triennio ante magistratu abissent.

Plebs tribunos plebis absentes Sex. Tempaniũ.) 138. I. Hoc absentes qua ratione dictum sit, lector dispiciat. Cæterùm horum tribunorum quatuor fuere, qui sub C. Sempronio militauerant aduersus Volscos, vt statim subnectit author: quare disiungendum Antistium & Spurilium, quos quidam codices vnum faciunt.

Cum pars maior insequẽtis anni per nouos trib.) 139. C. Si maior anni pars exacta iam erat, & verisimile est non in aliquot menses creatos sequentes tribunos mil. sed in integrum annum, ante quem credo non facile abijsse magistratu, certe hic annus nobis perditur. Quare mirari desino, quod Veiennibus datæ induciæ in annos XX. vt habes anno ab Vrbe condita 330. res tamen ab eis repetantur anno 348. Neque enim verisimile est anno 18. res repetitas, sed ad finem anni deciminoni. Essent autem decem & octo duntaxat anni, si annum hoc in loco non numerauerimus: & Camilli supputatio ad finem libri quinti eandem opinionem iuuat. & qui eo anno quo decemuiri sunt depositi, creatos COSS. putant L. Valerium, & M. Horatium hic annum inueniet ad Camilli supputationem congruentem. Quidam hæc excusant per diem solennem magistratibus ineundis: at ille mirum quàm apud Romanos varius inueniatur. anno enim ab Vrbe condita 305. Idus Maiæ nominantur. anno 332. & 353. Idus Decembres annoque eodem, calendæ Octobres. anno 364. & 425. calendæ Quintiles, alibi calendæ Sextiles. Porrò anno 261 cum plebs in sacrum montem abijt, calendas Septembris diem solennem nominat Dionysius magistratibus ineundis. Multis item locis nominantur Idus Martiæ vt anno secundo secundi belli Punici, & eiusdem belli anno 17. ad finem. & primo anno belli Macedonici, & secundo omnia apud Liuium apud Dionysium item solstitium æstiuum anno 278. Hæc ideo à nobis referuntur, vt notum faciamus in vnius anni discrimine nullam nos facere difficultatem: quod etiam Dionys. lib. 7. admonet. Ea fuit causa cur in chronologia nostra hunc annum omiserimus

Vnde si quid instrepat terroris.) 139. D. Hoc alij mutarunt in. inc. epet. Post verbum autem opprimi, ponunt punctum interrogatiuum.

Flexere iras in C. Sempronium patruelem A. Sempronij.) 140. F. Pro A. Sempronij quidam Atratini posuerũt, quasi Caius non etiam Atratinus sit cognominatus, vt A. & L. fratres. Mirum verò quòd hic rursus damnetur, qui paulo antè ab Hortensio die dicta absolutus sit precibus quatuor tribunorum. Neque verò hic alius esse Sempronius potest. quod hic de belli Volsci ignominia fiat mentio, in quo Sempronius idem fuit dux, quocunque prænomine eum vocatum contendas. Sed & hoc male habet quod anno 339. A. Sempronius tertium dicatur tribunus mil. consf. potestate, cum tamen hic tertium sit: quare hoc loco ego L. Sempronium huius anni tribunum mil. consf. potestate puto, cuius mentio est anno 311. fuit enim Auli frater.

L. Sergium Fidenatem, M. Papyrium Mugillan.) 140. I.

Hic Sergius etiã tribunus mil. fuit anno ab Vrbe cond. 322. quare hic adijciendum, iterum: nisi quis putet alium. Fuit item hic Sergius bis COS.

L. Seruilio Structo, P. Lucretio tricip. omnibus his iterum.) 141. E. Hic Seruilius in plerisque codicibus omissus erat, sed omnino tres esse oportuit: neque enim de duobus Liuius dixisset, omnibus. At in prioribus L. Seruilium inter tribunos mil. consf. potestate non reperias, sed prioris anni tribunus C. Seruilius Prisci filius fuit, qui etiam Structus dictus est. Quanquam hoc fortassis lectorem moratur, quòd nulla causa referatur continuati honoris, at Liuius aliquando causas recitat, aliquando omittit, vt patet anno 147. de Cn. Cosso, vbi nulla causa cõtinuati honoris narratur. At anno 348. de C. Seruilio Hala vtique narratur. quare C. Seruilius, non L. videtur legendum.

Cum App. Claudius nepos eius qui Decemuir.) 142. F. Primus Appius Claudius qui anno sexto ab Vrbe liberata Romam profectus erat, id consilij, cuius hic fit mentio, dedit, M. Fabio: & Cn. Manlio COSS. anno ab Vrbe condita 274. ac ab eadem liberata tricesimo. Hic autem duos habuit filios, Appium Caiumque Claudios. De Appio Claudio Appij filio Liuius lib. 2. sub finem, qui cum T. Quintio Capitolino COS. fuit anno ab Vrbe cond. 283. & die dicta à M. Duillio & Cn. Siccio mortuus est. De

Caio vero Claudij Appij filio Liuius libro 5. qui cum P. Valerio Publicola COS. fuit anno ab Vrbe cond. 294. quo anno Herdonius capitolium cum exulibus ac ſeruis occupauerat. Rurſus tertius Appius ſecundi Appij filius fuit Decemuir cuius hic nepos à Liuio dicitur, ſed errore, vt puto, codicum. Nam ego filium credo, idq́ue ea potiſsimum de cauſa, quod poſt quinquageſimum ab hoc annum nepos Decemuiri Appius Claudius ad finem libri ſexti nominatur. Præterea primus Appius non eius proauus erat, ſiquidē ipſe nepos Decēuiri fuit, ſed potius abauus. Certè tēporũ ratio nõ cõuenit, vt & hic nepos fuerit Decemuiri, & item ille qui libro ſexto aduerſus tribunos habet concionem. ipſe etiam Liuius anno ab Vrbe condita 331. Decemuiri filium vocat hunc Appium. Eſt & eius mentio ab initio libri ſequentis.

M. Fabius Vibulanus trib. mil.) 142. I Addendum, iterum. Nam tribunus antea fuit anno ab Vrbe condita 323.

Q. Fabio Vibulano iterũ.) 142. K. Inter tribunos mil. conſ. poteſtate hunc antea non inuenies, ſed COS. anno 332. atque inde fortaſsis error.

COSS. Creati ſunt A. Cornelius Coſſus, & L. Furius.) 143. D. Quidem codices ſuſtulerunt L. inſequente COS. ſed hic fit primum COS. Quinto dehinc anno fit iterum COS. cum antea ſæpius tribunus mil. conſ. poteſtate fuerit. Auli autem numerus omittitur quod anno 318. dubius COS. fuerit. certus autem anno 327.

Iacere tandiu irritas ſancti q. d. ſ. com. ferr. tamen interim.) 143. E. Tamen quod in quibuſdam erat libris, quidam in cum. mutarunt. Ego non minus planum ſenſum exiſtimarim ſi neutrum legatur, at ſi alterum omnino adeſſe debet, ego tamen malim quàm, cum.

Tunc hæc ipſa indignitas angebat animos.) 144. F. Quidam augebat, per u, legunt, non per n. ſed non placet, eſt enim angebat, ab ango tertiæ coniugationis, non ab augeo ſecundæ. Et ſenſus non bene attendenti ſubobſcurus videtur, ſed fit facilis bene rimanti.

Tribunus pleb. Licinius.) 144. F. Quidam Lucilius legunt. Ego Liciniũ malim, quòd ſtatim ſubiungat: Is cum principio ſtatim anni velut penſum nominis familięque ſeditiones agrarijs legibus promulgandis cieret. Fuere enim Licinij maxime patribus aduerſarij, vt ſequentibus patet libris. Quidam L. Icilium legunt, quod maxime placet. Et horum etiam COS. prioris prænomen Q. poſterioris cognomen Pætilius, ſuſpecta.

P. Atratino. C. Nautio Rutilio COSS.) 144. G. Pro P. Atratino, alij M. Papyrium Atratinum repoſuerunt: alij, quod cognomen Atratinus Poſthumiorum ſit, non Papyriorum. Mugillanum addiderunt: quod incertum relinquimus, donec feliciores nacti fuerimus codices.

Cum in legationes non plus ſingulis ſenatoribus inuentis.) 144. H. Pro inuentis, alij inuenientes legunt: ſed vtraque lectio obſcurum habet ſenſum. Verum quia intelligitur, nolim eſſe anxius.

Pręnũtiaruntq́; ex collegij ſentētia C. Valerio.) 144. K. Quid ſibi velit hæc tribunorum promiſsio, præter auxilium non hercule intelligo, quidam coertionem, quidam coercitionem legũt: mihi poſterius placet Illud, inhibenti, faceſsit negotium nõ paruum lectori. Eſt autem obſcurus ſenſus.

Sed nulla erat conſularis actio, quàm impediendo.) 145. C.

Conſularem actionem vocat: vt delectum, bellum, & ſimilia, quæ conſules abſque plebis auxilio perficere nequibant. Quidam libri habebant, quę, pro quam ſed non placet.

Verruginem in Volſcis eodem exercitu receptam.) 145. E. Hæc ab initio huius libri à Romanis munita dicitur, ſed quando capta ex hoſtibus, non dixerat vſpiam author. Rurſus hoc loco dicitur recepta à Romanis, cum non dixerit vbi à Volſcis expugnata, vt recipi à Romanis potuerit. Præterea hanc vrbem aliquando Volſcorum, nonnunquam Æquorum facit.

Et conſulis quoque ab ea poteſtate vim.) 146. H. De Quintio loqui videtur, vide annum ab Vrbe cond. 324. Et paulò pòſt, Nihil eſſe in his auxilij dicerent: vide num dicere magis quadret.

Ac ſi quis intercedat S. C. authoritate.) 146. I. Obſcure hoc dictum, & haud ſcio quam facile explicatu. Credo vult dicere, ſi quis ex ſuo collegio intercedat, ſe tamen contentum fore ſenatuſconſulti authoritate, nec aduocaturum tribunorum plebis auxilium.

Ad lacum Fucinum vi expugnatũ.) 146. K. Huius lacus aliquoties meminit Plin. Vergilius lib. 7. Vitreare Fucinus vnda. Plinius in Marſis, Liuius in Volſcis ponit. Sed haud ſcio potuerintne hi duo populi alicubi eſſe confines.

Cn. Fabius Vibulanus.) 147. A. Legendũ puto. Q. Fabius pro Cn. Fabius. Nam Q. Fabius etiam fuit tribunus mil. anno ab Vrbe condita 341. Cn. autem Fabius nuſquam: at COS. fuit anno 334.

Quod Lars Tolumnius dediſſet.) 147. C. Ita quidã hũc locum legunt, vt per quod, mortem intelligant. Pœnas autem adiectum putant verbum. Sed alij legunt, quas Larti Tolumnio dediſſent: & vtrumque intelligitur. ad legatos, enim à Fidenatibus iuſſu Tolumnij cæſos refertur hoc dictum, de quibus anno ab Vrbe condita 317. Atque hoc loco, cur Seruilio Halæ continuatus fuerit bonos, ratio aſsignatur, cum de Cn. Coſſo non fuerit data priore anno.

Profertur tempus ferundæ legis, quod ſi ſubiecta.) 147. D. Pro quod, alij quam legunt. Si clarum eſſet qua de lege loqueretur, Agrariáne, an de Conſule ex plebe creando, clarior vtique eſſet & ſenſus. ſubiectam autem inuidiæ eſſe quis dubitat? Ego locum ſuſpectum puto.

Fabius quod maxime petebatur ad Anxur opp.) 147. E. Nec hoc ſatis clarum eſt. Fabius petebat, Anxur petebatur. Sed quare maxime petebatur? an quia locupletius oppidum, & plus ibi prædæ ſperandum?

Saltem acquieſcere eo tempore.) 148. G. Et hic videtur aliquid næui, ſed alij diſtinguunt ante rem familiarē, vt acquieſcere compoſitum, nihilo plus ſignificet, quàm ſimplex quieſcere.

L. Gurius Medullinus tertium. (148. I. Anno ab Vrbe condita 357. rurſus tertium fit hic Lucius tribunus mil. conſ. poteſtate, quare neceſſe eſt vt alterutro in loco Sex. Furius legatur: neque enim idem bis poteſt tertiùm fuiſſe tribunus. Eadem de cauſa anno 355. Sextum Furiũ Medullinum quartum legam. Omnino in bis prænominibus tantus eſt error, & tam nulla propemodum via ad veritatem, vt de eis deſperarim. Furium enim Medullinum ab anno 323. ad annũ 364. decies ter habebis in magiſtratibus. In Chronologia noſtra hæc magna cura digeſsimus, ideoq́; hic obiter ea annotamus. Lector ipſe diſpiciat.

Cn. Cornelium Coſſum. C. Fabium Ambuſt. Sp. Nau.) 148. K. Et horum tribunorum nomina mirè variant codices. Cornelius ſæpius ante fuit, ſæpius & Fabij Ambuſti. Itaque Cn. Cornelium Coſſum IIII. legam, & C. Fabium Ambuſtum iterum. Porrò Sp. Nautius Rutilius anno 339. tertiùm fuit tribunus mil. conſ. pot. quare, ſi modò non eſt alius, hic quartum adijciendum: niſi quis dicat codices errare, vt certe ſæpiuſculè. Sequente etiam libro anno 354 pro C. Cornelio, quidam Cn. Cornelium repoſuerunt. cum eo tamen in loco iterum dicatur qui tum quintùm fuerat.

Sunt qui Artenam Veientium non Volſcorum.) 149 A Vellem Liuium & in aliis tam ſolicitum fuiſſe oppidorum nominibus, nec barbarorum tantum, ſed ipſius Italiæ: quod nimis ſæpe fortaſſe querimur, at non abſque cauſa, vt ſuis locis oſtendimus.

FINIS.

IN T.

IN T. LIVII LIBRVM QVINTVM, HENRICHI GLAREANI LORITHI ANNOTATIONES.

ALIA in vrbem & cõtra oppidanorum eruptiones versa, aliis frõs.) 149. E. Vide genus hoc dicendi, vt mutatum alia, mox aliis. Neq; enim, aliis, cum auxilijs coniungendum.

Quàm ne quid per infrequentiam iuuenum. 150. F. Infrequentiam plerique habent codices, quod etiam excusari potest, præsertim si, per, pro propter accipiatur. ego tameo frequentiam magis probo, quod quidam emendarunt.

Et ne in turba quidem hærere plebeium quenquam.) 150. G. Hærere quid sibi boc loco velit, ipse propemodum hæreo. Turbam autem vocat octo tribunos mil. cons. potestate, quot nunquam antea creati fuerant.

Quàm dissoluendæ maximæ tribunitiæ potestatis rentur.) 150. I. Quidam causam intelligunt vt sit sensus, quã concordiam rentur esse causam dissoluendæ potestatis tribunitiæ. Quidam pro genitioo, potestatis, datiuum, potestati. restituerunt, quod placet: nam verbum, sum, sæpe hunc habet casum.

Nec ipsi per intermissiones has interuallaque lentiorem.) 151. E. Legendum puto, & ipsi, pro nec ipsi: nisi quis pro lentiorem malit legere celeriorem.

Q. Seruilium, P. Virginium.) 153. D. Q. Seruilium Fidenatem legendum puto, vt postea aliquoties legitur. Fuit autem filius Q. Seruilij dictatoris, cui alij Structo, alij Prisco cognomen fuisse tradiderunt, vt præcedenti patet libro. Item Q. Sulpitium Camerinum, vt anno 357. legitur, ita hic quoque existimo legendum. Hunc quoqoe Manlium, alij Manilium vocant. & Sergium Fidenatem tertio hinc anno ipse Liuius vocauit: nisi quis hoc loco ab authore consultò omissa cognomina putet, qood ego nõ existimo, præsertim vbi magistratus creantur.

Nę ego libenter experirer quàm non plus in bis iuris.) 154. I. Næ cum diphthongo posteriores scripserunt. Cæterum sensum ipsum non planè (nisi iuris pro æquitatis exponamus) percipio. Comparatio est Sergij Virginiiq; ad tribunos plebis. Sed iudicet lector.

Cn. Cornelio Cosso iterum, Cn. Fabio Ambusto.) 154. K. Ad finem prioris libri testati sumus, in huius Cornelij, atque adeo eõam Ambusti prænominibus miram esse variationé, vt vix quid sequamur, certò definire queamus.

Vnum bellum annum iam tertium trahi.) 155. A. Atqui hic erat annus quintus quando cœpti erant Veij obsideri. Vide anno ab Vrbe condita 350 ipsius Liuij verba. Quare annum iam quintum legam: neque enim minuere tempus, sed ampliare volebat.

Is quod perissent patres quidam primo incep. Repub.) 155. B. Hunc locum & varie lectum, & varie distinctum in plerisque codicibus reperias, sed mihi nondum liquet quid de eo statuendum. Longum hyperbatum est. Cæterum quæ post paucos versus sequuntur. Cum arderent inuidia non patres modò sed etiam Tribuni plebis. & ipsum obscurè dictum est. quanquam ita intelligi potest, quomodo dicimus, Socrates laborabat magna inuidia, videlicet cui multi inuidebant, quod sæpius gloriæ est, quàm vitij.

Vt multo verisimilius fit compacto eam rem.) 155. D. Quidam cõpacto mutauerant in conspecto, temere meo quidem iudicio: nam compacto dictum videtur pro cõposito, quo aliàs sæpe vtitur Liuius.

M. Aemylius & Q. Fabius.) 156. G. In horum magistratus creatione C. Fabius Ambustus, non Q. Fabius nominatur. ita & in posterioribus. quare hoc Q. suspectum. Sed de C. siue Cn. Cornelio iam sæpe admonuimus.

Vetus tantum senator.) 156. I. Non meminit Liuius vspiam vbi primum senatores ex plebe accepti fuerint: at meminit Dionysius lib. 7. qui anno ab Vrbe condita 263. primum ex plebe factos scribit. Cornelio autem fratrem non alio modo intelligimus Licinium, quàm quòd patrum ac plebis post Decemuiros cõnubia promiscua sunt facta.

Grauis pestilensque omnibus animalibus æstas excepit.) 156. K. Sub Licinij magistratu priore anno gelidam hyemem descripserat Liuius: nunc hoc anno sequente, quo quatuor plebei tribuni cum vno patritio fuere, tristem hyemem ac grauem æstatem fuisse ait, quæ descriptio byemis ac ęstatis duorum annorum bene perpẽdenda est, propter sequentia.

L. Furium Medullinum tertiùm) 157 D. Priore libro non ita longe à fine annotauimus, bis legi hunc Furium tribunum tertium: itaque aut hoc loco sextum, aut supra anno 350. pro Lucio legeodum At anno sequẽte haud dubiè legendum L. Furius Medullinus quartum, quippe qui posterioribus annis ter adhuc fit tribunus mil. cons. potestate.

P. Cornelius Maluginensis, Au. Manllius.) 158. G. Legendum, P. Cornelius Maluginensis iterum. Nam fuit etiam anno 351. Item A. Manlius III. quippe qui fuit antea bis, anoo 350. & 353. Quidã etiam Manlium vocatum putant, atque ita codices variant.

Maxime in ea parte Hetruria.) 159. A. Vide qnid referat in ea parte: vniuersamne Hetruriam, an eam vnde petebatur auxilium, & quæ Gallis vicinior, Romanis remotior erat, de Gallis autem Liuius perinde atqne de Indis loqui facit Hetruscos.

Omnesque deinceps ex collegio eiusdem anni.) 159 B. Hic P. Licinius Caluos tribunus mil. fuit anno 355. at reliqui quatuor anno 356. Caluus quidem ex plebe cum quinque patritiis: at bi quatuor plebeij cum vno patritio M. Veturio. Illud igitur eiusdem anni, quomodo intelligendum fit, hæreo. Nam quòd quidam dicunt, eiusdem non ad Caluum, sed ad ipsos quatuor tribunos refereodum, mibi oon satis facit: paulo enim post Licinius ipse collegas vocat hand dubiè suos: quare hoc effugium est, non vera soluendi via. Ego puto lapsum memoria anthorem, nec id adeò religiosum illi: nisi quis codicem corruptum existimet, quod nec ipsum impossibile est.

Vt eum inoidiam lenire suo priuato incommodo) 161. E. Hic locus in Aldino codice (meo quidem iudicio) corruptè legitur, ad hunc modum: vt eam inuidiam lenire quàm minimo suo priuato incommodo, publicoq; Rom. populi liceret. quasi Camillus pro se deprecatus fuerit, quod alienum à veritate esse puto, cum contrarium apud Valerium Max. lib. 1. de omnibus pateat. Quare veterem lectionem magis probo, quæ ita habebat: Vt eam inuidiam lenire suo priuato incommodo, quàm minimo publico populi Romani, liceret. quasi Camillus de publico bono magis solicitus quã de priuato, optarit Reipub. commodum præ suo commodo. Itaque incommodum suum noo deprecabatur, & publicum quàm minimum incommodum, si totum abigi non poterat, precatur.

Cæsonem Fabium Ambustum iterum.) 162. K. Fabij Ambusti quater ante hunc locũ in magistratibus mẽtio est. Anno eoim 343. cos. Q. Fabius dicitur: ãno 349. item 351. & 354. C. Fabius: quanquam quidam libri Claudius habebant, luculento codicum errore. Hic denique Cæso dicitur plerisqoe in codicibus, in quibusdam etiam C. Fabius. M. quoque Fabij, in sequentibus mentio est, qui pater dicitur legatorum Fabiorum ad Clusium, ac contra Gallos pugnantium. Atqui si hic iterum fit tribunus mil. qui ex prioribus emendandus ad hunc fit locus, non planè constat.

Nihil de collatione dicere stipis ver. quàm de.) *163*. D. Meritum Apollinis fatetur Camillus in vrbem Romanam: ergo stipis verius inquit quàm decimæ. Cæterùm quæ sequuntur verba, difficultatem habent. Populum enim liberatum vult, quòd quisque priuatum se obligauerit, At quod paulò antè dixerit furere ciuitatem: ob id dixit, quod non modò rerum mouentium, sed vrbis agrique capti decimam quoque deberi, nec tamen de illo vllam fieri mentionem, quæ mihi in hoc notantur, vt lector veteres codices diligentius introspiciat.

Latores legis in annum eosdem reficiũt.) *164*. F. Hic erogationem vocat legem: tertio statim versu, rursus rogationem. Hoc idẽ facit anno *362*. cũ iurisperiti ea distinguant, vt est apud Festum: quidam tamen tertio pòst versu largitioni legunt, quod mihi non placet.

L. Valerius Pub. Sp. Posth. P. Cornelius iterum.) *164*. F Prænomen Valerij hic L. est, sed initio libri sequentis anno *366*. in plerisque codicibus Au. legitur, & anno *368*. rursus L. non A. habetur, vbi tertium fit tribunus mil. Paulò autem post hunc locum L. Varius legatus Delphos mittitur, haud dubiè alius à tribuno. De P. Cornelio maior est dubitatio, Cossúmne an Scipionem velit. Scipio prioris anni fuit tribunus mil. cui si continuatus honos esset. Liuius fortè innuisset, quanquam id aliquando omittit. sin Cossus fuit, iam hic non iterum, sed quartum esset, ideoque de neutro quicquam definio.

Creati COSS. L. Valerius Potitus, M. Manl.) *167*. D. Dionysius libro *1*. vbi chronographica tractat, hunc annum à primis COSS. ait esse centesimũ vndeuicesimũ: quibus si addideris annos quibus Roma sub regibus fuit, reperies annum ab Vrbe condita trecentesimum sexagesimumtertium. Rectè igitur biennio pòst Camillus supputat trecentesimum sexagesimumquintum, contrà atque senes paulò pòst supputant, imò quàm Plutarchus in Camillo. atque adeo quàm Plinius libro *33*. cap. *1*. sic codices non fallunt.

Ob quæ Volsinienses Salpinatibus adiunctis.) *167*. E. Volsiniensium meminit Plinius in descriptione Hetruriæ: Volsinij oppidi Ptol. Salpinates qui sint, mihi nondum compertum. Cum C. verò Iulio censore collega fuit L. Papyrius, vt lib. *9*. P. Sempronius tribunus plebis recitat aduersus App. Claudium censorem.

Aruntem Clusinum ira corruptæ vxoris.) *168*. I. Sermo est relationibus satis impeditus. Lucumonem intelligimus vxoris tutorem fuisse, aut Aruntis, non autem Aruntem Lucumonis. Hunc autem repetit Liuius, quod videbatur longius hyperbaton.

Nec cum his primùm Hetruscorum, sed multo antè.) *168*. I. Vide & hoc genus sermonis. Dubium enim non est quin dicere velit, non cum his Hetruscorum, qui hoc tempore Clusium, aliaque circa Thusciæ loca possidebant, Gallos pugnasse, sed cum ijs Hetruscis, qui inter Apenninum Alpesq; incolebant. Sed haud scio an huiusmodi dubitationes propriè nostri sint propositi.

Ab Saluiorum gente oppugnari.) *169*. B. Strabo lib. *4*. Salyes (inquit) inter Rhodanum Alpesque possident agrum ad quingenta stadia. Plin. libro *3*. cap. *5*. Ligurum (inquit) celeberrimi vltra Alpes Salyi. Ita variegatum nomẽ est & declinatione & literis. Nam & hic Saluuij legitur, & Saluij. Forsitan hinc & Salassij, quorum in Italia meminit Ptolomæus. Salussiorum etiamnum nomen in Italia manet vicinum Liguribus. Hæc ideo nobis annotantur, quod videmus aliter atque aliter apud diuersos scribi. Cæterùm si hoc in loco pergam de Rhetis, item de Celtarum populis dicere, res nullum inueniet finem. Sed hoc non agimus.

Massilienses erant hi, nauibus à Phocide profecti.) *169*. B. A Phocæa legendum ex primo libro Herodoti, atque adeò ex ipso Liuio. Nam lib. *4*. decados quartæ, vbi de Emporijs Hispaniæ vrbe disserit, Iam tunc Emporiæ (inquit) duo oppida erant muro diuisa Vnum Græci habebant à Phocæa, vnde & Massilienses oriundi, &c. Eodem modo libro *6*. de secundo bello Pun. vbi primum P. Scipio copias Emporijs exposuit. Pro quo notandum Phocæam esse Ioniæ vrbẽ in Asia, vnde denominatiuum, Phocæus, Græcè φωκαιεὺς apud Herodotum, apud alios etiam φωκαεὺς, Latinè Phocæenses tetrasyllabon. In Strabonis Græco codice deprauatè reperias φωκεῦσι, pro Φωκαιεῦσι, de Ionibus. Porrò de Phocæensibus his est adagium, φωκαιέων ἀρὰ, id est. Phocæensium execratio. Phocis autem regio non ciuitas est Græciæ, longè mari à Phocæa, proxime Bœotiam, in qua Delphi oppidum, Apollinis oraculo clarum. Vnde denominatiuum φωκεὺς vel φωκικὸς & adagium φωκέων. siue φωκικὴ ἀπόνοια, id est, Phocensium desperatio. Hinc Latinis erroris occasio in Phocæensis & Phocensis siue Phocidensis, vt multos Romanorum vel non attendisse, vel ignorasse id discrimen putem. Nam & Ouidius Phocaicus à Phocæa Ioniæ vrbe dixit libro *6*. Metamorphos. & Phocæus ab Phocide Græciæ regione libro *5*. vbi de Pyreneo tyranno, & lib. *11*. Phocæus Anetor. & Aul. Gell. lib. *10*. cap. *16*. ex Iulio Higino similiter ex terra Phocide ait, vbi de origine Massiliensium, qui non ex Phocide Græciæ regione, sed à Phocæa Ionæ vrbe pulsi ab Harpago Cyri præfecto, in hanc concesserunt Galliæ regionem.

Saltusque Iuliæ Alpis.) *169*. C. Iuliæ Alpis eo in tractu haud scio num quis alius author præter Liuium meminerit. Certè Cornelius Tacitus Iulias vocat Alpes quæ versus Caruos sunt. Nisi in Liuio sit anticipatio, quod mihi non placet. Ideoque facilè assentior D. Beato Rhenano hunc locum rectè restituenti, vt legatur ipsi Taurino saltu inuias Alpes transcenderunt.

Cenomanorum Elitouio duce.) *169*. G. Atque inde existimo quosdã erroris sumpsisse ansam, vt hoc loco pro Cenomanorum substituerint Germanorum, non attendentes hic antea de Bellouesо vtique Gallo dictum, Taurino saltu per inuias Alpes duxisse suos, subsecutos autem eodem saltu Cenomanos. quod de Germanis. qui in Tricastinos non venerant, intelligi non potest. Præterea hic Gallorum in Italiam transitus describitur, non aliorum populorum. Primum autem Liuius cõmemorat septem Celtarum populos cum Belloueso venisse in Italiam: post hos Cenomanos. tertio Saluios, quarto Boios Lingonesque. vltimo Senones qui Romam deleuere. Fortassis & inde decepti, quod sensum authoris non rectè perceperunt. Non enim Liuius vult dicere, Cenomanos ibi transcendisse Alpes vbi Brixia ac Verona sunt, sed postquam per Bellouesi vestigia in Italiam venerint, consedisse ad ea loca (videlicet superioribus occupatis per priores) vbi nunc Brixia ac Verona, quæ quidem antè Libuorum erant. Et Plinius lib. *3*. cap. *19*. Brixiam Cenomanorum vrbem fatetur, quemadmodum & Ptolomæus, & Liuius quoque lib. *2*. de bello Macedonico. Iidem qui priorem emendarunt temerè, meo quidem iudicio, locum hunc quoque corruperunt, pro Libui reponentes Ibi. Nec obstat quod & Plinius & Ptolomæus Libuis Vercellas attribuant: verisimile est enim ante Gallorum aduentum latiores fines habuisse eos. In codicibus Ptolomæi magis pudendo errore Libyci legitur. Legendum prætereà puto Litauico duce, quod nomen est lib. *7*. comment. apud Cæsarem, atque etiamnum hodie manet in Gallia.

Post hos Salluuij qui prope antiquam gentem.) *169*. C. Et hunc quoque locum idem Beatus egregie restituit: quanquam id obscurum est, num Salluuij cum Saluijs, Salibusque, idem sint populus. Leuos item Ligures non memini ferè apud authores legere.

Deinde Boij, Lingonesque transgressi.) *169*. C. Quidam codices habebant Ligures, sed errant. Boij autem Galliæ haud dubiè priscus populus, quippe qui cum Lingonibus in Italiam hic tot ante secula venisse tradantur, vbi in immensam potentiam creuerunt ita vt cum Romanis exercitibus sæpe conflixerint, idque multis annis: vt ex tertia quartaque decad. apud Liuium latè patet. Postremò autem à Romanis eiecti supra Tauriscos, ad Danubium habitarunt. Rursus tẽpore Marij vnà cum Cimbris ac Heluetijs. vt Strabo scribit li. *7*. aduersus Romanos pugnauere

pugnauere, atque etiam tum victi. ad tempora vsque C. Cæsaris vicini Heluetijs in parte aliqua Hercyniæ sylux, vt quidam credunt, manserunt, cum quibus postea contra Cæsarem tulerunt arma: vbi rursus victi, deprecantibus Cæsarem Heduis, quòd egregia virtute erant cogniti: vt ipse ait, in antiquam remearunt patriam, relicta, vt verisimile est, ad Danubium prole aliqua, vnde quidam Boemos ac Bauaros dictos volunt. Hæc pluribus verbis quàm oportuit egimus, ne temerè libri emendarentur, siquando non congruentia de Boijs apud authores inueniantur, propter tot eius populi mutationes.

Ab Vfente flumine.) *169*.D. De alio loquatur flumine oportet quàm quod Plinius lib. *3*. cap. *5*. ad Anxur describit: hic enim de Venetorum regione loqui videtur. Meminit Boccarius, sed ex hoc Liuij loco adiutus, nullum alioqui ex authoribus adducens testimonium.

Nec vlla cæde pognarum fuit.) *171*.B. Alij hoc mutarunt, atque ita legunt: Nec vlla cædes pugnantium fuit. id quod ego non intelligo. Fortassis autem propter sequentia continuò verba, ita legere placuit. at etiam illa obscurum habent sensum, ideoque lectori consideranda sunt.

Omne inde tempus suspensos ita tenuit animos.) *171*. D. Sed nec hic locus totus satis patet. Trium temporum est hic ordo, & vis in illo, ideo etidem. Primo quidem aduentu imperum Gallorum Romani Romæ expectabant, alioqui apud Alliam mansuros fuisse Gallos existimabant. Deinde sub occasum solis, cum ne tum quidem inuaderent vrbem Galli, quod tamen expectauerant Romani, in noctem dilatum consilinm ijdem existimabant Romani. quò plus pauoris illi referrent. Denique lux appropinquans exanimabat, timorique quem perpetuò habuerant, malum hoc, quòd videlicet vrbem inuaserant hostes, continuum fuit, cum primum signa infesta portis illata sunt. Verùm instituti nostri non est his diutius immorari.

Vrbis per trecenos sexaginta annos.) *172*.F. Non admodum rotunda est hæc annorum supputatio, sed ea potius quæ postea in Camilli oratione ad finem huius libri exhibetur: erat enim hic annus ab Vrbe cond. *365*. Scio apud Pliniũ lib. *33*. cap. *1*. legi *364*. & apud Plutarchum *360*. at codicibus non confido.

In eo cliuo eas cum L. Albinus de pl. R.) *172*.H. Valerius Maximus lib. *1*. L. Aluanium vocat, sed errore, vt puto, codicum.

Cædicius negare se commissurum.) *175*.C. Video, inquit Cæditius, finis mei adest imperij. Atqui ego haud committã vt mihi aut deorum aut hominum quisquam imperium finiat potius, quàm ipse memor ordinis mei deposcam imperatorem. De quo autem proprie ordine loquatur, considerandum. Item quod post aliquot deinde sequitur versus, Milites que haberent imperatorem quem vellent: de Camillo intelligendum: quem volebãt milites. non alium. Et rursus paulò post, Lex Curiata lata est, quidam malè mutarunt in, lecta est.

Hæc culti neglectique numinis tanta monimenta.) *178*.H.

Monimentum à monendo proprie hic quadrat: quanquam quibusdam momenta etiam non displicet, sed non mutauerim.

Aio Lucutio templum propter cœlestem vocem.) *179*. A. Et hoc loco. & paulò ante initium huius orationis quidam pro, Aio Locutio, emendarant, Allocutio, quam syncopam ego neutiquam probo. Meminit huius Dei Aul. Gell. lib. *16*. cap. *17*.

An malitis hanc solitudinem vestram quàm vrbem.) *179*.D. Quidam pro, an, legunt. non. Sed ego haud satis intelligo quid sibi per solitudinem velit: & quæ sequuntur, non admodum clara sunt. Vtitur libro sequenti rursus hac voce, de Volscis loquens: Quæ nunc vix seminario exiguo militum relicto, seruitia Romana absolutione vindicant.

FINIS.



IN T. LIVII LIBRVM SEXTVM, HENRICHI GLAREANI ANNOTATIONES.



NTERREGNVM tum inijt P. Cornelius Scipio iterum.) 181. B. Cornelius atque Camillus ambo interreges fuere anno 364. ab Vrbe cond. ideoque non legam Scipio interrex, pro Scipio iterum. vt quidam temerè, meo quidē iudicio, hunc locum emendarunt. Ijdem etiam, tum, sustulerunt ante verbum, inijt.

A. Valerium Publicolam iterum. 181. B. Hic Valerius superiore libro, vt diximus, anno 361. ab Vrbe cond. & hoc libro anno 368. Lucius, non Aulus vocatur. Lector dispiciat vter erret locus. Et A. Manlius legendum, non Manilius, vt patet ex anno 372. vbi tertium fit trib. mil. cons. potestate.

Alia ex alijs edita etiam in vulgus. Quæ autem.) 181. B. Obscurus est hic sensus: nam illud, alia, quid referat nescio: neque enim magis fœdera quā leges referre videtur. Quidā, pro ex alijs, emēdarunt ex eis nihilominus in obscuro manente sensu. Porro quæ de sacris suppresis subiunguntur, & ipsa explicari conueniebat, quænam fuerint sacra, & quomodo suppressa magis obstringebant religione animos: nisi Bacchica erant, & nisi per dolum oppressa à pontificibus intelligamus.

Quidam, quod postridie Idus Quintiles, &c.) 181. C. Vide in hoc contextu, traditum putant, dictúmne sit pro tradunt: nam alioqui planè syntaxim non capio. Item illud, neque, exponendum pro, & non: vt negatio in verbum, inuenta, incumbat: nō in, obiectus esset. tum illud etiam notandum, quo pacto dicat, post diem tertium, quod factum est die tertio. postridie enim Idus Quintiles non litauit Sulpitius, hoc est, pacem Deûm non impetrauit, expositore Nonio Marcello: & ad XV. calendas Sextiles exercitum Romanum hosti obiecit. quasi ita dicas: Sulpitius decimasexta Iulij die non placatos inuenit deos, & decimaoctaua eiusdem mensis die conflixit. Vt non magnopere mirandum, quod apud Marcum euangelistam capiteo octauo legitur, καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀναστῆναι, & post treis dies resurgere. vbi magnopere laborant magni nominis Theologi.

Qui post pugnam ad lacum Regillum factam.) 181. D. A pugna Regillensi ad hunc annum, in Liuio sunt plures quàm centum ac decem anni: at à pace Hernicis data prorsus centum. Ad Hernicos itaque hoc loco anni referendi.

Ad deditionem Volscos septuagesimo demum anno.) 182. F. Primum bellum Volscis à Romanis motum fuit sub Tarquinio Superbo in ducentos amplius post suam ætatem annos, ait ipse Liuius libro primo. Postea vero liberata Vrbe anno decimoquinto, ab Vrbe autem cond. 259. rursus illis bellum motum, vbi centum ac plures sunt anni in vtroque numero. quapropter in illo septuagesimo anno errorem puto. Ad id iam & in alijs locis sæpe ostendimus, quare hic minùs mirum.

Q. Seruilius Fidenas, Q. Iulius Tullus.) 183. C. Legendum, Q. Seruilius Fidenas quintum, Q. Iulius Tullus. Errorem fecerunt, quintum ac Quintus, vt identidem in codicibus alterum omissum fuerit. Legendum etiam L. Lucretius Tricipitinus iterum, & Ser. Sulpitius Rufus iterum. fuere enim tribuni vterque anno 364.

L. Papyrium. Cn. Sergium.) 183. E. Hoc loco Cn. Sergius legitur, postea verò anno 375. Caius, vbi tertium dicitur tribunus mil. cons. pot. Nec tamen vbi iterum fuerit, vspiam inuenio: vt planè suspicer anno 370. omissum eius nomen. Nam post Camillum V. tribunum mil. perpetuò sex fuere tribuni mil. cons. potestate.

Tribus quatuor ex nouis ciuibus additæ Stell.) 184. F. Annius Viterbiensis, homo Hetruscus, legendum putat Tromentina, pro Pomentina, & Arniensis, pro Narniensis. qua de re quidam posterius nomen mutarunt: at in priore neminem vidi motum vt variaret, neque enim firmis pugnat rationibus. Cæterùm hic numerus mihi suspectus de XXXV. tribubus, denario: quippe tempore Coriolani XXI. erant tribus, authore Dionysio Halic. hoc autem loco quatuor additæ efficiunt numerum XXV. Neq; vllas hactenus tribus additas memini. Cum autem tempore Liuij tribuum numerus erat XXXV. vt ex libro primo patet in Ser. Tullio, quatuor autem vltimis huius decados libris binæ additæ inueniantur, præter quatuor vrbanas, à Q. Fabio Maximo (qui id cognominis eadem caussa habere meruit) libro nono adiectas, quomodo hic legemus XXXV? Errorem errori accumulauit, vt puto. locus ille libro secundo, anno ab Vrbe cond. 259. vbi XXXI. tribus pro XXI. leguntur factæ: quod ibidem annotauimus: quanquam tribus nomen latè patet, vt vel apud Dionysium liquet in Ser. Tullio.

Ser. Cornelius Maluginensis.) 184. F. Quidam libri Seruilius, quidam Sergius Cornelius habebant: sed ea nomina sunt, non prænomina, ideoque Seruius legendum.

Qui dictatorem se iam quartum creasset.) 184. H. Non hoc loco quartum fit dictator Camillus, sed postea anno 386. quintum autem ad finem huius libri. At tantum senatus de se iudicium, collegarumque tàm benignum animum, perinde habuit atque si dictator creatus fuisset: ipse enim non ita multo pòst dicturus est ad cunctabundos milites: An me, quod non dictator vobis, sed tribunus signum dedi, non agnoscitis ducem?

Sed quia nisi magno apparatu tormentis ma.) 185. E. Mirum hoc videri potest, cum ad finem libri secundi iam facilè capta fuerit. Sed dicet, quis, interea temporis coloniam factam, ac ideo firmiorem fuisse. id vero est effugere obiectionem, non soluere nodum. Nam eadem opera dici poterat, & Romanis ab eo tempore multum ditionis ac imperij accessisse. Sed hoc non agimus.

Ab Nepete ac Sutrio auxilium.) 185. E. Ita Liuius id nominis vsurpat, perinde atque tertiæ sit declinationis, ac neutri generis. Nam paulò pòst dicturus est, Nepete exercitus ductus. & anno 372. Et triumuiros Nepete coloniæ deducendæ creauerunt. At tertiæ declinationis neutra in e, ablatiuum habent in i. Nisi dicamus neglexisse hoc Liuium. Græce est Νέπετος. In Strabonis codice Νέπετα lib. 5. & in Plinium Nepeta, ita vt nihil inde certum colligas.

Legiones vrbanæ quibus Quintius præfuerat.) 186. F. Superius in exercituum diuisione L. Quintius Cincinnatus causarijs senioribusque præficitur, quos hic cum Camillo missos non est verisimile, sed alterum exercitum paratum instructumque in vrbe ad omnem euentum, cui Camillus Q. Seruilium collegam præesse voluit. Ergo hoc loco Q. Seruilius legendum, pro quo Quintius positum est. & potuit videri à librarijs corruptum, si non continuo altero versu sequeretur, Quintius Horatiusque successores Valerio in Volscos missi. Quare Liuium memoria lapsum hoc loco putamus: nisi quis & hæc corrupta putet.

Insequenti anno A. Manlio, P. Cornelio.) 186 K. Manlius ab initio huius libri tribunus mil. fuit: ergo hic addendum, iterum. P. Cornelius autem ab anno 360. quater fuit in magistratibus, sed ter, nullo adiecto cognomine. Credo Liuium offensum tot nominum inani propemodum nomenclatura. Ita & Cn. Sergij Fidenatis nomen II. hic omissum, vt paulò ante diximus.

Idem moliri cœpit acriores, quippe æris al. sti.) 187. B. Colon ponendum puto post verbum, stimulos. Quæ vero deinde sequuntur, verba sunt Manlij seditiose conquerentis de patribus, mouentisque senatui inuidiam.

Quæ

Quæ nunc vix seminario exiguo &c.) 187.D. Semmarium pro semine posuisse videtur. Cæterùm quidam vendicant legunt, quod est appropriant, ac suum esse dicunt. Quidam vindicant, pro vlciscuntur, ac à contumelia defendunt. quasi dicat Liuius, ab solitudine vindicant, id est, à latronibus defendũt. Ego, vt ingenue fateor, sensum non intelligo, præcipue vero illud, solitudine.

Et Cerciensium quidam, & colooi etiam à Velitris.) 187.D.

Quidam hunc locum emendarunt in Circeienses: nam Velitras Circeiosq; ipse Liuius coniungit anno 3,2. etiam si hoc loco & paulò pòst separare videatur. excusationem tamen hi loci habere facile poterunt. Cercienses certe qui sint, non puto vspiam reperiri: quare libro octauo quoq; non ita longe ab initio L. Numitium Circeiensem legendum, non Cerciensem.

Multiplici iam sorte exoluta mergentibus se per sortem vs.) 188.I.

Quidam pro, se per, legunt semper, vt intelligamus. vsuras ita multiplicatas, ac ab ipso solutas, sortem iam aliquoties æquasse: vt sit sensus, vsuras toties suppullulascentes merisisse sortem, atque ita se fœnore obrutum. Quanquam, vt vsuræ mergant sortem, dubitabit aliquis.

Neminem vestrum, inquit, Quirites donec quicquã.) 188.K.

Et hunc locum ijdem mutarunt, ne quem legentes, pro neminem, Sed imperfectior est sermo, & qui desideret aliquid. quasi dicat, ideo fundum meum præconi subieci, ne quem. Manlij sunt verba, vt illa superins posita: Esse qui non egestatem modo atque ignominiã minentur, sed neruo ac vinculis corpus liberum territent.

Ne abstuleritis obseruantibus etiam oculis.) 189.D. Si obseruantibus oculis legamus, vt habent pleriq; libri, simplicior erit enunciatio. Sin oculos, vt quidam, speciosa erit hyperbole.

M. Furius Camillus quintum.) 191. A. Legendum M. Furius Camillus VI. & Ser. Sulpitius Rufus tertium: vt facilè patet ab initio libri quinti (nam illic primum Camillus creatur tribunus mil cons. po.) omnia magistratuum nomina recensent. Idem erroris, de Camillo quidem, accidis anno 374. in plerisque codicibus, vbi VII. fit tribunus mil. De Sulpitio anno sequenti 372. vbi fit quartũ, etiamsi codices reclament. Cæterum quod hic duo verba, iterum, ac secundum, indifferenter leguntur. videtur ex numeri notis II. accidisse. Hæc vt pusilla ridebit fortasis quispiã, vt haud quaquam notatu digna. At non piguit Aul. Gellium in libro decimo eadem de re longum texere caput, vt non dicam anxie, quod nos leui brachio.

Ne fortuna mea desit, videte.) 191. C. Satis obscurus sermo: nescitur enim, mihine, an vobis, intelligendum, animus ipsius planè iam ruinam præsagiebat, Sed multa huiusmodi dissimulamus.

Fortè etiam in arce positam.) 191.E. Quid illud, forte, sibi velit, non planè video, quando non fuit dubium M. Manlij domum fuisse vel in Capitolio, vel in arce: sed videtur de his duobus dubitasse Liuius: nisi quis, forte, exponat pro casu, aut Liuiũ Monetæ ædem ignorasse, quod neutiquam credo. putet. Cæterum vt Capitolium ab arce discreuerin, ex Liuio non facile cõstat, sed ex Dionysio, vbi de App. Herdonio.

Nam &, quia eundem & suæ potestatis, quem lib.) 192.F.

Quidam ante nam & post verbum, crediderant, parentheseos signa apposuerunt: alij ante quia, & post verbũm cernebant: alij vtroq; in loco, alij nusquam. Sensus haud est obscurus, durã tamen habens compositionem, vtcunque distinguas. Paulò pòst item legendum, Q. Publius non Q. Publilius, nemo enim duo habuit prænomina.

Ab accusatoribus obiecta sunt reo.) 192.H. Quid si, sint, legas? vt sit ordo: Quæ pertinentia proprie ad regni crimen ab accusatoribus obiecta sint reo, apud neminem authorem inuenio.

Cicatricibus bello trigintatribus acceptis.) 192.I. Ita plerique habent codices. Alij numerum sustulerunt, tanquam ex Plinio subdititium, quod ego non credo. quanquam neutrum, cur vel negem vel affirmem, sat habeo. Cæterùm nec cum Plinio nec cum Cicerone in Manlij donis Liuius probe conuenit: sed non in hoc solum, de Dentato ac alijs idem accidit.

A. Manlio tertium.) 193.C. Hic locus satis conuincit, anno 369. initio huius libri A. Manlium legendum esse, non Manilium, quod ibidem etiam adnotauimus. Fuit autem M. Manlij frater, vt Titus, quemadmodum paulò antè habetur. Legendũ etiam hoc loco, Ser. Sulpitio Rufo IIII. quippe qui ter antea fuit. & L. Lucretio Tricipitino tertium, qui antea bis fuit.

Sp. & L. Papyrius duo noui tribuni.) 193.E. Ita habent vetustiores aliquot codices. quidam mutarunt ita: Sp. & L. Papyrij noui tribuni mil At ego cognomen appositum suspicor vel Crassi vel Cursores, pro illo, vs duo: & anno 375. Papyrium ex his duobus alterum fuisse.

Ser. Cornelio Maluginensi III.) 193.E. Quidam pro tertium, legunt quartum. Sed ijdem tertio hinc antea anno legunt iterum. hic igitur tertium legendum, quippe qui proximo anno noo fuit in magistratu. Nisi quis anno 358. pro Publius, Seruius legendum existimet, quod ego non puto.

Et supina valle Romanam Inclinauit aciem.) 195. B. Haud dubiè hæc retulit ad verba præcedentia paulò superius: Leuis à tergo cliuus erat inter aciem & castra at nihilominus locus obscurus est, mihiq; suspectus.

Optimum visum est in fluctuantem aciem tradi eq.) 195.D.

Hæc obscure dicta sunt. nam de qua acie Intelligẽdum sit ignoratur. Verum cum ipsi pedites In certamen ibant, non equites, fortasis equos fortunæ commisisse commode quis exponat. Illud etiã paulò pòst: Sensit ergo euentus virtutis enixe opem dubitationẽ habet, sed tolerabilem. Itaq; quidem libri enixæ legũt, vltima cum diphthongo.

Pace constanti vim Romanorum arcuerunt.) 196.F. Valerius Max. lib 7 cap. 3. manifeste fatetur consilij acumen fuisse in Thusculanis. Sed mirum Romanos tam facilè ignouisse, imò ciuitatem eis dedisse. An vicinitas terruit? Cæterùm scire velim vt cum captiuis actum, neque enim hoc recitat Liuius: & suspectam rem faciunt nec minus dictatoris Tusculani verba. Sed hæc longius prosequi, non est huius instituti.

At repletas semitas inter vulgus.) 196.G. Neque id genus locutionem planè assequor, tametsi sensus non est vsque adeo difficilis. Fortè autem anastrophe est, vulgus inter repletas semitas.

Precibus euentum vestris Senatus quẽ videbitur da.) 196.H.

Et id genus oratio notanda, nunc quem videbitur dixerit, pro qui videbitur, malens cũ casu antecedente conformare relatiuum quàm cum suo verbo: quod apud Græcos est frequens, & Latini non omnino fugerunt.

Peccetur in vos, dum digni sitis quibus ita satis fiat.) 196.I.

Et hic sensus admodum obscurus est. præcipue vero vltimorum verborum. Videtur autem Senatui Romano blandiri de iustitia, & sermo est adulationi proximus.

C. Sergio III.) 196.K. Huius Sergij nomen in magistratibus antea semel duntaxat, videlicet anno 368. inuenitur & prænomine tamen Cn. non Caio. Sed suspicor anno 370. vbi iterum fuit, omissum nomen, atque hoc loco tertium factum, quod constanter omnes Liuij habent codices. Legendum item Ser Cornelio Maluginensi quartum, quippe qui anno 375. fuit tertium. Sed de hoc etiam paulò ante.

Eodem anno etiam ipsis querentibus penuriam ho.) 198.I.

Omissum est hoc loco coloniæ nomen. Nam de Prænestinis intelligi non potest, qui iam rebellarunt. Quidam de Satrico hoc intelligunt, at hoc statim pòst, fit hostium receptaculum. Ego de Veliternis intelligere malim. Nam illi ocio gestientes, in agrum Romanum incursionem fecisse paulò pòst describuntur.

L. Aemy-

L. Aemylium, P. Valerium IIII.) 199. B. Aemylius fit tribunus mil. quartum anno 373. vt omnes habent Liuij codices: quare si idem est, adijciendum quintum. Quidam putãt hunc Mamertinum cognomine. sed eum qui initio libri septimi cum L. Sextio fit COS. Mamercum. At ratio temporum non obstat quo minus sit idem omnibus his locis. Præterea L. Quintius Cincinnatus etiam anno 369. fuit tribunus mil. Hic igitur, iterum, adijciẽdum: sed Liuius breuitatis gratia omisit, offensus opinor tanto nominum aceruo. & plane res nimium molesta est.

C. Veturius. M. Aulus, & M Cornelius.) 202. F. Quidam pro M. Aulus, emendarunt A. Manlius: sed is prioris anni fuit tribunus mil. Quare legendum C. Veturius II. A. & M. Cornelij. Nam C. Veturius primum fuit anno 378. hic autem II. Cornelij verò postea iterum fiunt anno 388. ad huius libri finem. Hic itaq; primum fuere, & facilitet ex II. potuit M. fieri. Mirum autem, & in his quidem, & præcedentis anni omnibus tribunis, omissa & cognomina & numerum.

An placeret fœnore circumuentam plebem, ni potius.) 202. H. Hoc, ni, tollerem. & planior erit lectio. Neque vero me latet quæ portenta quidam hic prodiderint, vt hunc explicarent locum: mihi satius hoc videtur.

Nisi alterum COS. vtique ex plebe fi. necesse sit, neminem fore) 202. I. Illud, nemiñe fore, quid sibi velit, quidue ad sensum faciat, fateor planè me nescire: nisi in τῷ nisi, incipiamus nouam sententiam.

IIII. ac XL. annos neminẽ ex plebe trib. mil.) 202. I. Hic annus est trecentesimus octuagesimus quintus ab Vrbe cond. At ille quo primi tribuni mil. cons. potestate creati sunt, fuit annus trecentesimus vndecimus. hos si ab illis subtraxeris, relinquentur anni 74. tot enim annis licuit tribunos mil. cons. po. creare, ac ex plebeis etiam. Sed quadragies quater (inquit) hoc neglectum est, imò vero sæpius: nec enim rotundum hunc exhibuit numerum.

Et vti rogassent primæ tribus dicerent.) 203. C. Locus vehementer obscurus Cum rogassent, tribuni scilicet. Et cum primæ tribus dicerent, opinor legem exponendum.

Et quod eundem M. Furium dictat. insequens annus ha.) 203. D. Hic omnino annus rursus omissus est, cuius rei duæ sunt suspiciones. Altera, quod Licinius Sextiusque statim pòst dicturi sunt, nonum se annum iam velut in aciem stare, cum alioqui hic octauus esset. Anno enim 379. cœperant hoc certamen. Item postea Liuius dicet, decimum hos refectos, ante annum tricentesimum octuagesimum octauũ qui nonum refecti essent, si hic annus non inseratur. Altera suspicio quòd C. Licinium, primum ex plebe magistrum equitum Liuius dicat antea fuisse trib. mil. cons potestate, cum nusquá antea legatur. Et loquitur quidem de. C. Licinio Stolone, non Menenio, quod quanquam hoc ex loco ostendi non potest, at libro decimo in P. Decij oratione aduersus nobilitatem de pontificibus etiam ex plebe creandis, satis luculenter id patet. Quare Stolo, quando nullo alio anno inuenitur, hoc anno fuisse videtur tribunus mil. cons. potestate. Idem sentio de P. Valerio hoc anno cum Stolone tribuno. Nam anno tricẽtesimo octuagesimo octauo sextùm dicitur tribunus, cum vbi V. fuerit, non inueniatur. At, vt tandem concludam, hic liber visus est mihi mutilus. & alijs plus iusto breuior, ideoq; hæc omnia mihi suspecta.

Deinde comitijs tribunitijs declararent vol.) 204. H. Videnum legendum, comitijs tributis, vt ad finem orationis Claudij etiam habetur.

Non (inquit) licebit tu de fœnore atq; ag.) 205. A. Verba sunt tribunorũ pl. per μίμησιν ab Appio prolata. Verum cum ait, Et hoc portenti, nisi ex stomacho Appij intelligamus, non planè capio quidnam sibi velit.

Hoccine est in cõmune honores vocare.) 205. C. Si hic atque sequens versus absq; interrogatione legantur, cum quadam dicentis admiratione, plus gratiæ habebunt, quàm vt passim vulgo leguntur verba.

Est aliquis qui se inspici, qui æstimari fastidiat.) 205. D. Hæc quoque absque interrogatione legam, cum ironia, & quasi per irrisionem: &, est aliquis, dixit, velut in Thrasonem, vt illud Satyrici:

Aude aliquid breuibus Gyaris & carcere dignum,
Si vis esse aliquid probitas laudatur & alget.

P. Valerius VI.) 206. G. Hic Valerius quartum fuit tribunus mil. anno 378 interea nusquam inuenitur. Suspicor eum V. fuisse, superiore qui omissus est anno, quemadmodum paulò antè testati sumus. Cæterum P. Manlius, & L. Veturius iterum hic fuere, quod omissum est.

Cum digná eam rem Senatus censeret.) 206. K. Quam rem dignam vocet, ex prioribus non satis liquet. Quidam post facturos, adijciunt fore, sed ad sequentia verba, nihilominus in obscuro manente sensu.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM SEPTIMVM, HENRICHI GLAREANI LORITHI ANNOTATIONES.



RATIA campestri dederunt.) 207. C. Quidam ceperũt legunt, quasi patres illis, hoc est, Prætori ac ædilibus, ceperint præturam ædilitatemq; per gratiam, quam in campo Martio apud populum Romanum inuenerint, technis videlicet, quibus in comitijs vti consueuerunt. Id autem lectoris iudicio relinquimus.

Proportione & ex multitudine, &c.) 207. D. Id etiã obscurum, quanquam relatione intelligitur. quod tamen nõ dico ad eum modum, quo nunc ex præpositione ablatinoque fecimus nomen proportio, quod haud scio fueritne in aliquo apud veteres vsu.

Par deinde per V. & XXX. annos.) 207. D. Impudẽs hoc omnium codicum erratum, ac mirum ab nemine animaduersum, cũ nihil facilius correctu fuerit. Anni enim captæ vrbis sunt 365. vt ipsemet Camillus in oratione ne Veios migretur, ad finem lib. 5. fatetur. Hi autem anni quando mortuus est Camillus 390. à quibus si priores subduxerimus, relinquentur XXV. nõ XXXV. anni. Et paulò pòst, C. Sulpitio Petico legendum, nõ T. Sulpitio Potito.

Accepta itaque res, sæpiusque vsurpando excitata.) 208. F. Post excitata distinguendum: nisi quis acceptare in auferendi casu legere malit. Fescennino autem versu quidam in dandi casu antiquè dictum putant, quod nescio quàm probem: neque enim necesse est vt ab accusatiuo similem regantur, quod absolute, positum videtur, vt illud, in compositum.

Quæ exodia postea appellata.) 208. G. Absque r, hoc legendum, non est dubium: sed num etiam absque aspiratione, non ita clarum. Quanquam si exodia sunt dicta, quòd extra cantum essent, videlicet ridicula versibus intexta, quæ sine cantu iactitare iuuenes solebant, non est omnino dubium. At in his quid deuerbia. quid exodia, quid ad manum canere, nemo non exponit, sed nõ etiam ita nemo non intelligit.

Notam numeri annorum fuisse ferunt.) 208. I. Quomodo vnicus clauus, numeri nota esse potuerit, lectori expendendum, nam ego planè non intelligo.

In templo Nortiæ Hetruscæ deæ.) 208. I. Iohannes anniusin

nius in commentario in Berosum, Propertijq; Vertumnum, ait banc deam Horchiá vocatam: quod, vt solet, non admodum firmis probat rationib. Item paulo post legendum, Q. Seruilio Hala II. L. Genutio. II. COSS.

M. Horatius COS. ex lege templum Iouis.) *208*. I. Dedicatio templi Iouis Optimi Max. lib. *2*. quid attinebat ad solenne claui figendi? Neque enim Liuius eo in loco quicquam de clauo pangendo scripsit.

Verum nutriēdum patri, si quicquam in eo humani.) *209*. A. Ego hunc locum ita legendum puto, Verum nutriendum patri, ac vexatione insigne faciendum, an castigandum potius si quicquam in eo humani esset, fuisse? Quasi dicat, nutriebatur id vitij in agro, patris deinde vexatione insigne fiebat, castigari poterat in vrbe si voluisset pater.

In expectatione ciuitas erat, quòd primus ille.) *210*. H. Quod, pro quia, positum videtur. At illud, perinde quidam mutarunt in deinde: vt, comparatiuum, ad ita sequitur. quanquam videri potest esse sermo non omnino curiosus. Neque erat ille primus ex plebe COS. sed ex COSS. plebeis primum occisus.

App. Claudium quia dissuaserat legem.) *210*. I. Dictatorem absq; magistro equitum boc loco exhibet Liuius sicut libro secundo M. Valerium, quod idē admonuimus, cum satis constet Romæ nunquam hoc factum.

Quadragenariæ octo cohortes.) *210*. K. Quadringentariæ quidam legunt quod mihi quoque placet. Nam libro decimo eodem vtitur verbo Liuius Puto autem quadringentariá à quadringentis militibus dictam, vt quingentariam cohortem à quingentis. Nam in additione supra quingentos quadringentósue, non omnino conueuit inter authores, nos de appellatione duntaxat disputamus.

Multiplex quàm pro numero damnum est.) *211*. C. Videtur positiuum multiplex, pro comparatiuo positum, alioqui non intelligo.

Cum præter mœnia eorum infrequentia signa con.) *211*. E. Sed neque hæc verba planè capio, sunt enim oppidò obscura.

Quia collega comitia bello præferre festinante.) *212*. F. Quomodo autē bello præferebat comitia Sulpitius COS. Num putemus sperasse se festinatione consulatum adepturum omisso bello? an proferre potius legendum? Sed iudicet lector.

Gallia ad tertium lapidē Falaria via.) *212*. F. Falariēsium meminit Plin. lib. *3*. cap. *13*. in Picenis, quod melius quadrat quàm Salaria via. vt quidam habent codices. Et nota quanto terrori fuerunt Galli Romanis: nam proximo sequente quadriennio ter dictatorem crearunt propter Gallos, non ausi confidere COSS. De Cisalpinis nunc loquitur.

Totóque corpore interior periculo vulneris.) *213*. A. Pictura est, sed admodum difficilis, ita vt quidam pro interior legerent inferior, sed non placet. Porrò quod ait, inter corpus armaque, nisi de scuto ac Galli gladio intelligas, non equidem assequor.

Torquati cognomen auditum.) *213*. B Non paucis verbis egerim, si quàm diuerse hic locus legatur, enarrare voluerim: neque solum verbum, auditum, pro additum, sed in præcedentibus quoque. Sit igitur suum vnicuique liberum iudicium, nam hæc omnia prosequi neque possumus, neque volumus.

Tumultum excire in hostium portis.) *213*. E. Pro excire, quidam excire reposuerunt, propter verbi significatū. Id autem num in vsu sit, quem maxime spectandum existimo, haud equidem scio & in his verbis promiscuus est aliquando, quanquam rarus, vsus, vt in compositis à sedeo ac sido, apud poetas maxime: tametsi sedeo, ac sido, significatione propriora sunt, quā cieo ac cio apud quosdam, Prisciano tamen idem significare videntur.

Verba pro exercitu faceret Sex. Tullius.) *214*. I. Quidam codices Seruium babebant, quidam Sextum. Sed fortassis Seruij Tullij sexti Romanorum regis nomen, errorem librarijs dederit.

Quæ sicut vos vestra habeatis cōsilia.) *215*. A. Conuersio est sermonis satis dura, quam præmolliuit tamen Tullius. Deinde, succēseat, pro censeat, posuisse videtur cōpositum pro simplici, vt apud alios quoq; authores sæpe vsu venit.

Binisque tantum cētunculis relictis.) *215*. D. Tantum, adiecere quidam, quod placet. Nihilominus tamen obscurus est sermo videlicet non planè patente, cui centunculi, & ad quid relicti, sensu.

Qui profligato dextero cornu obequitabat ho.m.) *216*. F. Sinistro cornu legerem. Nam Gallorum sinistrum cornu oppositum erat dextero Romanorum cornu. At Dictator effecerat vt ibi turbarentur hostes, ac inde eques turbatos auerterat, vt paulò antè ipse fassus est Liuius.

Veliterni deinde incursione repentina fecerunt.) *216*. G. Ad calcem propè prioris libri ita ait Liuius: Cum præter Velitrarum obsidionem tardi magis rerum exitus quàm dubij, quietæ externæ res Romanis essent. Hæc ille. Cum ergo obsideri cœptæ essent Velitræ anno ab vrbe cond. *384*. mirum cur non vel dissolutionis vel expugnationis alicubi meminerit Liuius.

C. Martio, & Cn. Manlio COSS.) *216*. H. Cn. Manlius etiam anno *396*. fuit COS. quare hic II. adijciendum. At alij T. Manlium legere malunt, quod is anno *402*. & *406*. dictator fuerit, nec alibi antè COS. nisi hoc ponamus loco. Iidem autem anno *408*. Cn. Manlium iterum. Sed tanti in omnibus codicibus errores implicant lectorem, vt satis putem indicasse, nam emendasse certè non perinde tantæ vtilitatis, quanti laboris fuerit.

Facibus ardentibus, anguibusque prælatis.) *217*. A. Hoc vt facile intellectu est, ita factu difficile: quare explicandum erat boc pluribus quàm hic fecit verbis. Illud etiam: Lymphati & attoniti munimentis suis trepido agmine inciderunt: de Romanis intelligo.

Vt quodcunque postremum populus iussisset, id ius.) *217*. C. id ius ratumque esset, ad præcedentia referri debet. vt ex oratione App. Claudij censoris libro nono postea patet. anno ab Vrbe cond. *445*.

C. Sulpitius Peticus tertium.) *217*. D. Si quidem hic locus bene babet, anno *391*. non rectè T. Sulpitius legitur, nec anno *394* L. Sulpitius: sed vtroque in loco. C. Sulpitius legendum: quippe qui nunquam antea COS. inuenitur, etiam tribunus mil. cons. potestate. sed nihil ad hanc supputationem. Diodorus item Siculus C. vocat in Philippo Alexandri Magni parente.

C. Quadringentesimo anno quàm vrbs Rom. cond.) *217*. D. In fi. Vellem hercule Liuium sæpius quàm fecit, annorum ab Vrbe condita meminisse. Cæterùm ex hoc loco satis constat, post annum *386*. omissum annum esse. & quod statim hic sequitur, quinto & trigesimo quàm à Gallis recepta, optimè habere: quando captæ vrbis anni fuerant, Camillo ad finem libri quinti numerante, trecenti sexagintaquinque, quibus si addideris *35*. emergent quadringenti. Quod verò deinde sequitur. Ablato post tionum annum à plebe consulatu: non item bene. Est enim hic duodecimus annus à primo plebeio COS. Ergo legendum, post vndecimum annum. Errorem natum hinc credo, quòd nonum ac vndecimum numeri facile fallunt.

T. Manlium Lucij filium.) *219*. A. Mirum cur non addiderit Torquatum. Deinde aut exemplum est posse fieri dictatorem eum qui antea non fuerit COS. vt de L. Manlio parente antè ponit: nisi quis eum patrem tribunum mil. cons. potestate fuisse existimet, anno *387*. quod equidem conijcio. aut anno *398*. pro Cn. Manlio legendum esse T. Manlio. id quoque mirum, quæ caussa coegerit dictatorem creari, cum tàm eximium Consulum par in magistratu esset, quorum alter etiam antea dictator fuit hello Gallico, vnde eximiam pepererat gloriam. Alter præter generis nobilitatem COS. etiam eo anno fuit, quandoq; plebeiorum manu consulatus rursus ereptus videbatur.

Eáne meritos crederet quisquam, hostes repen.) *219* B. Nisi sit deriuatio caussæ in fortunæ iniquitatem, hunc sensum nequaquam intelligo.

Q. Pu-

Q.Publius,& T.Aemylins.)219.E.Q.Publilins legendnm est,qui postea IIII. fit COS Publius enim prænomen est,non nomen. Cæterum huie Publin Philo cognomen fuit. Ante aliquot item versus legendum C.Martius Rutilius II. fuit enim antea COS. anno 398.

Rem ad interregnum produxit.)220.F.Perduxit alij emendarunt,& recte. Porrò eius verbi nullus est nominatiuus,sed tota præcedés loco nominatiui oratin. Versu deinde tertio legendum C.Sulpitius Peticus V. nam quater antea fuit COS. ab anno 391. vbi primum factus est COS. Mirè vero eius cognomen apud authores variatum, quidam enim Pntitum vocant, alij Bethicum, nonnulli Pythium. Nec in prænomine minor variatio, cùm alibi Titus alibi Lucius sed à pluribus Caius vocetur, vt antea dictum est.

M. Popilius Lenâs à plebe COS.)220.I. Adijciendum tertium, qnippe qui bis antea fuerit COS. Nisi quis putet à Liuio hæc consultò neglecta, quod mihi non fit verisimile.

Vt pila omnia hastæq; non tanquam ex æqno.)221.A. Eadem libro decimo de secundo belln Punico habet Liuius. vbi Carthaginenses Romanorum oppugnant naneis. Eadem Dionysius Halicar. libro decimo, vbi Romani App. Herdonium in Capitolio nppugnât Verum Aul. Gell lib. 9 cap. 1. ex Claudio Quadrigario contrarium docet. Sed est pro iugenijs exercédis ea theoria magis, quàm vt vulgò vel credatur vel recipiatur.

Læuo humero machæra propè traiecto.)221.B. Machæra quid sit, nemo ignorat. Quidam matari supposuerunt, quam aiunt hastam longiorem lancea, qua Galli vtantur, cùm lancea Sueui.

Quaternûm millium & ducenorum pedi.)222.F. Mirè variatum inuenimus militum in legione numerum. Anno enim 374. quaternûm millium est, bic duceni pedites adiecti. At lib. 8. sub T. Manlio quinûm millium. totidem lib. 6. de secundo bello Punico, adiectis trecenis. Denique lib 6. eiusdem belli senûm millium ducenorum peditum, equitum trecenorum. Hæc obiter duntaxat annotare placuit, propter quosdam nimium hac in re curiosos.

Prouocat per interpretem vnum ex Romanis.)222.G. Hic Gallus per interpretem loquitur. at qui cum T. Mánlio pugnauit, latinè scilicet sciuit. Si Herodotus talia scripsisset qoam clamasset impurus Iuuenalis, Et quicquid Græcia mendax Audet in historia? Sed hæc non agimus.

Inde Appuliam ac mare superum petierunt.)223. A. Quidam in eo quidé iudicio temeré pro superum, emendarunt inferum, cum Volsci fuerint ad inferum mare, Apuli ad superum.

T.Manlio Torqnato II. C. Plautio COSS.)223. C. Bis antea de hoc Manlio admonuimus: nam quo pacto hic II. COS. dici potest. qui antea non fuit? nisi anno 398. pro Cn. Manlio legas T. Manlio. Alij hoc in loco illud iterum, ad C. Plautium posuere: qui tamé lib. 8. ab initio non considerarunt iterum COS. dici, qui tum tertium erat. Duo autem C. C. Plautij fuere, Proculus, ac Venox. Proculus COS fuit anno 397. Venox hoc loco, & lib. 8. ab initio: quare locum ambiguum puto. Et quis hæc omnia persequetur? Quantum errorem attulit historiæ Romanæ ambitio illa, & immortalitatis sitis?

M. Valerius Coruinus II. COS. cum Petilio.)223.D. Petilio etiam adijciendum II. quippe qui fuit COS. anno 395. Nisi quis alium fuisse contendat, quod vt negari, ita sciri non potest. Porrò anno sequenti legendum C. Martio Rutilio III. T. Manlio. Torquato II. COSS quod ideo admoneo, quòd in plerisq; codicibus ea corruptè leguntur.

C. Martio Rutilio III. T. Manlio Torquato II. COSS.) 224 G. Qnidam codices vtrique III. dederunt, quidam II. sed vtrique errant. Martius enim ter fuit hic COS. Manlius iterum, vtcunque in prioribus instituatur lectio.

Ijs tamen maxime, qui etiam implorantibus alijs auxil. 225. I. Pro etiam. quidam restituerunt. eam, vt referat misericordiam, regaturq; à participio implorantibus: auxilium vero referatur ad verbnm, præstant. Est tamen is impeditus sermo, vtcunque ordinemus.

Sed tamen si nstenderitis auxilia vestra.)225. K. Illud, sed tamen, non video vt ad præcedentia cohæreat, fortassis autem legendum, sed tantum. Ego ea de re lectori iudicium committo.

Ille ad montem Caluum, hic ad Satriculam.)226. K. Seruata hne loco differentia est inter ille, ac hic. Ille Valerius, hic Cornelius. Cæterum pro Caluum, quidam posuerunt Gaurum. Et Gauri Florus etiam in altera Epitome de bello Samnitico meminit. Et Plin. lib. 3. cap. 5. Gauranos monteis prope Massicos atq; Surrentinos ponit. Satricula autem oppidum in Samnio, Satricum in Volscis, Sutrium denique in Hetruria. Quanquam anno 435. Satricam genere fœminino in Samnio vrbẽ facit, vnde Satricanus. Satriculanus autem à Satricula. Ipse tamen Liuius libro eodem anno 438. altero pro, altero vtitur, ni, quod fieri facile potest, codices errant.

Quicquid ab vrbe longius proferrent arma.)227.A. Notandum & id genus sermonis, quicquid longius, pro quãto longius. Verum hæc proprie non sont huius instituti.

Vtrum qui audiendus duntaxat magnificus.)227. B. Vide num legendum, Vtrum audiendus qui duntaxat magnificus adbot. sit.

Non factionibus modo.)227. C. Tametsi paulò antè præcesserit verbum, modo, tamen boc loco quid sibi velit, haud equidem intelligo, cum absque eo fit longe luculẽtior sensus.

Benignus pro te dictis.)227.D. Horum verborum sensus mibi non admodum pater. & est totus versus obscutus: Alij aliter distinguunt, sed est nihilominus sensus nbscurus.

P. Decius tribunus mil conspicit vnum editum.)228. K. Vide an boc locurionis sit quod vulgò dicimus, vnus dixit mihi. At ego vnum pro insigni positum puto, quasi alij non tam celsi, & item omnes ab boste incessi.

Nec tu mihi plus quã vnius legionis principes hasta.) 228. K. Principes ac hastatos ipse author pòst lib. 8. quinis manipulis separat: & boc XXX. manipulorum agmen, antepilanos appellatos tradit. Vide ergo an non potius legendum, vnius legionis principes hastatosque dederis. Porrò ipse authot numerum certum, alioqui nullum exprimit.

Vbi secundæ vigiliæ buccina datum signum esset.) 229.C.

Qui buccina, in bnccinæ mutarunt, perperam meo quidem iudicio fecerũt. Sed & hoc lectotem morari merito potest, quomodo taciti venerint ad Decium, quib. buccina signum detur, nisi quis etiam clamore concurrere solitos post datum signnm existimet.

Neque immeritò suum ipsorum exemplum in eos versutum.)232.F. De præterito licebat dicete, Neque immeritò suum ipsorum exemplum in eos versum. ita de futuro versutum, sed impersonalitet.

C. Martius Rutilius.)232.F. Adijciendũ, quartum: fuit enim COS. annis 398. 403 411. atque boc anno. Quare temerè hic quidam pro quartum posuetunt tertium, qnod etiam antè admonuimus. Q. item Seruilio adijciendum III quippe qui prius bis fuit. anno 393. nisi quis intra tam paucos annos alium esse cõtendat, aut prænominibus variatum.

Lex quoque sacrata militaris lata.)234.G. Hanc legem cum nuper Iurisperitus inter cæteras Rom. leges edito de his libro allegasset, ne vno quidẽ verbo dignatus est eam explicare, cum ex proposito id in plerisque alijs legibus fecisset. Nos id non agimus. Admonendus tamen est lector vt consideret, quare id noluerint milites, videlicet haud dubiam infamiam denotante hac deletione. Deinde cum additur: Ne quis vbi tribunus militum fuisset, postea ordinum ductor esset. Tribuni nomen honoris fuisse existimo: at ductoris otdinum, officij. Sed de hoc attigimus nonnihil lib. 2. vbi de primipilo M. Lectorio diximus.

Eſne

Et ne particeps eorum esset qui ab Lautulis.) 234. G. Obscurus est sensus, quem ego hercle non intelligo. Haud dubie dicere vult, cum illis coniurare noluisse, ideoque illos nolle eum in futurum suum esse primum centurionem. Cæterùm Lautularum antea mentio habita: at de fuga ab Lautulis, nihil prorsus. Ego locum mutilum puto, ac illud &, ante ne, tollendum esse.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM OCTAVVM, HENRICHI GLAREANI LORITHI ANNOTATIONES.

AM COSS. erant C. Plautius iterum.) 235. B. C. Plautius bis antea COS. fuit anno 397. & 408. hic igitur III. Sed id ita quidam defendunt, quod qui anno 397. COS. fuerit Proculus dicatur: qui verò anno 408. atque hoc anno Venox. Hæc hominum confusio à quibusdam, vt exigua, nihilque ad rem pertinens, ridetur: mihi etiam non prorsus agelasto facile ad eum modum erat ridere. Sed interim, cum tot loca deprauata viderem, non potui non dolere Latinorum authorum tantam iacturam. Voluissem abesse prorsus magistratuum nomina ab historia Romana, plus enim lucis illi adesset. Sed quomodo id possibile? Pone qui IIII. COS. fuit iterum, dij boni quantum flagitij admiseris etiamnum nostra ætate? quid faceres Liuij tempore quando viuebant adhuc familiæ quorum maiores in magistratu fuere? Sed iudicet lector.

Et quanquã superiores certaminib. Latini erãt) 235. E. Si superiores certaminibus erant Latini, quin bellum perficiebant? Nec satis mihi facit quæ subiungitur ratio, ne sæpius dimicandum foret scilicet. Fieri etiam potest, vt locus sit mutilus, quod suspicor, non etiam asseuero.

Iussisque ante tempus COSS. abdicare se magistratu.) 236. G. Vterque COSS. bello strenuè se gesserant. Plautius aduersus Priuernates, Latinos inquam (si quid hoc ad rem attinet) ac Antiates: Aemylius etiam pacem ex Samnio attulerat. Mirum igitur quare hi magistratum abdicare coacti fuerint. hoc mea quidem sententia, Liuio diligentius explicandum erat. Dionysius non tacuit, si modò eum haberemus. Excellentia etiam horum duorum, Torquati ac Decij, quantum M. Valerij ac Cossi, virtutem anteibat? cum anno 420. postea ipse Liuius fateatur M. Valerium Maximum ea tempestate Imperatorem.

Et L. Numitiũ Circeiensem ambos ex col) 336. I. L. Numisium quidam legunt, quod mihi non probatur. Circeiensem autẽ à Circeis intelligo, quam L. Tarquinius Superbus Coloniam deduxit. Ambo autem pro ambos. vt quidam legunt, Liuius nulla necessitate dixisset, vt Verg. de duo: Si duo præterea taleis Idæa tulisset Terra viros. Quidam tamen in vetustis Liuij codicibus subinde ita inueniri aiunt.

Agitatum etiam in concilio est, vt si quãdo vnquam.) 238. H.

Vide in eadem sententia posita, cum vnum sufficeret, vt, & vti. Quod si bene habet, certum indicium est authores non tam anxie locutos, quemadmodum id quoque quod continuo sequitur, in accusatiuo ait, quod aduersus Latinos bellandum erat. Reliqua quæ sequuntur in nominatiuo dixisse videtur. Quanquam vbi eam distinctionem incipias, meritò hæsites, neque enim satis clarum est.

Præerat Genurius Metius.) 238. I. Quidam ex Valerio Maxi. restituerunt Geminius, at haud scio quàm bene: neque enim codicum fides magnopere me mouet vel huius vel illius authoris.

Ordo enim sexcenos milites.) 239. D. Quidam hoc in sexagenos mutarunt. Si certum sciremus quid ordo hoc loco significaret, non erat difficile definire quid legendũ. At paulò pòst quindecim ordines vocat, longe dispari (si quidem illi rectè mutarunt) significatione. Itaque nihil definio. Sicut nec illud, Vexil. CLXXXIII. homines erant, quod iidem CLXXXVI. emendarunt. Vegetius sane lib. 2. capitibus duobus VI. ac octauo, cum hac Liuij descriptione minime conuenit: quare nos quoque eadere plura dicere (quando hęc non sunt nostri propositi) supersedebimus.

Samnites quoque sub radicibus montis pro in.) 241. D Vide quàm varia de Samnitibus scribat. Antea dixerat COSS. adiuncto Samnitium exercitu ad Capuam castra locasse. hic dicit, sub radicibus montium procul instructos. paulò pòst dicturus eos post prælium auxilio venisse Romanis, vt quidam tradiderint. Nam hoc ipse dixisse videri voluit.

Tum signum septem pedes altum, aut maius.) 242. F. Signum quid propriè hic significet, scire velim, ad quod Romanum magistratum descendere fas non est. Et piaculum hostium cædi. siue hostia, vt alij legunt: pauloque pòst, Siue hostia, siue quo alio volet ius esto: ea minus intelligo. Rursus quod sequitur: Si potiatur, Marti solitaurilibus piaculũ fieri. quidam ita legunt, Marti suouetaurilibus. quod ego intelligo, solitaurilia, quæ apud Festum immolationem significãt tauri, arietis, ac verris, vt etiam apud Homerum est Odyssea. 2. ac 4.

Ibi in conciliis Num. imper. eo. as. com. vere bell.) 242. G. Pro vere, quidam emendarunt fore, non rectè, vt puto. Porrò de Vescia vrbe quid dicam, non habeo.

Bina in Latino iugera, ita vt dodrantem ex Pri.) 242. I. Sensus apud quosdam est, in Latino agro colonis data iugera ac dodrantem ex Priuernati adiectum, in Falerno autem trina data cum quadrantibus, ita vt qui in Falerno agro partẽ acciperet, semisse plus acciperet, quàm qui in Latino atq; id propter longinquitatẽ. nemo enim est qui propriora nõ præferat. Quãquã hæc Liuij verba: Ita vt dodrãtẽ ex Priuernati cõplerẽt, data, amphibola videri queunt, nescias enim dicere ne velit, dodrantem eos explesse quadrãte quẽ ex Priuernati acceperint, vt iugerũ integrũ fieret: an dodrãte ex Priuernati accepto quadrantem Latini agri explerint, vt fieret iugerum. nisi quis verbũ complerent, pro adijcerẽt positum existimet, quod equidem nescio, atque hoc quidem modo intelligeremus in Latino duntaxat bina data iugera, in Falerno autem terna cum quadrantibus. Verũ id iudicio lectoris cõmittimus.

Denarios nummos quadragenos quinos.) 242. K. Quòd hæc in casu accusandi legenda sint, fortasse nulli dubium. Cæterùm quod alij decuplo auxerint hanc summam, legerintque quadringenos quinquagenos, non item certum. Denos denarios singulis coronatis dabimus Budæana æstimatione: qua supputatione prior lectio minutũ quidam singulis tribuit annuatim equitibus, videlicet coronatos quaternos, cum quinis denarijs: altera verò lectio quadragenos quinos coronatos. At annuam in vniuersos summam immensam 72000. videlicet coronatorum. posterioribus etiam seculis, quantumuis magnæ ciuitati graué. Hæc ea de causa annotamus, vt vetusta exemplaria diligentiùs introspiciantur. Nam hæc in omnibus codicibus variata inuenio, cum equitum, tùm summæ pensionis numerum.

Antiates in agrum Host. Ard. Solonium incurs. fe.) 241. K.

Solonius ager quis sit, adhuc quæro. Sollinatium ac Solonatium meminit Plinius lib. 3. at nihil ad hunc locum.

Neque in similem materiam rerum & ipsi ant sua.) 243. A.

Cum neque dixisset, subiungit aliam sententiam: suspicor defectum esse, quem ego absque vetusti codicis fide non facile restituerim. Id etiam quod sequitur, in campis Senectanis, mihi ignotum: quanquam quidam Fenectanis emendarunt, non minus obscura voce. Denique legem de plebiscitis omnibus Quiritibus obseruandis, non à Qu. Publilio Philone (ita legendum est, non Qu. Publio, vt passim errant codices) dictatore, sed ab Hortensio latam author est Gellius lib. 15. cap. 27.

L. Furio Camillo, C. Menio.) 243. D. In Diodori Alexandro, pro C. Menio C. Manlius legitur, quod non placet. Nam oportebat alterum COS. ex plebe esse. Et Plin. lib. 34. cap. 5. Menium habet. Quidam, quòd Menius obscurum sit nomen, C. Menenium legerunt, qui postea dictator fit libro sequente, anno ab Vrbe cond. 441. Quidam & libro sequente Menium legunt, non Menenium. Sed fieri potuit vt nomen esset obscurum, quia ex plebe erat, & alius postea fuerit dictator, quapropter cuique libera sit hac de re coniectura. Legendum etiam L. Furio Camillo II. Nam primum fit anno 406.

Ad Asturæ flumen.) 243. E. Quidam Saturæ supposuerant Plin. autem lib. 3. cap. 5. ait & flumen & insulam in Latio esse Asturam. Sabellicus Asuræ legisse videtur.

Camillus ad Pedum cum Tyb. ma. va. ex maiore meo.) 243. B. Præpositionem, ad, bis iam proprio minoris loci præposuit. id quod in obscuris locis sæpius fit. Cæterum quod ait maiore mole, haud scio vt intelligatur.

Et Antium ex Volscis.) 244. F. Hoc κατὰ σιωπὴν intelligo, nam ipse antea nusquam dixit: quanquam memoriæ lapsus videri potest, in tanta cum scriptorum, tùm rerum confusione.

Lanuuinis ciuitas data.) 244. H. Lanuuiū haud dubiè aliud est oppidum quàm Lauinium, quanquam ea inter se haud multum distant. Apud Lanuuium Sospitis Iunonis & templum & lucus erat, vt ex Cicerone etiam ante nos annotauit Sabellicus. In Strabonis codice ea ita corrupte leguntur, qui libro 5. de vtroque, ni fallor, disserit, vt verba ea nec latinè nec græcè allegare ausim. Vide Seruium in secūdum libri primi Aeneidos carmē. Lanuuinū autem agrum Horatius nominat lib. 3. carm. ode 27. Tu vide quæ in eo loco Mancinellus. Porro Liuius hoc loco Lanuuiniorum facit mentionem, quos paulò ante bis cum Volscis Antiatibus numerauit. Lauiniorum autem adhuc paulò superius, vbi Milonis prætoris dictum refert de magna mercede Romanis pro patria via soluenda. Hic autem, cum nominatim omnium pœnam referat, Lauiniorum non meminit, vt planè in suspicionem veniam, vel hæc defecta esse, vel Liuiū quorūdam omisisse multam, quod verisimilius est.

Cuius Capuam esse placuit.) 244. K. Campanos agro multatos antea dixit, iussosq; equitibus summam quandam soluere: sed de iure conditioneque eorum ne verbo quidem meminit.

Eodem anno Q. Publius Philo.) 245. B. Paulò antè admonuimus hunc nō Publium nominari, sed Publilium. Publius enim prænomē est, nemo autē duo prænomina habuit. Id vt antè sæpe habitū, ita sæpius postea. Scire tamen velim vt cum miseris Auruncis actum, pro quorum auxilio tam seuerè dictator creatus, tam leuiter deponitur. deinde cum ijs quid actum οὐδὲ γρῦ narrat nobis Liuius.

Pacem cum Romanis fecit.) 246. G. Qui potuit cum Romanis facere pacem, qui cum eis nunquam bellum gessit? Sed pacem pro amicitiam dixisse fertur, aut fœdus quod tamen mihi non fit verisimile. Quidam exponunt, à Samnitibus Romanis fuisse pacem, quod Alexander ea pugna superior fuerit: verum Liuij verba id non ostendunt. Vt vt exponamus, amphibolon est, non satis clarum.

Ancilla quædam ad Q. Fabium Max.) 246. H. Nisi κατὰ πρόληψιν hæc accipiamus, non video vt hoc excusandum. Nam hic Fabius, Maximi nomen ad finem libri noni acquisiuit. vicesimo septimo post hunc anno. Fieri autem potest vt à sciolo aliquo adiectum fuerit. Certe Valerius Max. lib. 2. cap. 2. vbi Papyrij dictatoris meminit, Q. Fabium hunc Rutilianum vocat, non Maximum: quanquam alibi hoc in eo authore neglectum, sed errore codicum, vt puto, qui nusquam nobis non facessunt negotiū.

Duæ ex eis Cornelia ac Seruilia.) 246. I. Quidam Sergiam pro Seruilia substituerunt: quod si absque fide vetusti exemplaris fecere, haud paruam iniuriam in gētem Sergiam commiserunt. Iidem paulò pòst, Vt se falsum cōmentam arguerent, in commentatam mutarunt, vbi de ancilla indice loquitur, sed res est non magni momenti.

In secessione quondam plebis clauum ab dict.) 246. K. Libro septimo non ita longe ab initio, defixo causa sedandæ pestis clauo mentio est: at de secessione plebis nulla prorsus, quanquam huiusmodi apud Liuium multa.

Cuius principio anni leg. ex Volscis Sidicini & Lucani) 246. K. Pro Sidicini quidam restituerunt Fabraterni: & sane in vetustioribus exemplaribus ita legitur. & Plin. lib. 3. cap. 5. in agro Falerno Fabraternos ponit veteres ac nouos. Sed illud Lucani, magis torquet lectorem: paulò antè enim vnà cum Samnitibus contra Alexandrum depugnarunt, nec interea vspiam de inimicitia eorum mētio. Denique quinto pòst anno Lucani (inquit Liuius) atque Appuli, quibus gentibus nihil ad eam diem cum Romano populo fuerat, in fidem venerunt. Id si verum est, haud dubie pro Lucanis, alius populus qui in Volscis, aut circa Volscos habitarit, substituendus. At qui substitui debeat, nihil definio: certe Lucani hic non conuenit.

Non patriā Fundanos.) 247. B. Hoc rectè emēdarūt alij, Fundos legentes, vt est in vetustioribus codicib. Est enim Fundanus denominatiuū à Fundis, vt Faliscus à Faleriis.

Bona Semoni Iano censuerunt consecranda.) 247. E. Hæc lectio placet, quasi dicat, Iano semihomini, vt quidam interpretantur. Heros enim erat dimidiatus homo, dimidiatus deus. Quidam tamen editis exemplarib. Semoni lano legunt, sed librariorum errore, vt puto, vicinitate I & l. Quidam Semoni Sango legunt, qui idem Sanctus, vt diximus in Dionysium.

Tribunatuque plebis prox. comitijs absens petentibus.) 248. I. Quidam libri tribunatum habebant, vt sit, tribunatum petentibus: sed videtur coactum. quanquam & præsentibus malim vt quidam habent codices.

Primo in insulas Aenariam & Pithecusas.) 248. K. Liuius Aenariam hic à Pithecusis separat, quas Plin. lib. 3. cap. 6. vnam facit insulam, ab Homero Inarimen dictam: sequitur enim Plinius errorem illum, quo Latini Poetæ ex duabus vnam fecere dictionem, εἰν ἀρίμοις. Itaque lectori considerandum vt locus Liuij legendus.

Recepta Palæpolin miserat.) 249. A. Palæpoli recepta intelligendum. nam Nolanos Samnitesue à Publilio missos Palæpolin, neutiquam quadrat, quippe qui vtrique hostes erant: ergo miserat literis ad senatum hæc millia Palæpoli recepta. est tamen durus sermo.

Quid perplexè agimus, inquit.) 249. B. Quem habeat nominatiuum verbum Inquit, non plane video, sed mutatus est numerus, nisi dicas quædam desiderari verba.

L. Aemylius COSS. crea. C. Petilium.) 249. E. Hic Petilius antea bis COS. fuit, anno 395. & 409. quare hoc loco addendum III. quod Cassiodorus non neglexit.

Eodem anno Alexandreiam in Aegypto.) 249. E. Hoc loco Alexander ædificat Alexandreiam, qui non longe ab initio huius libri, in alio tractu orbis à fortuna morbo extinctus est. Diodorus Siculus ait Alexandrum extinctum anno primo olympiados centesimæ quartæ decimæ. Cassiodorus autem ait COSS. C Petilio III. & L. Papyrio Mugillano Alexandriam conditam.

Consentia ex Lucanis Sipontumq; Brutiorū sol. 250. F. Quidam distinguunt post Sipontumq;, ac deinde inferunt Brutiorum Coloniam Acerinam. Sipontum tamen non Lucanorum intelligo oppidum, sed Appulorum Dauniorum, vt testatur Plinius lib. 3. Cepit igitur Sipontum, ac ex Lucanis Consentiam, denique Brutiorum coloniam Acerinam: quanquam hoc nomen mihi suspectum. Nam Acerræ oppidum. & Acerrani populi, nihil ad hunc locum.

Corpore

Corpore regio vtcunque mulctato.) 250. H. Ita ferè habent libri: sed D. Erasm. Roterod. præceptor noster mutilato legendum nos olim admonuit.

Eo enim deinde summa rei Græcorum venit.) 251. C. Obscure dictum, etiamsi à Liuio ita positum est, vt causam antedictorum explicet: neque fœdus hoc notum est.

Et aucto honore triumphus.) 251. D. Alij pro aucto, legunt acto. At ego ingenuè fateor me neutrum intelligere: aucto tamen malim, nisi quis acto intelligat cõtrarium negato.

L. Papyrius is fuit) 252. G. Cognomen omittit multũ ad rẽ pertinẽs: sed ipsemet Liuius de bis dubitat, vt anno 428. & postea anno 435. Porrò hactenus tres L. Papyrij à Liuio numerati sunt, Cursor, Crassus, ac Mugillanus. Cursor cum Crasso dictatore Magister equitum fuit anno 415. quo P. Decius pater perierat. Crassus ipse COS. fuit anno 424. Mugillani autem ab initio, anno 428. & 435. Est & mentio M. Papyrij Crassi anno 422. vbi dictator creatus fuit aduersus tumultum militum. Fortassis autem & in prænominibus & cognominibus Papyriorum erratum, vt ex varijs huius belli locis lector facilè notabit.

L. Furio Camillo iterum.) 252. I. L. Furius Camillus primum fit COS. anno 406. deinde iterum anno 417. Ergo hic non iterum, sed tertium legendum: nisi quis duos fuisse contendat, quod mihi non fit verisimile.

Q. Fabius Maximus Rutilianus.) 252. K. Duo fuere Q. Fabij hoc tempore. Ambustus & Lucianus Ambustus Magister equitum fuit cum dictatore P. Valerio Publicola, anno ab Vrbe cond. 411. Rutiliani autem hic est mentio, & anno 423. vt puto: nisi quis vnum esse censeat Certe nec hic nec in superiorib. rectè additur Maximus, vt antea admonuimus. Porrò ambóne fuerint M. Fabij Ambusti filij, nil asseuero. de Rutiliano autem nulli dubium.

Quo tu imperio meo spreto.) 254. H. Illud quo, quid referat dobium est. Ego distinguendum puto post imperio. & deinde inferendum, meo spreto, siquidem interrogatiue legendum est.

Et patre authore M. Fabio, qui ter COS. & Dict.) 255. A. Qu. Fabio, & tertium COS. quidam libri habebant, sed errant, fuit autem hic M. Fabius Ambustus primum COS. anno ab Vrbe cond 395. iterum anno 399 tertium anno 401. dictator autem semel anno 404. & pater Rutiliani. M. verò Fabius Dorsuo, alius fuit COS. anno ab Vrbe cõd. 410. Post aliquot versus legendum, cum omnie agmine principum.

Capite anquisitũ ob rem bel. ma. gest. de imper. null.) 255. d.

Quidam hoc nullo, in nullum mutarunt, quod mihi non placet, nisi quis anquisitum substantiuum iudicet, vt decretum, & similia, quod mihi non fit verisimile.

Digressum eum templo lætus sen.) 256. K. Vide quid hic templum significet. Paulo antè dixerat: Ex curia in concionem itur, quò cum paucis Dictator, cum omni agmine principum magister equitum cum ascendisset, deduci eum de rostris Papyrius in partem inferiorem iussit secutus pater. &c. Quidã curiam Hostiliam intelligunt.

Q. Aemylium Cæretanum) 257. A. In plerisque libris Aurelius legitur. anno ab Vrbe cond. 435. Sed ego Aelius vbique de hoc Cæretano legendum puto. Aulus, quia prænomen est, prorsus non quadrat. Aulius fortassis magis quadraret, quod quidam substituerunt.

Cæterum fortuna Samnitium vix à se ipsis.) 257. D. Sed quomodo vix à se ipsis propulsantium bellum, qui statim sequente anno, tanto exercitu Romanos aggressi sint? aut quomodo Appuli tam citò defecissent, qui superius vnà cum Lucanis in amicitiam Romanorum venerant? imò posteriore libro statim post initium boni ac fideles socij appellantur. Hæc vt Liuio diuisa sint temporibus, iudicet lector.

Nec quenquem ex Pollia tribu candidatum fermè Papyriam.) 258. F. Moguntinus codex pro Papyriam habebat suffragia quod melius intelligitur. At ego locum corruptum valde vereor.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM NONVM, HENRICHI GLAREANI ANNOTATIONES.



ITO Veturio Caluino, Sp. Posthumio COSS.) 260. F. Adijciendum vtrisque iterum, vt Cicero lib. 3. Officiorũ habet, quanquam apud eundẽ in Catone maiore omissus est numerus, errore, vt puto, librariorũ. Fuere autem hi COSS. antea anno 421. ab Vrbe condita.

Non bona sequentia domini deditionem exatient.) 260. H.

Qoidam exatient, in exatiant temerè mutarunt, cum hæc tria verba, sint, exatient, nequeant, velut vno tenore de Romanis in coniunctiuo dicantur modo.

Circa Caudium castra quàm potest occult. locat: inde ad Gal. 260. B. Cicero item 3. lib. Officiorũ Caudium vocat. Meminit & Horatius Saty. 5. libri primi sermonum. Caudinos Plio. lib. 3. cap. 11. numerat. Galaniam autem, siue, vt alij, Calatiam, nescio quis alius commemoret Suspicor Calorem fluuium (cuius Liuius de secundo bello Pun. bis meminit, vbi de Sempronio) legendum esse, qui est prope Beneuentum. Galanæ rursus meminit lib 3. de secundo bello Pun. Sed & hæc topographia clarior esse poterat.

Luceriam omnibus copijs circumsidere.) 260. I. Mirum est ne vno quidem verbo huius oppidi antea meminisse Liuium, cum hic Romanas legiones, vt illi auxilio adessent, in periculum venisse commemoret, Si ea est vrbs quæ Apulorum Luceria dicitur, haud dubie in Romanorum amicitiã cum alijs Appulis anno ab Vrbe cond. 428. venit, quibus quarto pòst anno Romani auxilium contra Samnites tulerunt, vt Liuius quosdã tradidisse ait, quanquam ipsi tum non ita visum. Sed hæc illorum opinionem egregiè confirmant, immerito à Liuio reiectam. Porrò hoc quoque stratagema de decem militibus in pastorum habitu missis, mihi suspectum. Quis enim tam manifestum periculum adeat sine certo præmio, aut spe maiore atque hic ostenditur.

Quam per annos iam prope XX. vincimus.) 261. B. Samniticum bellum cœpit anno 412. & nũc agitur annus 433. Ergo rectè Liuius per XX. annos dixit, quod nuper corruptum est in XXX. annos, ab nescio quo minus attendente.

Seruate modo qnos ignominia irritaueris.) 261. E. Alij seruare, alij seruate legunt, neutro satis claro sensu. Vult autem priorem sententiam ipsis persuasam, vt verba statim sequentia indicant, Aut si Romanos seruare volent, vt contumelia non irritent: cuius causam mox subiungit.

Dicitur Offilius Acalauius Oui filius.) 264. F. Sunt qui contendant, aut Offi. pro Oui. legendũ esse, aut Ouilius, & non Offilius. Id ego lectoris iudicio relinquo. Cæterum Calauius, non Acalauius legendum.

Laticlaui, annuli aurei positi.) 264. G. Plin. libr. 33. cap 1. Romæ longo tempore inter priuatos nullos fuisse annulos scribit aureos, publicè quidem legatis datos. triumphanteis autem ferreis vsos, atque ita triumphatum à C. Mario, nec ab eo sumptum aureum aonulum ante tertium consulatum.

Q. Fabium Ambustum dixerunt.) 264. H. Hoc tempore duo M. Fabij Ambustus & Dorsuo fuere. Duo item Q. Fabij, Ambustus ac Rutilianus, vt priore libro admonuimus. Vtri autem vtrorum filij fuerint, mihi non liquet. certe nemo Maximi adhuc habuit cognomen. Rutilianū video à Liuio Maximum vocatum κατὰ τὴν πρόληψιν vt antea diximus, vt, hic mox de interregibus probant.

Is COSS. creauit Q. Publium Phil. & L. Pa.) 264. H. Publilium legendum, non Publium, vt sæpius quàm oportuit, nunc admonuimus, ac addendum, tertiùm: fuit enim iterum anno ab Vrbe cond 427. vt ipse Liuius fatetur. Idem Papyrio Cursori hic addit iterum, cum anno 428. Mugillanum posuerit, de Cursore dubitauerit, quemadmodum & postea dubitat de Papyriorum cognominibus, anno 435.

Tentata paulisper intercessio est à L. Liuio, & Q. Melio.) 265. A. Cicero lib. 3. Offic. hos tribunos aliter nominat, T. Numitium, ac Q. Aemylium, si codices non fallūt, vt sæpe solent.

Deuotioni P. Decij COS. & alijs cla. fa. æqua.) 266. F. Quidam sustulerunt coniūctionē, &, sicut paulò antè, Vilia hæc capita luendæ sponsioni feramus: vbi illi sponsionis legunt: Hæc omnia prosequi non est huius propositi, & multa huiusmodi volentes omittimus.

Quandoquidem hisce homines iniussu populi Rom. 266. G.

Hisce homines quidā pro huiscemodi homines exposuerunt, atq; ad hoc Terentium allegant: hisce hoc munere arbitratur suā Thaidē esse. Verū in Terentij carmine, vel isce arbitrantur, aut eijce arbitrātur legēdū est, Grāmatici præcipiūt ce particulā tunc addi pronominibus, quando in s. literam casus terminantur, vt hosce, hasce, huiusce, hisce. At ego puto in solennibus illis verbis non tam superstitiose inquirendum esse.

Papyrius in Apuliam ad Luceriam.) 267. C. Ab initio huius libri hæc vrbs amica erat Romanis, vt eorum exercitus propter illam in periculum venerit: quāquam nusquam antea narrauerit, quando aut quomodo in Rom. amicitiam venisset. Nunc hoc loco ita amica est Samnitibus, vt non dubitarint Romanorum obsides illic deponere, cum tamen ne vno quidem verbo innuerit Liuius, quomodo & quando à Romanis defecerit, etiamsi intelligimus post Caudinam pacem id fortè factum. Item statim pòst cum ait: Publilius in Samnio substitit aduersus Caudinas legiones, codex Moguntinus habebat, adducens Candinas legiones, vt intelligamus eas quæ ad Caudium inclusæ fuerant. alioqui Samniticas intelligamus necesse est.

Contemptu cultorum molliore.) 267. E. Non est obscurum quid velit dicere: verba ipsa subobscura sunt. Nam quis dicere audeat, contemptu molliore, pro hominibus mollioribus. quos Samnites ob mollitiem contemnebant? Quæ deinde item sequuntur verba, non minus obscura sunt.

Aut interiecta inter Romam & Arpos penuria.) 267. E. Vide quid hic dicere velit. Quomodo enim penuria interiacet Romæ ac Arpis? Sit sanè figura vt in priore annotatione, sed mihi in hoc annotata, vt exemplaria vetusta diligentius inspiciantur.

At obsessis priusquam alter COS.) 268. F. Illud at, alij mutarunt in &, quod non admodum probo. De COS. autem Publilio loquitur, nec obstat quòd eius nomen statim sequatur.

Luciúsne Cornelius Dictator.) 269. B. Duorum L. Corneliorum antea meminit Liuius, Scipionis ac Lentuli. Scipionis anno 405. ac 422. Lentuli autem anno 427. Dubium igitur hic de vtro loquatur.

Cum Q. Aurelio Ceretano iterum.) 269. B. Anno ab Vrbe condita 431. Q. Aemylium vocare videtur, & in quibusdam annalibus Aulum dictum: quod ego errore codicū ita legi puto, pro Aelio, aut Aulio & item anno 440. Et illud, iterum, referendum ad COS. Ceretanum, quippe qui antè etiam COS. fuit, etiamsi Papyrius ante quoque rem bene gesserit, vt illud iterum ad eum referri posse quibusdam appareat, sed mihi non probatur.

Nam cum ad mœnia Satricæ.) 269. C. Hic Satricam genere fœminino dicit, cum suprà libris duobus sexto ac septimo neutro genere protulerit: nisi quis dicat diuersa oppida, Latinorum Satricum, Samnitium verò Satricam aut pro Satrica, Satricula legendum: vnde tamen paulò pòst, vbi Satricula ab L. Aemylio opponatur, Satricanus dixit Liuius: nisi codices in his quoque errent, vt planè suspicor. Vnde quidam hic Satrici legunt, non Satricæ.

Eadē nocte portam etiam cōsulibus aperuerūt.) 269. D. Consuli legendum, non Consulibus. solus enim hic Papyrius erat. Alter COS. Ferentanorum vrbem oppugnabat. Probant item ea & sequentia, & præcedentia.

Quæ cognomen etiam dedit, pictoremque cursu.) 269. E. Hæc ita à Liuio scribuntur, quasi Papyrius hic primus id cognominis meruerit, cū multi ante Papyrij Cursoris nomen habuerint, nempe primum quem Liuius commemoret. puto anno ab Vrbe condita 370. & Censoris nomen anno 363. quod etsi ibidem omissum, tamen à Liuio postea in oratione Sempronij tribuni plebis Appium incusantis ponitur, anno 445.

Quem iuuenes duo quibus cum Alexandro.) 270. L. Cum eiusdem prope ætatis viros numeret, non satis certò sciri potest, quinam illi sint iuuenes. At ego Torquatum ac Coruinum designari puto, quorum alter quinto post Camilli mortem anno, alter decimoseptimo, singulare cum Gallis habuere certamen. Quod etiam aliquot versibus antecessit, si Punicum Romano præuertisset bellū: non admodum clarum, præsertim illud, Romano.

Saltus Appuliæ, ac montes Lucanos cernenti.) 271. A. Liuius Appuliæ saltus Tauri montis verticibus comparat, & Italiæ quartam partem tot regionibus quas vicit Alexander. Non mirum si doctissimo illi seculo risum mouerit, cum nostra ætate quibusdam hoc displiceat. certè affectui suo aliquid dedit, sed iudicent doctiores.

Miremur si cum ex hac parte secula plura.) 271. C. Videtur Liuius accepisse seculum pro ætate. Nam pro centum annis non erit hoc verum quod ait: sed ætates populi Romani sunt duplo plures quàm anni Alexandri ab Vrbe condita vsque ad Liuij tempora. Octingentesimum autem per Auxesim dixit, neque enim ipse Liuius tandiu vixit, vt non cauillet interim sub Numa Pompilio nō bellasse eos.

Censebantur eius ætatis lustris ducena.) 271. E. De hoc numero quid dicam nescio: ipse certè author aliquot libris nullum retulit nobis censum. Libro tertio bis retulit, sed numero haudquaquam conueniente cum L. Floro. Decē verò Legionum ex vrbano exercitu, mentio est anno ab Vrbe condita 406. At libro 8. vbi ordo exercitus descriptus est, quatuor legionum vrbani exercitus meminit, quatuor item Latinorum: nec satis liquet in tanta vrbis necessitate, cur non meminerit etiam decem legionum, nisi ad vrbis custodiam quis reliquas detentas dicat. Præterea L. Lentulus cum duo consulares exercitus apud Caudium obsiderentur, quas ego quatuor intelligo legiones. authoribus Polybio, Dionysio, Halicarn. ac Vegetio, fassus est illic patriam esse. & quicquid Romanarum legionum, & quæ sequuntur in eo loco reliqua: Et Antiochum magnum quatuor legiones vicere. Et quanquam ea Rhetorica arte excusationem accipiunt, lectoris tamen animus suspensus manet.

Et in bellum Asiam quæsisset.) 272. G. Vide vt acceperit illud, quæsisset, & num pro quæstus esset: quod ipse tamen non memini legere.

Nam Florento quoque valido oppido.) 272. K. Quidam Tarento restituerunt, sed non rectè, vt puto. Nondum enim Tarentum in manus Romanorum venit. Fortassis autem Frentone legendum ex Plin. libro 3. cap. . Quanquā eo in loco Plinij varia est lectio. Hora. aut b. 3. Car. Ode 4. Ferēti meminit. si quis fortè hoc putet, est enim in Appulia. Paulò antè etiā Theates hic Liuius po it

Appulos,

Appulos, quod neſcio an quiſquam alius, certe Plin. lib. 3 cap. 12. Teatinos in Marrucinianumerat, quotum oppidi Teatez etiam meminit Ptolomæus. Sed hæc & ſimilia omnia proſequi eius eſt qui commentarium ſcribit.

Cæterùm dictatori L. Aemylio legi. tra.) 272. K Mirum verò quid ita non narratur cauſa creationis huius, ſicut nec paulò pòſt Fabij, vt planè ſuſpicandum hunc locum eſſe mutilum. Nos in chronologia noſtra huic Dictatori annum dedimus, quem alij ſeptimo poſt hunc anno eí tribuunt. vbi tamen Liuius manifeſtè ſcribit Fabio conſulatum continuatum, de dictatura ne verbũ quidem faciẽs.

Hinc Satricani magno cum tumultu.) 273. A. Satricula hic oppugnatur, à qua denominatiuum erat, opinor, Satriculanus, & à Satrica Satricanus, vt antea Liuius vſus eſt. Satriculani igitur hoc loco legendum videtur. Admonuimus paulo antè etiam nonnihil de hac re lectorem.

COSS. noui ſicut ſuperiores Romæ manſerunt.) 273. B. Mirum & hoc loco Conſulum omiſſa eſſe nomina, authoriſne, an temporum culpa, hæſito, Cæterùm Fabij dictaturam non videtur poſuiſſe annuam abſque COSS. Sed nõ eſt dubium hiſtoriæ hic aliquid deeſſe.

Id belli tanti ducere quod vrbem oppugnabat) 273. B. Quid certè ſibi hoc velit, vix equidem planum facere poſſum, etiamſi verba clara ſint.

Sic fortuna exercuit opes, vt inſignis vtrinque clad.) 273 C. Si verbum ederet nominatiuum habet fortuna, neceſſe eſt vt inſigneis vtrinque clades legamus. Sin autem inſignis nominatiuus eſt, copula &, abundat.

In Aulium temere inuectũ per hoſtium turmas.) 273. D. Aelium quidam legendum putant. Cæterùm hoc in loco per aliquot verſus vide vt congruant quæque præcedunt, quæque ſequuntur. primum in eum tela coniecerunt. deinde fratri dederunt, denique ille eum trucidat. Porrò qui viuum eum retinere potuerunt, atque adeò dare occidereque. eius cadauere potiri non potuiſſe mirum videri poteſt. Præterea amphibolon eſt in genitiuo Samnitium imperatoris, fratrine Imperatoris, an vlti decus Imperatoris Samnitum.

Soffectus in locum Aulij.) 273. E. Qui in ſuperioribus pro Aulio emendarunt perpetuo Aemylium, hoc loco id facere ſuperſederunt. Ego ſanè non Aurelius, non Aemylius, non Aulus, ſed vel Aelius vel Aulius legendum cenſeo. Mirum verò quòd ea omnia ita variata in codicibus de vno hoc repertas.

Auſona, Minturnæ & Veſtina vrbes erant.) 275. B. Anno ab Vrbe 419. hic noſter Liuius ait Cales vrbem Auſonum fuiſſe quæ proximo deinde anno à M. Valerio Coruino expugnata, colonia Romana facta eſt. Plin. autem lib. 3. cap. 5. vbi de Latio Auſonas habuiſſe ſedem inter Circeios ac Lirim amnem ſcriptum reliquit. Hæc omnia diuerſis temporibus fieri poterant ſed tamen iudicet lector.

Quod execrabile in bis captos eſſet.) 275. D. Quando initio huius libri. vt antea diximus. Luceria Romanis amica eſſet, veriſimile eſt fœdere non oppugnatione Romanorum factam. quod Liuius tamen ſpeciatim de hac vrbe non meminit, de Appulis tamen non omiſit anno 428. Deinde eadem vrbs Samnitiũ facta eſt, videlicet in quam Samnites Romanorum obſides ponere non dubitarunt. Id autem intelligimus actum dum ad furculas Caudinas Romani obſidebantur. etiamſi Liuius ne verbo quidem meminerit. Rurſus deinde Papyrius Curſor cepit: ſed eũ ad Samnites rurſus defeciſſet, hic ſecundario capitur. Ter igitur Romanorum fuit. ſed bis capta.

Commota pedeſtri acie Samnitium, eques in pug.) 276. K. Incerta eſt diſtinctio in genitiuo Samnitium. Nã & ad acie, & ad eques refertur: de vtriſque enim loquitur non de Romanis: quale propemodum illud Virgilij: Nec latuere doli fratrem Iunonis & iræ.

L. Papyrio Curſore, C. Iunio Bubulco iterum.) 277. A. Quidam poſt Curſore, adijcere V. Sed Liuius duobus in locis dubitat de Curſoris cognomine, annis 435. Tertiò omiſit eius nomen anno 440. nos tamen in Chronologia noſtra Caſsiodorum ſecuti, Quintum poſuimus.

Dictatorem C. Iunium Bubulcum dixit.) 277 D. Dictatorem nominat abſque magiſtro equitum, cum authore Dionyſio nunquam Romæ hoc factum ſit. Id etiam libro primo admonuimus.

Q. Fabius inſequentis anni COS.) 279. D. Hic addendum, Iterum. Nam primum fuit anno 432 poſtea verò adhuc ter. Maximi nomen. ad finem huius libri meruit, quáquam in prioribus ſæpe huic appoſitum eſt, ſed perperam, meo quidem iudicio, vt antea etiam admonuimus.

Quæ velut fatalis cum tribunis ac plebe erat. 279. E. Non cum tribunis ac plebe erat Appiana familia, ſed contra tribunos ac plebem: ergo cum tribunis aut contendẽs, aut bellatrix intelligendum Alij legunt cum tribunis ac plebi, eodem ſenſu, ſed luculentioribus verbis.

Nam etſi tenuerit lex Aemylia.) 280. F. Niſi hæc cauillatio reuera eſt, non video quomodo hic locus intelligendus, niſi forte quis aliquid ei deeſſe ſuſpicetur, quod equidem neſcio: id tamen etiam in oratione Decemuiri accidit. libro 3.

Tertio nec ab ſe, nec ab vllo creatus.) 280. G. Hic quintus poterat eſſe locus ad oſtendendum Decemuiros tribus regnaſſe annis, quemadmodum lib. 3. oſtendimus: ſed ſatis eſt probationum.

Cum centeſimus iam annus ſit ab Mamerco Aemyl.) 280. H. Non omnino rotundum exhibuit numerum, id quod in orationibus ſæpius fieri ſolet. Aemylius enim hác legem tulit anno ab Vrbe condita 322. hic autem annus eſt quadringenteſimus quintus.

Nuper intra decem annos C. Menius dictat) 280. K. Hic quintus eſt annus. Nam Menius dictator fuit anno ab Vrbe condita 441. hic autem, vt iam diximus, 445 quare locus haud dubiè corruptus eſt. Nec obſtat, quòd iam diximus numeros non vbique eſſe rotundos. duplo enim hic auctum numerum quis feret? niſi diuerſos ſit authores ſecutus Liuius Menius autem, ſiue Mænius. triſyllabou legendum.

Quàm nuper fuere Germaniei ſaltus) 281. E. Syluam Herciniam, opinor, vult dicere euius magnitudinem ſi Ciminiæ ſyluæ comparat, impar erit, ne dicam inepta cõparatio ſi denſitatem. qui id ſcire potuit Liuius? Id vero haud immeritò optimo cuique mirum videri poteſt, qua via Galli tam cito à Cluſio Romam venire potuerint, ſi hæc tam horrenda ſylua penetranda erat. Quod ſi aliud iter ex Hetruria Romam ducebat, qua de cauſa Q. Fabius COS. eo non eſt vſus? Longius erat, inquies, quid tum poſtea? Veturius Poſthumiusqoe non erant in oculis? ſed hoc eſt hiſtoriam ſcribere. Quid autem ſibi vult quod ait, neminem præter ducem ipſum intrare auſum, qui hic nõ intrauit? Deinde, omnibus alijs cladis Caudinæ, nondum memoriam aboleuiſſe, ſtatim autem cõſulis fratrem ſpeculatum ſe iturum profeſſum? hæc qui cauillari volet, nonne habet quo ſe tueatur?

Ibi, qui eſſent, fateri Romanum auſum.) 282. F. Vide vnde pendeat hoc participium, auſum: non enim à verbo dicuntur, ſed ſupplendum, fama eſt, aut quid ſimile.

Quæ extra ſaltum diſpoſitæ erant.) 282. G. Superius ait, in ſyloam fuſos confugiſſe hoſteis, & COS. Fabium potitum hoſtiũ caſtris. hic verò ait, extra ſaltum diſpoſitas hoſtium ſtationes. Præterea quid opus erat hac conſulis ſimulatione, cum ipſe hoſteis fuderat, caſtriſque exuerat? Deinde quo pacto hoſteis ludere poterat, cum ipſi per ſyluam eundum eſſet, in quam illi confugerant?

Itaque quantus nunquã antea exercitus ad Sutrium.) 282. H. Quod quidam pro nunquam, repoſuerunt, non vnquam. res eſt non magni momenti. Illud mihi magis conſiderandum videtur, quónam in loco hæc ſubſequens pugna, quod etiam apud veteres dubium fuiſſe ipſe author fatetur, facta ſit. & amphibolon de induſtria feciſſe credimus Liuium. Exercitus enim iam veniſſe ad Sutrium videtur, cum Fabij tamẽ reditus nuſquã hic deſcribatur, niſi quis hæc verba ita torqueat, Ad Fabium vltra Ciminiam ſyluam tantum veniſſe exercitum, quan

rus antea nuuquam ad Sutrium venisse memoretur. Nam ad Perusiam paulò pòst ad finem buius anni depugnat.

Papyrius D. Iunium Bubulcum.) 283. E. Pro D. quidam emendarunt C. Iunium, qui ter COS. fuit. sed poterat & alius esse. Porrò quæ sequuntur verba, in codice Aldino egregie corrupta habebantur. Nam pro, diem diffudit. diem diffidit in eo legitur, fortasis ex Angeli Politiani eximia ista scilicet emendatione cap. 41. Miscellaneorum. de qua iure eum increpat Gnil. Budæus annotationibus in Pandectas, apud quem Budæum, quid sit diem diffundere copiose explicatum reperies. Admonuit nos eius loci eximius vir D. Georgius Amelius Marcomannus compater meus, doctæ lectiouis ac veræ eruditionis columen. In eodem Aldi codice pro his verbis, qnòd saucia, positum erat, qua id efficiat. At Budęus legit Faucia curia. quod cur id faciat, nescio. Porrò quæ proximè sequuntur verba varie leguntur, sed ex quibus nnllum potui elicere sensum. Si, quid curiæ vocabulum boc loco significaret, planum esset, facilius ea intelligerentur. Denique legis curiatæ aliquoties mentionem facit Liuius: at quæ ea sit, nusquam explicat. Curiata comitia erant, quando vitim inibantur suffragia per tribuum curias, vt ex Dionysio colligitur, quibus Camillus de exilio reuocatus dicitur lib. 5. & lex ibidem Curiata lata est, dictatorque abseus dictus.

Nam & cum Vmbrorum exercitu acie depug. 284. F. Non est dubinm quin præcedentia verba de Dictatore in Samniores agente siut dicta, & nunc de Vmbris sine vlla digressionis nota loquitur eosque fusos ait, de qnibus postea dicturus est, Tranquillas res iam Hetruscis turbauit repentina defectio Vmbrotum, gentis integræ à cladibus belli. Quare suspicor pro Vmbris populum hic aliquem Samnirium legendum, etiamsi mihi non liquet qnis substituendus. Deinde nouam digressionem incipiendam, Et ad Vadimonis lacum, &c. quomodo Liuius sæpius orditur.

Galeæ cristatæ.) 284. H. quidam emendarunt. galeatæ cristæ, temere meo quidem iudicio. Videndum etiam quàm bene habeant quæ præcedunt verba, Spongia pectori tegumentum, neutrum enim intelligo.

Fabio ob egregiè perdomitam Hetruriam.) 285. B. Perdomitam ait, quæ nondum domita erat, quippe in quam nūc mittitur exercitus consularis. Cæterùm Decio hic addendum iterum. Fabio III. Valerio prætor hic additur quartum, quod de prætoribus rarum est.

Profectus ad Luceriam Allisates.) 285. C. Videnum legendum ad Luceriam, quæ Romanorum colonia iam erat. Nam Nuceria longius abest in Picentibus, etiāsi tres Nuceriæ à Ptolomæo referantur. Sed quam ipse Appullorum facit, eam puto Luceriā dici, eius & Horatius in Odis meminit. Hoc autē de Allisa & Allisanibus mirū. Capitur Allisa anno ab Vrbe condita. 428. & 445. Hic Allisates subiguutur, cum de eorum defectione vix vllum habeamus verbum.

In agro Pipiniensi.) 285. D. Quidam Pupiuiensi restituerunt, sed nihil certi adferre possum.

Plaga vna (materiam ipsi appellant.) 285. E. Plaga hic haud dubie militiæ nomen, & fortasis quod πλαγίας vocant Græci, aciem quadratam altera parte longiorem. Certe vox hæc à Liuio ita ponitur quasi omnibus nota, cum ipse nusquam antea, quod sciam ea vsus sit.

Trinis castris intra paucos dies exuti.) 286 E. Ita libro 5. Antea (inquit trina loca cum contentione summa patritios explere solitos. Laurentius Valla de lingua Latina meritisimus de hoc nomine dubitare visus est libro 3. elegantiarum, qnasi non ex enrum numero quæ nominibus tantum pluralis numeri addantur. At bic locus de trinis castris satis conniucit esse de eorum classe. Addam exemplum aliud ex Cæsare lib. 5. de bello Gallico. Ipse cum tribus (inquit) legionibus circum Samarobriuam trinis hybernis hyemare constituit.

Et cum Carthag eodem anno fœdus tertio ictum.) 287. D. Polyb. lib. 3. ait primum fœdus cum Carthaginensibus ictum sub primis COSS. quod Liuius omisit. Tertium autem ictum eo tempore, quo Pyrrus Rex iu Italiam traiecerit. Liuius hoc auno, tertio ictum. Auteaetiam anno 407. Sed primúmne an secundò incertum.

Hos COS. Piso Q. Fabio, & P. Decio suggerit.) 287. E. Si quis dubitet, curæné fuerit Liuio vt annales per COSS. nomina diligenter describeret, habet hic opinor satis luculentum exemplum. Quare trium annorum Consules omissos lib. 2. ab Vrbe condita, puto iniuria temporum, non Liuij negligentia accidisse.

Tifernam Posthumius, Bouianum min.) 287. E. Cum ambo COSS. in Samnium missi sint, necesse est Tifernum in Samnio oppidum esse. cum omnes authores Vmbrorum esse oppidum diuerso cœli tractu fateantur. Fieri tamen potest, vt duorum oppidorum hoc sit nomen. Libro etiam sequente Liuius montem in Samnio Tefernum perhibet. Est & apud Pliu. lib. 3. cap. 11. Tiserni amnis meutio, cuius meminit & Ptolomæus apud Garganum. si codices nou errant.

Et Bouianum, vbi postero die cœptum oppugnari.) 288 G. Hoc oppidum anno 444. rursus postea anno 455. capitur. ita Liuius ter captū memorat, cum ne semel qnidem defecisse vspiam scribat.

Eo anno Sora Arpinum, Cesseutia recepta.) 288. G. Quidam Censennia restituerant, quod nescio quàm bene. quidam Consentia, quod miuime quadrat, est enim Cōsentia Brutiorum oppidorum longè à Samnitibus. Videnum Esernia legendum, cuius iu Samnitibus meminit cum Ptolomæus. tum Plinius.

Eodem anno C. Flauius Cn. filius.) 289. B. Quidam etiam filium Cn. vocant. Gellius li. 6. cap. 9. non Cnei, sed Anni filium ait. Ita Cicero ad Atticum libro 6. Cæterùm quod hic rursus de aureis annulis uobilium Liuius tradit supra contra Plin. esse ostendimus.

Vt equites Idibus Quintilibus transueherentur.) 289. E. Satis concise boc tradit, quod Dionysius lib. sexto post pugnam ad Regillum lacum copiose narrat. Meminit & Valerius Maximus libro 2. cap. 2. Trabeatos (inquiens) equites Idibus Iulij Q. Fabius transuehi instituit, Quo in loco etiam tribus IIII. à Q. Fabio descriptas memorat, cū paulò antè de equestris ordinis spectaculo disseruisset, sed alio apparatu quàm Idibus Qgintilibns.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM X. HENRICHI GLAREANI ANNOTATIONES.



SORA atque alba coloniæ deductæ.) 290 F. Quidam mutarunt hos casus in accusatiuū Soram atque Albam, sed ineptè, meo quidem iudicio, cum id genus loquendi per nomiuatiuum sæpius apud authores inueniatur, atque adeò maxime apud hunc, vt præter alia innumera loca præcedente libro anno 442. ita ait: Suessa & Pontiæ eodem anno coloniæ deductæ.

Thurias vrbem in Saleutinis cepit.) 290. H. Omnes fatentur Thurium neutro genere, vel Thurij masculino genere oppidū esse magnæ Grȩciæ, vt videre est apud Strabonem lib. 6. etiamsi initio ferè eiusdem libri supra Thurios fa-

rios fateatur regionem esse, quæ Thuriana (sed corruptè id ita legitur, Tauriana enim legendum) vocetur. Fieri autem potest, vt & in Salentinis eius nominis fuerit oppidum.

Ostiũ prealti fluminis, quo circumagi. &c.) 290. I. Hæc verba adhuc exploratorum puto: sed quidam, possint verbum, sustulerunt, ante verbum, vidisse, sine quo sensus nõ constat. Meduacus autem nomen nõ temere apud authores reperias. Boccatius Venetorum ait flumen haud dubiè hoc ex loco, nihil præterea addens. Quod autem Patauinos metu accolarum Gallorum semper in armis fuisse Liuius dicit, causa innuitur cur ita vbiq; Gallos eleuet. Sed ab historico abesse oportebat odium. Ex hoc item loco satis apparet quantum luminis sensui adferat vel addita vel detracta aspiratio in ostium & hostium.

In quem colonia Carseoli deducta erat.) 291. B. Postea anno 455. ab Vrbe cond. rursus deducta refertur. credo memoria lapsum Liuium, non bis deductam coloniam. quatuor enim duntaxat anni intersunt, nec vspiam interea amissa describitur.

Cæterum ex Maximi cõmuni cognomine.) 291. B. Collatio est Q. Fabij ad M. Aemylium Paulum, non ad M. Valerium Max. Quare hæc Liuij suspicio de nomine Maximi, minime congruit.

Milioniam, Plistiam, Fresiliam intra p.d. cep.) 291. B. Quidam codices Miloniam habent, ac fere vetustiores. Cæterùm postea anno 459. Samuitium oppidum dicitur, Plistia item superiore libro. anno 440. hic (si dijs placet) Marsorum. Neq; verò perpetuo audiri oportere puro diuersorum oppidorum fuisse nomina. sed credibilius est in his vel errare codices, vel memoria lapsum Liuium: vtrunque sane non multum abest à verò.

Castra in agrum Rusellanum promouit.) 291. D. Meminit Rusellæ Ptolem. & Plin. item Rusellæ coloniæ. Eiusdem agri item hic noster author in hoc adeo lib. anno ab Vrbe condita 459. vbi tamen codices fere legunt Rosellanum.

Et super alios alij nunciãt dictatori.) 292. F. Vide vt hic sermo statim versus est. Præcedentia enim verba manifeste de Hetruscis dicuntur, hæc autem omnino de Romanis. Neque enim Hetrusci dictatori nunciant omneis legiones Hetruscorũ capessisse pugnam. Sed certè coniunctio et, nouæ digressionis est nota, quod superiore quoq; libro admonuimus: nisi quis mendã in hoc loco putet. Illa etiã verba quę continuo sequuntur, Cæterũ satis fretus: etsi intelliguntur, duram tamen habent compositionem.

M. Valerio, & Q. Apuleio COSS.) 292. Et hic rursus Valerium absque cognomine profert, vt anno ab Vrbe cond. 443. fecerat, & bis, hoc adhuc anno, & sequenti. quanquam Maximus hic fuit Dictator, ac illi consulatus duobus sequentibus annis datus videtur. Id vnum apud me dubium, num Coruinus etiam Maximus sit cognominatus, an alius quispiam M. Valerius cum Coruino hoc tempore vixerit ex eadem familia. Nam à quadriugentesimo ab Vrbe cond. anno, nouies in magistratu M. Valerij nomen reperias: sed Coruinus anno 407. primum fit COS. in sex sequentibus locis aliquis alius semel fuit COS. non Coruinus. At qui ex illis locis sit, non satis liquet, suspicor tamen anno 443. Alioqui Coruinus hic erat VI. COS. ac anno sequenti VII. quod non videtur verisimile. Nemo enim ante C. Marium septies COS. fuit Romæ, authore Plutarcho. Plinius sanè libro 7. cap. 48. à primo Coruini consulatu ad sextum vsque ait intercessisse annos 46. quod ego intelligo non connumeratis extremis. At hic annus est 47. Quare sequenti, non hoc anno, puto Coruinum sextum fuisse COS. vbi Torquato subrogatus fuit: & vel hunc locum, vel eum anno ab Vrbe condita, 443. vt diximus, de alio intelligi Valerio. Sanè lex de prouocatione. à Coruino magnæ authoritatis viro lata videri potest. Et fortassis Dictatori prioris anni malè additum Maximus. Nam & Liuius in comparatione illa ex nomine Maximi orta, lapsus videtur, vt paulò antè demonstrauimus. Sanè Liuianus codex in his oppidò negligens est, authorisne culpa, an temporum iniuria, ignoro.

Qui cum eadem ferme de iure patrum ac pl.) 293. B. De iure patrum contra legem Liciniam dixerat Appius ad finem libri 6. Sed de iure plebis pro eadem lege tribuni pleb. Quare hoc loco, dixissent, numero pluratiuo legendum, quod quidam codices neglexerunt. Et quia libro sexto Liuius Appij bene longam, omissa tribunorum, posuit orationem, hic eidem visum puto operæpretium esse, vt Decij poneret, omissa Appij, non eiusdem, sed Censoris, vt puto. Intercesserunt enim anni plures LX.

C. Martius, T. Publius.) 294. G. T. Publilius legendum puto, quod antea toties de Q. Publilio Philone admonuimus: erant enim Publilij ex plebe, & ex Publilius quàm cito factum Publius?

Eodem anno ab Hetruscis aduersus inducias.) 295. A. Biennio ante, COSS. M. Liuio, & C. Aemylio, induciæ datæ erant Hetruscis ad biennium, ab dictatore M. Valerio, quo pacto igitur parabant bellum aduersus inducias? Vide etiam num legendum talia, pro alia, in continuò sequentibus verbis: non enim alioqui facilè intellectu.

Bouianum inde aggressus.) 296. G. Hoc oppidum bis antea captum à Romanis 444. & 449. quod admonemus ob fidem exemplariorum. De Carseolis iam admonuimus.

Qua intra decem annos eundem COS. refici.) 296. I. Hic vndecimus est annus, quo Q. Fabius COS. fuit, nempe anno 446. Licuit igitur eum rursum COS. fieri hac lege non impediente. Sed fortassis Liuius oblitus sui, secutus est Pisonis ordinem, de quo anno 449. Id multo mihi dubium magis, quandónam hæc lex fuerit lata, cum anno 446. in hoc ipso Fabio, prioribusq́ue adeo annis raro obseruata fuerit, nec posterioribus item temporibus, vt Consulum nomina recensenti facilè apparet. Annotauimus simile quid in Chronologia nostra de posteriore Scipione apud Florum lib. 56. in Epitome, anno ab vrbe condita 620.

Igitur nõ fefellere ad Tifernum.) 297. A. Admonuimus de hoc, priore etiam libro. Ex hoc sanè loco oppidúmne sit, an mons, an fluuius, sciri non potest, Ptolemæus fluuium facit, Liuius montem postea, atque hæc nõ in Vmbria, vbi Tifernum oppidum omnes fatentur.

Fabius etiam vrbem Gimeram cepit.) 297. E. Variè hoc in exemplaribus legitur, cęterùm certi nihil: videnda sunt exemplaria vetustiora, & fieri potest vt nomen cum loco interierit.

L. Volumnio & App. Claudio COSS.) 298. G. Legendũ, iterum COSS hoc quod ipse paulò antè innuit, Priore (inquiens) item consulatu inter se comparari, fuere enim antè vnà COSS. anno 447.

Ferentinum inde.) 299. A. De Ferentino libris huius decadis duobus primis admonuimus, sed in Volscis oppido, cuius agrum Romani Hernicis postea dederunt, anno ab Vrbe cond. 342.

App. Claudius prætor: omnes absentes) 302. I. Oportuit Q. Fabium ac P. Decium non descendisse in campum Martium, alioqui vtique præsentes erant. Appius autem erat in Hetruria. Cæterùm cum aliud fuerit tempus creandi, aliud ineundi magistratus, Liuius in nunc sequentibus frequenter numerum adijcit posteriori tempori, quanquam ea res indiligenter ab eo obseruata est multis in locis.

Fabius quam arborem conseruisset.) 303. B. Si hæc verè scribuntur, qui factum est vt anno 446. idem hic Fabius cum eodem hoc P. Decio collega COS. non contenderit, atque adeò ægrè tulerit, Hetruriam à se iam in triumpho latam, ad sortem reuocari, vbi sors eius prouinciæ in Decium cecidit? Mirum vero Liuium eius prorsus nullam dicere causam. Videndum etiam hoc loco, num conseuisset legendum, pro conseruisset.

At oppidum Aharnam.) 304. F. Vel corruptum est hoc nomen, vel deletum oppidum, vt postea nemo eius meminerit, vt sunt pleraque alia.

Relicta secunda legione ad Clusium quod Camars.) 304. G. Clusium vetus intelligit, quod à Roma distare ait

Polybius libro 2. irinere trium dierum. Ioannes Annius Viterbiensis super Catonis nescio quo fragméto, Comorsol vocatum ait hoc Clusium. Verum quod ad hunc attinet locũ, secunda legio Clusij relicta refertur. vbi autem exercitum alium Fabius reliquerit, neque hoc loco, nec in sequentibus Liuius explicat, castrorum meminit, sed illa ab secunda legione nescio vt discriminet. Nec id satis constat, num Scipio legionis dux cum ea interierit, quippe cuius in posterioribus adhuc videtur mentio. Deniq; antea legio secunda cum tertia in Samnium mittitur sub Volumnio COS. hic vero posteriore anno ad Clusium cæditur. Paulò pòst autem in acierum ordinatione aduersus Gallos ac Samnites, ipsa aberat, videlicet cum quarta legione missa in Samnium.

Transgresso Apennino in agrum Sentinatem.) 307. G. Plin. lib. 3. cap. 14. Setinates in Vmbris ponit. Ptolemæus Centinum oppidum nõ longe à Spoleto memorat. Idem Annius meminit eorum super eodem fragmento circa vetus Clusiom. In Plinio litera n omissa videtur.

Ita vt magna pars integris corp. atto. concide.) 307. A. Hoc loco, magna pars integris corporibus attoniti conciderunt. Paulò pòst de ijsdem loquens, Galli, inquit, testudine facta conferti stabant. Sed Gallorum certè hostis fuit Liuius, vt id multis ex locis colligitur.

Equitum sex & quadraginta mill.) 307. D. Quidam codices nullum millenarium adiecerant equitibus, quod videbatur non verisimile, equitatus numerum maiorem peditatus numero fuisse: sed meo iudicio neque omitti millenarius potest, neque equitatus excedere peditatum: ideoq; ita legendus est locus: Equitum sex millia & quadringentos, mille carpentorum scripsere fuisse. Multa similia in numeris errata passim reperias.

Et partem aliam in Esemiacum quoque, quæ.) 308. F. Ita habent vetustiores quidã codices: & Eserninorum meminit Ptolemæus, & item Plinius lib. 3. cap. 12. in Samnitibus. Quidam ita emendarunt: Et parte alia in Eferrunium, quæq; Vulturno adiacet flumini, descendere. Ego quid Eferrunium sit ignoro. Tum illud, quæq;, quid referat, æquè obscurum. Planior erat sensus si ita legeretur: Et parte alia in Eferrunium quoq;, qui Vulturno adiacet flumini, descendere. Sed lectoris esto iudicium.

Annumq; sextum & quadragesimum à M. Valerio & A. Cor.) 308. G. Hi fuerunt COSS. anno 412. quibus annis si adieceris 46. fient anni ab Vrbe condita 458. Hic igitur locus conuincit in superioribus alicubi annum vnum aut alterum omissum iniuria temporum, quod nos in Chronologia nostra latius ostendimus.

Quinam sit ille quem non pigeat longinquitatis.) 308. H.

Quidã sustulerant ex hoc loco negationem, cõtinuoq; pòst reposuere. Ego quid ibi faciat non planè intelligo.

Attilius cum exercitu extemplò profectus) 308. I. Profectus ait primum singulariter: deinde pluraliter subiungit, obuium habuere hostem. suspicor plane non integram esse hoc in loco codicum fidem: quanquam quod ad eam rem dicerem, habeo, verùm mihi nõ satis facio. Ibi & vbi, relatiua hic sunt. & Samnitium rem superiorem Romana ait trifariam, quòd Romanos ab ingressu, à vastatione, à regressione prohibere facilè quiuerint. Sed lector locum discutiat, perpendatque dicendi genus satis durum, mea quidem opinione.

Interamnam coloniam Romanam) 311. E. Vbi & quando hæc colonia deducta sit, non meminit Liuius. Ptolemæus Pragutiorum oppidum ait prope Marsos. Plin. Interamnatium lib. 3. ter meminit capitibus 12. ac 14. vt omnino non vnius duntaxat oppidi nomen.

Cum L. Horatium, M. Valerium COSS.) 311. C. Legendum M. Horatium, L. Valerium COSS. ex libro tertio, anno 306.

Ibi ex libro vetere linteo lecto sacrifi. facerd.) 312. H. Illud lecto, vide verũ ad libro, an ad sacerdote referendum, præterea qualis hæc compositio?

Amiternum oppidum de Samnitibus vi cepit.) 313. A. Ptolemæus Vestinis hoc tribuit oppidum: at de locis quæ Samnitico bello nnmerat Liuius, non omnia certa pronuntiauero. Atinatem enim hic numerat agrum haud dubiè in Samnitium ditione, cum Plinius libro tertio capite vndecimo Atinates Lucanis adscribat, capire verò duodecimo Marsis, & quinto capite inter Latiæ populos enumeret. Comnios ait idem ex Aequicolis interijsse, hic autem ex nuntio Papyrij ad Caruilium misso, non ita longe ab Aquilonia distare intelligitur. Aquilonia verò Hirpinorum oppidum à Ptolemęo perhibetur. Duroniam non temere inueneis apud authores.

Nec grauiter pugnatum lacessendo qui.) 313. A. Quidam grauiter emendarunt. cæterùm quæ sequuntur verba, perquàm obscura sunt.

Papyrius nuntio misso, extemplo con.) 313. B. Aut *verbum* est aut noua repetitio. nam dies nuntij misi, vt cum die cõcionis conueniat, non planè video: nisi quis hic misso, pro dimisso exponat.

Quadringentariæ fermè erant.) 313. E. Quadrigenarijs quidam emendarunt, temerè meo quidem iudicio. Aelianus de aciebus instruendis vocat cohortem pentacosiarchiam, id est, quingentariam, quæ fit ex hominibus D. XII. ad quam formam hic quadrigenariam vocasse videtur Liuius. Similis locus fuit libro septimo ab Vrbe condita, vbi obiter etiam aliquid attigimus.

Cum cohortibus alarijs in tumulum consp.) 313. E. Alaribus alij rectè emendarunt. Nam paulò pòst de eodem Sp. Nautio dicturus est: Sp. Nautius dux alaribus cohortibus erat. Vegetius libro 2. capite primo, equites intelligit, qui ad similitudinem alarum ab vtraque parte protegant acies. Cæterũ Liuius postea vbi Caruilius COS. præsidium contra Samnitium viginti cohortes mittit, ita ait: D. Brutum Scæuam legatum cum legione prima & viginti cohortibus alaribus, equitatuque, ite aduersus hostium subsidium iussit. Hic apertè & legionatij, & alares, & equites distinctè nominantur: quare etiam pedites intelligi fortassis possunt, etiamsi hoc loco in equis veniant cum Sp. Nautio.

Insequitur acies ornata armataque.) 314. F. Ornatam aciem intelligo linteatam phalangem sexdecim millium hominum, quam legionem ipse paulò antè vocauit. Armatam autem aciem paulò plus viginti millium exercitum, nec corporum specie, nec gloria belli, nec apparatu linteatæ legioni dispatem. Quę verò hic sequuntur verba, perquàm obscura sunt, nisi hostibus pro hostium legas. Illud etiam, E misso temerè pilo, dubium. quis enim misit? Lepidissimum autem conui tam otiosi atque audacis prodigium. hic Liuius non modò æquat Herodotũ, sed propemodum superat, vt critici dicunt.

Pauxillum mulsi prius quàm temetũ biberet, sese fa.) 315. D. Pocillum alij malunt. Plin enim lib. 14. cap. 13. de eodem Papyrio loquens ita ait: Votum fecit, si vicisset, Ioui pocillum vini. hæc ille, nihil præterea addens. Hic vix intelligitur hæc argutia: etsi quid mulsum, quid item temetum sit haud obscurum est. sed iudicet lector.

Diuersi Papyrium ad Sepinum, Caruilius ad Vol.) 316. K. Sepini in Samnitibus meminit Ptolem. Volanam habebant veteres libri. at alij in Veliam mutarunt, temerè meo quidem iudicio. Est enim Velia in Lucanis littorale oppidum, longe à Samnio.

Quónam modo tolerabilis futura Hetruria) 316. K. Hęc ita Liuius narrat, perinde atq; antè Hetruria ac Samnium nunquã simul aduersus Romanos fuerint, cum ad finem anni quadringentesimi quinquagesimi septimi hi duo populi, ac præterea Galli ac Vmbri, non parua accessio, bellum mouerint Romanis.

Neque obsidio, neque bellum ex æquo erat.) 317. B. Hæc verba quid sibi velint, & an integra, vix equidem intelligo.

Auri triginta tria millia.) 317. D. Legendum puto, & auri mille triginta tria. sequitur enim pondo, idque eam potissimùm ob causam, quod ea tempestate rarum esset aurum, & summæ nimium excrescerent. Nisi quis tantum auri contendat fuisse, quantum in moneta facerent (vt cũ vulgo loquamur) triginta tria millia pondo. Semel ita

locutum

locutum puto Liuium lib. 1. de pecunia ex Pometiæ vrbis præda à Tarquinio seposita. Triginta tria millia pondo argenti facerent 330000. coronatorum. Cùm totidem auri pondo ingentem summam, nempe 3696000. coronatorũ, ex vnius tum vrbis præda haudquaquam sperâdam. Scio quosdam aliter legere, sed cuique sua sit coniectura. Atque hæc in primam decadem. Quòd si hic annus est ab vrbe condita 460. perfectus, & bellum secundum Punicum, quod tertia describitur decade, decimooctauo demum anno finitum est: denique bellum Macedonicum, quod quarta deinde sequitur decade, cœpit anno ab Vrbe condita 554. vt eo in loco ostendemus luculentis rationibus: certe decados sequentis anni fuerunt 75. Sed hæc ab initio nostrarum annotationum latius prosecuti sumus.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM XXI. HENRICHI GLAREANI ANNOTATIONES.

Missvs Hannibal in Hispaniam.) 322. K. Haud abs re multi eximij viri hoc in loco dubitarunt, quandónam Liuius crediderit Hannibalem in Hispaniam missum. Si enim cum Hamilcare parente in Hispaniã venit, quod Polybius, Plutarchus, alijque authores asserunt: & ipse Hannibal ter apud huoc fatetur authorem, semel libro huius decados primo, in oratione ad milites apud Padum: iterum libro decimo ad populum Carthaginensem: tertio ad Antiochum regem libro quinto decados quartæ: quo pacto vera esse possunt quæ hic aliquot locis tam ambiguè ait Liuius? alibi vix dum puberem, literis ab Hasdrubale accersitum, alibi quinto post patris mortem anno, quippe qui triennio sub Hasdrubale militasse dicatur, anteaquam imperator electus fuerit, cùm tum temporis vt minimum 23. annorum iuuenis esset. Cæterum cùm secundum Liuij verba nouem annorum puer admotus altaribus fuerit, ac ipse pater Hamilcar nouem deinde annis, Hasdrubal eius gener octo, in Hispanijs administrauerint imperium, videndum omnino quo anno Hannibal accersitus videatur, quo anno venisse in Hispaniam, quo denique anno cepisse imperium. Quod si dicamus nouem annorum puerum Hannibalem cum Hamilcare parente venisse in Hispaniam, ac post nonum parentis in Hispania, octauúmque Hasdrubalis in eodem imperio annum, ipsum electum imperatorem, cùm haberet iam annum 26. omnia tunc loca de Hãnibale bene habebunt, & cessabit intempestiuum hoc scomma, quo Liuius in hac præfatione in hos viros iocatur, cùm nec temporum ratio, nec patris verecundia hoc, vt verisimile videatur, admittat. Fuere enim viri strenui, quantumuis barbari. Præterea nescio quàm longe vehementius viriliusque sonet, si quis omnibus his dictionibus aspiret. Hannibal, Hamilcar, Hasdrubal, Hanno: nec dubito apud priscos eam fuisse pronunciationem in Punica lingua, deinde per Græcos ac Romanos corruptam, vt pleraque alia barbarorum Cum nemine tamen ea de re certauero.

Arma atque equi conspiciebantur.) 323. B. Incerta est distinctio, incertus sensus: neque hercules ego satis explicare possum, nisi dicamus: Si quando arma atq; equi conspiciebantur, tum equitum peditumque longe primum fuisse Hannibalem. Sed neque sic satis fit mihi.

Finitimis domitis gentibus iungendoque.) 323. C. Videndum lectori, num hic nomen aliquod substantiuum desideretur: Nam illud, iungendoque, quid sit, non intelligo.

Carteiam vrbem opulentam caput eius gentis.) 323. C. Carteiæ vrbis & nomen & situs varie apud authores habetur. At Olcadũ nomen nõ fermè apud vllũ classicũ inuenias, nisi apud vnum Polybium, vnde hic noster Liuius totam huius libri historiã propè de verbo ad verbum mutuatus est, eademque secutus Plutarchus.

Hermandica & Arbacala Carthorum vrbes.) 323. D. Pro Carthorum quidam Carteiorum restituerunt: at hi Olcadum melius reposuissent, siquidem Carteia Olcadum caput erat, vt paulò ante dixit Liuius. Verùm ex Polybio clarum euadit Hermandicam & Arbacalam Vaccæorum vrbes fuisse. quare hoc loco pro Carthorum. non Carteiorum, sed illorum, restituendum erat, vt Vaccæos referat. Idem ostenditur apud Plutarchum in Hannibale. Sed ab aliquo sciolo hoc corruptum temerè. vt alia pleraque.

Aegates insulam Erycemque ante oculos proponite.) 325. E. Mirum hoc nomen tam variè scriptum inueniri, alibi Aegades, alibi Aegates, Aegusam etiam apud Græcos, vt Polybium, qui lib. 1. eam insulam mediam inter Carthaginem ac Lilybæum ponit. In eodem tamen libro paulò pòst ait non longè à Lilybæo abesse, atque ita etiam posuit Ptolemæus. L. autẽ Florus in sua Epitome de pugna Carthaginensium cum Luctatio COS. ait, Carthaginensium rates totum inter Siciliam Sardiniamque pelagus naufragio suo operuisse, vt Aegates inter has duas insulas esse significaret.

Sed Tarento tum in Italia non abstinueramus ex fœdere.) 325. E. Hoc de Tarento apud neminem authorem inuenio: sed Messana Mamertinorum vrbe non abstinuere Carthaginenses, quæ vrbs principium fuit aut caossa potius primi belli Punici. Porrò bello Tarentino cum Carthaginensibus quarto fœdus renouatum est, vt idem Florus in Liuij Epitome lib. 13. fatetur. Mamertinis autem auxilio venere, apud eundem lib. 14. & 16. quo facto ab iis fœdus violatum est. Sunt autem Mamertini vrbis Messanæ iniusti occupatores, quibus Romani non satis decorè auxilium tulere. vt author est Polybius lib. 1.

Itaque nequicquam peragrata Hispania in Galliam transeunt. In his, &c. 329. E. Cum dicit in Galliam, statimque subinogit, In his, videri potest syllepsis & genere & numero esse. Quanquam etiam nomen alicuius populi omissum fortassis est, quippe qui post aliquot versus subnectat: Eadem fermè in cæteris Galliæ concilijs dicta auditaque. Sed indicet lector.

Peditum Afrorum XI. millibus octingentis quinquaginta.) 330. K. In Polybio ita legitur lib. 3. Pedites autem ex Africa XI. millia octingentos quinquaginta, ex Liguribus trecentos, ex Balearibus quingentos. quare hic distinguendum & post quinquaginta, & post trecentis: deinde post Balearibus addendum, quingentis: tollendaque distinctio post Liguribus. vt totus locus ita legatur: Firmarque eum Africis maximè præsidijs: peditum Afrorum vndecim millibus. octingẽtis quinquaginta: Liguribus trecentis, Balearibus quingentis. In elephantorum ac Libyphœnicum numero etiam discrimen est: sed fieri potest vt Liuius non vbique sit secutus Polybium.

Atque inde profectus præter omissam vrbem.) 331. A. Quidam restituerunt, Erouissani vrbem. In Ptolemæi codice Etobessa Edetanorum vrbs hoc itinere legitur.

C. Luctatius, Aul. Seruilius.) 331. E. Libro decimo huius decados, vbi hi ex captiuitate liberantur à COS. Cn. Seruilio huius Auli filio, legitur Cneius etiam, vt patris ac filij idem fuerit prænomen. sed placet magis Aulus hoc loco.

Necdum per patentia loca ducebatur agmen, cum apparuit hostis vbi.) 332. F. Ego, necdum, duas esse dictiones existimo: & tollendum illud cum, ante apparuit. vt sit sensus:

ſenſus: Hoſtem, quandīn in patenti loco agmen Romanum ducebatut, non viſum: ſed vbi rurſus ſyluæ intratæ, tum Gallos rurſus adortos Romanos. quod & ſequentia deinde verba ſatis indicant. Notanda autem ſignificatio verbi intratæ. Porrò quod de vico Canneto ait, propinquum eum Pado flumini, bene congruit etiam Mutinæ. Nam libro decimo dicturus eſt Canneti hos legatos captos, cum alij Mntinæ captos credant, in qua opinioe eſt etiam Polybius.

Itaque ingens co.vis na. eſt lint. quæ tem. ad vicinalem vſum.)332.L. Vicinalis vſus quid ſit, obſcurè intelligitur. Perottus Polybium vertens, hoc loco quotidianum vſum traduxit. Vellem videre græca, quæ ad manum nobis defuere.

Ad id dati dnces Galli educunt inde millia v. & XX.) 332.K. Apud Polybium ducenta ſtadia leguntur, quod idem eſt. Siquidem ſtadium vnum 125. paſſus continet, authore Plinio libro ſecundo. Cæterùm quæ cootinuò ſequuntur verba, & male diſtincta ſunt, & obſcurum habēt ſenſum: quæ quia plana facere diffiſi ſumus ſateri lectorem admonuiſſe, ſi fortaſsis correctiorem codicem nactus, ipſe medicam manum adferre queat. Multa enim eiuſmodi ſunt, præſertim in hac decade, quæ mutila, ac temporū iniuria corrupta dicere non dubito: qoale etiam illud ſtatim de Hiſpanis: Ipſi cetris ſuper poſitis incubantes. Quidam ſuppoſitis maluit, quidam in nominandi caſu ſuperpoſiti. Sed lectoris iudicio hæc relinquo.

Vt quenque timentem altitudinē deſtituerat vadum.) 333.C. Quidam vado emendauerant, ſed nihilominus obſcuro manente ſenſu. At ea omnia proſequi neq; poſſum, neque videtur operæprecium.

Pluribus retinaculis validis parte ſuperiorī ripæ relig.) 333.C. Polybius longe plureis rates ponit, duas à terra in amnem, duas à parte ripæ retinaculis religatas ad arbores parti ripæ ſuperiori eminenreis: denique duas ſolutu facileis ab alijs, ac longe maiores. Difficultas intellectus, quare & quomodo, quæ à terra erant, ligabantur: quæ in amne prorſus, non ligabantur, cum haud dubie maiore fluminis vi deferri poterant. Sed talia multa à nobis indiſcuſſa ſtudioſis lectoribus conſideranda relinquimus.

Qui ſe duces itinerū, ſocios periculi fore affirmantes.) 334.F. Cum hi duces itinerum eſſent, & Hannibal falſum Caſilini monſtratorem crucifigere non dubitarit, mirum quo pacto toties poſtea in Alpibus errans, nō omneis crucifixerit. Sed talia fortaſsis diſsimulanda ſunt: nam in Polybio ea inuenit Liuius.

Sed ad læuam in Tricaſti. flexit. inde per ex. oram Vocontiorum agri tetendit in Tricorios.)334.K. Tricorij oppidi meminit Plinius lib 3. cap. 4. Cæterùm cum in Allobrogibus iam eſſet Hannibal Alpes tranſiturus, quomodo ad læuam io Tricaſticos potuit flectere iter? quomodo deinde in Tricorios, atque adeo ad Druentiam flumen? Polybius certe ea non babet, vnde vnde acceperit Liuius. Ego ad dextram malim legere, ſiue locorum ignorantia, ſiue caſu lapſus Liuius, ſiue denique temporum iniuria id erroris in authoris codicem manauerit.

Vtraque ſimol obiecta oculis animiſque.)335.E. Coniunctionem, que, omiſerunt quidam codices recentes, ſed abſqoe ea nullus erit ſenſus.

Occurſantes per obliqoa montani, erupto medio agmine.)336.H. Quid ſit erupto medio agmine, haud ſane iotelligo. Vide num interrupto medio agmine ſit legendū.

Recenti terræ lapſu in pedum mille admodum.)337. C. Polybius cum hanc rupem deſcriberet, oō de altitudine, ſed de anguſtia viæ anguſtiore facta meminit. Liuius verò cum ab initio dixiſſet, Ventum deinde ad multò anguſtiorem rupem, paulò pòſt ſubiungit: Natura locus iam antè præceps, recenti terræ lapſu in pedū mille admodum altitudinem abruptus erat, nulla amplius anguſtiæ mentione facta. Polybius præterea ducentorū pedū meminit, vbi Liuius mille ponit. Sed hæc eius erant qui commentarium ſcriberet longius proſequi. Attigit, & Valla locum.

Digreſſus deinde ipſe ad locum viſendum.)337.C. Senſus ſequentium verſuum perquàm obſcurus eſt. Polybij verba Perotto interprete (nam Græci codicis copia defuit nobis) clariora viſa ſunt, ea ita habent: Dux Carthaginenſium priocipio per loca inuia, nec ante eum diem trita, circumducere agmen conatus, quoniam iter id niues inſuperabile faciebant, à propoſito deſtitit.

Ipſis adminiculis prolapſī, ſi iterum corruiſſent.)337. D. Hęc verba videntur neſcio quid deſiderare. Quid enim ſenſus hic eſt, prolapſi ſi iterum corruiſſent?

Secabantur interdum.)337.E. Ita quidem reſtituerunt bnoc lqcum, cum prius necabantur legeretur. Sed totus hic locus verbis ſequentibus perquàm obſcurus eſt. ideoque & hic Polybij verba ex interpretatione Perotti ponam, ſi ſtudioſus lector fortaſsis bis adiutus, melius Liuij ſenſum percipere queat. Inmenta vero (inquit) interdum quidem prolapſa glaciem ſecabant: ſed preſſa oneris nagnitudine, pedibusque eorum indurata glacie perſtrictis, moueri poſtea inde non poterant. Hæc ille. Tu etiam atq; etiam vide quid ſenſus ex his Liuij verbis colligere queas, Et prolapſa iactantis grauius in continendo vngulis, penitus perfriogebaut. Nam ego ea plane non intelligo.

Quadridnom ſuper rupe conſumptum.) 337.E. Alij emendarunt, circa rupem, non multum ad rem meo iudicatu. Nam dierum numerum, qnem poſtea ponet Liuius, iuuare conati ſunt. Si enim nono die in iuga Alpium peruentum eſt, biduumque ibi ſtatiua habita: deinde tertio die ad rupem multo anguſtiorem ventum, quadriduumque circa eam abſumptum: denique poſtremo quiete data tridoo, atque ita in planum deſcenſum, numerus excreſcet in decem & nouem dies, cum Liuius decimoquinto die ſuperatas dicat eſſe alpes. Sed in biduo intelligo etiā nonam diem, ita vt vndecimo die ad mulro anguſtiorem rupem veniſſe dicantur. Quádriduum aurem ſequens ita partitus eſt Polybius, vt vnum diem labon datum pro deducendis equis iumentisque dicat: reliquum triduum elephantis deducendis. Igitur hoc ſequenti triduo iumenta equiq; in plano paſta: quanquam Liuius dicit triduum datum etiam hominibus muniendo feſsis, atque deinde io planum deſcenſum. Sed cum in hac numeri ſumma ſecutus ſit Polybium, etiam in partibus ſequi oportuit, meo quidem iudicio, ſed iudicent doctores.

In Taurinis quæ Gallis proxima geos erat in Italiam digreſſo.)338. G. Quidam diſtinxerunt poſt. in Taurinis, quaſi Hannibal in Taurinis eum numeri amiſerit, quem verius toto à Rhodano itinere amiſit. Ego quid dicam, vix equidem comminiſci poſſum. Fortaſsis autem in Taurinos legendum.

Cœlius per Centronis iugum dicit tranſiſſe.)338 G. Ita habent vetuſtiores codices, nō Cremonis. Et Centronum cum alij, tùm C. Cæſar meminit. Cremonis iugum, quod quidam ſubſtituerunt, qnid ſit, haud equidem inuenio. Libuis autē & Ptolemæus & Plinius Vercellas attribuunt. Hic noſter author libro quinto ab Vrbe condita ait, olim eos poſſediſſe loca vbi Verona & Brixia, quæ Cenomani Elitouio duce poſtea ceperint, quanquam eum locum alij aliter legant, vt ibidem commonſtrauimus. Illud autem, ſemigermanis, vehementer me torquet, nec tamen mutare auſim.

Cum Piſas nauibus veniſ. exer. à Manl. Att. que.)338.H. P. Cornelius ante dicitur à Liuio veniſſe Placentiam è Gallia, quanquam alij io eo loco reſtituerunt Genuam: mirum cur hic non etiam Piſas emendarint. Niſi dicamus Conſulem noluiſſe tyrones obijcere Gallis dubijs focijs, atq; ita à Genua Piſas nauibus iuiſſe, vt à prætoribus (nam ita intelligo Attilium Manliumq;) exercitum acciperet.

Pedinim agmen, quod in modum fugientium. 339. C. Peditum agmen, conſtruendum cum aſſequi verbo, quod non ita multo pòſt ſequitur. alioqui ſi ad huius ſenſus periodum connectes cum verbo, obuius fui, videri poterat legendum agmini, non agmen, ſed id perquàm exiguum.

Quinq; millia paſſuum à vico tumulis conſedit.)341. D. Vicū non nominat, & tumulis conſidere quomodo in

plano,

plano, vt hic omnia erant, intelligatur, non hercle capio. Suspicor proprium nomen obliteratum, ac pro eo suppositum tumulis.

Tota rate in secundam aquam labente.) 342.I. Locus perquàm obscurus, confusione ratis & pontis.

Extemplo & circa prætorem à ciuitate missi.) 343.D. Ad ciuitates rectè quidam emendarunt. Sed, circa prætorem, credo græcam esse locutionem. Et illud, ante omnia Lilybæum teneri, obscurè dictum, nisi iussit. vel quid simile intelligas. Deinde illud, perque omnem oram qui erant, insuetum dicendi genus: qui enim, videtur referre eos qui in speculis erant. Denique quod statim sequitur, simul itaque: vide vt suspensum est ad longe sequentia, extemplo datum signum, &c. Postremò quod ait, sublatis armamentis. relatiuum videtur illi quod postea dictum est, demendis armamentis.

Vt socij naualibus affatim instru. cla. ita inopem militе ha.) 344.H. Mirum si socij nauales non erant milites, nisi milites solos Carthaginenses ciues, non socios intellexerit: aut socios fortasse, qui ducendis nauibus idonei, cæterùm ad pugnandũ inutiles, id quod quibusdam magis verisimile. At lib. 6. huius decados Sex. Digitius socius naualis dicitur, haud dubie non inutilis ad pugnandum, quippe qui muralem coronam peteret.

Mille & DCCC. fuere in nauibus capti.) 344.H. Quidã DCC. leguot. At res non est magni momenti, qualia sæpe alia quoque, quæ lubentes negligimus.

Ipse compositis Siciliæ rebus, X. nauium classe. or. Ita. leg.) 345.A. Pro decem nauium classe, alibi decem nauibus legitur. Cæterùm cum dicit oram Italiæ legens, non satis clarè percipitur. vtro mari, superóne an infero viam fecerit: at quia Ariminum venit, videtur supero fuisse, quo & exercitum miserat, vt ait Liuius, cum contrà Polybius Sempronij exercitũ quadraginta diebus à Lilybæo Trebiam pedestri itinere venisse dicat, non nauibus.

Duo millia ped & mil equi. Num. plerosque mixtos.) 345.B. Polybius ait Hannibalem misisse Numidas Gallosque inter se mixtos: quare hic distinguendum ante verbum, mixtos, quod in omnibus prope neglectum vidi codicibus. & ante aliquot versus verbum declarabatur, mutarunt in declarabat.

Varia inde pugna sequentes, &c.) 345.D. Hæc longè clariora apud Polybium leguntur. Et illud, Maior tamen hostium Romanis fama victoriæ fuit: ambiguè dictum videri poterat, nisi quæ continuo sequuntur verba, amphibolon tollerent.

Et quicquid auræ fluminis appropinquabat, affla. ac fr. vis.) 346.I. Videtur & hoc obscurè dictum, quanquam sensus vtcunque percipitur.

Baleares locat ante signa leuem armaturam.) 346.I. In Polybio legitur cum cõiunctione, ac leuem armaturam, vt non intelligamus Baleares leuem dici armaturam, sed alios. Tum hæc quæ sequuntur verba: Deinde grauiorem armis peditem, eodem authore ad circunfundit verbum, referenda putamus, quorum viginti millia inter Hispanos atque Afros mixti, Gallis fuisse scribit. Nec sequentia obstant, quippe & equites & elephanti in cornibus diuisi fuere eodem authore, si modò Perottus græca rectè extulit. Hæc ideo admonitione digna duximus, quòd non est verisimile tam negligenter Liuium hæc traduxisse.

Duodeuiginti millia Romanorum erant.) 346 K. Polybius ait sexdecim millia peditum Romanorum, ex socijs verò Latini nominis ad viginti millia: id quod verisimilius est. quando legiones quaternũm millium erant, vt ipse Liuius superius scriptum reliquit, non ita longè ab huius libri initio. Addit autem Polybius, perfectum numerum copiarum, vbi de summa rerum agebatur, conueniebantque simul duo COSS. ex tot millibus constitisse.

Simul latebras eorum improuida præterlata acies est.) 347.A. Latebras legendum, vt rectè quidam restituere. Nota autem illud simul. pro statim vt, accipi, huic authori oppidò quàm familiare, vt Horatio, quod in superioribus quoque alicubi admonuimus. Cæterùm hic prælatam aciem ait, quam versu sequenti immotam aliquandiu mansisse dicit: quanquam cauillum hoc est, in hoc appositum, vt videat lector, quid sit cum iudicio authores legere.

Creati COSS. Cn Seruilius & C. Flaminius,) 347.E. Addendum. iterum, ad C. Flaminius, vt ipsemet Liuius author est, non ita longè à fine huius voluminis: Flaminio (inquit) fauorem apud plebem, alterumq; inde consulatum peperit. Fuit autem COS. ante hunc anno septimo. Cæterum quæ hoc loco paulò pòst sequuntur verba, de Celtiberis ac Lusitanis. impeditionibus quàm Numidæ essent, haudquaquam à me intelliguntur. Suspicor autem ea corrupta esse.

Itaq; sub lucem cum equitatu COS. aderat) 347.E. De P Scipione hoc intelligo. Nam Sempronius Romam ad habendã comitia profectus erat. Quanquam hoc mirum, cum ad Emporium hoc propè Placentiam occurrisset Hannibali. egregieq; locum defendisset, cur non ad Victumuias quoque adfuerit: an quia multitudo temerè ibi egerit: vt verisimile est? an historia non omnibus vera credita, quippe non ab omnibus scripta, etiam à Polybio omissa, vt quæ luculentum damnum Romanis rebus attulerit? Et sequentia quoq; vsq; ad res Hispaniæ, ab alijs non sunt tradita

Emporijs appulisset classe.) 349.B. Alij classem in accusandi casu emendarunt. Cæterum Liuius Emporias fœminino genere vsurpat; vt libro octauo huius decados in oratione Fabij aduersus Scipionem, & libro quarto sequentis decados vrbem eam describit, postquam Cato in Hispanias venit. quare paulò post hic legendum, Emporias cum classe redijt, non Emporia. etiamsi Græci ἐμπόριον dicant. nominatim Strabo in tertio.

Hostis cis Taraconem, Iberum rursus redit.) 349.E. Ita veteres habent codices, quæ lectio placet, si rectè intelligatur, quòd hostis Hasdrubal qui cis Taraconem vnà cum Ilergetibus, qui & ipsi cis Iberum sunt, socios Romanorum vexabat, aduentu Scipionis perterritus rursus ad Iberum redit. Nam Taraconem versus eum cessisse, vbi præsidium erat Romanorum, vix intelligitur: quanquam hoc quidam ita emendarunt, temerè meo quidẽ iudicio.

Et Cære sortes extenuatas.) 350.G. Ita habent vetustiores codices. Quidam extenuatæ restituerunt. sed errant.

Si in decem annos R P. eo ste lo. Hæc proc. votaque.) 350.H.

Quidam R.P. legerunt Romanum populum, cum Respub. significetur. Ego priorem dictionem Res, integre scriberem. Quidam etiam pro loco, legunt statu, denique procurata vota, adiectiuum ac substantiuum cum relatiuo quę, non cum coniunctione, que: sed mihi displicet, tametsi res est non magni admodum momenti.

Ob hoc ratus auspicijs emendis.) 350 K. Sabellicus emendandis legendũ putauit, sed ex codice Moguntino ementiendis rectè restitutũ est. Nam loquitur hic author ex opinione Flaminij. Præcedente autẽ versu distinguendum post legis, vt suasor legis intelligatur Q. Claudius, non C. Flaminius.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM XXII. HENRICHI GLAREANI ANNOTATIONES.

AM ver eppetebat, cũ Hannibal ex hyb.) 351.D. Priore libro ita babet Liuius: Secundum eam pugnam Hannibal in Ligures, Sempronius Lucam concessit. Nec interea quicquam de eius in Galliam ex Liguribus reditu. Polybius omisit Hannibalis in Ligures discessum. Cum igitur Hannibalis hyberna apud omneis in Gallia fuerint, mihi boc quoq; suspectum totum Hannibalis iter visum est, vt pleraq; quæ in hac historia extra Polybium admiscet Liuius.

Consensu indicantium seruatus erat.) 351.E. Pro consensu, alij consensum restituerunt, quod placet. Perottus cum hæc verteret, crimen indicantium extulit.

Quod enim illi iustum imperium, quod auspicium esset ma) 351.E. Querela est senatus, ea tamen verba me male torquent. Priore enim libro Flaminius priuatus clam in prouinciam abijsse dicitur, quòd rebatur Latinarum feriarum mora, & consularibus alijs impedimentis patres retenturos se in vrbe. Hic autem cõtrà, Latinis ferijs actis, sacrificio in monte Albano perfecto, votis ritè in Capitolio nuncupatis, iustum imperium auspiciumq; secum ferre dicitur. Quod ea de causa admonemus, vt eò attentius lector id legat.

Ex Capuæ speciem cœli ardentis fuisse.) 352.G. Hoc loco Sabellicus ait: Caput pro Capuæ audacter reposui. quod & ego puto audacter factum. Capuæ etiam legendum est, non caput: nisi alia verba aliter legerit.

Iunoni Mineruæque ex argento daretur.) 352.H. Tria magna Romæ numina, Iupiter, Iuno atque Minerua. Cæterùm cum primum Ioui domum fulmen aureum pondo L. fieret, quid Iunoni Mineruæque datum sit ex argento, non explicatur. Nisi quis argenteum fulmen dicere velit.

Hæc vbi facta, Decemuiri Ardeæ in foro.) 352.I. Mirum verò quid ita Ardeę sacrificatum, cum nullum prodigium illic visum in prioribus narretur. Ieiunum etiam est quod sequitur: sed his omnibus verè mederi nequimus.

Galli neque sustiriere se prolapsi, neque assurgere.) 352.K.

Nullus propemodum liber est, in quo non malè loquatur Gallis Liuius, ipse in Gallia Cisalpina natus. Sed scilicet Patauini ab Antenore nati ad Galliam non attinent: nam id aliquot locis innuere videtur. Rideo ineptiam tanti viri. Hoc etiam loco credemus (si dijs placet) Gallos neque sustinere se prolapsos, neque assurgere ex voraginibus potuisse, qui prius toties hoc iter totis exercitibus peragrarint, atque adeò ipsam vrbem victis Romanis ceperint diruerintque. Sed Hercules affectus ab historica fide longè abesse debebant.

A tergo ac super caput detectæ insidiæ.) 354.F. Ego detectæ pro tectæ positum puto, videlicet compositum pro simplici. Nondum enim Romani dolum senserant, de quibus postea dicet: eò magis Romanis subita atque improuisa res fuit.

Romanus clamore prius vndique orto.) 354.F. Sermo est impeditus, ac nescio quid desiderans post verbum, cerneret. Nam illud, sed circumuentum esse, ad sensit referendum est.

Donec Insuber eques (Ducario no. erat) fa. no.) 354.I.

Quidam pro eques equum supposuerunt, & faciemq;, cum coniunctione post parenthesim. Sed simplicior lectio est eques, & faciem absq; coniunctione, vt habent vetustiores codices.

Spoliare cupientem triarij obiectis clypeis arcuere.) 354.K.

Scutis alibi legitur. Sane scutum triariorum erat, vt etiam libro octauo ab Vrbe cond. Liuius indicat, vbi etiam differentia inter clypeum ac scutum, & clarius deinde libro nono.

Profectus per Brutianum Hadrianumque agrum.) 356.K.

Ita in Polybij codice legitur. Moguntinus codex Prætutianum habet, idque cum Plinio consentire videtur libro tertio, capite decimotertio, & decimoquarto. De hoc itinere habes rursus libro septimo buius Decados.

Quæque prophana erunt Ioui fieri.) 357.B. Verba sunt solennia, vetusta, quædam etiam obsoleta, vt non sit opus ibi anxium esse, intelliguntur tamen. Cæterùm quod quidam vere sacros etiam hominum fœtus intelligunt, ex hisce Liuij verbis certè colligere nequeunt, qui ex suillo, ouillo, caprino grege ait. Libro autem tertio, mundo illo quartæ decados, hic prætor C. Cornelius Mammula dicitur, non Aemylius.

Aeris CCXXXIII. millibus triente.) 357.C. Quia in hoc voto omnia ternario numero nuncupata sunt, vt ex Plutarcho etiam in Fabio patet, CCC. legendum, nõ CC. Nec vacat illud triente, propter eandẽ causam. Tractat & Budæus hunc locum libro tertio de Asse perquàm eleganter, vt solet alia.

Tum ædes votæ, Veneri Erycinæ ædem Q. Fab.) 357.D.

Hic locus in omnibus quæ mihi videre contigit exemplaribus corruptus fuit, sed emendatu facilis est. Nam post votæ distinguendum, quasi, de quibus etiam supra memorauit, duabus generaliter dixerit: deinde de vtraq; inferendum boc modo: Veneri Erycinæ ædem Q. Fabius dictator vouit. Menti ædẽ Octacilius prætor vouit. Quare autem Veneri dictator, ratio posita est ex libris fatalibus. Obiter etiam notandum, Octacilium legendum pro Attilio, vt ex libro sequenti patebit.

Prius ab alijs inuictum animum præstans.) 360.F. Vt ingenuè dicam, quid hoc ab alijs referat, haud equidem intelligo.

Quinque & viginti ex triginta cepere naueis.) 362.K.

Paulò superius, quadraginta naueis ait Himilconi ab Hasdrubale traditas: itaque videndum num hic quadraginta pro triginta legendum, quanquam ne Liuius quidem sibi in hoc nauium numero constat. Libro enim pręcedente ait, Hannibalem, cum ex Hispania profectionem in Italiá pararet, fratri triginta duas quinqueremes aptè instructas, ac triremes quinque reliquisse. Quòd si bic adiecit decem, totus numerus erit nauium quadraginta septem, sed negotium non est tanti, vt diutius nos moretur.

Itaque ad onustam classem profecti.) 362.K. Ita ferme habent codices. Alij autem emendarunt, Honoscam classe profecti, vt sit proprium Honosca. Verum Liuius non ita multò pòst, Romana castra ait ad nouam classem fuisse, cum Punica in agro Ilercaonensium essent: quod non mutarunt qui superiorem locum emendare contenderunt. Ego sanè loca illa apud Geographos non reperio, fortasis autem vetustate abolita, aut indiligenter à scriptoribus tradita, vt sunt eius regionis pleraq; apud hunc præsertim authorem, vt in sequentibus clarius demonstrabitur.

Mandonius vir nobilis, &c.) 363.B. Et hic locus in omnibus exemplaribus, quæ nobis contigere, corruptus habebatur. Sequitur enim verbum, venere. Nisi quis Latinè dici putet, Mandonius concitis popularibus venere. Et, Plato vocatis discipulis in scholam aduentarunt. Et quod ab initio libri quarti huius Decados Liuius postea habet. L. Attilio præfecto præsidij, quique cum eo milites Romani erant, clàm in portum deductis, atque impositis in naueis, vt Rhegium deueherentur. vbi coniunguntur, Attilio deductis: quia milites, in medio assumptũ est. Item lib. 7. huius Decados: Exinde Mutinæ, & si quorum aliorum merita erga populum Romanum erant. in Senatum introductis, honores omnibus ad exoluendá fidem Consulis habiti. Sed iudicio lectoris hoc item committimus.

Nihil aliud quàm vnum vile atque infame corp.) 363. E.

Fortaſsis legendum, nihil aliud quàm onus vile, atque infame corpus eſſe ratus. Nam haud ſcio an latini dicant vnum vile, quo modo hic ponitur. Quod ſi locus benè habet, notandum ſanè id locutionis genus vt rarum, atque infrequens.

Iamque artibus Fabij pars exercitus aberat.) 365. B.

Fabius Romæ erat: negotium hic inter Minutium ac Hannibalem agitur. Itaque hæc verba conſideranda lectori, quomodo Hannibal cunctando bellum gerebat, &c. nam ego planè hic hæſito.

Et conſule creato M. Attilio Regulo.) 366. F. Hunc poſtea, vt malè habent quidam codices, vocat M. Attilium Fabianum, qui Flaminio ſuffectus etiam à Polybio dicitur: ſed & Polybius Regulum cognominat, vt hoc loco Liuius.

Quem ſemper occurſurum ad obſi. ſatis ſciebat, & contra iturum.) 367. A. Illud & contra iturum, rectè mutatum eſt in contrahere, abſque coniunctione: tametſi vetuſtiores quidam codices reclament.

Non celerius quàm timui reprehendit for. temeri. 367. D. Hunc autem locum ijdem cum interrogatione legendum præceperunt, quod mihi neutiquam veriſimile videtur, nec quenquam puto illis aſſenſurum. Iidem in Minutij verbis ad milites paulò pòſt, vbi Heſiodi dictum allegat, Quid in re ſit, legunt, cum omnes vetuſti codices habeant, quid in rem ſit.

Vt à populo crearetur qui prodictator eſſet.) 368. K. Quidam diuiſum, pro, & dictatore, legunt: vt paulò pòſt compoſitè, vt dictator pro prodictatore diceretur, bis repetita præpoſitione pro, per appoſitionem & compoſitionem, vt loquuntur Grammatici. Ideoque ſuperius in hoc libro vbi Fabius creatur prodictator, legendum, Nec dictatorem populus creare poterat, quod nunquam ante eam diem factum erat. Prodictatorem populus creauit, Q. Fabium Maximum. Hęc ideo admonenda duxi, quòd in quibuſdam codicibus hæc corrupta vidimus. Quæ verò ſequuntur verba, Adeoque inopia eſt coactus Hannibal, non videntur huc pertinere neque ea ſunt in omnibus libris.

COSS. M. Attilius Fabianus, Cn. Seruilius Muſitanus.) 368. K. Ita habent plerique codices, ſed legendum eſt, M. Attilius Regulus, & Cn. Seruilius Geminus. Hi ſequentis anni Procoſs. fuere, vt author eſt Polybius. Ab initio autem huius anni cum C. Flaminio Cn. Seruilius COS. factus eſt. Flaminio autem ſubrogatus M. Attilius. Quidam hoc loco & nouos COSS. & nouum annum collegere, Attilium Fabianum, & Seruilium Muſitanum vocitantes, vtrumque inuſitato cognomine.

C. Terentio Varroni quem ſui generis hominem.) 370. G. Ita plerique habent codices in dandi caſu, vt ſit ſenſus, patres obſtabant C. Terentio. Sed melius omittitur relatiuum, quem, & in accuſandi caſu legitur, vt à nominatiuo patres, nouus incipiat ſenſus. Præterea concuſsis legendum non concuſſum. Neque enim Varro concuſſus erat, ſed Fabius. Meminit & Valla huius loci.

L. Aemylius Paulus, qui cum M. Lælio COS. fue.) 370. K.

Cum M. Liuio legendum, ex Caſsiodori catalogo. Præterea ex pœnæ ſimilitudine, de qua & hic & anno 12. huius belli. Salinatorem eſſe puto, qui fuit COS. cum L. Aemylio Paulo, proximo ante hoc bellum anno.

Septem & octoginta mil. armatorum & CC. in caſtris.) 371. A. Pro CC. integrè ſcribendum erat ducentos, ne ducenta millia ſtupidus aliquis ſupra ſeptem & octoginta millia intelligat. Porrò legiones hic millibus peditum, & centenis equitibus auctæ, quod in ingenti neceſsitate fieri ſolebat: vt eleganter hoc apud Polybium quoque, vnde huc deſcripſit Liuius, legitur.

Victoriam auream pondo CCCXX. afferre ſeſe.) 371. C. In Valerij Maximi codice libro quarto ad finem, auri pondo ducenta & quadraginta leguntur. quod ideo admonēdū duxi, ne temere vel hic author ex illo, vel ille ex hoc corrigatur, donec certiora argumenta appareant, quæ ex codicum fide vt plurimùm vana colligi nequeunt.

Nam ad eam diem nihil præter ſacramentum fuerat.) 372. F. Hic planè videmus iuſiurandum maius quiddam fuiſſe ſacramento militari. Cæterùm præter etymon vtriuſque dictionis, nihil nos differentiæ poſuimus: quippe libro decimo ab vrbe condita, vbi de linteata Samnitium legione etiam iuſiurandum vocat, tametſi per ſacra fieret. Ideoque lectori hoc quoque iudicandum relinquimus.

A veritate laborare nimis ius ſæpè aiunt, ex. nun.) 373. A.

Quidam ita ſententiam extulerunt: ius laborat, non extinguitur. Quidam autem ita, Ius aiunt, id eſt, fas laborare à veritate. At non eſt ius vnquam extingui. Neutri autem ſatis explicant, quò iſta aduerbia nimis & ſæpè, referenda, quod ſimul explicatum oportuit. Ego ſanè obſcuram fateor ſententiam. D. Eraſmus in adagio, Tempus omnia reuelat, laborari legit. Valla à veritate, prioribus connectit, non poſterioribus, & paulò pòſt. Nec ego vt nihil agatur, legit, nec eo.

Hiſpani linteis prætextis purpura.) 376. F. Poſt purpura diſtinguendum, vt clarum eſt ex Polybio. quod non ſine cauſa admonemus, quippe nullus alioqui ſenſus erit, & in omnibus codicibus hoc neglectum vidimus. Nota autem verſu ſequenti, an non vulgata conſuetudine vtatur verbo videlicet, contra quàm Valla præcepit. Ducum autē ſecundū Polybius, Hannonem facit pro Maharbale.

Haſdrubal qui ea parte præerat.) 376. K. Hic de ſiniſtro cornu Romano, & de dextro Pœnorum loquitur: ergo pro Haſdrubal legendum Maharbal, quod diligens lector cum iudicio hæc legens, facilè iudicabit. Quod ſi omnino quis contendat occultam digreſsionem ad ſiniſtri Pœnorum cornu pugnam deſcribendam à Liuio factam, quòd Polybius de Haſdrubale diuerſa quædam narret à Liuio, erit haud dubiè legendum, qua parte, pro qui ea parte. At prior opinio magis mihi probatur.

Quadraginta millia peditum, duo millia ſeptin. equi.) 377. C. Polybius ad ſeptuaginta millia cæſa tradit. Dionyſius etiam Halicarnaſſæus, ex octoginta millibus tria euaſiſſe ſcribit lib. 2. Cæterùm ſi verſu ſequente quis tollat ciuium, ac coniunctionem que, ratio numeri ferè cum Polybio conueniet. Alioqui verborum Liuij ſenſus eſt, tantum ciuium prope, quantum ſociorum de quadraginta millibus cecidiſſe. Porrò in captiuorum poſtea oratione, acitem T. Manlij quinquaginta millia nominantur. Ex his lector iudicet quódnam veriſimillimum, nam ego planè hæſito.

Et C Minutius Numatius.) 377 C. Priore anno Dictator creatus erat ad habenda Comitia P. Veturius Philo, eius magiſter equitum M. Pomponius Mato: cum Fabio autem M. Minutius Rufus, quare hoc nomen mihi ſuſpectum.

Hæc vbi dicta dedit, ſtringit gladium.) 378. F. Carmen ſeſquiheroicum, vt appareat verum eſſe hiſtoricos medios eſſe inter Poëtas & oratores, quando etiam ab heroico verſu cœpit Liuius, vt author eſt Quintilianus: quāquam ego credo fortuitu hoc potius factum, quàm ex propoſito. Quod autem ſequitur, in maiora caſtra ad ſexcentos euaſerunt: quidam libri tria millia præterea habebant, cū tamen in oratione T. Manlij de captiuis redimendis, ſexcentorum duntaxat ſit mentio, Porrò quod rurſus ſequitur. Atque inde protinus alio magno agmine adiuncto, Canuſium incolumes perueniunt: puto eum loqui de quatuor millibus peditum, ac ducentis equitibus ex maioribus caſtris, vt non ita longè pòſt dicturus eſt Liuius.

Et omnium primum brachio fluminis obiecto eos excludit.) 378. I. Ego obiectus malim legere: Nam flumen qui obijcere potuit Hannibal? Quin etiam in oratione captiuorum poſtea, ab aqua coerciti dicuntur.

In capita Romana tricenis nūmis quadrig.) 378 I. Tricenis plerique habent codices, luculento ſcribarum errore, pro trecenis. Qui enim fieri potuit vt caput ciuis Romani triplo minoris cenſeretur, quàm caput ſerui? Triceni autem à triginta eſt, treceni à trecentis. Huius nominis prima ſyllaba correpta eſt, illius verò producta. Similis

error apud Horatinm est libro secundo Carminum, Ode decimaqiarta. Non si trecenis quotquot eunt dies, Amice, places illachrymabilem Plutona tauris. Vbi omnes codices tricenis perperam legunt. Et quod hic trecenis distributiuè ait, postea Iunius in oratione pro captinis, trecentis dicturus est. Quod item hoc loco nummum quadrigatum, illic simpliciter nummnm vocat, fortasse commiserationis gratia. Nam quadrigari, bigatique denarij erant, quaternis nummis valentes, vt clarum est ex Plinio libro trecesimotertio, capite tertio. Ipse Liuius paulò pòst summam variat, vbi Hannibalem captiuis loquentem introducit. Eqnitum enim precium adijcit, de quo antea nulla mentio prętetea socios sine precio dimissos, in quos hic ducenos quadrigatos constitutos ait. Gellius libro 7. cap. 18. precium in captiuos ait ab Hannibale constitutũ, argenti pondo libram ac selibram, nullum captiuorum faciens discrimen: quæ summa dupla minor est trecenis quadrigatis, siquidem denarium per quadrigarum intelligamus, authore Plinio. Quare & hæc summa hic nobis suspecta.

Nam ad vestiendum facto perexiguo vtique militantes vtebantur.) 378. K. Vestiendũ habent vetustiores codices, quidam emendarunt vescendum, quod ego non intelligo. Facto autem intelligit argento, vt opinor. Nam quod de auro quidam marginibus notam apposuere somnium est.

Mulier Paula nomine, Busa genere, clara diuitijs.) 378. K. Et ipse Liuius paulò inferius Busam vocat, & Valerius Maximus li. 4. ca. 8. Quapropter Paula, quid hic sibi velit, si quidem Busa nomen est, non sanè video. Itaque considerandum lectori qno pacto distinguere hæc velit. Nomine Paula Busa genete an mulier nomine Busa clara genere ac diuitijs, vt omittatur Paula. qnod & alij omittunt.

Quorum principem L. Cæcilium Metellum.) 379. A. Valerius lib. 5. cap. 6. vbi de Scipione, Quintum vocat, non Lucium, si codex non errat. vt sanè huius authoris codex qui libro quarto huius Decados M. Cæcilium habebat, vbi Censorum sedulitatem refert Liuius.

Mœnibusque se certè, etsi non armis.) 379. D. Hoc rectè ab alijs restitutum est, cum quidam se rueri, alij secreti, nonnulli se teneri legerunt pro se certe.

Sed multiplex clades cum duobus COSS.) 379 D. Non est hoc contrarium illi quod paulò antè dixit, Cõsule exercituque ad Trasimenum priore anno amisso: nam hic ita nnnciatum ait. Cæterùm duntaxat ceciderat Lucius Aemylins Paulns, duo autem cæsi nunciabantur.

Literis Consulis Proprætorisque lectis, M. Claud.) 380. I. Hic locus in codice Aldino asterisco notatus est, & rectè, qnanquam si pro verbo, præesset, legamns præerat, & suppleamus censuerunt, sensus erit clarus. Est tamen notandus locus.

Cum tribunus mil. Teanum Sidicinum præmissa.) 381. A. Et hic locus asterisco in eodem notatus codice. Cæterùm si intelligamus partem militum tertiæ legionis Romam missam, partem Teanum, & deinde secutum Marcellum cum Cannusium peteret, classem autem P. Furio traditam, non, vt puto, omnino militibus vacuam, aliqno pacto sensus constabit. Tribuuis antem ablatiui casus integrè scribendum. Teanum accusatiui, non datiui, vt contra vetustorum codicum fidem quidam mutarunt.

Dictator ex authoritate patrum dictus M. Iunius.) 381. A. In alijs codicibus D Iunius scriptum erat, fotasis quòd captiuorum orator M. Iunius dicebatur. Verum in ijsdem lib. sequenti M. prænomen est dictatoris: quare nihil mutauero, fieri enim potest vt duo hoc fuerint prænomine.

Sine vllius insectatione eorum.) 382. I. Illud eorum quid sibi velit, haud equidem intelligo, suspicor deesse aliquid.

Priote Punico bello Calpurnio Flamma.) 383. A. Calphurnium quidam scribunt, at id leuiculum. Id magis mirandum tam varium apud authores eius esse nomen, vt Aulus Gellius libro 3. cap. 7. annotauit. Quidam enim Q. Cæditium, quidam Laberium, Liuius & Florus Calphurnium Flammam, vocatum scripserunt.

Defecere autẽ ad Pœnos hi populi.) 384. H. Non subito defecere omnes quos hic enumerat, populi: sed quidam statim, quidam post annum, vt Croton ac Locri. Tarentum verò, Metapõtus ac Thurium quarto pòst anno, App. Claudio Pulchro Q. Fuluio Flacco III. COSS. Nec omnes Brutij defecere. Rhegini enim eius regiõis, & in fide erga Romanos, & potestatis suæ vt vltimum manserunt, vt ipse Liuius libro sequenti dicturus est, quanquam Petellinos eodem libro paulò antè vnos ex Brutijs in amicitia Romana mansisse dixerat. Sed temere hęc mixta sunt Liuio, vt in sequentibus libris luce clarius ostendi potest.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM XXIII. HENRICHI GLAREANI ANNOTATIONES.



ANNIBAL post Can. png. castra capta ac direpta.) 385. A. Romanorum castris captis ac direptis legerem: quippe Hannibal Romanorum castra non mouerat, sua non diripuerat, sed contra vtrunque.

A Stario pollicenta se Consam traditurum, Consanus erat.) 385. Quidam pro Consam emendarunt Cossam & Cossanus. In Tuscia est Cossa, nihil prorsus ad hunc locum. Plinius lib. 3. cap. 11. Compsanorum meminit, vbi Beneuenti ac Caudinorum. Itaque ego hic Compsam legerim perp s. nisi locis diuersis idem nomen fuisse quis contendat, quod ego absque authoribus non affirmarim.

Pacuuius Galauius nobilis.) 385. C. Calauius per u, non per n, legendum. Est autem nomen Samniticum, vnde Campani oriundi erant, vt lib. 4. ab Vrbe condita docuit Liuius. Silius lib. 11. Pactulonem vocat, sed carminis fortasis gratia: quanquam is Poeta historico similior, vt de Lucano docti sentiunt.

Cœptum propter vos cum Samnitibus bellum per centum propè an.) 387. A. Libro primo de bello Macedonico ait legatus Romanus in concilio Aetolorum per annos propè septuaginta: quod magis verisimile est ex catalogo COSS. & annalibus. Sed hic oratoriè omnia auget.

Pœnus hostis, ne Africæ quidem indigenam.) 387. B. Ita habent vetustiores codices, vt sit adiectiuum ad militem, non ad hostis. Quidam temerè, meo quidem indicio, mutarunt in nominatiuum indigena: cum vtique Hannibal esset Africæ indigena, sed non omnes eius milites Loquitur autem de ea quæ propriè Africa, in qua Carthago.

Vnus ex ijs Subius Virius.) 387. C. Hic est qui in summa desperatione Capuæ senatores ad cœnam inuitat lib. 6. huius Decados, quo in loco tamen Vibius Virius dicitur, non Subius.

Atque etiam modo diu ad varios omniũ voluptatum.) 388. I. Leuiculum fortasis est quod me hic torquet, torquet tamen, quid enim sibi vult illud modo diu? Num pro admodum, vt sæpe aliàs? an næuus aliquis hunc occupauit locum, vt pleraque in hac decade? Valla legit, domo, & diu ad sequentia coniungit: sed nescio quid dicam. Sed & sequentia suspicionem non omnino vanam conuincunt, vt illud, ipsique valetudinem excusans. patri, quomodo

quomodo prioribus sequẽtibusq; cohæret? Sed iudicet lector Valla multis modis effert. verũ coniecturæ sunt quales plureis effingere non esset difficile, si quidem vulnus sic sanaretur.

Cum VI. Imperatoribus eum, quorum, IIII. COSS. duo di.) *390*. G. Nemini dubiũ, Magonẽ hæc qua potuerit magnificẽtia senatui Carthaginensi retulisse cũ amplissimo, vt decuit, fratris encomio. Quare miror hunc locum non ita legi: cum septem Imperatoribus eum, quorum quinque COSS. &c. Sunt autem hi, P. Scipio, T. Sempronius. C. Flaminius, L. Aemylius, C. Terentius, Q. Fabius, & M. Minutius. De Fabio certè & Minutio dubitari non potest, cum ipse eos hic nominet. Præterea cum sex ait cõsularibus exercitibus, vbi etiam plures inueniet qui pugnas ordine leget: sed Hercules in repetitione Imperatorum Sempronij oblitus videtur. At nobis hæc ideo memorare placuit, vt videant studiosi, non omnino vanam esse suspicionẽ nostrã, hãc decadẽ plenam esse mendis. Spero autem fore vt hæc per alios manifestiora fiant.

Pro bis tot tantisque victorijs rerum.) *390*. H. Hoc rerum quidam baud temerè amouerunt, mea quidem opinione. Quidam mutarunt in verum. Quanquam præterea sensus videtur desiderare verbũ, perit, vel quid simile.

Tacuissem (inquit hodie P. C.) *390*. I. Iidem verò hoc inquit, sustulerunt ab initio huius orationis, quod ego malim in posterioribus sublatum: Respondeam inquit Himilconi. Errorem fecit dilemma Hannonis altera defectum parte. Dilemmatis partes sunt, si reticeam, si respondeam, & membrum quidem præcedens suis explicatum est partibus conditionalibus, sequens non item: sed statim absq; conditionis explicatione respondet quapropter non est mihi dubium, orationi aliquid deesse, quod cordatus lector iudicio hæc legens facilè videbit.

Dictatorque cum Magone in Hispaniam præmis.) *391*. C. Vtrùm Carthaginenses etiam dictatores habent, an ita loquitur Liuius, vt paulò antè P. C. dixit in Hannonicæ orationis exordio de senatu Carthaginensi?

Latoque (vt solet) ad populum vt equum asceodere liceret.) *391*. D. De his dictatoris cæremonijs nihil antea in Liuio lectũ, neq; de ascẽsu, neq; descẽsu quod equidẽ sciã: sed neque apud Dionysium Halicarnasseum, cum tamen is libro *5*. non ita longè à fine de alijs moribus dictatoris tractet, nihil tamen eiusmodi narret.

In agrum Nolanum exercitum traducit, & vt non hostiliter.) *391*. D. Ego coniunctionem, &, tollerem è medio, propter participium sequens, prætermissurus.

Ad prætorem Marcellum Clau. qui Casilini cum exercitu erat.) *392*. F. Quidem pro Casilini bis hoc in loco, sed malè quidem meo iudicio, restituerunt Cannusij, propterea quòd lib. præcedente dicatur, Marcellus Cannusium magnis itineribus contendisse. Sed vel in itinere restitisse eum, vel Casilinum redijsse intelligimus, quod loca huius itineris facilè conuincunt. Neque enim à Cannusio Nolam proficiscentibus Vulturnus amnis transeundus neque Galatia petenda: at vtrunque à Casilino, etiamsi de Galatia nihil definimus.

Et ante omneis L. Bantius.) *392*. H. Valerius Maximus libro septimo cap. *3*. de vafrè dictis aut factis, tale quiddam non de Marcello, sed Q. Fabio scribit, quanquam subobscurè.

In hac comitiaria iam duorum exercituum statione.) *393*. A. Hic locus quàm benè habeat, vehementer dubito: neque enim vspiam memini me legere quid sit comitiaria statio.

Casilinum eo tempore Prænestini habebant. *394*. G. Quidam adiecerunt numerum, quingenti Prænestini: sed vt alia in hac historia non constant, ita nec militum numerus. Valerius enim Maximus libro septimo trecentos fuisse Prænestinos ait. Strabo libro quinto circa finem, ait quingentos & quadraginta fuisse. Liuius paulò pòst ambiguè loquitur. Nam qui in præsidio fuere (inquit) ex quingentis septuaginta minus dimidium ferrum famesque absumpsit. Sed præmiserat paulò antè, Prænestini maxima pars fuere. quod mirum videtur, cum Perusina cohors, homines CCCC. & LX. vnà cum ijs obsidionem pertulerint. Verùm cum cogito in hac rerum necessitate Valerio murem fuisse, Straboni autem medimnum docentis venditum denarijs siue drachmis: denique Liuiũ cum ex proposito vt historicus ea scriberet de fame. cæterùm nihil hac de permutatione meminisse, suspicio subit animum vel libros corruptos, vel historiam indiligenter à Romanis scriptam, vt sunt alia pleraque.

Et cum hostes obarassent quicquid herbidi, &c.) *395*. D Hæc ita Liuius narrat, quasi Pœni obarauerint quicquid herbidi terreni extra murum erat. Strabo autem de Prænestinis πλησίον τοῦ τείχους refert quòd ego intra muros intelligo, ac proinde Hannibalem territum aut tædio potius affectum si Prænestini obsidendi essent, donec rapæ maturescerent, atque hic sensus Strabonis verisimilior videtur. Hannibalis enim exercitus nulla tanta premebatur angustia, præsertim tam propinqua Capua, felicissimoq; Campano agro in Pœnorum iam manibus, vt rapa ijs serenda essent.

Eodem tempore Petellinos, qui vni ex Brutijs in amicitia Rom. manserant.) *396*. F. Quomodo vna Petilia cum Consentia ac Rhegium quoque manserint? Consentiam enim post Petiliæ expugnationem intra paucos dies cum minùs pertinaciter defendisset se, in deditionem Hannibalis venisse scribit. Rheginos verò & in fide erga Romanos, & potestatis suæ ad vltimum mansisse, quod ad finem prioris libri admonuimus.

Consultique iterum à M. Aemylio prætore.) *396*. G. Hic primo huius belli anno Siciliæ prætor fuit, cui Sempronius COS. cum ipse è Sicilia reuocaretur, quinquaginta nauium classem expleuit, cuique prorogatum imperium videtur anno secundo huius belli, quippe cuius Liuius meminit ante creatos COSS. tertij anni L. Aemyliũ & C. Terentium. Cæterùm huius anni prætorem vrbanum, M. Pomponium Mathonem ipse Liuius creatum dicit, vbi dictos iam COSS. Quare & hoc loco, & paulò pòst M. Pomponium Mathonem legendum puto pro Aemylio, vt postea sæpè legitur. Anno verò sexto huius belli M. Aemylius fit prætor, sed opinor alium fuisse.

L. Furium prætorem cum classe ex Africa.) *396*. H. P. Furium legendum, vt superius in creatione magistratuum huius anni libro secundo, & alibi etiam sæpè eodem libro.

L. Aemylius qui COS. censorque fuerat.) *396*. I. Cum L. Aemylius Paulus iam occisus esset apud Cannas, alter etiam eodem nomine bello Gallico, anno ab Vrbe condita. *529*. authore Polybio, hic locus mihi planè suspectus, maximè verò in prænominibus. Fortassis autem legendum M. Aemylius, qui COS. fuit anno *524*.

Vt quisque eorum primus creatus erat.) *397*. C. Hic codex Moguntinus, & eum secutus Aldinus, addit senator, ante primus, ex qua lectione nullus est sensus, neque ego puto addi debere, sed Liuium id velle dicere. vt quisque eorum primus creatus erat, videlicet in magistratu, ita primus inter senatores electus. Sic enim ordini ordo, ac tempus tempori, non homo homini præferetur.

Et T. Semp. Gracchus, qui tum magister equitum & eò accurrerat.) *397*. E. Quidam hunc locum emendare volentes occurrerat posuerunt pro, & eò accurrerat. At ego legẽdum puto qui tum magister equitum cum eo accurrerat. Venerat enim cum dictatore hoc tempore in vrbem cum antea ad exercitum, manere, dictatore in vrbem cõmeante, cogebatur.

De exercitu eos qui ex fuga Cannensi essent, in Siciliã ca. du.) *398*. I. Iidẽ hũc locum ita emendarunt: De exercitu Marcelli qui ex fuga Cannensi essent, in Siciliam eos traduci. Verùm si Marcelli exercitus erat, quem Nolæ in præsidio habebat, quique ibi strenuè nauauerat operam, cur ij soli in Siciliam relegandi? cum maiorem partem Cannensium reliquiarum cum Varrone in Apulia fuisse verisimile sit, de cuius tamen exercitu minimè minuendo Senatusconsultum factum erat. Quare ego veterem lectionem probo, hoc sensu: Qui ex Cannensi strage fugissent, vt ij omnes in Siciliam relegarentur, de quoque exercitu essent.

tu essent. Varronis autem exercitum non minui intelligo numero: quot enim in Siciliam irent, tot in locum eorũ succenturiãdos. Scio autem quæ postea de Claudianis castris dicet Liuius rem nusquam antea proditam, vt mirum sit vnde ea Marcellus corraserit castra supra Suessulam, quæ deinde super Vsuuium ponit, in quibus Q. Fabius consederit.

P. & Cn. Scipiones inter se partitis copijs.)398. K. Quidam hunc locum satis castigatum putant, si parpiri copias legatur & Intelligunt verbum substantiuũ, sunt. Quidam locũ nihilominus mutilum putãt. Item quod paulò pòst seqnitur. Tum refecta tandem spe, nescio vt placet. Refecta castra dicimus, & refectos milites: refecta spe haud scin quàm fit in vsu.

Tartesiorum gentem)398. K. Hoc quoque loco ijdem Carpesiorum pro Tartesiorum reposuerunt, quod nomen haud vsquam quod equidem sciam lectum est. Tartesos verò oppidum ad Calpen, ita à Græcis dictum, aliàs Carteia, vt Plin. libro 3. cap. 1. innuit. Nec distantia ab Ibero impedit, cum Hasdrubal alibi ad oceanum vsque fugisse dicatur.

Nec diu in pacato mansit.)330 D. Exercitum in pacato ac in hostico esse, sæpius lectum est apud authores. Regionem aut gentem in pacatu manere, haud scio quàm sit frequens.

Itaq; vrbe defensoribus vastata facilè potiti sunt host.) 401. C. Vide vt accipiat illud, vastata. De Crotone autem loquitur, quem hic captum dicit, libro autem sequenti ab initio, à Brutijs obsideri scribit. Idem memoriæ lapsus de Locrensibus est, quos his desciuisse ad Brutios Pœnosque ait, nec ita multò pòst Romanis portas quoque clausisse, sequenti verò libro ab initio prorsus contrarium scribit. Hic locus meo quidem iudicio, nullam accipit excusationem.

Vt duumuiros esse iuberent ædis dedican. can. 401. D. Quidam pro duumuiros, reposuerunt Fabium duumuirum, magna audacia, meo quidem iudicio, cum & T. Octacilius creatus sit postea, non Fabius tantum. Itaque pluralis numerus manebit, vt postea cum dicit, Interea duumuiri creati sunt. Et, ædium dedicandarum causa legerem, non ædis dedicandæ, quemadmodum postea ædibus dedicandis dicturus est.

T. Sempronius COS. Cales ad conuen. diem edic. Inde vi. leg.) 402. F. Hic Cales dies edicitur. paulò pòst Sinuessam. Idem Sempronius hic legionibus duabus vrbanis paulò pòst Volonibus præficitur. Sed vrbanæ etiam legiones in castra Claudiana deductæ sunt, vt planè appare at tempore mutata esse imperatorum decreta. Hoc etiam mirum, quum antea de castris Claudianis nullam fecerit mentionem Liuius, qui Marcellum nunc Nolæ, nũc Cannusij nunc Casilini fuisse dicat, hic tanquam ea omnibus nota essent, commemorat, ac postea sæpius.

Q. Fabius Maximus, & T. Attilius Crassus)402. G. Quidam pro Attilio reposuerant Octacilio, quod non displicet, quippe qui post dedicationem ædis postea cum imperio in Siciliam mittitur. Sed vbique hoc emendatum oportuit. Verùm eodem propè versu reliquerant, Menti Attilius, cum adhuc de eodem loqueretur. Et lib. 2. post pugnam Trasimenam vbi eæ vouentur, Attilius ijdem reliquerunt. Non tutum est mutare talia, nisi totam historiam memoria teneas: sed quidam audaculi nõ admodùm curant, præsertim hac tempestate.

Volones quoque patres ita fama ferebantur.)402. H. Pro Volones quoque alij, vulgoque: alij, velle quoque legunt. Sed non satis fit cordato lectori, nec ego sanè medelã vllam adhibere possum, rectèque asterisco notatum hunc locum ab alijs puto, à nobis repetitus, vt in vetustis exemplaribus diligentius inspiciatur. Diuinare omnia non possumus. Certũ est insimulatos patres à plebeijs aut tonitrua finxisse aut curasse vt falso nuntiarentur, quod duos COSS. plebeios habere nollent.

Vnde Mago frater Hannibal. XXII. mil. ped. & equites.)402. K. Hunc locum quidam restituerunt, vt ex XXII millibus peditum fecerint XII. mill. & ex XI. elephantis viginti. & argenti multa talenta, mille talenta. Quæ quidem neque affirmare, neque refellere prorsus, at ex parte magis dubia, maxime ex ipsius authoris verbis, facere possumus, Nam decretum senatus Carthaginensis, quòd superius hoc adeò in libro post Hannonis orationem nobis exhibuit Liuius longè maiorem habet numerum, XL. millia Numidarum, XL. elephanti, & argenti multa talenta. Et Bomilcar postea XL. elephantos Hannibali Locros adduxit. In plerisque exemplaribus vtroque in loco non mille talenta, sed multa inuenio, quanquam ego millia magis probo.

Terentianum mitti cum aliquo legatorum.) 403. B. Obscurus hic sermo est. Varronianum putat exercitum, & mitti intelligo in Siciliam. vt Cannensis cladis reliquias. M. aut Valerium legiones venturas accipere in locum harum missas ex Sicilia.

M. Valerium Leuinum prætorem circa Nuceriam.) 403 D. Quidam quòd Nuceria direpta atque incensa esset ab Hannibele, vt suprà tradidit author, reposuere Numetiam. At ego Lucenam legendum puto quemadmodum ad finem huius libri habetur, vbi eiusdem Valerij mẽtio, Numeriæ oppidi, quod equidem sciam, nulla est apud authores mentio. Id nominis etiam in Ptolomæi codicibus lib. 3. ferè corruptè legitur.

Q. Valerius Flaccus Corcyræos ad persequendam, &c. 403. E. Iidem & hoc loco Q. Fuluium Flaccum supposuerunt. temerè sanè, cum Q. Fuluius prætor vrbanus Romæ relictus à suburbana littora tutanda nondum ab vrbe mouerit, Ego tamen non Q. Valerium, sed P. Valerium puto legendum, qui M. Valerij Leuini prætoris peregrini legatus fuit, vt in sequentibus latiùs legetur, quanquam vno in loco sequentis libri T. Valerius, haud dubio codicis errore, vocetur. Sed quatuor viri, M. Valerius Leuinus. P. Valerius Flaccus, Q. Fuluius Flaccus, L. Valerius Antias, hoc anno in officijs, magnã errandi occasionẽ non attentis librarijs, oscitantibusque codicum correctoribus confinio nominum dedere.

Quinque millia peditum, trecentos equites scriberet.) 404. G. Quidam imò ijdem etiam quadringentos emendarunt equites, moti fortasis quod legionẽ auctam millenario viderunt. At Polybius cum libro primo legionem Romanam quaternis millibus peditum, trecentis equitibus exhibeat. libro deinde tertio, vbi legiones auctas antè cladem Cannẽsem refert, hæc subijcit verba: Romani enim, sicuti suprà memorauimus, IIII. legionibus exercitum complent. Singulæ quæque legiones quaternis millibus peditum constant. equitibus ducentis: aut si quando ingens aliqua necessitas vrget, quinis millibus peditum, trecentis equitibus. Hæc ille. Quanquam in hoc Polybij numero illic fortasis trecentis pro ducentis, hic verò quadringentis pro trecentis legendum. In Liuio sanè libro septimo ab Vrbe cond. quaternum millium ac ducenorum peditum cum trecentis equitibus legio describitur. quæ ab eodem libro octauo quinũm millium, equitibus non variatis exhibetur. Ego totum hoc lectoris iudicio relinquo: nam de equitibus quod certum affirmem non habeo.

Marius Altius qui summus magistratus erat Camp.) 405. A. Marij Blosij prætoris Campani mentio est non ita longè ab initio huius libri. At in summo magistratu Medistutici erant vt libro sexto huius decados patet, & priore anno Pacuuius Calauius in summo erat magistratu. Verùm non video quàm sint hæc apud Liuium distincta, fortasis vt ad historiam minùs pertinentia, cõsultò ab authore neglecta.

Alia militi præda concessa, exercitusque Cumas reductus.)406. F. M. Valerius Leuinus Luceriæ erat, ex qua vrbe in Hirpinos facilè impetum facere potuit. Ergo hic non Cumas legendum, sed Luceriam. longè enim absunt Cumæ. præterea Cumis in præsidio erat COSS. Sempronius cum exercitu. vt prætoris minimè egeret.

Adrianeis XXV. quibus P. Valerius Flaccus præf)406. H. Hoc etiam loco pro Valerio Fuluium quidam nobis exhibuerãt, sed haud scio quã bene. Porrò ingens difficultas cum ex

cum ex re ipsa, tum ex multa nominum confusione, vt vspiam alibi, certè hoc potissimum loco mirè moratur lectorem. Sed vt totum negotium melius intelligatur, hæc ordine annotanda duximus. Primùm quidem scire debemus quod Q. Fuluius Flaccus erat prætor vrbanus, qui nõ dum ab vrbe mouerat: quod ex hoc manifestũ est, quippe qui paulò pòst à T. Manlio re benè gesta in Sardinia captiuos accipit, & ad finem huius libri concionem ad populum habet Romæ. Erant autem eidem Fuluio datæ XXV. naues ad tutanda vrbana littora, sicut M. Valerio Leuino totidem ad oram maritimam inter Brundusium ac Tarentum. Idem Fuluius prætor (si lectionem hoc loco rectè emendarunt, qui ex Valerio Fuluium fecerunt) nunc XX. ac rursus quinque, quæ legatos captos aduexerant, accipiens naueis cum classe L. nauium Tarentum proficiscitur. M. Valerius Leuinus Luceriæ adhuc erat, vt ex prioribus facilè colligitur, videlicet ad quem Philippi legati semel elapsi, ac deinde rursus capti, deducti erant, opera P. Valerij Flacc, M. Valerij legati, nõ autẽ opera Q. Fuluij, qui tũ adhuc Romæ erat, decreui autẽ senatus post captorum legatorum aduentum ita habuit, vt Q. Fuluius (si modo & hoc loco rectè hoc emendatum) iret Tarentum, resque Philippi Macedonum regis per L. Apustum qui tum Tarento præerat, scrutaretur. Quod si certum bellum à Philippo esset, vt continuo L. Apustio in Apulia ad exercitum Leuini relicto, ipse Leuinus in Macedoniam proficisceretur, regemque ibi bello vexaret, quod etiam factum postea est. Et in hac tota difficultate duo scrupuli lectorem detinent. Prior, num Q. Fuluius prætor vrbanus ab vrbe mouerit, quod non videtur verisimile, propter causam dictam. Alter, num vrbs sua littora nudari voluerit, vt classem L. nauium Fuluio expleret, quod & ipsum haud credibile, nec tamen interea mentio vlla de alijs ad tutanda vrbana littora nauibus paratis. Quapropter P. Valerium Flaccum vbiq: legam Leuini legatum, & XXV. naueis ab Hostia profectas, non L. sed tum primum, posteaquam Tarentum venerint, L. factas. Fieri autem potest, vt Liuius in nauium numero memoria lapsus, hæc confuderit, quòd XXV. nauium ter hic mentio fit cum Leuino, cum Q. Fuluio, ac nunc demum cum P. Valerio missarum. Verum vt hac in re nihil temerè affirmarim, ita cum nemine contendere in animo est, sequatur porrò quod quisque velit.

Et in Sardinia res per T. Manlium prætorem admini.) 407. A. Prætorem legendum est. Q. enim Mutius prætor erat, non Manlius, vt verba sequentia satis declarant. Hoc loco admonendum etiam, Caraleis Sardiniæ vrbem, mea quidem opinione rectius legi per r, post primam syllabam, & l post secundam: quanquam id in Plinianis codicibus ac alijs quibusdam authoribus corruptum est, vt apud Claudianum de bello Gyldonico, in his versibus:

Vrbs Libyam contra Tyrio fundata potenti
Tenditur in longum Calaris, tenuémque per vndas
Obuia dimittit fracturum flamina collem.

Caralis legendum. Nam & Strabo κάραλιν πόλιν nominat, non κάλαριν. Sed id erroris etiam accidit in Σθένελος, quod Latini codices identidem Sthelenus habent, vt est videre apud Horatium.

In pellidos Sardos.) 407. A. Non memini id nominis apud vllum geographum lectum, sed vel antiquitate abolitum, aut corruptum fortasse, vt sunt in hac decade pleraque.

Per proditionem accipiendæ Nolæ). 409. C. Quidã recipiendæ emendarunt, quasi antea quoque tenuisset eam Hannibal, nunc reciperet amissam, sed ego nil mutarim. Post aliquot item versus: Mille ferè passuum inter vrbem erant castráque, videnum, erat, legendum sit, aut mille passus: alioqui latinitas non constat.

Nolanis subsidijs fultus.) 410. H. Iidem fultus mutarunt, legúntque inultus, quod non probo. Et paulò pòst, Ferrum non habet: quidam, ferrum num hebet? quidam, ferrum nunc hebet? Et rursus, vix resistitis emendarunt, vix restatis. ego resistitis malim.

Inter multos nobiles equites Campa. acerrimus erat.) 411. A. Vide an non eandem rem bis dicat: Inter nobiles equites Campanos accerrimus erat. & longè omnium Campanorum fortissimus eques. fortassis autem & locus mutilus, nisi quis adiectum aliquid authori contendat, quod verisimilius.

Minimè scis, inquit, cantherium in fossa.) 411. C. Ita D. Erasmus Roterodamus præceptor noster legit, Quidam sis legunt, vt Valla, pro, si uis: & in fossam, pro in fossa: sed verba sunt obscura, vt idem in nobili illo adagiorum opere fatetur.

Sed pecuniam in stipendium vestimentaq; & fru.) 411. E. Hanno libro præcedente Magoni eadem de Hannibale, exercituq; eius victore conquerente, quid aliud, inquit, si spoliatus, si exutus castris esses, peteres? Sed fortassis importuna hæc. Illud autem quod mox sequitur, Nemo omnium erat, quin & vera scribi, & postulari æqua fateretur: quidam mutarunt in, qui nec vera scribi: alij in, qui non & vera scribi. Sed vetusta lectio mihi magis placet, quin & vera scribi.

Hi mores, eaq; charitas patriæ per om. ord. ve. ten. vno pertinebat.) 412. G. Sermo propter verbum pertinebat, valde obscurus, nec ego tamen quid reponendum sit, video. Præterea considerandum lectori quæ sit illa lex, de qua prætoris Fuluij verba pro concione, Conducerentq; ex lege præbenda, quæ aliquot versibus præcesserunt.

Illiturgum oppidum ab Hasdrubale ac Magone & Hamilcare Bomilcaris filio.) 412 G. Libro quinto huius belli non vno dũtaxat loco, Pœnorũ in Hispania duces referuntur hi: Hasdrubal ac Mago Hamilcaris, Hasdrubal Gisgonis. Quare hunc locum ex illis emendandum puto, atque legendum ad hunc modũ: Illiturgum oppidum ab Hasdrubale ac Magone Hamilcaris, & Hasdrubale Gisgonis filio, ob defectionem ad Romanos oppugnabatur.

Ab Incibili oppugnandum Punici exercitus traducti.) 412. I. Indibili legendum, vt sit sensus, cum Illiturgum obsidione liberatum esset, Punici exercitus ab Indibili rursus oppugnandum traducti sunt. De hoc autem in sequentibus multa. Ipse enim causa fuit mortis P. Scipionis in Hispania, vt lib. 5. huius decados refert Liuius. Idem P. Scipioni filio deinde conciliatus, lib. 7. Sed rursus à Romanis defecit lib. 8. Vitæ verò finem inuenit lib. 9 ab initio, posteaquam ipse ac Mandonis post P. Scipionis discessum Hispaniam rursus armarunt, ingentiq; pugna victi, à L. Lentulo ac L. Manlio, Romanis Imp. suæ temeritatis pœnam dedere. Quis autem ita loquitur, ad Incibili oppugnandum? quare insignis hic correctorum dormitantia notanda fuit.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRUM XXIIII. HENRICHI GLAREANI ANNOTATIONES.



ITAQUE Locrenses frumentum lignáque & cætera necessaria) 413. A. Hic Locrenses aduersus Pœnos fuisse ait, quos priore libro ad Brutios defecisse, ac Romanis portas clausisse ait. Eadem de Crotoniatibus obliuio. quã vrbem expugnatam à Brutiorum exercitu ait, præter arcem, hic rursus oppugnari ab ijsdem. Non est mihi dubium in tanto rerum gestarum aceruo, Liuium memoria lapsum. Nam quod quidam hunc locum excusant, obiter priore libro hæc innuisse, hic verò rem ipsam diffusè scripsisse, vt acta sit, mihi non probatur.

L. Attilio præfecto præsidij &c.) 413. C. Libro secundo

lectorem admonuimus, etiam atque etiam videat de huiusmodi locutionis genere. Nam vt illic singulari nomini, non collectiuo, dedit verbum pluralis numeri, Mandonius venere, quia interiectus erat ablatiuus pluralis numeri: ita hoc loco substantiuo singulari adijcit pluralis numeri adiectiua, interiecto inter duos ablatiuos nominatiuo. Porrò verba quæ præcedunt, vtcunq; intelliguntur, cum ait: Haud dubio in speciem consensu. Quidam codices habent in spem, sed obscuriore adhuc sensu. Similis dicendi modus est li. 3. ab Vrbe cōdita. vbi tribuni cum Terentillo agunt. Item hoc postea libro, vbi Andronodorus ac Themistius interficiuntur. Item rursus postea vbi Appius ad portum Syracusanum classem tenet. Et libro quarto decados quartæ in Caronis stratagemate.

Succedenti tanta charitate Hieroni.) 415. B. Quidam Hieronis in gignendi casu substituerunt, sed nihilo clariore sensu: & est sanè locus vbi Grammatici sudare iure posint. Ego in dandi casu malim legere, sed iudicet lector.

Nec inuito Hannibale apud tyrannum manserunt.) 416. F. Hoc ego de imperatore Hannibale intelligo. Sed id mitum, cum postea tam sæpè sit mentio Epicidæ ac Hippocratis, qui fiat vt iuuenis Hannibalis hic vnà connumerati nulla sit mentio? Atqui subit hunc locum corruptum esse, atque ad hunc legendum modum: Legatiq; ad Hannibalem missi, ac remissi ab eodem Hannibale nobiles adolescentes Hippocrates ac Epicides.

Quem neq; mittere à sacris, neq; retinere possumus.) 417. D. Nisi suppleamus, ad sacra, quid sibi verbum retinere velit, non equidem intelligo.

Ego magnoperè suadeo eodem animo, quo si stantibus &c.) 418 F. Erat hic locus aliquot codicibus asterisco notatus: offendit fortasis quòd in quo, intelligendum erat, scilicet animo crearetis COSS. Sed non adeò superstitiosè locutos esse eximios authores vel hic locus indicio fuerit.

Admonuit cum securibus sibi fasces præferri.) 418. G. Valerius Publicola in vrbe fascibus abstulerat secures, extra vrbem autem ferebant COSS. vt Dionys. Halic. lib. 5. scribit. Liuius verò lib. 2. summissos sanè populo fasces scribit: secures verò demptas, ne verbo quidem meminit. Admonet igitur hoc loco Octacilium Fabius, vt sileat: tū secures adesse & fasces, quibus occidere eum posit. si ius ineundi suffragia populo impedire conetur. Admonuit igitur, minitantis est.

Referebant senes sic T. Manlium cum P. Decio.) 418. H. Pro T. Manlio quidam restituerunt Fabium Maximum, & rectè. Nam T. Manlius bello Latino, non Gallico & cum P. Decio patre, non filio, COS. fuit. At bello Gallico, quod fuit anno ab vrbe cōdita 458. Q. Fabius Rutilianus, qui Maximi cognomen primus habuit. COS. fuit cum P. Decio P. filio. Hic etiam Fabius à Plutarcho Rullus dicitur.

Deinde occupata dextra tenendo caput.) 421. C. Neque hoc facile intellectu est, nec verum credo. quisq; enim, vt puto, dextra gladium ponius. caput autem hostis sinistra tenere volet. Id quanquam indignū annotatione videatur, omittere tamen noluimus, cum Gellius multo curiosius de sursum acto iaculo aut deorsum disputet, lib. 9. cap. 1.

Pomponio pro prætore cū eo exercitu qui supra Suess.) 422. I. Ab initio huius anni Pomponius in agro Gallico erat, nec interea eius vlla mentio. Oportet ergo hic intelligere Romam accitum, ac deinde cum COS. Marcello in Campaniam cōcessisse, cuius tamen rei ne verbo quidem meminit Liuius. Fortasis autem & nomen corruptum.

Oppida vi capta, Compulteria. Telesia, Cossa, &c.) 424. Compulteriæ ac Telesiæ etiam superioribus libris mentio. Cossæ in Hirpinis meminit ab initio huius libri, vbi tamen Compsam libentius legerim. Sequentia nomina quàm benè habeant, nihil definio. Porrò post aliquot versus quod legitur, statiuaq; ad Ardoneas. videndum num apud Herdoneam legendum. vt sæpè postea. Ardoneatum nemo, quod equidem sciam, meminit.

Tarentum triduo antequā Hannibal ad mœ. ac.) 424. H. Locus notatus erat in plerisque libris asterisco, desideratur enim nomen Romani præfecti qui Tarentum tenuerit à M. Valerio missus. Sanè libro priore L. Apustius Tarento præerat. Quidam T. Valerium substituere, sed P. Valerium maluissem. Ipse Liuius M. Liuium præfuisse dicit, ac Tarentum sub eo captum ab Hannibale præter arcem, quam quinquennio defendit, donec Q. Fabius Tarentum rursus ceperit. Nec tamen eum Salinatorem fuisse puto, quod nec Liuius vspiam perhibet, sed Macatum. Vtriusque sanè mentio est lib. 7. huius belli, vbi Cl. Nero cum Salinatore fit COS. Certè Salinatoris descriptio, quam eo in loco exhibet author, nequaquam Tarenti præfecto conuenit, etiamsi Cicero in Catone, vbi de Q. Fabij laudibus differit, Salinatorem fuisse dicat: sed fieri potest vt aut hoc adiectum sit Ciceroni, aut nominū variationem erroris causam dedisse, vt hoc variatum sit in Romana historia, quemadmodum in alijs plerisque accidisse satis certo constat.

Hexaphoro Theodorus ac Sosis.) 425 A. Hexapylo rectè emendarunt alij. At nomina partium vrbis Syracusarum apud Liuium & hoc & sequente libro, non vsqueadeò cum Thucydidis descriptione quam is habet libris 6. ac 7. conueniunt. Et hoc loco Tincham quidam habebant codices, cum libro sequente Thicam, in Thucydide Sycæ nomen est, quam Athenienses muro celerius Syracusanorum opinione circumsepserant. Fieri tamen potest, vt Hieronis tempore multa adiecta mutataque fuerint, quæ ex his duobus authoribus, facta comparatione, aliqua ex parte satis apparent.

Qua pedibus tractum, non insidentem equo rel. tyr.) 425 D Sententia est tyrannica, cuius sensus vtcunq, percipitur. at illud pedibus tractum, subobscurius est. Obscurum item illud quod ad finem orationis Androuodori, ne efferatur res.

Qui auidos atq; intemperantes plebeiorum animos.) 427. C. Quidam emendauerant, publicanorum animos, sed mihi prorsus displicet.

Sed tamen Hieronis potius quàm Hieronymi autho.) 429. B. Hæc verba etsi simpliciter quidē, & (vt ita dicam) absolutè intelligi possunt. videntur tamen nescio quod desiderare verbum vt, ostendere, vel quid simile: vt sit sensus, Hieronis authoritatem potius quàm Hieronymi in socijs legendis sequendam esse: id ostendere amicitiam L. annis feliciter expertam. Nam illam disiunctam non admodum intelligo. Sed iudicent hæc doctiores.

Mittique cum eis legatos ad rem confirmandam.) 429. C. Cum eis, intelligo Romanis legatis, quos Marcellus Syracusas miserat. nisi coniungas ad rem confirmandam cum eis. præcesit enim Romanis. Sed est dutum tamen vtrunque. Item quod statim subnectit, Præsidium finibus suis orantes: à quo infestarentur, dicere omisit Liuius, rem magnoperè necessariam ad sequentia intelligenda

Capti ad Thrasimenum inter Roman. auxilia.) 430. I. COSS. C. Terentio ac L. Aemylio ante Cannensem pugnam, Hiero mille sagittarios ac funditores Romanos miserat. Itaque ego legerem. capti ad Cannas. nisi quis cum Sempronio etiam aliquos missos intelligat, quod tamen Liuius nusquam commemorat. Accedit ad hæc, quòd non ita multo pòst Hiero mortuus est, vt illos sub Hieronymo, non Hierone meruisse, rectè intelligi queat.

At militares penè omneis, partemque ma.) 431. C. Quidam pro at, restituerunt ad. Ego apud malim, & nomen Romanum potius quàm Romanis.

Tunc Romanus exercitus ad Olympium.) 431. E. Ὀλυμπίειον est apud Thucydidem lib. 7. quare Olympeium legendum.

In eas quæ procul erant naueis, saxa ing. pon.) 432 H. Verisimilius erat in propriores naueis saxa ingenti pondere missa: in eas verò quę procul stabant, leuiora tela: nisi propinquitas effecerit. vt interiores naues tutiores essent ab ictibus. Sed lectoris esto iudicium.

Aditusque ibi & à legatis Hippocratis.) 433. A. Quidam mutarunt in accitus, sed nihilominus obscuro manente sensu. Illud etiam, ibi, quàm benè cum accitus connectatur, aliorum esto iudicium.

Duplic

Duplici facilè numero classe aduentantibus Rom.) 433. D. Carthaginensium classis erat nauium quinque & quinquaginta, Romana XXX. quinquetemium, vt paulò antè dixit authot: hic vero dicit Romanam classem facilè duplicem ad Carthaginensem. Oportebat igitur aliã classem esse, de qua tamen nibil meminit, quod sciam.

Et nec liberorum etiam suorum causa parentes sanxisse.) 434. F. Moguntinus codex habet, Et hoc liberorum etiam suorom causa. verum ex neutra lectione sensum percipio. Valla ait eum de T. Manlio Torquato loqui, additque sanguine. Inde quidam ita legunt, Et nece liberûm etiam suorum eam legem parentes sanxisse. quæ lectio mihi placet.

Ipse hybernacula v. mill. pass. hexapylo (Leontiam vocant) 435. B. Leontiam distare vult, vt puto, ab Hexapylo v. mill. pass. At Thucydides lib. 6. Leonta vocat locum, vt puto, sex septémue stadijs ab Epipolis distantem, qnod verisimilius est in obsidione, nisi non sit idem locus.

T. Valerio legato.) 435. C. Priore libro admonuimus pro hoc Valerio non rectè Q. Fuluium substitutum. Cæterum nunc Q. nunc T. in quibusdam libris inuenitur, in quibusdam P. quod eqnidem malim.

Arx erat munita, & eo conuexerant ante frumen.) 436. G. Cnm attentione hoc legendum, nam lubricus locus est. Nescias enim Romanine an Carthaginenses arcem possederint. Nam si Carthaginenses possidebant, quomodo circa omnia plena hostium erant? qui Romanum agmen videlicet incursauerant. Sin Romani habebant, quare relinquebant? præsertim cum munita esset, ac eò multum frumenti conuectum. Scio alijs modis responderi posse, sed vt lectori cordato satisfacere queam, nescio.

Octanum iam annnm sub hostinm potestate esse.) 437. A. Hic est annus quintus hnius belli: quapropter si Saguntum primo huius belli anno captum est, vt lib. 1. docet Liuius, non octauum, sed quintum legendum. Sin priore anno captum Saguntũ, quàm boc cœpit bellum, quod Polybius scribit, sextum legendum est. Id erroris in nnmeris facilè accidere poterat, sed mitum non animaduersum, qnod tam facile redargui potuit.

Et in Iouis Vicilini templo quod in Compsano ag. est.) 437. E. Quis sit Iupiter Vicilinus, aut cut ita dictus, non equidem memini. Sed & Compsano quidam In Cossano mutarunt, quàm benè, ipsi viderint.

Vt proditis pro septemuirali iudicio esset.) 438. F. His verbis & quæ sequuntur aliena videntur, & quæ præcedunt, male cohætere, & prioribus & hisce iam positis. Nam quis intelliget hæc? Tum postquam, &c turpius videatur, cum non præcesserint, cum? Porrò septemuirale iudicium quod sit, cum Sabellico ingenue fateor me nescire. Quidam pro proditis, legunt proditio, vt codex Moguntinus. Veteres etiam aliquot codices habebant proditus. verum inde nullus sensus est. Septemuirorum epulonum menrio apud Fenestellã, sed nihil de iudicio proditionis. Laurentius Valla boc loco mirum in modum lnctatus est, at nihil promouit.

Et non vocitent. documentum autem dicant.) 438. G. Et hunc, & præcedentem locum mutare lectione conatus est Sabellicus, cum neutrum intelligeret. pro septemuirali, semetuirali: dicant, pro ducant, legens. Hic verò si particula autem, sequatur verbum documentum, præcedatque colns, nullus prorsus erit sensus. Ego vero totum locum ita legerem: Cum illud potius agendum atque eis cogirandum sit, si quo modo fieri possit, ne qui socij à populo Roma. desciscant, neq; vocitent documentum, neque grauius in eum ducant statui oportere, si quis resipiscat.

Oppidum Aternum expugn. amplius LXX. mil.) 439. E. Sabellicus bunc locum rectè tractat, Cliternum, & septem millia, restituens. nimis enim magnus erat numerus LXX. millia hominum. Quanquam fluminis Aterni mentio apud Plinium lib. 5. tribus in locis. Fieri autem potuit, vt eiusdem nominis cum fluuio oppidum olim esset, vt sæpius inrienitur.

Cum Aequimelio Iugarioque vico.) 439. E. Omnes aream qua Sp. Melij domus steterat, Aequimelium appellant: certum autem etymon non adijciunt, neque Liuius libro quarto, neque Valerius Max. lib. 6. Varro adijcit libro quarto: ait enim, Aequimelium, quòd æquata Melij domus publice, quòd regnum occupare voluit. Posset & hoc mirari aliquis si Aequimelium area erat, vt vocat Valerius, qui ardere potuerit? Sed hoc pusillum.

Syphax erat rex Numidarum.) 440 F. Atqui quod hic ponit, non æque pnsillnm, neque quo pacto verum sit, facile iudicatu, cum libro octauo huius belli Liuius contra Massæsylorum regem esse Syphacem dicat: Massæsyli sanè ad Molochath flumen sunt, Numidæ ad Ampsagam: & illorum regia Siga, vbi Syphax aditus à Scipione: horum autem Cirtha, postea colonia Romana Non eo tamen inficias Numidarum nomẽ longe patere: tum Masanissam postea capto Sypbace, Massæsylorum dominum factum. at nos de præsenti disputamus tempore. Sed illa magis dubia, quæ de Masanissa continuò pòst subnectit Liuius, Syphacem ab eo ingenti victum prælio in Maurusos Numidas, qni extremi prope oceanum aduersus Gadeis colant, fugisse. Intelligit autem Mauros & Tingitanã prouinciam Propius igitur Carthaginenseis aliqua saltem parte Galæ regnum fuisset, longius verò Syphacis. quod mibi suspectum, Sed libris sequentibus latius ea tractabimus.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM XXV. HENRICHI GLAREANI ANNOTATIONES.

VINTVS Fulnius Flaccus, App. Claudius III consula.) 442. F. Hoc loco qui tertium Q. Fuluio apposuerunt, non Claudio, rectè facere. Nam non ita multò pòst in creatione noui pontificis max. de Q. Fuluio dicitur. qni & ante bis COS. & Censor fuerat.

M. Iunius Syllanus inter COSS.) 442. F. Quid sibi velit, inter COSS. hoc loco, non plane intelligo, etsi paulò pòst repetitum. Fuit autem bic in Hetruria prætor, quæ ei forte venit. qnod postea etiam libro sequente ab initio fere innuit Liuius. Quare legendum, M. Iunius Syllanus Hetruriam. atque ita etiam Vall.

Populus seuerior vindex fraudis erat.) 442. K. Mira hoc in loco confusio horum nominum, populus, plebs, concilium plebis, tribus. Latini, & comitia. Nam cum primum dixerit, populum vindicem fraudis fuisse, statim concilium plebis subiungit. Et priusquam tribus in suffragium vocarentur, tribunos populum submouisse dicit. Deinde, Latinos suffraginm ferre. populum reclamare, publicanos cum populo iurganteis facit. Item in relatione COSS. ad senatum, eadem nominum confusio. Quomodo enim hæc congruunt. Plebis concilium vi turbatum, suffragium populo per vim extortum, concilinm plebis sublatum, contra populum Romannm aciem introductam, tribus prohibitas in suffragium vocari, populum Romanum victum, comitia sublata?

Et forte in cornu primus sedebat Casca, cui simul.) 443. A. In cœtu quidam legunt, sed vtrunque intelligitur.

Ea comitia nouus pontifex M. Cornelins Cethegus habuit.) 443. D. In L. Lentuli locum, qui pontifex maximus fuerat, hic Cornelius Cethegus suffectus qui-

dem erat pontifex, sed nō maximus pontifex, quare non est contradictio.

Hodie in simili re haud scio quàm similiter agatur.

Dum ne quis eorum munere vacaret, neu dono.) 445. B. Moguntinus codex habebat in dandi casu, muneri. Sed vt ingenuè dicam, neutra lectio mihi satisfacit, ideoque ea de re lectori considerandum.

Aliquantum intra moenia includitur.) 446. I. Hunc alij asterisco notarunt locum, & rectè, nam mutilus est haud dubiè.

Et præaltis rupibus, & ab ipsa vrbe muro) 447. E. Hæc verba vt quadrent cum ijs, quæ aliquot deinde versibus interpositis, postea subijcit: Et est (inquit) non altitudine, vt cætera, tuta, sed loco plano posita: iudicandum lectori offero nam ego sanè hæsito.

Hanno ab Cominio Cerito, quo nunciata cla) 450. K. Hanno frumentatum ierat, vt puto, in Samnium, quod Beneuento proximum est. At Cominio Cerito, quo pacto dictum sit, non intelligo. Cominij quidem in Samnio libr. 10. ab Vrbe condita, multa mentio est, sed Cerito additum nos turbat. Cominos ex Aequicolis interijsse ait Plinius lib. 3. cap. 12. at nihil ad hunc locum.

Quod vrbi tam propinquæ tertium annum impunita defect es.) 451 E. Atqui post L. Aemylium ac C. Terentium, sub quibus Capua post cladem Cannensem defecit, hi quinti sunt COS. Tres igitur anni prætierunt, quare legendum puto, vel quintum vel quartum. Porrò hæ locutiones per accusatiuos in latina lingua sæpè fefellerunt, vt de lustri tempore alibi admonuimus.

Deducit Pœnum in locum pacis Gracchum adducturus. Mag) 452. G. Hic locus non abs re asterisco notatus est In plerisque cod. cibus, est enim perquàm obscurus. Nam de quo Pœno loquatur, vix intelligi potest, cum continuò Magonē subijciat, quasi de alio locutus sit. Atqui de Hannibale dici non potest, quòd exanimem Gracchum Mago ad eum postea mittat. De Hannone autem hic nulla mentio. In hoc nobis notatus, vt stud. osius exemplaria vetusta inspiciantur.

Ad quam perficienda ipsius Gracchi opera opus esset.) 452. H. quandoquidem cætera per infinitiuos proferuntur ego hunc locum ita legerem, Ad eam perficiendam ipsius Gracchi opera opus esse: quo modo sæpè Liuius loquitur: quanquam nihil definio.

Reliquum autem quid esse, paucis à multitudine. &c.) 452 K Sed & hoc loco esse malim, quàm esset: verùm lectoris iudicio relinquo.

Ad Vulturni ostium vbi nunc vrbs est, castellum communitum.) 454 G. Incertum quæ illa sit vrbs, incertius quod de duobus castellis maritimis subnectit Fabius tertio suo consulatu, cum in T. Posthumij locum subrogatus esset. Puteolos ex authoritate Senatus communierat, vt libro præcedenti non multis folijs ab initio tradidit Liuius. Præterea in hoc libro non ita multo pòst, App. Claudius Consul D. Iunium ad ostium Vulturni, M. Aurelium Cottam Puteolis præposuit. qui vt quæq; naues ex Hetruria ac Sardinia accessissent, extemplò in castra mitterent frumentum. Quare si de Puteolis loquitur, de Fabio procedit, imò ibidem Liuius subnectit, App Claudium ad Capuam regressum, collegam Q. Fuluium inuenisse, Casilino omnia importantem, molientemq; ad oppugnandam Capuam. Quod si verum est, neque hic aliquis est historiæ defectus, videtur verè dubium, de quo castello loquatur Liuius, ad Vulturni ostium. Casilinum enim ad Vulturnum quidem erat, sed non ad eius ostium.

Quodq; Minutius prætor ex Hetruria coemerat.) 454. K. Alij Mutium emendarunt, quòd Q. Mutius Scæuola prorogatum imperium habebat in Sardinia At non opinor illum è sua egressum prouincia, tàm graui bello in Hetruriam emptum isse frumentum. Paulo antè C. Seruilius legatus ex authoritate patrum, à P. Cornelio prætore in Hetruriam ad frumentum coemendum missus erat, qui Tarentinæ arci, onustis frumento nauibus, succurrit, quod author antea scripsit. Verisimilè est frumenti aliquid Hostiæ mansisse ad Capuæ obsidionem, quod Seruilius legatus, non Q. Mutius prætor ex Hetruria coemerat, cum alioqui ab eodem Mutio nuper missum narretur. Ipse lector Liuij verba pēsitet vt sese sequātur, & inueniet non temerè hunc annotatum locum. Sed vt finem inueniat hæc dubitatio, quando M. Iunius Syllanus Hetruriæ prætor erat hoc anno, vt patet ab initio huius libri, vbi noui creantur magistratus, pro, Minutius prætor, legendum puto, M. Iunius prætor.

Ad portum Trogillorum.) 457. B. τρωγίλον locum ad septentrionem Syracusis, Thucydides lib. 6. non ita longè à fine describit. Liuius hic pluratiuo numero protulit, si codex non fallit. & portum ait, quod non intelligo.

Cum cæteræ admotæ, pluribúsque scalis in mu) 457. C. Cæteræ, scalæ intelliguntur: dura sanè compositio, cum sensus non sit admodum obscurus.

Quippe ad Epipolas frequentem custodijs locum.) 457. D. ἐπιπολαὶ apud Thucydidem eodem libro, locus præruptus vrbi imminens. Liuius duntaxat nominat.

Partium sensu non satis pertendente in omnia) 457 E. Quidam pro pertendente, emendarunt pertinente: sed non placet: tolerabilius erat si pertingente emendassent, vt Valla fecit. sed pertendente, quod veteres habent codices, placet, & sensu partium coniungendum est.

Epicides ab insula, quam ipsi Nasoo vocant.) 457. E. Iidem Nasson duplici ss. exhibuerunt, sed Nason legendum. Nam Dores (cuius gentis & Syracusani sunt) νᾶσον pro νῆσον, vt παγὰν pro πηγὴν dicunt, & mille similia, vt videre est apud Theocritum. Insula autem illa à cætera vrbe muro separabatur, quem post Tyrannorum cædem diruerant. in ea erant horrea publica erátque in arcis modum ædificata.

Ad Euryalum signa referri iussit.) 458. G. εὐρύηλος est apud Thucydidem, quo loco ascenditur ad Epipolas. Tu vide an cum Liuij verbis congruat.

Castráque pro muro tectis parietum septa.) 458. H. Quidam transpositis aliquot verbis, ita legunt. Castráque tectis parietum pro muro sepra, manente nihilominus sensus obscuritate, cui ego sanè mederi nequeo.

Cum C. nauibus post paucos dies rediJt.) 458. K. Hic C. ait naueis, post paululum verò CXXX. naueis longas LXX. onerarias memorat duplum sanè numerum de eadem vtique profectione, ut puto. Nam eum bis redijsse, mihi non fit verisimile, etiamsi Liuius dicat iterum cum classe profectum.

Molrotamen maior vis pestis Pœnorū ca.) 459. C. Meritò hæc asterisco notata sunt in quibusdam codicibus. Nam ea ita sonant, quasi Romanorum hostes diu circunsederint Syracusas, cum contrà de Romanis hoc verum. Illud quoque, Ex hostium exercitu, incertæ est distinctionis ad prioráue, quæ mutila sunt, an ad posteriora referendum.

Alterum quindecim ab ostio) 459. D. De quo ostio loquatur, non admodum clarum. Quanquam non ita multò pòst vbi. Merico custodiæ euenit portio, ita ait: Partibus diuidendis ipsi regio euenit ab Arethusa fonte vsque ad ostium magni portus.

Et quanquam tot mala vrgerent negarent fortu) 460 H. Et hic locus in aliquot codicibus asterisco notatus est, fortasis quòd dicendi genus temerè hoc contextu mutatum est. Exercitum autem Siculorum extra vrbem Syracusas fuisse, præcedentia satis indicant. Cauda etiam orationis Syracusanorum quam inter se habent, apud me malè tinnit.

Qua quisque terra, quisque mari venerit.) 460. K Quò quisquis terra, quisquis mari venerit, rectè alij emendarūt. Locus sumptus ex Iliados η. vbi Hector gloriā suam auctam putat, si occiso Aiace, olim de ipso dicatur, hic sepultum Aiacem ab Hectore occisum. Tractat eundem locum Gellius libr. 15. cap 6. Sed & hæc oratio Syracusanorum ad Marcellum aliqua parte defecta videtur: quare in aliquot codicibus asterisco notata Hæc enim verba, Incolumésque Syracusas familiæ vestræ non benè cohærent superioribus.

Remulco quadriremis trahi.) 461. C. Remulco

Gram-

Grammatici exponût,scaphis remigio actis. Quod si verè dicunt,quid igitur sibi vult.hic quadriremis?nisi quis intelligat temos quadritemis nauis. Remulco enim trahitur nauis,quoties alteri alligata, non suis temis agitur. Aptum exemplum est lib.7.quartæ decados,vbi Rhodij aduersus Hannibalem in mari Pamphyliæ feliciter pugnant. Contemplatus (inquit Liuius) Eudemus hosteis claudas mutilatasq; naueis apertis nauibus remulco trahenteis XX. paulo amplius integras abscedenteis,&c.

Ad vrbem nomine Anitorgin.) 463.A. Multa sunt nomina vrbium apud hunc authotem, præsertim Hispaniarum, quæ non temerè apud alios reperias: vel, vt multi existimant, quòd pleraque defecerint longa ætate oppida: vel, vt ego puto, corruptis tempotum iniuria codicibus: quanquam vtrunque in causa esse potest. Hoc in vniuersum vno verbo dicere volui, ne lectot nimium se torqueat, quemadmodum stulto mihi accidit. Neque enim inuideo alijs, si carpento illuc vehantur, quò pedibus ego iter feci. Anitorgis vrbs Suessaniq; populi eiusmodi sunt, ac alijs in locis multa his similia.

Anno octauo posteaquã in Hispaniam veue. Cn.Sci.) 465.B. Hic septimus est annus huius belli, non octauus. Nam anno primo P.Scipio cum Sempronio Longo COS. fratrem Cneium in Hispanias misit, vt ipse author lib. 1. huius belli tradidit. Itaque postea non ita longè ab initio Martianæ orationis, legã: Neu se, neu inuictos per septem annos in ijs terris milites suos,&c. facilis autem est lapsus ex numero VII. ac VIII. vt in alijs multis.

Atid,quod ne timeatur fortuna facit, minime nisi sint homines.) 466.K. Quidam emendarunt, ad id: & sunt pro sint. sed nihilo clanore facto sensu. Tum quæ seqnuntur verba. non minus obscura sunt. Quæ ideo admonemus, vt exemplaria vetusta eò diligentius inspiciantur.

Pars ignis escas stramento arido tectis inijciunt.) 467. C. Dura est hæc cõpositio, nec facilè dixerim quàm displiceat, sensus tamen intelligitur.

Ad triginta septem millia hostium cæsa.) 467.E. Valerius Maximus lib.1 cap.6. triginta octo millia prodidit. in vtrius authoris codice sit error. non facile pronunciauero, quanquam res non est magni momenti.

Libyphœnicis generis Hipponatis.) 468.H. Quidam Libyphœnicum legunt, vt generis cum Hipponatis coniungant, quasi qui ex Hippone natus fuerit. At ego Hippo nates (quanquã variè hoc loco legitur, Hippocinatis, Hipponiates,&c.) nominatiui casus esse puto. & nomen Mutines esse. Itaq; coniungenda Libyphœnicis generis. Fertilissimum autem solum tenebant Africæ Libyphœnices inter Bragadam ac Syrtim paruam, quo loco eos etiam constituit Ptolemæus.

Non tam Murinis consilio quàm fiducia magis ausi egredi.) 468.H. Hoc tam, sublatũ est propter aduerbium magis, vult enim dicere, eos non magis consilio Murinis exisse, quàm eius fiducia, quæ res illis tandem malè vertit. De Himera autem dubium quem fluuium dicat. Ego eum Ptolemæus eo in loco ponit, vbi alij Gelam. Est etiam Himera quem Strabo ait per mediam fluere Siciliam, exonerarique in mare ad occiduam insulæ partem. Meminit & Plinius libro tertio cap. 8. Ac de hoc suprà ab initio lib. 4. huius belli mentio est, vbi Hieronymus tyrannus legatos cum mandatis Carthaginem misit.

COSS. creauit Cn. Fuluium Centumalum, & P. Sul.) 469.B. Omnes Liuij codices absque numero Centumalium ponunt, vt sit alius ab eo qui COS. fuit anno ab Vrbe condita 525 Sulpitium verò hunc quidam Seruilium, quidam Galbam cognominant, Quinti filium, Galba certè ab initio libri sequentis dicitur.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM XXVI. HENRICHI GLAREANI LORITHI ANNOTATIONES.



QVIBVS P. Cornelius proprætor in Sicilia præesset.) 469.E.P. Lentulus prætor Siciliæ. quà vetus regio erat, ab initio prioris libri dicitur, hic P. Cornelius. Nisi, quod existimo, idem P. Cornelius Lentulus fuerit, vt L. Cornelius Lentulus huius anni prætor in Sardinia. At P. Cornelius Sylla prætor vrbanus prioris fuit anni. Fuissent ergo priore anno quatuor P. Cornelij in magistratu, Sylla prętor vrbanus, Lentulus Siciliæ, Scipio Hispaniæ imperator cum Cn. fratre, ambo ibi occisi, & Scipio P. filius ædilis curulis, cum ei ad petẽdum nondum legitima ætas esset.

Siciliæ Græciæq; ora cum legionibus classibusq; quibus præerant decretæ.) 470.F. Decretæ habent omnia, quę ego viderim, exemplaria: at decreta legendum puto, quia ora præcessit.

C. Sempronius Blesus die dicta Cn. Fuluium.) 470.H. Hic lib 7. huius belli non ita longè ab initio, Cn. Sempronius nominatur in plerisq; exemplaribus vbi à Q. Fuluio dictatore in Hetruriam mittitur.

Nam cum bis pecunia anquisisset, ter. ca. se anq. dic.) 471.A. Quia in plerisque codicibus deerat nominatiuus verbis anquisisset, & diceret, ideo alij adiecerũt, tribunus, vt omnino de Sempronio intelligamus, vt locus ita legatur: Nam cum bis tribunus pecunia acquisisset. Si hoc exemplarium auxilio fecerunt, probatur: alioqui ad hunc modũ multos dubios locos facilè emẽdauerimus: sed ego non ausim mihi tantum indulgere, præsertim in tam eximio authore. quod tamẽ nostra ætate multi non verentur.

Etiam si se vtrinque in hostem vertat.) 472.I. Et quæ præcedunt verba, & quæ sequuntur, obscura sunt. Hæc etiam, vt ingenuè fatear, à me non intelliguntur.

Elephanti per media castra vadẽtes.) 473.D. Videri poterat in accusandi casu elephantos, & fecisse pro facerent, à Liuio scriptum, sed legi etiam in nominatiuo potest, vt tamen connectatur ad priora, quasi diceres, & elephanti cum facerent. Cæterùm post facerent non colum, sed ὑποστιγμὴν ponam, vt Græci vocant. Porrò quæ sequuntur verba, variè à diuersis leguntur. Ego autem ea ita legerem: Immissum ab Hannibale (& habuit aliquem gnarum latinæ linguæ) qui iuberet COSS. verbis, &c. Vel ita: Immissos ab Hannibale (& habuit aliquot gnaros latinę linguę) qui iuberent COSS. &c.

Duci Gladio, quod iam antè præsidij causa fecerat castel. iussit.) 474.G. Illud, Gladio, quid sibi velit. non equidem comminisci poteram. Codex Moguntinus Casilinum legit: sed id non placet, cum in Romanorum potestate iam esset Casilinum, à Q. Fabio nuper receptum. Hęc ad eum modum quidam emendant temerè, cum historiæ ordinem memoria nõ teneant. Non est dubium quin Galatiam legendum sit, cuius meminit paulò antè cum Hannibal veniret Capuam & Tifata. præterea paulò pòst, cum post captam Capuam Atella ac Galatia recipiuntur, & hic nunc item libro tertio huius belli, vbi Marcellus Nolam proficiscitur. Valla legit, duci ad id, quod iam ante, &c.

Per Suessulam Allifanumque & Casinatem agrum.) 474.K. Hæc Suessula libris tertio ac quarto prope Nolam nominatur, neutiquam in eo tractu quà à Capua Romam itur. Sed in his itineribus nomina corrupta aliquot locis, nemini dubium.

Inde præter Interamnam Nequinumq; in Freg.) 474. K. Nequinum in Vmbria oppidum, vbi nunc Narnia est, inquit Liuius lib. 10. ab Vrbe condita, Sabellicus Aquinum

num restituit, quod mibi qnoque placere potest, donec melius inuenero.

Inde in Pupiniam exercitu demisso.)475.B. Id nominis non memini me vsquam legere. Irem statim post aliquot versus. Media vrbe per Carinas Exquilias contendit. ego exquiliasq; legendum puto cum coiunctione. Nam duo fuere loca, siue vrbis regiones, Carinæ & Exquiliæ.

His motus ad Turiam castra retulit.)476.G. Nec hoc nomen vspiam propè Romam ad VI. millia passuum inuenio. Nam quod in Hispania est, nihil ad hunc locum. Capenates quoque qui sint, non fermè memini me legisse. Quanquam sunt qui ex fragmentis Catonis legant, Capenã & oppidulum & syluam in Auentino fuisse monte. Idem sensisse & Fabium Pictorem & Sempronium. His fidem det quantam quisque velit, nam ego nihilominus hæreo.

Aerisaceruі, cum tudera milites religione inducti iacerent.)476.G. Quid sit tudera iacere, ego planè non intelligo, præsertim si de militibus Hannibalis loquaris. Sin de alijs posterioribus annis militibus, non video quomodo inducti religione, qui templum non spoliarunt. Sed lectori id iudicandum relinquo.

Iterũ; eius ab Reate Cupilijsq; ne, & ab Amiterno.)476. G. Etiam atque etiam operæprecium est hoc in loco considerare huius itineris descriptionem. Quomodo enim ab Amiterno orsus est qui paulò pòst, & ad finem rursus, eò venisse dicatur? Cutilijs autẽ ex Plin. ac Dionys. legendum. Forulorũ meminit Virgilius lib.7. Aeneid. de Clauso, qui locus hunc iuuare potest. Nõ est apud me dubium hos locorum errores temporum iniuria accidisse: neque verisimile est Liuium Italiæ loca tàm malè tenuisse.

Id vnum ex ijs qui sibi rem aperuisset arguere se paraesse.)477.A. Considera penitius hoc genus dicendi. Se paratam esse, inquit, id vnum arguere. sed vnum, masculini accusatiuus est, vt paulò antè genitiuus, scortum transfugarum vnius. Verum hoc leuiculum, & vix dignum annotatione.

Vibius Vitius, qui defectionis ab Romanis.)477.B Libro tertio non ita longè ab inino hoc tradidit Liuius, vbi tamen nõ Vibius, sed Sibius Vitius legitur, quod ibidem quoque admonuimus.

Mortuum Appium Claud. sub deditio. Capuæ.)479.C. Ipse Liuius hoc dicturus est paulò pòst, vbi de Campanis dubitat senatus. posteaquam Q. Fuluius ab ijs accusatus est. Cõtinuò autem post de Taurea, in his verbis: Sed cum inter cæteros ad palum deligatus. vide vt participium suspensum est. Hæc etsi obiter à me notantur, suspicionem tamen dare possunt, deesse aliquot locis verba, quæ diuinare absq; vetusti codicis auxilio nulli reor possibile, tantum abest vt mihi. quidam delegatus participium, in delegatur verbum mutarunt.

Ita ad LXX. princi. sena. (479. D.) Sic omnia babent exemplaria: quæ quidem nos vidimus: sed legendum LXXX. Nam Virium secuti sunt XXVII. Calibus autem occisi XXV. Teani XXVIII. Summa LXXX.

Multitu. al. ciu. Campa. ven.)479.D. Mira diuersitas apud Liuium de pœna Campanis iniuncta. Hic enim venundatur multitudo ciuium: paulo pòst, vrbi frequentandæ multitudo incolarum, libertinorumq; & institorum opificumq; retenta. quanquam ciueis merito quis ab iam enumeratis separet. At non ita multo post, Multitudo, inquit, ciuium dissipata in nullam spem reditus. Rursus eodem hoc libro post Syracusanorum querelam, cum & Campani auditi essent, diuersa senatusconsulta Liuius recitat, his quæ hic narrat, non omninò conuenientia.

In Ausetanis (is locus est inter op. Illiturg. & Mentiss.) 480. G. Ausetani populi sunt citerioris Hispaniæ, vt præter Plinium, Cæsarem, Ptolomeum, reliquosq; classicos scriptores ipse author libro primo huius belli restatur. At Illiturgis ac Mentissa longè hinc oppida sunt prope flumen Anam, ac prope Castulonem Bæthycamque. Oretanorum, vt ex Plinio Ptolemæoq; patet. Quare videndum num Oretani pro Ausetani legere velis.

Nec tamẽ quem mitterent satis constabat.)480.K. Mirum verò si Cl. Nero iam missus non satis dignus erat imperio, qui prætor, & item ante Capuã exercitus parti præfuerat. Nec obstabat absentia, cum absenteis sæpè nõ modo imperatores, sed COSS. etiã crearint. Licuit igitur aut ipsum Claudium aut T. Fonteium, aut deniq; si inuidia non obstitisset. L. Martium facere imperatorem.

Iussi deinde inire confusum suffragium.)481.A. Confusum suffragium non facilè reperias apud Latinos authores, quapropter quidam ex hoc loco sustulerunt. Budæus tamen, immortale Galliæ nostræ ornamentum, in annotationibus in Pandectas de testimonijs cõfusis boc exemplum allegat: vt in vulgatis babetur codicibus, prætereа tamen nullum adfert.

Tribnni pl. ex authoritate sen. ad pop. tulerunt.)482.I. Notandus est hic etiam locus. Negatum ait Marcello vt triumphans iniret vrbem, sed ouans. Deinde per tribunos plebis ad populum latum ex senatus authoritate, vt ei imperiũ esset. Postremò eum in monte Albano triumphasse. Apud Dionysium quid simile legitur, apud bunc non item, vt opinor.

Alter Nassum, qnodque ibi præsidij erat, prodiderat.) 482.K. In primo Syracusarum introitu, de quo superiore libro, nulla est mentio Sosidis: suspicor diuersis locis diuersos secutum Liuium authores, oblitum videlicet boc antea ab se non esse scriptum, vt propè necessum fuit in tanta rerum mole. Porrò quod subiungitur: Et qningena iugera agri Sosidi data in agro Syracusano. si de solo Soside, vt puto, intelligitur, quingenta legendõ est non quingena: nam Merico Hispanisq;, qui cum eo transierãt, alibi in Sicilia datus est ager itaq; neq; distinguendũ ante Sosidi. Quidam eriã vetusti codices pro Sosidi habebant, agri solidi. sed non placet.

Id M. Cornelio mandatum.)482.K. Toto hoc libro, maximè in sequentibus, id nomen suspectũ. Libro quippe præcedente, prætori Siciliæ P. Lentulo prorogatum imperium erat. Hoc verò anno Siciliæ prætor fuit C. Sulpitius: proprætor autem P. Cornelius, vt ab buius libri initio ipse dixit author. sed idem est P. Cornelius Lentulus, vt nos ibidem admonuimus. Quare & hoc loco, & in sequentibus, pro M. legam P. Nam in magistratuum huius anni catalogo prænomen Marcus non reperias. Cæterùm Belligenem hic nominat, cuius nomen priore libro, cum Mericus ad Romanos transitionem pararet, omisit.

Ad eos Murgeniæ desciuerunt terræ.)483.A. Alij Murgentinæ emendarunt, sed Murgantinæ per a in secunda syllaba legam. Murgantinas autem terras ait, non Murgantiam: quia Murgantia antea ad Pœnos defecerat, vt priore libro habetur: quanquam paulò pòst rursus expugnata à prætore Romano P. Cornelio Lentulo.

Et M. Valerium absentes COSS. dixerunt.)483.D. Ego absentem legam, non absentes, vt referat Valerium: nam Marcellus Romæ fuit, vt sequentia satis conuincunt. Et Valerio adijciendum II. quippe qui antè etiam fuit COS. vt Liuius libro nono & decimo huius belli ostendit.

Eludant nunc antiqua admirantes.)483. D. Quidam mirantes legunt. Cæterùm si mirantur, non vtique eludent. Sed pusillum boc.

Fortè ita incidit, vt cumitijs perfectis nuncia. T. Octa.) 483. E. Hæc ita referuntur, vt qui legat, putet nescio quæ subsequi, quę tamen non sequuntur. Est etiam in alijs libris locus notatus asterisco.

Confirmarunt authoritatẽ suam minore cum verecundia.)484.H. Sensus est perquàm obscurus. Quidã post verbum, confirmarunt, distinxerunt, hæc omnia referentes ad participiũ, extollentes. Alij post, suam, distinctionem faciendam censent. Nonnulli accusatiuum in ablatiuum mutarunt authoritate sua, sed vt ingenuè fatear, sensum verum non percipio. Qui post verbum, affirmarunt, distinctionem posuerunt, hunc sensum elicuerunt: Aetolos se nimis impudenter laudasse, Rom. autem vim verè extulisse: hæc vtraq; ad cõmouendos Aetolos iuuisse. quanquam nihil æquè mouebat atq; Acarnanię ponundę spes. Sed hæc atque sequentia mutila esse suspicor.

Hi Thra-

Hi Thracum & Illyricorum reges.) 484 I. Vide hunc loquendi modum. Thracum Pleuratus erat Illyricorum Scerdiletus, quem Polybius Scerdilaidum vocat. Eosdem nominabit libro sequenti, & libro primo de bello Macedonico.

Et Oleniades Naxumque Acarnanum capt.) 484. K. Quidam Oleniada emendarunt, quòd Olenus etiam in Aetolia. At nihil hoc ad Acarnas: ideoque ego Oeniadas legendum puto, *οἰνιάδας* enim Acarnanum vrbem, & apud Strabonem & Thucydidem reperias. Ita in posterioribus quoque Liuij verbis: Aduersus quos Acarnanum gens & viribus impar, & iam mœnia Oleniados Naxumque amissa cernens. legendum puto Oeniadon: & facilis in his lapsus est, quemadmodũ sciunt omnes docti quid in Græcis dictionibus ab octingentis iam annis, libris acciderit.

Indè Dardanorum vrbem sitam in Macedonia.) 485. A. Quæ illa sit vrbs, non nominat, cum Ptolemæus Dardanorum supra Macedoniam quatuor vrbes exhibeat. Scupos, Vlpianum, Nessum, ad Arrhibantium. Fortassis autem nomen omissum in codicibus.

Per Pelagoniam & Nymphæum & Bœotiam in Thess.) 485. A. Pro Bœotiam quidam Boleam emendarunt, sed id nominis nescio an vspiam eo in loco reperias. Nam in Argiuis locus apud Pausaniam, huc non pertinet. Suspicor legendum Berrhœa. est enim ea in itinere ex Dardanis in Thessaliam.

Ad Phragandas igitur vast. arg. & vrb. Iamph.) 485. A. Nec hæc nomina apud vllum authorem inuenio. quod ideo admonendum duxi, vt codices vetusti eò diligentius perquirantur conspicianturq;.

Vltra Clinen est profectus.) 485. D. Moguntinus codex habebat Clymenen: sed neutrum nomen valdè obuium apud authores.

Comprehensa postea priuata ædificia (neq; enim tum basilicæ erant.) 486. G. Innuit, opinor, suo tempore in ordine post tabernas fuisse basilicas, vbi olim priuata ædificia. alioqui frustra fuerit hæc parẽthesis. Latumias autem ex Græco esse, & maxime à Syracusanis, qui eas instar carceris habent, fatetur Festus, immutata nimirum voce. *λιθοτομίαι* enim apud illos dicuntur, vt videre est apud Thucydidem lib. 7. ad finem.

Clarissimarum vrbium excidio celeb. vir. vict. bell. ac. in vt. ad.) 486. K. Miranda compositio, vt sunt multę apud hunc authorem quæ tamen intelligitur. Laurentius Valla ita emendauit: Nunc circunfusus multitudini, simul & Siculis obuiam egressis potestatem Romam adeundi fecit, & nonnullis vel æmulis querimoniam præbuit, clarissimarum vrbium excidio à celeberrimis viris victos bello accusatores in vrbem adducens. Hæc ille, quę quàm benè habeant, lector indicet.

Ex quatuor erant legiones vrb. duæ sæpè anni.) 487. A. Si de eisdem legionibus loquatur, non procedit: sed de alijs haud dubiè intelligendum. Qui enim fieret vt in Galliam mitterentur, cum COSS. alter in Siciliã iturus esset?

Marcellus si iam auditi à senatu Siculi, &c.) 487. D. Illud fnam quid referat, perambiguum est: alij ad senatum, alij ad Marcellum comparant, ego lectori iudicandum relinquo.

Rapiente fato Marcellum ad Hannibal.) 487. E. Hæc Liuius ita refert, perindè atq; hoc consulatu, quo quartum fuerat COS. Marcellus, occubuerit, hoc est nono huius belli anno, cum ipse quintum COS. annis duobus post hunc occubuerit, videlicet huius belli vndecimo.

Talia conquestos cum excedere ex templo.) 488. H. Ex templo, duæ orationis partes videntur. Nam postea Marcellus ita orationem conclusurus inquit: Et quoniam corãm & Siculorum & mea verba audistis P. C. simul templo excedemus. Alij præpositionem ex, ante templo sustulerunt, quod placet.

Nec mihi ipsi congresso ad portas cum princi. respon.) 488. K. Hoc nusquã de ipso Marcello antè prodidit, quod equidem sciam, sed de eius legatis. Item quod continuò subdit, Apud Hannibalem & Carthaginenses victos, sese iustius, quàm apud victoris populi Romani senatũ quererentur, quidam emendarunt, victosque: sed neutrum admodum placet: & quia nihil aliud quod reponam habeo, in medium lectori conijciendum relinquo.

Eos libertatẽ sibi suisq;, & bonorum aliq. par. or.) 489. D. Hęc verba ita ponuntur, quasi pro solis nobilibus roget libertatem, bonorumq; partẽ, ac non pro omnibus Campanis. Oratio mihi mutila videtur.

In consilio, inquit, arbitror me fuisse Consulibus Cap. ca.) 489. E. Procoss. Claudius ac Fuluius Capuam cepere, non COSS. Præterea vide num potius cõcilio legendum. At hæc leuicula.

Idque & apud maiores in Sutrianis factum est.) 490 F. Id si benè habet. oportet secunda decade scriptũ esse, nam in prima nusquam puto inueniri. Satricanorum ciuium Romanorum quidem meminit libro nono ab Vrbe condita post Caudinas furcas, sed nihil tale de illis ibidem narratur.

Quod senatus maxima pars cẽseat, qui assidens.) 490. G. Solennia sunt verba, vt puto, ideoque velut impedita, quæ nostro more notamus, si fortassis corrupta sint, vt ex codicibus emendatis restituantur. Præterea & harum mulierum nomina propemodum alia apud Valerium Max. lib. 5. cap. 2. de gratis reperias.

Néue quis eorũ qui Capuæ fuissent.) 490. H. Hic velut aliud decretũ de habitationis loco incipit, nã alioqui planè nõ intelligo. Ergo libertas data, sed habitatio mutata.

Nunc ad militiam paruo ære emendo, nunc remig. imperan.) 491. A. De Volonibus quidam priorem huius orationis partẽ intelligunt: sed si id esset. fortassis & sequens, propter nunc geminatum. Nisi quis potius de paruo stipendio, quo milites cõductos conqueruntur, eum loqui intelligat.

Et libras pondo vt salinum patellasq;) 491. C. Ad libras pondo. cum non addat cuius rei, auri ne an argenti, non video quomodo intelligendum. Nam quod quidam distinxerunt ante argenti, & post verbum relinquant. quæ vtraque præcedunt, mihi non probatur. Valla legit libræ pondo. Hoc quoq; mirum alicui videri poterit, cum lege Oppia nulli mulieri licuerit habere plus semuncia auri, vt libro 4. sequentis decados habetur, hic permissum esse vt vxores filiæue auri plenas vncias habeant. Neq; enim Oppia lex interea temporis lata erat, sed antea. Verùm lectorum iudicio hæc committimus.

Nec deductis præsidijs spei liberam vel obit. tim.) 492. G. Quidam timoris, pro timori reposuerant. At ego sensum non adamussim intelligo.

Salapiæ principes erant Dasius & Blactius.) 493. G. Apud Val. Max. lib. 3 cap. 8. (si codices non fallunt) Blasius, non Blactius legitur: quæ ideo annotãtur nobis, vt lector ipse videat vter ex altero emendari debeat.

Nam ad quatuor millia hominũ frumentatum egressi.) 494. F. Quidam contra vetustiorum codicum fidem emendarunt, egressa, pro egressi: quasi contra grammatices præcepta sit, si quis ita loquatur, quatuor millia hominum egressi, cum non ita longè pòst Liuius ipse de Agatirnæ (quam Agathyrsum Strabo vocare videtur) multitudine in Italiã à Leuino COS. traducta, ita loquatur: Quatuor millia (inquit) hominum erant mixti ex omni colluuie, exules, obęrati, &c Nec distinctio hoc tàm adiuuat, quàm quod licet etiam ita loqui, inuitis grammaticis.

Trepida fuga incedentes.) 494. F. Incidentes legendum, non incedentes. Sed id non difficile animaduersu. Porrò quod sequitur, Semiapertis portarum foribus in vrbem compulit, ne vrbs eodem impetu caperetur: ita positum est, perindè atque Liuius dicat: ideo C. Persium hosteis in vrbem compulisse, ne vrbs eodem impetu caperetur: cum contrà hoc velit innuere, ideo semiapertas fuisse portarũ foreis, ne vrbs à Romanis eodẽ caperetur impetu. Hæc si cui videbũtur friuola, argutioráue quàm vt hic referãtur, meminerit Laurentium Vallã de Latina lingua optimè meritũ, libro 1. elegantiarum capitibus aliquot, & libro secundo item, minutiora longè, etiam seriò tractasse, vt Aul. Gellium taceam, in quo sunt quædam multo

minus

minus vlla tractatione digna. Quanquam hoc quoq; lector scire debet, apud hunc nostrum Liuium multa alia similia esse, à nobis studio, non temerè neglecta, sed obiter quædam indicata, quædam omninò omissa.

Et nescio an vnam Hispaniæ oram quæ no. ad ma.) 496. K. Carthaginis nouæ portum præferre videtur omnibus alijs portubus ad oram Hispaniæ. Sed hic locus à Beato Rhenano rectè restitutus est.

Vt eodem tempore exercitus ostenderet.) 496. K. Et hunc locum rectè restituit idem Beatus. legendum enim: Vt eodem tempore Scipio à terra exercitum ostenderet, classis portum intraret. Quod autem versu sequitur proximo: Septimo die ab Ibero Carthaginem ventum est simul terra marique, hic distinguendum puto. nam quę sequuntur verba, de pedestri exercitu intelligenda sunt. vbi proximo rursus versu duæ voces, frons & tergum, mirum quàm lectorem morentur. De castris enim ait, his ab tergo (nam frons natura tuta erat) obiectum vallum. At quæ frons castrorum, quod tergum, scire non possum: cum verisimilius sit frontem dixisse quæ vrbem spectabat. quam quidem partem non muniuit, vt ipse postea dicturus est, vt subeunti sæpè ad mœnia vrbis recursus pateret. Verùm quid munire oportebat, cum natura tuta erat?

Continenti vrbem iugum ducentos ferè, &c.) 497. A. Manifestè iugum hic appellat, quod Græci ἰσθμὸν vocant. Ineptè meo iudicio. Suidas ἰσθμὸν ait mare inter duas terras, cum contrà iugum sit inter duo maria. Sed non est nunc de his differendi locus.

Opera & difficilia esse, & tempus datura.) 498. G. Hoc datura, in daturum, temerè à quibusdam mutatum est, vt diligenter legenti patet.

Sed quod euntes ad ancipites vtrinque ictus.) 498. I. Comparatio est vtrinque Romanorum oppugnantium, hinc à terra, hinc à stagno. Hic à terra ingentem ostendit difficultatem: sed hæc verba corrupta videntur, neque verus ex eis elici potest sensus: sicut nec ex his quæ non ita longè deinde sequuntur: Et mox cædendo confectis ac distractis, ne iter impediretur, foribus, armati impetum fecerunt.

Cornelium Claudium de medio adiecit.) 498. E. Hunc paulò pòst P. Cornelium vocat. Illud Claudium, mihi suspectum. Quidam in Caudinum mutarunt.

Quod admoti tantæ dignitatis non tam aduocati.) 498. E. Tantę dignitatis, ad viros referendum quos aduocatos vocat. quare temerè quidam in indignitatis mutarunt, referentes ad certamen.

Haud magni ista facimus, inquit: quid enim h. for. n. f. est?) 500. I. Hæc verba nō intelligo, habent enim arguriam, quam neutiquam assequor. cæterùm ea mutila conijcio. Ipse lector iudicet.

Ne quid, quod sanctum vsquam esset, apud nos vio.) 500. K. Ita habebant veteres libri, & mihi etiam placet Quidam mutarunt nos, in vos, distinctionemque postea subiunxerunt, quàm benè. ipsi viderint.

Præpilatisque missilibus iac sunt.) 502. F. Cuiusmodi missilia præpilata dicantur, adhuc quæro. Quidam libri pilatis habent.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM XXVII. HENRICHI GLAREANI LORITHI ANNOTATIONES.



TELLANIS Calatiam migrare iussis.) 504. G. Galaria & Calatia variè scriptum reperias. De Calatinis, Atellanis ac Campanis decretum factum erat, sed video hic de Atellanis mutatum.

Par numerus Romanorum sociorumq; eodem in pref.) 504. G. Multi de hoc loco dubitarunt, quo modo post vrbanum exercitum subiungat, Romanorum, quasi Romani non essent de vrbano exercitu, sed intelligendum de exercitu vrbano mille missos, quorum quingenti erant Romani. quingenti socij.

Regem nec inimiciorem vlli populo quàm Carthag.) 504. I. Hoc loco inimicum Carthaginensibus facit Syphacem, vt libro etiam quarto. Cæterùm libro sequente ei fœdus fuisse cum Carthaginensibus ait ea tempestate, quæ tribus fuit elapsis annis postea, nulla interim facta mentione mutationis vel cum Carthaginensibus vel Romanis. Sed de his rebus ibidem dicturi sumus.

Externa pondo pateræ aureæ.) 504. I. Ternûm pondo legendum censeo, alioqui absurdus erit sensus. & in his etiam facilis est lapsus.

Eumque quem populus iussisset diceret dictat.) 505. D. Hic populus iubere dicitur: paulò pòst, plebs sciuit: rursus deinde populus iubet, cui subnectitur, ex eodem plebiscito. Videndum lectori, num populi iussum dicere velit plebiscitū. Deinde quomodo plebs sciuit, cum ante eius cōcilium Leuinus COS. clàm noctè in prouinciá redierit.

Galeria iuniorum, quæ fortè prærogatiua erat.) 505. E. Præcedente libro, eo in loco vbi Torquatus renuit consulatum, prærogatiua (inquit Liuius) centuria iuniorum declarauit T. Manlium Torquatum. Hic nunc vocat Galeriam. Ego sanè quid sibi id nominis velit, non intelligo. Si equitum est ordo, fortassis à Galero nomen habet. Sed ea coniectura duntaxat est. Vegetius lib. 1. de re militari cap. 10. lixas Galerios vocatos suo seculo testatur. Vox est rara, ac fortassis corrupta.

Qui neque magistratum continuari satis ciuile esse.) 505. E. Proconsulatum Q. Fuluij æquat Consulatui: alioqui quomodo ei continuaretur imperium, qui hoc anno fuit COS. Nisi de dictatura hoc intelligendum.

Nanque Cn. Seruilio COS. cum Flaminius.) 506. F. Mirum, Liuium ne vno quidem verbo huius plebisciti meminisse sub COS. Flaminio. Exemplum autem de Posthumio Megillo fuit anno ab Vrbe cond. 462. quādo cum eo COS. fuit C. Iunius Brutus (quem codices alij Cn. alij Bubulum, alij Bubulcum vocant) secunda decade lib. 1. At hoc plebiscitum à Liuio omissum est hac decade.

Circumacta inde ad alterum insulæ latus Carali.) 506. H. Ptolemæus Olbiam Caralinque eodem Sardiniæ latere ponit, videlicet ortum spectante: quare non video quomodo hic locus constet.

Et Censores hic annus habuit L. Veturium Phi.) 506. H. Dubium hic est, de prioréne anno loquatur, an de hoc præsente: nam, hic annus, ait, non superior. Atqui hoc anno L. Veturius Philo fit prætor peregrinus cum Gallia prouincia, vt paulò pòst exhibet Liuius. Num igitur simul Censor? non opinor, nam Censor hic moritur. At paulò pòst ædilis curulis ludos Romanos instaorat. Necesse igitur est plureis fuisse eo nomine. Cicero videtur Philos vocare, non Philones: ex quo multi in Liuio cognomina mutare in prioribus ausi, hic tamen non emendarunt. Fieri potest ἑτερόκλιτον fuisse apud veteres.

Ingressum eum in curiam, cum L. Licinius prætor.) 507. D. Quidam legunt, ingressum eum curiam. Ad id parui momenti. Id magis refert, quando hæc acta, disquirere. hoc enim anno neutiquá prohibitus est Valerius, sed posteriore, etiamsi hoc anno captus. Eius rei causa est, quòd huius anni non L. Licinius prætor vrbanus, sed C. Hostilius fuerit, sequente verò anno L. Licinius. Est autem vehemens error in Liciniorum prænominibus. P. Licinius Crassus pontifex max. cuius hic est mentio, fit prætor peregrinus anno sequenti. L. verò Licinius Varus prætor vrbanus

banus eiusdem anni, qui tum Valeriom flaminem è curia educere conatus est. Quanquam fieri potest vt duo P. Licinij Crassus & Varus fuerint, Sed cum boc loco L. Licinius legatur etiam anno sequeoti ita legendum, si quidem hic rectè legitur.

Ex fuere Ardea, Nepete, Sutrium.) *508.* I. Hunc locum ferè io exemplaribus corruptum, quidam è libro nono, vbi rursus enumerantur, emendarunt, & rectè mea quidē seotenoa. Nam Lacates quod hic erat, nusquam est, apud authores, quod equidem sciam.

Signini fuere & Nolani & Norbani.) *509.* B. Cum inter hos colooos Signini Nolaniqúe ad inferum ioclinent mare Bruodusini autem, Hadriani ac Ariminenses ad soperum, Liuius videtur velut ad vnum omneis posuisse. Nā subiungit, Et altero mari Pontiani, & Pæstani, & Consani. Pæstum quidem oppidum est maritimum Lucanorum, authore Ptolomæo. Coosani tamen vix legerim, sed vel Cossani, vel Compsani, quemadmodum etiam libro tertio huius decados admonuimus. Quidam pro Nolanis Venusinos substituerunt.

Inde quingeota poodo data COSS. & M. Marcell. *509.* C. Quingena legendum, neque aliter diuisio constabit, imò oec latinitas vt intelligamus, his quinque singulis data quingenta pondo, Fabio autem centum pondo. Restabant mille & quadringenta, quæ in Hispaniensis exercitus oecessitatem sunt reliqua.

Districtis gladijs discinctos destituit. *511.* C. Discinctos quid sit, vtcunque intelligitut ex Seruio lib. *8.* Aeocid. ad fineād illnd Virgilij, discinctos Mulciber Afros. At illud Districtis gladijs non admodum. Sed perpendat hoc lector. Beatus legit, distrinctis gladijs cinctu destituit.

Hirpini, & Lucani, & Volscentes.) *512.* K. Plin. libro *3.* cap. *11.* Volscemanos vocat prope Numistranos.

Auri LXXXIII. millia pondo.) *514.* F. Quantumuis Tarentum ciuitas diues erat, hæc tamen summa suspecta mihi est. Nam Capua capta LXX. auri pondo ad quæstores relata priore libro retulit Liuius. Plutarchus io Fabio tria millia talentûm relata in ærarium scribit. Quare hæc ita legam: Argenti vis ingens, facti signatique auri LXXXIII. pondo, aut fortasis sic: auri argentique vis iogens, facti signatique auri quidem LXXXIII. pondo: argenti tria millia. Sed bic videat lector quid addendum putet: talentum, an pondo.

Neque enim se repre. morem, ho.) *514.* K. Quidam pro morem emendauerant nomen, sed displicet, quanquam obscurus est seosus vtro legatur modo.

Et antè deditorum & pridie captorum.) *516.* G. Necesse est hoc loco, vt vnum diem intercesisse huic plausui pugnæq; intelligamos: alioqui illud pridie, quid sibi velit, non planè video.

Tunicam latoclauo cum Hispano sagulo.) *516.* I. Qoid latusclauus sit, omnes intelligunt. at tunicam latoclauo, non item. Similem locutionem inueoies libro decimo de donis Masanissæ misis. Nisi quis locum ita legendum putet: Tunicam cum latoclauo ac Hispano sagulo sed ego non temerè mutauero.

Fecitque ante diem tertinm nonas Quintiles.) *518.* K. Sallustius ita loquitur, Ante diem VI. Calendas Nouembreis Et Cicero oratione prima io Catilinam: Ante diem XII. Calendas Nouembreis. Et paulò pòst. Qui dies futurus esset in ante diem VIII. Calend. Nouembres. Rursus paulò pòst, In ante diem V. Calend. Nouemb. Nisi codices omnes fallant. Sed dubium est, certúmne diem significare voluerint, & quem nam, præsertim cum præpositio in, adijcitur: id quod lectori iudicandum relinquimus. Nam hoc loco quidam ad III. nonas legunt.

Interfecti Au. Manlius tribunus mil. & ex du.) *520.* K. Videri potest prolepsis, vt quod in genere dictum sit. per species explicetur. Sed mihi occisotum nomioa omissa videotur. Quidam interfectus legunt: si fide codicum fecere benè babet locus.

Rhion incolæ vocant.) *522.* H. Liuius fretum Rhioo vocatum perhibere videtur, cum Strabo lib. *8.* ac Ptolomæus promontorij id nominis tradant, in modum falcis producti loogius, vnde & Drepanum vocatur. Ipse Liuius paulò pòst ab ipso ludicro regem Philippum profectum ait Rhium ad indictum concilium, vbi vrbem fatetur. Nisi quis pro Rhio Aegium eo in loco legendum putet. quemadmodum libro sequenti Aegium coneilium Achæorum indictum dicitur. Quanquam eodem libro Liuius Rhion fauces sinus Corinthiaci interpretatur.

Romanis restitueretur Athamanis.) *523.* A. Quidam hunc locum ita emendarunt: Sationis restitueretur Athamanis, Scerdilero & Pleurato Parthini. Sed ego hoc puto absque exemplarium fide factum. De deditionibus bic agitur, non solum de pace, locus baud dubiè est mutilus.

Per Achaiam Bœoriamque & Bœobam.) *524.* G. Bœbeiadem recte, meo iudicio emendauit Sabellicus. Bœoba nihil est. Eubœa autem (quod Aldinus eodex restimit, & quidam alij eum secuti) buc non quadrat, quod facilè videbit geographicæ oon imperitus.

Orestidem iam teoere, ac descendisse in Argestæum.) *524.* H. Orestidis situm fortasis Ptolomæus magis Australem ponit, quàm vt huic profectioni conueniat, cum sit magis ad Boream. Cæterùm Argestæum nomen oondum inueni. Vide ne Aestræum ex eodem Ptolomæo legendum post aliquot item versus T. Manlio Torquato, non L. Manlio reponendum, vt sequentia satis luculenter ostendent.

Vt & rus migraret, & permultos annos & vrbe.) *525.* A. Si hæc vera suut, qui fieri potuit vt Tarentinæ præfuerit arci? Ideoque lubeos crediderim eius arcis præfectum fuisse M. Liuium Macatum qui paulò antè ob amissum Tarentum in senatu ab inimicis accusatus, cæterùm ab hoc Liuio Salio atore stanre defensos, & in Ciceronis Catone mendum esse vel librariorum, vel memoriæ vel denique historiæ apud authores variatæ, vt sæpè fieri solet. Huius rei libro *4.* huius decados etiam lectorem admonuimus.

De reconciliatione & gratia eorum in senatu actū est.) *525.* D. Qoidam emendarunt de reconciliatione etiam gratiæ eorum. quod quare fecerint, non equidem intelligo.

Alteri adoersus Hannibalem Bruoij Lucani.) *525.* E. Et quare non Brutij Lucanique, aut, Brutij & Lucani? Sed hoc pusillum. ἀσύνδετον est, quo gaudet Liuius. Item non ita multò pòst de numero censorum capitum ait: Minor aliquanto numerus, quàm qui ante bellum fuerat: eum in Floro sit propemodum duplus. Vide igitur vter locus ex altero emendari debeat.

Supra dies XXX. noo pernoctaturos extra mœnia.) *527* C. Quid sibi hæc verba velint, fateor iogenoè me non intelligere. Nam si pro colonia loquitur quid addit, Donec hostis in Italia esset? Quanquam sunt qui putent illis vacationem dari, vt non toto tempore adesse cogantur, sed XXX. duntaxat diebus, quandiu hostis sit in Italia. At mihi hac declaratione non sit satis, iudicet lector.

Et cum per munita pleraque transitu fratris quæ antè inuia.) *528.* F. Munita intelligo, peruia facta. Cæterùm mirum qoo pacto Liuio io mentem venerit, vt itinera per Alpes antè Hannibalis transitū inoia scribat, cum tamen lib. *5.* ab Vrbe condita Gallos sæpè transisse Alpes fateatur, etiamsi eos qui aduersus Clusinos arma mouerunt, ac Romam postea deleuere. oeget primos fuisse qui in Italiam Gallorum profecti sint. De Gallorum antiquiore in Italiam transitu, multi ante & post Liuium eximij meminere authores. Plin. lib. *12.* cap. *1.* C. Cæsar libro sexto vbi de Volscis Tectosagibus, Strabo quoque lib. *4.* de Veneris: vt non fuerit opus vnum in hac re sequi Polybium.

Et mille ferè & qoiogentos pass. castra ab host.) *529.* A. Hoc versu mille & quingentos ait passus: proximo autem, statimque sequente, quingentos ait passus fuisse intercastra Punica ac Romana, cum interim tameo nō meminerit propius accesisse quenquam. Suspicor codicum esse errorem.

Iam primos occupauerit equestris terror.) *529.* C. Primos Pœnorum intelligimus à Romano equitatu tertiæ legionis territos, deinde etiam legionem successisse quæ

plus terroris attulerit. Ergò vel equestris vel equitis legendum non autem primos equites. neque enim Romani equites territi erant. Vetustiores codices benè habebant, sed quidam mutarunt, hæc absque iudicio legentes.

Per agrum Larinatem, Marrucinum, Ferentanum. Præput.) 530. F. Quidam Ferentinum emendarunt, sed malè si Plinio credimus, qui libro tertio cap. 11. Ferentanos hos vocat populos. Ita etiam Ptolomæus, qui Larinum oppidum ijs adscribit. Idem Plinius ca. 13. eiusdem libri, Prætutianum agrum prope Picenum ponit: Ptolmæus Prægutios eos populos vocasse videtur. Prætutianum igitur legendum non Præputianum. Secundo libro huius decados etiam huius itineris facta est mentio.

Profectus nocte flexit in Picenum.) 530. I. Picenum regio ad Vmbros. Anconam vsque tensa, in hanc tandem ventum. Ac Picentes vicini Lucanis ac Hirpinis, ab alterie originem duxere. vt refert Strabo lib. 5. ad finem. Hic verò Liuius vel Picenum accipit pro Picentibus, si fortassis vetus nomen his mansit: vel potius flexit in Picenum, hoc est, iter arripuit, quod non in Lucanos, vt exclamari iussit, sed in Picenum ducebat, etiã si id adhuc longè distabat. Verùm paulò antè populi per quos eundum erat, enumerati sunt: ergo in Picenum tandem vt diximus, ventum est.

Romæ non minus terrorie actum. erat quàm fu. biennio. an.) 535. I. Pro non, quidam haud reposuerunt. At id pusillum. Cæterùm cũ Hannibal ante vrbem fuerit anno octauo huius belli, atque hic sit annus duodecimus, quis non videt legendum quadriennio, pro biennio?

Scuta vetera hostium notauit.) 531. F. Vetera quæ dicere potuit, si iam aduenerant? Sed verè vetera videbat scuta, quæ antea non viderat: quæ etiam noua non minus commodè dixisset opinor.

Per tortuosi amnis sinus flexusque cum er. voluens.) 532. K. Cum errore voluens, obscurè dictum, quomodocunque interpretemur. Suspicor locum corruptum. Multa hic egregie restituit Beatus Rhenanus, obscure etiam dicta, quæ præcedunt aliquot versibus.

Post aciem circunducit, & non host. mo. sed etiam f. inop. in finistrum.) 533. C. à Romanis Claudius in dextro, Liuius in sinistro cornu in media acie prætor pugnabat. A Pœnis contra Claudium stabant Galli, contra prętorem Ligures ac Elephanti, contra Liuium Hasdrubal cum Hispanis. Inter Claudium ac Gallos collis oppositus arcebat, ne aut à fronte aut à latere aggrederentur. vt ipse tradit author: quæ res effecit vt Claudius post aciem cohortes circunduceret. Sed obscurum id est. post quã aciem: non hostium propter montem: ergo Romanam. Verùm sic non in sinistrum hostium latus incurrit, sed potius in dextrum, atque adeò etiam eorum qui in dextro cornu Hasdrubalis erant.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM XXVIII. HENRICHI GLAREANI ANNOTATIONES.



VM transitu Hasdrubalis, quantum in Italiam decli. b. 535. E. Quidam emendarunt, in Italia: sed quam benè, ipsi viderint. In Italiam, malim. Iidem hac semipagina postea scutata, pro scutatorum reposuerunt, quod & ipsum non placet. Notauit hoc etiam Sabellicus.

Oppressum erat.) 536. I. Et hoc quoque in oppressa mutarunt vt referant ad materiam belli. Potest tamen oppressum referri ad conflatum bellum. Lector iudicet num oratio hiet, cui deesse aliquid propemodum mihi persuasi. Quidam oppresserat legunt.

In Mesessum finibus est sita.) 536. K. Non fermè reperias apud scriptores vel Oringis vel Mesessum nomen in Hispanijs, etiamsi cum tẽpore nomina mutata sint. Quidam Melissum emendarunt, sed nec id cõpertum habẽt.

Romanæ v. & x x. quinqueremes, regiæ v. & x x x.) 537. E. Ita veteres habent libri, vt regia classis decem superarit nauibus. Quidam posteriorem numerum priori similem legunt: id si ita esset opinor Liuium dicturum fuisse, regiæ totidẽ, nõ v. & x x. cum is numerus iã præcesserat.

Tum præsidium vrbi mittit, vnde allatum erat.) 538. G. Quæ sit ea vrbs non explicatur, & è Lemno iam cesserat Attalus. Ideoq; is locus rectè notatus est asterisco quibusdam in libris, fortassis vt exemplaria vetusta eò diligentius conspiciantur.

Maximè in sinu Aeniano euastatis Scotusam cop re.) 538. H. Quis sit sinus ille Aenianus, haud temerè dubitant plures: neq; enim verisimile est ad Aenum vrbem Thraciæ esse, sed sinus Maliaci partem, ad quem supra Scarphiam tenuere populi Aenianes, vicini ab occasu Locris Epicnemidijs, proximè Dorienses, vt tradit Strabo lib. 9. Nec longè inde Heracleã abesse Aetolicæ ditionis, ad Oetam montem, de qua hic noster author obiter libro 1. de bello Macedonico sub finem. At lib. 6. copiosè post Thermopylarum descriptionem, eius etiam situm ac obsidionem commemorat. Scotusam autem Pelasgioticam hic putat, de qua Strabo lib. 7. ad finem, ad quam sunt Cynos Cephalę eodem authore.

Ipse in Cisseo (mons est in altitudinem ingentem ca.) 538. H. Vbi ille mons sit, in Peparæthone, an in continenti non explicat. nec ego de hoc monte quicquam apud idoneos reperio authores.

Ad Demetriacum Phthioridis exposuit.) 538. K. Rectè Sabellicus Phthioridis hoc in loco restituit, sed Demetriacum putauit idem esse cum Demetriade. Superfluè igitur adiecisset Liuius, Phthiotidis. Ego Demetriacum puto esse oppidum, quod Strabo Demetrium vocat libro nono, vbi de Achillis regione disputat, ἀπὸ τ Δήμητρος, id est, Cereris templo, quod ibi eximium habebat.

Sed temerè in modum venti.) 539. A. In modum venti, dixisse videtur pro ad arbitrium venti. Mirum verò de Euripo ita nihil conuenire apud authores. Quantus hic, dij boni commentandi campus?

Classemque inde ad Cynum Locridis.) 539. A. Sabellicus hoc loco restituit Cithinium ex Ptolomæo, sed codex fefellit: nam Cynum legendum est.

Igitur Philippus deiecto præsidio.) 539. B. Nescio quid hic desiderem in sermonis connexione, præsertim cum dicit igitur. Sed id lector consideret, si fortassis meliorem nactus fuerit codicem.

Quia Oreum pau ante di. ab. Ro. mil. exper. re. direptum.) 539 B. ὠρεὸς est in Strabone genere mascul. cum Liuius hoc in loco neutro genere proferat, paulò antè genere fœm. sed adiecto substantiuo, vrbe. Hæc eò tendunt, vt minùs anxij in his simus, cum videamus etiam magnos authores non ita anxiè hæc ac similia obseruasse.

Toronam est profectus.) 539 D. Throniũ Strabo lib. 9. triginta stadijs à Scarphia abesse ait, apud quod oppidum Boagrius amnis oritur. Torone autem longè alia ciuitas ad Pallenem est, supra Cassandream, quæ olim Potidæa. Thronium igitur vbique hic legam.

Incolebant eam vrbem profugi ab Thebis Phthiotici.) 539. D Vide num potius Phthioticis legendum sit. Nam de Thebis Phthioticis Strabo meminit libro nono, vbi de Achillis ditione disserit.

Paucis antè diebus inde Phoceas traiecerant Pœni.) 539. E. Phoceas si rectè legitur, accusatiuus est Ionicus à nominatiuo φωκεῖς, quod nomen est à Phocide regione Græciæ. Qui-

ciæ. Quidam igitur non rectè diphthongum æ apposuerunt, tanquam à nominatiuo Φωκαεὺς, quod à Phocæa vrbe Asiæ, nihil prorsus ad hunc locum, deducitur. Suspicor legendum, in Phocidem. Sed lector geographiæ peritus iudicet. Nam hæc duo nomina, Phocis & Phocæa cũ suis denominatiuis, & in Latinis & in Græcis codicibus magnum fecere errorem.

Ipse à Brenotris præter terram Atticam super sinum nauig.) 540. H. Quidam ab Oenotrijs emendarunt, sed ineptè, meo quidem iudicio. Strabo enim lib. 8. vbi de sinu Corinthiaco, Holmas promontorium sinum efficere, in quo & Oenoa sit & Pagæ: atq; has quidem Megarense castellum esse, Oenoan autem Corinthiorum. De eadem Oenoa Plin. lib. 4. cap. 7. Et de hoc loquitur (vt puto) hic Liuius: Terra missum exercitum per Bœotiam, ipsum verò regem præter Atticam circa Sunium promontorium mari Calcidem venisse. Quare verba Liuij ita legi possunt: Ipse ab Oenoa præter Atticam super Sunium nauigans, inter medias prope hostium classeis Chalcidem peruenit. Ceuchreis non minus quadrat, quod Beatus Rhenanus restituit.

Ab Chalcide Oreum nauigat.) 540. H. Hoc oppidum ab Attalo atque Sulpitio expugnatum fuit paulò antè, nec de ea recepta quicquam hactenus. Hic nunc eam (si dijs placet) principibus qui Romanos fugerant, Philippus tradit. Vel igitur hic aliquis defectus, vel authoris obliuio.

Cum Q. Fabius Max. prætor legatus ab M.) 540. I. Neque huius, neque præcedentis anni Q. Fabium Maxim. prætorem inuenies, quare hoc nomen suspectum. Ego prætor temerè adiectum suspicor, & vetusta quædam exemplaria non habent.

Sicut P. Manlius tenuerat.) 542. F. Hic priore anno, atque adeo præcedente libro, ab ipso authore bis C. Manlius vocatur, non P. vbi prætor Siciliæ creatur.

Et præmissa præda incolumes leg. in lo. occulta) 542. K Quidam emendarunt, In loca culta. Verum hæc ita narrantur, perindè atque aliquis adsit verbis defectus, quod equidem opinor.

Præmisso Syllano ad Colcam duodexxx. op. re.) 543. C. Huius reguli meritò (vt ego existimo) vel vnam nominasset ciuitatem Liuius. Eam negligentiam in oppidis Hispaniarũ cui adscribere debemus, haud equidem scio: sed certe ea nimis magna est.

Quartodecimo anno post bellum initum.) 545. E. Hic erat annus tertiusdecimus: vt ipsemet Liuius ab initio huius anni de COSS. dixit. Et vt hoc excusari nulla ratione potest, ita nescio quo pacto id diluam, quod paulò pòst de L. Scipione Romam cum nobilibus captiuis misso subiungit. Certè non ita longè ab initio huius etiã libri missus est, nec vbi interea redierit, vspiam memoratur. At ego credo Liuium memoria lapsum eandem rem bis scripsisse. Nam bis missum vt credam, adduci non possum.

Syphacem primum regẽ statuit tentare. Masæsyl.) 546. F. Libro quarto huius decados sub finem, Galam Masanissæ parentem, Masæsylorum regem Liuius scripsit, hic Syphacem. Et certe hoc loco posita descriptio conuincit Sigam fuisse vbi Scipio applicuerit, ea Africæ parte, qua noua Carthago eam spectat, vt hic fatetur author. Cirtha verò (quanquam magis credo eam caput regni Syphacis fuisse, quod postea libro decimo scribet Liuius) huic loco minime quadrat. Suspicor autem Liuium duobus his nominibus, Masælibyum ac Masæsylorum, deceptum: quod nulli mirum videri debet, cũ in codicibus Strabonis, qui tamen libro vltimo ex professo ea distinguit, idem erroris in omnibus quæ nos vidimus exemplaribus acciderit.

Fœdus ea tempestate regi, cum Carthaginensib. erat.) 546. G. Hic idem rex bis cum Romanis fœdus inijt, semel etiam missis ad hoc Romam, & rursus à Roma ad regem legatis: & à posteriore quidem fœdere tres duntaxat anni intercesserunt. Nec satis hoc purgarit, quòd rex barbarus erat, cum Scipio hoc idem timere debuerit, qui hic nouum (si dijs placet) sancit fœdus. Si cum perfido, quorsum id ferire attinebat? Sin cum eo cui vtique fidendum erat, qui fit vt eum veteris fœderis & prope nuper icti non admonuerit? Sed profectò suspicor Liuium oblitum postea eorũ quæ antea scripserat, id quod iã sæpè admonuimus.

De principatu ciuitatis, quam Ibem vocabant.) 548. I. Id nominis, vt pleraque Hispanica, apud posteriores non facilè reperias authores. Et Astapa Floro Githium quibusdam libris vocata fuit: sed id ex Liuio emendatum, quanquam ego haud scio, liceátne ad eum modum emendare libros. Astapensium autem factum, à Liuio vt crudele narratur, cum Saguntinorum hàud dissimile fuerit, & tamen forte laudatur. Sed scilicet hoc pro Romanis, illud contra Romanos fuit. Hoc est historiam scribere.

Agrum Suessitanum Sedetanumq;) 550. F. Illergetum Regulus erat Mandonius, vt libro secundo huius decados ait Liuius, Lacetanorum autem Indibilia, vt puto. Cæterum libro 5. huius decad. Suessanos aduersus P. Scipionem duxisse idem Indibilis dicitur, cum Suessitani hoc loco amici populi Romani prædicentur. Nisi duos populos fuisse intelligamus. Mira profectò in his est obscuritas, & quam in Liuio quidem satis notam fuisse existimo. Sedetanos autem puto Edetanos Ptolomæo dici, atque Plinio lib. 3. cap. 3.

Ad Sucronem ortus.) 550. F. Sucronis eodem in loco meminit Plin. Ptolomæus vltra Valentiam statuit. Id autem mirum quomodo hi milites Mandonio Indibilique coniungi potuerint, interpositis tot amicis populis, Edetania ac Suessitanis: ipsi vltra Iberum, præsidium gentibus cis Iberum, Mandonius autem ac Indibilis citra Iberum. Merito hæc lectori, vt obscura, indicari poterunt.

C. Albium Calenum, & C. Actium Vmbrum.) 550. H. Quidam pro Actium, restituerant Atrium: quòd in oratione Scipionis postea ita legatur: Sed illi tamen nõ Actium Vmbrum semilixam, nominis etiam abominandi ducem. Atrium ab atro dici voluisse, non Actium. Verum res non est tanti momenti.

Et P. Scipionem deum be. & rempub. esse gratiæ referendæ.) 551. A. Nota hoc dicendi genus, P. Scipionem & rempub. esse gratiæ referendæ. Sæpe enim per gerundiuũ non hic modo, sed cæteri quoque authores loqui solent.

Quina nomina principum seditionis edita sunt.) 551. C. Quidam quina, prò quinque positum existimant. At ego existimo cum tribuni septem ijs obuiam missi fuerant, & nocentium XXXV. vt ipse paulò antè fatetur author, intelligendum non quinque in vniuersum, sed singulis quinque, hoc est, septies quinque, qui efficiunt XXXV.

Sed lętitiam ingẽtem fecit, quod magis habituri.) 552. D. Pro lætitiam, quidam licentiam reposuere, non rectè, vt puto. Cæterùm quæ sequuntur verba obscura sunt: puto autem de Sillano intelligi, quem sperabant milites magis in ipsorum fors potestate, quàm se in illius.

T. Quintio Crispino, C. Fuluio.) 553. B. Cn. Fuluio legendum. Et intelligit de Cn. Fuluio Centimalo, qui anno octauo huius belli COSS. fuit, vt ad finem lib. 5. huius decados habetur. Deinde vero proconsul occiditur ab Hannibale ad Herdoneam, vt ab initio libri septimi narratum est. Vicerat alium etiam Cn. Fuluium Hannibal, vt libro quinto ante dictum: at is effugerat cladem non item populi iudicium, vt libro sexto ab initio. Verum Scipio hic de occisis loquitur.

Ad Carteiam classe accedit.) 554. G. Carteiã Ptolomæus intra Calpen. ponit: at hæc descriptio ostendit extra fretum esse, quod & Plinius lib. 3. cap. 1. fateri videtur, qui addit Tartesson à Græcis dici. Quod si verum est, hàud dubie ea videri debet, quàm Strabo ad Bætis fluuij, qui & ipse aliquando Tartessos dictus est, ostia ponit. At libro primo huius decados Liuius ex Polybio Carteiam Olcadum gentis caput facit, quare ego duorum oppidorum nomen puto Carteiam.

In Sedetanum agrum.) 555. A. Paulò antè admonuimus, videri Sedetanos à Liuio dictos, quos Ptolemæus Pliniusq; Edetanos vocent. Cæterum trans Iberum erãt, tametsi illius accolæ aliqua parte. Illergetes verò cis

Iberum. Ergo proficiſcenti Scipioni à noua Carthagioe, priores erant Sedetani quàm Illergetes· At Liuius hic decimis castris Scipionem ad Iberum veniſſe, deinde ſuperato amni, die quarto in conſpectu hoſtium caſtra poſuiſſe ſcribit, nulla facta menrione Sedetanorum. Niſi quis dicat in Sedetanos primum hoſteis tranſcendiſſe (nam eo verbo vtitur Liuius) deinde in Illergetes etiam ſuperato amni rediſſe. Certè locus obſcurus eſt, nec facile ſoluitur. Id etiam mirandum, quo pacto Illergetes & Lacetani in Sedetanis exercitum collegerint, cum illi eſſent ſocij populi Romani, vt paulò antè tradidit author. Neque enim vſpiam mentio eſt defectionis Sedetanorũ. Hæc vt dubitata à me ſcribo, quæ lector boni conſulat. Spero autem fore, vt qui rem penitius introſpexerint, fateantur me nec temerè, nec abſque vrgentibus cauſis dubitaſſe, aut vt minimum alijs dubitandi occaſionem præbuiſſe meliorem.

Die quarto in conſpectu hoſtium poſuit caſtra.) 555.D. Poterat hic Liuius dicere clarius in quorum terra hoc geſtum ac vallem nominare. Nam citra Iberum Sedetani non ſunt, quorum agrum antè nominaui. Hoc vel apud Latinos C. Cæſar, vel apud Græcos Herodotus, non neglexiſſent.

Equitem nec poſſe circũdare cornibus.) 556.F. Hæc deſcriptio etſi intelligitur, eſt tamen oppidò obſcura aliquot verbis vt hæc, hic poſita, & tertio deinde verſu hæc verba: Segregetque qnantum poſsit eqoeſtrem à pedeſtri pugna. Et rurſus poſt aliquot verſus: Duæ peditum acies, duo equitatus per longitudinem campi, &c.

Mandonium fratrem ad eum mittit.) 556.H. Hic habemus, vt videtur, hos duos Regulos, quorum toties hic mẽtio facta eſt, fratres fuiſſe. Niſi quis putet alium Mandonium eſſe Indibilis fratrem iuniorem quempiam: nam alioqui cur non ipſe Indibilis iret deprecatum apud victorem hoſtem, cum Mandonius in eadem erat culpa? Quanquam & ea quoque ſubit cauſa, quòd Indibilis aduerſus Scipionis parentem pugnauerat, vnde odij adhuc fauilla timeri poterat.

Subſtitueratq; animo ſpeciem quoque corp. amp. ac.) 557.B. Subſtituerat dixiſſe videtur pro conceperat: quanquam haud ſcio an ita ſit in vſu. Beatus legit, præſtituerat.

Numida gratias de fratris filio remiſſo agit.) 557.B. Præcedente libro Maſaniſſa auunculus dicitur eius iuuenis, de quo hic agitur, Ergo legendum hic videtur ſororis filio, niſi vel ſororis maritum fratrem appellarit, vel apud Barbaros frater ſororem babuerit in vxorem.

Nec ſine cauſa electam ante vrbem ſtationem.) 557. E. De Romanis loquitur vt pnto. Sed vt hæc verba ſeſe ſequantur, ſuſpenſum faciunt lectorem.

Ad octingentos ho. cæſi inter mu. lit. quæ ad duo mil.) 558.F. Hic locus obſcurus eſt, &, vt ſuſpicor, etiam corruptus. Quanquam quidam exponunt, cæſos octiogentos, ſed in vnioerſum qui interierint fuiſſe duo millia. Quidam codices armorum habent, non armatorum.

Inde ad Cimbim (haud procul à Gad. is locus ab.) 558.F Id nominis nnſquam legi, qnod equidem ſciam, ideoque inſpicienda vetera exemplaria.

Viris armis haud æque validam.) 558.H. Strabo libro 4 minorem Balearium virture nihilo inferiorẽ maiore fatetur, id fortè ſic erat illius tẽpore. Illa ἀσύνδετα, armis viris, quidam per que connectunt, vt paulò antè in maiore. Et paulò pòſt, Miſsiſqoe Carthaginem: diſtinguendum ante ad hybernandum: vt ſit ſenſus, auxiliares miſſos tanquam obſides Carthaginem, ipſum autem Magonem ad hybernandum naueis ſubduxiſſe. At hæc puſilla ſunt, ac propemodum non huius inſtituti, viſa tamẽ ſunt aliquid ad lectoris vtilitatem facere.

Qui ſine magiſtratu res geſsiſſet.) 558.I. Libro ſexto ad hoc comitia fuere, ac illic plane imperium vocat, hic ſine magiſtratu eum vocat, qui, Procoſ. fuit. Statim autem pòſt legati Saguntinorum COSS. vocant in Hiſpaniam miſſos, conſolareis ac procoſ. Nullus enim COS. boc bello illuc eſt miſſus. Hi itaque loci lectori perpendendi. Simile quiddam inuenies lib. 1. de bello Maced. vbi L. Cornelius Lentulus fruſtrà triumphum perijt.

Qood nobis non tam fructu iucundius eſt, quàm vitione.) 559.D. Vide id genus locutionis per cõparatiuum inter tam quàm. quanqnam veteres libri tam oõ habent.

Si alterutra victoria nobis conſulibus relinquen. eſt.) 561.A. Omnes libri nobis habent, vt ſit ſenſus ſecundum quoſdam: Si nobis relinquenda eſt victoria alterutra Cõſulibus, prior maior clariorque, &c. At ego bunc ſenſum non percipio: quare, vobis, malim, neque enim Fabius hic erat COS. Beatus legit nouis, hoc eſt, alterius anni, ſiue inſequentium annorum.

Bello domi relicto authore æque impigro.) 561. C. Videtur loqui de ea clade quam Athenienſes apud Syracuſas paſsi ſunt proſequente eam Tbucydide lib. 7. Quanquam ibi duorum ducum eſt mentio, quemadmodum etiam hic author libro quinto huius decados, vbi Marcellus fleuit ſuper Syracuſas, duorum meminit. Niſi quis in Alcibiadem hoc dictum putet, qui ſuaſor erat buius profectionis, vt lib. 6. idem docet Thucydides.

Quàm ea ſuſpicio (vitio orationis, an rei) haud ſa. pur. eſt.) 562.K. Deſideratur hic, vt opinot, aliquid. niſi quis ſupplendum putet verbum, neſcio. eſt tameo obſcure dictum.

Cum quatuor exercitus Pœnorum, quatuorq; duces.) 563.A. Magnificè Scipio oratotum more auget ſua: tres enim duntaxat fuere perpetuo boc tempore belli duces, & exercitus item tres, vt libris omnibos ſoperioribos tradidit Liuius. Duo Haſdrubales & Mago. Vt autem Haſdrubal Hamilcaris ex Hiſpania diſceſsit, ſucceſsit Hanno, vt ab ioitio huius libri babetur: ſed is ſtatim captus eſt. Hũc fortaſsis nunc etiam numerat: is enim cum nouo exercitu ex Africa venerat. Idem numerus eſt ſuperiùs, cum Scipio ex Hiſpania Romam venerat, eiqne ſenarus datus in æde Bellonæ.

Quem L. Veturius & Q. Cæcilius ſortirentur inter ſe.) 565. A. Senſus propter ſequentia, vtcunque intelligitur, quod Q. Cæcilio ſorte euenit, vt cum COS. in Brutijs aduerſum Hannibalem bellum gereret. Cæterum lector cõſideret verborum ſtructuram & ordinem, & videbit nos non fruſtra dubitaſſe.

Ex iis viaticum decurionibus remigibusqne collaturos.) 565.C. Quid collaturos? num ceotum & viginti millia modiũm? quid igitur coniunctio &, ibi poſita? Paulò antè etiam, millium quinquaginta ſummam ad pila, gæſa, haſtas longas referenda puto, alioqui ſenſum nullum video.

Ingauni (Ligurum ea gens eſt) bel. ea tem. ge. cum Epãterijs mon.) 565.E. Albigaunus eſt oppidum, authore Strabone lib. quarto, cuius incolæ Ligures Ingauni appellantur. Meminit & Ptolomæus & Plinius lib. 3. cap. 5. De Epanterijs nihil apud idoneos inuenio authores, fortaſſis nomen vel corruptum, vel vetuſtate abolitum.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM XXIX. HENRICHI GLAREANI LORITHI ANNOTATIONES.



EX ijs trecentos iuuenes florenteis ætate.) 566.K. Centuriati erant voluntarij Scipionis milites, at nõ ij trecenti. Nota igitur locutionem, tum quid referat, ex ijs.

Naues mari secundo misit.) 571. A. Vide vt illud misit, posuerit. Nam ipse quoque vnà vectus est. nisi classi præmiserit aliquot naueis, quippe qui non longe pòst dicturus est classis Romana à Messena Locros multa die superante accessit.

Si matris Idææ Pesinunte numen Rom.) 572. I. πεσσινοῦς apud Strabonem lib. 12. legitur. Plinius libro 5. cap. vltimo, & Ptolomæus, Tolistobogijs attribuunt. Hoc nomen ferme in codicibus corruptum legitur, m pro n, Pessimus quanquam prima in Græcis codicibus duplex habet σσ. quam ego simplici sigma scribendam censeo.

Oraculum adierunt, consulentes ad quod negotium.) 573. A. Hæc & continuò sequentia verba implicatum habent sensum, ideoque diligenter conspicienda vetera exemplaria.

Et flamen mar. est mortuus M. Aemylius regulus.) 573. C. Ad finẽ huius libri idem M. Aemylius Regillus dicitur, quod placet magis quàm Regulus.

Neglectæ eo biennio res in Græcia erant.) 573. C. Anno duodecimo huius belli Sulpinius res in Græcia gessit, vt priore libro scripsit Liuius. Cæterum P. Sempronius successor ei missus, vt paulò pòst dicturus est, videtur otiosus sedisse: neque enim quicquam de eo hactenus & gestis rebus eius, quanquam quando missus successor, non dixit vspiam in prioribus Liuius. Quòd si hoc XIIII. demum anno missus est, non decimotertio, & neque COS. hæc gessit, recte ait biennio res in Græcia neglectas. Sed hoc est iuuare socios scilicet, ac postea irasci illis, quod derelicti, sine authoritate Romanorũ. aduersus fœdus cum rege pacem fecissent. Fieri etiam potest vt in superioribus alicubi sit defectus.

Penice vrbs est Epiri.) 573. E. Quidã emendarunt Phœnice, & recte: sic enim & Strabo & Ptolem.

Partheni, & Dimallum, & Bargulum, & Eug.) 574. F. Parthenorum meminit Plinius lib. 3. cap. 22. vbi gentem Illyricam facit. At cap. 23. eiusdem, Parthinos Macedoniæ gentem, cuius Cæsar etiam meminit lib. 3. de bello ciuili. Quidam in confinio vtriusque prouinciæ eandem putant, & per i in secunda syllaba, non per e scribendum. Quæ verò hic sequuntur nomina, haud scio an vsquam legerim. Et hic locus in plerisque codicibus asterisco notatus est non absque causa, desiderantur enim quædam. Et illud, Atintanas, non parum lectorem moratur.

T. Quintius Tarentum. C. Hostilius Tub. Capuam.) 574. H. In diuisione exercituum prioris anni non meminit Liuius horum, sed tertiodecimo anno huius belli, hoc est, tertio hinc anno.

Vt COSS. magistratus denosque principes.) 575. C. Hic principes vocat, quos paulò pòst cũ legatos, tũ primores. Deni autem ex duodecim colonijs, præter magistratus, efficiebant numerum CXX. qui retineri iussi, magistratus verò domum ire ad delectus conficiendos. Et coloniarum nomina in plerisq; vetustis codicibus hoc loco melius habent, quàm libro 7. quod supra etiam admonuimus.

III. millia æris asses singulos imperari.) 575. D. Facile possem hic lectori ostendere quàm fœcunda sit ignorantia. Nam si prosequi velim quot modis hæc verba intelligi possint, paginam implerem. Ego vero cum mihi ipsi primum satisfacere nequeam, nec lectorem ostentatione inani traham, sed libere dicam me hunc locum non intelligere. Hoc vnum videri tamen mihi, in mille æris legendum nõ tria millia. Error ex scriptura facilis erat. Loquitur autem de stipendio. Singulos itaque asses in singulos menseis intelligo, vt de mille æris fierent asses annui duodecim, & formulam puto pro portione quadam sumptam, vt sors bonorum cuiusq;, & secundum sortem militum numerus cognosceretur. Huiusmodi locos ferme non attingunt qui annotationes scribunt.

Quibus per vos fidemque vestram P. C. 577. C. Quibus nihil rei gesseritis, intelligitur. Sed in illo, per vos fidemque vestram, nisi intelligamus verbum aliquod, vt, oramus, admonemus, aut quid simile, non video quid sensus ex hoc loco elici queat.

Auertit à vero falsis elicitas præoccupan. men. hom.) 581. B. Obscurus sermo: dubium enim est, elicitásne falsis dicere velit, an præoccupando potius falsis. Sed elicitas non est in plerisque libris.

Vt singulæ sena mil. & ducenos ped. tricen. hab. eq.) 581. D. Trecenos, id est, trecentenos legendum, non tricenos, quod à triginta deriuatur. Apud doctos non erat opus hoc admonere, sed apud imperitos, & quod librariorum erratum hoc est in omnibus fere codicibus. Laurentius Valla, homo de Latina lingua optime meritus, primus quantum meminisse possum, hunc errorem libro 3. Elegantiarum ostendit. Omnes etiam sciunt legionem apud Romanos sæpè variatam, quod alibi, non vno duntaxat loco nos admonuimus.

Cum M. Portio Catone) quæstor tum is erat) 582. F. Apud Ciceronem de senectute, ipse Cato ait se prætorem fuisse his COSS. Quæstorem autem Fabio ad Tarentum. At in eodem dialogo locus alius conuincit eum locum mendosum esse, & hic Liuium recte scripsisse, de qua re rursus & copiosus admonebimus lectorem lib. 2. de bello Macedonico.

Emporia vt peterent gubernatoribus edixit.) 582. G. Emporia hoc loco vocat, vt ego puto, litoralia mercatorum ac molliorum hominum loca. Nam vt de Emporijs ad Syrtim paruam intelligam, de quibus ad finem libri quarti decados sequentis, adduci non possum: neque enim in eum locum Scipio hic diuertit. Nisi quis dicat, voluisse illuc Scipioné diuertere, sed à nautis obtinere non potuisse. Sed & libro eodem ea de re aliquid dicemus.

Nam præter XL. naueis longas quadrin. ferme oner.) 582. H. Quas hic naueis longas vocat, paulò antè rostratas nominauit. Libro autem primo huius belli, quas primum quinqueremes, paulò pòst longas vocat. Videntur igitur confusa hæc tria nomina longa, rostrata, quinqueremis nauis. Et ex hac quidem cõparatione Liuij, quam hoc loco exhibet, videntur rostratæ augustiores onerarijs: sed an etiam maiores, non equidem pronunciauerim, cum in rostratis singula, in onerarijs bina fuerint lumina: & in pugna nauali ad Vticam libro sequente onerariæ altiores dicantur rostratis. Sed meritò quis clamabit, me nautarum tractare negotium, qui nauigare nesciam: quorum hoc quidem verum est, illud tamen neutiquam reprehendendum. Nam ea inquirere, ad hoc quoque negotium pertinere puto, quanquam lectoris iudicio omnia subijcio: licuit dubitare mihi, licebit alijs iudicare.

Gens Masæsylorum omnis in ditionem im. que Mezetulli.) 584. F. Libro huius Decados quarto Liuius ait Syphacem Numidarum regem. Galam autem Masanissæ parentem, Masæsylorum. Contra verò libro huius belli octauo Syphacem Masæsyllorum regem ait, vbi & eam gentem ac Syphacis regiam absque nomine describit. Sane Strabo & Plinius Sigam Syphacis regiam fuisse fatentur. At hic noster Liuius libro mox sequente Cirtam caput regni Syphacis facit, quæ longissimo tractu à Siga distat. Denique Plinius libro quinto Masanissam Numidiæ regem ait, quæ ad Ampsagam fluuium est. de posteriore loquens tempore huius belli, vt puto. Hæc adeo diuersa, iudicio lectoris relinquo. Verum huius belli tempore exi-

ſtimo Syphacem Carthaginēſibus propiorem fuiſſe, Galam verò Maſaniſſæ parentem, ac Maſæſylorum regem, longè diſtantiorem. Deuicto autem Syphace, omnia in Maſaniſſæ veniſſe poteſtatem. Nomen verò Numidiæ vtriſque regnis commune fuiſſe: ſed cum Maſæſyli nomen haberent proprium, alteri regioni commune velut proprium manſiſſe: niſi quis Maſælibyas vocare velit, vt Strabo facit libro vltimo. quare quod libro octauo huius decados dicitur, Syphacem Maſæſylorum regem eſſe, ſuſpectum: vt & Scipionis nauigatio duabus quinqueremibus fabulæ ſimilior, magiſque trium in Syphacis regia colloquium, Hannibalis, Scipionis, ac Syphacis.

Proficiſcenti ad Syphacem Lac. reg ad Thapſum.) 584. H. Thapſus neque in Numidia eſt neque in Maſæſylis: mihi nomen ſuſpectum eſt, vt nihil interim cauiller, mirari me quo pacto Carthaginenſes per ditionem ſuam finerent regum exercitus vagari, cum hoc tempore omnem Africæ oram tenerent, quæ mari noſtro abluitur, ab aris Philenorum vſque ad Herculis colūnas, vt author eſt Polybius lib. 3. Idem erroris ſuſpicor in nomine Clupea, cuius paulò pòſt mentionem facit.

Inſtando ſimulandoque peruicit.) 585. A. Hic videbatur oratio finita, ſed poſtea ſubnectet: His vocibus incitatus Syphax. Ipſe lector ſecum etiam atque etiam cogitet, ſit'ne defectus aliquis an interpolatio Rhetorica.

Maſæſylorumque fines (id Syphacis regn. erat) 585. A. Rurſus hic Syphacis regnum Maſæſylorum facit, cum in hac digreſſione paternum Maſaniſſę regnum toties vocarit. Nec ſatis excuſat, quòd deuicti Maſæſyli in ditionem Syphacis conceſſerant. Sed omninò ſuſpicor legendum hoc loco Maſælibyωn, atque etiam ita lib 8. Sed verba Strabonis libro vltimo geographiæ ponere placuit. Inquit autem: μετὰ ᾗ τὴν τῶν Μαυρυσίων γῆν τῶν Μασαισυλίων ἐστὶν, ἀπὸ τοῦ Μολοχὰθ ποταμοῦ τὴν ἀρχὴν λαμβάνουσα τελ. τῶσα δ' ἐπὶ τὴν ἄκραν, ὃ καλεῖται ὅριον, τῆς τε Μασαισυλίων καὶ τῆς Μασυλιβων. id eſt, Poſt Maurorum verò terram Maſæſyliorum eſt, à Molochath fluuio initium ſumens, finiens verò in promontorium. quod Maſæſyliorum & Maſæſylibiωn confinium dicitur. Strabo autem Maſęſylios quinque ſyllabis dixiſſe videtur: quare in Græcis etiam poſteriore hoc loco ita emendandum, μασαισυλων. Item ibidem μασαιλιβύων lego, πεντασυλλαβικῶς. non μασυλίβων, vt vulgati habent codices. Confinium autem horum duorum populorum eſt Triton promontorium. Sed paulò pòſt Strabonis locus rurſus corruptè in Græcis legitur, μετὰ δὲ τὸν (inquit) τρίτον ἡ μασυλιαίων ἐστὶ. καὶ ἡ καρχηδονίων παραπλησία χώρα. id eſt poſt Tritum vero Maſylixorum eſt ac Carthaginenſium confinis regio. Μασαιλιβύων legendum, id eſt. Maſælibyum. Tingitanam igitur regionem Mauros & Boccharis regnū intelligimus, Cæſarienſem Maſęſylos ad Ampſagam vſq; flumen, aut Triton promontorium. Poſt Ampſagam, Numidiam ſiue Maſſylybias Syphacis regnū. At tum duo in Liuio ſcrupuli vehementer lectorem remorantur: alter, quomodo à Maſaniſſa Syphax prælio victus in Mauruſios fugerit, quod libro quarto huius decados tradidit Liuius. alter quomodo Maſælibyum regnum vicinum ſit Mauruſijs, cum Maſæſyli ſint in medio: ſiquidem libro 8. huius decados legamus, Maſælibyūſis rex erat, Maſælibyes gens affinis Mauris, &c. Niſi Mauruſiorum (qui Latinis Mauri vocantur) nomen commune fuerit Mauris ac Maſæſylis, vt antè de Numidia diximus, quod propè toti Africæ commune fuit. Ego, vt in vniuerſum dicam, in fuga Syphacis libro 4. & in deſcriptione loci, ad quem proconſul Scipio in Africā nauigarit, Liniū lapſum opinor: alia benè habere loca, ſi quis hos duos diſtinguat populos Maſæſylos ac Maſælibyas, vt ex Strabone oſtendimus.

Gentemque Garamantum omne tempus.) 586. H. Hæc ita narrat Liuius, quaſi Garamātes vſpiam attingant paruam Syrtim. Et Emporia haud dubiè ad mare erant in poteſtate Carthaginenſium, ſi Polybio credimus, vbi vt puto, nihil tutum Maſaniſſæ. Atqui ob has cauſas patietur imò nec indignetur Herodotus ſibi æquari Liuium iudicio Quintiliani. Nec verebimur Thucydidi opponere Sal luſtium, in locorum nomenclatura ęquè negligentem, etiamſi in ea regione prætor fuit.

Paulò minus trecenti capti viui, & equi XL.) 588. H. Ex captiuorum & equorum numerus pro occiſorum numero quibuſdam nimis paruus videtur.

Viam è foro boario & ædem Veneris circa foros pub.) 588. I. Quidam legunt, & ad ædem. alij coniunctionem &, tollunt, alij quod probo, ad Veneris legunt. Verum id ei facile erat, qui Romam vidiſſet eo tempore, vere emendare: nobis coniectandum tantum. Porrò fori publici qui ſint, vix definire queo, cum libro primo in Tarquinio Priſco fori in maximo deſcribantur circo: Loca (inquit) diuiſa patribus equitibusq;, vbi ſpectacula ſibi quiſque facerent, fori appellati.

Sextante ſal & Romæ per totam Italiam.) 588. I. Difficultatem hic habet ſermo, num ſalis modium pro vectigali ſextantem ſoluiſſe intelligere debeamus. Nam ſextante vaniſſe vix veriſimile videtur. Deinde hoc etiam perpendendum lectori, ſi Romanæ pretio eodem, pluris autem foris præbendum locauerint, quo modo tribus Romanas maxima inde oneratas intelligamus, quod mox ſubnectit author.

Vnius quod falſum aduerſus ſe teſtimon.) 589. A. Valerius Maximus libro ſecundo capite quarto, vbi de iiſdem Cenſoribus ac eorum contentione mentionem facit, priorem cauſam à Liuio hic poſitam omittit, alteram narrat. Et planè ego quoque non intelligo, quódnam hoc ſit falſum teſtimonium.

In loco M. Aemylij Regilli.) 589. C. In creatione magiſtratus prioris anni M. Aemylius Regulus hic legebatur, ſed malim Regillus, vt ſuperius quoque admonuimus. Quidam etiam dubitarunt, ſi vterque huius anni Conſulū Cn. dicebatur, quare Liuius nō ita locutus ſit, Is COSS. Cneios Seruilios, Cæpionem & Geminum creauit, quomodo de tribunis militum conſ. poteſtate ſæpè loqui ſolet. Sed non videtur meo iudicio Liuius hoc perpetuò obſeruaſſe, quanquam de his duobus Seruilijs libro ſequente dubiè loquitur, vt ibidem dicemus, ob hoc tamen ego Cn. in C. mutare non auſim.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM XXX. HENRICHI GLAREANI LORITHI ANNOTATIONES.

LVDOS magnos facerent quos T. Manlius Tor.) 690. K. Hi ludi voti erant anno ſecundo huius belli. C. Flaminio, Cn. Seruilio COSS. ſed in nullum annorum numerum. Anno itaque vndecimo huius belli à T. Manlio dictatore facti, iterumque voti in quinquennium. Cum autem hic ſit annus ſextuſdecimus, lector ipſe ſecum diſpiciat, quid per quinquennium intelligendum. Ipſe tamen Liuius hoc poſtea libro anno ſequenti hos ludos factos ſcribit, oblitus opinor huius loci. Niſi quis COSS. iuſſos quidem, ſed non feciſſe hoc anno credat. quod videtur veriſimile. nihil enim memoratu dignum hi duo geſſere. Errorem non paruum faciunt diuerſi loquēdi modi apud Latinos, dum alius in quinquennium, alius poſt quinque annos, alius quinquennale ſpatium luſtrum appellat. M. Varro lib. 5. etiam ita loquitur: Luſtrum (inquit) tempus quinquennale, à luendo, id eſt ſoluendo. quòd quinto quoque anno vectigalia & vltro tributa per cenſores perſoluebantur. Hæc ille. Ego cum dicitur quinto quoque anno, non quinque annos intelligo, ſed quatuor duntaxat: tres quidem interiacentes. extremorum autem alterum. Ita

Olympici

Olympici ludi quinto quoq; anno in Græcia fiebãt, erant tamen Olympiadis quatuor anni tantũ, non quinque. Et non est apud me dubium, quin lustri rationem Romani à Græca Olympiade habuerint, vt cætera: sed apud eos vix vnquam reperias vere lustri annos obseruatos. In causa fuere ingentia negotia subinde incidentia, & bellici tumultus. Ita ab vndecimo anno in hunc sextumdecimum, si extremi numerentur, sunt anni sex: si omittantur, quatuor. Si in posteriorem conferamus annum, quod Liuius tradit, non connumeratis extremis, quinque: at septem, ijs adiectis. Ita in lustri annis varius vsus etiam in Horatio, vt in eum quoque annotauimus, atq; adeò etiam in Dionysium Halicarnassæum.

Frusinone arcus solem tenui linea amplexus.) 590.K. Si sol in arcu erat, quomodo maior solis circulus ipsum includere potuit? Sed opinor per illud intrinsecus nobis significari aliũ extra circulum, quẽ hic solis orbis circulum vocat. Est sanè in re lucida obscura descriptio.

Legati Romanorum vetitos se reuerti ab imperatore.) 591.D. Ab imperatore, habẽt vetustiores codices. Quidam emendarunt, ad Imperatorem, quod displicet. Nam vtiq; legatis Romanis licebat ad suum redire imperatorem, sed ab imperatore ad Syphacem non redituros. id enimuero minabantur, vt tandem responsum elicerent. Est autem hoc factum hic à perfidia non multum alienum, vt vt pinxerit Liuius.

Circa vrbem nomine Olbam ab conquisitoribus suis con.) 593.B. Nemò, quòd sciam, huius vrbis meminit vel in Hispanijs, vel in Africa: quod ob manifestum amphibolon dicimus huius loci. Nam si dicas, conducta in Hispania quatuor millia Celtiberorum circa vrbem nomine Olbam, certè Hispaniæ erit oppidũ. Sin ita dixeris, occurrisse sibi circa vrbem Olbam quatuor millia Celtiberorum conducta in Hispania, erit in Africa. Sed prior sensus magis placet.

Romanus post principes hastatorum prima sig.) 593.D. Hastati præeunt principes secundum ordinem quem nobis exhibuit lib. 8. ab Vrbe condita Liuius. Ergo hic inuertit ordinem haud absque causa, vt puto, quæ tamen non narratur. Coniungendum autem, signa hastatorum, non principes hastatorum.

Abest à Carthagine XII. millia pass.) 594.G. Polybius libro primo Tuneta ait abesse à Carthagine XV. millib. passuum. meminit eius & Strabo libro vltimo. Est autem nominatiuus Tunes, etos: à quo regnum nomen habet nostra ætate.

Postremo asseres ferreo vnco præfixi.) 594. H. Quidam aceres legunt. videlicet quos ob duritiem Romani incidere nequiuerunt, vt statim subnectit Liuius. Sed iudicet lector.

Masæsyli regnum paternum Masanissæ.) 595.B. Masæsyli hic Masanissæ regnum concessisse dicuntur, cum paulò pòst apud Syphacem pugnent contra Romanos, atque adeò contra ipsum Masanissam. Sed, vt dixi iam sæpe, vel nominum est apud Liuium confusio, aut in posterioribus Masælibyes legendum, cum continuò subnectat Cirtham regiam, quæ est in Masælibybus, non in Masæsylis.

Ex prætorio in tabernaculum suum confusus con.) 595. I. Quidam hic defectum esse putant, quòd Scipio rogatus hic non abnuisse dicatur. & Masanissa tamen poculum mittit. Quidam putant satis id significatum per verbum confusus.

Lælium retinendum, donec legati Carthagin.) 600. G. Hoc loco Liuius decretum ait, vt Lælius retineatur in aduentum legatorum Carthaginensium. Paulò pòst verò dimissum ait ante aduentum eorundem. Quapropter vel decretum mutatum est, vel lapsus memoria, diuersõsue secutus authores Liuius hæc scripsit.

Et latoclauo tunicis.) 600.I. admonuimus etiam suprà libro septimo huius decados, vt lector iudicaret quid hoc tunicis adderet latoclauo: nam latusclauus intelligitur absque tunica.

Donane minus quinûm mill. comitib. eorum mille æris.) 600.I. Si quinum millium rectè legitur, vt equidem puto, quare non etiam millenum æris? cum verisimile sit plureis fuisse comites quàm legatos. Nisi quis simul omnibus comitib. mille æris datos intelligere velit, quæ summa nimis minuta videtur. Saguntinorum legatis duplo plus datum lib. 8. refertur, fortè propter causam cogitatu facilem. Nisi altero in loco mendam esse quis putet.

Et vt in rem permixtis, vbi cuspide vti & co.) 601.A. In rem permixtis dixisse videtur, pro contracto certamine. quanquã rarus est hic apud authores sermo, nihil tamen definio. Quidam, & vt permixtus, legunt.

Patre Cn. Seruilio, & C. Luctatio ex ser. post sex.) 601. E. Tria hic notanda. Primùm quòd hic Seruilius Aulus dicitur libro primo huius belli, quod illic obiter etiam admonuimus. Alterum, quòd post sextumdecimum annum ait, cum hic nondum sit elapsus annus, & ipse Liuius paulò pòst, dedisse id deos sextodecimo demum anno: de qua diuersa loquendi consuetudine paulò antè copiosius diximus. Tertium, quòd hoc in loco Canneti captos, scribit, cum suprà Mutinæ, diuersos opinor secutus authores. vt sæpe solet.

Consentia, Vffugum, Vergæ, Besidiæ, &c.) 601.E. Præter Consentiam haud scio an vllum aliud horum nominum apud aliquem authorem aut legerim aut repererim: oportet obscura fuisse loca.

M. Liuius Cn. Seruiliũ COS. qui prior esset.) 603.A. Pro prior, alij propior rectè legunt: & Seruilium Geminum hic innuit. Sed id quod statim sequitur, Quàm ea esset consultatio: quidam pro ea, substituerunt quanta, quod mihi non probatur.

Ad Aegimurum insulã (ea sinum ab alto claudit.) 603. E. Ptolemæus Aegimurum è regione sacri Apollinis ponit, verùm à Carthagine longius multo quàm hæc Liuij habeat descriptio, quam similem propè iudico Virgilij descriptioni lib. 1. Aneid. etiam si Seruius commentator neget vllum in Africa eiusmodi portum esse Strabo lib. vltimo, calidarum aquarum etiam meminit vbi de Tunete & Corsuræ insulæ in medio ostio sinus Carthaginensis. Et Plinius lib. 5. contra Carthaginis sinum insulas duas ponit. Sed in nominibus erratum existimo.

Cum ad Bagradam flumen peruenissent.) 604. F. Strabo libro vltimo, Propter Vticam (inquit) Bagrada amnis labitur. Et Plin. lib. 5. cap. 4. Et in altero sinu Vtica, ciuium Rom. Catonis morte nobilis. flumen Bagrada, locus castra Cornelia, colonia Carthago, magnæ in vestigijs Carthaginis. Quæ verba Plinij hanc legatorum nauigationẽ multum iuuant. quanquam quale hoc promontorium sit, nõ definio. fortaßis autem ignobile. Apollinis tamen promontorium ponit Ptolemæus prope castra Corneliana, aliud ab Apollinis sacro. Hæc lectori iudicanda sunt, quemadmodum de quinqueremi legatorum, de qua antea cum mitterentur, nihil dixit: hic cum redeunt, meminit.

Ad Leptim appulit classem.) 604. H. Et paruã Leptim, & alteram, quæ Neapolis quoque dicitur, Ptolemæus tradidit. Plinius item lib. 5. cap 4 Ego hic de parua potius intelligo, quæ propior Adrumentum erat, quò paulò pòst venisse Hannibal dicitur, ac ad eam post aduersam illam pugnam redisse.

Quaternis æris vicatim populo descripserunt.) 604. I. Quaternis æris in modios intelligendum, vt lib. 1. de bello Maced. sub finem vbi consules creantur, Binis æris (inquit) in modios populo diuiserunt. Eadem locutio est eodem lib. non ita longè ab initio, vbi COSS. quoq; creantur. Quanquam si modius tertia pars est amphoræ, vt Budæus ex Ciceronis frumentaria ostendere conatur, video magnam vtilitatem, non tamen donationem.

Superauit paternos honores, auitos æquauit) 604. I. Credo Liuium ita existimasse, parentem huius Fabij fuisse Fabium Gurgitem, qui COS. factus est ad finem lib. 10. ab Vrbe cond. Auum autem Fabium Rutilianum, qui magister equitum fuit Papyrio Cursore, vt ad finem lib. 8. quanquam illic eum Liuius Rutilianum, vt Valerius Max. appellat, hic Rullum, vt Plutarchus etiam. Porrò idem Rullus Maximi cognomen primus meruit ad

calcem lib. 9. ab Vrbe condita referente Liuio. Plutarchus autem hunc Fabium, de quo in hac decade, Verrucosum nominat: atque ita quoque Plinius. Addit Plutarchus, hunc quartum fuisse Fabium cognomine Maximi. Si igitur Rutilianus siue Rullus primus, Gurges secundus. de tertio dubitatur. At ego puto Q. Fabium Max Pictorem COS. anno 484. ab Vrbe cond. quanquam nihil asseuero. Quod si Gurges Verrucosi parens fuit, vt videtur sentire Liuius, in senectute eum genuit. Nam à Gurgitis priore consulatu vsque ad Verrucosi mortem, propè nonaginta intercedunt anni. Quanquam Valerius Max. lib. 8. cap. 14. ad seculi modum huius Fabij ætatem ducit, LVII. annos auguratus sacerdotio eius tribuēs, vt propemodum adducar in Liuio, loco hoc inuersum XLII. pro LXII. vt in præfatione quoq; decad 4. accidit.

Qui statarios semilixas ducere exercitus solitus.) 605. C. Tria hic lectori consideranda puto: quem statarium semilixam vocet: cuius casus sit exercitus: denique quid hoc, quod paulò pòst sequitur, ducere exercitum æqualem stipendijs suis. Ego de omnibus vehementer dubito.

Zama quinque dierum iter ab Carthagine abest.) 606. F. Plutarchus in Hannibale, hanc extremam pugnam ad Zamam fuisse scribit: Nadagaræ autem non meminit. Oportet autem aliam fuisse vrbē Zamam, quàm quæ à Strabone libro vltimo describitur, & lib. 5. de bello ciuili ab Oppio siue Hirtio, & à Sallustio. Plutarchus nihil de distantia tanta dicit. Certum est hic mendá esse. Adrumentum enim vix distat itinere quinque dierum ab Carthagine: cum hæc Zama, vt ex his omnibus locis apparet, propinquior multo sit. videlicet ad quam, vt Carthagini succurreret. ab Adrumento magnis itineribus contendit Hannibal.

Hoc quoq; ludibrium fortuna an casus edide.) 607 A. Manifeste hic desideratur verbum: vt, incertum est, vel dubito, vel quid simile.

Hic cernas duobus fortiss viris fratribus.) 607. D. Tres fratres amiserat Hannibal, Hasdrubalē, Magonem, Hannonemq́ue. Quod autem hic duos duntaxat numeret, cum oratoriè sua augere incommoda vellet, in causa fuisse puto, vel quod Hanno inter duces nominari non debuerit, vel quòd Liuius hic alios authores sit secutus, de quibus quidem ipse superius quoque admonuit, post equitatum Carthaginensium occisum, non ita longè à fine prioris libri.

M. Attilius quondam in hac eadem ter. fu. fer. qui sic victor.) 607. E Alij legunt, si victor, pacem petentibus dedisset. Sane Polybius lib. 1. vehementer Attilij in hosteis victos duritiem increpat, meritoq; ipsius accidisse ait postea insignem illam calamitatem.

Frustra verba pacata renunciant.) 608 I. Et neq; hoc, pacata, sane intelligo.

Ac liberum fingenti quà velit flectio minatur.) 609. A. Dubium & hoc, ad Hannibalémne referat, an ad Scipionem: suspicor corruptum.

Misso Lælio Romam cum victoriæ nuncio.) 610. K. Non ita multò pòst ait L. Veturium Philonem, & M. Martium Rallam, & L. Scipionem cum legatis Carthaginensibus Romá missos. Veturium item postea in concionem prodire à senatu iussum. gaudium illud ingens populo impertisse. Opinor itaque rursus Liuium memoria lapsum.

Ipse ad contemplandum situm Carthaginis.) 611. A. Alij ab contemplato situ, emendarunt, & sensus vtcunq; constat. Cæterum nulla apposita causa quòd Scipionem Vticam redire, reuocato etiam Octauio, facit, rursusque redire Tuneta, suspicionē ingerit hunc locum defectum esse.

Obsides centum arbitratu Scipionis darent.) 611. D Libro 2. de bello Maced. non ita longe ab initio, satis apparet hunc locum numero imminutum, aut alterum corruptum. Nam eo in loco centum redduntur, reliqui autem qui adhuc retinebantur ab Norba, Signiam Ferentinumque transierunt, vt legati Carthaginensium à Senatu Romano impetrauerant.

Cum aduersantes paci arguerentur.) 611. E. Videtur dixisse arguerentur, pro vincerentur, aut compescerentur. Videndum tamen vt locus habeat. nam mihi quidem suspectus est.

Inter portus Campsanum Loretanumq;.) 612. H. Antonius Sabellicus hunc locum emēdans, pro Compsanum, Cossanom legit, quod placet: pro Loretanum, Laurentinum, quod displicet. Sed Loretanum puto portum qui posteriore tempore Traianus dictus est. Meminit eius Ptolemæus. Laurens certe ager nimis hinc abest.

Ibi superantem insanos montes.) 612. H. Qui sunt insani montes Sardiniȩ, non memini me legere aupud vllum authorem. In eo autem itinere quod hic fecit Claudius COS. Ptolemæus & Erebantium promontorium, & Arcti ponit Locus mihi suspectus.

Ne comitiorū causa ad vrbem reuocaretur.) 612. I. Quidam maluerunt legere, retineretur: nam in vrbe erat, illic manere iussus. Sed reuocaretur intelligi potest, si abisset, quod animo destinarat.

In eius locum suffectus L. Galba.) 612. I. Quidam pro L. Galba substituerant, Sulpitius Galba. At is in locum Q. Fabij Max. venerat vt ante hoc in libro testatus est Liuius. Alij C. Sulpitius Galba, vt à Seruio Sulpitio sit alius, emendarunt.

Cum Hannibale esse suppremа cum Carthaginen. pugna.) 612. K. Deest hic vel distinctio, vel coniunctio. vel præpositio cum Hannibale, cum Charthaginen. vix etiam credo Liuium sic locutum, nec ita separare voluisse adiectiuum, suprema.

Prætores M. Iunius Pœnus. cui sors vrba. eue.) 613. A. Vide num hic locus integer: solet enim Liuius primum prætores creatos referre, deinde prouinciarum sortem. Et genus dicendi variatum per casus, mihi primum dubitationis scrupulum iniecit. Notatus præterea asterisco quibusdam in codicibus inueniebatur.

Et hercule mirandum fuisse si aliter fa.) 614. I. Quidam hic distinguunt, vt noua sententia incipiat ab Ex insolentia, sed durum sanè est. Consulenda itaque exemplaria vetusta.

Q. Luctatio, M. Manlio COSS.) 615. E. C. Luctatij & A. Posthumij consulum mentio est in oratione Hannonis lib. 1. huius belli, qui finem bello primo Punico imposuere. Posteriore anno Q. Luctatius & A Manlius COSS. facti sunt. quando pax data est Carthaginensibus, quorum hic est mentio. Quidam impudentissime hoc loco pro Q. posuere C. quia C. Luctatius ad Aegateis insulas Carthaginenseis vicerit. At hi alterum COS. non item mutarunt. videlicet Manlium in Posthumium. Et A. Manlius legendum, quòd Manlianæ familiæ decreto cautum erat, ne quis M. prænomen haberet. propter M. Manlium Capitolinum, vt lib. 6 narrat Liuius. Porrò quod continuò sequitur, bellum hoc finitum esse septimodecimo, Cn. Cornelio. P. Aelio COSS. ipso authore Liuio falsum esse cōuincitur, qui ab initio huius libri tertium hinc annum sextumdecimum, nominat. Erit igitur hic decimusoctauus.

Nec esse in vos odio vestro consultum ab Roma.) 215. D. Quid sibi hæc verba velint: non intelligo. Si odio vestri legeretur. videretur aliquis sensus: sed omnino locus est mihi suspectus.

Militibus ex præda quadragenos æris di.) 616. F. M. Liuius huius belli lib. 8. cum neutiquam tantum pecuniæ in ærarium tulisset, neque tanto triumpho inuectus vrbem esset, militibus sexagenos senos æris diuisisse narratur ab hoc ipso Liuio. Quare hic legendum quadringenos, pro quadragenos: atque ita habent quidam codices. etiamsi haud sum nescius Budæum libro secundo de Asse, quadragenos legisse. Sed hoc tunc non agebat Budæus.

Omnique deinde vita, vt dignum erat liber.) 616. H. Libro octauo sequentis decados diuersas authorum opiniones de hoc Terentio narrabit. Sed in hanc decada satis dubitatum existimamus, ideoque iam receptui canimus.

FINIS.

IN T.

SCIPIONVM, QVORVM MENTIO APVD LIVIVM, CICERONEM, PLVTARCHVM, CÆTEROS'QVE CLASSICOS SCRIPTORES, GENEALOGIA PER HENRICHVM GLAREANVM. P. L.



VI temporum rationem in primis ad historiæ maiestatem pertinere arbitrati sunt, hi mihi à vero scopo nihil aberasse videntur. Nam vt omnis incondita narratio molestiam confusionemque animo lectoris adfert, ita vbi in historia deest temporum ordo, illico memoria vacillat, & erit fabellæ similis, quæ scribitur, res gesta: quod olim nobis hunc nostrum autho rem legentibus contigisse ingenuè fateor. Sed est & alia res, non minus difficultatis adferens lectori, videlicet ducum magistratuumque nomenclatura, nec in vlla magis quàm Romana historia. Vt igitur hæ duæ res in posterum non remorarétur studiosos, pro virili in Chronologia nostra cauimus. Hoc verò loco cum subit animum, in vna Cornelia gente tredecim aut plurium Scipionum mentionem esse apud scriptores, frequentius nullo adiecto cognomine, nequs vllo relato tempore ex quibus discrimen appareret de quónam author loqueretur, idq; etiam sæpenumero apud Ciceronem luculentissimum authorem: mirari porrò desij, vnde tot errores, tantumque obscuritatis in Romanam historiam velut vno agmine irruerint. Quapropter operæprecium existimaui hac qooq; in re studiosis non deesse, & vnum, sed præciponm exemplum, oculis subijcere, Scipionum familiam, aut genealogiæ particulam, vt doctiores, & quibus plus otij est, ad similia æmulanda extimularem. Quanquam non est nostri propositi omnes prosequi Scipiones, sed qui præcipui. illud enim vt non possumus, ita non video quid vtilitatis inde ad lectorem rediret. Ne autem in posterum hic typus librariorum negligentia corrumpatur, hæc annotare placuit. Vt Cornelia gens patritia antiquissima est, quippe ex qoa COS. fuit anno vicesimoquinto ab Vrbe liberata, Ser. Cornelius Maluginensis, ac deinceps Cornelij plures, Cossi ac Scipiones, atqne alijs cognominibus insigniti, ita nihil præcipuum præ cæteris familijs ab ea gestum reperias vsque ad secundum bellum Punicum, quod tertia describitur decade, à qua nos Scipionum familiam ordimut, nempe à duobus illis fratribus Publio ac Cneio, qui in Hispanijs se Pœnis opponere tanquam murum pro repub. non dubitarunt, vt Cicero de his testatur. Publio dno fuere filij, P. & L. Publius ab Africa, Lucius ab Asia cognomina inuenere. Cnei verò filius Nasica cognomen habuit, à quo quinq; sequentes nati ordine, quibusdam alijs cognominibus, vt Corculum, Serapion, quemadmodum tradit Cicero de claris Oratoribus. Publius autem Scipio P. filius, maior ac superior dictus, Hannibalem vicit. Eius filius valetudinarius Macedonici filium ex Aemylia gente adoptauit, qui deinde Aemylianus, & inferior, minor ac posterior Scipio dictus est, de quo apud Ciceronem maximè mentio. Lucij Scipionis fuit aliqua, vt puto, proles: nam Asiatici cognomen is habuit, qni COS. fuit anno ab Vrbe cond. sexcentesimo septuagesimoprimo centum plus annis post Lucij consulatum: sed nobis nihil certi ea de re constat, sicut nec de posterioris Scipionis prole. Reliqua ex typo, sed magis ex authoribus sciri possunt.

DE CORNELIA GENTE FRATRES.

P. CORNELIVS SCIPIO, HIC FVIT *Cos. anno primo belli secundi Punici, qui erat ab Vrbe cond. 536. accisus deinde in Hispania. Huic duo fuere filij.*

CN. CORNELIVS SCIPIO, COGNOmento *Caluus. Hic Cos. fuit an. 532. ab vrbe condita, sed secundo bello Punico vnà cum fratre P. Scipione in Hispanijs occubuit.*

AEMYLIA GENS.

L. AEMYLIVS *Paulus, bis Consul. anno 535. & 538. apud Cannas perijt secundo bello Punico.*

P. CORNELIVS SCIPIO *P. filius. Hic Hannibalem vicit, & Carthaginem tributariam fecit populo Romano, vndeq; Africanus dictus, Cos. bis, anno 549. & 560. Proles eius.*

L. CORNEL. SCIP. *Hic* COS. *anno 560. Antiochum regem in Asia deuicit, vnde Asiaticus dictus est, & ab eo prognati.*

L. AEMYLIVS *Paulus, Pauli filius, Macedonicus, à deuicto Macedonum rege Perseo, bis Cos. anno 578. & 586. Huius verus filius fuit inferior Africanus.*

P. CORNELIVS *Scipio Africani filius. Hic valetudinarius cùm esset, nec prolem haberet, adoptauit sibi ex Aemylia gente P. Scipionem Aemylianum, Macedonici filium.*

CORNELIA *Gracchorum mater.*

T. SEMP. *Gracchus.*

C. SEMP. *Gracchus.*

seditiosi Tribuni plebis.

Adoptatio

P. SCIPIO AFRICANVS, QVI ET MInor *& posterior, bis* COS. *anno 607. & 620. Hic Carthaginem tertio Punico bello deleuit, à P. Cornelio Scipione Africani filio adoptatus. Numantiã etiam in Celtiberia diruit. Frequens huius est mentio in Ciceronis libris: at in his quatuor Liuij decadibus nulla, posterioribus enim vixit temporibus. Nulla huius, vt puto, proles fuit.*

L. SCIPIO ASIATICVS COS. *anno sexcentesimo septuagesimo primo. Quot autem à Lucio, qui maioris Africani frater fuit, vsque ad hunc intercesserint Scipiones (& intercesserunt plures) nos nescimus.*

P. CORNELIVS SCIPIO NASICA CN. *filius. Hic vir optimus iudicatus à senatu, matrem Idæam suscepit, postea prætor in Hispanijs, & Cos. an. ab vrbe condita 563. in Gallijs multas res prosperè gessit.*

P. CORNELIVS SCIPIO NASICA, *qui & Corculum dictus. hic bis Consul fuit, anno 592. & 599. & Censor.*

P. CORNELIVS SCIPIO NASICA SErapion. *Hic primatus T. Gracchum seditionem mouentem occidit, cùm antea fuisset Cos. anno 616.*

P. CORNELIVS SCIPIO NASICA SErapionis *filius, Cos. fuit anno ab Vrbe condita 643.*

HIC DEEST NOMEN VNICVM *nomen, videlicet parentis eius, qui sequitur, Scipionis.*

P. METELLVS SCIPIO CN. POMPEI *socer. Hic bello ciuili Pompeiano in Africa perijt cum genero Pompeio, Cos. quinque mensen assumptus, anno ab Vrbe condita 702. Nec facile post hunc de Scipionibus quicquam memoria dignum apud authores reperias.*

IN T. LIVII LIBRVM XXXI. HENRICHI GLAREANI ANNOTATIONES.



QVAM occuparint quadringenti LXXVIII. anni à condita Vrbe.) 617. A. Legendum LXXXVIII. anni. Nam vrbs Roma, authore Dionysio Halicarnasseo, condita est Olympiade septima. Primum autem bellum Punicum cœptum est Olympiade centesima vicesimanona, authore Polybio libro primo, à quo numero si septem subtraxeris, ac reliquum per quatuor multiplicaueris, euenient anni quadringenti octoginta octo. Quanquam non sum nescius, Dionysium duobus ab hac supputatione annis differre à Polybio: sed id non impedit hanc rationem. Quidam etiam libri in hac Liuij præfatiuncula XL. habebant pro LX. atque ita legisse videtur Budæus lib. 5. de Asse: qui error tamen in alijs emendatus est codicibus: at posterior, quem hic emendauimus: in omnibus male habet. Cæterùm æque multa volumina dixisse videtur, quia vtrinque XV. id quod ex Flori epitome colligitur.

Cæterùm cœptum bellum ad Phil. X. fermè añ.) 617. A. Duodecim anni sunt, quando incœptum bellum aduersum Philippum, anno videlicet quinto secundi belli Punici, vt libro quarto eiusdem belli citetur Liuius. At cum Aetolis factum fœdus est initio anni noni eiusdem belli, à quo sunt anni ferme decem ad hæc tempora. Videtur lapsus memoria Liuius, quanquam in re non admodum magna.

Anno quingentesimo quadragesimo ab vrbe condita.) 618. H. Hic locus egregie corruptus est, ideoque & magni nominis viros haud immerito torsit, inter quos Budæus est, nostra ætate non modò Galliæ nostræ, sed vniuersi orbis Christiani, decus & ornamentum. At is locus ex præfatione (si quidem illa emendatè legatur) facile restitui potest, ad hunc modum: Si enim ab Vrbe condita, ad Appium Claudium COS. qui primus Carthaginensibus bellum intulit, sunt anni quadringēti octogintaocto, vt ipsi iam ostendimus: & à primo Punico ad secundum bellum finitum LXIII. emerget summa 551. annorum: quibus si addatur annus quo pax facta est cum Carthaginensibus, erit tum hic sequens annus quingentesimus quinquagesimus tertius, quanquam alij quartum numerēt, id quod non repugnat Liuio, quippe qui primum bellum Punicum durasse dicat annos vigintiquatuor, deinde pacem fuisse cum Carthaginensibus annos viginti tres. hoc vero secundum Punicū bellum durasse annos septendecim, quos numeros si addideris, emergent anni non tres, vt ipse ait, sed quatuor ac sexaginta, non etiam connumerato quo pax data est Carthagini. Ego vero in vno duntaxat anno nullam facio difficultatem, cùm Pliniana supputatio ab Dionysij magna ex parte duobus distet annis. Quare hoc loco legendum, anno quingentesimo quinquagesimoquarto ab Vrbe condita.

Quina millia L. æris ex S.C.) 620. H. Quina millia æris legatis dari multis locis ostendit Liuius, vt libro decimo prioris decados de legatis Masanissæ. Legatis tamen Saguntinorum dena millia data libro octauo eiusdem belli, forte ob ruinam vrbis. Illa tam parua hic accessio. L. æris, non video quid ad rem faciat: nisi quis scriptum contendat quina millia ac quingena æris, quod equidem credo.

Excitis Sallyis Iluatibusque.) 620. K. Pro Sallyis, quidam Salluuijs, quidam Saluijs, quidam etiam Salassijs habent, de quibus libro quoque quinto ab Vrbe condita mentio est. Cæterùm Iluates, quorum etiam libro sequenti meminit, in Liguria vix apud vllum authorem inueniri puto. Ilua enim insula est è regione Populoniæ in Thuscia, de qua Virgilius libro decimo Aeneidos, Ast Ilua trecentos insula, inexhaustis chalybum generosa metallis. Fortassis autem inde cum Liguribus exciti sunt milites.

Vt obsiderentur, tamen priusquam expugnarentur.) 620. K. Tantum temporis fuit his, inquit, vt ad obsidionem se pararent, ne hostes tam cito expugnarent oppidum, nisi obsiderent. Prius tamen obsessi sunt, quàm mitti nuntius Romā potuerit. Est sane sermo nō satis obuius.

Tertia pensio debebatur.) 622 H. Anno belli secundi Punici nono, in ærarium pecunia à priuatis data erat, vt libro sexto eiusdem belli refert hic author. De ea inde anno decimoquinto eiusdem item belli, constitutio facta erat, vt tribus pensionibus ea pecunia solueretur primam præsentem ij COSS. qui tum essent, duas alteras tertij ac quinti COSS numerarent. Anno igitur decimoseptimo altera pensio debebatur, sed de ea nihil meminit Liuius superiore decade, vt credam in hunc dilatam annum. Debebatur igitur tertia pensio, & secunda nondum soluta erat. hic igitur pro tertia soluitur secunda, & libro deinde huius decados tertio, tertia.

Trientius Tabuliusq; is ager.) 622. I. Quare Trientius appellatus sit, causam subnectit, sed coniectu facilem: alteram omittit, quam nec Liuio notam fuisse puto, alioqui etiam adiunxisset. Sit igitur vnicuique liberum ea de re comminisci quod velit.

Cypsela & Doriscon & Serreum.) 623. E. Ita vetusti habent codices. Quidam temerè, meo iudicio, emendarunt Nymphæum. Nam Plinius lib. 4. cap. 11. Serreum mōtem ponit prope Doriscum, vbi & Cypsela. Nymphæi eo in loco nulla, quod sciam, apud authores est mentio. Alopeconesum idem Plinius lib. 4. cap. 12. ait insulam esse haud procul à Cœlo Cherronesi portu. Madiron Ptolem. Madi vocat, corruptis, vt puto, codicibus. Herodotus enim lib. 7. integre ponit, vbi & Stentorida lacum apud Doriscum, si cui forte Serreum non placebit.

Vt qui neque dictator, neq; COS. neque prætor.) 625. B. Congruit hic locus cum eo, de quo libro octauo prioris decados diximus, vbi Scipio non impetrat triumphum, & eum absq; magistratu gessisse res dicit, qui tamen proconsul fuerat.

T. Apustium legatum.) 628. K. L. legendum, non T. De hoc libro tertio de secundo bello Pun. & hoc postea libro, vbi L. legitur.

Indos (nomen propter al. in Asia vr. quàm op. no.) vi capitur.) 629. A. Parenthesis declarat Ilios legendum, non Indus. Ilion quidam restituerunt: at haud scio num quisquam ante Virgilium Ilion in genere neutro dixerit. Quę verò præcedunt oppidorum nomina, non temerè reperias apud authores.

Pleuratus Scerdileni filius.) 629. B. Ita plerique habent codices, vt alius sit à Scerdileto, quem etiam libris prioris decados vbique separauit à Pleurato Liuius, præcipue libro sexto: nisi quis hunc alium Pleuratum credat, aut hęc, vt barbara, non admodum curæ fuisse Liuio.

Qui noua nulla re, nihil se noui hab.) 629. C. Ita incipit hic, vt finit. Nam fortunam nihil mutasse dicturus est: cur ipsi Aetoli mutare velint, se non videre. Ergo, nulla noua re: nihil se noui habere dixerunt.

Indicitur consilium populi Romani.) 629. E. Illud, Romani, suspicor ab aliquo adiectum: potius adijciendum erat Siculi, quàm Romani. Quidam emendarunt, Indicitur concilium, prætor Romanus conuentus agi: quod placet. Est autem conuentus, authore Festo, quoties populus ad iudicium à magistratu vocatur, vt hic à prætore.

Capua quidem sepulchrum & monumentum.) 629. E. Vt hæc verba, & pleraque seqnētia, intelligenda sint, præter coniecturam habeo fere nihil. Prodigium quidam etiam putant dictum, vrbem peius habere, quòd incolumis habitetur, quàm si diruta esset.

Per

Per annos propè septuaginta.) 631. B. Libro tertio de secundo bello Punico, Varro COS. legatis Campanis loquens, per centum propè annos cum Samnitibus bellum pro ipsis tulisse Romanos ait, sed id bellum cœpit COSS. A. Cornelio Cosso, M. Valerio Coruino III. anno ab Vrbe condita quadringentesimo duodecimo: finitum autem est anno ante quadringentesimum octuagesimum. Quare quod hic legatus ait. verisimilius, quàm quod Varro. qui omnia in maius augebat, vt ibidem diximus.

Per Dassereriorum fines.) 632. F. Dassereriorũ meminit Plin lib. 3. cap. 23. & lib. 4. cap. 1. Meminit & Ptolemæus, vbi de Macedonia: quanquam omnes eius codices, quotquot nos vidimus, Deparetij habẽt corruptè, etiam ij qui ex Græcis nuper emendati dicebantur.

Ad Lyncum statiua posuit prope flu. Bæuum.) 632. G. Ego ad Lichnydum legendum puto, quod etiam libro septimo prioris decados admonuit Sabellicus. Alij Lingũ restituerunt, sed non rectè, meo quidẽ iudicio. Cæterùm de Bæto, pro quo quidam Aretum habent, quidam Achacum, nonnulli Bæuum restituerunt, nihil habeo quod certum affirmem. Ego, si coniectare in re tam prisca licet, suspicor nomen esse alicuius fluuij obscuri in Haliacmona labentis: nisi quis idipsum nomen Haliacmon eò reponendum putet, quippe vel apud ipsum hunc fluuium, vel non longè ab eo hæc gesta sunt.

Stuberam inde perit.) 636. B. Stubera, Pleuuina, Bruanna, Osphagus, Erduæa, nomina sunt maiore ex parte mihi suspecta, quanquam vetustate interijsse poterant. Erigonij autem amnis, qui Axium influit, est mentio apud authores.

In Elymeam se recepit, inde impetum in Orest.) 635. E. Elyma apud Ptolemæum nomen, sed longè ad occidentem Macedoniæ. Liuius, quasi ab expeditione rediens, ac rursus in Orestidem impetum facturus sit. COS. hæc narrat.

Ciretias in via capiunt.) 636. G. In Ptolemæi codice est Chyretiæ, vbi & Gomphi. Illud Phecadum autem quod sequitur paulò pòst apud nullum inuenio authorem.

Abscessere ad Prasias (continentis.) 638. A. Prasiarum, populi Atticę, meminere Pausan. & Stephanus, alijq; plures. At hoc in loco non video quo pacto ea profectio legi possit, si Prasias legerimus. Vide num legendum, abscessere Phalasiam. Nam Phalasiam Ptolemæus in Eubœæ orientali latere è regione Scyri ponit. Nec continentis simpliciter dixit, sed Eubœæ. & postea peracta nauigatione dicturus est, Eubœam repetunt. Fieri etiam potuit, vt in Romana historia ex locorum ignorantia is error inciderit.

Inde Cassandream petentes primo ad Mendium.) 638. H. Quidam Mendin emendarunt. at Mendam locum ad Potidæam. quæ postea Cassandrea dicta est, tum Herodotus libro septimo, tùm Thucydides libro quarto commemorant, & Plinius item libro quarto cap. 10. Quod verò continuò subiungit Liuius, inde cum superato promontorio ad ipsa mœnia vrbis circumagere classem vellent, Canastræum intelligo (quòd Cassandream in citeriore latere ponat Ptolemæus) id quidam corruptè Canastrum scribunt. At quæ deinde dicit, Irrito incepto egressi Canastræum Pallenes traiecere: aut corrupta sunt, vt ego puto, aut Liuio vel non benè nota, vel indiligenter descripta. Illud etiam, ad, cur appositum sit, nõ equidem video. cum Mendam tenuere melius intelligatur.

Ad Zelasiam miserunt Isthmiæ.) 639. A. Mirum neminem authorem Zelasij meminisse, quod equidem sciam. Ptolemæus Posidium promontorium ponit inter Demetriadem ac Eubœam, in qua Oreus est, quod legere malim: quanquam super Demetriadem suo modo intelligendum. Illod autem, Isthmiæ, corruptũ suspicor, quare inspiciendi omninò vetusti codices sunt.

Sed alteram quam Cremasten vocant.) 639. B. Strabo libro nono Κρεμαστὴν Λαρίσαν vocat, interpres vertit pensilem. Cæterùm quod subnectitur Aegeleon, haud equidem scio in continenténe an in insula Eubœa locum dicere velit: nemo certè quod meminerim vspiam eum ponit.

Super Maloum nauigat apud Corcyram.) 639. D. Post Corcyram distinguendum; & Maleam legendum, & ad Corcyram, quod non admonuissemus, nisi codex Aldinus etiam ita haberet. Corcyræ hybernabat COS. Attalus autem ad Eleusina mansit sacrorum gratia.

Ludi deinde à P. Cornelio Scipione, quos COS. in Afr.) 640 H. Proconsul legendum censeo: neque enim COS. in Africa fuit, vt liquet ex superioribus.

P. Iulius Appulus.) 640. K. Quidã hunc P. Villium Tappulum, quòd plebeius, nec quicquã cum Iulia gente coniunctus, nominant. Est autem is, qui ad finem libro nono secundi belli Punici fit prætor, hic vero COS. Bœbium autem prætorem. quidam Pamphilum, quidam Tamphilum libri habent mihi autem nihil certi constat. Tamphilus quid sit, ignoro. Ex eo tempore cœperunt Romani Gręcas res mirari, vt quis etiam Græcum nomen affectasse videri queat, vt sont hominum varij mores, mira ingenia, diuersæ voluptates.

Nam C. Cornelius Cethegus absens cre.) 641. A. Hic proconsul paulò superius dicitur, hic fit ædilis curulis, vt mirum sit prætorem in superioribus prælatum proconsuli. Sed scilicet prætura ac ædilitas magistratus erant, non autem proconsulatus, vt videtur: cuius exemplum est de Scipione ex Hispania redeunte, cum triumphum petere non auderet: item de L. Cornelio Lentulo, in hoc etiamnum libro. Cęterùm de C. hoc Cornelio nusquam Liuius mentionẽ fecit quando in Hispaniã sit missus, cum tamẽ paulò ante eum pugnasse cum hostibus Hispanis in Sedetano agro memoret. præterea & L. Corneliũ Lentulũ redijsse ex ea prouincia, & denegato triumpho nuasse: vt apud me nõ sit dubium huic libro aliquam deesse partem.

Multos post annos plebes Cornelio Lentulo.) 641. B. Lib. 3. postea hic Cornelius Leotulus redit ex Hispania multa onustus præda. Cum igitur hic sit annus secundus huius belli, ipse sequente anno. hoc est tertio, missus est in Hispaniam Nam Cn. Sempronius post eum venit in Hispaniam anno quarto huius belli, vt postea dicturus est Liuius. Non igitur multos post annos, vt hic legitur, sed anno sequente venit in Hispaniam. Idem de Stertinio ex ijsdem locis ostenditur. Cum autem prænomen omissum sit, certum sciri non potest, aliúsne sit ab huius anni COS. qui antea proconsul fuit in eadem prouincia: quanquam triumphus hoc libro negatus dicitur. Solebant enim ex COSS. libenter facere procoss. prorogato imperio, non autem magistratu. Libro tamen sequente Liuius eius rei ne verbo quidem meminit. Sed de his dubitandum est satis.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM XXXII. HENRICHI GLAREANI ANNOTATIONES.



THAVMASTOS eo tempore Philip. sum. viop.)642.F. Strabo libro nono θαυμακὸν vocat, Plinius libro quarto capite nono Thaumacias, si codices amborum non errant. Cæterùm nusquam tam eleganter atque hoc loco describuntur.

Præter amnem Aoum.)642.B. Plin. lib. 3. cap. 23. Aoum ponit inter Dirrhachium & Apolloniam, atque antiquitùs Aenata dictum perhibet. Strabo lib. 7. eadem de Aoo, sed Apolloniam super eo esse ad stadia distantem decem. Ptolemæus Apsumeo in loco ponit, quemadmodum & hic noster author priore libro de Sulpitij in Macedonia gestis. Strabo loco prædicto hos quidem separat, sed propinquos facit. Quod si hac descriptione hi amnes iudicantur, necesse est supra Antigoniam, quæ ad Oricum est, in iugis prope Pindi nasci, ac defluere Septemtrionem occasumque versus, & ea iuga Aeropum ac Asnaum dici.

M. Porcius Cato.)644.H. Apud Ciceronem hic ipse Cato ait COSS. Cethego Tuditanoque prætorem se factum, eumq; gessisse magistratum, quo anno Liuius eum quæstorem fuisse scribit, libro nono de secundo bello Punico, anno eius belli quintodecimo, ac hoc demum anno, qui tertius est belli Macedonici prætorem factum. Porrò postea in eodem dialogo, tanquam oblitus eorum quæ antè dixerat Cato: Sodalitates autē (inquit) me quæstore constitutæ sunt, sacris Idæis magnæ matris acceptis. Constat autem ex eodem Liuio, Idęam matrem susceptam iisdem iam dictis COSS. anno in quā quintodecimo secundi belli Punici. Ego priorem Ciceronis locum corruptum puto: quod ideo annotandum duximus, ne argutulus quispiā hunc ex illo emendare tentet.

Corcyram tenuit cum octo mill. ped. equitib. quingentis.)645.C. Octingentis legendum videtur pro quingentis, ex paulo antè ordinatis copijs, quæ cum COS. in Macedoniam mitterentur. Item paulò pòst: Per Dassaretios potius Lyncumque, quidam, vt antea etiam admonuimus, Lingum restituerunt, cum Sabellico Lychnidum alibi restitutum, nec mihi hoc loco displicet. Lingum postea Liuius montem facit.

Thessalos primos omnium nominauit COS.)645.E. Nihil amicitiæ Romanorum cum Thessalis hactenus exhibuit Liuius: nisi quis ob oppida quædam in Thessalia, quæ vel Aminander, vel Aetoli suæ ditionis esse contendant, hos nominasse illorum nomine COS. Romanum putet.

Vt suæ potius omnia, quàm vllius potestatis essent.) 646 G. Obscurus est sensus, tametsi intelligitur. Suæ potestatis, ambiguitatem faciunt, sed ad Quintium referenda puto.

Est in Triphylia terræ Melotidos.)647.A. Triphylia in Peloponneso est. Melotis quę sit regio, haud equidem me legisse memini. Videnum legendum, Est in Tymphalia terræ Estiæotidis. Et certè Ptolemæus Thymphaliam hoc ponit in nere, Strabo autē Tymphæos. Quanquam Plinius Tymphæos Aetolis attribuere videtur, sed id nihil nos impedit, longè enim portendebantur Aetoli. Tricca quoque ad idem facit, cuius paulò pòst mentio. Deniq; Quintius, qui Philippum regem sequitur, Eginium venit postea, quod oppidum Strabo libro 7. Tymphæis attribuit. Hunc locum perpendendum lectori censeo.

Pachium, Iresiæ, Euhydrium. Eretria, Palepharus.)647. B. Quidam emendarunt Phacium. sed in his nominibus non est ingens vis, quòd pleraque ignobilia vel bello vel vetustate interiere. Eretria quidem in Phthiotide à Ptolemæo ponitur, de qua hic loqui eum puto Est & in Eubœa satis celebris, at nihil ad hunc locum. Pheræ autē in Thessalia sunt, de quibus hic intelligitur, quanuis multę alibi. Sperchios oppidum in Doride, ait Plin lib. 4. cap. 7. Sperchiæ ad sinum Maliacum. De Macra quam Comen vocatam ait, nescio num quicquam apud authores reperias. Conqueritur etiam iure de his locis Sabellicus.

Cymines & Angeas.)647.C. Ita quidam emendarunt, cum in vetustioribus codicibus Cymenes esset ac Augeias: sed vix hæc apud authores reperias, aut saltem non obuia. Augeam quidem in Chalcidica ponit Ptolemæus, nihil ad hunc locum: sicut hic paulò pòst Callitheras, ille in Bisaltia ad Strymonem prope fluuium æque nihil ad rem nostram. Cypharam autem credo Ptolemæo dici Cyparam. Sed commentarium non scribo: admonemus obiter lectorē vt his tantum det fidei, quantum merito dandum: hæc enim omnia emendare operosum videtur.

Quarto die in monte Cercetio posuit castra.)647.E. Plin. lib. 4. cap. 8 hos Thessaliæ monteis Cercetos vocat, Ptolem. Cercetesios. quidam etiam noui codices Bercetesios habebant.

Primam vrbium Thessaliæ Phaleriam.)648.F. Id nominis non memini me legere in Thessalicarum vrbium numero: etiam si quidam Phaleron, alij per à Phalaron in Thessalia esse dicant. Strabo etiam lib. 9. vbi de Achillis ditione, Phalaræ meminit. Fortasse autem quòd diruta fuit, memoria excidit. De Rhage etiam nullam inuenio apud authores mentionem.

Cum ad Zammam insulam assecutus esset.)648.H. Nemo quod sciam hoc tractu Zammæ meminit: ego propemodum ausim reponere, Zacinthum, est enim inter Corcyram ac Maleam, ad quam mox peruenit.

Nec rationem, procul à mari.)649.E. Distinguendum post rationem, vt ita intelligatur: Ipse COS. nullam hybernandi rationem cernebat, vt in locis procul à mari, & euastatis belli cladibus.

Phocidis primo impetu Phanoceam.)649 E. πανοπεὺς δ' ὁ νῦν φανοτεὺς, ὅμορος τοῖς περὶ λεβάδειαν τόποις, ἡ τοῦ ἐπειοῦ πατρίς. id est, Panopeus autem, qui nunc Phanoteus, vicinus ijs qui circa Lebadiam locis, Epei patria. Hæc Strabo Libro nono, Quanquam non Phanoteus, sed Phanopeus, legendū puto, reclamantibus omnibus & Græcis & Latinis, quæ nos vidimus exemplaribus. π enim in φ mutatum est, idque in principio verbi, non π in τ. perhibet Strabo. Ergo Panopea in accusatiuo legendum puto hoc in loco, cuius Ionicus accusatiuus est πανοπῆα apud Homerum in Bœotia. Nisi quis Liuium ab accusatio masculino Græco formasse existimet fœmininum nomen, quod aliquando fecisse Latinos inuenimus, vt ostendit cratera.

Ambrysus Hyampolisque receptæ. Daculisia, quia.) 650.F. Duo priora hic nomina vbique obuia sunt: quanuis Strabo loco iam dicto duas faciat Hyampoleis: alteram Phocensium, de qua hoc loco intelligimus: alteram in Parnaso monte. Daculisiam nō temerè reperias apud scriptores, pro quo Daulis quidam restituerunt.

Achæi portus & dant fiduciā postulantibus & demunt) 651.B. Obscurè dictum, sed ad priora referendum puto. Quanquam quomodo Achæi portus Romanis dent fiduciam, demant verò Macedonibus, vt quidam exponunt, non adeò planum mihi videtur. Notauit hunc quoq; locum Sabellicus.

Multo mitius, quæ Clunij.)652.I. Rectè Sabellicus Elæuntij restituit. Sed alij ante, quæ, posuere quàm, quod mihi displicet. Neque enim Achæi minus curare debebāt Atheniensium querelas, quàm vel Elæuntiorum, vel Abydenorum.

Quintius à Misiepio perstabat.)653.E. Nemo, quod sciam eius loci meminit, eorum etiam qui res Corinthiacas scripsere. Strabo autem libro octauo vbi de Corintho, fonteque Pirene dixerit, paulò pòst ita inquit: ὑπὸ δὲ τῇ Πειρήνῃ

τῇ Πειρήνῃ τὸ συσύφειον ἐστιν, ἱερῷ τινὸς, ἢ βασίλειον λευκῷ λίθῳ κατεσκευασμένον, id est, sub ipsa vero Pirene Sysyphiū est, siue sacellū quoddam siue regale domicilium, niueo constructum lapide. Qnare ego Sysiphium legere malim. Quidam in incepto legunt: Quintius in incepro perstabat. Sed iudicet candidus lector.

Non Corinthus tantum liberata obsidione.) 654. G. Quidam adiecerunt. facile, atque ita legunt: Non facile Cotinthus tantum, &c. quod mihi displicet. neque enim quicquam ad sensum facit.

Cuius nomē post pactam cum Romanis societatem.) 654. G. Miror hoc de Argiuis eum dicere, qui concilio excesserant, vt ipse antea scripsit Liuius: nisi coactos aduersus regem cum Romanis fuisse intelligamus, quod tamen nusquam indicatur.

Obsides Carthaginensium Setiæ custodiebantur.) 654. K. Ab initio huius libri Signiā ac Ferētinū oppida ijs data scripsit Liuius: de Setia ibidē nihil nec interea quicquam.

Ad L. Cornelium Lentulum prætorem vrbis. 655. A. L. Cornelium Merulam legendum, si quidem rectè legitur, ab huius anni initio vbi magistratus creantur. Lector ipse dispiciat vter ex altero locus sit emendandus.

Clastidium & Litubium, vtraque Ligurum.) 656. K. Clastidij eñ a libro primo de secundo bello Punico mentio est, sed in Gallia, sed non longe à Trebia fluuio, Litubium nusquam, vt puto, reperias, sicut neque Celelates, Cerditiatesque. Illuates insulares noscimus, Ligures non item, vt antea admonuimus. Quæ ideo admonemus, vt lectores etiam hoc in loco vetusta exemplaria eò diligentius inspiciant. Nam quædam sunt, quæ, quantumuis vel diligentia vel studio lucteris, nequaquam tamen discutere absque exemplariū auxilio valeas. De me loquor quod expertus sum, credo tamen idem alijs videri: de cordatioribus loquor. Sed sunt quidam qui nusquam hærent, his tàm felicibus nostra hæc non scribuntur.

In ijs Hamilcarē Pœnorū imperatorē.) 657. C. Hic aliorū, nō suā citat opinionem, qui hoc anno, non quarto antè, vt ipse scripsit Liuius, Hamilcarē occisum tradiderunt.

Inde in Ligustinos Iluares.) 657. D. Libro superiore, paucis ab initio folijs, vbi de ijsdem loquitur populis, Ligusticos quidam emendarunt, hic omiserunt. Vetustiores tamen codices aliquot, Ligustinos vtroque in loco habebant: qnanquam mibi non admodum placet.

Nicephorium Venerisque templum.) 658. H. Strabo libro 13. Νικηφόριον lucum ad Pergamū in Asia ab Eumene rege plantatū asserit. Græci neutro genere efferunt, tametsi Strabonis quidā correctores masculino annotarūt.

Rhodij Pyrream, regio est continentis.) 658. I. Alij Pyrrhea, alij Pyrrheā nōnulli Perçam legunt. Ego id nominis apud authores nō inuenio. Strabo li. 14. transmarinā Rhodiotum regionem appellat, nullo tamen proprio nomine. Prolomæus eo in loco ponere videtur Thuscam, si nomen non est corruptum. Plin. autem lib. 5. ca. 28. Pyrnon. Nisi quis de ea Pyrrha intelligere velit, quæ ad ostia Meandri fluuij à Ptolomæo constituitur contra Liuij verba.

Ab Iaso & Bargilijs, & Euromensium vrbe.) 658. I. Oppida sunt Cariæ apud Ptolomæum ac reliquos classicos scriptores. Ab Euromo (nam ita vocat Strabo libro 14.) Euromensis etiam hic factum.

Panopolin Byzantijs in antiquam formulam.) 658. I. Quidam Penopolin restituerunt: sed ego suspicor Peneropolin legendum ex Plin. libro 4. cap. 11. quæ Ptolomæo Trajanopolis & Philippopolis & Trimontium à situ dicitur, vt idem Plin. ait. Penopolin nusquā inuenin puto.

Tollentem nihil sibi præter bellum relinquere.) 658. K. Pro tollenrem, ego volentē legendum puto: alioqui non video qnid sensus elicias.

Lysimachiam pulso prætore & præsidio Aetol.) 658. K. Qui hæc legit, putat eum loqui de Lisymachia in Aetolis prope Pleuronem, de qua Strabo lib. 10. At ex responsione Philippi satis apparet eū loqui de Lysimachia ad Isthmū Cherronesi in Thracia.

Ipsius enim Aetoliæ Apodeotas.) 659. A. Ita in omnibus quæ nos vidimus exemplaribus legitur: neque facilè inueniebam quinam illi essent. Tandem in Thucydidis librum tertium incidi, qui vbi de Aetolorum gente loquitur, hæc quoque habet: ἐπιχειρεῖν ἐκέλευον, πρῶτον μὲν ἀποδώτοις, ἔπειτα δὲ ὀφιονεῦσι id est, inuadere, inquit iubebant, primum quidem Apodotos, deinde aurem Ophionēses. Sed Thucydides alio genere, alia declinatione dixit. Nisi quis rectius ἀποδώταις quàm ἀποδώτοις in Thucydidis codice legendum existimet. Plerique codices habent, Aetoliæ Græcos Apodeotas: sed illud, Græcos, mutarunt alij in Agræos quod ego non intelligo.

Atque ad ea adiecit recens de exercitu quod ab se.) 659. C. Quod sit illud recens decretum de exercitu, mihi non constat. Erat in plerisque libris locus asterisco notatus, ab alijs tursus omissus, nihilominus in obscuro manenre sensu. Ego aliquid deesse suspicor.

Quintius postero die ad Nicæam (is enim lo. pl.) 659. D. Hæc ita refert Liuius, quasi alium locum dicere velit. Fortasis autē desideratur verbū, rursum vel quid simile.

A Claudio præfecto.) 659. E. Vide num Ap. Claudio legendum. Item paulò pòst. Rex (inquit) cū duobus quos pridie adhibuerat, in terram est egressus, qui sint illi duo, scire velim cum initio prioris diei colloquij ita habeatur. Erant cum eo principes Macedonum, & Achæorum exul, vir insignis Cycliadas, vt non immeritò & hunc, & præcedentes locos mutilos quis credat.

Plus enim amitti in ijs quàm acquiri.) 660. F. Quid illud in ijs, referat, apud me nondnm planum est.

Littus Athonium colloquio destinatur.) 660. F. Vide nū ad Thronium legendum, cuius hoc in loco cum alijs meminit Strabo lib. 9. vbi & de Nicæa. Nam de Atho intelligere planè ineptum est, quod tamen quidam somniant.

Corinthum in Achaia rex teneret.) 660. H. Ipse Philippus antea fassus est, non Agris modo, sed etiam Corintho se Achæis cessurum. Quare non video quid hic inuidiæ faciat, aut quare sit Cotinthus apposita. ad picturæ ostentionem fortasis, & quia etiam reddita, rursus occupari facilè poterat in postetum: hoc timentes sociorum legati, eam quoq; connumerarunt. Sed in legatorum responso mirum ne hanc quidem nominatam.

Hiecenica vocatur.) 661. B. Id nominis apud neminem authorem inuenio. Fortasis autem vel Heræa, vel Nemæa legendum, at nihil asseuero. Quidam Mycenica legunt qua ratione moti, mibi ignotum.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM XXXIII. HENRICHI GLAREANI ANNOTATIONES.

HIC liber acephalus est, ita Moguntiæ repertus. Deest autem pugna qua Philippus ad Cynocephalas à T. Quintio proconsule victus est, vt ex Flori Epitome, & sequentibus Liuij verbis colligitur. Pars etiam deest descriptionis vrbis Leucadis, & circa legionis Acarnaniam contingentis. Multæ hic sunt mendæ, quas sanare omneis absque vetusti codicis auxilio planè imposibile est. Conabimur tamen pro virili officium nostrum facere, vel saltem indicare sicubi hærebimus. Studiosus ac candidus lector boni consulat.

Ijs partibus cohærens Acarnaniæ.)662. G. Quid illud cohærens referat, sciri non potest nisi ex prioribus quæ desunt. coniectura autem omnibus est libera.

Quod ad Cynos Cephalas pugnatum erat. 662. H. Scotusa vrbs est Thessaliæ Pelasgicæ, ait Strabo li. 7. ad finem. ad eam locus est quidam, quem κυνὸς κεφαλὰς, id est Canis capita vocant, vbi Romani ac Aetoli, duce T. Quintio ingenti prælio Philippum Demetrij filium & Macedoniæ regem vicere, ait idem Strabo libro nono ad finem. Hæc pro locorũ notitia indicare visum est nobis operæpreciũ.

Galli, & Nisuetæ, & Pisuetæ, & Tamiani. & Arei.) 662. I. Galatas intelligit opinor, quorum populos (credo) aut eorum vicinos vocat Nisuetas, Pisuetas, Temianosque, sicut & Laodiceni erant. Areorum in Arabia meminit Plinius libro sexto cap. 28. ad finem: quanquam longinqua ea militia videtur. Vide etiã, num Taniani legẽdum, Tanium enim Trocmorum oppidum in Galatia ponit Ptolem. de quibus copiosius libro 2. huius decad.

Læuo Acrianos locat.) 662. K. Qui sint Acriani illi, haud vsquam legi, quod sciam. Acria quidem oppidum est sinus Laconici, sed haud scio quàm id quadret. Alij Agrianos legunt.

Rhodia cohors dextro cornu, &c.) 662. K. Rhodia cohors habuere, coniungendum. & Thraces Cretensesque à dextro cornu Rhodiorum contra Acrianos, qui in sinistro hostium erant cornu. Achæi à sinistro Rhodiorum cornu contra Macedonas. quod propter sequentia annotandum duximus, vbi dicitur Achæos contra Acrianos iuisse superato torrente: legendum enim puto contra Macedonas: quia statim pòst ait de Achæis, numero acie mille & ipsi quadringentos loco expulere. vbi rursus quingentos legendum arbitror ex superioribus.

Bargyllas petentes.) 663. A. Bargyli neutro genere oppidum Cariæ omnes authores proferunt, sicut & Liuius ipse libro priore. Ab Iaso & Bargilijs & Euromensium vrbe.

Recipi nisi aliquanta prosperam Antio. pot.) 663. B. Ita in codice Moguntino habebantur verba. Quidam ita emendarunt: Recipi nisi aliquanto pòst per Antiochum nõ potuit. Sed parum adhuc intelligitur nostro huic proposito congruens. Et paulò pòst: Ab contentu concessit, inquit, ab contentu discessit. legendum puto. Quãquam Philippus cum audisset Dardanos transgressos fines regni. superiora Macedoniæ euastare, planos erat sermo, sed interiecta verba rem faciunt obscuram, ideoq; à quibusdam prorsus amota sunt. Et versus sequens obscuram habet compositionem: Se suosque profligante fortuna vrgebatur.

Circa Stobos Pæoniæ.) 663. C. Ptolomæus Stobos Pelagonum oppidum ponit inter Axium ac Erigonem fluuios. Ergo hic legendum Pelagoniæ, non Pæoniæ. Intrauerant enim iam Macedonum regnum Dardani.

Nec Helicinas (promontorium Ciliciæ est.) 663. E. Impudens mendum hoc loco est: sed pro, nec Helicinas, legendum est Nephelida, cuius in Ciliciæ descriptione meminit Ptolem. vt reliqua hic oppida apud eundem litoralia inuenies. Sensus est: Rhodij ad regem miserunt legatos Nephelida. Quidam perperam emendarunt hunc locum, adijcientes verbum, superaret de suo: ad quem modum multa emendare possemus, si quidem id emendare, ac non potius corrumpere est authores.

Vxorem ac liberos duos.) 664. H. Vt nihil cauiller quàm Latinè hoc dicatur, liberos duos, (nam Liuium ita locutum non credo) certè libro octauo huius decados Attalus atque Athenæus Eumenis fratres nominantur, omnes huius Attali filij.

M. Heluius eam prouinciã obtinebat.) 664. M. Aelius legendum ex priore libro, si quidem ibidem rectè legitur, vbi huius anni eliguntur magistratus.

Cum Luscinone fidas vr. Cardonem & Bardonem.) 664. I. Quia in vlteriore Hispania hæc acta sunt pro Cardone Castulonem libentius legerim, ac pro Bardone Betulam, quæ ab Castulone non longè abest, vt ex multis Liuij locis patet, præcipuè verò libro octauo secundi belli Punici. Cardonis ac Bardonis nemo quod sciam meminit.

Cuius iurisdictio inter ciues & peregrinos.) 664. I. Libro priore, vbi huius anni prætores sortiuntur prouincias, vrbana Sergio, peregrina iurisdictio Minutio obtigit. Pro M. igitur Sergio, Minutio legendum videtur: nisi inter ciues & peregrinos prætorem intelligas vrbanum, cuius erat officium recitare literas, vt sæpè apud hunc authorem. At posteriore anno statim postea ita loquitur Liuius: Prætores deinde prouincias sortiti, L. Apustius Fullo vrbanam iurisdictionem, M. Attilius Glabrio inter ciueis & peregrinos. quod ego de solo intelligo peregrino. Quanquam Liuius libro quinto huius decados post dirum illud incendium, vbi de prætorum prouincijs decernitur, ambiguè loquitur, vt vix ex hac tricanos explicemus. Sed iudicet lector.

Et Placentini Cremonensesq; addiderunt.) 665. A. Hic eorum sequitur opinionem, qui hoc anno Hamilcarem Pœnum in Gallia à COSS. Cn. Cornelio ac Q. Minutio victum scribunt, Cremonamque obsidione liberatam, cum libro primo huius belli prætorem L. Furium Purpureonem ea egisse scripserit non expectato COS. Cotta, qui pugnæ adesset. Secundo verò libro tanquam aliorum, eandem recitauit historiam.

Tulit in triumpho ducẽta triginta septem millia quingentos.) 665. B. Si vltimus numerus benè habet, ego sestertios intelligam. At Liuius frequenter æris summam initio ponere solet, quare & æris numerum intelligere possumus. Illud autem argenti bigati de denarijs intelligo, ex Plinio libro trigesimotertio.

Cossanis eo die postulantibus vt sibi colon num aug.) Sæpè anteà de hoc nomine admonuimus, dubium esse de quanam loqueretur vrbe: Cossæ enim in Hetruria, Compsa autem vbi Beneuentum. Cæterùm hi siue Cossani siue Compsani dicendi, hoc in loco impetrarunt quod à senatu negatum erat initio libri secundi huius decados.

Qui post L. Cornelium & T. Sempronium COSS. hostis fuisset.) 665. D. Legendum qui post M. Cornelium & P. Sempronium. Intelligit autem COSS. anni decimi-quinti secundi belli Punici. vult igitur, eos qui his octo annis venissent in amicitiam cum Romanis, cum antè hostes fuissent, non adscribi in colonorum numerum. Tot enim sunt ab his COSS. anni. Hos errores tam faciles correctu, nemo animaduertit.

Scenaque ab ædilibus curulibus Cornelio Scipione, & Cn. Manlio Volsone.) 665. E. Multi hoc tempore Cornelij Scipiones erant. De Africano qui COS fuit, vix hoc intelligo sed de eius fratre Lucio. Sed iudicet lector.

Cn. Sempronium Tuditanum proconsulem in citeriore.) 666. F. Priore libro, vbi & anni prioris magistratus creantur, Cn. Sempronius, non C. legitur: & idem prætor, non proconsul dicitur, quare vtrunque hic corruptum.

Satis iam antè diuidere esse.) 666. F. Quid si legeretur, satis iam antè decretum esse? vt alludat ad hanc concertationem, quæ fuit prioris anni initio, inter COSS. ac tribunos plebis, L. Oppium & Q. Fuluium. quanquam ego defectum esse puto. Quidam abijciunt prorsus, qua ratione moti, haud equidem intelligo.

Bellum in Hispania quinto post anno est quam simul. 666. G Sensus est, bellum in Hispan. a quinto antè anno, quàm secundum bellum Punicum finitum. Idq; verum. Nam P. Cornelio Scipione, & P. Licinio Crasso COSS. L. Lentulus & L. Accidinus cum Indibili ac Mandonio Hispaniæ regulis vltimò conflixere, anno decimoquarto eius belli. Decimooctauo autem anno Punicum prorsus finitum est, ac deinde sequenti anno cœptum Macedonicum. Quare ego hunc locum ita legerem: Bellum in Hispania quinto pòst anno, quàm secundum bellum Punicum, finitum est. Sed & hoc lector dispiciat. Quidam ita emendarunt hunc locum: Bellum in Hispania quinto post anno exortum est, quàm simul cum Punico bello fuerat finitum. quod ego non intelligo.

Tusco vico atq; Intemelio per portam Cape.) 666 H.

Liuius

Liuius libro septimo secundi belli Punici vbi de facto Iunonis reginæ Tusci vici mentionem facit, Ab æde (inquit) Apollinis boues fœminæ duæ albæ porta Carmentali in vrbem ductæ, à porta iugario vico in forum venere: inde vico Tusco Velabroque per boarium forum in cliuum publicum atque ædem Iunonia reginæ perrectum. Libro autem quarto eiusdem belli de incendio Romæ facto ita habet: Solo æquata omnia inter Salinas ac portam Carmentalē, cū Aequimelio iugarioq; vico. Libro deniq; quinto belli Macedonici, è Capitolio scribit saxum ingens cecidisse in vicum iugarium. Ex his locis lector videat num huic loco mederi queat. Nam ego Intemelium quid sit non memini me legere: sed neq; Melium vt quidam inde Melio legunt.

Iisdem diebus Cornelius Lentulus. *(666.* H. Hunc puto L. Cornelium Lentulum qui COS. fuit anno secundo huius belli, cuique prorogatum imperium anno tertio. Anno autem quarto Cn. Sempronius prætor factus citerioris Hispaniæ, Aelius vlterioris, Sed de hoc ad finem libri primi huius decados. Porrò quod subiungit. Ex S. C. vrbem est ingressus, deesse puto vel ouans, vel triumphás. Nam de Stertinio statim subnectet, Stertinius ex vlteriore Hispania, ne tanta quidem triumphi spe. Sed iudicio lectoris hoc committo.

Fuga comitum & quiritatio facta.) *667.* A. Ecce quiritatio de Græcis, quasi illis in necessitatibus Quirites clamarint. sed Liuius Romanis hæc scripsit. Est etiam exemplum, nō tam anxiè authores semper locutos, vt quidam superstitiosi obseruant.

Has qui tulit literas, iussit Zeusippo.) *667.* C. His verbis fatis indicatur alij seruo datas literas non illi suspecto, cùm tamen antea totius internuntius & minister rei sit dictus, & per quem res ad iudicium sit protracta.

Et Zeusippus quidem fu. ser. motus Antenorem.) *667.* C. Anthedonem legendum, quod est oppidum litorale Bœotiæ.

Zeusippum principem gentis id facinus.) *667.* D. Verba sunt aliquot libris asterisco notata, atque per admirationem dicta videtur, qualia multa apud idoneos authores similia. Potest etiam defectus aliquis hic esse, vt planè suspicor.

Ac qui impetrassent pacem Bœotijs.) *668.* F. Quidam ac qui, mutarunt in, ac ni. quasi Achæos Athenienses que minatos Imperatori Romano, nisi daret Bœothijs pacem, se rebellaturos ac auxilio Bœotijs futuros: quod nescio quàm sit credibile id ausos post Philippum tam memorabili victum pugna. De Bœotijs minus mirum, qui de stupiditate etiam prouerbijs male audierunt.

Liberas esse Decianorum libertate. *)668.* G. Non memini vspiam me hoc verbi legere. Fortassis autem decem legatorum à senatu Romano missorum datam libertatem intelligemus.

Triginta quaterna millia pondo & ducenta.) *668.* G. Vectigal præcessit, præsens pecunia sequitur. Hæc summa in medio quid sibi velit. haud equidem scire possum.

Thessalos, Perrhebios, Achæos, Thietas. *)669.* A. Quia vltimum nomen haud dubiè corruptum est, pro duobus vltimis quidam Achæos Phthiotas reposuerunt: sed neutiquam satis ita sanatum est hoc vulnus. Nam multa hic nomina omissa sunt, quæ absque fide vetusti alicuius codicis restituere non possumus.

Hoc spe concipi, audacis animi fuisse. *)669.* C. Et hæc verba corrupta sunt, sed vtcūq; restituta in aliquot libris. At obscuritas est in verbis his quæ non ita multò pòst sequuntur, Abstineret liberas omnesque Græcas. Item quæ rursus aliquot interiectis versibus sequuntur, Phocenses, Locrenses, & quæ sicut antea fuerant adiecta decreti authoritate, his contribuerunt. neque enim hi duo populi Aetolis contributi sunt opinor.

(Phylaicum appellant. *)670.* G. Quidam Pylaicum emendarunt, fortassis autem Phylacen legendum, de qua Strabo libro nono aliquot meminit locis. Et paulò antè de Philippo bellandum legitur, vide num rebellandum sit legendum.

Marcellus Pado confestim traiecto. *)670.* I. Non est dubium quin hic desideretur verbum: quare hunc locum ita legerem: Marcellus Pado confestim traiecto in agrum Comensem. vbi Insubres, Comensibus ad arma excitis castra habebant, legiones induxit quæ statim in ipso itinere prælium committunt.

Lebos Libuosque. *)671.* A. Quidam pro Lebos emendarunt Leuos. Sed neque illud clarum, vt neque sequentia verba, Redeuntes inde Ligurum extremo fine. Hæc mihi in hoc notantur, quòd videam à quibusdam transmissa tanquam clara, cum sint nimium obscura.

In pedites singulos dati octingenti æris. *)671.* C. Octogeni aut octoginta legendum puto, cum suprà Cn. Cornelium qui de iisdem Insubribus, ac præterea Cenomanis triumphauit, septuagenos æris militibus diuisisse dicat. esset autem nimis magnus excessus. Talia leuiter nostra ætate curant qui authores emendandos suscipiunt, cum in his, meo quidem iudicio, maximè vigilandum, si quidem historiæ consultum per nos videri voluerimus.

Terrestreis copias ad Abydū traijcit Cher. *671.* D. Abydus Hellesponti quidem vrbs, sed nō in Chersoneso: Itaq; hoc loco pro, ad Abydum. legendum Madytum, cuius etiam libro primo huius decados mentio est. ante Abydenorum casum, quemadmodum ibidem annotauimus. vt ita legatur: Terrestreis copias Madytum traijcit Chersonesi vrbem. Quidam emendarunt, ab Abydo non attendentes quæ sequuntur verba, Chersonesi vrbem: haud dubiè enim nominasset eam.

In Europam traiecisse, fuerit, quo victo.) *672.* H Maxime obscurum hunc locum facit interiectum verbum fuerit, nihil prorsus ad sensum faciens. sed hercule deest aliquid.

Et Antiochus suam fore Aegyptum si tum occasio.) *672.* I. Legendum puto, si tum occasioni non deesset. Sed iudicet lector.

Cypri nihilominus cum Chelidonium promont. *)672* K. Chelidoniæ insulæ sunt in confinio Lyciæ ac Pamphiliæ, in Cypro autem nullum eius nominis promontorium: quare distinguendum post nihilominus, hoc sensu: Nauigandi quidem in Aegyptum omissum cōsilium est, Cypri non item: nam tentare in animo habebat, vt sequentia indicant, sed tempestate afflictus omisit. Quanquam huic loco aliquot verba deesse opinor.

Tririti decies centum millia binis æris. *)773.* B. Non est mihi dubium quædam hic desiderari verba. Nā verbum diuiserunt nominatiuum non habet certum. Sex prætores erant, quorum postremos ædiles curules fuisse puto, vt libro secundo huius decados non ita longè ab initio, vbi COSS. creantur Sex. Aelius Pætus, & T. Quintius Flaminius: ac libro primo ad finem, vbi COSS. L. Cornelius Lentulus, ac P. Iulius Appulus, propè similes dicendi modos, sed clariores, reperies.

Domitius Aenobar. & C. Scribon. multos pecuarios ad populi iudicium adduxerunt. *)673.* B. Memini olim me ex D. Erasmo Roterodamo audisse, Liuium hoc in loco abigeos per pecuarios intelligi voluisse, quod statim meminerit Fauni, pecorum siue agrestium numinis, vt appellat Virgilius libro primo Georg. Porrò quod statim pòst sequitur. Aedem in insula Fauni fecerunt: vide num legendum, ædem Fauni in insula fecerunt. Insulam autem Tyberis intelligo, de qua libro secundo ab Vrbe condita non ita longè ab initio meminit Liuius.

Quem P. Fabius habuerat. *)673.* D. Vbi prioris anni magistratus creantur, in hoc adeo libro, Qu. Fabius Buteo prætor bis nominatur, cui in sorte Hispania vlterior euenerat Pro P. igitur legendum. Q.

Ducenti peditum & quingenti equi. ex Gall. exerci.) *673.* E. Hic peditum numerus nimis concisus est, si ad equites comparaueris. Tum id, ex Gallico exercitu, obscurum. Nisi dicamus exercitum Gallicum quem COS. Valerius aduersus Gallos ducturus erat.

Quod C. Cornelius Mammula prætor.) *673.* E. Hic prætor libro 2. de secundo bello Punico M. Aemylius nominatur.

Se ad Turbam oppidum cum Budare & Besaside.) *673*. E. De citeriore Hispania nunc loquitur: nam vlterioris tegulos M. Aelius prætor superius nominauit Culcam & Luscinonem. Quanquam quis cum ijs finis belli fuerit, non explicauit Liuius, vt de his propè sit suspicio, eosdem esse & corrupta esse nomina. Porrò Turbulam oppidum in Bassetanis longè vltra Iberũ flumen ponit Ptolemæus, vt nesciam quàm hic quadret. Sed comparet hæc studiosus lector.

Audirentur maiores.) *674*. G. Quidam audirentur, in audirent mutarunt. At ego post audirentur distinguendum puto. & quæ sequuntur verba, corrupta non dubito, quanquam sensus manifestus est, maioribus natu visum esse. Nabidis causam reijciendam ad Quintium: at Antiochi, Hannibalis, Carthaginensiumque, non item.

Idem pro nihilo habuit.) *674*. F. Illud idem, planè ostẽdit hic aliqua deesse verba: refert autem quæstorem. & neque causa dicitur, quare Hannibal prætor quæstorem ad se vocarit.

Postera die mare inter Ancillam Thapsumque.) *675*. B. Mane, non mare legendum. Acyllam, non Ancillam, cuius oppidi meminit Hirtius lib. *5*. de bello ciuili. Ptolem. ac Strabo Achollam vocant, prope Thapsum. Quidam pro Acylla satis temerè Adrumentum contra exemplariorum fidem reposuerunt, cum Ruspina & Leptis paruæ mediæ sint vrbes. Suam autẽ turrim, quid sit, haud equidem intelligo: sicut nec qui præcedit, Vocanum agrum.

Ne his debere impune esse.) *675*. D. Quid referat illud his, obscurum est, ego aliqua verba deesse puto.

Ad Dapinen celebrantem.) *675*. E. Hoc ijdem rectè emendarunt, ad Daphnen. Est autem vrbs *40*. stadijs ab Antiochia distans ad Orontem fluuiũ, vt author est Strabo libro *16*. qui ideo eam Antiochiam ἐπὶ Δάφνῃ vocatam ait. Plinius item libro quinto capit. *25*. Intus ipsa (inquit) Antiochia libera Epidaphne cognominata. Hæc velut leui brachio, sed non absque tædio tamen, in hoc fragmentum annotari placuit: quanquam id vehementer optamus, tam purè aliquando prodeat vel totus Liuius, vel hic liber, vt his meis coniecturis non sit opus. At ita habent literarum negotia, vt nulla doctorum quanuis sedula ac diligens opera satis sit vel vni corruptori. Adeò in errores prona est humana imbecillitas.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM XXXIIII. HENRICHI GLAREANI ANNOTATIONES.



NE qua mulier plus semuncia auri haberet.) *676*. F. Secus nobis tradidit Liuius lib. *6*. de secundo bello Pun. COSS. enim M. Marcello IIII. ac Valerio Leuino II. vbi priuati conferunt pecuniam, vxori filiæue singulæ vnciæ auri relinquebantur, & pondo argenti. Hic autem non licuit plus semuncia auri vllam habere mulierem, lege Oppia. De qua lege ne vnum quidem verbum fecisse Liuium lib. *3*. eiusdem belli, quando Q. Fabius suffectus Posthumio, cum Sempronio fuit COS. anno quarto eius belli, admodum miror. Quare videat lector, vter ex altero locus sit emendandus. Deinde vtrum Liuium memoria lapsum, an diuersos vtroque in loco secutum authores (vt fit sæpe) credamus.

Et liberos tuos inexorabiles.) *678*. I. Dubium ex prioribúsne pendeant hæc verba, an ex sequentibus. Quidam etiam de solis puellis, non pueris intelligi contendunt, quod equidem nescio.

Quid vetus regia lex.) *679*. D. Quidam codices habebant, num vetus lex, quod non displicet, sed vtrunq; intelligitur. Dicere enim vult, legem Oppiam neque veterem regiam esse legem, quas multas à Romulo latas Dionysius refert, neque à Decem viris proditam. Exemplum autem matronarum quod de Capitolij obsidione paulò antè refert L. Valerius, à Liuio eo anno non habetur libro quinto sed quarto antè anno, hoc est proximo post Veios captos, ab Vrbe cond. *360*.

Tali tempore in luxuria & ornatu matronæ.) *680*. F. Hæc nisi ironia graui pronunciata intelligamus, interrogatiue legenda videntur. Vult autem aduersus Catonem ostendere, non ob luxum ac ornatum immodicum matronarum coercendum, hanc latam legem, sed miseria ac inopia quod historia eius temporis probat, cum in tanto luctu tum matronæ fuerint, vt Cereris etiam sacrum intermissum: vnde & senatum iussisse intra XXX. dies finiri luctum.

Scilicet si legem Oppiam abrogaueritis.) *680*. I. Hæc, contrà atq; præcedentia, quia per ironiam dicuntur, meo quidem iudicio, venustiora erunt si enunciatiuè absque interrogatione legantur, habebunt enim plus gratiæ.

A Phocæa, vnde & Massilienses.) *681*. B. Admonuimus etiam libro quinto ab Vrbe condita hoc in loco rectè legi à Phocæa, cum illic perperam in omnibus quotquot nos vidimus exemplaribus, legatur à Phocide, quæ regio Græciæ est, vnde adagium φωκέων, siue φωκικὴ ἀπόνοια, id est, Phocensium desperatio: cum Phocæa, à qua vrbe & hi & Massilienses orti, sit in Aeolide Asiæ: vnde adagium alterum φωκαέων ἀρά, id est, Phocæensium execratio. In Latinis fefellit Phocensis à Phocide, & Phocæensis à Phocæa.

Eodem tempore Heluio decedenti ex vlterio. Hispan.) *681*. D. Pro Heluio, alij libri habebant, Helio. At in literis facile error is accidere potest. vt M. Aelium mutarint in Helium. deinde aliquis ex Helio fecit Heluiũ. M. Aelius fit prætor vlterioris Hispaniæ anno quarto huius decados, non ita longe à fine libri secundi, vbi tamen Heluius quidam legunt.

Cum prouincia quoque successori Q. Minutio.) *681*. E. Vlterior Hispania, in qua anno huius belli IIII. prætor fuit M. Aelius, vt iam diximus, anno quinto obuenit Q. Fabio Buteoni: at Q. Minutio citerior. Quare M. Aelij successor non fuit Q. Minutius, sed Q. Fabius. Et Q. Minutio in citeriore Hispania P. Manlius successit, vt post hanc, quę iam sequitur pugnam, ipse fatetur Liuius. Fieri autem potuit, vt Liuius in re non admodum magni momenti lapsus fuerit memoria, videlicet in tanta rerum gestarum mole: & fortasis duo Q. librarij errorem fecere.

Et Oscensis argenti CCLXXVIII. millia.) *682*. F. Osca Vrbs est Illetgetum apud Ptolemęum in Hispania, vbi videntur fuisse argenti fodinæ. Cæterum id argentum meliúsne fuerit alio argento, an peius, mihi non constat. Certe quæ hic ponitur summa, si Budæana supputatione in singulas libras decem statuamus coronatos, in immensum cresceret, quare numerum suspectum puto, aut non libras intelligendas: quod equidem magis crediderim. Sed iudicet lector.

Ab dextero latere hostium circunduci iubet.) *683*. B. Illud, ab dextero latere hostium, male quidem tinnit, intelligitur tamen. Nam circum latus hostium dextrum, duæ hæ missæ cohortes venerunt ad tergum sinistri cornu hostium, qui premebat dextrum Romanorum cornu.

Aegrè Romanus resistebat.) *683*. C. Quidam Romanis emendarunt, quod nescio vt placeat, propter sequentia proxime verba. Sed sic etiam resistebatur emendandum, vt sit sensus. à sinistro cornu hostium ægrè Romanis resistebatur, quod & à fronte barbari vrgerentur, & instanteis cohortes pauidi respicerent. Quanquam clarior erit

sensus, meo quidem iudicio, si à sinistro cornu Romano noua incipiatur sententia, & cohorteis Romanas intelligamus, quas Cato miserat in terrorem sinistri cornu hostium, ab dextero tamen eorundem latere ductas. Item quod continuò sequitur, Et emisis soliferreis Phalaricisque: quidam pro &, legunt vt. Ego pro emisis, legēdum puto omisis. Soliferreum autem teli genus, totum ferreum. Phalarica autem quid sit, ipse Liuius libro primo de secundo bello Punico in oppugnatione Sagunti eleganti simè describit. & Veget. lib. 4. cap. 18. Quanquam hic magis quadrat ea significatio, qua hoc verbo vtitur Virgilius libro nono Aenæidos, vbi Turnus Bitiam sternit, ab altera haud dubiè deducta. poterant enim multi generis esse.

Et ipse inter equites sparo percutit.) 683. D. Seruius in Aeneidos librum, ad hoc Virgilij carmen.

Agrestisq; manus armat Sparus.)

Bene agrestis, inquit: nam sparus est rusticum telum in modum pedi recuruum. Sallustius in Catilina: Sparos aut lanceas, alij præacutas sudes portare. Hæc Seruius. Nomen adhuc manet in Celtica lingua, qua etiamnum Heluetij vtuntur. Quod ideo admonemus quod quidam in hūc locum ita scripsit: Sparum genus est Lini in Italia frequentis, cuius caule, sicut vitibus, cædebantur milites liberi. quasi idem sit sparum ac sparus.

Bergistanorum ciuitates septem.) 684. G. Bergistani qui sint, non memini me legere. Bergidium oppidum bis ponit Ptol. semel in citeriore, iterum in vlteriore Hispania. Sed lector videat vt hic quadret. Sanè apud hunc authorem, quod sæpe nunc testati sumus, locorum nomina, pleraque corrupta videntur. Quanquam fieri potuit, vt tot elapsis seculis multa fuerint mutata nomina, vt paulò pòst de Segestia quoque suspicor. Vix Turditani atque Celtiberi noti, nec tamen illi quidem satis apud posteriores definiti ad antiquam descriptionem, tantum abest, vt vbi Seguntia cuius paulò pòst mentionem faciet olim fuerit, certò demonstrare queamus.

Priuatis inducijs ingredientes.) 686. B. Non video quomodo hæc oratio per participium suspensa, non aliquid desideret. Sed iudicet lector.

Defecere ad eum Sedetani, Ausetani Suesse.) 685. B Sedetanos, vt superiore etiam decade testati sumus, putamus à Plinio Ptolomæoque dici Edetanos. Ausetani in quibusdam codicibus, Auxetani, in quibusdam Authetani, sed librariorum errore, vt puto, nominantur Suessanos libro quinto decados superioris cum indibili regulo nominat: lib. autem 8. eiusdem, Suessitanos populi Romani amicos facit. Idémne sit populus haud equidē scio. Lacetanorum autem meminit Cæsar libro primo de bello ciuili, vbi & Ausetanorum. Mirum vero quod Lacetanorum oppidum longitudine latitudineque descriptum non nominet hoc loco Liuius.

Confestim inde victor ad Vergium ducit) 685. D. Ita omnes habent codices, quos nos vidimus: sed Vegetanos nescio vbi inuenias in Hispania.

Qui circa Cylarabin gymnasium.) 687. E. Pausanias libro secundo vbi de Argis, Cylarabin Stheneli filium regem Argiuorum fuisse dicit, & gymnasium quoque esse Argis ab eo nominatum. In multis codicibus perperàm legitur Cyralabin. Sed in hoc nomine quod ad l & r attinet, contrarium accidit quod in Sthenelo & Caralibus, pro quibus vulgus Sthelenum ac Calarim dicit.

Tertio die ad Carrhias posuit castra.) 688 F. Caryæ vnico, & sequente y, legendum arbitror ex Pausaniæ libro tertio, qui in Laconia locum Dianæ ac Nympharum esse scribit. Quanquam id lectorem moratur, quod hic expectare sociorum auxilia velit, priusquam hostium intraret agrum, vt Caryæ in Laconum agro non aptè videri queant: vnde quidam Caphyæ legendum putarunt, quæ in Arcadia sunt, vbi & Tegea. cuius hic quoque mentio: sed ego temerè non mutauerim.

Illotum deinde quidam.) 688. I. Ilotarum quidam emendarunt & rectè. Sunt autem quos Helotas Strabo li. 8. vocatos ait. Diphthongus ει, id discriminis fecit, nunc in e, nunc in i, Latinis versa, ostendunt εἱλῶτας ac ἑλώτεια. Cæterùm apud Græcos aspirationem habet, siue ἀπὸ τοῦ ἕλους veniat, vt Strabo sentire videtur quodam in loco, siue ἀπὸ τοῦ ἕλειν. vt alijs quibusdam placet.

Ad Sellas super Eurotam.) 468. I. Polybius libro secundo non ita longè ab fine, vbi hanc describit pugnam, vocat hunc locum Sellasiam. Meminit & in Laconicis Selasiæ Pausanias. Cæterùm Polybius Sellasiam in regionem Laconicam aditum ait, & ei loco duos imminere colleis, Euam & Olympum. Viam autem inter hos mediam esse, quæ per ripam profluentis fluminis ducat Spartam. quo in loco fluminis nomen omisit, quod si Eurota fuisset, haud dubiè positurus. Ideoque alij legunt, ad Sellasiam super Oenunta, pro ad Sellas super Eurotam. quanquam Polybius post paulùm Gorgili fluminis meminit, haud procul ab eo loco.

Sub ipsas Mænali montis radices.) 689. A. Omnes Mænalum Arcadiæ cum oppidum tùm montem ponunt, quare videndum nū rectè locus habeat. hic enim de Sparta loquitur. Fortasis autem Taygetum scripsit Liuius. Neque enim iam in Arcadia erat. Quintius & ipse statim Taygeti mentionem facit. Sed lectoris esto iudicium.

Nabidis dom. satellitem factum tribunum. mil.) 695. B. Vide quem Aetoli appellent hoc nomine. Quintiúmne per contemptum, cum esset procos. an alium quempiam. Alij legunt, factum Rom. Porrò de eo quod subiungit Liuius, sunt qui non ex oppido proficiscentem bellum gessisse tyrannum, tradant: multi dubitant, qui fieri potuerit vt castra sua Nabis aduersus Rom. castra poneret, si ex oppido non fuerat profectus. Sed fortassè aliqua desunt verba.

Prætoria inde com. ha. creati P. Cornelius Scipio.) 695. C. Quia P. Cornelius Scipio Africanus hic COS. factus est, huic alteri Scipioni addendum erat. vt puto, vel Cn. filius, vel Nasica, vt libro quinto non ita longè ab initio, ac libro sexto prorsus initio, ac deinceps sæpè additur, vbi minor causa quàm hoc loco vrgebat. Item quod statim subiungitur. T. Iuuentius Alua, quidam Calua emendarunt. Cæterùm in Plinio libro 7. cap. 53. quidam Talpa. quidā Talua legunt. tanta est in hoc cognomine varietas.

Q. Pleminius qui propter multa in deos ho.) 696. G. Hunc Pleminium lib. 9. præcedentis decados ante iudicij diam in vinculis mortuum tradidit Liuius. At Licinium hæc scribere, quæ tamen hic Liuius tanquam oblitus eorum quæ antea dixerat absque authore nunc prodit.

Deduxere triumuiri T. Semp.) 696. G. Dubium an hi in Campaniæ tantum oppida, Puteolos, Vulturnum ac Linternum, an etiam Salernum Buxentumque, illud in Picentinis, hoc in Lucanis oppidum, colonos duxerint: neque enim verisimile est his posterioribus agrum Campanum diuisum cum prioribus esse. Certè alteris deesse sui videntur deductores. atq; ideo aliquot verbis defectum esse. Cæterùm M. Heluius hic rursus legitur, de quo sæpè in prioribus. Omissi & paulò pòst triumuiri Tempsæ. Quidam ad L. Cornelium Merulam adiecere C. Salonium, sed nihilominus tertius abest. quæ omnia sanare nobis absque vetusto aliquo exemplari non videbatur possibile, quanquam res est haud magni momenti. 696. I.

Boiorum res tum regulus eorum.) 987. G. Idem dico de hoc loco: nam quis ita loquitur, Boiorum res tum regulus eorum castra posuit? Quidam Boiorix, pro Boiorum res, restituerunt.

Vt populus Rom dignis datam libertatem. 798. G. Quidam, hinc dignis, legendum putant, quod statim rursus sequatur hinc. Ego libentius ita legerim: Vt populus Romanus & dignis datam libertatem, & munus suum bene positum sciret. Planissima lectio est, vt populus Romanus dignis datam libertatem, ac munus suum bene positum sciret.

Auri pondo fuit tria millia septingenta.) 669. B. Nota hoc genus sermonis, Auri pondo fuit tria millia, vt paulò antè infecti argenti fuit XVIII. millia pōdo. Item post aliquot versus, Præbuerunt speciem triumpho, vide num speciem legendum: nihil tamen mutarim. Budæus libro

secundo de asse, vbi hæc loca doctè tractat, suspicatur proximè ante hæc verba legendum potius quatuor denariorum quàm trium.

Vna Iunonis Matutę in foro olitorio.) 699. C. Hæc ædes à Cn. Cornelio Cethego anno quarto huius belli vota fuit Sospitæ Iunoni, non Matutæ. Vide ipsum hunc authorem libro secundo non multis folijs à fine, vbi cum Insubribus confligitur. Sane Iunonem Matutam dici nusquam quod sciam legi. Cn. etiam hic Cornelius legendũ, non C. ex eodem libro: quod miror non emendatum in nostris codicibus.

P. Sempronius Sophus.) 699. D. Libro nono secundi belli Punici sub finem de P. Sempronio Tuditano COS. cum Hannibale confligente ita ait Liuius: COS. principio pugnæ ædem Fortunæ primigeniæ vouit. Igitur Tuditanus pro Sophus hic legendum, nisi duo huic viro cognomina fuerunt, quemadmodum illi Sempronio qui COS. fuit anno ab Vrbe condita 450. quem Liuius P. Sempronium Sophum appellat li. 9. Plinius autem lib. 33. cap. 1. P. Sempronium Longum.

Megalesia ludos sce. Attilius Ser. L. Scrib. Lib. primi.) 699. D. Lib. 9. secundi belli Punici de suscepta matre deûm ita ait Liuius: Populus frequens dona deæ in Palatio tulit, lectisterniumq; & ludi fuere, Megalesia appellata. Ergo hic non primi facti sunt hi ludi. Idem Liuius lib. 6 huius dec. primos scenicos ludos fuisse factos scribit ex Valerio Antiate. Variatum igitur hoc historia est. Quod autem continuò subnectitur: Horum ædilium ludos Romanos primùm senatus à populo secretus spectauit, haud scio quàm verum sit. Nam libro primo de Tarquinio Prisco, atque ludis ab eo institutis, ita ait Liuius: Loca diuisa patribus equitibúsque.

Ad quingentesimum octauum annum In promiscuo.) 699. E. Insignem hic considera mendam lector. Ab initio huius decados numeratur annus ab Vrbe condita quingentesimus quadragesimus, hic quingentesimus octauus, cum octo interea effluxerint anni. Quare non fit mihi dubium, vt illud quadragesimus suprà pro quinquagesimo irrepserat, ita hic omissum quinquagesimus. Quare locus ita legendus: Ad quingentesimum quinquagesimum octauum annum, &c. vt quatuor anni desint ab Vrbe condita. Nec dubium est vlli, sub Romulo fuisse etiam spectacula.

Sic, vt aut sola, aut prima certe pensari decet principi.) 701 D. Subobscura est sententia, intelligitur tamẽ: & Græco dicendi modo vtitur, decet principi. Terent. in Adelphis: Vt vobis decet ὑμῖν πρέπον.

Neque traijcientem, sed quod in speciem.) 702. H. Pro sed, alij emendarunt, &: quasi dicere velit, regem neque traijcientem, & tamen paratum traijcere. Per sed. idem intelligi poterat.

Emporia vocant eam regionem.) 703. B. Huius regionis cum simili descriptione etiam mentio est, libro nono de secundo bello Punico, vbi Scipio in Africam traijcere parat. Pleriq; libri fœminino genere hoc loco Emporiam habebant: sed Emporiæ, arum, Hispaniæ est oppidum, vt suprà in hoc libro ab initio patuit. Verum neq; Scipio ad Syrtim paruam traiecit, neq; Masæsylorum, aut omninò Numidiæ dominium, ad Syrtim paruam erat. vt puto. At hercules magna est locorum in Africa confusio apud Romanos scriptores: quod in Sallustium olim, & suprà priore decade in hunc authorem, satis supérque conquesti sumus.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRUM XXXV. HENRICHI GLAREANI ANNOTATIONES.

PVGNATVM inde haud procul Ilipa vrbe est.) 704. I. Illud inde, nisi loci sit, omninò tollendum est. Ptolemęus Ilipam vnam, Ilipulas duas, magnam alteram facit, mõtem præterea Ilipam: omnia hæc in Bætica. Plin. lib. 3. cap. 1. Ilipam magnam, & Ilipulam minorem vocat, haud scio diminutione exiguitatem denotante. Ilipę etiá meminit Strabo lib. 3. ad finem, de magna, vt opinor, loquens.

Cuius cernendi cum ratio quæ. diem fin. pla. fœner.) 706. I. Pro cernendi, quidam coercẽdi emendarunt, haud scio quàm bene. Illud magis lectori perpendẽdum, num diem fœneralia appositiuè intelligendum, vt bacchanalia, saturnalia, atq; alia eiusmodi: nam ego nihil definio. Quidam feralia legunt.

C. Flaminius in cit. Hosp. op. Iluciam in Oretanis cepit.) 706. K. Antonius Sabellicus etiá hunc notat locum, Iluciam apud Ptol. Heliciam dici, quod equidem nescio, cum apud eum Ilicis non in Oretanis, sed in Contestanis, non ità longè citra Carthaginem nouam vrbs ponatur. Plinius Ilicos coloniam vocat, pluratiuo numero: vt in Ptolem corruptum videri queat Ilicis nomen additiones, pro Ilici. Fieri autẽ potest vt Ilici in Contestanis, Ilucia verò in Oretanis, fuerint diuersa nomina. Illud magis mirandum, quo pacto Oretani vicini Bæticæ sint in citeriore Hispania. Atqui diuisio harum duarum prouinciarum varijs temporibus diuersa fuit, vt ipse etiam fatetur Plin. Suspicor etiam Liuio hæc in Hispania nomina non omninò nota fuisse, vt sæpè ante conquesti sumus.

Sex. Aelius Pætus, & C. Cornelius Cetheg.) 707. B. Cn. Cornelius legendum, non C. Quanquam & anno septimo huius belli vbi Censores creantur, id quoque neglectum. Cæterum fuit COS. anno quarto huius belli.

Triumuiri deduxerunt C. Manlius Volso.) 707. D. Et hic Cn. vocatur, non C. Manlius. Fit autem COS. postea lib. 7. & in Gallos Asiaticos expeditionem suscepit. In libris multis benè habebat hoc prænomen, at quidá temerè mutarunt Cn. in C. Quidam A. Manlius Volso legunt.

Quadragena iugera in pedites.) 707. D. Si Apustio authore tertia agri pars adempta est, vt paulò post Liuius ait, legendum tricena iugera in pedites, non quadragena. Sequitur enim, vicena iugera pedites, quadragena equites acceperunt. Id facilè paret qui numerorum rationem tenet: mirórque neminem ad talia vigilare, in quibus res ipsa clamat.

L. Valerius Tappus.) 708 F. In quibusdam codicibus omissum nomen erat Valerij huius, sed non rectè. Cæterùm hic Tappus cognominatur, alibi Tappo, vt libro septimo deinde, maxime inter triumuiros qui Bononiam coloniam deduxerunt. Et C. Valerius lib. 8. tribunus plebis Tappo dicitur. Sed de hac variatione satis.

Antiochus rex ea hyeme Rhaphiæ in Phœ.) 709 D. Rhaphia vrbs post Rhinocolura sita est, prima ciuitatum Syriæ quæ Aegyptum aspiciunt, ait Polybius lib. 5. Cæterùm omnes Palæstinæ vrbem faciunt: solus, quod sciá, Liuius Phœniciæ. Sed vel error est in codice Liuij, vel duæ eiusdem nominis sunt ciuitates, vel Liuio ipsi hæc non admodum cognita fuere. Ad eam vrbem Ptolemæus quartus, qui & Philopater, cum hoc Antiocho ante aliquot annos feliciter pugnauerat. Hic verò Ptolemæus quintus est Epiphanes, si non fallunt Chronica Eusebij: in cuius tamen codice Antiochus dicitur vicisse Ptolemæum Philopatera, sed errore forsan librariorum.

Ad Pisidas qui circa Sicam incolunt.) 709. D. Ita omnes habent codices nostri. Verùm ex Plin lib. 5. cap. 27 legendum, qui circa Sidam incolunt, cuius & Ptolemæus meminit & alij, atq; adeò ipse postea hic author lib. in pugna nauali Eudemi ac Hannibalis. Quidam Selgam reposuerunt, quod mihi non probatur.

P. Sulpitius, P. Iulius.) 709 E. Priore libro tres Publij mittebantur ad Antiochum, Sulpitius, Iulius, Aelius: hoc autem loco Aelius omnibus codicibus deest. Nec hoc incuna

curia authoris factum videtur, cum de Sulpitio tàm diligenter commemoret, vt Pergami æger substiterit, postea verò Ephesum cum Iulio rursus venerit: Aelij ne meminit quidem. Credo autem Liuium diuersos secutum authores, quod per Claudij testimonium roboratur. Sed lectoris esto indicium, nam res est non admodum magni momenti. Pro Iulio quidam vbique Villium legunt, vt antea admonuimus.

Elæam venere, inde Perg. vbi reg. Eu. fuit desc.) 709. E. Descenderūt habent omnes, quotquot vidimus, codices. Sed quomodo descenderunt à mari secundū flumen Caicum ascendentes? Res geographis nota, vtcunq; alij iudicauerint. Editio Frobenij nuper hæc rectè emendauit.

Antiocho si Smyrna & Lampsacus.) 711. C. Ordinem puto, Romanis indignū videri si Antiocho Smyrna & Lampsacus imperata faciant. Considerandum tamen sime locus corruptus.

In duobus velut cornibus Græcia.) 711. E. Incertius hoc est loco, vbi nam distinguendum, & quæ illa sint cornua Græciæ, tum quomodo Aetoli in vmbilico Græciæ. Strabo lib. 8. simile quiddam habet de Peloponneso, à Demetrio Phalereo boue dicta, cuius cornua esse Ithomen Messeniorum, & Acrocorinthum Corinthiorum montes: sed vt hunc locum iuuent, non planè video.

Oppidum Litabrum munitum opulentúmq;.) 713. C. Neq; hoc nec quæ sequuntur paulò pòst oppida facile reperias apud clasicos scriptores. Fieri autē potest vt diruta fuerint. aut nomina vel mutata vel corrupta. Hoc etiā obiter hic notandum, quæ Liuius hic de Consulum in Boios profectione narrat, eadem illa narraturū esse post aliquot paginas, paulóq; diuersius. Porrò quæ de M. Fuluio Nobiliore, vlterioris Hispaniæ prætore ante aliquot paginas huius libri narrauit, hic prope eadem repetere, nempe de Toleto ac Vectonibus, perinde atq; antea nihil ea de re dixisset. Sed nō est mihi dubium, tanta rerum gestarū mole, ingentiq; scriptorū multitudine, Liuij memoriā obrutā: nec id mirandū, præsertim in homine sene.

Quadriremis vetus capta annis ante octog.) 715. A. Hic locus quibusdam in codicibus totus erat corruptus, in alijs restitutus, vt nihilominus hæreas. Nec id mirum: nā historia illa de Cratero ac eius vxore Nicæa, aut, vt alij habent codices, Nicala, obscura est.

Ad Pleias posuit castra.) 715. C. Pleias locum in Laconica non memini me vspiam legere. Leucam quidē agrum in Laconica ponit Strabo lib. 8. Et Acrias promontorium ad Eurotæ fluuij ostium quidam ponunt. At Strabo εἶθ' ὁ Εὐρώτας ἐκδίδωσι μεταξὺ γυθίου κ̀ ἀκραίων. id est deinde Eurotas excurrit inter Gythium ac Actæas. Ptolemęus Acriam vocare videtur. Nam Acritas promōtorium, de quo Plin. lib. 4. cap. 5. longius ad occasum est. Sed hæc lectori iudicanda relinquo. Illud mihi mirū, quòd hoc loco Nabem ait posuisse castra ad Pleias postea verò, cum ea à Philopœmene incēsa essent, nō aderat Nabis, imò à Gythio mittit pręsidium agris. Verùm ea κατ' σιωπώμενον intelligi possunt.

Idem Telegam exercitu contracto.) 715. D. Inde. habent alij libri. Et vide num Tegeam legendum potius: nec enim vspiam legi, quod sciam, Telegam.

Ad Caryas primùm in hostium terra posuit ca.) 715. E. Priore libro Liuius ait Romanum imperatorem Caryis expectasse sociorum auxilia, priusquam hostium intraret agrum: hic ait ad Caryas primum in hostium terra Philopœmenē posuisse castra. Nisi quis intelligat ita dictum ad Caryas, hoc est, nō longè ab eo oppido. Confines enim erant Lacones & Arcades. Quæ controuersia effecit, vt quidam priore libro Caphyas legendum putarint pro Caryæ, quod haud scio vt probem.

Ad Barbosthenem (mons est X mil. pass.) 715. E. Haud facile id nominis reperias apud idoneos authores, vt puto. Fortasis autem nomen obscurum est, ideoq; à Liuio adiectum quod in parenthesi ponitur.

Thoas princeps gentis, quem miserant ad Antio.) 718. H. In hoc libro paulo antè Dicæarchus Thoantis frater ad Antiochum mittitur, hic ipse Thoas missus dicitur, quod idem Hannibal repetit libro sequenti. Manifestus error, aut memoriæ lapsus potius.

Ponere hastas Alexamenus iubet) 720. K. Illud, ponere etiam atq; etiam considera vt intelligendum. Tyrannum enim statim confodiunt æquè ipsi atque Alexamenus. Quod ideo annotare placuit, etiamsi pusillum videri in re potest, quòd de Aetolis ijsdem statim subiungit: Si extemplò (inquit) positis armis vocata in concionem multitudo fuisset. Neque enim deposuerunt arma, cum mox subiungat: Frequentes inde retenti in armis Aetoli.

Laconicus eius stirpis erat, puer admodum.) 721. A. Vellem pueri huius posuisset nomen. Neq; enim de Aegitipole eum loqui puto, qui iam grandis erat, regnum tamē iure gentium eius Lacedæmone erat, vt priore libro ait Liuius. Et puer hic planè ad ætatem, non ad sexum retulit.

Aetoli circa Chalciœcum (Miner. est remp. ær.) 721. B. Hoc in plerisq; libris corruptè legitur Chalcioten. Meminit autem huius Pausanias in Lacoicis. & Thucydides Pallados χαλκιοίκου in primo, vbi de morte Pausaniæ regis Lacedæmoniorum. Meminit & Suidas.

Ipsi cæteras copias nocturnis maxime itine.) 721. C. Qui sint illi ipsi, scire velim. Nā si Thoas ac Euthymidas, misso, scilicet Herodoro in Atalantam insulam, qui vera esse possunt, quę postea de Euthymida dicit? Euthymidas posteaquam castra popularium ad Salganea esse, profectósque Aetolos audiuit, & ipse à Thebis Athenas redijt. Hæc verba perinde sonant, atq; ipse Euthymidas Thebis substiterit fortunæ euentum expectans. cum tamen paulò antè Liuius dicat cum Salganea à Thebis processisse. σαλγανεὺς portus est Bœotiæ ad Euripum. Thronium autem triginta stadijs à Scarphia, quæ vrbs est ad Maliacum sinum, vt ait Strabo li. 9. Atalantā verò Opuntiorum insulā ponit Thucydides lib. 2. inter Eubœam & Locros. Quæ loca omnia si quis hic memoria teneat. & Liuij verba ordine legat, videbit nos hoc in loco non temerè dubitasse.

A Corintho veniens nauibus in Chalcidem.) 728. F. Incerta est distinctio, & ambiguè dictum, veneritne per Euripum Chalcidem Quintius, an in Euripo occurrerit Eumeni regi. Sed id perexiguum. Quidam Chalcidis in genitiuo legunt.

Quintius in Ligures. Domitius aduer. Boi.) 722. H Superius. vnde Liuius se diuertisse dicit, ita scriptum legitur: Domitius ab Arimino, quà proximum fuit, Quintius per Ligures in Boios venit, duo COSS. agmina diuersa latè agrum hostium peruastarūt. Quæ cum his, quæ hic dicuntur, nō quadrant: nam hic alterum duntaxat COS. in Boios profectum. cui se dediderint Boij, tradit illic ambos in Boios profectos, ambobusque se Boios dedidisse.

Aedes duæ Ioui eo anno in Capitolio.) 723. A Furius Purpurio prætor fuit anno primo huius decad. Et Ioui quidem ædem vouit, quando aduersus Gallos Cremonā obsidenteis pugnauit, qua pugna Hamilcarem Pœnum cecidisse scripsit Liuius. Cæterū lib. 4. huius decad. COSS. P. Scipione & P. Sempronio hæc verba Liuius habet: Et in insula Iouis ædem C. Seruilius duumuir dedicauit: vota erat sex annis antè Gallico bello ab L. Furio Purpurione prætore, ab eodem postea COS. locata. Hæc ibi. At hic de duabus Iouis ædibus mentio, non in insula, sed in Capitolio, ab eodem L. Furio votis: altera cum esset prætor, altera cū esset COS. etiamsi anno quinto huius belli, quo hic L. Furius COS. fuit, nulla de ea fit cōmemoratio in lacero illo libro tertio. Porrò in insula ædes Iouis antea dedicata dicitur. quòd si alia est ea ab his, quæ in Capitolio dedicatæ hic dicuntur, oportuit Furium hunc treis vouisse Ioui ædes, quod nō videtur verisimile. Diuersos secutum authores Liuium crediderim, aut memoria lapsum.

Et ijdem porticum extra portam Trige. inter lignarios.) 723. B. Dubitauit & Sabellicus de hoc loco. Cæterùm ipse in veteri codice scriptum esse ait, interlignario: cui iungendum existimat opere, quo modo facilè esset libros emendare. Alij itaq;, vt Moguntinus codex, legunt interlignarios: sed qui illi sint, adhuc quæro.

Imbrum primo insulam tenuit inde Sciathum.) 725. F. Imbrus nauigantibus ex Phrygia in Maliacum sinum, satis ad sinistrum est: ideoq; considerandum vt locus habeat. Quanquā ex statim sequētibus verbis apparet, non

quo volebant isse eos, sed quò oportebat, vbi collectis (inquit) in alto, quæ dissipatæ erant nauibus. Post aliquot item versus, rectè restitutum est Lamiam pro Hyamea, quod nomen nusquam est apud authores.

Toties legationibus missis Romam.) 723. I. Quidam Roma in auferendi casu legunt, quod ego non probo. quanquam & à Roma legati in Aetoliam venerint sæpè, & ex Aetolia rursus Romam.

Iam inde à Barcillæ morte, & quæ secutæ.) 725. C. De hoc Barcilla libro tertio huius decados. Sed obscurum est quod hic dicit, & quæ secutæ eam fuerant. nisi intelligas mortes: quod nescio vt placeat: ego pauxillum quiddam deesse suspicor.

Antiochi legatus prior quàm Aetoli est auditus.) 725. D. Est hæc oratio vbi grammatici vel synecdochen vel Zeugma à posteriore esse contendant: quanquam Aetolorum legere malim, quòd ex abbreuiatione Aetol. ac puncto pòst posito, facilè alius Aetoli, alius Aetolorum facere potuit.

Dacas, Medos, Elymæosque.) 725. E. Ego Daas legendum existimo, qui Medis sunt vicini ad mare Caspium, vt author est Strabo. Meminit Ptolemæus in descriptione Margianæ: quanquam plerique eius codices etiam Dacas habent, sed perperàm.

Et ex Pamphylia Hydetas tenere.) 725. E. Non memini me legere Hydetas in Pamphylia. Vide si fortè Sidetas legendum, à Side, quam rex Antiochus oppugnauerat, vt hoc libro antè dictum est: potuere enim interea fieri amici.

Est autem res simillima cœnæ Chalciden.) 726. H. Hoc exemplo hospitis duo reprehendit in Antiochi legato, & quòd ex vna gente multas faciat, & quòd ex mansuetis imbellibusque feroces ac truces: quemadmodum ex vno porco hospes ille multam variamque venationem, & ex mansueto speciem ferinæ carnis fecisse visus erat. Meminit eius D. Erasmus in Adagio, Ex vno multa facere.

Cum iam Menippus castra ante Sal. ad Herineum 727. B. Erineum oppidum est Doridis, vt omnes scribunt. Ad Euripum autem nemo, quod sciam Herinei meminit in litore Bœotiæ. Quare ego vel ad Euripum legendum arbitror. Nam & ad finem huius libri dicturus est, Pertinacius Romani Euripum tuebantur: vt Aulis intelligatur, vel ad Hermeum, vt alij emendarunt.

Achæorum & Eumenis milites Salganea.) 727. D. Achæi quingenti missi in Chalcidem venerunt: cæterùm haud dubiè, tradita regi Chalcide ipsi discessere. At quo pacto deinde aut ipsi Salganea venerint, cum Menippus ibi castra haberet, aut quando antè illuc ab Achæis missum sit præsidium, nō meminit Liuius. Præterea nec hoc explicat, quale illud castellum ad Euripum, quod Romani milites munierunt ab Aulide auersi: sed puro Delij, quod Strabo libro nono ταναγραῖον πολίχνιον appellat. Quanquam & hoc dubium, fueritne antea vallum & agger, an nunc à militibus omnia parata. Sed hæc, vt alia pleraque, lectoris iudicio committimus.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM XXXVI. HENRICHI GLAREANI ANNOTATIONES.



AVLO Cornelio Mammulæ Brutij.) 728. I. Priore libro, vbi hi magistratus creati sunt, L. Cornelius dicitur in plerisque codicibus. Tu vide, vtrum locum ex altero emendare malis. Nam & ab initio libri sequentis rursus A. non L. dicitur. quare alij indubitanter a emendarunt.

Vt vna ab Agrigento ad Pachy rum esset &c.) 728. K. Si hæc bene habent, inæqualis sanè diuisio, præterea quæ totum non complectitur. Nam longe maxima restat à Tyndario Agrigentū, quæ ad occasum vergit. At ego suspicor pro Agrigento legendum Agathyrno, quod propè Tyndarium est, temere tamen hæc non assero, iudicet lector.

Scena & Fregena & Castrum nouum.) 729. B. Plinius lib. 3. cap. 5. Freginates in agro Falerno ponit: ea hic sit eorum colonia videndum, quanquam libri variant. Quidam pro Sena, Enam, quidam Hostiam legunt.

Carthaginenses tritici modium mille.) 729. E. Hoc mille altero caret numero, vt videtur: neq; enim vnum duntaxat mille modium tritici misisse credo, vt collario hic aliarum summarum satis indicat, sed aliquot millia modiûm. Quare diligentiùs antiqua videnda sunt exemplaria.

Et multorum eo statu, qui diut esse sine mu.) 730. H. illud multorum eo statu, obscurè est dictum, nec satis explicatur si dixerimus, labente disciplina multorum: quid enim sibi vult, eo statu? Ego locum corruptum suspicor. Sed iudicet lector.

Vester enim hic legatus Thoas inter cæ.) 731. C. Superiore libro, vt ibidem quoq; annotauimus, altero in loco Dicæarchus altero Thoas ad Antiochum missus dicitur, hic Thoantis rursus mentio. Sed hoc leuiculum. Id autem mirum, quòd superiore libro Alexandrum Acarnana de Philippo hanc comparationem apud Antiochum introduxisse scribat Liuius, hic verò Thoanta. Nisi quis ab vtroque & Alexandro & Thoante dicta esse Antiocho intelligamus: quod fieri quidem potuit.

Ipse cum omnibus ter. copijs in Bellionum agrum proc.) 731. E Cùm etiam Sabellicus hunc locū rectè annotasset, quidam tamen mutarunt in Byllinum, quòd Byllionum ex Strabone libro 7. legendum est: ait enim, super Epidamnum ac Apolloniam sedes habent Bylliones ac Talantij. Talantiorum meminit & Ptolomæus eodem in loco, quanquam nomina apud eum propè corrupta.

Inde Cyerum & Metropolin.) 732. K. Cyerum non inuenio apud quenquam, sed Cypera in Ptolomæo legitur inter Thessaliæ vrbeis, atque ita ego legendum puto.

Occupat Pellineum.) 733. A. πελλίναιον vocat Strabo libro nono. Plinius verò libro quarto cap. 8. Pelinnam vocare videtur. Aliud autem nomen est πελλίναιον ὄρος τῆς χίου apud Dionysium geographum. quanquam idem mons in Græcis plerisque Strabonis cocidibus πιλίναιον legitur. Porrò idem Strabo quatuor oppida circa Thamas numerat, Triccam, Metropolin, Pelinæum ac Gomphos, quæ Ptolomæus Estizotarum ponit, quamuis Attineum pro Pelinæum fortassis positum apud eundem. Chyrætias eodem loco reperias, at non item Malleolam.

Oppidum Gonni XXX. millia ab Larissa.) 733. B. Quidam pro XXX. emendarunt XX. quòd sequentia verba propinquitatem maximam ostendant. Gonnorum ad Larissam, videlicet vnde ignes ac castra Romanorum videri potuerint. At in Ptolomæi descriptione longius multo abest Gonnorum ciuitas à Larissa. Sed accipit hæc controuersia variam ac etiam veram excusationem.

Dum patrem primo ablegando.) 733. C. Illud verò vt defendatur, aut verius vt intelligatur, haud equidem scio. Quomodo enim ablegar, & liberum, & quem paulò pòst sit rogaturus? Quare alij rectè adlegando emendarunt.

Cum per Phocidem, Cheroneam.) 733. D. Rex Antiochus Chalcide in hybernis dormierat, quomodo igitur per Phocidem Cheroneam venire poterat? cum Cheronea sit vrbs Bœotiæ, cui Chalcis ab ortu, & Phocis ab occasu. Nisi quis malit de Chalcide Aetoliæ intelligere, de

qua

qua paulò pòst. quanquam, vt puto, adiecisset Aetoliæ, cum à Demetriade illuc eũ discessisse facit. protiius enim est iter in Chalcidem Eoboeæ intelligere, quàm Aetoliæ.

Quę præter Chalcidem & Lysimach. fert ad Stratum.) 733. E. Huius Chalcidis in Aetolia omnes meminerunt. Lysimachiæ etiam Strabo lib. 10. vbi de Oleno: nam vtraque deserta erat illius tempore. Stratus autem Acamaniæ maxima vrbs super Acheloo, cui Liuius more suo adiecit præpositionem. Ideo autem à nobis hæc notantur, ne, quę bene habent, temerè ab aliquo mutentur. Nam pro Chalcide quidam ita Calydonem substituerunt.

Ad Medeonem & Pyrrheum.) 733. E. Strabo lib. 9. duos facit Medeones, alterum in sinu Crissæo, de quo hoc loco Liuius. vt opinor, intelligit. alterum Bœotium, qui ab illo fit denominatus. Pyrrheum verò nescio his locis. Pyrrhá multi nominát. Vetustiores libri habent Tyrrheum.

Philippus Mallœam Perrhœbiæ, Bœbius Phila.) 734. I. Alij libri Maleam habebant, sed æque obscurum in Perrhœbis. Pro Philacio, quidam Phacium restituerunt, vt secundo quoq; volumine huius decad. admonuimus: nomen æque atquè prius obscurum.

Chyretias hinc & Eritium occupat.) 734. I. Chyretias paulò antè ostendimus Estiæotarum apud Ptolemæum oppidum. Sed Eritium vbi reperias, vix equidem scio.

Aegium, Argissa, Gomphi, Larissa, Tricca.) 734. I. Aegeá inter Emathiæ ciuitates enumerat Ptolemæus. Argissam Peneo adiacere, author est Strabo lib. 9. Larissa autem ab Athamanibus nusquam antea occupata refertur. propterea non video cur eam hic reponi voluerit Sabellicus. Pro ea igitur alij Silanam posuerunt, & pro Aegio ac Argissa, Aeginium ac Ericinium.

Quia videbatur & Limnæam eodem tempore oppo. posse.) 734. K. Quidam neutro genere, quidam fœminino legunt. At ego in Thessalia huiusmodi nomen non memini, quod sciá, legere. Nam quod in Laconica Limneum Pausanias refert lib. 3 huc non pertinet.

Ante saltum Thermopylarum in sep. versa Epirus.) 735. E. Elegans est hæc descriptio, quanquam improprie aliquot fines describit. Nam quis Epirum Thermopylis ad septentrionem intelligere potest? quod propter exemplaria admonemus.

M. Por. Catonem, & L. Val. Flaccum consular. leg.) 736. I. Hi COSS. vnà fuere anno ab Vrbe cond. 559. recte igitur consulares legatos vocat Liuius. Quanquam ipse Cato apud Ciceronem de Senectute se tribunum militum apud Thermopylas pugnasse M. Attilio Glabrione dicit. Sed in eo libro multa eiusmodi sunt, quæ à nobis, si CHRISTVS annuet, aliquando notabuntur.

Tum Macedonum robur, quos Sarissophoros.) 737. C. Haud immerito quidam mirati sunt, quo pacto Macedones cum Antiocho esse potuerint, cum eorum rex Philippus pro Romanis esset. Sed vel exules intelliguntur, vel ex Lydia Macedones vicini Mæonibus ac Phrygibus. in ea quam proprie Asiam dictam perhibet Ptolemæus.

Carpeiam tamen eodem die consecuti sunt hostem.) 738. F. Quæ sit illa Carpeia, non memini me legere apud vllum idoneum authorem. Iter fuit huius fugæ à Thermopylis Elateiam, in quo itinere esse eam oportuit. Vide num Lilæum legendum, quod ibidem ponit Ptolemęus. Quidam Scarphiam reposuerunt, cum ea sit ad sinum Maliacum, non vtique in hoc itinere.

A Chalcide profectus, Tenedum primo tenuit, inde Eph.) 738. K. Mirum hoc iter, si quidem non errat codex. Tu vide, num Tenum potius pro Tenedo sit legendum. Est enim inter Cycladas Tenus in eo itinere quod ab Eubœa Ephesum ducit. Carmine Virgiliano notior Tenedus inattentos decepit.

M. Fuluius Nobilior, qui biennio antè prætor.) 739. A. De eodem hoc Fuluio in hoc adeò libro eadem dicturus est, vt non sit dubium hic lapsum memoria Liuium.

A flumine Asoro.) 739. C. Ita ferè habent libri, sed ex Herodoti libro septimo, vbi de Thermopylis, Asopus dicitur, non Asorus. Meminit & Strabo libro 9.

Arcem extra muros, quæ frequentius propè quàm vrba. T. Semp.) 739. C. T. Sempronius in huius vrbis oppugnatione iussus à COS. intentos tenere milites, dum aliæ tres pugnarent acies, signumque expectare: quo dato, ab sua parte primus oppidum cepit. Si igitur ab arce oppugnabat, eam haud dubie cepit. Quo igitur pacto Aetoli postea in arcem confugere poterant? Nisi quis dicat, aut locos interea mutatos, aut duas eius oppidi fuisse arceis, aut aliod quippe pro arce legẽdum, vt suburbium, &c quod equidem puto. Et in hac descriptione mentio est Aesopi fluminis, & duorum amnium, quorum alterum in sinum Maliacum mutarunt quidam, cum hæc vrbs longe ab eo sino distet, quare diligentius hic locus inspiciendus in vetustis exemplaribus.

Ab altero amniculo quem Melana vocant.) 739. C. Ante hæc verba distinguendum est. vt Appium Claudium, nõ M. Bæbium ab hoc latere pugnasse intelligamus. Cæterùm quod quidá pro amniculo emendarũt, amnis latere, nõ placet. Nam Melana flumen ab vetere Trachine quinque distat stadijs, ipsá ab Heraclea sex, authore Strabo. li. 9.

Nam cum ariete quaterentur muri, non laqueis solum.) 739. D. Pro laqueis, quidam emendarunt iaculis: ex quibus verbis nullus est sensus. quare mutandum non erat. Considerandum etiam lectori, quomodo intelligendum fornices in muro ad excurrendum apti: nam ea res difficultatem adfert legenti.

Cum fatigatos iam Aetol. sciret COS & ex ratione temporis.) 739. E. Nec minus temere hoc loco ijdem, ex ratione, fecerunt, expectatione.

Pars vna, qua progressi erant, neq; defen. neque opp.) 740. G. Non obscurum est qua de parte loquatur, nempe de ea vbi Sempronius erat. Cæterùm illud, qua progressi, vexat lectorem. Quidam pro eo legunt. In qua ædificia extra vrbem: cum antea de arce loqueretur, nunc de semirutis, nullo adiecto substantiuo. Et, Neq; defenditur, neque oppugnatur. dixisse videtur pro, vbi quies erat, quanquam non diu duratura. Mihi locus suspectus est, lector ex verborum contextu iudicet.

Intersunt sedecim millia ferme passuum.) 740. K. Quidam emendarunt. iter septem millium ferme passuum. Videtur autem loqui de distantia Heracleæ atq; Lamiæ, quæ nobis non constat. Quanquam libro sequenti vbi Attilius Lamiam ceperat, dicitur iuisse ex Heraclea ad oppugnandam Amphissam, cum dicere debebat ex Lamia. Videntur igitur propinquæ fuisse vrbes.

Tum regionem maxime eandé spectat oppido quàm.) 740. K. Et hoc loco quidem oppido aduerbium existimatur. Alij ita emendarũt. Tum regionem eà maximè despectat oppidum, quà breue interuallum videtur. Sed ex vtraque lectione non video quid sensus elici queat.

Ita recessum ab Lamia est, & propinquæ cla.) 741. A. Considera hæc verba diligentius: nam quid sibi velint, non plane intelligo. Neque enim dedita est hoc loco Lamia, quæ primum posteriore capitur libro.

Mons est altissimus inter Callipolin & Naupact.) 742. I. Callipolin hoc tractu nusquam memini me legere, sed è regione Lampsaci ad Hellespontum: verum nihil ad hunc locum. Coracis meminit & Ptolemæus. Vide si forte legendũ, inter Chalcidem aut Callidromum & Naupactum: sunt enim hæc item Aetoliæ loca.

Legatos Chalcidem ad T. Quintium.) 742. K. Hic in Chalcide est T. Quintius, ad quem Messenij legati mittuntur, continuò autem pòst, audiós legatis, à Megalopoli ad Diaphanem prætorem Achæorum misit. quod vtiq; iudicandum lectori relinquimus.

Circa Eudamiam paruum oppidum inter Megalopolin.) 742. K. Ita pleriqae habent codices, sed errant. Andaniam enim legendum ex Stephano ac Strabone. Et ille quidem Messeniæ facit oppidum. Strabo autem libro octauo, Arcadiæ tenuem ait ciuitatem. ac olim Euryti Aechaliam esse dictam. Pausanias verò ab initio libri quarti ait regiam Messenes olim fuisse. Non me fugit duos Lacedæmoniorum fuisse reges Eudamidas. de Proclis progenie, si quis forte locus ab ijs nominatus sit, quod lector studiosus iudicet.

Inde

Inde Dolopiam & Aperantiam & Perrhœbiæ quasdã.) 743. E. Aperannia quæ sit regio, mihi non constat. eius paulò pòst rursus mentio cum iisdem Dolopibus ac Perrhœbis, item lib. huius decados octauo non ita longe ab initio. Quidam Aperanthiam scribunt, vt planè suspicer nomen corruptum.

Manu tamen annuit quid opis in se esset.) 744 F. Ita in pletisq; erat codicibus, vt enunciatiuè legatur. Alij quidnam legunt, vt intelligatur interrogatiuè, sed non video quid sensus.

Quos prætor in Hispania inter ipsum discrimen.) 745. A. Proprætor legendum, vt patet initio libri quinti huius decad. Prætor enim vlterioris Hispaniæ factus erat, COSS. P. Cornelio Scipione Africano iterum, ac T. Sempronio Longo, sepòmo anno huius decados. Sequente deinde anno cum Lusitanis proprætor conflixit. Quanquã haud sum nescius initio lib. 5. variatam esse in plerisq; Liuij codicibus lectionem prætoris & proprætoris de eodem Scipione Nasica.

Quos primos scenicos fuisse Antias Val. est author.) 745. B. Non hoc tempore hi ludi primum celebrati sunt, sed bis antea authore hoc nostro Liuio. Semel lib. 4. secundi belli Pun. Iterum lib. 4. huius decados, vbi id etiam admonuimus, quanquam hic Valerium Antiatem citet authorem.

Per eosdem M. Fuluius Nobilior.) 745 E. Hæc eadem, hoc adeo libro, de Fuluio propè iisdem verbis dixit, quod suprà quoque admonuimus. Alij hæc verba ex codicibus Liuij hoc loco submouerunt, suâne authoritate, an codicum fide, nescio.

Samum Zacynthumque.) 747. C. Quidam libri solum Zacynthum habebãt, sed Cephalleniam omnino Liuius putat. Strabo lib. 10. ex Apollodoro ait Cephalleniam insulam, quæ quondam quatuor habebat vrbeis, Samum dictam, at vrbem in ea nunc Samum nunc Samen appellatam. Atqui Zacynthus iam Romanorum erat. Sed vel Liuius præfectus classis hoc ignorauit, aut hæc antè facta sunt quàm dedita sit Romanis insula: nam permixtè multa narrat Liuius.

Ad Scyllæum Eumeoes.) 747. C. Bene hoc habet: nauiganti enim à Malea Piræeum, in medio est Hermione, ad quam est Scyllæum, authore Strab. lib. 8.

Ita numero fermè impares futuros.) 747. E. Alij pares legũt, vt de vtrisq; intelligatur. Nam C. Liuius præfectus classis Romanæ naueis habuit vnam & LXXX. rostratas: Polyxenidas autem nauibus LXX. tectis, præter cæteras, Phocæam concessit. Quidam legunt, Ita numero non fermè impares. & idem est sensus.

Ab Delo Phanas Chiorum portum in Aegeum. 748. F. Phanas Liuius ita in Aegeum mare versas ait, perinde atque ad occasum insulæ eum intelligi voluerit. Subiungit enim, Inde ad vrbem circumegere naueis. Chios autem spectat Boream. At Strabo lib. 14. vbi Chium elegantissime describit, Phanas ad insulæ orientale latus posuisse videtur.

Ad Corycum portum qui super Cyssontem est.) 748. G. Sequente libro Liuius ait Corycum Teiorum esse portum. Strabo loco iam dicto Corycum montẽ facit, ac sub eo portum Casysten, pro quo hic Cyssontem legimus. Vter ex altero emendandus author, iudicio lectoris committimus. Quidam libri Cyssuntem habent.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM XXXVII. HENRICHI GLAREANI ANNOTATIONES.



QVOD Laurentibus carnis quæ dari deberet.) 751. A. Vide an non carnis vetustus sit nominatiuus pro caro. Neque enim, quod carnis, construendum: est enim quòd, pro quia. Hoc obiter admonemus, ne quis temerè mutet, vt solent nimis facilè, qui non intelligunt.

Legati ab Ptolemæo & Cleopatra regibus.) 751 B. Libro quinto huius decados, atque adeò non longius biennio antè, Antiochus Ptolemæo Aegypti regi filiam in matrimonium dederat. Hic verò gener aduersus socerum gratulatur Romanis. Porrò Liuius de Ptolemæis satis obscurè loquitur. Primo enim libro huius decados de Philippo Macedoniæ rege ita ait: Sed animos ei faciebat præter ferociam insitam, fœdus ictum cum Antiocho Syriæ rege, diuisæque iam cum eo Aegypti opes, cui morte audita Ptolemæi regis ambo imminebant, de Philopatre Ptolemæo loquens, de eo inquam, qui Antiochum memorabili pugna ad Rhaphias vicit, vt scribit Polybius lib. 5. tametsi is quadriennio antea fuerat mortuus. Cum hæc autem inter Antiochum ac Romanos gerebantur, iam Epiphanes regnabat in Aegypto, cum quo Antiochum in amicitiam regressum author est Eusebius, quam postea rupisse non est incredibile, vt sæpe fit inter principes.

Oppugnare Attilius Amphissam statuit ab Heracl. per Oetam.) 752. F. Notandum est hoc iter, nam ad locorum hic obscurè positorum notitiam conducit. Inter Heracleam atque Naupactum Coraca ait interiectum: inter eandem autem & Amphissam Oetam. Amphissa sanè Locrorum Ozolarum oppidum est, authoribus Strabo. ac Stephano. Ab Heraclea autem sit, pro ab Lamia, propter propinquitatem vrbium: nisi sit menda in codicibus, vt suspicor.

Iam in sinum Maliacum venerat.) 752. G. Considerandum etiam atq; etiam toto hoc loco, num aliquid omissum sit. Nam si Apolloniæ exercitus expositus erat, perque Epirum ac Thessaliã veniebat COS. nouus, oportuit certè prius Hypatam venire quàm in sinum Maliacũ. Nisi quis tria hæc millia peditum, & quingentos equites, vnà cum COS. mari venisse contendat, reliquum verò exercitum terra: quod equidem nescio quàm probem.

Ab Amphissa inde Elim est dimissus die ter. Pellam.) 753. A. Apud neminem authorem hoc quidem tractu Elim inuenio: quare videndum num vel Lilæam, vel Lamiam legendum. Quidam pro Elim legunt enim, & in parenthesi hæc verba (inde enim est dimissus) atque id placet.

Ipse in Phrygia hybernauit.) 753. C. Cum duæ sint Phrygiæ, altera in qua Troia, altera supra Pisidiam, conueniebat vt adijceret in vtra fuisset Antiochus: nam de vtraque intelligi potest.

Panormum Samiæ terræ petit.) 754. G. Strabo libro 14. hunc Panormum locat in litore Ephesiorum, quanquam Samiorum agro ex permutatione. Videntur itaque hæc in litore Ephesiorum gesta, sed Samiorum tamen terra: etiamsi Liuius postea dicat ad Samum oppressam classem.

Remigium omne Magnesiã missum, ad Sipylum perpau.) 754. I. Quidam, quod adijcitur Sipylum, de Magnesia ad Sipylum montẽ intelligi putarunt: sed ea vrbs plus æquo abest. Alij itaque de Magnesia ad Mæandrum intelligunt, & Sipylum oppidum non longè à Smyrna, ex Strabone, & Plinio item lib. 5. cap. 29. Quanquam Plinius mediterraneum id facit, Liuius maritimum. Hæc & similia nobis notantur, ne temerè mutentur: neq; enim commentarium scribimus.

Palinurum iusso petere.) 754. K. Videndum quis locus hic, nam mihi planè suspectus, quippe quem apud nullũ vsquam inuenerim authorem, quod equidem sciam.

Romani & Eumenes rex in Erythram.)755.E. Erythras legendū puto pluratiuo numero. Hoc etiam lectori considerādum quod subnectitur: Medio in cursu aquilone in septentrionem verso. quid faciat hæc ventorum commutatio ad impediendam nauigationem in Samum Neque verò septentrionis ac aquilonis ventorum distinctionem facilè inuenias, præter vnum Ptolemæum, & ad hunc locum etiam non multum facientem.

Ad Myonnesum stetit, inde ad Macrin quā vocāt ins.) 755.E. Myonnesus insula est inter Teon ac Lebedum Ioniæ maritimas vrbes, authore Strabone: quanquam Liuius postea inter Teium ac Samum dicit. Plinius autem Macrin insulam lib.5.cap.31. primum non longè à Rhodo ponit, sed nihil ad hunc locum: deinde eodem capite in Chio ponere videtur, aut ipsam Chium Macrin vocatam: quanquam is locus corruptus videtur. Liuius postea ad Myonnesum. eius insulæ rursus facit mentionem, ante memorabilem illam pugnam naualem.

Ad Etaliam insulam traiecit.)756.F. Plin. in eodem loco ait, Ephorū dicere, Chium olim Etaliam dictā. quanquam codices Plinij pleriq; falsò, vt puto, Italiam habēt. Ego sanè de Etalia insula hoc in tractu apud authores nihil inuenio. Nam quam Strabo memorat Aethaliam è regione Thusciæ lib.5. nihil huc pertinere certum est.

Portum Phœnicum minus duum millium spatio.)757. C. Vide num Phœnicunta legendum, nam Græcos accusatiuos etiam Liuius vsurpat. Strabo lib.14. Phœnicunta montem facit ad Olympum Lyciæ vrbem, Phœnica autem à nominatiuo Phœnix, & montem & oppidum in Rhodiorum regione. Ita etiam Ptolemæus. Ad Pataram non memini me legere huiusmodi portum, quanquam hic eleganter descriptus est.

Ij dum missilibus primo & aduersus paucos.)757.C. Qui verba quædam huic loco adiecerunt, vno &, abundant post verbum, paucos. legendum enim est, Ij dum missilibus primo & aduersus paucos leuibus excursionibus, &c.

Inde in Telmessicum profecti finum qui latere vno Cariam, al. Ly.)757.D. τελμισσὸς legitur apud Strab. per i in secunda syllaba, pro vrbe Lyciæ. Cæterùm quomodo hic sinus Cariam Lyciamque contingat, etiam atque etiam considerandum est. Quanquam Strabo lib.14. nomen Carum ac Lyciorum à poetis, præcipuè Tragicis, confusum dicit. quemadmodum Troum, Mysorum ac Lydorum: ab eis enim cōmuniter Phrygas vocari. Et Plin. item lib.5.cap.29. ait Telmessum finem esse Lyciæ.

In Bargyliam & Icoson descensionem ad Iassum fecerunt.)757.E. Quidam Bargyllam, quidam Bargyliam scribunt. Strabo pluratiuo numero βαργυλία appellat. Porrò qui pro duabus vocibus Bargylia & Icoso, in Bargylletico sinu legunt, placent.

Pheream inde coloniam Mitylenæorum expugnauit Cott.)759.E. Hæc nomina sunt oppidorum in Aeolide inter Adramitium ac Thyatera, vt ex his Liuij verbis colligitur. quanquam ea non facilè reperias apud authores, quòd vel corrupta sint nomina, vel oppida concisa, vel denique alioqui obscura. Pro Priene, quod Ioniæ oppidum est. Pitane libentius legerim: quanquam quidam Aphrodisias Crene legant. Et Plin. lib.5.cap.30. vbi Aeolidos vrbes numerat. Aphrodisias regionis nomen facit.

Ad insulam quam Bacchium vocant.)760.F. Plin. lib.5. cap 31. iuxta Smyrnam enumerans insulas Bacchinam ponit, de qua & hic loqui puto Liuium.

Ad portum quem Megisten vocant.)760.H. Megisten omnes scriptores insulam faciunt, non portum: quanquam insula haud dubiè portum habuit. Ptolemæi interpres Latinè hanc maximam vocat, quod extulisse nō erat necesse.

Audiunt ad Aspendum iam hosteis esse.)760.I. Ita quidam hunc locum emendarunt, cum in alijs legatur, ab Aspendijs. Cæterùm cum Aspendus mediterranea sit vrbs, authore Ptolem. & LX. stadijs ab ostijs Eurymedontis distet, vt fatetur Strabo lib.14. denique classis hostium non flumine, sed mari venisse videtur, quippe Hannibal antea in Phœniciam à rege Antiocho missus dicitur, non video quomodo ad Aspendum hostes nauali certamine pugnaturi adesse potuerint. Quod ideo admonemus, vt exemplaria diligentius inspiciatur: quanquam excusationem accipit, ad Aspendum, quasi dicat, è regione Aspendi, sed tamen in mari. Quidam ab Aspendijs ad Sidam emendarunt, nihilo clariore sensu.

Et ipsam vrbem suæ potestatis volebat.)762.G. Nothij descriptionem ita ponit Liuius, tanquā Antiochus ipsum oppugnare adornarit, cum tamen ipsum vrbem Colophonem adoriturus videatur. Quàm propinqua autem sit Epheso, vt omnia terra mariue acta sub oculis eius fuerint, non apparet ex Ptolemæi pictura, sed hæc fallere possunt.

Circumuecti ab vrbe aduersa insulæ.)762.I. Ex Samo nauigantes, Chium à dextris habuisse videntur, cùm à sinistris facilius fuisset Chium venire. Ergo auersa insulæ, & deinde aquiloni (quantum ad Chium) obiecta circum uecti, non venere Chium, sed Erythras traijcere in animo habebant. In medio itinere certior factus Aemylius de Teiorum defectione, primum Myonnesum, deinde Teium profectus est. Ibi verò aduersus Polyxenidam Antiochi præfectum pugnans, victor nauali certamine euasit. Deinde rursus Chium, direptis ante Ephesi portum nauibus, venit, naueisq; in prælio quassatas refecit. Hæc paulò lōgioribus verbis egimus, quòd hic locus mihi corruptus videatur in plerisq; exemplaribus. distinguendum enim mihi videtur post, ad Chium, & verbum sunt, neutiquam post Erythras ponendum, sed legendum continuatim, & Erythras cum pararent traijcere.

Myonnesus promontorium inter Teium Samumque est.)763.A. Strabo lib.14. ait Myonnesum esse inter Teon ac Lebedum, quòd verisimilius est: quapropter hoc in loco pro Samum fortasis Lebedum reponendum, alioqui enim vix intelligitur quod hic ait Liuius.

Tractu anchorali & implicitū remis latus.)764.I. Quidam codices ita habebant. Alij mutarūt ad hunc modum: Tracta anchora & implicita remis latus alterum deterſit. Alij legunt, tractum anchorale & implicitum, &c. Sed est locus meo iudicio perquàm obscurus.

Totidem ex vtraque parte in arctiorem velut cu.)765. A. Illud totidem, quid referat, fateor me non intelligere: sicut nec quæ sequuntur verba proximo versu, Ibi latitudo patet. Pro totidem quidam legunt, Coit deinde: sed nihilo clariore sensu, quod ad posteriora attinet. Vehementer suspicor in hac descriptione aliquid corruptum: quod ideo admonemus (vt in alijs iam sæpè) vt diligentius vetustiores inspiciantur codices.

A Chalcide Oreum petentem.)766.G. Oroes vrbs in Eubœa insula, de qua & superioris decados lib. 8. mentio est. Quidam codices falsò legunt Oricum. Cæterùm cum ab omnibus, quos ego sciam, authoribus hic Scipionis filius vocetur Publius, in Val. tamen Max. lib.4 cap.5. Cneius (si codices non fallunt, quod suspicor) dicitur.

Maxima pars Gallogræci erant & Dacæ.)767.D. Daæ legendum puto absque c. Sunt autem Medis vicini ad mare Caspium, vt lib.5. huius decad. sub finem annotauimus. Cæterùm Thyatira apud Strab. lib.14. plurali numero profertur, hic singulariter, si codex non errat. Campi verò Hyrcani idem Strabo meminit lib.13. ad finem, aitq; à Persis ita nominatum. Phrygium deniq; amnem olim Hyllum dictum, & Hermum influere. vt Pactolum, idem author est. Hylli meminit etiam Homerus Iliados 20. lib. & Herodotus lib.1. quanquam in Herodoto menda est etiam in Græcis codicibus, ὕλλος pro ὕλλος. Hæc ad authorum codices emendandos obiter diximus, non enim scribimus commentarium.

Romanorum ex propinquo castris facilè.)767.E. Ego adijcerem ad Romanorum coniunctionem que, propter verbum cresceret. quod sequitur, meliusque constabit latinitas. Sed hoc minutum. Potest tamen & ἀσύνδετον esse, vt sæpius apud hunc authorem.

Aliquanto pauciores in statione erant, duo tamen mil.)767.E. Si tantum, pro tamen legeretur, explicatior mihi

mihi videretur sensus. Et facilis est error in abbreuiationibus, tantum & tamen, quæ vtinam non essent, aut non peiores his, vt prius, pro primus ac patrius, quem non decepit? Quidam duo millia sustulerunt, & locum sic legunt: Et tamen per se &c.

Quina millia & quadragenos singula hab.) 768. G. Quadriogenos legendum puto: quanquam non me fugit legiones non semper æqualem militum habuisse numerum, vt in primæ decados librum septimum diximus. Id tamen certum est, nusquam tam paruum numerum milliaribus legionum adiectum. Aut enim ducentos, aut trecentos, aut quadringentos, aut plureis reperias: quadragenos non reperias, certum habeo.

Achæorum cetratis immixtos auxil. Eumenis.) 768. H. Quid sibi hoc cetratis immixtos velit, etiam atque etiam consideret lector. Achæi Eumenis erant auxiliares, mille pedites, ac centum equites, vt suprà habitum est. Cetrati igitur Pergamenses erant, qui numerum trium millium explebant. Sed omnino verborum contextus claudicat, meo quidem iudicatu.

Extremos Trallos & Cretenses.) 768. H. Triballos legendum puto: etenim & lib. 7. secundi belli Punici eo modo codices errabant. Et hoc loco error inde etiam apparet, quòd hic secunda declinatione Trallos, codices habent, paulò pòst autem Tralles tertia declinatione. Sed ita res habet: Triballi gens Illyrica est, quæ hoc tempore cum Romanis erat, nempe antea cum Philippo. Tralles autem, gens & oppidum ad Mæandrum fluuium, penitus sub Antiochi ditione. Nec obstant Cretenses etiam in acie Antiochi. hi enim sæpe etiam apud hunc authorem, in diuersis erant exercitibus, vt lib. 5. huius decad. & pro Nabide Lacedæmoniorum tyranno, & pro Achæis illius hostibus: quod idem eodem etiam loco de Tarentinis scribit Liuius, & de Germanis Cæsar. Quoniã autem quæ oculis subijciuntur picturæ, magis iuuant memoriã, explicantque nonnunquam quod implicatum videtur, operæpretium existimaui me facturum, si huius pugnæ typum saltem rudi minerua depingerem, neque alia de causa, quàm vt lector vno nosceret intuitu huius descriptionis errores, quos iniuria temporum accidisse nemo inficias ire poterit. Eos tamen locos paulò pòst singillatim recensebimus: nunc ipsam picturam intuebimur, qua haud sum nescius non omnibus satis me facturum, quippe qui mihi ipsi non satis facio: dabimus tamen alijs cogitandi occasionem ac velut ansam ad intentiùs ea perquirenda, quæ nos fortassis latuere, id quod nõ vno duntaxat loco iam fecimus. In Romanorum quidem acie non tantum negotij est, atque in altera. erat enim ea simplex, & vnius propè formæ, vt Liuius inquit, & hominum & armorum genere. Id verò magnopere hic mirandum, cum Romani tertiam iam orbis partem inuaderent, ac in alterum velut mundum concederent aduersus potentissimum regem bellaturi, nõ tamen habuisse eos vltra quatuor legiones: vt verisimile videatur quod Vegetius libro secundo capite quinto, in hæc ait verba: In omnibus authoribus inuenitur, singulos COS. aduersus hosteis copiosissimos, non amplius quàm binas duxisse legiones, additis auxilijs sociorum. Tanta in illis erat exercitatio, tanta fiducia, vt cuiuis bello duç legiones crederentur posse sufficere. Hæc ille. Sociorum auxilia vel æquabant, vel plura erant.

ROMANA ACIES.

Triballi & Cretenses 500.
Achæi cetrati & Eumenis 3000.
Equitatus Romanus minus 3000.
LATINI
Elephanti XVI.
TRIARII.
Principes.
Hastati.
LATINI
Castra Rom. quibus præerat M. Aemylius cum duobus millibus Thracum ac Macedonum.
IIII. turmæ equitum.
Amnis Phrygius.

Cyrtæi funditores Elymæi sagittarij 4000.
Tarentini Gallogræci equites 2500.
Neocretes 1000.
Cares & Cilices 1500.
Tralles 1500.
Cetrati Pisidiæ Pamphylij Lycij 3000.
Elephanti XVI.
Seleucus Antiochi fil. Antipater fratris filius.
Arabes in Camelis.
Falcatæ quadrigæ.
Gallogræci pedites 1500.
Cappadoces. 2000.
Auxiliares mixti 2700.
Cataphracti equites 3000.
Equites alij, quam regiam alam vocare videtur 1000.
MEDIA ACIES
MYNIO. Zeuxis. Philippus magister elephantorum.
Phalangitæ XVI. mill. Decem partes binis elephantis distinctæ.
Gallogræci pedites. 1500.
Loricati pedites 3200.
Cataphracti equites.
Ala equitum, Gemea 1000.
REX ANTIOCHVS.
Argyraspides Daæ equites
Cyrtæi funditores. Elymæi sagittarij 4000.
Sagittarij 200.
Cretenses & Tralles 3000.
Mysi sagittarij 2500.
Elephanti XVI.

ANTIOCHI REGIS ACIES.

Regia

Regia acies varie magis multis gentibus.)768.I. Elegantissimè ordinata hæc videtur fuisse acies: primum qui dem vt robur phalangis, qua olim Macedones vsi orbem terrarum breui tempore subegere, in medio locaretur, extrema autem cornua claudèrent & funditores Cyrtæi, & Elymæi sagittarij. Proxime phalangé auxiliaria ex vtroque latere duplicia, non multo dissimili modo ordinata, elephanti senideni in subsidijs, & præter elephantos phalangitis intermixtos, camelorum ac falcatarum quadrigarum terriculamentum ante aciem ingens positum. Hæc ita breuiter à nobis recitata, si quis memoria habebit, cõparationemq́ue laterum inter se fecerit, facile videbit insignes hic esse codicum omnium errores. Nam qui fieri posit vt non altero loco sit error cum cataphracti equitatus in dextero Antiochi cornu fiat mentio, quando ipse rex quatuor illas turmas sinistri Romanorum cornu à ripa Phrygij amnis deturbat, cuius hic cum idem hoc dextrum Antiochi cornu diligenter describeret Liuius prorsus non meminit. Pedites quidem loricatos cataphractos ab Asiaticis vocatos ponit. sed id ego corruptũ puto. quis enim vnquam pedites cataphractos legit? Item in fuga læui Antiochi cornu enumerat postea equites Phalangitas, quorum antea in descriptione einsdem cornu non meminit. De numero idem dicimus. Si enim in vnum qui hic ponuntur numeri & equitũ & peditum coaceruẽtur, non explent sexaginta, superant autem L. millia. cum Liuius paulo antè solius peditatus LX. millia in Antiochi exercitu fuisse scribat, equitum autem plus XII. millia. Hos igitur errores, si exemplariorum fides nobis defuerit, non vlla alia ex te melius deprehẽdere licebit, quàm ex laterum collatione. Verisimile est enim Antiochum vtrunque cornu æquè firmum instituisse. Ita cum proxime phalangitas vtrinque sint Gallogræci pedites milleni quingenteni, propius vero est in reliquis eorundem ordinum auxilijs æqualem fuisse numerum, aut saltem non minorem, vbi rex stabat. At in sinistro quidem latere post pedites Gallogræcos ponuntur & Cappadoces & alij auxiliares, deinde verò sequuntur cataphracti, & alij equites mille, in dextro verò vbi rex erat, cõtinuò peditibus Gallogræcis subijciuntur cataphracti sine loricati pedites, & ala equitum, Gemea, siue vt alij legunt, agema vocata. Duo igitur populi aut potius ordines in ea parte omissi videntur, & numerus etiam plus quatuor millibus deficit. Idem de continuo sequentibus vtroque in latere ordinibus dico. si Argiraspidas Tarentinis comparabis (quibus neutra in parte adest numerus, quod equidem miror) ac deinde Gallogræcos equites Dais equitibus cõferes, reliquorum deinde sequentium comparatio eadem erit, quæ in prioribus fuit, clauda. Quanquã fieri potuit, vt aduersus dextrum Romanorum cornu, in quo & Eumes fuisse videtur, maiores copias opposuerit Antiochus: at id hæc vulnera non sanat. Si quis igitur facta comparatione hæc singula perpenderit, inueniet nos haud temerè dubitasse. Sed nunc ipsa descriptionis loca singillatim prosequemur.

His tria millia peditum loricatorum (cataphractos ipsi appellant, adiunxit.)768. K. Hic planè videntur quædam omissa. Nam in altero cornu post Gallogræcos pedites ponuntur Cappadoces & auxiliares, tertio autem loco cataphracti equites. ita hoc in loco post Gallogræcos pedites non continuò cataphracti sequentur, vt puto, sed alij, quos omisit: & suspicionem dat verbum cataphractus, quod pediti loricato attribuerunt quicunque hæc corruperunt, cum tertio deinde ordini tribuendum erat. Idem suspicor de numero 3000. vt ex comparatione laterum intelligitur.

Medi erant lecti viri, & einsdem regionis mixti multarum gentium equites.)768.K. Vel post regionis verbum distinguendum, vel per diuersas gentes intelligit Medorum diuersos populos. Et vide quod de elephãtis cõtinuò subiungit, vt cum alterius cornu ordine conueniat.

Dacæ inde equites sagittariorum mille ducẽti.)768.K. Daæ lego, non Dacæ, quod iam sæpe admonuimus. Totus autẽ hic locus mutilus est, & incertæ distinctionis. Nescias enim Daás ne equites etiam sagittarios faciat, an seorsum sagittarij intelligendi. Ita continuo pòst, leuisne armatura trium milliũ seorsũm accipienda, ac deinde Tralles ac Cretenses pari numero, hoc est etiã trium millium; an Tralles ac Cretenses fuerint ea tria millia, pari numero, hoc est milleni quingenteni. Et illud, duo millia. ad Mysos referendum, legendumq́ue sagittarij. vt vetustiores habent codices, in nominandi casu, non in dandi: vt Mysos sagittarios intelligamus.

Mixti Cirtæi funditores & Elymæi sagit.)768.K. Cirtios inuenio apud Strabonem populos Persidis, vicinos Medis: sicut Elymæos Mediæ populum, vicinum Babyloniis, vtranq; gentem latrocinijs assuetam, vt non vno in loco scribit idem Strabo.

Regia ala leuioribus tegumentis suis.)769.A. Quæ sit illa regia ala pleriq; dubitant, atq; adeo etiam ego. Sed magis hoc obscurum, cum inquit, Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ, &c. quem nam equitatum intellexerit, cum cataphractos ac alios equites præcederent Gallogræci pedites, Cappadoces, ac auxiliarij, quibus omnibus in typo eos præposuimus.

Iude alia multitudo par ei quæ in dextro cor.)769. A. Si par ei, ergo Tarentinis comparabimus Argiraspides, & Gallogræcis equitibus Daas equites, quos in eodem dextro cornu sequuntur sagittarij. quibus Neocretes comparabuntur: deinde reliqua erit comparatio aliquo pacto æqua, videlicet tria millium Cretensium, ac Trallium in dextro cornu, ad mille quingentos Caras ac Cilicas in sinistro cornu, mtidemq; Trallis eodem in cornu.

Rex ipse in dextro cornu erat.) 769 B. Vel ex hoc loco satis liquet huius ordinis descriptionem temporum iniuria corruptam. Hannibal enim omissus est, quem P. Cornelius Scipio Nasica ad finem libri sequentis affuisse fatetur. Innuit & Aul. Gel lib. 5. cap. 5.

Et humor toto fere graui armatu.) 769.B. Armatu pro armatura, paulò superius dixit de Caribus ac Cilicibus, quo modo & hic accipi puto, vt sit, toto ferè graui armatu: id est, cum Romanorum armatura tota ferè grauis esset, est tamen dura compositio.

Qui inter equites, quos appellant Phalangitas, erant.) 769.E. Phalangitarum peditum antea mentio in aciei descriptione, equitum nulla, & mediam aciem haud dubie phalangitas pedites intelligit. Fortassis autem cataphractos legendum pro phalangitis. Sed iudicet lector.

Legati ab Thyatira & Magnesia, & ab Sipylo.) 770. K. Thyatira, vt antea quoq; diximus, genere fœminino dicere videmr, si codex non errat, cum apud Strabonem sit generis neutri, lib. 14. vbi de Aristonico loquens, πρῶτον μὲν (inquit) παρεισπεσὼν εἰς θυάτειρα, id est, primum quidem Thyatira aggressus est. Nisi quis θυάτειραν legendum existimet. Verum apud Ptolemæum ac Plinium vtrius sit generis, non facilè discernas. Porro etsi Sipylus oppidum est non ita longe à Smyrna, vt paulò superius ex Plinio ostendimus, tamẽ hoc in loco malim legere Magnesia quæ ad Sipylum, vt paulò inferius, à Magnesia quæ super Mæandrum est.

Mille deinde talentũm per XII. annos.) 771.D. Mille- na deinde taléta legendum, vt doctè emendauit Budæus lib. 5. de Asse. Cõuincit hoc & latinitas, & summæ diuisio.

Cistophori CCXLVIII.) 772. F. Cistophorũm legendum puto, & millia ex antecedentibus repetendum. Habet autem hic nummus rationem ad denarium subsesqniquartam, vt 4. ad 5. quemadmodum ex Festo Pomp. colligit idem Budæus lib. 2. de Asse.

L. Aemylij proconsulis apud op. Lyconem.)772.G. De L. Aemylio Paulo intelligit, vt posteriora indicant. Hic vlteriorem Hispaniam sortitus ab initiu lib. 6. huius decados, & prorogatum posteriore tum anno imperium erat. Cæterum prætor erat, non proconsul, ideoq́ue hic propretor fuit. Sed neque Lyconem, neque Vascetanos in Lusitanis apud vllum inuenio authorem. Potuit autem perijsse viden oppidum, si non vbique locorum nomina in Hispanijs male constarent apud hunc authorem, vt sæpe antea conquesti sumus.

Aduersa omnium fama, quòd prouinciam Siciliam

petendi, causa.) *772*. I. Hic prætor Siciliæ fuit factus biennio antè vt initio lib. sexti huius decadis refertur. Deinde sequenti statim anno iussus erat ab senatu vt exercitum traderet C. Antistio Labeoni nouo prætori, vt initio huius libri tradit Liuius. Qui igitur fieri potuit, vt iam tertio anno inuito senatu è prouincia, quæ sua non erat, aduersa omnium fama cesserit Aemylius?

Cum cæteri Centurias non explessent.) *772*. I. Id verbi sæpe est apud hunc authorem, nec ex eo satis notum: ideo que considerandum lectori est, nam ego adhuc quæro.

Et M. Tutio proprætori in Brutijs & Ap.) *773*. E. Initio huius libri non M. Tutius, sed Cn. Fuluius prætor sortitus est (vt quidam habent codices) Apulium ac Brutios, vt hoc anno idem Fuluius non Tutius, fit proprætor Apuliæ ac Brutiorum, cui prorogatum imperium sit: nisi Fuluio mortuo priore anno subrogatũ hunc Tutium (siue Tuccium) intelligamus, quod mihi vix verisimile videtur. Quidam vtroque in loco legunt M. Tuccium.

Quòd obsidione se ac fratrem exemissent.) *774*. H. Hoc loco fratrem singulari inquit numero, cum paulò pòst ter dicturus sit fratres pluratiuo numero. Et libro *8*. huius decados præter Attalũ etiam Athenæum Eumenis fratrem Liuius nominat. Quanquam hunc locum adiuuare potest locus ille cuius mentionem lib. *3*. huius decados fecimus, vbi de Attalo huius Eumenis parente, vxorem (inquit Liuius) ac liberos duos superstites habuit. Sed eum locum, vt hunc, corruptum puto. Tres item Attali, & duo Eumenes, multum negotij facessunt lectori in horum regum genealogia, de quibus obiter in Horatium diximus libro *1*. Carm. Ode. *1*.

Quoniam dicere vtique volentibus vobis parendum est.) *775*. E. Nisi sit figura Græca dicere prout dicam, quam non vsque adeo refugere plerique Latinorum, ego hunc quoque locum corruptum puto.

Quæque circumiacent Europæ.) *776*. I. Sed neque hoc plane intelligo. Sunt qui intelligant, insulæ, quanquam obscurum est de quibusnam loquatur: vt obscurius, si absque additione intelligamus.

Quæque ciuitas & conditoribus suis.) *776*. K. Quæ præcedunt verba, satis lucida at hæc non item. Credo illum velle dicere, quanque ciuitatem cum suis conditoribus contendere audere pio certamine cuiuslibet bonæ artis ac virtutis. quasi dicat, metropoles nõ superant colonias.

Cn. Cornelium Merulam, &c. L. Aemylium Paulum.) *777*. D. L. Cornelius Merula, non Cn. COS. fuit anno octauo huius belli. Itaq; cum alij plerique consulares sint, fortasis pro Cn.. legendum L. quanquam nihil asseuero. At de L. Aemylio Paulo id demum admirandum, quomodo in Asiam legatus mitti potuerit, qui in Hispanijs erat, vt & antè, & paulò pòst patebit. Nisi quis duos L. Aemylios Paulos faciat, aut corrupta esse nomina credat, quod verisimile est, & nimium sæpe apud hunc authorem contingit.

Lycaoniam omnem, & Phrygiam vtranque, & Mysias.) *777*. E. Plerique ex Mysias pluratiuo, fecerunt Mysiam singulare. Atqui Ptolomæus etiam in Asia duas facit Mysias. Sed hoc magis turbat lectorẽ, cum hic Lycanoniam nominet, & haud dubié Phrygiá, quæ Pysidiæ proxima, quænam sit hæc Mysia cuius hic fit mentio: vix enim ea erit quæ ad Troadem. Adeo obscura hæc distincta sunt apud Liuium, vt nihil ego definiam.

Et Cariam, quæ Hydrela appellatur.) *777*. C. Strabo libro *14*. Vbi de Nissa vicina Trallibus, ita habet: *ἱστοροῦσι δὲ τρεῖς ἀδελφοὺς, Ἄθυμβρόν τε, καὶ Ἀθύμβραδον καὶ Ὕδρηλον ἐλθόντας ἐκ Λακεδαίμονος, τὰς ἐπωνύμους ἑαυτῶν κτίσαι πόλεις.* id est: Memoriæ proditum est tres fratres, Athymbrum, Athymbradum & Hydrelum è Lacedæmone profectos, de suis nominibus condidisse vrbeis. Hæc ille. Pauca alioqui de Hydrelis reperias. Nam Nyssam postea omnes hi concessere habitatum, vt idem author est Strabo eodem in loco. Cæterùm peius me vrget quod Liuius subiungit, agrumque Hydreletanum ad Phrygiam vergentem. De qua enim Phrygia loquatur non admodum certum, vt de Mysijs quoque iam diximus.

Thelmessum tem nominatim & castra Thelmesium.) *777*. E. Thelmissus absq; aspiratione, & i in media syllaba, vrbs est Lyciæ. Termessus vero per e in medio, & r in prima syllaba, *Τερμησσὸς*, Pisidiæ est ciuitas, vt author est Strabo li. *12*. itẽ *13*. ad finẽ. Hic igitur lector dispiciat quid legẽdum putet. nam non minus hæc confusa sunt, quá priora.

M. Claudius Gelo, M. Attilius Glabrio.) *778*. I. Hunc Claudium perpetuò post M. Claudium Marcellum vocat. Gelonis cognomen in Claudiorum familia haud scio an vspiam legerim: ergo M. Claudius Marcellus legendum, huius filius anno sequenti fit prætor, COS. autem anno ab Vrbe condita *571*. Quod ideo admonemus, nam in Chronologia nostra olim hoc neglectum fuerat.

Ideoque nouus competitor inæstimabili periurio incesseret.) *778*. K. Ita quidam vltimum verbum emẽdarunt pro intercesserit, vt alij codices habebant. Puto autem Glabrionem loqui de Cathone: verum sensus obscurus est, propter verbum, inestimabili periurio.

Triumphauit mense intercalario pridie Calend. Martias.) *779*. A. COSS. belli Macedonici anni primi atque secundi, Idibus Martijs dicuntur inijsse magistratum: quod verisimile est, & hic obseruatum. Rectè ergo postea de L. Scipione dictum est, Triumphauit anno fere pòst, quàm consulatu abijt. Conuenit autem & hæc supputatio in annis cum Plinio, qui libro *33*. cap. *11*. hunc triumphasse, ait anno ab Vrbe condita *565*. eo enim anno fuere COSS. M. Fuluius Nobilior, C. Manlius Volso, quanquam iam abituri magistratu.

Cistophori CCCXXXI. millia & septuaginta.) *779*. C. Budæus libro *2*. de Asse cistophorum legendum putat hoc in loco, etiamsi in præcedenti Aemylij triumpho, cistophori in nominandi casu legendum. Ex Festo autẽ idem colligit, quod paulò ante etiam admonuimus, denarium Romanum ad cistophorum habere rationem sesqui quartam, vt *5*. ad *4*. quarta enim parte superabat. Vt igitur denos denarios in coronatum supputamus, ita duodenos cum dimidio cistophoros. Budæus autem toto illo de Asse opere, quantum memini, de Philippæis nullum habet verbum, quod equidem miror. Est apud me Alexandri illius magni Philippi filij aureus nummus, sed circuncisus cũ genio alato, & ab ea parte hac inscriptione, ΑΛΕΞΑ'ΝΔΡΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΩΣ. quanuis in vtroque nomine vltima terminatio vix legi queat. Ab altera parte ipsius Alexandri facies, cum galea sursum inclinata, & cristis in tergum pẽdentibus nullis insignita literis. Eum nummum olim d.d. nobis D. Erasmus Roterodamus parens ac præceptor noster. cum diui Traiani altero aureo numismate. Memini eximium virum D.D. Bonifacium Amerbacchium, præter iuris vtriusque prudentiam, absolutum omnis eruditionis exẽmplar mihi dicere, vidisse se Philippæum apud inclytum virum D. Iacobum Sadoletum, Episcopum Carpentoracti, ingens seculi huius ornamentum, quem ipse Sadoletus tribus ducatis vt nunc vocant, æstimarit, quod videtur verisimile: nam eius ponderis prope modum est numisma meum. Videbatur enim (siquidem concisum non esset) tres æquare posse ducatos. Id etiam vero non absimile, filium neutiquam cedere patri magnificentia voluisse, alio sanè, atque nunc sunt quidam principes, ingenio. Nomen tamen his aureis à patre primum datum, mansit, vt hac quoque ætate seruari videmus.

Vasorum arg. (omnia cæl. erant) mille pondo & CCCCXXIIII. aur. mil. pond. XXIIII.) *779*. C. Plin. libro *33*. cap. *11*. ita habet: Siquidem L. Scipio transtulit in triumpho argenti cælati pondo millia quadringenta L. & vasorum aureorum pondo C. millia. Hæc ille. Sed lector iudicet vtrum ex altero emendandum putet locum. Ingens enim discrimen est C. millia & mille pondo. Sed ex numerorum characteribus hæc omnia acciderunt, quod optimo iure in Plinij codice queritur Budæus. Nõ minus autem in alijs euenit authoribus, vt id nunc multis ostendimus locis. At in hunc librum satis inepiuimus, nunc ad alia properamus.

FINIS.

IN T.

IN T. LIVII LIBRVM XXXVIII. HENRICHI GLAREANI ANNOTATIONES.

PARS vna Heracleam, altera Tetraphyliã.) 780. H. Hæc omnia nomina gentis videntur esse Athamânum, nec ea temere apud alios inuenias authores. quanquam de Heraclea, cum sint tot eius nominis vrbes, admonuisse oportuit. Plinius quidem meminit. Et Aetolorum etiam non longe abest, de qua libro sexto huius decados. Eam Romani ceperant diruperantq́;, nec vsquam Philippo data memoratur. De Theio item ac Ethopia admonemus lectorem, vt vetusta exemplaria diligentius inspiciat.

Principes gentis ad tentandam vltimam spem Rom. mis.) 781. D. Priore libro denunciatum Aetolis ait Liuius: Si qua inde legatio ex Aetolis, nisi permissu imperatoris, qui eam prouinciam obtineret, & cum legato Romano venisset Romam, pro hostibus omneis futuros. ita dimissi Aetoli. Atqui hoc loco contrarium Liuius scribere videtur.

Et Arethontem nauigabilem amnem.) 781. E. Ptolemæus lib. 3. ac Plin. lib. 4. cap. 1. hunc fluuium Arachthum vocare videntur: quanquam Ptolemaica pictura non ad muros, sed ad occasum aliquot stadijs summorum ostendit. Liuius etiam campum hic ponit. Sed si amnis vrbem Ambraciam munit, vt hic ait Liuius, oportet hunc campum aliquantum ad septentrionem intelligi: nam alioqui hæc descriptio claudicabit. Epirotæ enim ad occasum intelliguntur, COS. in campo interluente flumine.

Quinq; simul locis mœnia est aggressus, tria par.) 782. G. Non absque causa mutatum est dicendi genus. Cum præmisisset ablatiuum, quinque locis, subiungit accusatiuum, tria, sed eodem intellecto participio aggressus: perinde atque dicat. tria quidem aggressus loca à campo, vnum è regione Aesculapij, vnum aduersus arcem, ita enim sunt quinque.

In arietes Tollenonibus libramenta plumbi.) 782. H. Quo pacto per tollenones libramenta plumbi iecerint in arietes, aut alia item quæ enumerat, vix intelligo: etiamsi quid tollenonem dicat, non est obscurum, ex Vegetij lib. 4. Budæus attigit paululum lib. 3. de asse circa initium.

Adiunctis Achæorum quæ partis erant, nauibus.) 783. B. Ita ferme habent, quæ nos vidimus exemplaria: sed legendum puto Patris, pro partis. Patræ enim oppidum Achæorum ad sinum Corinthiacum. Non est hoc neglectum in vltima Frobenij editione.

Suspenso furculis ab hostibus muro.) 783. C. Hæc verba in plerisque codicibus recentibus, & anteriore parte & posteriore distinctione munita leguntur, sed nihilominus obscuro manente sensu. Suspicor mendam subesse. Quidam pro furculis legunt fulturis, quod ego non intelligo.

Ab Asia Thoas & Dicæarchus, ab Europa Menestas & D.) 785. A Quatuor hic enumerantur, quorum treis posuit lib. 5. non ita longe ab initio: Thoanta prætorem gentis Aetolorum, fratrem autem eius Dicæarchum ad Antiochum missum, quanquam ad eundem eodem in lib. Liuius postea Thoanta missum dicit, atque adeo Menippum regis legatum secum adduxisse, vt ibidem annotauimus. Porro Democritum ad Nabim Lacedæmoniorũ tyrannum iuisse legatum. Et prętet hos treis, Nicandrum ad Philippum. Menestæ, siue vt quidam scribunt, Menetæ, nulla quod sciam vspiam mentio. Videat igitur lector, collatis locis, quid legendum censeat.

Dum pro argenteis decem vnus valeret.) 785 C. Multi de hoc numero dubitant, de verbis etiam magis. At ego puto Liuium, neque per argenteos, denarios, neque per aureos Romanos, qui centum valebant nummis, significare voluisse, sed rationem auri ad argentum, qua ratione Romani multum lucrabantur, quando analogia auri & argenti requireret in singulos aureos vt minimum XII. argenteos. Verum hæc non sunt huius negotij. Sequente statim versu legendum L. Quintio, non T. Quintio. Lucius enim cum Domitio fit COS. anno 9. decados huius, Titus autem III. cum Aelio.

Transgressi Mæandrum, Phileram, Comen perue.) 785. E. Ita emendarunt quidam, id quod antea erat, ad Comanen: verum quo moti authore, nondum scire potui. Quidam Hieran Comen emendarunt.

Nouæ vr. Apameæ nomen inditum ab Apam. sorore Seleuci.) 786. F. Strabo lib. 12. non ita longe à fine ait, Antiochum Sotera ex Celænis homines in Apamiam transtulisse, vrbemq́ue appellasse de nomine matris Apamæ, Artabazi filiæ. quæ Seleuco Nicatori nupta fuit. Liuius in his barbarorum nominibus non admodum solicitus fuisse videtur, aut forte alios secutus.

Inde ad Gordiuticos, quos vocant, processum est.) 786. H. Qui sint illi populi, fateor me ignorare: nam quod de Gordio ac Iuliogordio authores scribunt, nihil huc pertinere puto. Fortassis autem Orcaorcos legẽdum, quorum Strabo meminit libro 12. postquam de Pessinunte dixit. Quidam legunt Gordiurichos, quod tulerabilius, quanquam locus obscurus est. Item quod continuè subnectit, ad Tabas, idem Strabo in eodem libro Tabeas vocare videtur, proximas Pelris. Rursus cum Liuius subiungit, quæ vergit ad Pamphylium mare. id neutiquam intelligo. Et illud equites amphibolon, sitne nominatiui casus, an accusatiui.

Tertio inde die ad Chaum amnem peruentum.) 786. H. Neque Chaum, neque Erisan, sed neque Thabusion facile inuenias. Indus quoque hoc loco fluuius, ni fallor, à Plin. Ninus dicitur libro 5. cap. 28. Quod de Chao dicimus, idem postea de Muleo (quod quidam Sylæum vocant) ac Alimne, sed Cibyrensis regionis sunt ad Mæandrum.

A Cibyra per agros Idensium exercitus ductus.) 787. A. Quidam Sidensium emendarunt, sed Sida Pamphyliæ maritimum est oppidum longe ab hoc tractu. Strabo lib. 12. inter Pisidiæ vrbes & Sindam nominat, & lib. 13. ad finem rursus eius meminit. vbi & Cibyræ & Cabalesium. Plin. lib. 5. cap. 27. Sindam ait esse in confinibus Galatiæ atque Cappadociæ, Calaurem amnem Calarirenq́; paludem haud scio an vsquam legerim. Strabo libro 12. Tattæ paludis meminit in hoc tractu. At ego nihil definio.

Ad Manandrum manserunt, itide prog. ab Lago.) 787. A. Ad Mæandrum legendum puto, reclamantibus omnibus exemplaribus: neq; enim adhuc ab hoc flumine declinauit Manlius. Lagum vrbem apud neminem inuenio. Quidam pro Mæandrum substituerunt Mandrupyum, quod ego nescio.

Inde ab Lysis flu. fonte, postero die ad Cobul.) 787. A. Ab Lyci fluminis fonte legendum puto, cuius in hoc tractu omnes meminerunt: Cobulati autẽ, quod equidem sciam, nemo.

Telmenses eo tempore Isiodensium arcem vrbe capta.) 787. B. Vtrunque nomen corruptum existimo Telmissus per l in prima syllaba, & i in secunda (vt ante diximus) Lyciæ est vrbs: Termessus verò per r in prima syllaba, ac e in secunda, Pisidiæ. Cum igitur Pisidia supra Pamphyliam, vbi COS. Manlius iam piscabatur, ego Thermessenses legendum puto. Sed pro Isiodensium, legam ex Plinio lib. 5. cap. 27. Hyriensium.

Ad flumen Taurum primo die, postero ad Sile.) 787. B. Videtur Liuius hoc loco historiam valde accidisse, tædio, vt puto, tot locorum in longinqua natione, at interim obscuritas in alijs mansit locis. Itinera enim diligenter perscripta locis, multum lucis adferunt: quod in Herodoto clarum est, & in C. Cæsare. Tauri fluminis hoc tractu

nemo, quod equidem sciam, meminit. Silenū come quæ sit, æque ignotum. Quidam Xylinen Comen emendarunt, quod nescio quàm probe.

Ad Cormasam vrbem peruenit. Darsa prox. vrbs.) 787. B. Cormasam Ptolemæus in Pisidia ponit. Darsam nemo, quod sciam Derba & Perga videntur ab hac piscatione nimis distantes. Pro Lysione ego Lysiniam ex Ptolemæo legerem, quam quidam Lysinoen vocant.

Inde in agrum Agalassenum.) 787. C. In agrum Sagalassenum legendum puto, vt etiam quidam emendarūt. Sagalassus enim Pysidiæ vrbs, vt testatur Plin. lib. 5. capit. 27. & Strabo lib. 12. ait ab Apamea itinere vnius diei distare Ptolemæus in Lycia ponit, longe ab hoc tractu.

Progressus inde ad Rothrinos fonteis.) 787. C. Fortasis legendum ad Obrimæ fonteis, ex Plin. lib. 5. cap. 29. Nam inter cætera flumina in Mæandrum labentia, & Obrimæ meminit. Rothrinos fonteis nemo, quod sciam, memorat.

Postero die Dymas Phrygiæ procesit.) 787. D. Et quæ præcedit vrbs Metropolis, & quæ sequitur Synada, aut potius Sinnada, in magna Phrygia à Ptolemæo numerantur. Cæterum Dymas haud scio an vspiam reperias. Didymus mons non longe inde à Ptolemæo locatur. Sed indicet lector.

Ad Beudos, quod vetus appellant, peruenit.) 787. D. Quidam libri Beundos legunt. Sed Ptolemæus παλαιὸν βεῦδος vocat. Quanquam in Pisidis nimis ad meridiem huic itineri, vt Synadam nimis ad Septentrionem. Antibura nusquam quod sciam, legitur. Anabura apud Strabonem lib. 12. inter Pisidarum ciuitates numeratur ex Artemidoro. Quod autem subiungitur, ad Alexandri fonteis, puto corruptum, legendumque ad Meandri fonteis. Denique Abassum quod sequitur oppidum, non puto facile reperiri.

Quia peruentum erat ad Tolistobogiorum fineis.) 787. D. Galatas in Asia treis in populos diuisos, omnes fere cōsentiunt. Atqui operæpretium est videre, quàm differentibus nominibus varient. Tolistobogi & Tolistobogij reperias & in Græcis & Latinis. Quidam etiam, sed corrupte, per o in secunda syllaba. Codices quidam Ptolemæi corruptius Tolibosti legunt. Tectosages Plinius ac Strabo, si codices non fallunt, per g, & in tertia declinatione ponunt, vt C. Cæsar lib. 6. Comment. Ptolemæus per c, & in prima. Liuius, nisi & eius codices errare quis dicat, in secunda: omnes tamen pluraliter. Eodem modo Trogmi Plinius per g, Ptolemæus per c, τρόκμοι, vterque dissyllabon. In Strabonis codice verò Trogini per g trisyllabon, & in multis Liuij codicibus Trocini per c etiam trisyllabon reperias, errore, vt puto, librariorum. In Græcis τεκτοσάγες & τεκτοσάκας βαρύτονον, καὶ τεκτόσαγες προπαροξύτονον passim inuenias. Is error vnde in codices veniat, non est difficile coniectu. Idem differentiæ accidit in oppidis illorum. Nam quod Plinius ac Strabo Tauium Trocmorum oppidum per quintam vocalem, sed consonantem factum u vocant, in alijs per n Tanium legas. Et quod Strabo ταουιηνὸς ἔθνος, alij τανιηνὸς corruperunt. Itaq; de his omnibus cauere perdifficile est.

Cum Lomnorio ac Lutario regulis.) 787. D. Strabo Leonorium vocat. Lutarium etiam nomen esse Gallicum Cæsar libro 7. satis indicat, quanquam in codicibus Cæsaris Luctarium legas.

Primo die ad Alandrum flumen, &c.) 789. C. Neque Alandrum flumen, neque Tyscon vicum vsquam inuenio. Quòd verò proximo versu, legati Orondensium legitur, errore trium nominum accidit, vt opinor. Nam Plin. lib. 5. cap. 27. Oranda vrbem in Pisidiæ montanis ponit. Sed idem lib. eodem, cap. vltimo, Oeanden ses Galatiæ populum ponit: ergo hic absque dubio Oeandensium legendum. Tertium nomen est Oenoanda Cabaliæ oppidum, vt idem Plinius meminit libro eodem. cap. 27. Strabo lib. 13. ad finem Oenoandrum vocat. Ex his igitur nominibus error ille facile nasci potuit.

Ad Plitendum. deinde ad Haliattos castra po.) 789. C. Hæc nomina corrupta esse, etiam ante nos quidam conquesti sunt: sed neq; à nobis, neque ab illis restituta. Porrò de Axylo, haud scio an vsquam meminerint authores, sicut nec de Euballo, quod quidam Cuballum legunt. Sed tam minuta videntur neglectui meritò fuisse.

Sangarius ex Adoreo monte per Phrygiam flu.) 789. D. Sangarium Plin. lib. 6. capit. 1. in Phrygia oriri ait, Ptolemæus nō longe à Didymo monte, Strabo apud Sangiam vicum. Gallum autē suscipere fluuium & Strabo & Plin. perhibent. Addit Plin. Tembrogiam, Liuius Tymbram, quidam Tymbretum. Sed mendam puto in Liuio, sicut & hoc, cum in Propontidem illum se effundere ait, quod apud neminem authorem reperias, opinor.

Postero die ad Gordium peruenit.) 789. E. Gordium olim Galatiæ caput fuisse Plin. author est lib. 5. cap. vltimo. Strabo autem suo tempore in vicum redactum scribit. Apparet non longe à Pesinunte abfuisse. Cæterum quomodo tria maria pari ferme distantia interuallo habeat, ad Hellespontum, ad Synopen, & alterius oræ littora quà Cilices maritimi colunt, id in Ptolemæi pictura non apparet. Adijcit Strabo Cleonem quendam ex Gordio rursus vrbem fecisse, & Iuliopolim appellasse. Plin. libro iam dicto ait Gordium Comen postea Iuliopolim dictam. Ptolemæus sane Iuliogordum ad Sipylum mōtem: duas autem Iuliopoleis, alteram in Bithynia ad Sangarium, alteram in Phrygia magna Galatis finitimam ponit, vt planum non sit quid in his potisimum sequendum. Quanquam de toto hoc COS. Manlij itinere nō opus est vsqueadeo esse solicitū quenquam, cum ille nec proxima iuerit, nec nomina constent, vt multis iam demonstrauimus locis.

Olympum montem petere.) 790. F. Nusquam in Galatis Olympum inuenias, neq; eum facile credo fuisse, qui in Mysia est Propontidi immineus, vt Strabo ait libro 12. etiamsi ea regio quę ad Hellespontum est, Trocmis vectigalis fuerit. quare hoc nomen corruptum puto, maxime quòd paulò pòst COS. Ancyram venisse dicatur tertijs castris. Ego plane Didymum, quem ita Ptolemæus vocat, describi existimo.

Diuersos Tectosagos alium montem qui Magana dic. pe.) 790. F. Nec hic mons apud vllum, quod sciam, authorem inuenitur. Ego ex itinere descripto conijcio eum esse quem Ptole. Giganta vocat. quanquam apud eum codices varient: quidam enim Olysanta, quidam Oliganta nominant: sed variationem eam accidisse puto ex articulo Græco masculini generis, ὁ, deinde vna aut altera immutata litera, vt nimis sæpe vsu venisse videmus.

Et Tralli Thraces.) 790. K. Ego Triballi legendum existimo, quos Ptolem. in inferiori ponit Mysia, Thracibus vicinos. Tralles autem ad Mæandrum fluuium non ita longe à Sardibus idem collocat, quod in superioribus iam sæpe admonuimus. Nisi quis existimet & in Asia quoque Triballos habitasse, vt Tralles ac Mysos, quod tamen absque authore non facile dixerim.

COS. tertijs castris Angyram nobilem in.) 792. H. Ancyram omnes alij vocant, sed hoc fecit mutarum cognatio γ & κ. Valerius autem Maximus lib. 6. cap. 1. hunc Orisgontem, si codices non errant, vocat Orgiagontem, vbi eandem recenset historiam.

Et ne eam quidem, vt amans, gratuito, certo au. pon. pact.) 792. I. Et ne eam spem gratuito, vt amans, fecit, sed certo auri, inquit pondere pactus. Ideoq; alij hæc non recte emendarunt ad hunc modum: Et ne eam quidem vt gratuitam amans. Eam enim, spem refert, nō mulierem.

Aliaque (vt traditur) & sanctitate, & integr.) 793. A. Illud alia, meo quidem iudicio, corruptum est: quanquam aliquo pacto intelligitur, si cum sanctitate connectas: vnde Et coniunctionem quidam sustulerunt, sed non satis sit cordati lectoris animo, quapropter exemplaria vetusta diligentius inspicienda.

Et Morzi auxiliares.) 794. G. Pusillum quidem hoc, tamen consideratione non indignum visum, sitne Morzi, reguli nomen potius, quàm populi: mihi reguli videtur, vt Ariarathis.

Substructionem super æquimeliū in Capit.) 794. K Ad quid

quid illa substructio, & qua pacto facta super æquimelium, vix [illegible] quoquam intelligi puto: enim alioqui, quid sit substructio, ex Vitruuij libro primo satis fit clarum. De æquimælio item ex libro quarto Liuij ab Vrbe condita. Suspicor itaque, vt quod sentio, ingenue fatear, hunc locum mutilum.

Vicenos autem Cranonij, & Phalenses, & Samæi dederunt.) 795. A. Quidam Cranonij & Samij emendarunt. Scholiastes verò in Thucydidis librum secundum [illegible] (inquit) [illegible]. Ipse autẽ Thucydides, [illegible] inquit) [illegible], id est, Sita autẽ est Cephallenia ad Acarnaniam & Leucadẽ, cui quatuor sunt ciuitates, Pallenses, Cranij, Samæi, Pronnæi. Quare perperam hi Liuij codicem emendarunt legendúmq; Vicenos autem Cranij, & Pallenses, & Samæi dederunt. Nisi forsitan quis putet hæc ne Liuio quidem admodum nota fuisse, quod mihi tamẽ non fit verisimile. Pro Pronnæis quidam ante Cranios posuerunt Neliotæ, atque ita legunt: Vicenos Neliotæ, Cranonij, Pallenses & Samæi dederunt.

Sed triplex scutale crebris suturis duratũ) 795. C. Quidam triplici Scytales legũt, & ad duratũ referunt telum, quod præcessit. Tolerabilius esset si triplex scytale legeretur, sed durata oportebat sequi. Alij putant scutale in neutro prolatum genere. Ego puto Liuium describere lancem, cui imponitur lapis ad quam lora dependent. Cæterum quod mox sequitur, Coronas modici circuli magno ex internallo loci assueti traijcere: nisi expressius fit acientis & gestus, & ad scopum certitudo, ego quid sibi ea verba velint, haud assequor.

Nocte adorti vicũ maritimum nomine Lamin.) 796. F. Huiusmodi vicum nemo, quod equidem sciam nominat in Laconica: suspicor legendum, nomine Laan, siue contractim, Lân, tribus à Gytheo stadijs distans oppido, vt author est Pausanias lib. 3. Meminit & Strabo lib. 8. Item alij, vt Ptolomæus.

Et ager Belbinaós.) 797. D. Huius agri mẽtio, ni fallor, est apud Strabonem lib. 8. ac 9. Opinor autem insulæ eius quæ Salamini proxima: quanquam quibusdam haud immerito dubium videri potest. quomodo tanto à Lacedæmone spatio agrum eum tyranni possidere potuerint. Deinde quod Liuius subnectit, eidem ciuitati, de Megalopoli intelligo. Belbinã insulam Plin. lib. 4. cap 12. ait esse contra Trœzeniam.

Cui per octingentos annos asseuerant.) 797. E. In Chronicis Eusebij inuenies septingẽtos annos, aut 690. Tu vide quid legendum.

COS. dedisse inscriptum est.) 798 F. Nec COS. nomen expressit. nec annum: itaque hoc totum dubium.

Quina dena mil. ped. imperarent, & mille ducentos equi.) 798. G. Si priore loco distributiua sunt nomina in peditibus, erunt & in equitibus. Sed ego XV. millia peditũ libentius legã sine distributione. Itẽ paulò pòst: Vt terna millia peditũ, ducẽtos equites: lego ducenos equites.

Cum IIII. millibus militum Oronda.) 799. B. Oronda Pysidiæ vrbs, vt paulò ante ex Plinio ostendimus. Hic autem genere neutro ac pluratiuo profert numero, vt in sequentibus rursus. In Plinio certum videri non potest cuius sit generis. Nam sæpe ita ponuntur neutra, vt Patara. Quidam etiam Oruanda scribunt.

Cis Taurum montẽ vsque ad Tanaim amnem.) 799. C. Tanais amnis in his locis nemo, quod sciam, meminit. De Tanai autem Asiæ ac Europæ termino intelligere, absurdum. Vide sitne legendum Lalasim amnem, cuius Plinius mentionem facit libro quinto, cap. 27. vbi de gente Isaurica. Nisi quis de Mela antiquo fine Ciliciæ, vt eodẽ loco notat idem, intelligere malit, aut Cataracten Pamphyliæ amnem.

Néue minorem ex belli causa, quod ipse illatu. erit.) 799 D. Qui monerem, pro minorem, hoc loco legunt, benelegunt, sed quod statim subiungitur citra calicandium, legendũ Calycandrum, ex Plinio, Ptolomæo, ac Strabone, quanquam in Ptolomæi plerisque codicibus calydnus legitur Fluuius est Ciliciæ. Sarpedonem item legendum, non Sarpedonium, ex ijsdem authoribus.

Argenti probi XII. millia Attica talenta dato.) 799. E. Priore libro, vbi Antiocho pacis conditiones à Scipione dicũtur XV. millia talentũm Euboicorum nominantur. erant autem iam tria millia persoluta: quæ igitur restant, sunt XII. millia talentûm. Sed enim hic nunc Attica atq; ea octogenariũ librarum postulantur, vbi antea Euboica. Euboica autẽ sunt quinquagenarum septenarum librarum cũ singulis trientibus fere, vt Budæus supputat. Ingens igitur hic esset accessio. Itaque vel Euboicum talentum maius fuit, aut Liuius duobus bis locis diuersos secutus videtur authores: nam lapsu hoc factum non videtur verisimile Sed neque placet quod quidam excusant decẽ legatos auxisse summam. Budæus hæc verba Liuij inuersa esse rectè scripsit: nemo enim Latine dixerit, millia talenta. Quare ipse legendum putat, argenti probi Attica talenta XII. millia, vel Atticûm talentũm.

Et Lysimacho Acarnane & Chalcidensibus Eubulo.) 800. F. Mnasymacho legendum, & Eubulo, vt superiore libro à Scipione petuntur. De his tamen duobus Chalcidensibus dubito. Nam lib. 5. huius decad. vbi Chalcis ab Aetolis tentatur, Euthymidas princeps ac exul, & Herodorus mercator similiter exul nominantur, non Eubulus, non Philon. Verum id iudicet lector.

Et Iliensibus Rhœteum & Gergithum addiderunt) 800. A. Qui pro Gergithio, Gargarum legendum existimarunt, errant Strabonis Græcus codex quem Aldus exhibuit. Gergethium per η in medio identidẽ habet, cùm Herodotus per ι scribat. Interpres Strabonis videtur melius habuisse exemplar, quàm sit Aldinum. per ι enim scribit, vt Herodotus. Facit etiam nonnihil ad hunc errorem vulgi abusus, qui ι & η eodem pronuntiant sono. Paulò pòst etiam Phocæensibus legendum, vt sit à Phocæa Aeolidis vrbe adiectiuum φωκαιεὺς. Nihil enim hic de Phocide Græciæ regione.

Et Lyaconiam & Mytiadem & Lydiam.) 800. I. Antonius Sabellicus hoc loco pro Mytiadem putat reponendum Mysiam, cum Liuius priore versu Mysiam post duas Phrygias numerarit. Ego Miliada restituendum censeo. cuius in Pamphylia multi meminerũt authores. Præterea Telmissum hic Lyciæ vrbem designari, non Termessum Pamphyliæ, quod Strabo lib 13. de Eumene fatetur, vbi de Lyciæ vrbibus.

Quia pars eius citra, pars eius vltra Taurum est.) 800. I. Vix definire queas, qui huius diuisionis termini fuerint, ita superius Tanaim flumen nominauit, cum cis Taurũ ditionem definire vellet Hic ipsam Pamphyliam in duas diuidit parteis. idque per Taurum montem. Cæterum si idem mons Chelidonio promontorio disterminatur, vt Plinius inquit lib 5. cap 27. aut potius Tauri initiũ montes dicuntur, qui supra Chelidonias insulas sunt in Pamphyliæ ac Lyciæ confinibus, vt Strabo asseuerat lib. 14 nõ video quomodo Ptolomæi pictura, vel ipsi authores iam citati. cum Liuij hac descriptione conueniant. Mihi sane in codice Liuij multa suspecta: sed iudicent doctiores.

Inde postero die ad Cypselas peruenit.) 800. K. Hæc genere fœminino Cypselas quidam legunt, cum libro primo huius decados Cypsela neutro genere dixerit. Strabo libro septimo Cypselon vocat singulari numero. Est autem locus inter Hebrum ac Melana Thraciæ flumina.

Astij, & Cœni, & Maduateni, & Coreli.) 801. A. Astios puto, à quibus apud Ptolomæum ἀστικὴ præfectura, vt à Cænis καινική. Plinius Cænicos vocat eos populos lib 4. cap 11. Corelos non sane reperio. Ptolomæus [illegible] vocat præfecturam. Item Plinius dicto loco Cæletas. Ex his lector dispiciat quid restituendum. De Maduatenis nihil inuenio.

Circa templum Mendidium castra loco aperto) 801. C. Vendidium habebant quidam codices: Vnde quidam Bendidium emendarunt, sed non placet Nam Mendidia inter multa alia Thracum sacra Strabo numerat libro 10.

Aliæ angustiæ circa Tampira excipiunt.) 801. D. Herodotus

dotus lib. 7. Strymam oppidum hoc tractu ponit. Timpira quid sit, non reperio. Quidam tempyra legunt, quod mihi æquè ignotum.

Transiens & ipsa Thracum.) 801. D. Idem Herodotus lib. 5. ab initio Trausos vocat, apud alios authores rara illorum mentio. Quidam codices Transi per n legunt, sed perperam. Apud Herodotum etiam per τ prima, non ϑ scribitur.

Pnaricus campus eos excepit.) 801. E. Priatici qui sint, nusquam inuenio. Cæterum Herodotus lib. 7. vbi Xerxis à Dorisco iter describit, hoc in loco Brianticæ regionis meminit Plini etiam libro 4. cap. 11. Priantarum, variatum in p, & b, haud magno discrimine. At litera n omitti non debuit.

Ab statinis diei via Apollonia fuit.) 801. E. Hanc vrbem author noster, vt ex descriptione liquet, inter Maroneiā ac Abderam ponit. At Plinius loco iam dicto inter Strymonem ac Oesymam memorat. Est autem longe alia ab eaque sequitur paulò post ad Ionium mare.

Donec in Macedoniam peruenerunt.) 801. E Ptolomæus Macedoniam lōgius ad septentrionem extēdit quàm alij authores: quod antea enam alicubi admonuimus. Itaque Neapolis quæ Ptolomæo est in Macedonia, Liuio & Plinio est in Thracia.

Sed ego in ea ciuitate, quæ ideo omnibus rebus,) 806. F. Alij legunt, sed si ego, quod vetusti codices non habent. Sequitur enim statim post, si nollem, sigraue ac superbū existimarem, &c. Nisi quis repeririat coniunctionem si, putet ob longum quod interpositum erat Hyperbaton, quod mihi non probatur.

Aut nobis videri velint hostem) 806. G. Vobis haud dubie legendum, non nobis. Est autem syllogismus ἀντιστρέφων, tanquam si Manlij aduersarij obiecissent: Si hostis fuit terribilis, temere cum eo congressus es: si fuit effœminatus, non metuisti triumphum. Ille contrà obiectionem hanc in eos conuertit: Si hostis fuit terribilis, metui triumphum: sin effœminatus ac emollitus, non temere eos inuasi. Nota etiam id genus locutionis, detrectare virtutes, pro laudi detrahere.

Tribunus plebis eo tempore T. Sempronius Gracchus erat.) 808 G. Aulus Gellius lib. 7 cap. 19. hæc ita recitat, perinde atque P. Scipio pro fratre Lucio hæc egisset, quæ hic Gracchus pro P. Scipione egisse narratur. Valerius Maximus lib. 4. cap. 1. tanquam Gracchus pro Lucio, non Publio, hæc egerit, narrat. Liuius paulò pòst omnium narrat opiniones.

Nec præbita est materia ingenio quoad primum conf.) 808. K. Verba hæc in plerisque codicibus asterisco notata sunt, quia sunt oppidò obscura. at in vltima Frobenij editione ex veteribus codicibus rectè emendata. Priore quidem consulatu magis in Africam apparauit exercitum quàm res vllas gessent: secundo Italiam nunquam egressus est. Ergo prima vitæ pars memorabilior quàm postrema.

In L. Scipione malim equidem librarij mendum.) 809. D. Hoc ego ita intelligo, vt Liuius dicat legi debere apud Antiatem, Scipionem sex millia pondo argenti, & quadringenta octoginta auri plus accepisse. quàm in ærarium retulerit. Quæ deinde ita Liuius comparat, vt sex millia pondo auri, & quadringenta octoginta argēti, vt librarij corruperant Liuij opinionem, æquent ducenties quadragies H.S. Rursus sex millia pondo (vt Liuius vult apud Antiatem legi debere) argenti, & quadringenta octoginta auri, æquent quadragies H.S. quæ ratio non admodum differt à Budæi supputatione. Ostendit autem autumeo tempore non tanta in æstimatione fuisse Romæ, vt posterioribus inde annis: quod etiam ipse Budæus multis locis asseuerat. Cæterum huius historiæ Gellius meminit lib. 4. cap. 18. & Valerius Maximus lib. 3. cap. 7.

Senatum eo die forte cœnantem in Cap. consurre.) 810 L Cui assurrexerit senatus, ambiguum. Gracchóne tam bene merito de republica, an P. Scipioni, qui cū statim verba fiunt. Aemyliæ item responsio nisi eam Graccho vel affinem vel valde fauentem intelligamus, quid sibi velit, non plane capio.

Hanc regionem dierum plus triginta in longi.) 811. C. Viginti legendum, pro triginta, vt sit dupla ratio longitudinis ad latitudinem: quanquam ne hoc quidem verum est. Siquidem Herodotus Asiæ huius latitudinem à Cilicio mari ad Pontum Euxinum, quinque dierum iter expedito facit, libris primo ac secundo. Verum P. Scipio Nasic. hic omnia exaggerat.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM XXXIX. HENRICHI GLAREANI ANNOTATIONES.



RANSLATVM deinde ad Apuanos Ligures) 813. A. Apua oppidum est ad fontes Macræ fluuij, vt quidam dicunt, ex fragmento Catonis de originibus, quibus quātum credere debeamus, iudicent alij. Certe Sempronius C O S. posterioribus annis Apuanos Ligures vicisse dicitur, vbi etiam ad Macram habitario eorum refertur. Frisinates autem Ligures, deinde montes Auginum, Ballistam atque Suismontium, non temere reperias apud authores: quod ideo admonemus, vt vetustiora eo diligentius inspiciantur exemplaria.

Fuluium temporis iacturam facere.) 813. D. Verba sunt adhuc Amburij tribuni pleb. At illud, Marcus Fuluius, ἀκαταλλήλως positum videtur: intelligitur enim vel contradicebat, vel quid simile. Nisi quis locum corruptum putet, cuius gratia & nos locum notauimus.

Dum ne summam octoginta millia excederet.) 814. H. Quidam admonuerunt octoginta legendum, non octingenta, & recte. Sed quare hoc ita, cum nihil adijceretur, dicere non potuere. At ego H.S intelligo aut nummûm. Nam æris si intelligamus, videtur nimis parua summa, pro ea quam Fuluius paratus erat in eam rem expendere. Quanquam libro decimo huius decados M. Aemylio Lepido Censori & pontifici maximo in ludos non amplius decretū, quàm viginti millia æris, quæ summa quadruplo minor est octoginta millibus æris, quare cum nemine ea de re pugnauero, quicquid adijciatur.

Inde primum lectos æratos, vestem stragul.) 814. K. Vide vt acceperit lectum, cum ait, lectos æraros. Nam vestis stragulæ etiam mētio libro quarto huius decados in oratione Catonis.

In triumpho tulit Cn. Manlius Cor. au. CCII.) 815. A. Quidam codices X. habent pro XII. Cæterum hic numerus librarum est, non coronarum, sicut superius in M. Fuluij triumpho, aureæ coronæ CXII. pondo.

Stipendium collatum à populo in publicum, quod eius.) 815. B. De quo stipendio loquatur non est certum. Nam qui secundo Punico bello in publicum dederant pecuniam, ijs tertia ac vltima pensio soluta fuit, lib. 9. huius decados: deinde vicenos quinos & semisses in millia æris datos: intelligo æles, vt exceptis semissibus sit vsura semiquincúciaria, quā nunc vulgus iurisperitorum ex semisse vocat, cum vsura ex semisse in mille essent sexaginta. Sed hæc alterius sunt negotij.

Et ex duabus Hispanijs cum literis C. Attinij, & C. Matilij.) 815. C. Superiore libro, COSS. M. Valerio Messala, C. Liuio Salinatore, anno verò ab Vrbe cōdita 566. leguntur botum prætorum nomina, C. Catinius, & L. Manlius. Hic Manlius ad finē huius libri triumuir creatur cum Nasica & Flaminio ad coloniam Aquileiam deducendam.

Malus

Malus in circo instabilis in signum Pollentiæ.) 815. C. Cuius rei ille malus fuerit, explicarum vellem. Tum Pollentia qualis fuerit Dea. Festus Potentiam interpretatur, quę mento Romæ, si vspiam alibi, remplũ habere debuit.

Via vna corruptelæ Bacchanalia erant.) 816. F. Ita habebant plerique codices, vt corruptelæ singularis esset numeri. Alij pro nominatiuo Bacchanalia. genitiuum substituerunt. vt corruptelæ pluralis sit numeri, hoc sensu: Corruptelæ Bacchanalium erát vna via ad corrumpendum pupillum. Sed vtrumque intelligitur. At magis de hac, quæ mox sequitur locutione dubito, quid sibi velit, Bacchis eum se iniriaturam, & rursus toties post, Bacchis initiari velle, de qua iudicet lector.

Vt Hispalam itidem ex Auentino libertinam.) 817. A. Pro itidem quidam reposuerunt identidem, quod mihi displicet. Veteres sanè codices indidem habent, & significatio magis hic cōgruit, & verbum ipsum apud hunc authorem frequens est.

Datam operam esse vt primo quoq; tempore compre.) 820. F. Ita habent vetustiores codices quidam. in alijs tamen asterisco notata. Quidam emendarunt, data opera est. Quod si ex vetusto codice fecerunt, perplacet. Sin, qua nunc plerique omnia audent, propria temeritate, male eis precandum, ingentem enim fenestram aperiunt ad audacter corrumpeodos authores, cum alioqui diligentius inspecta fuissent vetera exemplaria.

Qui stupris ac cædibus violati erant.) 820. G. Vide vt id verbi violati, accipiat, quasi dicas inquinari, et qui alios violarior: nisi quis corruptum putet locum. Sed sunt talia etiam apud Sallustium.

Extra quam sicubi vetusta ara.) 820. H. Quidam emendarunt hunc locum, pro sicubi. ponentes si qua ibi: quod mihi quidem placeret, si vbi, non ibi reposuissent, quanquam cum nemine ea de re contendero.

Cum Lusitanis in agro Hastensi sig. coll. pug.) 821. C. Ita plerique habent codices, sed hoc alij emendarunt. Astam enim absque aspiratione Ptolomæus in Bætica ponit, vt & alij, quò Lusitani facile peruenire poterant, At in Lusitanis nemo ponit neq; Astam neque Hastam.

Cum Celtiberis acie conflixit.) 821. D. Hic locus ostendit Celtiberos in citeriore Hispania esse, qui tamen sunt trans Iberum: nisi quis dicat eos Iberum transgressos in Romanorum citeriorem prouinciam. Atqui de citerioris vlteriorisq; Hispaniæ veris terminis vix certum est definire. Annixus est hoc Plin. lib. 3. cap. 1. sed obscurè admodum. Imò paulò pòst cap. 3. fatetur veterem citerioris formam mutatam. Primũ quidem, meo iudicio, amnis Iberus fuit limen vtriusque prouinciæ: at posterioribus deinde annis multum adiectum fuit citeriori.

Galli transalpini transgressi in Venetiā.) 822. F. In Venetiam dicit. quod authores in Venetos frequentius dicũt: nisi quis locũ corruptum putet quod ego tamē nō existimo.

Postero die prætores facti P. Cornelius Cethegus.) 822. F. Hoc Cethegus nuper est additum. Sed & anno sequenti P. Cornelius Cethegus fit prætor: quare hoc mihi suspectum, vt multa alia hoc loco, maximè quòd prætorũ sors omissa est hoc anno, & prouinciarum ordinatio, præter huius decados & morem & consuetudinem.

Perrhæbij connocondylum.) 823. E. Neque hoc oppidum, nec quæ sequuntur, Mallœam, Certinium, Menelaida, Petram, Xinias ac Paracheloida, facile reperias. Citinium oppidum Doridos nihil ad hunc locum. Xiniarum etiam lib. 2. huius decados mentio, non item apud alios.

Direxisse finem Philippo veterem viam regiam, quæ ad Thraciæ Paroreiam subeat.) 824. K. In noua Frobenij editione benè habent hęc loca. Cæterum Parorei qui sint, non admodum constat. Plin. tamen lib. 4. cap. 10. vbi de Actio: Ab hoc (inquit) amne Pæoniæ gentes Parorei, Heordenses, Almopij. &c. Quidam codices Pliniani Parocei habebant. Videri etiam potest Appellatiuum nomen Parorei, quasi dicas montibus vicini, quod intelligitur quidem, obscurum tamen est.

Tulit coronas aureas quinquaginta duas, auri præterea pondo.) 825. E. Initio huius libri duorum imperatorũ, M. Fuluij & Cn. Manlij triumphi memorantur: in quibus numerus non est ipsarum coronarum, quot numero eæ fuerint. sed potius pondo, quot in vniuersum eæ coronæ habuerint auri libras: etiamsi in Fuluij triumpho post eum numerum, & post argenti pondo, auri quoque pondo subijciuntur. In Cn. Manlij triumpho post coronarum pondo nulla deinde auri pondo numerantur. At hoc in Triumpho L. Manlij coronarum est numerus, non pondo, nisi codex erret. Deinde auri ac argenti numerus subiectus est. Hæc à nobis notata sunt, vt lectori suum sit iudicium. Neque enim ego eam rem valde vrgeo, sed exemplaria vetusta conspicienda sunt.

Haud procul Hippone & Toleto vrbibus.) 820. F. Nemo, quod sciam, in Carpetanis Hipponis meminit. Quidam codices Dippone habuerunt, vnde Hippone factũ. Ptolomæus Carpetanorum Liboram & Hispinon numerat. Tu vide quid sequaris.

In Liguribus Ingaunis.) 827. C. Strabo Albigaunum Ingaunorum oppidũ nominat, similiter & Ptolomæus: quanquam plerique eius codices habent Albitaunum, facile permutatione γ in τ.

C. Decimus Flaccus, P. Sēpronius Lōgus, P. Cor. Ceth.) 827. E. Hunc Decimum, alij Decimium, & Flauium, quin etiam Flauum cognominant. Hoc autem mirum quo pacto P. Cornelius Cethegus hic rursus sit factus prætor, cum priore anno fuerat. Sed hoc antea admonuimus.

His Clitoræ in Arcadia datum est concilium.) 829. A. Κλείτωρ est apud Strabonem lib. 8. ad finem. Nomen fuit Arcadis nepotis, à quo & oppidum nomē accepit, authore Pausania lib. 8. Et vide si ab accusatiuo Græco κλείτορα, factus sit nominatiuus fœmininus Clitora, vnde hic genitiuus Clitoræ, quod sæpe Latini fecisse videntur, quanquam sunt qui absque diphthongo in ablatiuo Clitore legendum putant, vt Carthagine.

Spicie, inquis, æquum est fœdus apud Achæos.) 830. G. Ita quidā distinguunt post Achęos. Ego post fœdus distinguendũ puto. Cæterum quid argutiæ habeant hæc verba, Sentio Appi, & si nō oportet, nō indignor, lector dispiciat.

Scripseritque nonagesimo anno.) 832. G. Cicero in Lælio mentionem faciens dialogi de Senectute, sub persona Lælij ita ait: vt memini Catonem vno anno antequam mortuus est, mecum & cum Scipione disserere. Porrò ille annus eodem authore erat COSS. L. Quintio Flaminio, M. Acilio Balbo, nostra supputatione ab Vrbe cond. 604. quo tempore Cato annum quartum ac octogesimum agebat, vt apud eundem ipse Cato in eodem de Senectute dialogo fatetur, paulò pòst vbi de Nestore. Quapropter si posteriore anno mortuus est, vt Lælius affirmat, non excessit quintum ac octogesimum annum, cum hic nonagesimo anno scripsisse memoretur. Sed diuersum authores tradidisse apparet. Quod si vllus in his numeris suspectus est, in Lælio videtur emendandus, legendúmque, aut sexto aut septimo anno antequā mortuus est, quanquam lectoris iudicio hæc committo: nobis ideo annotata, vt occasionē studiosis daremus & emendandi authores, & iudicandi diligentius. Nec hoc quoque planum est, quo Catonis anno Liuius voluerit Sergium Galbam (qui Seruius Sulpitius Galba verè nominabatur) ab ipso Catone in iudicium ductum: nisi quis distinguat, post scripseritque, & nonagesimo anno referat ad sequentia. Vide Florum lib. 49. ac confer tempora, videbisq; non omninò friuolam hanc nostram dubitationem.

Coierant apud prætorem L. Flaccũ qui collega.) 832. G. Valerius Flaccus Catonis in consulatu collega, hoc anno non fuit prætor, neque videtur alicui subrogatus. Itaque lego, apud competitorem L. Flaccum. Quidam locum ita emendarunt, Consenserántque præter L. Flaccum.

Coronas aureas tulit LXXIII. & XII. pon. argenti.) 832. K. Paulò ante testati sumus hos ac similes locos nobis suspectos esse. Nam nimis nudus hic est triumphus, & Crispini etiam nullo sensu. Tantundem, inquit, auri, quantum argenti in eo triumpho translatum: at quantum auri, hoc enimuero omissum est, quod & in alijs accidisse mihi sit verisimile. Quidam pro LXXIII. legunt LXXXIII.

& XII. M pondo. Item, tantundem auri atque argenti, vt Crispini summa referatur ad Calpurnij, quæ præcedit, summam.

Et fabulæ tantum sine authore editæ credidit.) 833. B. Si Valerius fabulæ credidit, certè Cicero quoque in Catone fabulam narrat, quippe qui eandem eius rei gestæ adfert causam. Hoc etiam obiter notandum, cum ante septennium L. Flaminius COS. siue proximo deinde anno procos. hoc in Gallia facinus cōmiserit, cur illis tum Censoribus non fuit notatus? Titus enim frater biennio pòst factus est Censor, vt non videatur quibusdam locum habere ea apud Ciceronem ratio in Catone, vbi ita inquit: Tunc hic Tito fratre suo Censore, qui proximus fuerat, elapsus est. Mihi verò & Flacco neutiquam probari potuit tam flagitiosa & tam perdita libido, &c. Sed sciendum hoc exemplū esse, Censores maxime initio iam magistratu nouo senatum legere consuesse: ideóque Flaminium nō statim vt magistratu abijt, è senatu pulsum, sed ad hoc vsque tempus impune illi fuisse, quare Ciceronis ratio bene procedit.

Et his rebus omnibus terni in millia æris.) 833. D. Hoc obscurum est. Non ita longe ab initio huius libri, viceni quini & semisses in millia æris à quæstoribus soluti referuntur. Quanquam haud scio sintne hi loci comparandi: nam à me in hoc citantur, vt si quid lectorem iuuare queant, occasionem neglexisse non arguamur.

Molem ad Neptunias aquas.) 833. D. Quæ sint illæ Neptuniæ aquæ, certo scire non potui: sed puto locum ad mare Latinum, vt & Formianus ille mons. At quæ Cato atria in Latomijs emit, ea in vrbe aut prope fuisse existimo. Verba autē de vectigalibus locatis, & à senatu obliteratis (nā hoc sonat verbū induci) indigent etiam attento lectore, vtinámque omnia bene habeant.

Iidem triumuiri Q. Fabius Labeo, & M. & Q. Fuluius.) 833. E. Neq, hoc scire possum cur dicat, ijdem triumuiri, cum nusquam antea, quod sciam, horum triumuirorum sit mentio, quanquam alios quidem magistratus gesserint.

Id eos vt prohiberet, quoad eius sine bello posset.) 834. C. Notandum etiam hoc locutionis genus: omnia sane, quæ nos vidimus, ita habent exemplaria.

Et Messene desciuerat à concilio Achaico.) 835. C. Quidam mutarunt, Messenij desciuerant: sed non erat opus, cum post Philopœmenis mortem Liuius de multitudine Messeniorum ita quoque loquatur: Victa namque (inquit) Messene bello, expascentibus Achæis dedit noxios. Ego tam temere non mutatim authorum verba absque vetusto exemplari.

Ad præoccupandam Coroneam.) 835. C. Strabo libro 8. & Pausanias lib. 4. ad Pamisum amnem Coronē Messeniæ ponunt. Coronea vero Bœotiæ est oppidum ad Heliconem montem, vt idem Strabo lib 9. testatur. Meminere & Plinius & Ptolomæus vtriusque oppidi. Cæterum ex Strabone lib. 9 colligitur, à Coronea Coroneus tetrasyllabon dici, à Corone verò Coronæus trisyllabon: tametsi Plinius Coroneum sinum vocat, eum qui ad Coronem Messeniæ est. Ego Liuium hoc loco Coronem scripsisse puto, non Coroneam, nisi quis eius rei differentiam parum eū curasse putet.

Ego neque his, neque Valerio assentior.) 837. C. Qua in re Valerio Antiati (nam de hoc haud dubie loquitur) non assentiatur, comminisci non possum Nam quod de tribuno Næuio subiungit, nihil ad Antiatem, qui duos Petileos P. Scipioni diem dixisse scribit, non M. Næuium, vt ipse Liuius superiore libro fatetur. Ad rationem autē contra Polybium atque Rutilium, obijci fortassis poterat, Scipionis exilium, quod ipse sibi, non patria fecerat, in causa esse potuisse vt L. Valerius princeps senatus crearetur, nulla Scipionis nota. Magis me mouet Ciceronis authoritas, apud quem Cato ita de Scipione Africano loquitur: Anno ante me Censorem mortuus est, nouem annis post meum consulatum, cum COS. iterum, me COS. creatus esset. Hæc ille. Fuit autem hic annus tertius ante hunc quo Hannibal mortuus dicitur. Obiter etiam hoc loco notandum quòd paulò pòst hic ait Liuius, tribunos pleb. tribus mensibus ante COSS. inijsse magistratum: quanquā haud scio an perpetuò obseruatum.

Exercitum in Odrysas & Dentelecos & Bessos du.) 838. C. Quidam Dentelochos emendarunt. Apud Plin. lib. 4. cap. 11. tum Denseletæ, tum Denteletæ in codicibus vetustioribus legas, vbi & Bessorum meminit. Ptolomæus vero inter Thraciæ præturas & Dantheleticen & Bessicen enumerat Strabo item lib. 7. Danthelotas vocat & Bessos: itaque hoc & Græcis & Latinis variatum est codicibus: quare quid sequendum, lector ipse dispiciat. Philippopolim verò antea Trimontium dictam, & Plinius & Ptolomæus perhibent. Plinius etiam Ponetepolim olim. Ptolemæus Hadrianopolim suo tempore.

Oppidum in Derriopo condere instituit.) 838. C. Deuriopus nomen loci apud Strabonem lib. 7. prope Lymistas (vt ipse vocat) & Pelagones. Derriopum nusquam inuenio. Thucydides lib 2. Doberum Pæoniæ facit oppidū, quod Ptolomæi codices inuersis literis vocant Deborum. Stobos autem Pelagonum oppidum Ptolomæus facit, non ita prope Pæonas. Quanquam ex Liuij verbis non plane constat, duásne vrbeis condere instituerit Philippus, an vnam duntaxat, vt cōtinuata sit lectio, distinctionibus, non colis intercisa. quod videtur verisimile. Et hic lectoris esto iudicium.

Et Saturnia colonia ciuium Romanorū in agrum Caletra.) 839. B. Ptolomæus (si codices non errant) Saturnianam coloniam vocat, vt puto, in Thuscia, vbi & Plinius Saturninos populos ponit, agrúmque Caletranum. Sed nihil mutem.

Eodem anno A. Terentius proprætor.) 839. B. Quidam etiam libri procos. habebant, sed non placet. Quidam libri etiam C. non A. habebant, & hic & in superioribus, sed neque hoc placet: nam sequentis anni prætor Terentius id prænominis habet.

Citerior Hispania in pace fuit eo anno.) 839. B. Vlterior legendum non citerior, vt tertio antea anno in prætorum sorte liquere potest, & sequente item statim libro duobus locis.

P. Aemylius iterum.) 839. C. Ita habebant quidam vetustiores codices, sed errāt, quòd initio libri statim sequentis patet. Quanquam in prioribus neque P. Aemylium, neque P. Manliū inter prætores inuenio, Lucios vtrumque. Certè anno XIII. huius deca. M. Valerio Messala. & C. Liuio Salinatore COSS. prætor Hispaniæ citerioris dicitur L. Manlius Acidinus tametsi rursus anno XV. huius decados non ita longe ab initio huius libri C. Manlius legitur, errore, vt puto, omnium codicum. Hoc igitur loco legam, L. Manlius iterum, non P. Manlius, etiamsi post orationem Demetrij libro sequente repetatur P. Manlius. At ibidem quoq;, vt initio sequentis libri, vlterioris Hispaniæ dicitur fuisse prætor, qui anno XIII. vt paulò antè diximus, citerioris dictus est. Fortaßis autem & hoc historia variatum est, aut author lapsus memoria in re nō magni admodum momenti.

FINIS.

IN T. LIVII LIBRVM XL. HENRICHI GLAREANI ANNOTATIONES.



T Rhodiorum querentium de Sinopensium clade.) 840. I. Quæ hæc fuerit clades, ne verbo quidem anteà, quod sciam, meminit Liuius: hic vero quasi rem notā introducit.

In Emathiam, quæ nunc dicitur, quondam appellata Pæonia.) 840. I. Plin. lib. 4. cap. 10. ait Macedoniam antea dictam Emathiam, cuius partem septentrionalem Pæonia ac Pelagonia protegi subiungit. Sed ob vicinitatem hæc confusa videntur ab historiographis, quando ne geographis quidem omnia ad amussim discriminata visuntur. Porro huius loci compositio mihi non admodum placet.

Ex composito sermones ad spretionem Romanorum.) 842. G. Ita plerique habebant libri. Alijs spretio vox insolens visa spem reposuerunt: sed compositionem fecere, quam ego plane non intelligo.

Redierant quos forte miserat in Basternas.) 842. H. Basternas pet e plerique habent codices in secunda syllaba, at Græci per α primam vocalem in secunda, vt Strabo atque Ptolemæus. Plin. libro 4. capit. 12. vicinos Peucinis ac Dacis facit. Idem Ptolemæus in Sarmatiæ Europeæ descriptione.

Demetrius per vim, quod excluderetur, paulisper vocife.) 843. B. Per vinum quidam emendarunt: at mihi legendum videtur, per viam: sic enim facere solent adolescentes, & vix paulò antè mentio.

Sociabilem consortionem inter binos Laced. reg.) 843. D. Rara vox consortio, sed apta tamen. Loquitur autem de ijs qui ab Aristodemi gemellis geniti, per multa deinceps tempora Rempub. Lacedæmoniorum concordi rexere imperio. Aristodemus enim quintus ab Hercule, Proclen ac Eurysthenem genuit gemellos, à quibus dein de regum Spartanorum duplex descendit genus. Vide ea de re Herodotum libro 6. ac duobus sequentibus, ac Pausan. lib. 3.

Noxium huic esse caput.) 844. K. Cum præcedens oratio, ac item sequentes duæ, bina habeant membra, miror quid sibi hæc verba velut mutila velint. Fieri autem potest vt quid desit: quicquid id est, admonēdus fuit lector.

Miseria hæc & metus crapulam facile excuss.) 847. A. Quid sibi velit vox hæc miseria, nescio. Fortassis fratris inuidiam intelligit, & patrem scire vult quæ domi suæ sint acta, quæ item in domo Persei. Totum autem malum inde ortum, quòd Perseus ad Demetrij domum speculatores mittere non dubitauerit. Sed iudicet lector.

Id enim vitijs meis non cedendo, cui ius fasque est.) 847. D. Sed ne hæc quidem verba intelligo. Duo proposuit: alterum, nunc non sperandum regnum, quòd minor sit, quòd maiori cedendum dicat pater: alterum, nec ambigendum vnquam de eo forsitan. Nunc lector videat vt hæc verba sequantur, & vt intelligenda, denique an putet in codice mendam esse.

Ne inuidia conflagrem, cum crimine nō possim.) 847. E. Bene habent hæc verba, sed non tam clara sunt, quàm certam habent argutiam, & vide an crimen acceperit pro coniuncta culpa.

Vt omnibus appareret noctis pro. cri. fa. reuictum.) 848. G. Hoc reuictum, vt ingenue fatear, me male habet: videri poterat in vtranque dictum partem, vt vter peccauerit, cōuictus diceretur, nisi sequeretur mox, suspectam nimiam cum Romanis Demetrij gratiam esse. Itaq; non videntur esse responsi verba, sed authoris, qui obiter populi de responso regio iudicium narrat.

Tum quoque non placet sibi.) 848. H. Totus hic locus de recipiendis armatis Liguribus obscurus est: neq; enim explicatur quomodo recipiendi: deinde num verius, pro melius acceperit. Et quid hic senatui non placeat, obscurum est. Denique ad C O S. pro ad C O S S. positum videtur.

Translatum argenti pondo millia C C C X X.) 848. K. Pro millia legendum puto mille, nec ad C C C X X. referendum, alioqui author dixisset C C C X X. millia, quæ fieret immensa summa. Sensus itaque est, mille pondo argenti translatum, ac præterea C C C X X. Atque ita facile conueniet cum alijs triumphantium de ea regione imperatorum summis. Quidam legunt I X. millia C C C X X.

Qui seruitutem seruissent.) 849. C. Vide, libertinæ ne conditionis homines, an eos qui post liminio redierint, dicere velit: nam seruos vix credo, etiam si continuò ingenuos subiungit. Porro statim pòst vbi promontorij Mineruæ meminit, de eo intelligo quod in Picentinis inter Surrentum ac Salernum è regione Proclitæ insulæ à Ptol. ponitur. Barium eodem authore non longe à Salapia ad ostia Aufidi amnis. Meminit eius Horat. lib. 1. serm. saty. 5. Via peior adusque Bari mœnia piscosi.

Bellumque à Biliensibus concitatum in Sardi.) 849. E. Quidam emendarunt, ab Iliensibus. At ego legendum puto ex Strabonis lib. 5. Iolensibus: nisi quis potius Iluensibus, per u in secunda syllaba, legere velit. Iluæ duæ eius nominis apud Ptolemæum sunt insulæ, altera è regione Populoniæ, altera inter Corsicam ac Sardiniam.

Apud L. Puppium prætorem.) 850. F. Quidam codices T. habebant, sed L. legendum: C O S S. enim M. Claudio Marcello & Q. Fabio Labeone, L. Puppius fit prętor Apuliæ. Proximo autem ante eum anno Bacchanalium quæstiones cū omni cura executus erat L. Posthumius Tempsanus. De huius autem Puppij executione nihil, quod sciam, meminit Liuius.

Et leges de ambitu C O S S. ex authori.) 850. F. In plerisq; codicibus hæc verba mutila erant, quanquam ne nunc quidem satis clara: quippe ea ita narrat, quasi ex prioribus nota sint, cum nusquam earum legum antea, quod quidem sciam, fit mentio.

Primum quæritab eo.) 850. I. Hic quærit, nemo respondet: itaq; quidam suspicantur defectam esse orationem, at ego nihil definio: multa enim similia passim in hoc libro reperias.

Septimis demum castris ad radices montis.) 851. A. Non ita longe Aemus mons à Medica abest, sed parua regem fecisse itinera, verisimile est.

Vrbem, quam Petram appellant, oppugna.) 851. C. Id nominis hoc loco apud neminem inuenio: sed fieri potest, vt cum re nomen quoque vetustate abolitum sit.

Ad Astræum Pæoniæ Demetrium mittit.) 852. F. Ptolemæi codices Aestræum cum æ diphthongo in vtraque habent syllaba, αἰστραῖον. Heracleam autem puto Lyncestidos, quæ est ad Erigonem amnem.

Duos equites ad M. Bebium C O S. cum literis Pisas.) 852. K. Paulò antè in ordinandis huius anni exercitibus de M. Pinario, qui exercitum in Sardiniā ducturus erat, Liuius hæc scribit: Sumere à Cn. Bebio proconsule, qui Pisis hybernabat, iussus prætor. Quare hoc loco legēdum: Duos equites ad Cn. Bebium proconsulem cum literis Pisas mittit. M. Bebius enim huius anni C O S. nondum erat Pisis, vt ex paulò pòst sequenti contentione senatus ac C O S S. clarum euadit.

Duumuiri nauales creati Macienus & C. Lucretius.) 853. B. Bis postea alter duumuirorum L. Cornelius Dolabella proditur. quare videndum, hic locus quàm bene habeat.

Eodem anno in agro L. Petilij scribæ.) 854. H. Operæprerium fuerit videre quæ Plinius libro 13. capite 13. scribit, vt lector comparatione facta iudicet vter verisimiliora scribat: nam neque nomina propria, neque arcarum aut librorum numerus consonant. Sed est hoc quoque, vt

pleraque

pleraque alia, apud authores variatum. Meminit & Valerius lib. 1. cap. 1. sed obiter.

Principio veris exercitū in Carpetaniam.) 855. C. Cum Q. Fuluius citerioris Hispaniæ prætor esset, Carpetani autem Lusitanis vicini, non video quo pacto hæc diuisio habear, quod antea etiam testati sumus Eburam vero oppidum Ptolemæus in Lusitanis ponit, Eboram in Edetanis. Ebutiam vbi reperias. nescio.

Vbi quinque millium armaturum, non amp. reli.) 856. F. Cum L. Acilio missi eranr sex millia auxiliariorum, & sinistra ala. Hostium verò in castris relictorum quinque millia hic produntur, qui certe intra vallum ac fossam facile sex millia Rom. arcere poterāt, nec memorabilis erat paucitas ad Romanos castra oppugnanreis. Quare ego corruptum hunc numerum puto, & legēdum, vbi quingenti armati, non amplius, relicti: aut, quingentorum armatorum, non amplius, relictum erat præsidium. qnare exemplaria vetusta hic inspicienda. neq; enim verisimilis videtur narratio.

Ad Contrebiam deductæ legiones.) 856. H. Haud temere id nominis reperias. Contributam autem Ptolemæus ponit ad Anam fluuium, non ita longe ab Ebura. Meminere & alij.

L. Manlius Acidinus.) 857. A. Huius cum alijs duobus triumuiris etiam mentio est ad præcedenris libri finem. Cæterum aut duo fuere L. Manlij Acidini, vt paulò pòst dun M. Atilij Glabriones: aut qui in Hispania vlteriore hoc anno prætor fuit, non Lucius, sed vel Caius vel Publius dictus est: vt sit error vel anno 13. huius decados, vbi in omnibus codicibus Lucius dicitor, vel ad finem præcedentis libri, initioque huius, vbi P. Manlius iterum prætor dicitur Difficultatem facit nobis hoc iterum, quod ad finem prioris libri etiam admonuimus.

Vota erat ab COS. L. Porcio Ligustino) 857. A. Atqui Liuius præcedenti libro ab his COSS. nihil memorabile gestum scribit, nec licuit temere ædem vouere. Alij hunc locū asterisco notarūt, fortassis quòd illud, aurata statua, bis repetitur: quod tamen ego ideo factū puto, ne videatur dicere illam primā fuisse statuam, sed primam auratā.

Et cum Biliensibus genre, ne nunc quidem omni parte.) 857. C. Quidam, vt antea admonuimus. Iliensibus emendarunt. quod nescio quàm probem. Strabo vero lib. 5. Iolensium (vt diximus) prædonum in Sardinia meminit, de quibus profecto hic Liuius. Cæterum quare Liuij quoque ætate, cum Romana potentia omnia armis domita haberet, in alios latrocinando sæuirent, rationem eodem exhibet loco Strabo, cum de ijs, tum de alijs eius insulæ montantis.

Q. Fuluius Flaccus in locum vitrici COS.) 859. A. Aut error est in prænomine, aut duo fuere vno tēpore Q. Fuluij Flacci: alter huius anni COS. Calpurnio subrogatus: alter sequentis: quod mihi non fit verisimile. Nisi quis dicat, quod hodie quoque in quibusdam vrbibus obseruatur, vt qui subrogatus fuerit, sequenti anno fiat COS.

Qui Taurasinorum traducere Ligures.) 859. C. Hæc verba in nullo exemplari bene habent. Vide num de Telesinorum agro loquatur. Taurasinos enim in Samnitibus non memini me legere.

Argenti data centum & quinquaginta millia.) 859. C. Adijciendum puto H. S. Nam si pondo intelligamus, nimis magna erit summa, quam in ablegatos Ligures erogare voluisse Romanos, non est verisimile.

Hæc noua allata res, omissisque) 859. E. Quidam hunc locum sanatum putarunt, si q; coniunctionem sustulerint. At ego miror si Liuius ita loqui voluerit: recipit tamen excusationem.

Infractis omnibus hastis transcur.) 860. H. Vix apud me definio, vt illud infractis explicandum. Nec id mirum cuiquam videri debet, cum Grammatici etiam apud Virgil. hæsirent,

Turnum vt infractos aduerso marte Latinos. Erin 7.
Ne noster honos infractáne cedat *Fama loco.*

quanquam diuersum videtur.

In mensibus suis dimisit legionem.) 861. A. Obscurus satie locus, & præterea corruptus, cum sequentibus aliquot versibus. Nam modo de M. Fuluio Tribuno, mox de COS. Fuluio loquitur, iterùm COS. certiorem facie: sed quis, & vtrum, nescio.

Quintius ad ea dedisset Duronius.) 861 D. Et hic locus corruptus erat, in nouissimo Frobenij codice egregie restitutus. Narratur Duronij responsio. At illud Corcyræ, lectorem turbat: nisi in Gentij potestate eam fuisse tum insulam existimemus, quod dubito.

Recusanre quod sibi faceret.) 861. E. Et hæc verba non minus recte in eodem emendata sunt. Sed paulò pòst, B. Vltimum de cælo, quod comitia turbaret. hoc inquam vltimum, mihi suspectum. Quod si vel fulmen, vel monstrum, vel portentum legeretur, melius intelligeretur sed lectoris esto iudicium.

Q. Fuluius Flaccus ante pontificem max.) 862. F. Et hæc verba eodem in codice optime sunr restituta. Nam L. Acilius pontifex quidem factus est, sed non maximus: Aemylius autem factus est pontifex maximus, vt ex sequentibus liquidò parebit.

Aut prouinciam dimittendam.) 862. G. C. Menij prouincia erat Sardinia: dubium igitur de eáne loquatur, an negotium veneficij prouinciam vocet: sed iudicet lector.

Et signati Oscensis nummûm centū sep.) 862. H. Haud dubie hic locus corruptus est. Nam post auri numerum sequi debebat & argenti & nummorum summa, quæ hic temerè confunduntur, vt taceam quòd in immensum summa hæc excresceret. Et signati Oscēsis nummûm centum septuaginta tria millia. Porro argenti Oscensis mentio cum aliàs sæpe, tum lib. 4. huius decad. in M. Aelij & Q. Minutij prætorum triumphis. Illud quod continuò adnectitur, Militibus de præda quingenos denarios dedit: corrupte pro quinquagenos legitur, nimia enim esset summa, si ad dona aliorum imperatorū compares, quemadmodum ex prioribus satis liquet.

Lege Bebia creati, qui alternis ad quatern.) 862 H. De hac lege nulla in anterioribus, quod equidē sciam, mentio, sicut nec eius senatusconsulti quod paulò pòst sequitur de ludis factum, L. Aemylio, Cn. Bebio COSS. Vbi obiter etiam notandum, Cn. legendum, non C. vt falso in codicibus scriptum est.

Aut certe mutatum malit.) 863. B. Quidam malint emendarunt, sed haud scio itáne authores casuum regimen, quod vocant, in verbis mutare consueuerint. Paulò pòst, ambo in accusatiuo legitur, pro ambos: vt Virgilius duo pro duos dixit 11. Aeneid.

Si duo præterea tales Idæa tulisset
Terra viros. Quanquā maior necessitas Virgilium vrgebat.

Et poterat etiam hoc in Liuio corruptum videri, si non adeo frequens esset in vetustioribus codicibus.

Nisi forte implacabiles fueritis, implacauerint anim. vestr.) 863. C Legendum puto, implacabiles vestræ iræ implicauerint animos vestros.

Et in probrum suum sponsionem fac.) 863. E. De hac sponsione nihil in superioribus, quod sciam, dixit, cum duobus præcedentibus libris harum inimicitiarum multis sæpe meminerit verbis.

Vt in Vacceos per Lusitaniam iret Albinus.) 863 E. Hæc verba per aliquot versus male habent, & egregie confusa videntur. Albino in Vacceos eundum erat, Graccho in Celtiberos, Cæterum Munda oppidum Bæticæ est, vlterioris Hispaniæ, hic tamen à Graccho oppugnatur, quapropter & loca quoque corrupta videntur. Certimæ nomen apud nullum authorem inuenio.

Numerum quater & vicies.) 864. F. Ita legebatur in quibusdam codicibus, at alij adiecerunt sestertium, quasi non idem sit sestertius qui nummus.

Et primum quæsiuit ab eóne sibi liceret.) 864. K. Lego: Et primum quęsiuit ab eo, liceretne sibi ac suis viuere? Sic enim minus dura erit compositio, sensusque dilucidior.

Quoniam illos ad me propiunt suspicere.) 864. K. Quidam emendandum putant, prodeunt suspicere, sed non placet. Quidam, piguit suspicere, sed nec illud omnibus placet. locus à nobis relinquitur dubius.

Ergauia iode nobilis & potens ciuitas.)865. A. Ptolemæus Ergauicam nominat in Celtiberis, hanc vt opinor vrbem: quanquam idem in Vasconibus Ergauiam ponit (vt Græcum nostrum habet exemplar) Ilergetibus vicinam. Res non magni momenti.

Veramq; pacé, non fluxa vt ante fide Cel.)865.B. Si construendum, veram pacem fuisse, pro non fluxa legam nec fluxa: alioqui addenda erat coniunctio, vt diligenter expendenti facile patebit.

Bis cum Bracharis egregie pugnasse fer.)865.B. Plin. lib. 4. cap. 20. ait Durium amné Turdulos à Bracharis discernere. Cæterum Liuius hic de Albino, Propios (inquit) vero est serius in prouinciam peruenisse, quàm vt ea æstate potuerit res gerere. Superius vero ait Collegam T. Sempronium eunti in vlterioré Hispaniam Albino mandasse, vt Q. Fuluium certiorem faceret, Tarraconem exercitum duceret, &c. Si igitur bac æstate T. Sempronius tot ac tanta egit, potuit & Albinus, prægressus Sempronium, ea æstate res gerere. Diuersos authores opinor secutū Liuium.

Quæ incommode opposita videbantur signa.)865. C. Apposita legendum puto. quanquam id parui momenti. Hoc magis miror, quod paulò pòst in omnibus fere codicibus legatur, L. Nummius, pro L. Mummius. Is est qui Corinthum cepit bello Achaico, vnde ipse quoque Achaicus dictus est, COS. cum L. Cornelio Lentulo post primū Scipionis Aemyliani consulatum.

Item dedicauit ædem Larium permarinûm.)865.E. Hic locus magnam habet difficultatem. Primum quidem, qui sint Lares permarini, quod adhuc quæro, nec vspiam me legere memini. Deinde qood ait, Vouerat eam anois quadraginta antè L. Amylius Regillus: id non ita habet: nam hic Aemylius classe aduersus Antiochum pugnauit anno XI. huius decados. L. Cornelio Scipione, & C. Lælio COSS. vt ipse Liuius author est lib. 7. huius decados. videlicet ante magnam illam pugnam apod Magnesiam ad Sipylum montem. Quapropter pro quadraginta legendum XII. Et ipsi numeri in codicibus arrosi, facile errorem præbere poterant, XL. & XII. Talia sæpe negligunt, qui alia optimè emendare solent.

Duello magno regibus dirimendo.)865.E. Hæc alia huius loci difficultas inuincibilis absq; vetusti codicis fide. Inter Ephesum Camuchumque, inquit. Camuchus quid sit, oemo opinor nonit. Fortè dicere voluit, inter Ephesum Samumque. Quanquam Myonnesum insulam inter Teium ac Samum lib. 7. depinxerit Liuius, quam Strabo lib. 14. ait inter Teon ac Lebedum. Porro id magis corruptum, Inspectante COS. ipso COS. enim longe aberat in Thracia, transitum parans per Hellespontū: nisi diuersos secutus sit authores, vt solet, Liuius. Quæ deinde sequuntur verba: æque obscura sunt, præcipùe de nauibus, quas hic ait captas sexaginta duas, cum lib. 7. huius decados quadraginta duas dicat captas, qui error haud dubie etiam ex numerorum transpositione ortus est, LXII. pro XLII.

Cum eo Antigonus Echecratis filius,)866. G. Philippi pater fuit Demetrius, qui decem regnauit annis, cui io regno successit Antigonus Echecratis frater, Philippi tutor, de quo multa Polybius lib. 2. ad finem. Hic igitur Antigonus, qui cum Philippus bic loquitur, nepos ex fratre tutoris Antigoni fuit.

Forte Xychus obuius fit Antigooo.)866.I. De hoc Xycho ne vno quidem verbo vlla io superioribus fit mentio, cum alios Persei fautores nominarit, vt Philoclem & Apellem.

Si haod statim palàm facta esset mors regis.)867.B. Videtur altera parte defecta oratio, & aut legendum, pro haud. nam alioqui nullius sensus est. Neq; enim haud statim palàm facta est mors regis.

Ea res Antigonus sæpe lunius cum ipso.)867. C. Locus est mirè corruptus. quem nos sanare non possumus. Cæterum etiam hoc dubium, de eodémne Antigono loquatur, an de alio: sed videtur de eodé Echecratis filio loqui, quasi dicat, si aut statim palàm facta esset mors regis, aut Antigonus domi fuisset cum patre, si modo ille adbuc viuebat, admooeri potuisset. Sed ea omnia mihi suspecta sunt. Scio quosdam emendare conatos, sed mihi non satisfecere.

M. Attilius Volso prætorum inde tribus.)868.H. Cassiodori catalogus habet Cn. Manlius Volso. Sanè Manliorū cognomen Volso fuit. alij A. Manlium vocatum putant. Omnino Attilius nomen nō placet, vt vt fuerit prænomé. Hoc etiam mirum, trium prætorum nomina omissa. At in fragmentis decados sequentis, huius anni prætores T. Ebutius, & P. Aelius Tubero iterum nominantur prætores, si fortè ea vera sint omissorum prætorum nomina, qnod equidem indiscussum relinquo. Veteres codices etiam C. Claudium habebant, non T. quod mihi placet. Nam T. Claudius prætor fuerat anno ab Vrbe Condita 573. Hic igitur C. legendum.

FINIS.



DVO TARQVINII LVCIVS AC ARVNS, PRISCI TARQVINII FILII NE AN NEPOTES FVERINT, ADVERSVS LIVIVM LAVRENTII VALLAE ARGVTISSIMA AD Alphonsum regem disputatio.

Alphonso minoris maiorisq; Hesperiæ Regi, Laurentius Valla S.

CVM Titum Liuium quotidie Romanorum historicorum eloquentissimũ aut audias aut legas, æmulator veterum in omni genere virtutum, velim iudices, an rectè de loco quodam sentiam huius authoris, quæ res ad regem, vt tu es, pertinet. Ait enim Liuius, Hic Lucius Tarquinius Prisci Tarquinij regis filius neposne fuerit, parũ liquet, pluribus tamen authoribus filium crediderim.

LAV. Ego verò contrà magis ab illorum parte sto, qui nepotem tradiderunt: neque hoc externis testibus, aut aliunde sumptis rationibus, sed suo authoris testimonio, suaq; ipsius confessione, aut à semet dissentire, ac repugnantia quadam narrare videatur. Nam quomodo hæc quæ nunc ex illo repetij, cum his constant, quæ antè dicuntur?

LIV. Tum Anci filij duo, etsi antea semper pro indignissimo habuerãt, se patrio regno tutoris fraude pulsos, regnare Romæ aduenam, non modo non viciuæ, sed ne Italicæ quidem stirpis: tum impensiue his indignitas crescere, si ne à Tarquinio quidẽ ad se rediret regnum, sed præceps inde porro ad seruitia caderet, vt in eadem ciuitate post centesimũ ferè annum quàm Romulus deo prognatus, deus ipse tenuerit regnum, donec in terris fuerit, id Seruius, serua natus, possideat: tum commune Romani nominis, tum præcipuè id domus suæ dedecus fore, si Anci regis virili stirpe salua, nõ modò aduenis, sed seruis etiam regnũ Romæ pateret. Ferro igitur eam arcere contumeliam statuunt. Sed & iniuriæ dolor in Tarquinium ipsum magis, quàm in Seruium eos stimulabat: & quia grauior vltor cædis, si superesset rex, futurus erat, quàm priuatus: tum Seruio occiso quemcunq; alium generum delegisset, eundem regni hæredem facturus videbatur.

LAV. Nónne hæc filiorum Anci regis indignatio, atq; hæc spes planè declarat, Tarquinium, in quem irati erãt, sine virili prole discessurum? Nam quid quæso magis fortunæ aduersum, quàm regem qui filios habeat, & præsertim legitimos, alium quemcunque generum quærere, cui regnum, dum mortuus erit, relinquat? At erant forsitan filij infantes. Esto, quanquam de hoc postea latius dicam: non de rege moriente nunc loquimur, qui velit condere testamentum: etsi filij infantes sint, ipse tamẽ sospes. Sint licet modo liberi nati, tamen illos pater visurum se iuuenes sperat, & eorum causa diutius victurum nec minus ardens est parentum amor in paruulos liberos, quàm in iam adultos. Quid, quòd non modo generum filijs fuisse, prælatum vult author, verumetiam hoc genero extincto, alium atque alium deinceps, quem regno præficeret, Tarquinium fuisse quæsiturum? quod non modò de homine qui diu viuere & poterat & sperabat, dicendum non fuit, sed ne de eo quidem, qui iam mortem sibi impendere intelligẽs, de regno disponat: & ne alia quæram exempla, certè Ancus pueris liberis sub tutoribus quidẽ, sed tamen regnum reliquit. Sceleratus enim pater atque execrandus, qui non dicam nato filio, sed ventri non relinquat hæreditatem, & præcipuè regnum, aut aliquam dignationem, vt qui alijs dominari debeat, is patris culpa sibi dominantem alium videat, & quidem de numero subiectorum, ne dicam de periculo capitis, quod infelix ille iure naturæ hæres via potest effugere ab illo ipso, qui alieni patris obtinet regnum. Dixi de patre, quid de matre dicam? neque enim Tarquinius Superbus ab vllo anthore significatur illegitimus fuisse, nec regnum sibi post Seruiũ voluntate patris successor illegitimus vendicasset. Eius igitur mater nihil de regno filij laborasset? At quæ mulier? nempe ad faciẽdos reges nata: quippe cuius beneficio duo viri, alter peregrinus, alter ancilla natus, Romæ regnauerint. De qua ita Liuius ait.

LIV. Tanaquil inter tumultum claudi regiam iubet, arbitros eijcit, simul quæ curando vulneri opus sunt, tanquam spes subesset, sedulo comparat, simul si destituat spes, alia præsidia molitur. Seruio properè accito, cum propè exanguem virum ostendisset, dextram tenẽs orat, ne inultam mortem soceri, neu socrum inimicis ludibrio esse sinat. tuum enim, inquit, Serui est regnum, si vires, non eorum qui alienis manibus pessimũ facinus fecere.

LAV. Vbi hic mentio vel commendatio filiorum? An quæ vmbram Seruij multum valituram putabat, non validiorem fore putasset, si tutor atque author regiæ stirpis videretur, adiuncta præsertim sua, id est matris & reginæ authoritate, quæ pro liberis & pro stirpe regia laborantis summa esset, pro alieno aduersus liberos nulla? neque enim populus ex eadem domo serua quàm regina natum regnara mallet. Ergo regina, & quod plus est, Tanaquil, aut tam parum amans suorum, aut tam humili animo foret, vt vel nollet, vel desperaret & regnum defendere filiorum cum sua quoque dignitate? nam quæ amisso viro regnare patris loco filium videt, adhuc regina est: & ego sic ago, tanquã Tarquinius filius fuerit infans: quid si ostendam puerum? quid si adolescentem? quid si iuuenem fuisse? nónne id fit multo incredibilius, quod Liuius ait? Quod non dico: quia magis consultum velint parentes iuueni filio, quàm infanti, sed quia magis possint consulere. Vnde hoc probo? nimirum per id quod paulò post sequitur.

LIV. Itaque per aliquot dies, cùm iam expirasset Tarquinius celata morte per speciem alienæ fungendæ vicis, suas opes firmauit. Tum demum palàm facta, ex comploratione in regia orta. Seruius præsidio firmo munitus, primus iniussu populi voluntate patrum regnauit. Anci liberi iam tum comprehensis sceleris ministris, vt viuere regem, & tantas esse opes Seruij nunciatum est, Suessam Pometiam exulatum ierant: nec tam publicis magis consilijs Seruius, quàm priuatis munire opes: & ne qualis Anci liberûm animus aduersus Tarquinium fuerat, talis aduersus se Tarquinij liberûm esset, duas filias iuuenibus regijs Lucio atque Arunti Tarquinijs iungit.

LAV. Hoc non modò inter initia regni Seruiani, sed propè nihil prius factum fuisse narratur: ne quis dicat non statim rege patre filias Seruij nupsisse Tarquinijs, sed potius circa mortem. nam primum ea hoc peruersitas coargueretur historiæ, quæ res gestas præpostere narraret, quod in historico non mediocri peccatum est, nisi cùm id aliqua ratione facit. Deinde fuisse diu Seruio generos probat illud, quòd aliquanto post forte ita inciderat ne duo violenta ingenia matrimonio iungerentur, fortuna credo populi Romani, quò diuturnius Seruij regnum esset, constituiq; ciuitatis mores possent. Ergo post contractum matrimonium diuturnum fuit Seruij regnum, & constituti sunt mores ciuitatis. Quid ni statim inter initia Seruiani regni, vt ab authore narratur, nuptæ sunt Tulliæ Tarquinijs, & quidam iuuenibus, vt iuuenes nuncupantur? Quod cùm ita sit, quid absurdius quàm velle in his nullam nec parentibus spem, nec inimicis fuisse formidinem? Cur eos pater delecto in successurem genero præterisset? cùm neque impij, neque mente capti, neque perdita valetudine, neq; illegitimi, si quid hoc ad paternum amorem facit, essent. Cur mater defuncto viro diffisa foret paternum se filijs regnum defensuram? nam de materne pietate dubitare improbum est. Cur duos fratres iuuenes regis filios, & quales modò descripsi, inimici cõtemnendos putassent? Cur postremo ipsi iuuenes vernam patris, in paterno regno anteponi sibi tolerassent? quos etiam patre viuente, & præcipuè maiorem natu, credibile est regnare cœpisse, & certa à patre cõmissa munia obijsse. Et hæc quidem repugnantia naturæ sunt: illud verò ipsi authori, quòd qui modò circa initia regni soceri iuuenis appellatur, is circa eius obitum, qui quatuor & quadraginta regnauit annos, iuuenis permanet, atque adeo adolescẽs nominatur. Dicit enim Liuius: Si sibi eum quo digna esset, dij dedissent virum, domi se prope diem regnum visuram fuisse, quod apud patrem viderat, celeriter adolescentẽ suæ temeritatis impleuit. Pauloq; post: Quid te vt regium iuuenem conspici finis? facesse hinc

 Tarqu-

Tarquinios, aut Corinthum deuoluere retrò ad stirpem, fratri similior quàm patri.

LAV. His atque alijs increpando iuuenem instigat. nisi quis dicat, nõ quod occidit socerum, fuisse iuuenem, sed cum occidere persuasus est. Ita puto, dum decreuit facere maleficium, adolescens est. dum illud perpetrat, senex est: nam certè sexagenarius erat, cum præsertim vt sceleratissimũ, ita facillimum factu id facinus esset, cuius inter propositum & perpetrationem vnum intercessisse annum, etiam multum est, & alioqui ex serie rerum, atque ipsius authoris colligitur verbis. Hæc infanda Tulliæ instigatio non nisi extremo tempore vitæ Seruij fuit, cuius furoris causam, quis non rectè author omisit, postea reddam. Neque hanc increpasse maritum videmus, quòd differret perpetrare quod constituerat, sed tantum quod hunc animum non haberet, videlicet postquam ab illa animatus est, nequaquam id eum differendum putasse. Quare nõ intelligo, quomodo post tot Seruiani regni annos sit etiam si non iuuenis paternæ mortis tempore, sed puer aut infans extitisset: aut si nunc iuuenis erat, vt eum author vocat, & ego assentior, & alia consentiunt argumenta: nimirum fieri nõ poterit, vt ex Tarquinio Prisco tot antè annis iam mortuo sit genitus, maximè cùm non sit postremus liberorum, & habeat saltem Aruntem natu minorem. Atque hoc quidem argumentum à persona patris ducitur. Vehementius autem erit à persona matris, quam demõstrabo prouectiore fuisse ætate, quàm vt Tarquiniorum mater fuisset. Scribit enim Liuius: Anco regnante Lucumo vir impiger, & diuitijs potens, Romam cum migrauit, cupidine maxime ac spe magni honoris, cuius adipiscendi Tarquinijs (nam ibi quoque peregrina stirpe oriundus erat) facultas non fuerat. Demarati Corinthij filius erat, qui ob seditioné domo profugus cum Tarquinijs fortè consedisset, vxore ibi ducta duos filios genuit: nomina his Lucumo atque Aruns fuerunt. Lucumo superfuit patri bonorum omnium hæres. Aruns prior quam pater moritur, vxore grauida relicta: nec diu manet superstes filio pater: qui cum ignorans nurũ ventrem ferre, immemor in testando nepotis decessisset, puero post aui mortem in nullam sortem bonorum nato, ab inopia Egerio inditum nomen. Lucumoni contrà omnium hæredi bonorum, cùm diuitiæ iam animos facerent, auxit ducta in matrimonium Tanaquil summo loco nata, & quæ haud facile ijs, in quibus nata erat, humiliora sineret. Ea cum illi nupsisset, spernentibus Hetruscis Lucumonem exulem, aduena ortum, ferre indignitatem non potuit, oblitáque ingenitæ erga patriam charitatis, dummodò virum honoratum videret, consilium migrandi à Tarquinijs cepit. Roma est ad id potissimum visa. Paulò post vbi dixit, aquilam mariti cum vxore in carpento sedentis pileum abstulisse, rursusque reposuisse, subiungit. Accepisse id augurium læta dicitur Tanaquil, perita vt vulgo Hetrusci, cœlestium prodigiorum mulier, excelsa & alta sperare, complexa virum iubet. Eam alitem ea regione cœli, & eius dei nunciam venisse, circa summum culmen hominis auspicium fecisse, leuasse humano suppositum capiti decus, vt diuinitus eidem redderet. Has spes cogitationesque secũ portantes vrbem ingressi sunt, domicilióque ibi comparato, Lucumoni Tarquinium Priscum indidere nomen.

LAV. Interrogo nunc, quot annos hanc fœminam tunc volumus implesse, cùm nupsit? certè sedecim, decẽ & septémue, aut duodeuiginti: siquidem author vocat mulierem, hoc est, quantum interpretor, vltra puellares annos, eidem prudentiam, eidem sublimitatẽ animi tribuens, quæ sunt magis matronalis quàm puellaris ætatis. Quot porrò addemus annos, donec Romam demigrauit? neque enim statim nupta è patria sibi demigrandum putasset, neque mulier nobilis tam æquo animo domum reliquisset, neque indignatio in suos ciues intra perbreue tempus contrahi poterat. Non enim iniuria aliqua, aut intoleranda ignominia hominem mouebat, sed quòd sperneretur: neque præter hoc solitum, quippe cùm semper talis fuisset. & nihilominus si ab ea ciuitate, vbi natus ex matre ciue erat, tamen vt aduena fastidiebatur, nónne id multo magis erat extimescendum in eo populo, cum quo nihil sibi commune esset? Neque lautum sanè patrimoniũ cùm emundis in externa vrbe bonis facilè commutasset. Dum itaque datur aliquod, more hominum, nouis nuptijs tempus, dum sperantur quotidie meliora, vt fieri solet, à ciuibus suis, dum an Romam migrandum sit consultant, dum domos, prædia, facultates, quæ transportari nequeunt, venditant, neque id per festinantiam, ne vilius vendant. dum postremo profectionẽ tempestiuam & honestam apparant, dicamus hanc mulierẽ ad annum vigesimũ peruenisse. Certè glos eius iam mater erat: quæ enim esset minoris fratris vxor, vt mea fert opinio, posterior quàm Tanaquil nupsit. Non enim video cur viuo patre minor filius vxorem duceret, maior non duceret, licet tacitè author aliud significare videatur. Ego tamen non reor Lucumoni omnium bonorum hæredi, auxisse animos nobilem vxorem, nam id parum profuit, sed iam vxoré habenti solidam hæreditatem. Ita verò hoc plum quòd hæc mulier est author viro Romam migrandi, quod tam perita coniectandi auguris, non ob id solum quòd Hetrusca esset, nam & maritus erat Hetruscus, sed & longum vsum haberet, quòd ei maritus ipse homo in primis prudens, & impiger, in omnibus ferè consilijs auscultat, nónne viginti saltem natam annos fuisse testatur cùm Romam intrauit? Quid autem Romæ? quot annos priuati degerunt? quis neget plures quam post contractum matrimonium collegimus? Etenim homini aduenæ discenda erat lingua Romana, ne semper aduena putaretur, &, quod expertus erat, fastidiretur: percipiendi mores, obeunda munera publica, in tantam regis penetrandam familiaritatem, vt ab ipso rege tutor filijs relinqueretur: denique in talem conditionem, statum, famam perueniendum, vt saluis regis liberis, ac propè puberibus, dignissimus regno præter Romanos omnes iudicaretur. Quod apertissimè ipsa authoris verba confitentur, dicentis.

LIV. Se ex quo sui potens fuerit, Romam cum coniuge ac fortunis omnibus commigrasse: maiorem partem ætatis eius qua ciuilibus officijs funguntur homines, Romæ se quam in patria vixisse domi militiæque sub haud pœnitendo magistro, ipso Anco rege, Romana se iura, Romanos ritus didicisse obsequio & obseruantia in regem cum omnibus, benignitate erga alios cum ipso rege certasse.

LAV. Omne tempus hoc demus fuisse annos decem, vt triginta annos nata fuerit cùm vir eius creatus est rex: eũmidé moritur, nam duodequadraginta in regno fuit, annum ageret duodeseptuagesimum, & circiter viginti iam parere desierit. Ex quo necesse est Lucium, qui postea Superbus appellatus est, vicenarium fuisse cùm patrem amisit. Neque vero hoc loco quorundam opinioni respondendum est, qui illam censent prosperiorem corporum valetudinem ac viuaciorem fuisse, quàm nostra ætate, cùm sciamus peræque parum vixisse, ac nos viuimus, & ab eisdem à quibus nos, annis initium senectutis designasse, vt cùm ex alijs libris, tum verò ex Liuio ipso datur intelligi, apud quos nescio an aliquam, nisi miraculi loco repererim, cùm annum quinquagesimum excessisset, partum edidisse: tamen in hac muliere tribuere volo non antè desiuisse parere, quàm annum quinquagesimum ageret. Concepit igitur vndequinquagesimo anno Aruntem. Lucium vero quid possum dicere minus duodequinquagesimo? nisi, vt omnia in angustum coarctemus, dicat quis vtrunque eodem partu à quinquagenaria editum quasi verò credibile sit, vt quæ per senilem ætatem concipere vix iam posset, ea conceperit geminos. Dicamus itaque maiorem fuisse Lucium ferè Arunte, vno saltem anno. conceptum matre duodequinquagesimum annum non transgressa, qui paternæ mortis tempore, quemadmodum ostendi, si propè vicenarius erat, qua ratione plus quadraginta ab obitu patris annis adolescens aut iuuenis erit? aut si iuuenis adolescensque erit, quo pacto filius esse potuit reginæ, quæ plus sexaginta annis antè Seruij mortem concipere desierat? Atque vt aliam quoque adijciamus repugnantiam. filiusne Tanaquil erit, etsi non minimus liberorum, qui postquam mater parere cessauit centum ferè annis, in acie cum dictatore Romano conflixit singulari certamine? Ita enim author tradit: in Posthumium prima in acie suos hortantem instruentemque Tarquinius Superbus, quanquam iam ætate & viribus erat grauior, equum infestus admisit, ictusque à latere, cócursu suorum receptus in tutum est. Siquidem hæc decimo quàm è regno expulsus est anno, gesta sunt, aut etiam tardius, cùm ipse quinque & xx. regnasset. Atqui inauditum est apud Romanos centenarium hominem, ac ne nonagenarium quidem, aut octogenarium, singulari certamine in aciem, & præcipué cum iuuene, concurrisse. Et si quis contentiosè de numero à me collecto detrahendum putat, scire volo quantum putet detrahendum, an minorem dicet Tanaquil fuisse cùm nupsit, ea quam dixi ætate? at hunc pudebit minorem illam facere quindecim annis. an post contractum matrimonium nimium temporis esse quadriennium trienniúmue priusquã Romam migratum est? at vnum intercessisse annum nõ denegabit. an decenne diuturnius iusto spatium, quo sub rege Anco Romæ mansum est? at quadrienne saltem concedere cogetur. ita ex hac subductione palàm erit Prisco moriente decem, vt parcissimè dicamus, annos natum Superbum fuisse. Quæ cùm ita sint, hunc non pater successorem regni destinasset? hunc inimici non timuissent ne patri succederet? hunc columen ac decus militum mater, & cuius regum virtute par, non in patris demortui sede collocasset? hunc Seruius serua natus, atque hæredis vel verna, vel libertus, non sibi antepósuisset? hunc populus, qui patrem eius & priuatum & aduena esse re-

gem

gem iussisset, non & ipsum adiutrice regina regem creasset? hunc quisquam quum plus quàm quinquagenarius est, adolescentem aut iuuenem vocet? hunc fermè nonagenarium in aduersum hostem credamus infesto telo equum admisisse? huius denique sororem, hoc est ex Tanaquil genitam, concedamus matrem Bruti fuisse? quem in exigendis rebus iuuenem Liuius vocat, & æqualē consobrinorum. Hæc si minor Lucio fratre fuit, augebimus pueriles illius annos ante mortem patris. Sin maior eo, incredibilius mulierē octogenariam, ne dicam plusquam nonagenariam, esse iuuenis matrem. Quæ omnia si permultum à fide abhorrent, confitendum est Tarquinium Superbum cum fratre non fuisse Tarquinij Prisci filios, nec eorum sororem, eandemq; Bruti matrem, filiam, sed nepotes, neptemq;, sicut Ancus Numæ, sicut Tullus Hostilius Romuli socij nepos fuit, non filius. Vt enim Ancus à Numa, Tullus à Romulo tertius fuit, sic Superbus à Prisco, aut quasi nepotes, aut quasi neptem. Cur ita? quia neque filium quempiam fuisse Prisco narratur, duntaxat ab hoc authore. Nam apud alios quosdam inuenio fuisse, qui adolescens ob strenuitatē militarem bulla & prætexta à patre donatus est: & si is ante patrem decessisset suscepta prole ac superstite, profecto auus & auia consultum nepotibus naturæ lege voluissent. Neque si nepotes ex filia fuissent, video cur Tarquinij vocarentur. Et hac, vt suspicari libet, Titus Liuius vir prudentissimus ratione adductus est, vt hos esse nepotes Prisci Tarquinij vellet. Qua in sententia ipsi ego adstipulor, ideoq; dixi quasi nepotes, eruntq; nati patre Tarquinio, hoc est Egerio. Nam sicut ipse Lucumo, quòd ab vrbe Tarquinijs venisset, Tarquinius dictus, ita Egerio ob eandē causam idem numen inditum est. Quòd si Collatino huius filio, vt inquit author, hoc nomen fuit, necesse est vt idem fuerit & patri. Ac quomodo erit, inquies, Superbus Egerio natus, qui fuit Collatini pater, cum Collatinus ipse frater Superbi non fuerit, sed Aruns? Nec hoc quidem videtur mihi T. Liuius ritè tradidisse. quis enim credat Collatinum, filiorum Superbi, qui iuuenes erant, æqualem, prout & ab authore memoratur, nam sic inquit: Quin si vigor iuuentæ inest, conscendimus equos, inuisimusq; præsentes nostrarum ingenia? patrem habere centum & viginti egressum annos, aut, vt minimum dicamus, paucilis annis minorem? Tot enim sunt, aut ferè tot ab ortu Egerij. Adeo Superbus ipse fuisse nepos potius quam filius mihi videtur Egerij nedum hic tanto minor natu potuerit esse filius. Probabilius itaque fuerit Superbum, qui parens esse poterat Collatini, &, vt ita coniectura ducor, patruus erat, licet aliqui (quorum est Plinius) auunculū tradant, fratremq; Aruntem, qui nomen auitum videtur retulisse à patre impositum, ab Egerio traxisse ortum, vel patre, vel, quod magis arbitror, auo. Ex quo illud iam sua sponte apparet, non timoris causa generos Tarquinios à Seruiu rege adscitos, ne paternū regnum exemplo filiorum Anci repeterent: nam eos potius tollendos curasset, cùm nullum ius Egerianæ stirpi ad regnum esset, si cùm ipse iam senior, aut nullos filios sustulisset, aut si obierant, nullos posthac tollere speraret opinor: nec nobiliores iuuenes inuenisse, quibus filias collocaret, & æquum censuisse in eandem Tarquiniorum familiam potissimum referre regnum, vnde illud accepisset, eò quidem libentius, si filiæ suæ matre Tarquinia, cuius gratia regnum fuerat adeptus, genitæ erant. In quo illud quoque absurdum, si Liuium audire vellemus, sequetur, vt quod apud Romanos mores insuetum est, illæ regis filiæ fratribus nupserint matris: nunc autem cognatis, non auunculis, quia filiæ regis non erant, in matrimonium datæ. Hic tu quæres. Si ita est, quid ergo sibi Tarquinius Superbus regnū velut hæreditatem repoposcit? Poteram dicere, quòd putabat sibi deberi vt nepoti, vt pronepoti fratris Prisci Tarquinij, vt filio nepotis Egerij, quod ei patruus, cui præter ius gentium patrimonium intercepisset, ignominiosumque nomen immisisset, regnum per manus tradere aut debebat, aut destinabat, cum virilem stirpem non haberet: quem pro charo habuisse illud est argumentū, quod Liuius ait. Et forsan hic in regnum patruo successisset, nisi Tanaquil pro genero in contrarium fuisset annixa. Poteram etiam alia dicere, sed me ad se maximè vocant verba authoris, qui non sua sponte Tarquinium, etsi vir erat violentus ac ferox, ad maleficium accessisse significat, velut agnoscentem ad se non pertinere regnum, sed vxoris consilijs inductum, vt superius vidimus, & ex his quoq; verbis: sed initium turbandi omnia à fœmina ortum est, quæ virum tanquam mare suapte natura quietum, procellosis quibusdam ventis furoris agitauit, vt regnum affectaret, vt illud per sanguinem, per mortem, per parricidium peteret: & quò res sit indignior, per parricidium senis, cuius mortem expectare, id quod Romanis Hannibal exprobrauit, longum censerent. quod scelus cùm in genero, qui fuit persuasus, abominandum est, tum verò in filia persuadente detestabilius. At hoc ipsum fidem nō habet, talia in patrem filiam fuisse ausam, à quo nec aliquid esset offensa, & regnum iure optimo, & quidem propediem speraret, interim satis habens felicitatis, quòd & filia regis erat, & futura regina, cùm vnica esset proles patri, ac semper futura vnica, propter paternam senectutem. Reddam, quam superius me redditurū promiseram causam, quæ vt improba, ita vehemens fuit, & filiæ cum genero communis. Timuit hæc sceleratissima fœminarum, superbos, & plusquam regios, imò tyrannicos spiritus habens, ne successione regni, quod suum fore credebat, naturali iure fraudaretur, regno in rempublicam commutato: quod facturus ipse videbatur, vt Liuius ait. Idipsum tam mite ac moderatum imperium, tamen quia vnius esset, deponere eum in animo habuisse quidam authores sunt, ni scelus intestinum liberandæ patriæ consilia agitanti interuenisset. Et iterum postea in calce libri.

LIV. Duo consules in comitijs centuriatis à præfecto vrbis ex commentarijs Seruij Tullij creati sunt.

LAV. Hanc contumeliam iniuriamq; non ferens filia, vt quę patre quoque rege progenita, &, si ratio pignorum haberetur, regni hæres erat, ne ad priuatum communemque cæteris statum descenderet, maritum, qui & ipse spe regni exuebatur, ad occupandum regnum instigauit, & impulit ad mortem patris, &, quod credere libet, prius ad mortem sororis, & pristini viri, quibus saluis, vtpote languentibus ingenijs, regnum paternum obtineri non poterat. Ait enim Liuius. Angebatur ferox Tullia, nihil materiæ in viro neque ad cupiditatem, neque ad audaciam esse: tota in alterum conuersa Tarquinium: eum mirari, eum virum dicere, ac regio sanguine ortum: spernere sororem, quod virum nacta, muliebri cessaret audacia. Statimq; post: Nullis verborum contumelijs parcere de viro ad fratrem, de sorore ad virum, & se rectius viduam, & illum cælibem futurum fuisse contendere, quàm cum impari iugi, vt elanguescendum aliena ignauia esset.

LAV. Nam quid attinebat incusare virum, quòd parum virili animo: incusare sororem, quòd ignaua esset? nun video aliud, nisi quod hic socerum, illa patrem non occideret. Atqui hoc sceleratissimū est: sceleratissimum quidem, sed tamen sceleris merces, vt quod ereptum iri sibi videbant, regnum inuaderent. Sed ita nihil incredibilius erit. Quis enim credat hanc velle, atque adeò hortari Germanam, trucidare communem patrem, vt illa potiatur hæreditate? illa inquam, cuius vitam, vt exitus docuit, minoris faciebat, quàm non modò coniunctæ, sed etiam ancillæ. Alia ergo fuit causa, quàm clamor sororis: quæ nulla alia esse potuit, nisi ne paternum regnum per iniquitatem patris liberis præriperetur: ideoq; sororem increpabat, quòd maior natu nihil de regno laboraret. Ideò maiorē fratrum ad hanc spem, sed non sine suo morbo erexit. rectèq; subiungitur: Si sibi eum quo digna esset, dij dedissent virum, domi se propediem regnum visuram fuisse, quod apud patrem viderat. De qua nulla hic, & ad extremum (nam finē iam facere volo) dicere habeo: non fuisse authori faciendū, vt, quam matrem iuuenē vocat circa tempora violatæ Lucretiæ, eandē dicere nurum esse Tarquinij Prisci, ac Tanaquil, quæ iam nonaginta fermè annos liberos non genuerat. Hæc sunt optime rex, cur Tito Liuio non accedam, Tarquinium Priscum patrem fuisse Tarquinij Superbi: nec eum posteritatem vocaturam Priscum fuisse arbitror, si pater huius extitisset. Priscum enim dicimus, non qui patrum, sed qui auorum aut proauorum memoria fuit. & hoc nomen illi non à sui temporis hominibus, vt author dicere videtur, sed à posteriori seculo inditum, vt Prisci Latini, aut cætera huiusmodi. In quibus tu, quem potissimum in hac quæstione mihi deligendum putaui iudicē, si mecum senties, quamlibet breui epistola respondebis: quod si dissenties, longiore, vt rationes meas tuis melioribus refellas. Vides vt tibi tacitè blandior? quasi suadeam, ne laborem subeas me refellendi, id est, vt mihi assentiaris. Verum absit hoc ab vtroque nostrum: nam neque meum est falso quempiam velle accusatione damnare: neque tuum, aut labori cedere, cuius semper victor extitisti: aut clarissimos viros, quorum inter primos est Liuius, quoties falso accusantur, pati desertos. Vale,

Neapoli pridie Nonarum Decembrium.

LAVRENTII VALLAE EMENDATIONES SEX LIBRORVM T. LIVII DE SECVNDO BELLO PVNICO, ET PRIMO, IN LIB. I.



GANSR inde ob altam indolem ascitus, & quia gener erat factionis Barchinæ, opibusq; apud milites plebemque plus quàm modicæ erant, haud sanè voluntate principum imperio positus.) 322.F. Ego sic reor emendandum, vt pro gener erat, ponatur genere erat. pro opibusq;, opibus quæ: pro imperio positus, imperio potitus.

Deinde breui effecit, vt pater io se minimum monumentum ad fauorem cooiliandum esset.) 323.A. Credo momentum esse scribendum.

Nec tuto eos adituros inter tot tam effrenatorũ gentium arma.) 325.C. Vos emendastis effrenatarum, ego efferatarum emeodo.

Sed interiora tuendo, minorem in diem vrbẽ Saguntini faciunt) 326.I. Credo legendum, in dies, vt in elegantiis.

Turris diu quassata prociderat, perq; ruinam eius cohors Pœnorum impetu facto, cum signum imperator dedisset, nudatam stationibus custodiisq; solitis hostiũ esse vrbem, non cunctandum in tali occasine ratus Annibal, totis viribus aggressus vrbem momento cepit.) 327.D. Credo legendum, imperatori.

Partitis diuidendisq; reliquiis prædæ.) 330.D. Credo dinenditis.

Deinde: Cura humani ingenii, cũm quidnam id esset quod respicere vetitus esset, agitanie enimo temperare animo nequisse eum) 331.A. Vos emendastis, temperare animum. Ego reor sic emendandum: agitaret, animo temperare omninò.

Qui tumultus repens postquam est Romam perlatus, & Punicum insuper Gallicum bellum auctum patres acceperunt.) 338.G. Ita scriptum est in codice regis, quod emendare debueratis, Punicum supra Gallicum. vel, Punicum insuper Gallico.

Et ipsi traiici exercitum, leuariq; quamprimùm regionem suam tantam omnium vrgente turba cupiebant.) 338.I. Legendum est, tanta hominum.

Ibi raptim cæsa materia, ratesq; fabricatæ, in quibus viriq; & alia onera traiicerentur. 332.K. Vos sic emeodatis, equi viriq;: quasi consuetum sit equos viris anteponi. Ego vel non emendandum reor, perinde ac si scriberetur, in quibus & viri & alia onera: vel sic emendandũ, in quibus equiq; & alia onera: vel, viri equiq;, & alia onera.

Vt quemq; timentem altitudinẽ destitueret, vado impetu ipso fluminis in alteram ripam rapiente.) 333.C. Credo destituerat.

Neque antè Hispania excessisse quàm omnes gentes, quæ & terras, quas duo diuersas maria amplectũtur, Carthagineosium esse.) 334.G. Sic reor emendandum terræ & Carthaginensium essent. Item non relatiuè, sed copulatiuè scribi debere, quòd, perinde ac si dicatur, omnes & gentes & terræ.

Nunc posteaquam multò maiorem partem itineris emensam cernant, Pyrenæum saltum inter ferocissimas gentes superatum, Rhodanum iam tum amnem, tot millibus Gallorum prohibentibus, domita etiam fluminis vi, traiectum, in conspectu Alpes habeant.) 334.G. Legendum credo, Rhodanum tantum amnem.

Ambigebant fratres, maior, & qui prius imperitauerat Brancus nomine, minor erat fratre, & cœtu iuniorum qui iure minus, qui plus poterat pellebatur.) 334.K. Vos sic emendastis dictionẽ iure, delestis rubra siue violacea linea, addidistisq; alias dictiones, sic: qui minor, ab eo qui plus poterat, pellebatur. O lippi, ò alii, quæ vobis multa est, lippitudioem exprobrantes. éstne istud seruare similitudinem, seruare numerum literarum in coniectanda scripturæ veritate, alias dictiones eximere, alias adiicere? Videte quanto id à me syncerius custoditur. Ambigebant fratres. maior, & qui prius imperitarat, Brancus nomine, minore à fratre, & cœtu iuniorum, qui (vel quia) iure minus, vi plus poterat, pellebatur.

Homines intonsi & inculti, animalia animaliaq; omnia rigentia gelu.) 335.C. Sic vos. At debuistis mutare istud inanimalia, quod non reperitur, in id quod consuetum est, inanima.

Deinde postquã interrumpi agmen vidit, periculumq; esse exutum impedimentis exercitum, nequicquam incolumẽ traduxisse, decurrit ea superiore loco: & cum impetu ipso fudisset hostem, equis quoq; tumultum auxit, sed is tumultus momentu temporis, postquam liberata itinera montanorum fuga eraot, sedatur.) 336.F. Vos mutastis vnam tantum dictionẽ, equumq; indoctè pro equis ponentes, cùm fuerit ponendum suis. Præterea sic mutandum, periculumq; ne exutum impedimentis exercitum nequicquam incolumem traduxisset.

Castellum inde quod caput eius regionis erat, vicosq; circumiectos capit, vt captiuo è pecoribus per triduum exercitum aluit. Et quia nec montanis primò perculsis, nec loca magnoperè impediebãntur, aliquantulũ eo triduo vix confecit.) 336.F. Hic vos nihil aliud quàm loca mutastis in locis. Ego verò sic: Et captiuorum pecoribus per triduum exercitum aluit. Et quia nec montanis prælio perculsis, nec loco magnoperè impediebantur, &c.

Annibal nec temerè credendum, nec aspernandos, ne repudiati hostes apertè fierent, benignè cùm respondisset.) 336.G. Credo legendum, nec temere credendo, nec aspernando eos, ne, &c.

In eos versa peditũ acies, haud dubium fecit quin nisi firmata extrema agminis fuissent, ingens in eo saltu accipienda clades fuerat.) 336 H. Emendare debuistis, fuerit.

Inde montani pauciores iam & latrocinii magis quàm belli more concursabant, modo in primum, modo in nouissimum agmen, vt cuique aut locus aut opportunitatem daret, aut progressi moratíue aliquam occasionem fecissent.) 336.I. Vos emendatis, prout cuique aut locus aut opportunitas apud eos erat: cùm nihil sit mutandũ, nisi delendo ea tribus, aut secundum: sic, vt cuiq; aut locus opportunitatem daret.) 337.A. Ventum deinde ad multo angustiorem rupem, atq; ita rectis ac si istud ægrè expeditus miles tentabundus manibusq; retinens virgulta ac stirpes circa eminentes demittere sese posset.) 337.A. Vos, vt dici, emendastis, atque ita, rectam ac si istud. Ego sic. Atque ita rectis saxis vt ægrè, &c.

Natura locus iam antè præceps recenti lapsu terræ impeditus, dum ille admodum altitudinem abruptus erat.) 337.A. Vos emendatis, dum mutantes in tum. Ego sic: Lapsu terræ in pedum mille admodum altitudinem abruptus erat.

Molli nec peraltæ.) 337.D. Præaltæ scribendum est.

Itaque in læui tantum glacie tabidaque niue volutabantur, iumenta secabantur, interdum etiam iofima ingredientia niuem.) 337.D. Mutastis infima in semita, quasi solum iumentorum semita secaretur. Legendum est, infimam ingredientia niuem.

Decem millia equitum in Italiam adducta (magis affinxisse verissimum est.) 338.G. Credo legendum verisimile est.

Quid enim adhortari refert aut eos equites qui equitatum hostium ad Rhodanum flumen ægrè vicissent, aut has legiones quibus hunc hostem fugientem sequutus?) 338.K. Vos pro ægrè, substituistis audacter. ego autem, egregiè: verè audacter, non egregiè emendantes: ego egregiè, non audacter.

Cùm ad vnum omnes ferrum pugnamq; poscerent, & deiecta esset in id sors, se quisque eum optabat quem fortuna in id certamen legeret. & cuisque sors exciderat, alacer inter gratulantes gaudio exultans, cùm sui moris tripudiis arma capiebat.) 340.G. Scribendũ est, vt cuiusque, vel, & vt cuiusque sors exierat.

Anne in prætorio patris clarissimi imperatoris propè notum certè educatum, domitorem Hispaniæ, Galliæque victorem.) 340.K. Scribendum opinor, propè natum, quod probat locus ille libri decimi, Sed cum Annibale propè nato in prætorio fortissimi ducis, altoq; atq; educato inter arma.

Ne transieris Iberum, ne quid tibi rei sit cum Saguntinis: ad Iberum est Saguntum nusquam te vestigio mouearis.) 341.C. Vos mutastis, è vestigio moueris. Ego nusquam te vestigio moueris, accentu in antepenultima, vt sit verbi actiui subiunctiuum, non passiui indicatiuum.

Nullum contentum ad vincendum homini à diis immortalibus acrius datum esse) 341.D. Credo scribendum, nullum incitamentum.

Quibus procuratis Scipio cum equitatu iaculatoribusq; expeditis profectus ad castra hostium, ea quo propinquo copias, quantæ & cuius generis essent, speculandas obuius fit Annibali.) 342.F. Petrarcha emendauit, ex loco propinquo. Vos emendare omisistis: quod sic fuit emendandum, exq; propinquo.

Manilius equidem de filio virum esse, quod & plures tradidere authores, secundum fama obtinuit.) 348. H. Vos emendatis, Mumius pro Manilius ponentes: ego seruum pro secundum. Nam seruus fertur Scipionem ab hostibus eripuisse, filius à pluribus authoribus traditur.

In quarta vigilia noctis insequentis tacito agmine profectus ad Trebiam flumum iam loca altiora locutque impeditiores equites castra locat.) 343 A. Vos tollitis, iam: ego pro tam substituo, in, pro locus, colles: pro equites, equiti.

Delige centenos viros ex omni pedite equitéque, cum viribus ad me vigilia prima venias. Nunc corpora curare tempus est.) 346. G. Ego viribus reor mutare debere in quibus.

Cæteris ducibus peditum equitumque præceptum, vt prehendere omnes iuberent armatos, deinde instratisque equis signum expectare.) 346. H. Cur in codice regio non emendastis prandere, pro prehendere.

Postremò omnes copias ad destinatum iam antè consilio, auidus certaminis educit.) 346. H. Vos consilio mutastis in consilium, quasi ad consilium, non ad locum consilio destinatum ierit: cum sic dicatur substantiuè destinatum, vt propinquum, quale fuit illud superius. Eaque propinquo speculandas copias.

Tunc vtique egressis rigere omnibus corpora, vt vix armorum tenendorũ potentia esset, & similitudine: & procedente iam die ferme etiam deficere.) 346. I. Credo sic legendũ. potentia essent, & lassitudine, vel & simul procedente &c.

Duodeuiginti millia Romani erant, socium nominis Latini viginti, auxilia præter Cenomanorum.) 346. K. Vos emendastis præter, cùm fuerit emendandum præterea.

Pedestris pugna par animis magis quàm viribus erat, qua recentis Pœnus paulò antè curatis corporibus in medium attulerat. 347. A. Vos emendastis, quam recentis: cùm fuerit emendandum, quia recentis Pœnus, hoc est Annibal. vel quas recentis, pro recentes. Pœnus, id est milites Pœni.

Ea tèmplò haud dubiam facere fidem quoque additus terror Romanis, vt fusa auxilia sua viderunt.) 347. B. Vos mutatis quoque, in estque: ego tantum locum muto, sic: additus quoque terror.

Cæterum ne hyberna quidem Romanis quieta erant, vagantibus passim Numidis equitibus. equeque his impeditiora erant Celtiberis Lusitanisque.) 347. E. Vos emendatis, æqueque, tantummodo adiecta diphthongo, cùm sic fuerit emendandum, & quæque.

Omnes igitur clausi vndique commeatus erant, nisi quos Pado naues subuehere temporium prope Placentiam fuit, & opere magno munitum, & valido munitum præsidio.) 347. E. Vos nihil aliud quàm dempsistis illud, t, vt emporium tantum esset, non intelligentes literam illam ad præcedentem pertinere dictionem. vel quia figuræ maiusculæ erat, fuisse apicem cum litera coniunctum, scriptumque reliquisse authorem, subueherent. Præterea munitum, quia iteratum est, mutastis in firmatum, ego muto in militum.

Deinde vt tandem agitando sese mouere ac recipere animos, & raris locis fieri cœptus est ignis, ad alieni quisque opem tendere.) 348. I. Vos (quasi mendosa scriptura sit) mutastis recipere, in recepere, opinantes esse præteriti temporis muuere, cùm sit infinitum, aut referendum ad illud cœptus est, vt sit, sese mouere ac recipere animos cœptum est, aut accipiendum pro mouebant. Ite & me reprehendite, tanquam nescientẽ tali infinitiuo vti, qui vos hoc ipsum doceo. Taceo mille in locis vestrum in orthographia errorem.

Pugna raro vlla magis ea & cum vtriusque partis pernicie clarior fuisset, si extendi ea dies in longum spatium quiuisset.) 349. A Vos tollitis ea, ego muto in sæua: opinor enim s, quæ vltima est in magis, fecisse vt sequens e excideret, sicut factum est in illo superiore, rectis ac si istud, pro rectis saxis. præterea mutastis, quiuisset, in fuisset: quia quidam codices habent: si extendi eam. Si vero scribendum est ea dies, vt est apud codices alios, nihil ista mutatione opus est.

Postquam perditas res amissaque castra accepit, iter ad mare conuertit, haud procul Tarracone classi.m. naualésque socios vagos palantésque per agros (quod fermè fit vt secundæ res negligentiam creent) equite passim dimisso, cum magna cæde, maiore fuga ad naues compellit.) 349. D. Vos emendastis pro classi, classis, supráque scripsistis minutis literis has duas dictiones, vbi erat: quasi sic obscurè loquatur Liuius, vt duo verba subaudiri oporteat: cùm sic emendandum esset, classicos milites.

IN II. LIBRO EMENDATA.

SECVNDVS liber sic incipit. Iam verò appetebat quæ Annibal ea hybernis metuit, & neque eo qui iam ante conatus transcendere Apenninum intolerandis frigoribus & ingenti periculo moratus ac metu.) 351. E. Vos, tanquam appetebat actiuum sit, & non absolutum, pro eo quod est appropinquabat, siue incipiebat, sic emẽdastis: Iam verò appetebat, quæ Annibal ea hybernis, quæ & metuit. nec hoc amplius. Petrarcha sic: Iam verò appetebat quæ Annibal ea hybernis metuit, vt neque eo qui antè conatus trãscendere Apenninum, & cum ingenti periculo moratus ac metu. Hæc si quis leget non habẽs in promptu Liuium, volo sciat Annibalem antè conatum fuisse ea Gallia Cisalpina, vbi se paruin credebat tuto moraturum, transcendere Apenninum: sed fœdis cœli tempestatibus repulsum, & interea sæpe eisdem Gallis insidientibus, in vltimum discrimen adductum. Hunc locum Poggius, ad quem Antonius & Barptolemæus suas inme inuectiuas miserant, cum superioribus diebus has emendationes ostenderem, dixit aliquot iam annis Florentiæ sic emendasse vna cum Leonardo & Carolo Aretinis. Iam verè appetebat cum Annibal ex hybernis mouit. cætera negabat egere correctionis: sicut illum communem mihi cum Candido locum, & alia multa, quod velles sic accipi, Neque eo metu qui (pro quo) iam antè conatus erat. Solere nanque Liuium durè ac scabrè loqui. Ego etsi magis Liuii quam meam vicem doleam, tamen nihil dixi, nisi vt ad reliqua pergeret. Cuius quàm docta sit expositio, & quàm vera de Liuio opinio, docti iudicent. Ego sic legi: Iam ver appetebat, quum Annibal ex hybernis mouit: & nequiequam antè conatus transcendere &c.

Dum consul placandis Romæ distrahendóque delectu operam dat. Annibal ex hybernis profectus.) 352. I. Vos sic emendatis. Dum consul placandis diis Romæ distrahendoque delectu. nescientes, distrahendo duo verba esse: dis, quod fere veteres non gemino i scribebant: & trahendo, id est, differendo: nam distrahere delectum nusquam legimus. Palàm ergo est quomodo emendare debuistis.

Senatum prætores per dies aliquot ab ortu ad occidentem solem in curia retinent.) 355. E. Opinor authorem ab ortu scriptũ reliquisse, id est, ab orto sole, idque aliquos vestri similet mutasse.

Tibur quo die ad conueniendum edixerat nouis militibus venit, inde Præneste aduersis militibus in viam Latinam est regressus, vnde itineribus summa eum cura exploratis ad hostem ducit. 358. F. Vos emendatis, inde Præneste versis itineribus. ego transuersis tramitibus.

Sed vbi aperta omnia apud hostes, nec castra vllo tumultu mota videt, increpans quidem victos, tandem quot Martios animos Romanis, debellatumque & concessum. Quod quis propalandæ virtute ac gloria esset, in castra rediit. Cæterùm tacita cura animum incensum.) 358. G. Vos emendatis propalandæ, quod vocabulum non reperitur a palàm, neque vt opinor à pala, sed à palus li, vt propalare vineam apud Lucium Columellam. & incensum, incessit. Ego sic. Increpans quidẽ victos tandem Martios animos Romanorum. quia debellatum atque concessum ei propalàm de virtute ac gloria esset, in castra rediit. Cæterùm tacita cura animum incensus, &c. Vel quia quidam codices habent, increpans victos, quid tandem sic? quod tandem porro Martios animos, Romanis debellatumne & concessum propalam de virtute ac gloria esset.

Sed vir ac verè Romanus, quo die eum dictatorem ex authoritate patrum iussúque populi dictum, Veios allatum est, cum esset satis altum Ianiculum, vbi sedens prospectaret hostem, descendit in equum. 359. D. Vos sic: Veios allatum esset, s. c. statim venit Ianiculum, vbi sedens quasi venit Ianiculum possit dici, sicut venit homo Romam. sed nihil ex sententia intelligitis, quam vobis aperiam, alium mutato in altum: nam Ianiculum non masculini generis est, sed neutri. Exprobrabant Fabio Maximo, qui cunctaretur, iactantes Camillum, qui simul ac dictatorem se factum accepit (satis aliũ est Ianiculum vnde sedens prospectaret hostem Gallum) sic nunc è montibus Fabius hostem Pœnum (estque parenthesis) non hoc ille fecit, sed in æquum planumque descendit.

Quo repentè discursu, haud secus quàm syluis montibúsque accensis, omnia circùm virgulta ardere. carptim quærit atque ratio, excitans flammam hominum passim discurrentium speciem præbebat. 361. A. Vos sic emendatis, ardere cœpserunt, excitataque flamma: in quo grammaticæ ratio non constat. Ego accipio ardere pro ardebat. vt intelligatis mihi non vobis hoc genus sermonis notius. emendoque sequentia, capitumque inquitatio excitans

citans flammam. Erant enim boues, quorum capita alligatæ cornibus faces, dolore fatigabant.

Vt plus consilio quàm fortunæ confidat, & se potius ducem quam Sempronium Flaminiumque imitetur: ne nihil actum esse censeret extracta propè æstate per ludificationem hostis: media quoque plus interdum, quippe quàm mouendo atque agendo proficere.) 361.D. Vos sustulistis media. Ego sic emendo. Medici quoque plus interdum quiete quàm mouendo atque agendo proficere. Vel, medicos plus interdum quiete quàm mouendo atque agendo proficere. quod etiam probat Hippocrates. Hunc quoque locum Poggius cùm non aduerteret vt probè correctum, ego dedignatus expectare de reliquis iudicium hominis, qui nihil nisi quod ipse inuenisset, benè inuentum iudicaret, cum valere iussi [illegible] non ita magni referre existimans in literarum senatu, si vnus [illegible] is pro sua dignitate retinenda, album mihi [illegible] dedisset. Nam cæteri omnes, qui liberi æmulatione & inuidia erant, hæc vniuersa summoperè comprobarunt, quorum vnus fuit ille ipse cuius memini, Cardinalis Columna, vir non minus ingenio moribusque, quàm genere nobilis qui has plerasque emendationes suo codici adscribi à me manu voluit. Hæc ideo dixi, vt intelligar à nemine fuisse hac in re inuenienda adiutus.

Et cum vniuersi admisso lato agmine, & nonnulli simul venientibus haud sane intrabiles essent, in littus passim naues egerunt. 362.I. Sic emendandū puto [illegible] cum diuersi à diuiso latè agmine à tam multis simul venientib. haud sanè penetrabiles essent, in littus pas[illegible] egerunt.

Cæterum omnes incensum est, nec co[illegible] modò periectas oras præteruecta, sed in H[illegible]m insulam transmissum.) 363.A. Vos mutatis per[illegible] in periunctas: ego in proiectas, hoc est, promin[illegible]

Eò vinculo Hispaniam vir vnus [illegible] magis quàm fideli consilio ex societate, duxerat [illegible] gunti [illegible] Hispanus fidus antè Pœnis, tum (qu[illegible] plerunque [illegible] barorum ingenia) cum fortuna mutau[illegible] fidem.) 363 D. Vos ita mutastis (cum dico mutastis [illegible]) atque induxisse.) Mutastis autem, faciendo ex binis dictionibus singulas, de, ex societate, exoluendam [illegible] dux erat duxerat. Ego sic, consilio exoluit estque finis superioris sententiæ. Tum sequitur altera. Acedux erat Saguntini nobilis Hispanus. Siquidem Acedux nomen hominis est, vt in sequentibus patet.

Conuenerat inter duces Romanos Pœnumque, vt quæ pars prius reciperet quàm daret, argenti pondo bina & sex libras in milites præstaret. ccx[illegible]vii. cum plures Romanus quàm Pœnus recepisset, argentumque pro eis debitum sæpe, &c. 364.I. Vos mutaus prius in plu[illegible] ego in plures, & milites in militem, & sex libras in [illegible] libras, id est, in singulas libras cum dimidiata, vt semodius vnus modus est & dimidiatus, & sescunx vncia & media.

Annibal pro Geryonis mœnibus, cuius vrbis captæ atque incens[illegible] à se in vsum horreorum pauca legi quæ erat tecta, institui senserant, inde frumentatum duas exercitus partes mittebat.) 364.K. Vos sic. Pauca reliquerat tecta, quod ego non damno, quodque ego per me animaduerte[illegible] iam id si vos nō conceditis, nec ipse concedam vobis istud vos inuenisse, sed aut è libro, aut ex homine didicisse. & alioqui altius ipse & plura quàm vos emendaui, sic. In vsum horreorum si qua reliqua erant tecta restitui iusserat.

Patrem Lanium fuisse ferunt, ipsum institutorem mercis, filioque hoc ipso in serudi eius artis ministerio vsum. Is iuuenis vtrum ex eo g[illegible]nere quæ[illegible] pecunia à patre relicta animum ad spem liberalioris [illegible] adiecit.) 366.A. Ego reor nō institutenrē, sed institutorem legendum: & pro verum, multa fiue [illegible]randi Vos vtrum, cum tamen necessarium sit suum adiectiuum habere pecunia. non enim quantacunque pecunia à patre relicta facit animos, sed multa.

Non celerius quàm timui deprehendit fortuna temeritatem. Fabij æquatum imperio Annibalem, & virtute & fortuna superiorem videt.) 367.D. Hoc vos in regio codice reliquistis inemendatum, quod sic emendandum erat: Fabio æquatus imperio, &c.

Itaque prius quam ad coniectum teli veniret, aut manum consereret, suos à fuga effusa, & ab animis feroci pugna hostis continuit.) 367.D. Emendare debuistis, & à feroci pugna.

Progressus ante alios magister equitum cum patrem Fabium appellasset, circumfusosque milites eius patronus totum agmen consalutasset, Parentibus (inquit dictator) meis quibus te modo nomine, quo fando possum, æquaui, vitam tantum debeo: tibi cum meam salutem tum omnium horum.) 368.F. Vos emendastis. Patrem, inquit dictator, te dijs modò nomine. Ego sic. Parentibus, inquit dictator, meis quibus te modo &c.

Neapolitani legati Romam venerunt, [illegible] ginta pateræ aureæ magni pond[illegible] rit in cu[illegible] que ita verba facta, vt dicerent [illegible] re res esse [illegible] rium bello exhauriri.) 369.A. Opinor sic leg[illegible] re sese populi, vel scire se reipublicæ ærariu[illegible]

Gratum sibi patres Romanos, popul[illegible] rum, si omnes res Neapolitanorū suas duxisse [illegible] quæ iudicauerint à quibus donum animo ac vo[illegible] eorum qui libenter darent, quàm rem maius [illegible] que acciperent.) 369.D. Emendare debuisti[illegible], qu[illegible] re maius &c.

Ab eodē populo Romano s[illegible] literæ ad con[illegible] m sæ. 370 F. Debuistis emendare, ab eodem prætore [illegible] c. literæ &c.

Terentius Varro neque quem sui generis hominem [illegible] bs insectatione principum, popularibusque arti[illegible] n- ciliatum, ab Q. Fabij opibus ex dictato [illegible]io imp[illegible] n- cussum, aliena inuidia splendentem, vulgus [illegible] ad consulatum nitebatur.) 370.G. Emend[illegible] re [illegible] C. Ter[illegible]n[illegible]tium Varronem, quem sui generis hominem [illegible] bs inse[illegible]atione principum &c.

Nihil inclementer in Varronem dictum [illegible] mo- dò, mirari se, quòd ne quis prius quàm aut suum [illegible] ho- stium exercitum, locorum situm, naturam re[illegible] [illegible]t, iam nunc locatus in vrb[illegible] sciret, quæ sibi ag[illegible] m[illegible]en forent.) 372.G. Credo sic legendum. Mir[illegible] modo, vel quomadmodum quis, id est aliquis, [illegible]ux quam &c.

Dubitas ergo quin eum sedendo supe[illegible]ur [illegible] mus, qui senectat in dies? non cōmeatus, n[illegible] non pecu[illegible]ia habeat? Quandiu pro Ger[illegible] [illegible]u lix ignobilis tanquam pro Carthaginis mœ[illegible] aduersu[illegible] te quidem ego gloriabor [illegible] A. P[illegible] didit, pugnatum est, vt esset, tanq[illegible]m pro [illegible] mœnibus pugnatum est. Vos addi[illegible] go, sed, muto in sedet. vt sit, quandiu pro [illegible] stelli Apuliæ inopis, tanquam pro Carthaginis mœni[illegible] sedet.

Duobus ducibus vnus resistas oporte[illegible] resiste autem, aduersus famam, rumorésque hominum. si [illegible] mus steteris, si te neque collegæ vana glori[illegible] n[illegible] ua falsa infamia mouerit à veritate. Laborare nimi[illegible] pe aiunt, extingui nunquam. Gloriam qui spreu[illegible] m habebit.) 373.A. Vos verò nihil intellecta scr[illegible] mendatis. Veritatem laborare nimis sæpe [illegible] gui nunquam. Ego sic legendum censeo. Nequ[illegible]a infamia mouerit à veritate. Laborare nimi[illegible] a- iunt, extingui nunquam. Est autem etiam hic [illegible] tum hoc vulgi sermone prouerbiū, vt pingui[illegible] ver- bis efferam. Aegrotat quidē ratio siue ius a[illegible]u. n[illegible]n, sed nunquam moritur.

Omnia audentem contemnet Annibal [illegible] mo- rè agentem metuet. Nec ego vt nihil agatur [illegible] sed tem te ratio ducat licet, non fortuna.) 375.B. P[illegible] videns hoc in loco deesse verbum, ad[illegible] mun[illegible] N- ego vt nihil agatur moneo. Sed hæc ad[illegible] est, tantumque mutandum ego in eò, quod, si [illegible] eum finem.

Gallis Hispanisque scuta eiusdem formæ fer[illegible]ent, dispares ac dissimiles gladij. Gallis prælon[illegible] u- cronibus Hispano punctim magis quàm [illegible] o petere hostē, breui[illegible] habiles, & cum mu[illegible]ronib[illegible] tè cet[illegible]is animatn. Is gentiū habitus tum magnitud[illegible] porum, tum specie terribilis erat, Galli super vm[illegible] erāt nudi, Hispani lineis prætextis purpura tun[illegible] dore miro fulgentibus constiterant.) 375 L. Vos [illegible] n datis. Talis habitus gentium illarum. Ego sic Ant[illegible] ha bitus, siue inter alia ipse habitus.

Hæc exagentis prius turba fugientium ciu[illegible]um- inde h[illegible]stes oppressere consulem ignorantes qui[illegible], obruerúntque telis.) 377.B. Vos emendan[illegible] æ- genti. Ego, hæc exigentem, id est, postulantem a L[illegible] lo consule.

Hæc pugna Alliensi cladi nobilitate par, cæt[illegible], quæ post pugnam accidere leuiora.) 377.D. Ego sic [illegible] m- do. Cæterum vt illis quæ post pugnam acci[illegible] qui ab hoste cessatum est. Hoc est, quia Ann[illegible] ce petere vrbem, vt Galli petierunt superat[illegible] manis. Præterea oāmque, vna dictio, d[illegible] in duas, vt sit relatiuum quæ. refertur [illegible]um [illegible] Ita tota emendatio erit singulis dictionibus in[illegible] paratis: vtilis, in vt illis: namque, in, nam quæ. & [illegible] ra mutato in leuior.

Marharbal præfectus equitum minimè cessandū ratus. imo vt quid hac pugna actum scias, die quinto [illegible] ctor in Capitolio epulaberis sequere cum eq[illegible] us te venisse, quàm venturū sciant. Præcedant Ann[illegible] quit) inimicis, læta res, & via maiorque quæ vt eam [illegible] a

p[illegible]te

pere animo possem. Itaq; voluitate se laudare Maharbalis ait, ad consilium pensandū tempore opus esse.) 378.G. Ita in cæteris ferè exemplaribus in regio autem, quod Florentiæ emendatum est, sic Præcedat, Annibal, lætares & nulla maior. quod vos sic emendatis Præcedat Annibal inimicus lætares, & nulla maior, scilicet vultus, vt hæc sit oratio Maharbalis, quæ est authoris, ideoq; sic emendanda. Præceperat, siue persuaserat, siue peruaserat Annibalē, siue incesserat Annibali nimia lætitia, siue nimia tātæ rei, siue rei talis, siue victoriæ lætitia, maiorq; quā vt eam statim capere animu posset. Cum [illegible] autem quæ extensum in contractum, seu diphthongatum siue longum, in non diphthongatum & breue. Hanc meam emendationem probat [illegible] eram conclusio quæ sequitur Itaque volun[illegible] laudare Maharbalis ait.

Spoliis ad multum delectis Annibal ad minora ducit castra oppugnanda.) 378. I. Opinor legendum, spoliis ad multum diei vel ad multam diem [illegible].

Sed tam duriores esse ve[illegible] quod nullo nostro merito facietis, cur nos hosti relictum [illegible] F Opinor iam legendum esse, etiamsi tam scribatur siquidem Quintilianus ait vsu receptum, vt sic [illegible] scribatur.

Quo in tempore ipso adeo magno animo ciuitas fuit, vt consuli ex tanta clade, cuius ipse causa maxima fuisset, redeunti, & obuiam itum frequenter ab omnibus ordinibus sit, & gratiæ actæ quòd de republica non desperasset, qui si Carthaginiensium ductor fuisset, nihil recusandum supplicij foret. [illegible]84 H. Opinor legendum, cui si Carthaginiensium ductor fuisset, nihil recusandum supplicij foret. vel, qui si Carthaginiensium ductor fuisset, nihil ei recusandum supplicij foret.

IN III. LIB. EMENDATA.

HAEC Annibal post Cannensem pugnam, capta ac direpta confestim ex Apulia in Samnium mouerat, accitus in Hirpinos a Statio, pollicēte si Compsam traditurum.) 385.A. Vos addidistis castra, sic, castra capta ac direpta. quāquam poterat sic mutari sine vlla additione, castra [illegible] direpta Sed non improbo additionem, siue sit ea ex vobis, siue ex aliquo exemplari, nam multa cum quæsiuis. Cæterum quid sibi vult primum illud verbum, hęc? Ego superuacuum existimo, & hac de causa adiectū, quod ij qui Annibal sine aspiratione scribunt, ipsam figurā aspirationis in principio libri nonnihil distare à sequenti vocali, & forte maiuscule [illegible] ptam videntes, non partem huius nominis, sed aliud esse putauerūnt. Igitur hæc, quod vitium in scriptura est, interpretati sunt.

Cæliusq; & alij, ita vt sine causa pretermiserant scriptores ponere pro certo sum veritus) 387.D. Vos sic emendatis: Cęliusq; & alij, ita vt sine causa prætermiserāt, quod Grāmatica non consentit. Ego sic Cæliusq; & alij scriptores haud sine causa prætermiserant. Nam quidam haud pert scribunt, hincq; fuit erroris causa.

Hæc pacta, illa insuper quam quæ pacta erant facinora Campani diderunt.) 3[illegible]. Deinde subiungitur interfectio præfectorum, ciuiumq; Romanorum. Vos ita hoc emendatis, vt duo prima verba tollatis, tertium mutetis in alia. Ego nihil ex ijs nec tollo nec muto, sed facinora, in [illegible] Hęc pacta, subaudi fuerunt: illa insuper quam [illegible] sunt fœdiora Campani ediderunt.

[illegible] unius Calauius, de quo ante dictū est, princeps [illegible] ius quæ attraxerat rem ad Pœnos, filium iuue[illegible] Abstractum a suo cum Decio ab latere, cum [illegible] cisime pro Romana societat[illegible] aduersus Punicū [illegible]erat.) 388 H. Vos sic emendatis: abstr[illegible]um à latere Decij. Ego, quia Liuius [illegible] sempe[illegible] diebus [illegible]nibus appellat, sic emendo. Abstractum a [illegible] Decij a latere.

[illegible] œperunt epulari de die, & conuiuiū non ex more Pu[illegible], ius militari disciplina esse, sed vt in ciuitate atque e[illegible]m domo, diu ad varias humanū voluptatum illecebras [illegible]structum. Vnus nec dominorū inuitatione, nec ipsius [illegible]rdum Annibalis, Calauij filius Perolla vinum potuit. Ipsi sibi valetudinem excusans paterni animi quoque aut mirabilem interturbationem causa. ante solis ferme occasum patrem Calauium filius vbi in secretum (hortus erat posticis ædium partibus) peruenerunt.) 388.I. Vos sic emendatis, permolliri potuit, ipsiusq; valetudinem excusans pater. Ego sic Pelli ad vinum potuit cibumq;, valetudinem excusante patre: animi quoque eius haud mirabilem turbationis causam, vel, animi quoque eius atram bilem interpretabatur causam, vel, haud miram ait perturbationem. Paulo ante Solis occasum, &c.

Consilium, inquit, affero pater, quo non veniam solum peccati, quod defecimus ad Annibalem, impetrari ab Romanis, sed in multo maiore dignitate & gratia simus Campani quam fuimus vnquam.) 388. K. Non impetrari scribendum reor, sed impetraturi.

Paucæ horæ sunt intra quas iurantes per quicquid deorum est dextras dextræ coniungentes fidē obstrinximus, vt sacratis de mensis essemus dig[illegible] colloquio extēplo in [illegible] armantur iurgijs ab hospitali mēsa, ad quam tertius Cāpanorum adhibitus ab Annibale, eam ipsam mensam cruentare vis hospitis sanguine?) 388. K. Credo legendum non iurgijs, sed periurijs.

Et legatione missa ad repetendum eum, ne aut negando rem quam primum peteret, offendi sibi noui socij, aut tribuendo habendus Capuæ esset seditionis ac turbarum author.) 389. E. Legendum opinor non offendi, sed offendendi.

Mihi quoque quoniam respondi Homilconi, interrogare ius fasq; est, velim seu Homilco respondeat.) 391. A. Legendum credo, seu Mago, seu Himilco respondeat.

Ergo si quis de pace consulet seu deferēda hostibus seu acc[illegible], habeo quid sententiæ dicam sed de ijs quæ Mago [illegible]stulat repertis. Nec victoribus mitti attinere puto, & [illegible] stra[illegible]bus nos falsa atque mania multo minus cen[illegible] 3[illegible] Sic legendum puto. Sed de ijs quæ Mago postulat, nec repertis victoribus mitti attinere puto.

Cupidu[illegible] m[illegible] ni oppidi potiundi) 392.G. Opinor legendum, mari[illegible]

Cæterum [illegible]uam Neapolim à præfectis Rom. teneri acc[illegible]pit (M. Iunius Syllanus erat ab ipsis Neapolitanis accitus) Neapoli quoque sicut Nolam amissa, petit Nuceriam.) 392. G. Opinor legendum, Nola omissa.

Instrui deinde vtrinque acies Romanorum cœptæ pro mœnibus Nolę, Pœnorum ante castra sua prælia hinc par ua inter vrbem castraq;) 392. K Obscurus sensus, qui fiet apertissimus, si loca duarum dictionum contiguarū mutauerimus, sic Instrui deinde vtrinque acies cœptæ, Romanorum pro mœnibus Nolæ, &c.

Media porta robora legionum & Romanos equites, duabus [illegible] nouos milites leuemq; armaturam ac sociorum equi[illegible] statuit.) 393 A Opinor legendum, sociorum non [illegible]orum.

Non vinci enim ab Annibale vincere solitis difficilius fuit quàm postea vincere.) 393 E. Opinor legendum, non vinci enim ab Annibale vinci solitis siue vinci suetis, vel vincere solito siue sueto.

Annibal acerris direptis atque incensis, cum à Cassinum dictatorem Romanum legionesque minus accipi nunciatum esset, ne quis iam propinquis castris, &c.) 394. G. Vos mutatis minus, in Cumis, ego in nouas. & accipi, in acciri. quod ita debere legi, qui verba ipsa authoris de duabus nouis legionibus legit, animaduerteret.

Ibi cum dies aliquot suscepti Campanis, timentesq; cauendis ac struendis inuicem insidijs traduxissent.) 394. G. Vos sic emendatis Ibi cum dies aliquot suscepti Campanis susceptis, timentibusq; cauendis ac struendis. Ego tantum muto susceptis in suspecti.

Ita eneruauerunt corpora animosq;, vt magis deinde præteritæ victoriæ eos quam præsentes tutarentur vires maiusq; id peccatum ducis apud peritos artium militarium haberetur, quàm quòd non ex Cannensi acie ad vrbem Romanam duxisset.) 395 A. Vos sic emendatis Cum dico vos, de quatuor in primis loquor duobus quidem cōtra quos vt nefandissimos mei accusatores hæc scribo: totidem autem absentibus Iacobo Curlo, quem tibi Bartolomæo antepono, & Antonio Panhormita rhetore, quem proxime perisse audio, non modo latinarum, sed grecarum literarum sane perito, qui suas Genuam emendationes ad Curlum miserat. Vos igitur regium codicem, quo nullus in omni Italia est augustior, vel emendatis, vel deprauatis.

Id peccatum ducis apud peritos artium militarium habetur minus, quàquam non ex Cannensi acie, &c.) 395. A. Ego sententiam superiorem sic claudo [illegible] quam p[illegible] tes tutarentur vires. & sequentem, mutato maius in minus, sic inchoo. Maiusq; id peccatum ducis apud peritos artiū militarium habetur, & reliqua. Dixi inchoari sequentem sententiam, sed ita volo dixisse, vt sciamus eam à superiore pendere, ideoq; scribendum haberetur, non habetur, sicuti vos emendatis.

Nec muribus aliove animali abstinerent, & omne herbarum radicumq; genus aggeribus infimis muri erucrēt & cum hostes exarassent quicquid herbi terreni extra murum erat, raporum semen iniecerunt.) 395. D. Vos mutatis herbi, in herbidi. & raporum in raparum. Ego infimis, in infimi, de ablatiuo plurali in genitiuum singularem: & herbi terreni, in herbidi vel herbæ terreni. Raporum autem in raparum cur mutaueritis, non video, cum Cato, Varro, Columella, Plinius, Martialis Palladius, alijq; complures, rapa neutro genere appellent.

Fuluius Flaccus in locum P. Scantini demortui.) 396. I. Vos emendatis, in locum P. Scauri inde mortui: quasi dicatur inde mortuus, & non semper demortuus.

Cum de ea re M. Aemylius prætor dictatore post Casilinum amissum profecto tam ad exercitum exposcentibus cunctis retulisset.) 396. K. Vos mutatis tam in tum, nescij tam pro iam scribi, vt iterum admonuimus.

Accitiq; C. Terentium consulem ad dictatorem dicendum iusserint, qui eò ex Apulia, relicto ibi præsidio, cum magnis itineribus Romam rediisset.) 397. B. Vos emendatis, qui consul ex Apulia. Ego, qui mox ex Apulia.

Idq; sacrum vasis erat, quo solennibus libarent.) 398. G. Opinor legendum, sacrum vas iis erat, vel sacrũ vas erat.

Quid in Apulia cum C. Terentio consule esset, a peritis quæsitum est, ne secundo consularius exercitus satis firmi ad tãtum bellum efficerentur, inibetur ratio.) 398. H. Vos sic emendatis, quæsitum est duóne consulares exercitus. Ego: Nec quomodo consulares exercitus, & reliqua.

Eodem e in dictatoris legionibus reijci militẽ minimi quemq; roboris.) 398. I. Opinor scribendum, eodem ex tribus dictatoris legionibus. Tot enim habuit dictator legiones, & binas consules.

Cum decreta senatus mandateq; exposuisset, atq; edocuisset, ipse inuicem quemadmodum tractãdum bellum in Hispania foret, retro in sua castra rediit, nulla re quàm celeritate tutior, quòd vndiq; abierat antequam cognoscerent.) 399. E. Vos hæc vltima verba sic emendatis · antequam eum sentirent. Ego, antequam consules sentirent. Siquidem duo consules tunc in Hispania erant, quos ille fefellit. Carthaginiensis & consules vna syllaba scriptum erat, vt in plurimis verbis fit. Porro illud inemendatum reliquistis, atq; edocuisset: quod est ita emendandum, atq; edidicisset, vel, atque edoctus fuisset, videlicet quomodo ille ad quem venerat, tractare bellum vellet.

His anxij curis ad Iberum conuertunt copias, & trãsito amne cum diu consultassent, vtrum castra castris conferrent, si satis haberent socijs Carthaginiensium oppugnandis, morari ab tenere proposito hostem, vrbem à propinquo flumine Iberam appellatam opulentissimam ea tempestate regionis eius, oppugnare parant.) 400. F. Vos sic emendatis: Vtrum castra castris conferrent, an tum haberent. quæ sententia non habet exitum. Ego sic, an satis haberent.

Absumptis enim frugum alimentis, carnisq; omnis generis quadrupedumq; suetemq;, postremo corijs herbisq; & redicibus, & corticibus teneris, strictisq; rubis.) 400. K. Ego opinor legendum, seutorumq;, pro suetemq; quę verba vos quia emendare nescistis, erasistis.

Senatus decreuit vt T. Sempronius consul designatus cum Ibono iuisset, ad populum ferret vt Fabiũ siue dinm virum esse iuberent ædis dedicandæ causæ, & M Aemylin Lepido quibus consul augurq; fuerat filatres l m, quæ audisse funebres per triduum & gladiatorum paria duo & viginti per triduum in foro ædiles curules C. Lectorius & T. Sempronius Gracchus consules designati, qui in ædilitate magister equitum fuerat, ludos Romanus fecerant, qui per triduum instaurati sunt. Circumacto tertio anno Punici belli T. Sempronius consul designatus, idibus Martijs magistratum iniit.) 401. E. Vos hic nihil emendastis, nisi cũ Ibono inisset, sic · cùm primum magistratũ inisset: quod falsum esse ex posterioribus coarguitur, quia ante fuerunt editi ludi, quàm Sempronius inisset magistratũ, vt ipsa quæ posui verba indicant. Postea mutastis filatres, in simul imperatores, hoc est, tres imperatores. quæ nulla sententia est. Ego sic arbitror emendandum: Senatus decreuit vt T. Sempronius consul designatus cum bono omine ad populum ferret. Ideo autẽ præfati sunt cum bono omine, quia post motum bellum nunquam fecerant ludos, alijs super alias cladibus nuncians. Porago cætera. Vt duumuiros esse iuberent ædis dedicandæ causa. C. Aemylij Lepidi, qui bis consul augurq; fuerat, filij tres, Lucius, Marcus, Quintus, ludos funebres per triduum, & gladiatorum paria duo & viginti per triduum, in foro dederunt. Aediles curulés C. Lectorius & T. Sempronius Gracchus consul designatus, qui in ędilitate magister equitum fuerat ludos Romanos fecerunt, & reliqua.

Consules exercitus inter se diuiserunt. Fabio exercitus cui M. Iunius dictator pręfuerat, euenit. Semp. Volonum, quod fuerat, & sociorum xxx.) 402. I. Lego, Sempronio Volones, qui fuerunt, & sociorum e xv. millia. Sunt autem Volones serui quibus pro repub. arma tradebantur, sic appellati, quòd vltro vellent militare pro dominis.

Subductę naues dum refiguntur aliquantum temporis triuere.) 404. H. Sic legitur per vos in regio codice emendatum, cum emendare debuissetis, reficiuntur. Nam refigere est quod fixum est educere.

Campanis omnibus statutum sacrificium ad Hamas.) 404. I. Legendum est statum, de quo fuit inter nos apud regem controuersia, quodq; ego multis rationibus atque exemplis probaui.

Iam Campani eo frequentes ex cõposito conuenerant, nec procul inde in occulto Marius Alpius eduxit, vii cui summus magistratus erat Campanis, cum xiiii. maiorum habebat castra.) 405. A. Vos sic emendatis. Martius Alpius & ipse, vel cui summus magistratus erat Campanis, cum xiiii. iuniorum vel militum habebat castra. Ego sic Mediastitiene vel medistuticus, qui summus magistratus erat Campanis, cum xiiii militum habebat castra. Est autem Mediastuticus nomen magistratus, vt alijs in locis apud Liuium, libro secundi belli Punici 6. patet. Si quis iolendum relatiuum putat, vt sit Medistutieus summus magistratus erat, tollat licet.

Ipse ad Hamas vacue hostibus castra nequicquam præter recentis vestigia cędis stratiq; passim corpora sociorũ inuenit.) 405. C. Legendum est, nec quicquam. Cum dico legendum, dico vos emendare debuisse.

Aduersus ligneam ingentem turrim admotam vrbi, aliam ex ipso muro excitauit Consul Romanus aliquanto altiorẽ, quia muros satis per se altos subiectis validis supplicatis pro solo vsus erat.) 405. D. Vos tamen in margine ex purpureo colore fecistis pro supplicatis, aliter sublicis. Opinor, Antoni, nonnihil reminiscebaris correctionis meę apud regem quod si prorsus reminiscebaris quomodo hunc locũ emendarim, nec me authorem in emendando regio codice habere voluisti, nihil est te pertinacius. sin oblitus es, nihil te obliuiosius atq; hebetius. Ego sic emendandum esse librum te admonui, rege approbante, & vt reor, etiam memoria tenente: Quia muros satis per se alto subiectis validis sublicis pro solo vsus erat. Est enim sublicia genus trabis, vnde dictus est põs sublicius, quod non ex lapidibus esset, sed ex sublicis structus non solũ Romæ, & in Tyberi, sed in alijs etiam fluminibus.

Ad mille cccc. Carthag. cæsi, & inde lx. viui capti.) 405. E. Opinor legendum, & vnde sexaginta viui capti, hoc est, vno dempto ex lx. qui sunt lix. captiuis in vincula coniectis.

Itaq; ignarus his quæ cum Annibale legatis suis conuenissent.) 406. I. Vos emendatis, legati sui, quod nec fuit emendandum, & sic emendari Grammatica vetat.

Nec te nec exercitum tuum non misi, à quo tot acies Romanas fuses stratasq; sciam ei facile esse dicã, opprimere populatores nostros vagos sine signis palatos, quo quenq; trahit, quamuis vane prędæ spes.) 408. I. Opinor legendũ, nec te, nec exercitum tuum norim, nisi vel me quo tot acies. & reliqua.

Si modo quos socios haberes dignos duxisti, ad id indignos iudicas, quo in fidem receptus tuearis.) 408. I. Vos emendatis, nisi quos modo vt socios baberetis. cùm sic fuerit emendandum: Si modo quos vt socios haberes dignos duxisti, haud indignos iudicas quos in fidem receptos tuearis.

Exercitum esse non in agrum Hirpinum sociorúmue.) 408. I. Opinor legendum, exercitum misisse.

Sed quid inter Capuæ Nuceriæq; fortunam interesset, ipsos prope in medio sitos Nolanos scire nolo minari quę captæ vrbi ecssura forent.) 409. A. Vos emendatis nollr, pro nolo. Ego ominari, pro minari.

Romam vos expugnaturos si quis duceret: fortes lingua iactabatis enim minor est res, hic experiri uim virtutemq; volo.) 410. I. Opinor legendum, en minor, vel, en nunc minor est res.

Sed Nolanis etiam per clamorem fauoris indicem accendentibus.) 410. I. Ego fauoris indicem, vt apud Ciceronem pro Rabirio. Quin comprimitis istam vocem indicem stultitiæ, testem pauertatis?

Taurea verbis ferocior quàre, minime sis, inquit, Cantherium in fossam?) 411. C. Vos emendatis, minime sis, quum eodem modo hic dicatur sis aduerbialiter, quo agesis, quod componunt si vis: cuius generis sunt plurima exempla.

Huic pugnæ equestri rem quam ętatis communis certa existimatio est.) 411. C. Ego sic · quam satis certam communis existimatio est.

Literis recitatis nemo omniũ erat qui nec vera scribi, & postulari æqua fateretur.) 411. E. Opinor hic legendum: Nemo omnium erat, quin & vera scribi, & c.

Quorum duo postulata fuere, vnum ne tarentum in eo publico essent.) 411. G. Vos sic emendatis: Quorum duorum postulata fuere, vt talentum in eo publico esset quæ sententia nec cum re conuenit, nec vllius est vsus. Ego sic: quorum duo postulata fuere; vnũ, ne alij triennio eo publicani essent, publicanorũ enim hæc postulata erant, qui reipublicæ præsentem pecuniam, & quidem gratuitam mutuabẽt, sed sub spe quia tunc nec in ærario quicquam, nec in vectigalibus foret.

Quemadmodum conducta omnia magno animo sunt, sic summe fide præbita: nec quicquam si ex opulento ærario, vt quondam alerentur.) 412. G. Opinor legendum: Nec secus, quàm si ex opulento.

IN IIII. LIBRO EMENDATA.

FLVMEN quod medio oppido fluxerat, eatra fraquentia tectis loca præterfluebat, & agros qui habitabantur sex millia aberat.) 414.G. Opinor legendum, prætarfluebat muros procul ijs qui habitabantur.

In Sicilia Romanis omnia mutauerat mors Hieronis, regnomq; ad Hieroymum neporem eius traoslatum, puerum viadum libertatem, nedum dominationem modice laturum. Aetatis id ingenium tutores atqua amici ad præcipitandum in omnia vitia acceperunt) 414. K. Ego accipin modice aduerbialiter, pro eo quod est temparate & modeste: ideóque superiorem sententiam sic claudo: nedum dominationem modice laturum. Sequentémque sic incipio, mutóque sic: Lætati, id ingenium tutores atque amici.

Quæ ita futura cernens Hiero, vltima senecta voluisse dicitur liberas Syracusas relinquere, ne sub dominatu puarili, per ludibrium bonis artibus partum firmatumq; interiret regnum. Huic consilio summa ope obstitere filiæ, nomen regium penes puerum futurum ratę, regimen rerum omnium penes se virosq; suos Andronodorum & Zoilum, primi relinquebantur.) 414 K. Ego sic emendandum reor: Penes se virosq; suos Androoodorum & Znilum, nam ij tutorum primi relinquebãtur: val, nam ij duo primi, vel, ĩj enim duo primi, &c.

Deinde cæteros tutores sommouat Andronndorus, iuuanem iam esse dictitans Hieronymum, ac regni potantem, depooendamq; tutelam ipsi quę communis cum ploribus erat, in se vnum omnium vires conuertit. 415. B. Legendum opinor, deponendaq; tutela, id est, deponendo tutelam quæ ipsi cum pluribus communis erat, in se vnum omnium vires conuertit.

Huoc tam superbum apparatum habitúmque, conuenientes sequebantur contemptus omnium hominum, superbæ aures, contumeliosa dicta, aditus non modo alienis, sed tutoribus, libidines nouæ, inhumana crudelitas.) 415.C. Ego emendo conuenientes in conuenientia, & addo etiam vt quidam addunt, difficiles, vt sit, difficiles aditus.

Clamore & tumultu andito in Indigeminem tam haud dubie obstantem tela conijciunt.) 416.K Vos amandatis tam, in tamen: ego pro tam, iam puto legandum, vt bis iam dixi.

Inde Romam comitiorum causa veniens, in aum qnem primum diem comitialem habuit, comitto edixit, atqua edixit inire præter vrbem in campum descendit) 417. A. Voa sic emendatis, comitialem habuit eo die, comitia dixit, atque edixit inire. Ego sic. Comitia edixit, atqoc ax itinere præter vrbem in campum descendit. Quod probatur ea illo non longe pòst loco. Et quia vrbem non inierat, protinus in campum ex itinere profectus. Comitialem à comitijs diai, quæ sunt actus creandorum magistratuum: nõ à Comitio, quod, vt ait Pedianus, ast loens prope senatum, quò ire aquitibus & populo Romano licebat. Itaque aliud singolare, aliud plurale significat.

Ob eandem causam (vt multis annis post fuisse non negauerim, cum M. Valetio non diffideretur aduersus similiter prouocantem arma capienti Gallum ad certamen.) 417.C. Hic ego reor mutandum, vt, in haud: commutandaq; aliorum verborũ loca, sic: Ob eandem eausam haud multia annis pòst fuisse non negauerim, com M. Valerio non diffideretor arma capienti aduersus similiter prouocantem ad certamen Gallum.

Fontem sub terra tanta in aquam fluxisse.) 418.K. Opinor legendum, tanta vi aquarum, &c.

[illegible]m de cœlo atrium publicũ, & in Capitolio, ædem [illegible]o Vulcani, vocem io Sabinis publicàmque viam, [illegible]m ac portam Gauisiam.) 418.K. Vos mutatis vocam [illegible]em, ego in nucem.

[illegible]nata nostra gloria nundum perfecta est, pericu[illegible] ingens manet, nisi faciem concordiæ consulitis na libera afferatur res.) 426.F. Vos sic emendatis, nisi facie concordiæ consulitis. Ego sic: nisi ciuium, vel publicæ, vel communi concordiæ, vel nisi paci & concordiæ consulitis.

Esse aliquid atiam mouenti ad consilium.) 429.B. Opinor legendum, momenti.

Ipsi cum paucis equitibus Herbesum proficiscentor, spe territis omnibus per proditionem vrbis potiundæ.) 430.H. Vos sic emendatis, spe fretis omnibua. quod lnnge abest à vero. Nam ideo proficiscebantur cum paueis equitibus Herbesum, quod erat eis spes vrbis potiundę per proditionem, omnibus qui Herbesi erant iam territis. Nescistis distinguere hanc clausulam, ergo nac sensum eius percipera.

Prima forte signa seacantorum Cretensium erant qui apud Hieronymum meruerant.) 430. H. Vobis quidem venit in mentem emendare, præuia fronte.

Inter hoc colloquium signa constituerant, tenebaturq; agman, necdum quæ moræ causa foret peruenerat ad duces. Postqnam Hippocratem & Epicidem peruasarat rumor.) 430.I. Hic quoque vos additis aduenire, quasi non subintelligatur verbum substantiuum, sic: Hippocratem & Epicidem esse.

Velut intarcaptas literas qoas ipse composuerat recitat. Prætores Syracusanos Marcello suo salutem, vt assolet, scriptum erat. Recta eum atqua ordine fecisse.) 430.K. Opinor scribendum, Syracusani: est enim principium epistolæ, prætores Syracusani. Hoc tamen esse principium epistolæ, tanésne memoria Antoni, te non peruidisse cum legeres? peruidisse regem atqne cæteros qui aderant eum te amendassem, secundum, pro post accipi? Multáque enim exempla protulissem, ni vidissem assensos. Ita opinor memoria tenes, qoi nihil æque memnria tenes atque iniurias, quas putas tibi factas, etiamsi nullæ sunt. Nam quas ipse facis, earum non minus cito te capit obliuio, quam beneficiorum officiorúmoe ab alijs acceptorum. Sed ne hunc quidem locum qui sequitur, intellexisti.

Murum ab imo ad summum crebris cubitalibus fere caueis aperuit: per quæ caua pars sagittis, pars scorpionibus ex occulto petebat hostem.) 432 H. Legendum est cauis, cuius nominatiuus est caua, id est, foramina, vt apud Plautum in Menæchmis: Etiam nuuc concede audacter ab leonioo cauo. Et apud Cornalium Celsum in septimo: Deinde totum id canum, sicut in fistulis dixi, vsque ad os excidendum. Quanquam apud Columallam (si tamen vera scriptura est) reperitur in genera masculino: Deinde cauum quem feceris, surculo obturato.

Sed postquam ab Hippocrate occupatę Syracusę arant, profectus Carthaginem, aditusq; ibi & à legatis Hippocratis.) 433.A. Vos mutatis aditua in accitus, quasi non sic multo satius illum fuisse aditum à legatis, quàm accitum.

Quod vbi Aenensium principes iam pacti eum Himilcone de proditione præsidij animaduerterunt, nulli occasioni fraudis Romanum patère placuerat agendum. Vrbem arcemq; suæ potestatis aiunt debere esse, si liberi in societatem, non serui in custodiam traditi essent Romanis. Itaque claues portarũm reddi sibi æquum censent.) 434.F. Opinor mutandum vnum verbum plaenerat, in duo, palàm rati. Sequiturq;.

Ad ea Romanus se in prætidio impositum esse dicere ab imperatore suo, clauea portarum & custodiam arcis ab eo accepisse, quæ nec suo, nec Aenensium arbitrio haberet, sed eius qui commisisset. pręsidium decedere apud Romanos capitale asse, & oec liberum etiam suorum eam parentes sanaisse. Marcellum haud procul esse.) 434. P. Hæc voa emendare non estis ausi, ne Petrarcha quidem. Ego sic opinor emendandum, præsidium in præsidio, sic: Præsidio decedere apud Romanos capitale asse, & hoc (siue quod) liberũm, pro liberorum, etiam suorum cruore parens sanxisset: vel liberorum etiam sanguine parentem sanxisse. Videlicet de Torquato, qui ob hoc filium occiderit, loquitur.

Vtinam reliquum tempus nec patienda infanda in faciendo traduci potest. Nec occulta frande cautio est quam si adhuc sumus. Cui quoniã procedit aperta & propalam claues portarum reposcunt.) 434. H. Opinor sic legendum: Nec patiendo insanda, nec saciendo traduci possit. ab occnlta frauda cautio ast, qua vi, siue, qua adhue vsi sumus. Vel, sed occulta fraude.

Petiti ab Aconentibos sumus, itsq; crastino die aut vastro, aut Aennensium sanguine Aenna inundabitur: nec occupatis peculium, nec occupantes periculi quicquam habetis.) 434.H. Opinor legendũ, nec præoccupati ipsam villam: vel, nec occupati præsidij sua subsidij, neque occupantes periculi quicquam habehitis.

Postero die alij alijs locis ad obsidendas itineribus claudendosq; obsita caitus, pars maaima super theatrum circaqꝫ assueti, & ante spectaculum concionem consistũt.) 434.K. Opinor sic legendum: Ad obsidenda itinera, claudendosq; oppositi exitus, vel claudendos oppidanis eaitua, vel claudendos obsessis exitus, pars maxima super theatrum circaq;, assuetum: aut, spectaculum super theatrum, ad assuetum ante spectaculum concionem circunsistunt.

Nihilo remissiore militum ira, quòd iure turbam inermam cædebant, quàm si pariculum par & ardor certaminis eos irritarat.) 435. A. Vos tollitis iura, qood aut non tollendum, aut sic mutandum: Militum iræ quanuis turbam inermem.

Legati eò ab Apollonia venerunt, nunciantes in obsidione sese, quod deficere ab Romanis nollent, esse >nequa sustinere vltra vim Macedonum posse, nisi pręsidium mittatur Romanum: facturos sed quę vellent pollicitos. Cum delectorũ militum nauibus longis mittit ad ostiũ fluminis cũ præfecto sociũm Q. Næuio Crispo, viro impigro, &

perito

peritu militiæ. ijs expositis in terram militibus naoibusque Oricum, vnde venerat, sd cæteram classem remisis, &c.) 435.D. Ego sic emendo Romanus facturum se quæ vellet pollicitus, LX. electorum militum naues longas mittit, vel decem millia electorum militum nauibus longis mittit. Præterea is nominatiui casus est: refertur enim ad præfectum, non ad nauas, scribendumque vnas.

Sed gens nata instaurandis reparandisque bellis, Magona fratre ad conquisitionem militum misso, breui repleuit exercitum, animosque ad tentandum de integro certaman fecit. Alij plerique milites, si quæ pro parte coties intra paucos dies victa ijsdem animis quibus populi Romani orta, eodemque euentu pugnauere. plus octo millia hominum cæsa, & non multo minus quàm mille capta, & signa militaria LVIII. & spolia plurima Gallica fuere. aurei torques, armillæque magnus numerus: duo etiã insignes reguli Gallorũ (Mœnia cœpta & Ciuis Maro nomina erant) eo prælio ceciderunt.) 436.K. Opinor sic emendandum: Galli plerique milites, ijque pro parte toties intra paucos dies victa ijsdem animis quibus priores, eodemque euentu pugnauerunt. Hoc quoque, Antoni, potes dicere te non reminisci à me in illo cœtu correctum? Etenim si quis dies vnquam tibi acerbus illuxit, haud dubie is fuit, quo bis vno in loco fuisti condemnatus: semel in eo quòd iam amendaui, cum mihi pertinacissime obsisteres. Iterumque dum mœnia cœpta, pro mœnia capta exponebas, & nescio quẽ Maronem ciuem dici volebas. Quumque ego subridens dixissem, esse duorum regulorum nomina, Mœnicœptus & Ciuismaro, ac se delectari mea expositiona eum quadã admiratione significasset, etiam magis quàm in superiore fecerat, Tace, Antoni, Egnigus inquit, nihil verius quàm & Galli plerique milites scribendum, & hæc esse nomina Gallorum regulorum. Non exequar quid ille, etsi amicus tuus, tam ingenuæ libertatis vir, in laudem mei adiecerit, rege confirmante: tantum dico, non modo bis te peccasse, sed accedente pertinacia, etiam bis terque reprehensum. Nunc, quod grauissimum est, quarto reprehendi putas quod in pertinacia perseueras, ne à me doctus videreris. Sed, ô demens, non est vt magnopere doleas tarditatem ingenij tui, nam ne Petrarcha quidem veritatẽ scripturæ deprehendit, sed vt loco obscuro & inexplorato suam notam apposuit. Quis tamen tantus te furor tenuit, vt in animum induxeris codicem regiũ emendatione fraudare, imò regem ipsum prodere, si modo proditio tua celari poterat? Reminiscetur ille, reminiscetur emẽdationis meæ, quando codicem suum leget.

Fabius pater filio legatus ad Suessulam in castra venit: cum obuiam filius progrederetur, lictoresque vereeundia maiestati eius anteirent taciti, non submonẽtes patrem, præter vndecim fasces equo præuectus senex, vt consul animaduertere proximum lictorem iussit: & vt is descenderet ex equo inclamauit.) 437.E. Vos sic emendatis: Vt consul animaduertit, ire proximum lictorem iussit. Ego sic. Equo præuectum senem vt consul animaduertit, stara proximum lictorem iussit. Tum demum desiliens experiri, inquit, volui ô fili, satine scires consulem te esse.

In ea castra Casiius Altinius Arpinas clam nocte cum tribus seruis venit, promittens, si sibi præmio foret, se Arpos proditurum esse. Eam tunc rem quum ad consilium retulisset Fabius, Altinus pro transfuga verberandus necandusque videri, ancipitis animi, cõmunis hostis, qui post Cannensem cladem, tanquam cum fortuna fidem stare oporteret, ad Annibalem discessisset, traxisset que ad defectionẽ Arpos: tum quia contra spem votaque eius velut resurgeret, turpius videatur nouam referre proditionem: vt proditis pro septemurali iudicio esset, semperque aliunde sentiret, infidus socius, vanus hostis, ad Faleriorũ Pyrrhique proditionem tertium transfugis documentum esse. Contra ea consulis pater Fabius, temporum oblitus homines, in medio ardore balli tanquam in pace libera, de quoque arbitria agere aiebat, quũ illud potius agendum atque eis cogitandum sit, si quo modo fieri posset, na qui socij à populo Romano desciscane, & non vocitant documentum, aut dicant statui oportere, si quis resipiscat, & antiquam locietatem respiciat.) 437.E. Opinor sic emendandum. Nunc quia res Romana contra spem votaque eius velut resurgeret rursus, vel resurgere rursus videatur, vel turpius audeat nouam referre proditionem, vt proditis pro septemurali iudicio esset, semperque aliunde sentiat: vel, proditi spolium, proinde in tali iudicio esse statuendum, vt se sentiat: vel, pollicentem mobili iudicio, vel pollutum virum leuemque, & semper alium se sentiat, infidus socius, vanus hostis, ad Faleriorũ Pyrrhique proditionem tertium transfugis documentum esse. Contra ea consulis pater Fabius, tamporum oblitos homines, in medio ardore belli tanquam in pace, libera de quoque arbitria agere aiebat, quum illud potius agendum atque eis cogitãdum fit (si quo modo fieri possit) ne qui socij à populo Romano desciscant, vel qui desciuerunt, etiã nouo metu dubitent, vel nouo metu redire dubitent. Documentũ haud dicant statui oportere si quis resipiscat, &c. Ne quis tamen miretur quòd multis modis eundem locum emendamus, cum verus nisi vnus esse non possit. Nam facimus more illius apud Plautum senis, qui complures ex præda seruos coemit, vnius certi postea in ijs reperiendi gratia.

Legati quoniam Syphax se Romanæ iunxisset, vt potentiur societate eorũ aduersus reges populosque Aphricæ esset, donec melius fore Galæ quoque Carthaginiẽsibus iungi quamprimum, antequam Syphax in Hispaniam, aut Romani in Africam transeant, opprimi Syphacem nihil dum præter nomen ex fœdere Romano habentẽ, posse.) 440.L. Opinor legendum, docent melius fore.

IN V. LIB. EMENDATA.

INCVBATE grauiter à senatu ædiles triumque viri rei capitales, qui non prohiberent commoueri eam multitudinem è foro, ac deijcere apparatus sacrorum conati essent, haud procul absuit quin violarentur.) 441.D. Vos, quum in regio codice foret, cum amoueri, sustulistis eam. ego sic emendo: cum mouere, siue cum emouere eam multitudinem.

Cneus Fuluius Apuliam, Claudius Nero Suessulã, M. Iunius Syllanus creatus consul. 442.H. Opinor legendum, Syllanus Hetruriam.

Testibus datis tribuni popolum summouerunt, si te, illique lata est vt sortirentur vbi Latini suffragium ferrẽt.) 443.A. Vos sic emendatis: Scitoque lea lata est. quasi lex sit lata per plebiscitum. Ego sic: Testibus datis tribunum populi summouerunt, sitellaque lata est, vt sortirentur vbi Latini suffragium ferrent. Quæ senieotia talis est, sitellam allatam in qua suffragia populus de approbanda lege poneret. Solitam antem afferri sitellam quandam cum lex ferenda esset, probat Cic de nat. deorum lib. I. Vt igitur Titum Gracchum eum videor concionantem in Capitolio videre de M. Octauio deferentem sitellã. Fit autem sitella à situla. Nam apud Plautum in Casinã dicitur coniectio sortiũ in situlam fieri. Nisi volumus alio vocabulo emendare, quo vtitur idẽ Cic. vbi ait. Cum L. Saturninus legem frumentariam de semissibus & trientibus laturus esset, Q. Cepio qui per id temporis Quæstor vrbanus erat, docuit senatum ærarium pati non posse largitionem tãtam. Senatus decreuit, si eam legem ad populum ferat, aduersus rempub. eum videri facere. Saturninus legẽ ferre cœpit, collegæ intercedere, ille nihilominus cistulam detulit. Cepio vt illum contrà, intercedentibus collegis aduersua remp. vidit ferre, eum viris bonis impetum facit, pontes disturbat, cistas deijcit. Quare dubium est an cistella scribi posit, quod fit à cista. Sed quomodo cistula vna dicitur, ita & cistulæ multæ, si eædem significantur res. Verum ne hic agamus pluribus, cistulam nunc legendum puto: si quis volet cistellam legat, me non repugnaturo.

Cum in eo parum præsidij esset turbandæ rei caosã, publicani per vacuum vi summo loco irruperunt, iurgantes simul cum populo tribunisque.) 443.A. Opinor sic emendandum. Publicani per vacuũ vi summoto eo, vel vi summoto inde cuncto irruperunt.

Posthumius vadibus datis non affuit, tribuni plebis vocarunt, plebesque sciuit.) 443.C. Opinor legendum, tribuni plebem vocauerunt.

Ea comitia nouus pontifex M Cornelius Cethegus habuit. res ingenti ceteamine petiuerunt. M. Fuluius Flaccus, qui ante & bis Consul & censor fuerat: & T. Manlius Turquatus, & ipse duobus consulatibus & censura insignis. & Licinius Crassus, qui ædilitatem curulem petiturus erat.) 443.D. Manifestus est error ea præcedenti litera t. nam tres legendum est, non res. quod miror à nemine animaduersum.

Nihil vnquam dicam de imperatore eo, cui præsertim sciam gratias à senatu actas, quòd non desperauerat de repub. qui post fugam actam nisi per omnes annos prorogatum imperium.) 444.H. Vos sic emendatis: Cui post fugam actam fit. Ego sic: quod non desperauerit de repub. consul post fugam actam, vel profligata acte.

Tamen tantum absuit ab eo, vt illa ignominia tribus exercitibus quereretur, vt ea vrbs Roma par anm exercitum, qui ab Allia in Veios transfugerat, recuperaretur.) 444.I. Opinor legendum, vt illa ignominia tribus exercitibus inureretur. vt etiam vrbs Roma, &c. Fuerunt autem tres exercitus qui Remp. ante hoc bellum afflixerunt, duo ad Furculas Caudinas, tertius ad Alliam. Vel sic, vt vi ignominia ijs exercitibus quæreretur, vt atiam vrbs Roma.

Nẽue dono militari virtutis ergo donaretur.) 445.B. Tu Antoni, qui te docere regem iactas, sic eum docebas, vt mutares ergo vltima acuta esse legendum, quod significat causam, vt apud Virgilium, -Illius ergo Venimus.

Tum

Tum duo millia Gallorum Pœnus in tres diuisa partes per vrbem dimittit, Tarentinos & infra quam maaime frequentia.) 447.A. Emendo, Tarantinos & Afros quàm maxime frequentia occupare iubet.

Si quis in hospitio ciuis Romani (vacuas autem tenebat domos) oomen inscripsisset, cum se pro hoste habiturum.) 447.E. Opinor legendum, sciebat, vel petebat, vel volebat domos.

Ea huius Marsi duobus carminibus, alterius postea est ecta, didici curato auhoritas euantu, alteri quoque cuius nondum tempus venerat, afferebat fidem.) 449.A. Opinor legendum, alterius post rem actam edici cum rato authoritas euentu.

Flauius Lucanus fuit caput eius partis Lucanorum, cuius pars ad Annibalem defecisset, qui cum Romanis stabat, & iam Hanno in magistratu erat ab ipsis illis creatus prætor.) 452.G. Opinor hic perturbatum verborum ordinem, ideóque sic restituendum. Flauius Lucanus caput fuit eius partis Lucanorum, qui cum Romanis stabant, cuius pars, vel cum pars, ad Annibalem defecisset. Anno autem superfluam hebet aspirationem, quòd non proprium nomen est, sed ablatiuus.

Fideq́ ab eo accepta, si Romanum ijs imperatorem tradidisset, liberos cum suis legibus venturos in amicitiam Lucanos, dedit Pœnus in locum pacis Gracchū adducturus. Magonem ibi pedites equitesq́ armare, & capere eas latebras vbi ingentem numerum occulere iubet, loco satis inspecto, atq́ vndiq́ explorato, dies composita rei gerendę est.) 452.G. Vns sic emendatis: In amicitiam Lucanos hunc deducere Pœnum in loco quo sic Gracchum adducimus. Ego sic: In amicitiam Lucanos dedit, ipse se illò cum paucis Gracchum adducturus. Illò aduerbialiter, pro eo quod est in illum locum.

Pugnatum tamen vt in nulla parte, duabus amplius horis, concitata, & donec dux stetisset Romanā aciem.) 454.I. Opinor legendū, etiam donec dux stetisset Romana acie.

Et Annibal quidem hauquaquam simili sua, neq́ simili exercitu.) 455.C. Legendum est opinor, simili via.

In vastæ magnitudinis vrbe partiū sensu non satis pertinente in omnia. 266.B. Opinor pertingente in omnia.

Marcellus Euryalo recepto, præsidioq́ addito, vda cura erat libera, ne qua ahs tergo vis hostiū in arcem accepta, inclusos, impeditosq́ mœnibus suos turbaret.) 458.K. Opinor vna cura erat liber: vel, vna cura tenebatur, vel turbabatur.

Accessit & ad pestilentiam commune malum, quod facile vtrorumq́ animos auerteret a bellorū cōsilijs.) 459.A. Opinor legendum, accessit ad hæc pestilentia.

Itaque non ducibus facilius quam multitudini persuasum est, similisne metus quidem à Romanis ducibus erat, quippe tam paucis sibi retinuerunt.) 463.C. Puto legendum, quod per tam paucos ibi retinerentur. Vel, quippe tam paucis ibi retineri.

IN VI. LIB. EMENDATA.

INNA naues in flumine Vulturno comprehensas duci ad gladin, quod iam ante præsidij causa fecerat castellum iussit.) 474.G. Puto sic emendandum, duci ad id quod iam ante, &c.

Auditaq́ voa Annibalis fertur, potiundæ sibi vrbis Romæ modo mentem non dari, modo fortunam minnere. Etiā per melius & aliæ paruæq́ res. Magna illa quod cum ipse ad mœnia vrbis Romæ armatus sederet, milites sub veaillis in supplementum Hispaniæ profectos audiuit. Parua autem, quod per eos dies eum forte agrum in quo ipse haberet castra, venisse.) 478.F. Regius codex habet, etiam per me diuos & aliæ magnæ paruæq́ res. Ego non infinitiuū minuere penultima correpta accipio, sed producta, preteritum indicatiui: nec finem superioris, sed initium sequentis sententię, ideóque sic emendandum reor: Minnêre etiam spem eius vel illius, & aliæ magnæ paruæq́ res.

Nanque ex Lucanis in Brutium agrum, ad fretum vero ac Rhegium se occursu contendit, vt prope repentino aduentu iocautos oppresserit.) 476.H. Opinor legendum, tanto cursu contendit.

Diem posterum Hasdrubal colloquio petijt, vt Romani leges conscriberent de detrahendis arcibus vrbiū) 480.G. Lego, de trahendis arcibus vrbium

Silentium subito ortū est, & tacita cogitatio quidnam egissent. Noui fauor plus valuisse quàm ratio ætatis maxime pœnitebat.) 481 B. Opinor legendum, quidnam egissent noui, vel quid legissent noui. namquod fauor plus valuisset, &c.

Hac circunfusus multitudine similis Siculis obuiam egressis, Siculisq́ Romani præbuit clarissimarum vrbium excidio à celeberrimis viris bello victos accusatores in vrbem adducentes.) 486.K. Hunc ego locum duobus hinc annis à Iacobo Curlo rogatus, ęgre duobus diebus emendare potui, emendatumq́ homini tradidi, cum pridie eidem petenti alterum, sed facilius emendassem. Qui cur regium codicem ea mea sententia non emēdarit, nullam aliam reperio causam, nisi ab Antonio, ne me recte correxisse fateretur, impeditum. Ex quo datur intelligi, acriorem esse odij, quàm amoris affectum. Cuius me destructū vellet Antonius, quàm Alphonsum Cæsarem. Sic autem emendaui hunc locum. Nunc circunfusus multitudine, simul & Siculis obuiam egressis, potestatem Romam adeundi fecit, & nonnullis vel æmulis querimoniam præbuit, clarissimarum vrbium excidio à celeberrimis viris victos bello accusatores in vrbem adducens.

Affirmantes non modo suam quisque patriam, sed totam Siciliam relicturos.) 487.C. Opinor legendum, suam quenque patriam.

Pondo relinquat argenti. Qui curuli sella sederent, equi ornamēta, & libræ pondo, vt lignum patellamq́ deorum causa habere possent.) 491.C. Nescio an legendum sit, salinum patellamq́, est autem salinum, salis vas, vt acerra thuris. Inde diminutiuum eius salillum, quod ego Antonium docui, qui pro minuto accipiebat sale.

Ipse vt ei nunciatū est æstum decedere, quod per piscatores Tarraconenses nunc leuibus cymbis, nunc vbi ea siderent vadis peruagatos per stagnum, compertum habebat, facilem pedibus ad murum transitum dari, armatos duxit.) 498.H. Opinor scribendum: Nunc vbi eæ sederent, id est, vbi cymbæ fundum maris nactæ essent, vadis peruagatos, hoc est, per ea ipsa loca vbi sedebāt cymbæ, per quæ vadere pedibus homines poterant. Hic est alter locus quem Iacobo Curlo correxi.

HACTENVS Antonio legenti, etsi non assidue, affui, quotiesq́ mihi videbatur dissentiendum, veluti in senatu quodam sententiam dixi, non quoties potui: ideoq́ pauciora dixi quàm scribo, rem haud dubie vtilem ijs, qui sua Liuij exemplaria hac in parte emendare cupiant.

M. ANTONII SABELLICI ANNOT. IN LIVIVM.

EX PRIMO LIBRO.



PERHVMANAE, vt solet, à me quęsiuit Ludouicus Rheginus, iuuenis nostrarum literarū studiosus, nec à Musis (vt dicitur) & Gratijs alienus, quid esset quòd Romanę historiæ author grauissimus Liuius, eo libro vnde res Quiritiū scribere est orsus, Neptuno solennes Consualia dixerit appellatos. Cui id ego in causa fuisse me arbitrari dixi, quia vt Seruius & Plutarchus scribunt, equestrem Neptunū eundem & Consum veteres credidere: etsi non mihi excidisset Dionysium nusquam gentium credere Neptuno terrę domitori aram poni consuesse, quum in parte vrbis Consio genio alioquin veteri religione dicata offenderetur. Quibus ille verbis innuere mihi videtur, Consum à Neptuno equestri genium fuisse omnino diuersum. Sed neq́ temere me illi accadere identidem præfatus, Strabonis & Macrobij testimonium celebrabam, quorum hic circa Corinthiacum Isthmum nobile Neptuni templum, ille in Delo arā fuisse memoriæ prodidisset: nisi aliquis ita occurrere, alium Neptunum Marinum esse, alium equestrem: quod Aristophanis carmē significare videatur, τὸν ποσειδῶ τοῦτον τὸν ἵππιον, per Neptunum hunc equestrem, siue equorum domitorum & rursus τὸν θαλάσσιον ποσειδῶ, id est, marinum Neptunum. quo fieri potest, vt in Delo & Isthmo alterius Neptuni fuerit hic ara, illic templum: sic vt propiora vero videri possint quæ Dionysius, quàm quæ Seruius & Plutarchus tradidere. Eodem libro 8.

Conscenderamus forte cœnaculū domus ego & Marosticanus hospes meus, vt inde Pisauranas ædes magnifico apparatu ex propinquo constructas cōtemplaremur quū Liuij decadas ea cœnaculi parte quæ ædibus obuersa est, à puero temere relictas ille intuitus, cōfestim arripuit. Hic vero Liuij locus ille perquam abstrusus, tanquam ita euenire voluisset, est oblatus. verba ea historiarū primo fuere, Intercalares (quum ille de Numa rege interim loqueretur) mensibus interponendis ita dispensauit, vt vicesimo anno ad metam eandem Solis vnde orsi essent, plenis annorum spatijs dies congruerent. Tum ille ad me conuersus. Quid sibi Sabellice hoc Liuius velit loco, vt ingenue loquar, haud sane intelligo. tu vero si quid habes quo scrupulum

scrupulum hunc possis exoluere, facna diutius desideremus. Tum ego, quæris inquã rem hospes minime (vt sentio) vulgatam, & quæ, si (quod multi temere faciunt) præsenti acquiescas lectioni, nullo modo lectori constare possit. Etenim Græci, quos Numa haud dubie imitatus est, octano quoque anno treis menses intercalandos constituarunt, hoc est nonaginta dies, qui ex numero .11. dierum & quadrantis octies multiplicato superabant. Nam quum annum illi ex 12. Lunæ cursibus statuendum putassent, superessent'q; ad solstitialẽ annum dies 11. & sex horę, quarta scilicet diei pars: eum dierum numerum octauo quoq; (vt dixi) anno placuit intercalari: quare Gręcos Numa imitatus videri non potast. Quin illud vide potius, quod subtilissima Macrobius disertatione demonstrat, ne non vicesimo Liuius scripserit, sed vicesimoquarto quoque anno: idq; ex Numæ constitutione comparatum. nam quum ad eum numerum dierum quẽ ad Lunæ cursum Græci constituerant (erant enim trecenti LIIII) vnum in imparis numeri diem Numa adiecisset: Romanis simpliciter Græcorum intercalationem secutis, ob diem vnum cuius obliti erant, non ea quæ & Græcis constare potuit intercalandi ratio. quo postea errore cognito, Numáne adhuc regnãte, parum compertum habeo: satis constat huiusmodi emendationem inductam, vt in tertio quoque octennio, id est quarto & vicesimo quoque anno, non nonaginta, sed sex & sexaginta dies intercalarentur. Siquidẽ nonagenarium numerum explebant quatuor illi & xx. dies, qui quotannis singuli in honorẽ imparis numeri adijciebantur etenim ille dies (vt dixi) neque lunari rationi ascribi potuit, neque Græcorum intercalationi erat insertus, sed superuacuus, nec intellectus aliquandiu Romanis fluxerat. erit igitur, ni fallor, vera Liuij emendatáque lectio, vicesimoquarto anno. Nec obstat quod Liuius intercalationis illius Numam authorem dixerit, quum Macrobius emendationem illam quandam fuisse innuat. Siquidem talis intercalãdi ratio ab eo profecta est: sed siue Numa siue alij postea emendarint, iure id totum authori referas acceptum. Eodem libro 10.

Sunt velut minores in alto scopuli, qui eo nauigãtibus habentur infestiores, quo minus prouideri possunt. sic & offensacula haud parum crebra, similitudine quadã verborum in Liuiana lectione latitantia, pro synceris & amaculatis recepta, incautius currentem tam sæpe quàm turpiter fallunt. vt illud in primo ab Vrbe condita, Lex erat, inquit, horrendi criminis, duumuiri perduellionem iudicent. si à duumuiris prouocarit, prouocatione certato. si vincent, caput obnubito, infelici arbori reste suspendito. Veròm carminis non criminis Liuium scripsisse cum pleraque alia, tum in primis Ciceronis verba planè arguunt. Tarquinij, inquit, superbissimi atque crudelissimi Regis ista sunt cruciatus carmina, Caput obnubito, infelici arbori suspendito. mitto reliqua. Eodem libro 11.

Inter celebres & illustreis familias quæ ex diruta Alba Tulli Hostilij Regis temporibus Romam commigrarunt, apud Liuiũ Tullios relatos reperio. Dionysius in earum relatione non Tullios sed Iulios memorat. cuius lectio eo mihi verior videtur, quo magis constat Iuliam gentẽ non Tulliam longa Alba fuisse oriundam. Eodem libro 11.

Tullius (inquit Liuius) ad Feroniæ fanum mercatu frequenti negotiatores Romanos comprehensos à Sabinis querebatur) Quibus Liuij verbis haud dubie apparet in Sabinorum potestate Feroniæ fanum ea tẽpestate fuisse: nec desunt qui scribant circa Soracte montem & vrbem Feroniam & deæ templum religiosissimũ fuisse: ipsamq; à ferendis arboribus ita appellatam. Sed Dionysius in Latio haud procul Circeijs in Pometinis cãpis Feronię templum à Spartanis conditum tradidit: nomenq; datum genio ab æquorea latione: Maroq; vetustatis peritissimus, Circeiumq; iugum, queis Iuppiter anxuris aruis Pręsidet, & viridi gaudens Feronia luco. Vide igitur ne vtrobique deę templum fuisse dicendum sit. cui opinioni siquis grauate accedat, perbelle fateatur necesse est alteram opinionem esse falsam. Accedit & his tertia quædam, quòd Ptolomęus inter Lucam & Pistoria Feroniæ lucum in Hetruria retulit: de quo nunc loco an intelligi possit, viderint alij. Eodem libro 13.

Videbam ex Liuianæ historiæ studiosis solicite quosdã requirere quæ esset Murtia dea, ad cuius ædem priscis Latinis Romã traductis sedes ab Anco rege datas Liuius tradidisset. Horum curiosę indagini Pliniana opitulatur authoritas. Ara, inquit ille, fuit Veneris Myrteæ, nunc Murtiam vocant. quibus verbis nemo nõ plane colligit, ea appellatione quæ à myrto facta esset, Venerẽ in parte vrbis quandoque cultam: sed res omnino notior, quàm vt de ea prolixior habeatur sermo. idcirco quæ de Murtia alij tradidere, consulto missa fecimus. Eodem libro 16.

Obscure nimis, ne frigide dicã, Liuius locum in primo perstrinxit, in quem si quis pandiculantibus vt dicitur oculis incidat, aut allucinabundus ibi hæreat oportet, aut manifesta ignorationis confessione victus abeat. Incensu enim quem Seruius Tullius egit, referẽdo, cum suffragiorum explicaret rationem, Non (inquit) vt ab Romulo traditum cæteri seruauerunt Reges, viritim suffragiũ eadem in eodemq; iure promiscue omnibus datum: sed gradus facti, vt neq; exclusus quisquam suffragio videretur & vis omnis penes primores ciuitatis esset: Equites enim vocabantur primi. octoginta inde primę classis centurię peditum vocabantur. ibi si variaret, quod raro incidebat, vt secundæ classis vocarentur: nec ferè vnquã infra ita descenderent, vt ad infimos peruenirent. Ex quibus verbis quæ suffragiorum astat ratio, haud intelligi potest. etenim demonstrari oportuit qua ratione comparatum esset vt suffragium primæ classis ita polleret, vt si nihil in illis variaretur, nõ esset opus ad reliquos ordines peruenire. At centum nonaginta tres centuriæ, vt Dionysius demonstrat, iuniorũ seniorumq; tum scriptæ sunt. quo apparet octoginta centurias non potuisse id præstare, quum centuriarum dimidium non explerent, non modo superarent. nec si centuriarum numerus aliquãto minor fuerit, vt Liuio placere video, id accidere potuisset. Sed certè sic habet, vt ex Dionysij lectione condiscitur: asscripserat Tullus decem & octo equitum centurias primæ classi. copulauit dico illorum suffragia. ita vt octo & nonaginta essent cẽturiæ in primo ordine: quibus si in ferendo suffragio conuenisset, quia supra dimidium suffragiorum continerẽt, non erat opus ad inferiores classes deuenire. hęc eadem Liuius, sed concise, vt dixi, & obscure nimis. Eodem libro 17.

Inoleuit incuria magis quàm inscitia mendum, vt Arũs Tarquinius legatur, & Tullia minor, propè continuatis funeribus, quum domos vacuas nouo matrimonio fecissent. quæ lectio si vera esset, & fratrum & sororum minores natu perijsse oporteret: virum scilicet & vxorem. siquidem Aruns (quod Liuius haud obscure demõstrat) L. Tarquinio frater minor natu fuit: cui & iuniorem Tulliã matrimonio locatam credere æquum est. quãquam eiusdem verba id perspicue demonstrãt. Si vir igitur cum coniuge extinctus esset, haudquaquam nouo opus fuisset connubio. verum sic habet, vt maior Tullia, & Arũs Tarquiniorum fratrum minor, paucis diebus vita decesserint. quorum interitu scaleratæ sunt postea superstitibus nuptiæ conciliatæ. maior igitur Tullia, non minor (vt omnia quę vidimus habent exemplaria) vara amaculataq; erit lectio. Eodem libro 17.

Dionysius, quod ad præsentem locũ attinet, valide eorum refutat opinionem, qui L. & Aruntẽ Tarquinios prisci fuisse Tarquinij filios prodire, in his est & Liuius, Romanos secutus scriptores. Sed Dionysius non authoritate solum, verum & coniecturis & ratione nititur: quanquam huiusmodi historię variationes plurifariam apud veteres est obseruare, cuius & id genus (etenim pauca subijciam) dici potast, quod de Tartesso lõge diuersa ratione Plinius & Straho scripsere: Sub corona venire aliter Festus, aliter Gellius: Dionysius curru Romulum triũphasse prodidit, Plutarchus pedibus: de muliebri saltatione diuersa Seruius & Macrobius senserunt. Appianus Calpurniam Cæsaris à Clodio adulteratam, Trãquillus Pompeiam dixit: Tanaquil, Prisci Tarquinij vxor à Liuio, ab alijs traditur Anci Martij, & Valerio. Liuius ob Cannensem cladem Cereris sacrum intermissum tradidit. Valerius ait, ne intermitteretur, ante tricesimum diem omnem luctum publicu decreto abstersum. mitto reliqua quæ si numero exequeremur, maius ex ea re tædium, quàm gratia scribendi oriretur. Eodem libro 19.

Itaque Pontinæ manubiæ quæ perducendo ad culmen operi destinatæ erant) Sic omnia quę vidimus Liuij habẽt exemplaria. sed locorum situm librarij secuti particulam deprauarunt. nam & Põtina palus eo Latij tractu est, vnde manubiæ quęsitæ, verum Pometinæ Liuium scripsisse, vel ex eo admoneri potuerunt, quòd proximo ille loco dixerat, Suessam Pometiam ex his vi cepit: vbi quũ diuidenda præda XL. talenta argenti aurique cepisset, concepit animo eam amplitudinem Iouis templi. mitto reliqua. Dionysius & ipse Suessam Pometiam appellatã scribit. A Pometia Pometinum duci, non Pontinum, vel triuialibus imbuti literis intelligunt. Libro secundo 30.

Mouebant consulem hæc: sed tergiuersari res cogebat: adeò in alterã causam non collega solum præceperat, sed omnis factio nobilium) Frigide nimis, ac nescio quid diuersum ab eo de quo interim agebatur, dixisset Liuius, si credibile est ita eum scriptum reliquisse. admonendus proinde lector videat ne præceps eat, aut (quod magis placet) præceps ierat, Liuius potius scripserit, quas duas particulas in vnam vertent librariorum inscitia Eodem libro 33.

Tito, inquit, Latino de plebe homini somnium fuit) Plutarchus, Dionysius & Valerius in relatione nominis Liuio astipulantur. Lactantius Tyberium Atinium fuisse tradit. Sed in eo haud magnum vertitur discrimen: illud interim

interim haud reticendum duxi, ludos, quos Liuius mihi magnos appellauit, Valerius nunc Circenses, nunc plebeios vocat. Lactantius & ipse Circenses fuisse ait: vnde colligitur Circenses plebeios & magnos eosdem fuisse. Pedianus post exactos reges pro libertate plebisue reconciliatione institutos tradidit. Dionysius significare mihi videtur Circenses fuisse eos quos Romulus in Sabinarum assimulauit raptu. Adijcio illud, quod ad loci emendationem attinet, Acronio, vel vt alij aiunt, Atronio patrisfamiliæ nomen fuisse, qui seruum sub furca ludorum die ceciderat. Eodem libro 34.

Id publicum consilium fuerit, an muliebris timor, parum inuenio.) Hæc Liuius. at Dionysius Valeriam Publicolæ sororem authorem eius consilij fuisse monstrat. Plutarchus ad hæc non Volumniam (quod ad narrationem illam de qua nuper diximus, attinet) sed Vergiliam tradidit Coriolani coniugem appellatam. Eodem libro 35.

Est in plerisq; rerum scriptoribus quædam obseruare, quæ inter se omnino sint contraria, maximeq; repugnare videantur quale est illud, vt vno cōtenti simus loco, apud Liuiū, Ad duo, inquit, bella exercitus scribitur ducendus: Fabio in Veientes, in Equos Spurio datur. in Equis nihil dignum memoria gestum est: Fabio aliquanto plus negotij cum ciuibus quam cum hostibus fuit. Quibus perspicue verbis potest intelligi, Fabiū in Veientes contendisse, proditumq; à suis in acie: verum non multò post cōsensu ait exercitus traditam vltro victoriam victis Equis, signa deserta, imperatorem in acie relictū. & rursus: Nec Veiens hostis Hetruscæq; legiones detrectat. prope certa spes erat non magis secum pugnaturos, quam pugnauerint cum Equis. Ecquid magis repugnans dici potuit, quàm Fabio Veientes prouincia datam scribere, cui maius fuerit cum ciuibus negotium, quàm cum hoste: & in Equis nihil memoria dignum actum. mox paulò, & publico consilio, & in procinctu Hetruscum proclamare in Equis rem Romanam à militibus proditam? quid præter memoriæ lapsum possit excusare, si Liuius citatus adsit? habebit, vt opinor, nihil. Alij vbi in vtranque partem rectè omnia rimati fuerint, boni consulant, Liuiumq;, si possunt, à calumnia vindicent. Eodem libro 39.

Ne quæso grauentur docti aliqua his obseruationibus à nobis conspergi, quorum paulò prouectiores ne admoneri quidem velint. nam vt in missilibus spargendis nulla principis largitio populo grata esse potuit, si in orchestrā aut intra equestria tantū non in popularia concidissent: sic literatorum vulgus in me reclamabit ex hac nostra lucubratione ad se nihil peruenisse: nec dubitabit in ambitionis suspicionem nostrum deuocare officium, quasi peritioribus ostentare id sit, non in medium scribere. Quanquam certo scio non defuturos, vt delicato sunt plerique stomacho, qui hęc in publicum profecta indigna iudicent quæ non modo non digniores ordines. sed ne ipsum quidem cupiat vulgus colligere. adeò in locādo magis quàm parando nobis laborandum fuit officio. At sint rutabula hæc, marræ, sarcula, & alia id genus viliora: pandant ad sortium casum pagani & rupices sinum, videantq; num emendata sit lectio apud Liuium. Tulit ad populum vt plebeij magistratus tribunitijs comitijs fierent. an vetius tributis comitijs pro tribunitijs sit legendum. & mox paulò post. Eodem libro 41.

Insignem annum comitia tribunitia efficiunt, pro tributa. Lęlius Felix Gellio authore tria comitiorum genera fuisse tradidit. Curiata, quum ex generibus omnium suffragium ferretur. Centuriata, quū ex censu & ętate: quum verò ex regionibus & locis, Tributa. quibus Lælij verbis vtra emendatior lectio, facile est legentibus iudicare.

Ex libro 43.

Consules inde Posthumius Albus, Sp Furius. Fusios Furios Pahios scripsere) Sic ille, si Liuium credibile est scripsisse ea quæ ne ipse quidem si ad superos reuocari possit, valeat interpretari. sed videat lector (nam cōiectura sæpe agimus) ne emendatior veriorq; sit lectio, Posthumius Albinus, Spurius Furius, seu Fusius. Fusios Purios Pahius & quidam scripsere. vt de Fabio Pictore intelligas, qui rerum Romanarū vetustissimus (vt Dionysius ait) fuit scriptor. cui sanè opinioni Fabij Quintiliani verba aliquid omninò fidei adijciont, Valesij, inquit, & Fusij in Valerios Furiosq; venerunt. In Fabijs eam mutationem factā, nec ille, nec (quod sciam) alius prodidit quisquā. Eod. lib 47.

Age verò quid illud? Inde ait ad multitudinem oratione coversa, si vos vrbisq;, si vestri nulla cura tangit, at vos veremini deos) Nemo est lectionis structuræq; Latinæ tā imperitus & expers, qui non vltrò intelligat illud, si vos vrbisq;, si vestri nulla cura tangit, parum emendatè lectitari. quis enim locus, post vrbis, coniunctiuæ dari possit particulæ, haud sanè perspicio. quum neque ordo id pati videatur, neque sensus. videbunt itaq; alij, an rectè aliquis dixerit, Liuium, Si vos vrbis quirites, si vestri nulla cura tangit, scripsisse potius, quàm vrbisq;. sed suus inscitiæ suus incuria, qui quir. paucioribus elementis dictionem notatam offenderant, quæ pro quirites fecerunt. errorémq; semel receptum, mendum Liuianis exemplaribus tenacius hæsisse credere æquum est. Eodem libro 49.

Est eodem libro ita scriptum, hos ignominiosa fuga domum se recipientes, Ro Consul in Algido consecutus, ad vnum omnes occidit: Victor ad Columen, id loco nomen est, exercitu relicto, castra locat) vbi nemo non intelligit, relictū, nullo modo incolumi sensu stare posse. Quare videbūt alij ne reducto, aut (quod æquè placet) reliquo sit potius legendum. Ex tertiæ decadis libro 1.

Vellem ego librariorum inscitiam, veternosumq; illud hominum genus, quod nostram proximè ætatem præcessit, post flebilem iacturam illam quam Gothica tempestate Latina lingua in Liuiana fecerat historia, fragmenta hæc teterrimi illius naufragij posteris incorrupta tradidisse. nihil sanè iniuria illa vetus nobis reliquum fecit quod non hominum socordia vitiarit. vt nullibi ferè sit Liuianam alterius rimari historiam vbi non domestica iniuria sua altius impresserit vestigia: sed quo in primis illis voluminibus, quia omnia vbi magis ab hominum memoria erant remota, maior errori venia dari potuit, eo hæc quæ subijciā, acerbiore accusatione digna. Lapsus in lubrico, & in obscuro hallucinatio, haud tam turpis quàm in plano & aperto. Ecquis in nobilissima maximéque celebri historiæ parte crederet tam multa inuersa, lacera, mutilata legentibus occursura? vt non dubitem in vniuersum affirmare, nullum esse in tam spatiosis voluminibus foliū, in quo non vnum atque alterum sit acrius intuentibus mendum deprehēdere. Etenim quis est tàm veteris historiæ expers, qui quum lo secundi belli Punici primo legerit? Quatuor & viginti peditum Romanorum millia sunt scripta, & octingenti equites. non intelligat legitimum equitum numerum legionibus non esse redditum, quum ea potissimum tempestate terna millia peditum legionem explerent? Perspicuè apparet habuisse eum delectum sex legiones. quibus singulis quia duceni (vt Polybius scribit) equites ascriberentur: necessum est fateri id Liuium aliter scriptum reliquisse: cui opinioni, præter rationem, Polybij quoque (vt dixi) astipulatur authoritas. Eodem libro ibid.

Quàm inscitè somniculoséque illi locum cuius modò memini, vitiarint, tam certè segniter, nec minus, hunc quem proximè subijciam: quadringentos, inquit, quinquaginta sociorum peditum: pro quatuordecim millia. & continuo post, mille equites socios, pro mille & quingentos quinquaginta equites. eadem ratio & authoritas præsentem locum ab iniuria vindicant. Eodem libro.

Receptum semel proximo loco vitium tàm tenaciter hęsit, vt vulgo Liuiana habeant exemplaria, illa duntaxat dico, quæ ad hunc diem videre contigit, Libyi Phœnices, duabus diuisim dictionibus pro Libyphœnices. tam Polybij authoritas, quàm Liuij verba quæ sequuntur, licet corrupta, id arguunt. Libyphœnices, inquit, mixtum Punicum Afris genus. Eodem libro.

Vbi verborum affinitas librariorum vulgus semel in errorē traxit, ita fermè euenire solet, vt mendacij vestigium tenacius impressum, facilis eruditorum non reformidet sequela. est apud eundem Hannonem Amilcaris filium vigilia prima noctis cum parte copiarum maximè Hispanis aduerso fluuio ire iter vnius diei iubet. Sed Hanno Amilcaris filius, qui idem erat & Hannibalis frater (quod paulò solertiorem potuit lectorem mendacij admonere) in Hispania fuerat ab Hannibale fratre relictus. At Bomilcaris filium, non Amilcaris scripsit Liuius: quod Polybij lectio, quem ille in historia sequitur, haud obscurè demonstrat. Eodem libro.

Cælius, inquit, per Cremonis iugū dicit transisse, hæc Liuius, si ea Liuius scripsit: verum quia id iugi nomen apud eos qui de ratione terræ scriptum reliquere, non reperio, suspicari libet Centronis esse potius legendum. Strabo, Via, inquit, per Salassos ad montes bifariam scinditur: vna quidem Potamum (sic enim dicitur) ducit per alpium summitates iumentis inaccessibiles: altera per Centrones prolixior. Sed id ego in medio relinquo. alij fortassis, siue in aperto sit veritas, siue in profundo, vt Democritus credidit, demersa, melius viderint. Ex secundo libro.

Iunonique Sospitæ Lauinij maioribus hostijs sacrificaretur) Semel atque iterum dixi vocum affinitatem præter cætera librariorum temeritatem per æqua & iniqua præcipitem egisse, sed quum in plerisq; digni quodammodo sint venia, hoc quidem loco proculdubio dignissimi sunt habendi. quæ enim vox tam arctè voci cohæsit vnquam, quam Lanuuium Lauinio? haud igitur mirum si quum Liuius Lanuuij scriptum reliquisset, notioris similitudine vocis decepti illi Lauinij fecerunt. Quòd autē Lanuuij ille scripserit, Cicero præclare docet. Date (inquit) Lanuuio municipio honestissimo, quod in hac tota causa fre-

quens mœstumq́ vidistis: nolite à sacris patris Iunonis Sospitæ, cui omnes cõsules facere necesse est, domesticum & suum consulem potissimum auellere. Quibus Ciceronis verbis haud dubie apparet, quæ in hac parte sit emendata lectio. Eodem libro.

Age nunc quàm prona res fuit in lapsum, ita Liuium vitiari contigisse, vt insuper pro Insuber mendose sit in en receptum? Donec, inquit, insuper eques, Ducario nomen erat, faciemq́ noscitans, consul hic est, inquit popularibus suis, qui legiones nostras cecidit. Quòd Liuius Insuber scripserit, Polybij arguit authoritas. is in historijs tradidit C. Flaminium qui ad Trasimenum perijt, priore consulatu Insubrum legiones ad Abduam flumen cecidisse, eorum agro prius fœde populato.

ANNOTATIONVM IN T. LIVIVM FINIS.

IOANNIS VELCVRIONIS IN T. LIVII AB VRBE CONDITA LIBRVM PRIMVM ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM LIBRI PRIMI AB VRBE condita T. Liuij, atque adeo totius historiæ Romanæ.

INITIVM Vrbis populiq́ Romani & originem sub regibus Albanis atque Romanis, primus hic liber Liuij ab Vrbe condita describit. Quæ historiæ sunt omnino necessariæ, nedum vtiles, ad reliquum corpus totum historiæ Romanæ cognoscendum, vtpote quæ sint quasi caput eius corporis & principium, quas mirè breuiter Florus complectitur in prima epitome, & in primo libro historiæ suæ. Itaq; primus hic Liuij liber cum secundo ab Vrbe condita, faciles indicis, & certissimi magistri sui commentarij vice fungitur, ad intelligendum alias Romanorum historias. In quibus duobus libris fundamenta regni & imperij Romani, omnium pulcherrimi, quasi iaciuntur, adeo, vt sine cognitione atq; lectione horum voluminum, planè imparatus sis atq; ineptus ad omnia illa, quæ ab historicis, vel ab oratoribus & poetis, de Romana repub. eiusq; viris & viribus, de Romanis legibus & moribus, de iure & magistratibus Romanis, vnquam sunt prodita. Sic ergo re vera aditum & ingressum patefaciũt hi duo libri, ad omnem reliquam historiam Romanam. Quare etiam plurimi fieri diligentissimeq; perlegi vtrunque conuenit. In vniuersum autẽ vrbis Romę numerantur ætates quinque, à prima eius origine, vsq; ad hæc nostra tempora. Sic enim facillime distinctam Romanam historiam memoria complecteris. Prima ergo ætas fuit sub regibus annis ducentis quadraginta sex, quasi pueritia vrbis, quam reges septem obtinuere monarchiã. Secunda ætas fuit sub consulari potestate & libera Aristocratia per annos quadringentos sexaginta, quasi iuuentus & viridior ætas imperij Romani, quæ optimos quosque principes habuit, & viros omni genere virtutũ atq; prudentiæ ornatissimos. Tertia ætas sub Cæsaribus, Imperatoribus, quorum Monarchia legitima durauit à Iulio Cæsare, vsq; in Valentinianũ tertium, per annos quingẽtos & quatuor, virilis ætas imperij Romani, tametsi aliquot imperatores magis tyrannicè præfuerunt, quàm clementer. Quarta ętas fuit sub Tyrannis & barbaris, qui Romam atq; Italiam miserrimè vexarunt, per annos trecentos quadraginta quinq;, vsque in Carolum Magnum. Hæc quasi senectus est vrbis, qua vires eius prope conciderunt confectæq; sunt. Facta enim est tum Roma spolium barbarorum omniũ, & totius adeò orbis terrarũ præda, ac tum deniq; prouincias ditionesq; suas, à barbaris sibi ereptas, amisit. Quinta est acta ætas, quasi decrepita & confecta, sub Pontificibus Romanis, & Cæsaribus Germanis hactenus, per annos circiter septingẽtos triginta, quibus imperio libertateq;, nedum prouincijs, exuta vrbs Roma est, ita, vt nihil interim sit aliud, quàm multorum mancipium. Hæc vero annorum summa conficit circiter bis mille ducentos nonaginta sex annos, ab Vrbe condita in hunc vsq; annum. Primæ ætatis res gestæ hoc Liuij primo libro perscribuntur. Secundam ætatem quoq; totam, centum & decem libris cõplexus est Liuius, ac similiter tertiæ ætatis initia triginta libris. Verum maxima pars Liuianæ historiæ temporũ iniuria, imo hominum magis ignauia perijt, vt eius loco nihil nisi nudos indices habeamus vt Flori, Eutropij, Orosij Epitomas, & Plutarchi vitas vtcunq; congestas. Deinde quartã & quintam ętatẽ multi veteres & recentiores historici descripserunt, ex quorum lectione plurima scitu dignissima possunt accipi, tametsi non ita copiosi, nec per omnia facundi sint. Totum ergo corpus historiæ Romanæ non ab vno aliquo conditũ est, & compositum, sed à pluribus, tametsi Antonius Sabellicus pleraq; Romana in suas Enneadas congesserit. Cæterum de vita Liuij plura hic dicere non attinet, qui procul dubio omnium historicorum Latinorũ princeps iudicari debet: quia res omnes à populo Romano pace belloq; amplius septingentis sexaginta annis ab Vrbe condita gestas, copioso simul & fluẽti, inuictoq; stilo perscripsit. Romę habit⁹ in maximo pretio & celebritate, sub Octauio Cæsare Augusto, apud quẽ in magna fuit gratia, tametsi eum Cæsar Pompeianum vocare soleret, quia liberius paulo ciuilia bella Cęsarum descripserat. Tyberius autem Octauij successor & filius, licet suspectũ & inuisum habuerit Liuium, tamen eius authoritatem reueritus, nihil grauius in eum constituit. Et Suetonio teste, Liuij hortatu Caius postea imperator, adhuc priuatus, quadraginta libros historiarum scripsit, ab eo sic edoctus. Apparet enim alicunde ex Fabio & Seneca, Liuiũ docendi operam nobilibus Romanis impẽdisse liberalem. Mortuus autem esse dicitur quinto anno Tyberij, ab Vrbe condita septingentesimo septuagesimo primo, Calẽdis Ianuarij, die eodem & anno quo Ouidius poeta mortem obierit in exilio apud Scythas. Verum meliorem sui partem Liuius ipse suis scriptis monumentisq; ostendit.

DE LVCIO FLORO.

LVCIVS Florus ætate sua insignis historicus, Liuij singulos libros sua Epitome indice quasi breui cõplexus est: non in alium vsum, quàm vt legentis memoriam, & attentionẽ adiuuaret, si videret lector statim quid ex vno quoque libro sibi esset expectandum. Est autem non inutilis vsus huiusmodi Epitomarum, si modo aliquis non in his tantùm immoretur, omissis iustis authorum libris. Nam alioqui essent re vera ignauiæ diuerticula & desidiæ, si neglecto authore toto inhæreas nudo indici. Scripsit præterea Florus quatuor libros de bellis Romanorum valde vtiles, quibus clarè ostendit, certa serie temporum enumerans quasi incrementa & accessiones Romani imperij, quæ paulatim prouinciæ, ditiones, & terrę à Romanis deuictæ, sub eorum potestatem venerunt, vsq; in Cæsarum tempora. Sic enim ex Cæsarum quoq; historia vtile est talia incrementa imperij obseruare, tametsi fortuna tertiæ ætatis variauerit: quia vt prouincias aliquot nouas obtinuere Cæsares, vt in Germanijs, Hispania, Dacia, & ad orientem, sic contra amiserunt etiam multas diu antea possessas terras. Deniq; in historijs quartæ ætatis, actæ sub Tyrannis, animaduertere oportet, & rursum quasi numerare, sua tẽporum serie, decrementa & ruinas adeò eiusdem Romani imperij, quomodo prouincias & terras eius barbari atq; Tyranni carpserint, donec vix tandem solum vrbis nomenq; Romæ superfuit, vsq; in ætatẽ quintam, sub pontificibus Romanis Italiæ dominis actam. Hęc enim est rerum humanarum vicissitudo, vt minima crescant, & inde maxima quæq; decrescant. Nam ita res humanæ

Tolluntur in altum,
Vt lapsu grauiore ruant.

QVA RATIONE BONORVM AVTHOrum, & potissimum Liuij, scripta legi debeant, vt non solum intelligere, verùm imitari quoq; ea studiosis sit promptum.

QVIA omnis lectio & auditio authorum inutilis est, nisi accedat diligens obseruatio, atque imitatio, qua scribendo & dicendo similia aliquando ipse effingere & componere queas, ideoq; præter inuentionem opus est prudenter animaduertere & discernere genus orationis in quolibet bono authore, nedum in Liuio. Nam, nisi obseruata dicendi forma, nihil imitaberis in specie, neq; dignũ fructum satis ex tanti authoris lectione capies præsertim qui plura assequi posses, nisi tua inertia & negligentia tibi ipse obesses. Est autem Liuij oratio vt copiosa & grauis, ita mirè inter se, longiore contextu, & maiori orbe

connexa

connexa: creberrimisq; ambitibus & circunductionibus cohærens, quas historicas periodos, vel historiæ flexus vocare licet. Est enim historica periodus, oratio prolixior, ex pluribus commatibus, vel articulis & membris ita composita, vt non solũ eandem rem copiose efferat, sed etiam plures complectatur res, variasq; connectat, in eandem sententiam vel constructionem. Et hoc quidem orationis flexu, Liuius à Sallustio, à Cæsare, ab Aemilio, à Iustino, differt, quorũ sermo rotundioribus membris, & breuiori ambitu colligitur, ita tamen, vt grauitatem Liuij non æquet. præcipue enim Cæsar, & Aemylius, & Iustinus, ad popularem, elegantem, ac paulo supra quotidianam dictionem accedit. qualis est in narrationibus Terentij Cæterũ si huiusmodi periodos in sua membra resoluas, tum facile ea quæ dixi intelliges, & rectius quoque iudicare poteris de grandi genere orationis, & medio, & tenui item discernes rectius inter stilum Terentij, Cæsaris, ac Liuij. Apud Ciceronem alia quidem est forma loquendi, cuius compositio mollior & iucundior est aliquando, habetque rotundiores & expeditiores periodos. in causis præsertim forensibus & magnis negotijs, vt in orationibus, & grauibus epistolis. Possent autem aliqua præcepta de compositione membrorum, & periodorum, & flexuum tradi, nisi magis obseruatione diligenti perciperentur, tamen in genere ad hanc rem quædam ex Grammatica afferam. Primo in ambitu historico sæpissime plures nominatiui, aliiq; casus ad vnum aliquod verbum, quasi prædicatum referuntur, vt hic statim in præfatione Secundo, ad istam connexionem plurimum prosunt participia, vel absolute posita in ablatiuis consequentiæ, vel in alijs casibus, præcipue præterita deponentia, passiua ac futura, quia præsentium sonus durior, & caueri debet in plurali numero. Tertio coniunctiones casuales, rationales, proprie ad hanc rationem pertinent, aptissimæ circumductionibus faciendis Quarto, pronomina relatiua huic rei valde inseruiunt. Reliqua ex ipsa lectione obseruare debes, & exempla diligenter inspicere, vt ipse etiam aliquando discas nectere orationem, ne tãquam monstrosum corpus, vel laceratum, discerptis articulis, dissolutisq; membris, miseré hæreat. Nemo enim ne simpliciorem quidem orationem, commatibus ac membris plerunque compositam, feliciter præstabit, nisi hanc artem componendi, vel mediocriter saltem, teneat Tamẽ cum hęc specialis imitatio non statim cuiuis eueniat, interim negligentior illis vel tardior generali imitationi inseruiat, hoc est, formulas synonimas, aut etiam diuersas, item figuras, vt metaphoras, metonymias, vt descriptiones causarum, & euentuũ expositiones, conciones, aliaq; huiusmodi ornamensa. & rerum argumenta, studiose obseruet, memoriæq; commendet, quibus, si vllus alius author, certe Liuius est refertissimus, adeo, vt in ratione dicendi nemini præter Ciceronẽ cesserit, & secundus dicendi magister, eloquentiæq; Romanæ alter parens iure appelletur. Ea nanque est ipsius copiæ grauitas & iucunditas, vt historiam Romanam solus ipse ad hoc fastigium dignitatis euexerit, vt ne Græci quidem, iudicio Græcorum, vllum meliorem habuerint. Cæterum quomodo res, circunstantiæ, affectiones, similiaq; in Liuio alijsq; scriptoribus animaduerti omnino debeant, alibi satis est expositum.

DE HISTORIA, ET QVID IN *Liuio obseruandum sit studiosis.*

HISTORIA est diligens & fida rerum gestarum narratio, ad docendum delectandumq; instituta, quæ exemplis consiliorum, euentuum, dictorum & factorum allicit ad virtutem sectandam, vitiaq; fugienda, instruẽs his exemplis vitam priuatam & publicam. Vt autem in alijs authoribus res & verba oportet obseruare studiosum, sic in Liuio præcipue iuuenibus obseruanda est oratio, non quasi hanc statim possint imitari, sed vt hinc ditissimam supellectilem bonorum verborum, & formularum latinitatis, ac figurarum ornamenta sibi excerpant, quibus & ipsi vtantur, & corpus orationis suæ vberrima copia exaugeãt: ne semper puerilis, hoc est, iciuna aridaq; maneat ipsorũ oratio. Plura vero de orationis Liuianę compositione nihil hic attinet repetere, sed admonere satis est iuuenes, vt in qualibet eius parte, simplicem ordinem sermonis & constructionem Grammaticam quærant & sequantur. præcipue quia longiores ambitus & quasi hyperbata, id est, prolixæ constructiones & perplexæ sæpe in Liuij sunt oratione. Tale enim genus flexuosum, connexum & conuersiuum, tanquam proprium, historicis tribuit Cicero, in secundo de Oratore, & in Oratore perfecto, & Fabius in 9. cap. 4. Atque hæc de elocutione obseruanda hic satis sint dicta. Deinde quod ad inuentionem rerum attinet, animaduertere oportet consilia prudenter aut temere inita, atque eorum euentus & exitus, bonos aut infelices Nam alienis exemplis discere & sapere fortunatum est, &c.

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Et hæc quidem propria virtus est Liuij, copiose exponere rerum gestarum causas, occasiones, consilia, euenta, hoc est antecedentia & consequentia: quæ mirè docent componere melius priuatam quoque vitam: præterea virtutis probitatisq; exẽpla imitanda, & vitiorum exempla cauenda sumuntur ex Liuio commodè, & ab alijs historicis. Sic enim propric ex historia capiuntur hypotheses, hoc est, exempla singulorum hominum, bona aut mala, aut media, quæ deinde ad theses, id est, ad suos locos communes, atque ad generalia præcepta morum aliarumque rerum dijudicantur & referuntur. qualia pręcepta philosophi, præsertim Ethici tradunt, vt Cicero in Officijs, in libris philosophicis vt Aristoteles in sua Ethica, & in Politicis: vt Plato in sua Repub. & in Legibus vt Iureconsulti in suo scripto Iure, præsertim publico, huiusmodi præceptorum exempla viua & expressas imagines historici proprie depingunt, quorum apud Latinos princeps, procul dubio Liuius habetur.

ARGVMENTVM PRÆFATIONIS.

PRAEFATIO in vniuersam historiam Liuianam, qua beneuolentiam atq; attentionem lectoris capiat Liuius, ab vtilitate argumẽti, instituti, & historię suæ. Cuius exordij summa hæc fere est. Rem vtilẽ lectoribus me facturum esse opinor, si à condita Vrbe res gestas in Repub. & imperio Romano, ad meam vsq; ætatem descripsero, omnemq; historiam Romanam, vno quasi corpore, complexus fuero. Nam ad vitam publice priuatimq; agendam, mire conducit, & iucundum est nosse initia, incrementa, progressus, acta, vicissitudines, atque mutationes imperij Romani, in hac enim Repub. exemplorum bonorum iuxta ac malorum est maxima copia politicæq; vitę imago propemodum viua in hac eadem historia videtur expressa. Atque hæc fere prologi huius est materia, quo etiam vsum historiæ indicat. Videtur autẽ prima specie nonnihil difficultatis habere, propter sensus inter se connexos subtilius & rotundius quodammodo. Verum si eius summam inspicies, & grammaticum ordinem constructionis, non ita obscurus esse deprehendetur. Summatim enim, vt dixi, Liuius hoc intendit hac tota præfatione consequi, vt lectoris beneuolentiam attentionemq; ab operis & argumenti incœpti non solum magnitudine, verum & dignitate atque vsu, & à sui officij verecundiæ ciuilique extenuatione. Quem prologum intellectus adiuuandi & exercendi stili causa, in hunc modum, tametsi pueriliter, vertere libuit.

PARAPHRASIS PRÆFATIONIS.

EQVIDEM non satis certo scio, nec etiam si maxime sciam, affirmare ausim, an fructus aliquis mihi authori, aut legentium vlli, possit rependere hunc laborem, si ab initijs vrbis Romæ ad hanc meam ætatem vsq;, historiam omnem populi Romani in vnum quasi corpus, composuero. Metuo enim primò, ne in consuetum & vulgatum arrogantiæ calumniæq; discrimen incidam, quo plerosq; laborare video scriptores nouos, qui hoc sibi peculiariter sumere & audacter profiteri solent, se artificiosius quiddam, lectuq; vtilius scribere, quàm antiquos illos, quos tanquam impolitos nec excultos satis, hi noui arte carere, haud scio an malè & ingratè, iudicant. Sed scribant isti & iudicent vt libet, ego tamen non mediocrem hinc voluptatem capiam, si pro viribus meis adiuuero numerum ordinemq; historiæ, atq; memoriam famamq; populi Romani, cuius nunc potentia longè lateq; omnibus dominatur terris. Verum idem etiam gaudeo, non à recentioribus tantum, sed & ab antiquis illis authoribus me ingenio, arte, fama & celebritate superari, meumq; nomẽ, præ illorum clarissimo splendore, in obscuro iacere lætor, & ab eis vinci honestissimum mihi duco. quippe à tam magnis & nobilibus, tantum abest, vt vlli me præferam, nedum præ me aliquem contemnem. Deinde cur audacius quicquam de opere meo nequeam promittere, hæc etiam causa est, quod immensum laborem meisq; viribus prope imparem hæc Romanorum rerum expositio requirit, vtpote, quas ex longinquo & abdito spatio tantæ vetustatis eruere oportest. Nam plus quàm septingentorum annorum mihi erit memoria repetenda, quomodo à minimis vilibusq; initijs, instar ingentis fluuij ex paruis fontibus emanantis, Resp. Romana orta, tantum increuerit & surrexerit, vt iam mole sua laboret, & ab immodica sui ponderis grauitate minetur ruinam. Adhæc mihi dubiũ non est, quin minorem voluptatem plerisq; legentiũ accepturi sint ex ijs, quæ sub exordia vrbis accidisse scribuntur. Malint enim lectores citius hæc noua tanquam gratiora, ętatiq; nostræ proxima, cognoscere, quа populus Romanus potẽs nimium, & ab extero hoste securus, suas vires bellis

ciuium inter se intestinis debilitatas prope absompsit. Quanquam in his nouis ego in eo rationem longè diuersam, existimans, labore scribendi vetere illa & sanctiora, me hoc lucri facturum, & delectationem hinc animo meo obuenturam potius, quàm fastidiũ, dum me a recentium malorum memoria & intuitu molestissimo, quę seculum nostrum miserrimum diu iam tulit, auertam ad innocuæ & sanctæ antiquitatis contemplationem longè iucundissimam. Et quidem omnino securius est ac amœnius antiqua illa libere candideq; mandare literis, quàm nostratiũ malorum recordationem, quę vix dum sedata iacent, paulisper ad suspiriosus istos renouare, & velut obductũ cicatrice vulnus refricare vera narrando, quæ cũ nemo, tum pręcipue factiosi & potẽtes, æquo animo audire nequeũt. adeo iam veritas paululum libera vbiq; ingrata periclitatur, tutissimumq; est ignem benè sopitum non refodere. Quòd si quę de originibus vrbis fabulosa a poetis, quibus licet peculiariter quiduis fingere, prodita & poeticis illecebris exornata potius, quàm ab historicis seriò vel bona fide videntur esse tradita, ea quidem nec asserere, tanquã certa, nec refutare tanquam ficta aut parũ credibilia mihi libet, quippe qui istorũ fidem penes alios esse malim, quàm huiusmodi prodidere, quàm vt ego mea fide periculóque scribam talia. Quanquam innocẽs alioqui hoc veniæ meretur antiquitas in effingendis vrbium ac populorum originibus, vt has ad aliquem authorẽ deum aut heroa referat, atq; talibus populorũ initijs plus sic maiestatis addat, si res humanas deorum quoq; studijs consecret, diuinoq; ductu auspicaciores augustioresq; reddat. Quòd si tamen vera licet fateri, non video cur cæteræ gẽtes quicquã grauiter ferant, etiamsi Romani suos ortus ad Martem, tanquam vrbis Romæ parentem referant, qui cum belli reiq; militaris pręses & Deus esse credatur, optimo pariter iure hunc Romani patrem conditoris sui Romuli, suæq; gentis authorem sumunt, quorum potentia atq; ius imperij quæsisum armis & latissime propagatum sic perdurat & viget, vt cæteræ gentes hoc neutiqua detractare ausint: sed obsequenter magis patiuntur. Nihil ergo causę est, cur tanti imperij parentem Martem, his inuideant, quorum iugum patienter ferunt. Sed hæc atq; his similia quocunq; modo improbentur, cuius ego non ita multum interesse putabo, suum cuiq; liberum iudicium permittens, prout tot sentẽtiæ sunt, quot hominum capita. Quin potius illa maximi referre cuiuslibet arbitror, vt, acri & prudenti cogitatione in historijs talibus sequatur, & diligentissime obseruet, qualis hominum ætatumq; vita fuerit, quę consuetudines, quæ leges, qui mores denique fuerint, cuiuique seculi, per quos priores & magistratus melioresq; ciues tantum imperium Romę, non fundatum modò & corroboratum verum etiam splendidissimis incrementis & accessionibus ita mirabiliter auctum, & ad summa euectum sit, vt ipso nihil pulchrius vnquam toto terrarum orbe floruerit. quæ incrementa non nisi prudentissimis consilijs domi quidem & in vrbe, foris autem & belli sanctissima disciplina, & scientia militari, pulcherrimisq; facinoribus priuatim publiceq; ęditis, huic vrbi eiusq; ditioni accessere. Sic enim consilijs & viribus inter se benè consentientibus, minima quoque in summum prouehuntur maximaq; fiunt. Quanquam hic felicissimus status, nec huic Reipub. vno tenore perdurauit. Vt enim sunt hominum caduca omnia, suasq; vicissitudines, etiam maxima quæq; & firmissima, subeant: ita & Romano imperio euenit, vt cum maiorũ prudentia & virtute iam eò conscẽdisset, vnde nunquam recidere posse videretur: tamẽ bonis legibus & moribus sensim labentibus & declinantibus, quasi præ vetustate ad ruinam: sanctior quoque illa & antiqua disciplina subinde magis magisq; collapsa demum corruit, ita, vt nostro seculo, nullis reliquijs veterum morum bonorum & priscæ innocentiæ extantibus, ita passim vitia regnent & scelera hominum animos occuparint, omnemq; vitam & ætatem infecerint, vt nullo remedio, nullo consilio neq; ope, tantæ malitiositati, taliq; contagioni consuli possis, nec vlla arte sic iacentes ruinæ queant resarciri ac resurgere. Cum autem historiæ lectio mirè facundiam augeat, ad aliaq; plurima valeat primus tamen & potissimus hic eius fructus est, quod viuis exemplis illa perspicuè efficaciterq; docet, quæ philosophi & morum magistri mutis tradunt præceptis, alioqui sterilibus, nisi hæc illustria benè aut malè viuentium accedant, quę tanquam expressas & claras virtutum vitiorumq; omnis generis imagines intueantur. Quo intuitu fit, vt nobis ipsis inde affatim decerpere possimus, quod in vita priuata aut publica non tantum nostro, sed aliorum quoque commodo, & sępe cum salute patrię nostrę, imitentur honestum factum, aut vitemus abominabile inceptum iuxta & euitatum. Nisi verò metuam, ne mei operis amor immodicus, iustoq; blandior, me decipere, à rectoq; abducere videatur, dicerem ego nullam vnquam Rempub. nullum imperium in orbe fuisse æquè magnum, durabile, incorruptum, & bonis quoque moribus & exemplis ita abundens, vt Romanum, cuius historiam scribere institui, quod quidem diutissimè regnorum omnium & diutinum fuit immune & vacuum ab auaritia, ac rapacitate, a luxu & libidine: quippe hic maximus honor longissimè est habitus honestæ paupertati, moderationi, continentiæ, frugalitati. Quid enim plus æquo immodiceq; cuperent hi qui tandẽ lis contenti fines angustissimos suæ cupiditati describebant, terminantes eam intra vitæ victusq; naturalem necessitatem, quæ certe paucissimis satiatur. Atque vtinam hęc pristina moderatio & integritas diuturnior huic fuisset vrbi & imperio. Bellè enim sic & diuinè ageretur nobiscum. Sed nulla felicitas longa est, nedum perpetua. Non enim ita pridem immodica opum domesticarum atque externarum affluentia adduxit auaritiam. Quo enim plus diuitiæ crescunt, eo magis augescit insatiabilis cupido & habendi appetitus. Eadem diuitiarum copia immodica adduxit etiam inauditas peregrinasq; delicias, ac nocentium voluptatum nouas illecebras. Nam pecuniæ rerumq; similium abundantia, vt facit animos superbos ac fastos ita quoque inuitet aut rapit eos potius ad quaslibet libidines. vt demum nullus statuatur modus neque finis omnia, etiam optima, corrumpendi & euertendi. adeo bonorum pulcherrimorum interitum ac ruinam secum trahit miserabilem nimium ingrauescens luxuria & libido, quæ calamitas bonorum nullis verbis, non lacrymis, non luctu satis potest defleri. Verum nunc quasi ominosæ hinc facessant querelæ ab operis primum incepti auspicijs & exordijs, cum bona magis & auspicata comprecatione, voto, ominéque fausto institutam viam ingrediamur. Quærelæ enim huiusmodi semper ingratæ molestæq; sunt, etiam cum necessitate coacti eas effundimus. Vt enim delicatas tenerasq; aures, non ita bonorum hominum, veritas ipsa radit & vellicat, nimiumque mordet, sic veræ & liberiores querelæ & incusationes longè sunt grauissimæ & minimè acceptæ pessimo cuique, quales hoc nostrum seculum producit. Quod si eadem consuetudo historicis esset, qua poetæ vtuntur, vt deos deásque in poematum suorum initijs inuocent & comprecentur, vtique & ego velim in hoc exordio, non querelis vti, sed à dijs immortalibus precari, vt suis auspicijs ac fauore mihi scribendi res Romanas vt vtilissimas, ita & maximas, benignè assint, felicemq; progressum & euentum operis nobis largiantur.

ANNOTATIONES IN PRAEFATIONEM.

Nec satis scio, nec si, &c.) Ab extenuatione sui studij & personę captat beneuolentiam, dicens, Nihil arrogantius ego affirmare volo, quàm vtiliter facturus sim scribendo hanc historiam. Principis.) Iuxta illud:

Romanos rerum dominos, gentemq; togatam.

Eorum) id est, historicorum Romanorum veterum, quales sunt, Marcus Cato, Sisenna, Piso, Fabius Pictor, Pomponius Atticos, à quibus me vinci patiar æquo animo, iuxta illud:

Nec tam turpe fuit vinci quàm contendisse decorum
Magnaq; dat nobis tantus solatia victor.

Res est præterea, &c.) A difficultate argumenti & rerum scribendarum magnitudine, Sic Lucanus.

Atque sua imperium nostrum nunc mole laborat.

Et legentium.) A persona lectorum captat beneuolentiam. Conficiunt.) Sic Lucanus: *Populumq; potente n.*
In sua victrici conuersum viscera dextra. Et Virg.
Ne patriæ validas in viscera vertite vires.

Ego contra.) Quarto, à temporibus per inuersionem. Per tot annos.) Sic Seneca, in Octauia:

Collecta vitia per tot ætates diu
In nos redundant, seculo premimur graui:
Quo scelera regnant, sæuit impietas furens.

Sollicitum) quia parum tutum est, scribere veritatem liberè. Et quidem magna libertas scribendi vera, absque studio factionis vllius, dicitur in Liuio fuisse adeo, vt Cæsar vocauerit eum Pompeianum. Quæ ante.) Occupatio: ego relinquam fabulosa. & ea, quę veri speciem propè non habent, lectoribus iudicanda. Monimenta) quæ nos admonent alicuius rei. Diuinis) id est, actis. quia pleræque vrbes & populi, suas origines in deos referunt fabulosè. Sic & Romani suos ortus in Iouem, Venerem, Martem: & hinc in Aeneam, Ascanium, Romulumque referunt.

Ad illa mihi.) Quintum. Ab vtilitate argumenti & historiæ captat beneuolentiam & attentionem. Atque hic vsum historiæ ostendit. Labente deinde.) Metaphora ab ædificijs ruinosis. Vide similem locum apud Plautum in Mostellaria, vbi iuuenilem ætatem comparat domui. Cognitione rerũ.) id est, in historia, quia ille abstinet à Græco vocabulo. Historia enim Græcum est.

Nuper

Nuper diuitiæ.) Querela breuis de corruptis moribus suæ ætatis. Sic Seneca:

Turpis libido Venere dominatur potens,
Luxuria victrix vrbis immensas opes
Iam pridem auaris manibus, vt perdat, rapit.

Similis est locus apud Iuuenal. in sexta Satyra:

Præstabat castas humilis fortuna Latinas
Quondam, nec vitijs contingi parua sinebat
Tecta labor, somniq́; breues, & vellere Thusco
Vexatæ, duræq́; manus, ac proximus vrbi
Hannibal, & stantes collina turre mariti.
Nunc patimur longæ pacis mala, sæuior armis
Luxuria incubuit, victumq́; vlciscitur orbem.
Nullum crimen abest, facinusq́; libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit.
Prima peregrinos obscœna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt sæcula luxu
Diuitiæ molles, &c.) Correctio querelæ, & inuocatio ad deos, qua grauitatem historiæ effert. Vt poetis.) qui inuocatione semper in exordio vtuntur.

ANNOTATIONES IN LIBRVM *primum Decadis primæ.*

SCRIPTVRVS historiam Romanam Liuius, statim ordītur à primis originibus vrbis & gentis Romanæ, quę ab Aenea & Ascanio Iulo sit oriunda. Non vero indiget hic locus primus longa expositione, cum hoc sit argumētum fere totius Aeneidis Virgilianæ, qua de Aenea copiose & clare loquitur, quomodo ab illo eiusq́; filio Ascanio, vrbs atque populus Romanus, & gens Iuliorum Cæsarum, ducat originem capta Troia. Quæ vrbs Troadis in minore Asia à Gręcis decennali bello vexatur, vt Homerus in tota Iliade scribit, tandem capta vastataq́; est. Quod excidium Virgilius in secundo Aeneidos describit. A qua Troia fatis actus Aeneas, cum viginti circiter nauibus in Italiam proficiscens, septennium terra marique oberrauit. Cuius peregrinationis depictæ à Virgilio in tertio Aeneidos. hæc fere sunt loca quibus Aeneas sit commoratus. Primo Troia vastata. Secundo Antandros oppidum Phrygiæ, vbi classem pareuit. Tertio Thracia, vbi Aenum oppidum sui nominis condidit. Quarto Macedonia, secundum Liuium. Quinto Delus, Insula Apollinis. Sexto Creta insula. Septimo Strophades insulæ. Octauo Butrotus, Epyri oppidum. Nono Mineruæ promontorium in Italia. Decimo Sicilia insula. Vndecimo Carthago vrbs, Aphricæ caput. Duodecimo Sicilia iterum. Decimotertio Cumæ, maritimum Italiæ oppidum. Decimoquarto Latium, postea vrbis Romæ solum, in quo Aeneas Troiam oppidulum condidit, & inde Lauinij regnauit: quod regnum dotale accepit cum Lauinia Latini regis filia, & in eodem Latio Ascanius Iulus, Aeneæ filius, postea condidit Albam vrbem & regnum Albanū. Ex quo denique ortum est regnum & imperium Romanum, vrbe Roma condita à Romulo in eo loco, vbi sub Aeneę aduentum stetit Palanteum oppidulum, ab Euandro Græco Arcade rege conditum.

Sic ergo clarè vides, quomodo & qua serie vrbs Roma & imperium Romanum trahat originem ab Aenea & Troianis, id quod primus hic locus historiæ Liuianæ ostendit. vide librum tertium Aeneidos:

Hic domus Aeneæ cunctis dominabitur oris:
Et nati natorum & qui nascentur ab illis.

Et in primo in oratione Iouis:

His ego nec metas rerum nec tempora pono:
Imperium sine fine dedi, &c. Et in sexto:
Nunc age Dardaniam, &c. Et in octauo, in descriptione clipei.
Illic res Italas. Et in decimo, in concione deorum. Et in duodecimo. *Hinc genus Ausonia.* Et in tertio, *Nate Dea.*

Vetusti hospitij.) Quia Aeneas & Antenor exceperunt hospitio legatos Grecorum, repetentes Helenam à Paride raptam, qui erant Menelaus & Vlysses. Fuit autem ius hospitij veteribus sacrosanctum & inuiolabile. Reddendæ Helenæ.) quam vxorem Menelai regis Græci, ex Peloponneso rapuit Paris, Priami regis Troiani filius, quæ iniuriæ causa fuit belli & excidij Troiani. Euganeis.) id est, qui ante aduentum Antenoris, in Veneta regione habitarunt, pulsi postea ab Antenore & eius socijs. Alpes) dictæ sunt ab ἄλπεσι quòd perpetuo niue albeant. Pagus,) id est vicinia vel regiuncula, in qua sunt plura oppidula, & vici. Veneti appellati) & in hac Venetia conditum est Patauium ab Antenore, Liuij nostri patria, olim caput Venetiæ, sed nunc Venetiæ sunt eius regionis caput. Duplex exinde fama est) variatio historiæ, quam etiam Virgilius diuersis locis attingit, & Seruius indicat statim in principio commentarij super Aeneid.

Agrum Laurentem,) id est, qui ager est in Latio, & oppidum eius regium fuit Lauinium, quod & Laurolauinium & Laurentum vocari dicunt. de hoc vide Virg. in septimo Aeneid. Bello deinde.) Bella quæ gessit Aeneas, & deinde Ascanius filius eius contra Turnum, regem Rutulorum, & contra Mezentium, regem Hetruscorum. quæ Virgilius tamen alio ordine refert. Aborigines.) ἀ. vocantur vetustissimi populi in Latio, quasi montani appellati: quia agrestem vitam in montibus & syluis egerint, priusquam Saturnus ex Græcia veniens in Italiam, eos docuit agriculturam & cultum vinearum. Hi postea Latini sunt vocati à Latio regione, in qua Saturnus profugus à Ioue factus, apud Ianum latuit. vide in 1. Fastorum, & in 8. Aeneid.

Latinos.) à Latio vel Latino rege, & vtrisque dedit æquas leges, ita vt veteribus & legibus Italicis vterentur tuxta Troiani & Latini, & lingua Latina loquerentur.

Fretum.) angustum mare. quia Hetrusci tum supero inferóque mari imperitabant, vide infra in libro quinto, & Virgil. in libro decimo.

Nunc cum.) scilicet in agro Laurente. Et quædam veteres historiæ tradunt in hoc secundo prælio Aeneam, nescio quo casu, in Numico amne submersum, neque eius cadauer repertum, ad quod Virgil. etiam alludit, libro decimo Aeneidos:

Aeneas fame ignotis iactetur in vndis.

Habitúmque deinde pro Deo indigete.) Dicuntur autem dij indigetes, quasi ex hominibus geniti & assumpti inter deos agant vitam: vel tutelares dij, quorum nomen indagare & inquirere fas non sit, ne euocentur in alium locum. Vide autem de Aenea deificatione in decimoquarto Metamorph. & in tertio Fastorum.

Haud nihil ambigam.) Variatio historiæ de Ascanio Iulo, Aeneæ filio. Is Ascanius) Albani regni origo & initium, ex quo postea natum est regnum Romanum. Colonia) vocatur proprie oppidum, quod ciuibus alterius vrbis colendum datur. Sic Albam vocat Liuius coloniam Lauinij. quia ædificata & data est ad habitandum ciuibus Lauiniensibus, deductis & translatis in Albam ex Lauinio. Pax ita conuenerat.) Scribunt tamen aliqui etiam Ascanium gessisse bellum cum Mezentio & Thuscis, Mezentiumque ab Ascanio occisum.

Casu quodam in syluis natus.) vnde & Syluius sit cognominatus. Et ab hoc reliqui reges Albani item Syluij cognomen traxerint. Alij tamen hunc Syluium Aeneam dicunt esse natum de Aenea & Lauinia, fratrem Ascanij non vterinum, qui sine liberis mortuus, regnum Albanum tradiderit altero Syluio Ascanij Iuli filio, nepoti suo ex fratre. Cæterum genealogia Aeneæ & Ascanij in Romulum vsque, sic ferè se habet. Primo Iupiter. Secundo Dardanus ex Ioue & Electra nympha natus: qui Dardanus occiso per casum fratre suo Iasio in Italia profugus, primo in Samothraciam, deinde ad Hellespontum venit, in eam regionem minoris Asiæ, quam à se Dardaniam vocauit, illicque regnum Dardanium, postea Troianum instituit, octingentis circiter annis ante vrbem Romam conditam. Tertio Erithronius Dardani filius. Quarto Tros à quo Troia appellata, quæ & Dardania. Quinto Ilus, à quo conditū est Ilium primaria vrbs Troiæ, postea à Græcis vastata. Sexto huius frater Assaracus, fuit princeps non rex. Septimo Capis Assaraci filius. Octauo Anchises, ex Capi natus. Nono Aeneas, ex Anchise & Venere deagenitus. Decimo Ascanius Iulus, Aeneæ filius, ex Creusa Priami regis Troiani filia. hic condidit Albam longam, & regnum Albanū erexit permisso Lauinio suæ nouercæ post mortem patris Aeneæ, qui triennium tantum in Latio regnauit. Lauinij huius frater non vterinus fuit Aeneas Syluius Posthumus, quem & Ascanium cognominarunt, ex Aenea & Lauinia natus in Latio, casu quodam in syluis. Hic post mortem Ascanij regnauit in longa Alba. Sed tamen, quia decessit sine liberis, illud regnum redijt ad Ascanij Troiani progeniem. Hoc ordine. Vndecimo Aeneas Syluius Ascanij Troiani filius, non Posthumi. Duodecimo, Latinus. Decimotertio, Alba. Decimoquarto Atya, quem Atyn Epitum vocant. Decimoquinto Capis. Decimosexto Capetus. Decimoseptimo Tyberinus Agrippa. Decimooctauo Remulus (alij Romulus) Alladius, huius frater fuit Iulius Syluius, à quo deriuata est gens Iulia Cæsarum, in quorum gratiam Virgilius suam Aeneida scripsit, illustrare volens gentem & familiam Iuliorum, in quam Cn. Octauius Cæsar Augustus adoptatus est à Iulio Cæsare dictatore, cum esset natus ex nepte eiusdem Iulij Cæsaris. Sic ergo ostendit Virgilius magnificè, vrbem Romam & gentem Iuliam ducere suam originem ex Ascanio Troiano & Aenea. Decimonono Auentinus Remuli filius. Vigesimo Procas. Vigesimoprimo Amulius, huius frater fuit Numitor auus maternus Romuli, vltimus rex Albæ, quæ condita est ante vrbem Romam quadringentis annis circiter. Vigesimosecundo Rhea Ilia Syluia, Numitoris filia, quæ ex Marte

genuit Romulum & Remum gemellos. Vigesimotertio Romulus vrbis Romæ conditor, primusq; eius rex, qui regnum Romanum erexit ex Albano. Hinc inde sequuntur sex reges vsq; in primos consules, annis circiter ducentis quadraginta octo. Sequentis vero temporis supputationem de regno & imperio Romano, vide supra in ætatibus Romæ. Vide etiam de his Ouid. in 3. Fastorum, & in 14. Metamorph. & Virg. in fine sexti & octaui Aeneid.

Proca,) id est proauus Romuli maternus. Plus tamen vis potuit) Impietas Amulij quadruplex in fratrem suum Numitorem. Quia primo eripuit ei regnum. Secundo occidit eius filiũ per fraudem. Tertio filiæ eius spem prolis ademit. Quarto nepotes eius ex filia gemellos natos, Romulũ & Remũ, crudeliter trucidandos exposuit. Quæ impietas causam dedit finiendo regno Albano, & Romæ condendæ. Virilem stirpem) filium Egestum nomine, quem secum habebat in venatione eiusq; percussorem immisit. Sed debebatur) Romulus conditor vrbis Romæ, & Remus nati sunt ex Rhea Syluia, Numitoris filia, & ex Marte belli præside. Sic ergo Romani proximos suos ortus recte referunt in Martem deum belli, & gentem Albanam, ab Aenea Ascanioq; profectam.

Sorte quadam.) De infantia & pueritia Romuli & Remi & qua occasione seruati sint, ne expositi perirent: vide etiam Plutarchum in vitis, qui omnem vitam Romuli verbose descripsit.

Ficus Ruminalis) A casu lupæ præbentis mammam his gemellis, & hanc ficum in foro Romano sua tum ætate Plin. stetisse testatur, lib. 15 cap. 18. Tenet fama.) Miraculum lupæ, quæ gemellos lactauerit. Ita genitt) Adolescentia Romuli & Remi, & occasio qua agniti sunt ab auo materno Numitore.

Peragrare.) Peragrabant & est peculiaris phrasis historicorum Latinorum, vti infinitiuo modo cum nominatiuo, pro indicatiui præterito imperfecto. Robore) Metaphora ab arboribus, quorum sola sunt robora. Iam tum) Breuis digressio de lupercalibus sacris quæ copiosius describit Plutarchus in Romulo: & Ouid. 2. Fast. & Virgil in 8. Dicta sunt autem Lupercalia, à Pane Arcadico, quem illi cognominant Lyceum à lupis, quod illic in monte Panos creditum sit homines in lupos transformari, vt Ouid. de Lycaone Arcade primo Metamorph. & vt Plin. lib. 7. cap 2. scribit: & de Pane Lyceo vide Macrobium, lib. 1. cap. 22. Saturnal. In hoc ergo Lupercali sacro deprehensum & agnitum primo Remum. deinde Romulum quoque indicat Liuius. Palatium) Oppidulum, quod Euander, paulo ante Aeneæ aduentum, in Latio ædificauit, vide Virg. lib. 8. Aeneid Profugerat autem Euander princeps ex Arcadia in Latium, propter cædem fratris fortuitam a se perpetratam. Vt nudi iuuenes) Quia Lupercales, hoc est, illi qui lupercalia celebrabant, scuticis & flagellis obuiam sibi factos inuaderent, & cum verberibus in eos irent. Vltro,) id est, cum potius Romulus cum suis, accusare deberet latrones.

Iàm inde) A circunstantijs Faustulus sibi & Numitori credibilem facit agnitionem Romuli & Remi. Sciscitando eodem peruenit.) ad eandem coniecturam, quam Faustulus concepit. Romulus nõ cum globo iuuenum) Pœna impietatis sumpta de Amulio, & restitutio Numitoris aui, per Romulum facta. Vndique,) id est à satis, à Romulo, à Numitore.

Numitor inter primum tumultum.) Prudentia Numitoris, in patefacienda impietate & cæde Amulij iusta.

Interuenit deinde his cognitionibus, &c.) Contentio Romuli & Remi fratrum de regno, & de nomine vrbis: & est exemplum fraternæ impietatis. Auitum malum.) id est, hæreditarium, quo Amulius & Numitor auus eorum, laborauerant. Templum) iuxta Varronem, est locus in spatio cæli designatus, ad auguria contemplanda & captanda. Irarum certamen, &c.) Iuxta illud:

Nulla fides regni socijs, omnisq; potestas
Impatiens consortis erit, &c. & item:
Fraterno primum maduerunt sanguine muri.

Vide etiam in secundo & quarto Fastorum. Mœnia mea) Inde etiã Romano iure pro sacrosanctis habiti sunt muri vrbium, capitaleq; fuit muros transcendere. Ita solus potitus) De Romulo primo rege Romanorum & de vrbis Romæ constructione, sequitur hic Liuius vulgatam opinionem, quòd à Romulo primum sit condita & appellata, quanquam inter se mire variarunt veteres historici, vt meminit Solinus capite primo & secundo, & Plutarchus in Romulo. Plerique enim dicunt, à primis fundamentis Romam ædificatam à Romulo. Quidam volunt in eo solo antea fuisse paruum oppidulum Palanteum aut Valentiam, ab Euandro aliòue quopiam constructum, & inde à Romulo ampliatum esse ad speciem iustæ vrbis, suoq; nomine Romam appellatam. Dies autem Romæ natalitius quo condi cœpta est, habetur ad vndecimum Calen. Maij septingentis quinquaginta duobus annis ante Christum natum, & anno secundo Olympiadis sextæ, quanquam plerique omnes, primum annum vrbis Romæ referant in primum annum Olympiadis septimæ.

Sacra dijs alijs.) Quia omnis Respub. bene instituta cõstat religione & politicis legibus, ideoq; & Romulus tanquam legitimus Rex primo instituit Romæ religionem qualemcunque & ceremonias, deinde politicos magistratus, moresq; & iura & bella quoq; fecit. Est autem hic digressio longior in originem & ritum sacrorum Herculis, quæ pridem antea in eodem vrbis solo instituerat Euander rex de Arcadia. De quibus vide Virgilium in octauo, & Ouid libro 1. Fast. Sed alia sacra Latina non explicat Liuius, vide tamen de his quoque Dionysium in Romulo. Herculem in ea loca, &c.) Hercules Thebanus, cuius labores duodecim, & plures etiam, numerantur à poetis, [illegible] apud Ouidium libro 9. Metamorph. ex Græcia profectus in Hispaniam, illinc occiso Geryone rege Hispanorum, armenta nobilia abduxit & per Italiam iter faciens, ad Euandrum in Latium venit, & hospitaliter religioseq; ab eo exceptus, suorum sacrorum ritus Euandrum docuit. Particula quisque cum distributiuo habet vim nominis collectiui.

Ex loco infesto.) Infensus, infestus, inuisos, actiue. Odiosus passiue. Porrò.) Longius, Græcum aduerbium à Latinis ascitum. Nequicquam) frustra, aduerbium imminuendi. Nequicquam duæ dictiones nihil significant. Miracula literarum.) quas sedecim Latinas literas Nicostrata Carmenta, Euandri mater, cum filio in Italiam profecta, primum inuenit, Latinisq; tradidit ad imitationem Græcæ literaturæ, à quibus tamen forma non valde differebant Latinæ. A, B, C, D, E, G, I, L, M, N, O, P, R, S, T, V. Reliquæ enim literæ, scilicet, F, H, K, Q, X, Y, Z, à Græcis sumptæ prioribus illis sunt additæ. Græcæ literæ à Cadmo principe Thebano sunt inuentæ. Carmenta) quæ proprio nomine Nicostrata appellata. nam Carmenta, nomen est à canendo, id est, vaticinando & carminibus. quia responsa sacra olim carminibus & versibus comprehensa reddebantur. Sibyllæ.) Cumanæ, quæ aliquanto serius in Italia vaticinata est, tametsi Virgilius eam Euandri & Aeneæ tempore vixisse scribit, sexto Aeneid. Dicitur autem Sibylla mulier vaticinatrix, quæ Dei voluntatem & consilia de futuris euentibus longè ante potest prædicere à σιὸς Deus & βουλὴ consilium. Vide Lactantium in Institutionibus Trepidantium) id est, tumultuantium. Facinus) id est, cædem. Habitum) id est, vestitum. Augustiorem.) venerandum spectabilem, quia vestis facit virum. Humana.) id est, communi hominis forma. Patriam) id est, Thebas Bœotiæ. Accepit) id est, audiuit. Aucturum cælestium numerum) id est, referendum esse in deos. Dicatum iri) Infinitiuus passiuus. De Ara maxima, vide Plutarchum & alios. Olim) id est, futuro tempore. vtrunque enim significat præteritum & futurum. Tuo ritu) id est, Græco. Dextra) symbolũ & pignus fidei. Omen) est signum futuri euentus, ex sermone alicuius sumptum. Fata) id est, oracula de se. Ministerium) id est, sacrificiũ. Potitijs ac Pinarijs) id est, nobilibus ex Græcia cum Euandro profectis. Inclytæ) id est, nobiles ex Græcia cum Euandro profectæ. Antistes) ab ante & stando, sacerdos primarius. Cæterum collectiuis nominibus iungitur. Aetate is) id est, circiter octingentos annos. Genus omne Potitiorum.) Exemplum neglectæ religionis punitæ. vide infra libro 9. & Vale. lib. 1. cap. 2. & Virg. lib 8 Aeneid. Hæc tum.) Regressio ad historiæ ordinem. Vn[illegible] est, sola. Ex omnibus) id est, alijs sacris. Et lege cauit etiam, ne qua aliena & peregrina sacra in vrbem reciperentur. néue alienigenas ceremonias Romani peragerẽt. Eum) id est, Romulum: quia est propter res gestas à se dijs annumeratus. sicut Herc. post mortem, vt infra. Rebus diuinis.) Rerum politicarum & legum iurisq; institutio facta à Romulo, post religionis curam. Atque hinc licet multas leges regias elicere & venerari, de quibus infra demum ad Romuli finem videbimus.

Perpetratis) id est, institutis & peractis. Corpus) id est, communitatem vel ciuitatem, quæ est ciuium vnitas. Coalescere) id est, concrescere & conuenire, ab insitione metaphora sumpta. Legibus) quia fundantur legibus vrbes: sed longe plura de legib. vide apud Cice. de Legibus. & apud Iureconsultos, in titulo De iustitia & iure, in Digestis. Iura) id est, lege statuta & consuetudines, quæ ex insequentibus elicere oportet: & ex Dionysio Halicarnasseo, qui multas leges Romuli speciatim numerat lib. 2. Sancta) id est, inuiolãda. Sancire) firmare propriè significat. inde sanctus dicitur, qui est firmus contra vitia. Insignibus imperij) id est, Regio vestitu & habitu. Habitu) id est, vestitu, prædicamentum habitus, non species qualitatis habilitas. Augustiorem) id est, venerabiliorem cum quadã religione. Augustus) non dicitur ab augendo, sed ab augurijs. Auium) id est, vulturum duod[illegible]im.

Portode-

Portenderant,) id est significauerant. Numerum,) id est duodecim lictorũ. Ductos,) id est sumptos Apparitores,) id est qui mos ad imperiũ magistratus parati debent apparere. Vnde,) id est à quibus Hetruscis. Sella curulis,) quę magistratibus honoratis ponebatur in curia, vbi ritè sederent. Lictores,) à ligandis & vinciendis noxijs. Viua enim lex & executor legum lictor est. Toga prætexta,) vestis erat circumtexta purpura quam soli magistratus & impuberes patritij gestabant. Habuisse,) id est duodecim lictores. Duodecim populis,) id est Hetruriæ: quia vetus Hetruria fuit triplex, scilicet Cisapennina, quæ habuit quatuor vrbes, & Transapennina quæ item quatuor vrbes habuit, & Transpadana, quæ item quatuor vrbes habuit. Sic ergo erant duodecim primariæ vrbes & populi Hetruriæ, quorum cùm haberet vnusquisque suum lucumonem, id est tribunum vel prætorem, omnes tamen communibus suffragijs creabant regem, quem sua lingua vocabant Lartem, id est Hetruscorum regem. Vnde Vergilius de Hetruscis in decimo.

Sed non genus omnibus vnum.

Gens illi triplex populi sub gente quaterni.

Vide iosrà, libro quinto ab Vrbe condita. Communiter,) id est communibus suffragijs. Singulos,) abundat, vide Hadrianum. Dederint,) scilicet regi suo.

Crescebat interim,) De Asylo & ciuium concilio. Munitionibus,) id est ædificijs publicis & priuatis. Appetendo,) id est occupando & diuidendo. Munirent,) id est ædificarent. Id hominum,) id est ad eam paucitatem hominum. Vana,) id est vacua habitatoribus. Densis sentibus,) id est spinetis. Cōciendo,) id est conuocando. Duos lucos,) id est Capitolium & Palatium. Asylum,) id est locum liberum & impunem, ex quo neminem licebat rapere vel abducere inuitum. Obscurum,) id est ignobilem. Natam è terra,) id est ex inopinato collectum sibi populum magnum. Vnde apud Ouid. in quarto Metamor. de Cadmo inde ignobiles & obscuros prouerbialiter appellamus Terræ filios. Eo,) id est in Asylum. Liber an seruus,) id est probus & sceleratus. Magnitudinem,) id est vrbis impunè, quia boni & scelerati in Asylum concurrebant, ita capitalia ausi, vel obærati, cùm scirent sibi impunitatem esse propositam. Vide Plutarchum de Asylo Thesei in vita eiusdem. à non συλάω rapio vel prædor, quia non licet prædari aut abducere per vim ad Asylum confugientem. Roma significat, Hebraicè superbiam, Græcè violentiam, Latinè scortum, Germanicè iactantiam. Cum iam virium.) De senatu constituto. cùm enim, vt infrà dicet, triginta essent curiæ, ex singulis elegit tres in senatum: cumq; tres essent tribus, item tres in senatum legit, atque his nonaginta nouem senatoribus centesimum addidit, appellatum principem senatus, qui absentis regis vices quasi gereret, locumq; teneret. & hic centenarius numerus durauit vsque ad Tarquinium Priscum.

Viribus,) id est potentiæ adiungit prudentiam senatoriam. Patres,) id est senatores. Ab honore,) sicut & senatores cognominati à senio. Prisci enim Græci Latiniq; ætate prudentiáque prouectos, & optimos quosque viros γέροντας senes vel patres appellabant. Patritij,) id est tribunitij. Iam res Romana.) De coniugio & raptu Sabinarum mulierum, sub specie ludorum solennium: & est exemplum audaciæ propter amorem. Iam res,) Est periodus. Antecedens. Vt cuilibet.) Consequens.

Sed penuria.) Aduersatiua. Quippè,) quibus Ratio. Penuria,) id est ob vel propter. Circa,) id est inter. Vrbes quoque,) obliqua allocutio, forma sermocinationis, qua breuiter iusti sermonis vel orationis argumentũ perstringitur infinitiuis verbis, q. d. Liuius, hæc & huiusmodi mandauit legatis Romulus, vt ad ciuitates referrent. Ex infimo,) id est ex minimis initijs. Quà,) id est quatenus. Satis scire,) Est Enthymema. Affuisse,) quod ita fataliter Remus & Romulus essent seruati. In medio,) ipsorum. Compar,) id est si profugi ducerent profugas vxores.

Neptuno equestri.) Hic est alius Neptunus equestris, quam marinus. Ille enim dicitur equestris, quòd equitib. præsit, qui in eius honorem quotannis equos suos Tyberi transuehebant, vt infra in fine libri non instituturu scribitur: & cognominatur hic Neptunus Consus, quasi qui adiuuet consilia equestria. Sabinorum,) qui proximè Romam habitabant. Frequentem,) id est plenam. Deditæ,) intentæ. Cōposito,) i. consilio. Signo dato,) s. à Romulo.

Quem,) id est aliquē. Destinatas,) id est addictas. Vnam longè,) De more Talassij inuocandi in nuptijs, causa boni ominis, sicut Græci inuocabant Hymenæum. Vnam,) id est virginem. Insignem,) id est spectabilem.

Talassij cuiusdam,) qui Talassius erat tum Romæ nobilis & bellicosus iuuenis, cuius nominis claritate retinuerunt virginem, ne tanto principi præriperetur. Itaq; comprecabantur in nuptijs, voce Talassij, constantiam & fidem coniugibus. Identidem,) id est sæpe & subinde. Vocem,) id est comprecationem in nuptijs, nomine Talassij inuocato. Turbato,) Querelæ vicinorum populorum de iniuria Romanorum, & coniurationes apparatusq; belli contra Romanos: quod bellum omnium primum Romanis fuit contra Ceninenses Crustuminos, quo Romulus, victo rege Acrone, euasit victor. Virginum,) scilicet raptarum. Violati hospitij) Quod cùm sacrosanctum & inuiolandum apud veteres haberetur, tamen Romani illud violauerant. Deum,) id est Consum Neptunum. Sed ipse Romulus.) Blanditiæ Romuli, quibus mitigauit dolorem raptarum. Liberûm,) id est liberorum, qui sunt pignora coniugij. Argumentũ à iucundo, item ab honesto matrimonij. Societate,) ab vtili. Quibus,) id est Romanis. Darent animos,) id est vt virgines voluntate animoq; iungerentur suis maritis. Est autem hæc egregia *ἀπόδειξις*, ex definitione matrimonij sumpta: quia coniugium, est coniunctio animorum fidelis, & societas liberorum fortunarumq; omnium, & iuris commune fœdus. Melioribus,) id est benignioribus. Pro se,) id est pro suis viribus. Quisque,) scilicet maritus. Officio,) erga vxorem. Sua vice,) id est pro suo iure & modo.

Accedebant,) scilicet ad mitigandas virgines. Purgantium,) i. excusantium. Quæ,) s. blanditiæ. Muliebre ingenium,) i. mitigandum: quia mulieres gaudent se amari & ambiri. Admodum,) i. aliquantulũ. Sordida,) in signum luctus. Concitabant,) scilicet contra Romanos. Vbique,) in loco significat. Vndique,) de loco significat. Ceninenses &c. Gentilia nomina.

Lentè agere,) Bellum primum Romanorũ contra Ceninenses. Satis impigrè,) id est celeriter. Per se,) id est suis proprijs viribus. Et est exemplum temeritatis præcipitis punitæ infelici exitu in Ceninensibus.

Regem,) Acronem nomine. Vrbem,) scilicet Ceninum: & hoc primum oppidũ est, vel prima vrbs, qua per victoriam potiti sunt Romani. Reducto,) scilicet Romā. Ferculo,) id est gestamine pomposo. Capitolium) id est in montem Capitolinum. Sacram pastoribus,) sub qua ipse Romulus cum Remo lactatus fertur. Deposuisset,) id est obtulisset deuota. Dono,) id est spolio. Fines,) id est aream. Deo,) id est Ioui Feretrio, sic cognominato, vel à ferenda ope, vel à ferendis spolijs. Quæ,) scilicet opima spolia, sic vocata, quòd opimus, id est, dux, detrahat ea aduersario opimo, id est, duci: quia dux iure optimo asui populi vocatur. Irritam,) id est vanam. Metatus sum,) id est difiniui. Dedico,) id est consecro. Nuncupauit,) id est enunciauit. Eo,) id est ad templum Iouis Feretrij. Vulgari,) id est communem fieri. Compotum,) id est qui detraxerant opima spolia.

Intra tot annos,) plusquam septingentos. Opima spolia,) quæ secunda obtulit Aulus Cornelius Cossus de occiso Tolumnio Larte, id est rege Tuscorum, vide infrà, eodem lib. 4. Et tertia opima spolia obtulit Marcellus, postea sexies consul in bello Gallico, occiso Viridomaro rege Gallorum. Vide in Epitoma Flori vigesima, nec plura sunt oblata opima spolia, quam tria, scilicet, à Romulo, à Cosso, à Marcello. Rara,) quia tribus tantum obuenit. Solitudinem,) quòd miles Romanus non esset in expeditione. Legio,) id est exercitus. Est autem legio propriè, exercitus cōscriptus ex meris ciuibus Romanis selectioribus. Palantes,) id est sparsos.

Fusi igitur.) Secunda victoria Romanorũ contra Antemnates: & Antemnæ secundum est oppidum quod Romani ceperunt. Oportet autē sic obseruare ex Liuio alijsque, incrementa Romani imperij, quæ oppida, quæ vrbes, qui populi, quæ prouinciæ, quæ terræ paulatim accesserint Romanis: & rursum decrementa eius, quæ paulatim defecerint ab illis, vt suprà dixi.

Coniunx,) id est Romuli. Ouantem,) Ouatio, propriè est solennis pompa victoris ducis, qua in vrbem equitabat albo equo ad templum vsq;, vbi victimas oues cædebat: vnde etiam ouationis nomen venit. Comitabatur eum exercitus victor, eratq; hæc solennitas propter minorem victoriam. Triumphus autem est solennior pompa propter maiorē victoriam, qua victor imperator curru magnifico, laurea coronatus, quatuor equis albis in vrbem vehebatur ad templum, vbi mactabat victimas boues, comitabatureq; eum exercitus victor, cum acclamatione læta scurrilibusq; iocis, & scommatibus, qualia iactari solet in Iambico carmine. vnde & nomen Triumphi venit a iambici libertate, quali milites ludebant in triumphantem imperatorem. Coalescere concordia,) Iuxta illud: Concordia paruæ res crescunt, discordia autem vel maximæ dilabuntur. Imperatum,) scilicet à Romulo. Inde contra.) Tertia victoria contra Crustuminos. Atque hæc tria prælia vel bella, pro vno sunt reputanda bello, & primum numeretur à Romanis gestum. Coloniæ missæ,) id est, Romanis ciuibus habitandæ, sunt datæ Antemnæ & Crustuminium, vt vna cum pristinis incolis eas colerent & habitarent. Darent nomina,) id est fine-

rent se conscribi in numerum ciuium Crustuminorum. Nouissimum,) id est, Bellum Sabinum, quod secundum Romani gesserunt contra Sabinos æquo Marte, quod repentè in pacem concordiamq; vertit. Nouissimum) propter raptas mulieres.

Iram aut cupiditatem) vt à Ceninensibus alijsq;. Sp. Tarpeius) proditionis exemplum iustè punitæ. Iuata illud. Proditionem quidem esse charam, sed proditorem prorsus odio habendum esse. Armatos,) id est Sabinos. Sacris,) id est ad sacra. Vide Ouidiom in primo Fastorum. Accepit,) scilicet Sabini. Proditori,) scilicet vlli. Armillas,) id est munimenta brachiorum. Habuerunt,) scilicet in sinistræ manus digito annulari, à quo medici dicunt venam quandam ire ad cor vsque: & ideo eum digitũ penultimum annulo ornandum, potius quàm alium. Pepigisse,) id est, pactum esse, vt sibi darent. Decreto,) id est de industria & ea composito, vt ea rursum Sabinos receptos proderet Romanis ipsis. Sua mercede,) id est, armis, brachij sinistri obrutam. Aequum,) id est, planiciem. Principes,) id est Romulus & Tatius. Ciebant,) id est mouebãt. Hostius Hostilius,) Auus hic fuit Tuli Hostilij, qui post Numam regnauit Romæ. Hic,) id est Hostilius. Animo,) id est fortitudine. Iniquo loco,) id est acliui ad arcem. Decidit,) scilicet in fugam.

Fusa,) id est dispersa. Iupiter tuis,) Votum Romuli ad Iouem, quem postea Statorem cognominauit, quod sisteret à fuga exercitum Romanum. Auibus,) id est auspicijs. Scelere,) id est proditione. Valle media,) id est campo, qui est inter Capitolinum & Palatinum in collem Arce,) id est, prohibe. Fœdam,) id est turpem. Siste,) id est prohibe.

Resistere,) id est à fuga. Ad primores,) scilicet in exitu. Erat,) scilicet Metius. Vicimus,) id est nos Sabini. Fauore,) id est, per acclamationem fauentium. Duorum montium,) i. id est Capitolini & Palatini. Tum Sabinæ) pietatis exemplum erga suos exhibitum à raptis mulieribus in maritos, parentes, cognatosq; suos, quæ in mediam aciem & prælij turbã prorumpentes, suis precibus & obtestationibus dirimere totum bellũ, pacemq; fecere inopinatam: quare etiam certi honores postea sunt muliebri sexui instituti Romæ à Romulo, vt infrà dicam.

Impetu,) id est in acies. Dirimere,) id est dirimebant. Infestas,) id est pugnantes. Hinc patres,) scilicet à Sabinis. Hinc viros,) scilicet à Romanis. Soceri,) scilicet Sabini. Generi,) id est, Romani. Parricidium,) id est cædes nõ solum parentum, sed etiam cognatorum. Partus,) id est liberos iam ex Romanis & se genitos. Si affinitatis,) μετάστασις, id translatio culpæ. Nos,) id est mulieres. Vestrum,) id est ex vobis. Viduæ,) scilicet maritis. Orbæ,) id est parentibus spoliatæ. Res,) id est mulierum commiseratio. Geminata,) id est duplex, aucta Sabinorum accessione.

Daretur,) id est indulgeretur. Apellati,) id est nominati sunt Romani. Quirites,) id est bellatores. A Curibus,) Cures, Curium pluralis numeri tantùm, primaria vrbs Sabinorum ab hastis cognominata. Nam quiris siggnificat hastam, inde quirites hastati vel bellatores sunt appellati: & mansit hoc cognomen Romanis ad Liuij tempora vsq;, vt & Quirites appellarentur. Hinc & Romulus Quirini cognomen sumpsit, tanquã fautor esset Sabinorum & suorum Quiritum præses. Equus Curtium,) Equus secundum Macrobium vocabulũ fuit priscis æquiuocum significans equum, & equitem illi insidentem, nobis non imitandum. Itaque,) Noua institutio Reipublicæ & vrbis Romanæ diuisio 10 tribus, in curias, & in centurias, de quibus infra in fine Rumuli. Populũ,) scilicet Romanum. Mulierum) scilicet raptarum, quas Dionysius scribit fuisse circiter sexcentas octoginta trea. Incerta est,) quos alij vocatos aiunt à luco Asyli. Centuria,) id est trecenti milites. Regibus,) .i. Romulo & Tatio. Post aliquot,) Cædes Tatij à Laurentibus facta: quanquam alij eum insidijs Romuli occisum ferunt. Annos,) quinque. Agerent,) scilicet contra propinquos Tatij.

Societatem regni,) Quia.

Nulla fides regni socijs, omnisq; potestas
Impatiens consortis erit.

Expiarentur,) id est, expurgarentur, quasi piaculo quondam. Et cum his,) Bellum Fidenare, quod tertium Romani cum Fidenatibus & Veientibus populis Romæ finitimis, gesserunt. Sic ergo Romulus tria bella confecit victor. Primum Ceninense, secundum Sabinum, tertium Fidenare.) His,) scilicet Lauinensibus. Opes,) scilicet Romanas. Occupant,) id est anteuertunt, præueniunt. Quod agri,) id est qui agri Versi,) Fidenates. Dilationem,) id est moram.

Exitum,) scilicet ad bellum. Mille passuum,) id est milliare Italicum. Quinque milliaria Italica faciunt vnum milliare Germanicum. Præsidio relicto.) Præsidium est multitudo militum tuendæ vrbis vel castris aliquo loco præfecta, cui præsideat contra vim subitam Subsidere,) id est clàm insidere. Obsita,) id est quæ circum creuerant. Obscuris,) id est impeditis. Exciuit,) id est prouocauit.

Propè,) aduerbium hoc loco. Id quod quærebant,) scilicet vt euocaret hostes, & est stratagema, & insigniter callidum militare factum. Simulanda,) scilicet, vt sic hostes temere sequerentur eos fugientes callidè & simulatè. Trepidante,) id est fugiente. Pedes,) pro pedites. Inde,) id est ex insidijs virgultorũ. Mota,) id est sublata. Simulantes,) scilicet fugam Romani. Irrumpi,) scilicet in oppidum suum, quod centum stadijs distat ab vrbe Roma. Vltimæ) id est iustæ. Robore,) id est per robur. Vicit,) scilicet Veientes. Veteranos miles,) id est qui multum temporis vsusq; & operæ impendit militiæ. hinc Veteranos exercitus, vocatur ex veteribus & probè exercitatis peritisque militibus conscriptus. Nulla parte,) id est nullo adhibito insidiarum consilio. Clade,) id est vastatione. Induciæ,) sunt feriæ belli, ita vt ab vtraque parte certa pax constet, quoad finitæ fuerint suo tempore. Hæc ferè,) Conclusio vel epilogus rerum gestarum, & vitæ Romuli Absonum,) id est dissimile. Diuinæ originis,) id est, quod sit ortus à Marte Diuinitatisq;,) id est, quod sit pro Deo habitus post mortem. Auito regno,) id est Albano. Ab illo,) id est Romulo. Datis,) scilicet vrbi Romæ Valuit,) scilicet vrbs. Deinde,) id est post mortem Romuli, sub Numa. Quam patribus,) quia popularior fuit paulo. Celeres,) à celeritate opis ferendæ in repentino periculo regis. His immortalibus,) De morte Romuli, & quomodo facta sit opinio relatum eum esse in deos. vide Ouid. in fine decimiquarti libri Metamorph. Dicitur autem mortuus quinquagesimoquinto ætatis suæ, & quadragesimo circiter regni sui anno.

Ad capræ paludem,) id est in Campania. Nec deinde,) periphrasis augustior, quàm si dixisset apertè, Romulum esse mortuum. Erat enim nimis tenue ac humile, Deo tribuere vocabulum mortis. Orbitate,) quod rege, tanquam parente, essent priuati.

Mœstum) id est mœstitia ortum, causa pro effectu. Initio,) scilicet & salutationis, vel inuocationis. Volẽs,) id est benignus. Sospiter,) id est saluam conseruet. Fuisse credo,) Variatio historiæ de morte Romuli, quem alij à senatoribus infensis occisum, alij tempestate obrutum, alij alia morte sublatum putant. Cæterùm in huiusmodi variationibus historiarum nihil opus est valde digladiari & asserere, verum satis est coniecturas sequi.

Grauis author.) Quia Iulius erat ex primarijs patricijs, & cognatus Romuli maternus. Romulus inquit,) Sermocinatio Romuli & Iulij. Quam tum,) sunt duę dictiones. Patrum interim.) Hactenus de rebus gestis vitãque Romuli Liuius scripsit, quantum satis fuit historico graui & copioso, plura apud Plutarchũ in Romulo, & apud Dionysium in primo & secundo libro inuenies. Græci enim historici more suo plurima effingunt iuxta falsa & vera. Restat tamen, vt breuem catalogum addamus legum atque institutorum, quibus Rempublicam Romanam stabilijt Romulus. Vocantur autem hæ leges Regiæ, vt à Rege latæ. Item vocantur Curiatæ, tanquam curijs Romanis datæ. Attingit autem Liuius circiter quindecim leges, vel instituta, quibus plura annumerantur, tamen ex obseruatione aliorum authorum.

LEGES ROMVLI.

PRima ergo lex est Romuli Regia. Non sine habitu augustiore, nec absque insignibus, regi vel magistratui prodeundum esse in publicum.

Secunda. Regem & magistratum in publico sine lictoribus vel apparitoribus non deberi conspici, qui mox ad imperata præsto sint, si quem rapere aut ponire vel admonere sui officij velint. nec licere cuiquam incedere inter regem & lictores, sed vbique loco cedendum esse magistratibus.

Tertia. Regem aut magistratum in loco insigniori sedere conuenit, in consessu publicò aut priuato.

Quarta. Non licere prætextatam regiam & honoratam vestem cuiquam gestare, præterquam ipsis magistratibus & patritiorum pueris impuberibus.

Quinta lex. Ex asylo instituto & aperto neminem licet abstrahere, cùm sit immunis locus. Hinc autem orta est immunitas locorum sacrorum & similium.

Sexta. Senatum esse publicum & commune ciuitatis consilium, atque in eum non nisi patritios legi debere

Septima lex. Nuptias non nisi solenni compreatione faciendas esse, vtpote quibus maritus & vxor conueniunt in societatem indiuiduam thori, sacrorum & bonorum.

Octaua lex. Vtile esse Reipublicæ, vt coloni Romani mittantur in oppida deuicta & capta, qui illa in fide manere cogant & officio, habeantq; coloni ius & munera ciuitatis Romanæ, & onera. De hac lege vel instituto Dio-

nysius

nysius rectißimè scribit in secundo. Fuit Romuli institutum, quo vti maximè Græcos oportuisset institutorum omnium, vt mea fert opinio, optimum, quod & firmæ libertatis initium Romanis fuit, & maximam præbuit eorum partem, quæ ad imperij amplitudinem conducunt: nempe, vt ne captas bello vrbes funditus euerterent, nec in seruitutem redigerent, nec prorsum securas, suiq; arbitrij esse permitterent, nec eorum agrum pascuum pecori relinquerent. Verum missis in eas colonis ex ciuibus aut socijs Romanis proportione aliqua regiones, colonias Romanorum facerent vrbes victas, atque eas etiam Reipublicæ ciuitatisq; Romanæ participes ex aliqua parte redderent. Hæc Dionysius. Dissimile autem paululum fuit ius municipiorum. Nam municipia, quæ sponte sua & non vi in Romanorum fidem ac societatem veniebant, meritusque eorum fauorem & officijs conciliabant, illis donabatur ius ciuitatis Romanæ: ita, vt municipes haberent ius & honores, non autem onera ciuium Romanorum. fuitque municipium conditio multo tolerabilior, quàm colonorum, licet propter maiestatem populi Romani, conditio colonorum fuerit honorabilior, vt Gellius alicubi differit.

Nona lex. Ius ciuitatis Romanæ nõ tantum socijs, sed & victis communicare licere, neq; eos tantum Romanos esse ciues, qui intra mœnia vrbis Romæ domicilia habeant: sed & eos vocari ciues Romanos, qui vel propè, vel longinque vbilibet terrarum agentes, donati sint iure ciuitatis Romanæ, vel nati sint ex ciuibus Romanis. Sic postea Antonius Pius Imperator sanxit omnes eos esse ciues Romanos, qui sub imperio Romano vterentur iure ciuili Romano.

Decima. Cùm sint triginta Curiæ institutæ, & postea quinque adiectæ, quemq; in sua Curia manere censerique oportet. Et quidem cùm sit difficile hanc rem discernere de numero tribuum & curiarum, tamen quatenus obseruare licet, duplex illarum fuit institutio. Prima sub Romulo. Secunda postea circiter sexcentesimum annum vrbis. Romulus quidem totum populum Romanum in tres diuisit tribus locales, distinctas loco, id est regionibus collibusq; vrbis: quibus deinde Seruius Tullius quartam addidit, ita vt quatuor essent tribus, id est quatuor partes populi, diuisi secundum locos, regiones & vicos vrbis: quarum hæc sunt nomina, teste Plinio in decimooctauo, capite tertio, Exquilina, Palatina, Collina & Suburrana. Nomina autem trium tribuum sub Romulo hęc fuerunt, Romanensis, Tatiensis, Lucerensis, teste Asconio, qui hæc tria nomina non ad Centurias equitũ, sed ad tribus ipsas refert. Quare suspicio est, aliquid in Liuiano exemplari deesse, aut variare saltem. Tres autem Romuli tribus sunt diuisę in curias triginta, vt vnaquęq; tribus cõtineret denas curias. Dictæ sunt verò curiæ, vel à Græco vocabulo κυρία, quod significat concionem, conuentum vel multitudinem hominum: vel à cura, quod penes eas esset ciuitatis cura & custodia. sicut & tribus appellatæ sunt à tribuendo, quod sumptus & pecuniam tribuerent ad tutelam Reipublicæ. Sic ergo tribus est quasi totum. Curia autem pars est quædam ipsius tribus, continentis denas curias. Deinde tribus discernuntur secundum locos, & vicos vrbis. Curiæ autem discernuntur sacris & cęremonijs sicut nostræ parochiæ. inde & Curio vocatur sacerdos ille, qui præest sacris ritibusq; suæ curiæ, qualem nos appellamus parochum. Et hæc est prima, vt dixi, diuisio populi in tribus, & tribuum in curias, quam verisimile est à Romulo vsque ad alteram & nouam institutionem perdurasse, nisi quod Seruius Tullius, sextus rex quartam addidit tribum localem. Verum altera institutio, circiter annum vrbis sexcentesimum, hæc est, quòd tribuum numero aucto, factæ sunt triginta quinq; tribus, sicut & triginta curiæ. Sic enim inquit Liuius in fragmento libri decimi de bello Macedonico. Mutarunt suffragia, regionatimq; generibus hominum causisq; & quæstibus tribus descripserunt censores M. Aemylius & M. Fuluius nobilior, Q. Fuluio & L. Manlio coss. Anno ab Vrbe condita 575. Qui locus Liuij est sanè notãdus de noua descriptione tribuum & curiarũ. Illo enim lustro planè credo eundem numerum tribuum & curiarum esse confectum, & tribus curiasq; pro eodem postea habitas. tametsi sua sacra curiæ retinuerunt. Tribus verò secundum regiones & censum sunt descriptæ. Et apud Asconium quoque & Valerium Maximum dicuntur modò tribus, modò curiæ aliquem damnasse vel absoluisse. Vnde apparet clarè tum easdem fuisse tribus & curias. Et hæc altera est institutio: vnde appellantur tributa & curiata comitia, de quibus aliàs dicam.

Vndecima. Peculiarem honorem mulieribus habendum censuit Romulus, cum cognominauit curias earum nominibus: & hoc quoque grauæ honorisq; mulieribus addidit, vt viri qualescunque, mulieribus obuij, loco cederent, quæ & ius haberent vehendi vehiculis in vrbe, præsertim causa sacrorum. Et hoc eis detulit propter beneficium inopinatæ pacis, & concordiæ inter Romanos Sabinosq; factæ.

Duodecima. Equites suis centurijs & decurijs contineri. Et quamuis centuria propriè sit multitudo centum hominum. decuria verò decem hominum, tamen longè plus hominum postea, Romana ciuitate aucta annumerari consueuit centurijs. Et hinc tertia populi Romani diuisio in tres ordines obseruatur: qui sunt, ordo patritius, ordo equestris, ordo plebeius tametsi ferè equites, alij patricij, alij plebei censebantur. Porrò & curiæ vel tribus quoq; sunt diuisæ in suas centurias: inde & centuriata comitia, & centuriata suffragia sunt appellata, de quibus aliàs. His tribus ordinib. postea accessit quartus, vocatus ordo forensis, & factio forensis, hominum ignobiliũ atq; hominũ ex plebe, pauperũ & diuitum quoq;, quos Græci ἀγοραίους, Latini circunforaneos vocant, quales sunt qui artes sellularias sordidasq;, & operas mercenarias locant, & exercent, suasq; merces foro obtrudunt, sordidi quæstus gratia. quales sunt item, qui cùm domi suæ nihil habent quod agant, subinde otiosi, rerum alienarum spectatores in foro, in publico, in triuijs obambulant. In hunc ordinem & libertini, & liberti postea sunt censi. De hac factione forensi & libertinis vide in fine libri noni ab Vrbe condita, & in Epito. 80. Cæterùm quintus ordo seruilis fex seruorum nun habuit ius ciuitatis.

Decimatertia lex. Hostes victos, quos omninò excindere nolis, neque etiam colonis occupare, tamen aliqua parte agri mulctandos esse, ne ita contumacia impunis prorsum abeat. Hoc enim ius belli iure gentium confirmatum constituit, quod hostibus erepta adiudicat illis, qui eripuerunt.

Decimaquarta. Inducias, hoc est, belli ferias securas vtrinque dari aliquando, & humanitatis & iuris gentium est, seruariq; bona fide oportet eas.

Decimaquinta lex. Licere magistratui ad tutelam sui corporis, non ad tyrannidem, neque ad concussiones exercendas, legere sibi satellitium quales hodieq; sunt aulici principum. Et hæ sunt quindecim leges vel instituta Romuli, quorum Liuius meminit, pertinentia pleraque ad ius ciuile publicum. Præterea Dionysius & Plutarchus circiter decẽ addidere, quas Curiatas vocant leges, quòd eas Romulus, curiarum suffragijs ad populum tulerit, & promulgarit de iure ciuili ferè priuato.

Decimasexta lex Romuli. Vt vxor quæ viro per sacras leges & conuentionem in manu coniuncta, Materfamilias sit facta, pecuniarum, sacrorum, bonorumque omnium mariti socia particepsq; sit. Sed concubina, id est, vxor non materfamilias, certis contenta sit muneribus & prærogatiuis.

Decimaseptima. Vt liberi filij filiæq; iuxta ex matrefamilias nati, hæredes sint ab intestato mortuo patri suo.

Decimaoctaua. Vt filius non emancipatus cum liberis suis, toto vitæ tempore, sit in potestate patris sui: vt liceat patri pro libito & iure filium castigare, verberare, operi rustico mancipare, exhæredare, atque etiam occidere. Sed in emancipatos liberos ac nepotes non idem iuris esse patri voluit. Matri verò neutiquam hoc iuris esse in liberos, quanuis naturalis amor & reuerentia huic quoque debeatur.

Decimanona. Patri licere filium suum, cum omnibus bonis eius vendere, famis aliusue necessitatis gratia.

Vigesima. Non licere viro vxorem repudiare, diuortiumq; facere cum ea, nisi in veneficio natorum, aut in adulterio, aut in clausum adulterationne deprehensa fuerit. Quod si aliter quis vxorem repudiasset, eius mariti bonorum partem vxori dandam, partem Cereri sacrandam, id est, deuouendam esse. Et hæc lex vim authoritatemq; obtinuit integram, ad quingentesimum circiter vrbis annum vsque, vt meminit Valerius lib. 2. cap. 1. Postea verò nihili ferè de causis diuortia & repudia libera fuere immodicè & impiè.

Vigesimaprima. Capitale esse muliebri vinum bibere: quod vt caueretur, ex instituto cognatis osculũ offerendum à mulieribus esse, vt si vinum bibissent mulieres, odore deprehenderentur. Meminit & Valerius dicto capite primo libri secundi.

Vigesimasecunda. Patritios plebeiorum suæ curiæ patronos esse, & vicissim plebeios patritiorum suæ curiæ clientes esse. Proditionisq; lege teneri, si patronus clientem, siue cliens patronum accuset priuata de causa, contràue testimonium dicat, vel suffragio premat, aut cum inimicis eius fœdus faciat. Et summoperè valuit hæc lex ad concordiam ciuitatis firmandã, tametsi non ita diu durauerit, translataq; sit ad libertos & patronos, vt coerceretur ingratitudo libertorum erga patronos.

Vigesimatertia lex est de fastis. Vt annus Romanus contineret decem menses, & Martius principium anni haberetur, mensisq; in Calendas, Nonas & Idus diorde-

retur,

retur, annosq; trecentos & quatuor dies haberet: de hac tamen mox infrà, in Numa Pompilio.

Vigesimaquarta. Sellularias artes & sordidas non licere ingenuis ciuibus exercere, sed eas solis seruis, libertinis atque aduenis permittendas esse: &, teste Dionysio, durauit diutissimè hæc lex, vt probro haberetur apud Romanos, exerceri illas artes à quoquam ciue, tametsi postea forensis factio humilium ciuium illas quoque inuasit, vt dixi.

Vigesimaquinta. Quatuor tantum artes vel studia Romanis ciuibus, ingenuis, nobilibus & patritijs conuenire, scilicet agriculturam, rem militarem, studium literarum, & picturam, quibus discendis ingenua Romanorum iuuentus, à primis annis statim adhiberi consueuit.

Atq; hæ sunt leges institutaq; sub imperio Romuli sancita, ad posterosq; deriuata. Quanuis curiolior aliquis multò plura ex historicis captare & coniectare posit: verum satis est hæc, tanquam semina vberrimi iuris ciuilis Romani, hoc loco deprehendere cognitaq; tenere. Reliqua ex insequentibus patebunt.

Patrum interim animos,) Hactenus de ijs, quæ Vrbem conditam antecesserũt, & de rebus vitaq; Romuli scripsit Liuius. Iam inde tertium sequitur caput, de interregno post mortem Romuli. Est autem interregnũ spatium temporis, quo vacat regnum suo rege, & interim extra ordinem ab alijs regitur, quàm ab aliquo rege. Atque hic est ambitionis exemplum. Patrum, id est Senatorum.

Certamen regni,) id est ambitio. Versabat,) id est commouebat, dubios reddebat. A singulis,) id est ab vno atq; altero tantum. Eminebat,) id est excellebat. Nedum peruenerant factiones, id est nondum orta erant dissidia. Factiones,) Optimatum: seditio vulgi: inimicitia priuatorum: belli hostium: quæ omnia vno nomine complectitur discordia.

Inter ordines,) scilicet Romanum & Sabinum. Societate,) id est iuris & societatis Romanæ, in quam erant recepti à Romulo.

Sui corporis,) id est ex suo ordine. Ab sua parte,) id est Sabinorum. Peregrinum,) id est Sabinum. Experta,) id est cognita. Adoriretur,) id est aggrederetur. Caput,) id est regem vel magistratum, quia anarchia, id est multitudo sine magistratu, semper fuit exitiabilis.

Inducebat in animũ,) id est volebat. Decem decurijs,) decuriam hic vocat ordinem decem Senatorum: cùm alias decuria significet Senatum in colonia vel municipio, & inde decuriones sunt Senatores in colonia vel municipio. Consociant,) id est comparant, componunt. Singulis,) id est denis. Imperitabant,) id est fungebantur vice regis. Vnus,) scilicet ex decem.

Per omnes,) id est Senatores. Interuallum regni,) id est interregnum. Fuit annuum,) id est durauit annum. Id,) interuallum.

Ab re,) .s. quod sit tempus vacans rege. Fremere,) id est fremebat. Pro vno,) .s. rege. Cùm sensissent,) Exemplum calidæ humanitatis & popularitatis. Moueri,) .s. à plebe. Ineunt gratiam,) ad plebem. Summa potestate,) scilicet creandi regis. Iussisset,) id est nominasset. Fierent,) .i. confirmarent. Rogandis,) .i. nominandis & ferendis. Ademptum vi,) quia plebs non eripit senatui per vim suum ius, neq; contrà Senatus vim facit plebi. Ineat suffragium,) id est nominet magistratum aliquem. Authores,) id est comprobatores. Comitiorum,) Comitia, sunt conuentus populi ad creandos magistratus, aut ferendas leges, aliáue negotia publica expedienda. Comitiũ in singulari, significat locũ conuentus, vel vbi cõuenitur. Tum interrex,) Interrex, qui tenet vicem regis mortui, vel absentis. Concione,) id est populo. Quod bonum, &c. formula comparandi. Ita,) .s. vt vos creatis.

Victi,) .s. à Senatoribus. Modò,) id est tantum. Sciceret,) id est decerneret. Sub hoc interregno tria instituta, vel tres leges sunt latę, quę in posterum quoq; valuerunt.

Prima lex. Vacante imperio vel magistratu, esse debere vnum vel plures interreges, qui summæ rerũ & imperio præsint, ne sit anarchia rebus publicis exitiosa semper.

Secunda lex. De iure & potestate populi atque Senatus, vt penes populum sit nominare regem vel magistratum per suffragia: sed penes Senatum sit authoritas recipiendi & approbandi nominatum regem vel magistratum. Hæc lex postea sub Cæsaribus, specie magis quàm re vera, valuit: quia Cæsares ipsi nominarunt & approbarunt magistratus.

Tertia lex. De interrege, cuius sit renuntiare & promulgare nominatum approbatumq;.

Inclyta,) De Numa Pompilio secundo rege Romanorum, qui post annuum interregnum à Romulo, regnauit annos quadragintaduos. Et sicut Romulus bella, remque militarem curauit peculiariter, magis ad bella quàm ad pacem natus: ita Numa pacem artesq; pacis tractauit, religionisq; curam habuit: & fuit quidem necessarium, ita temperari artibus pacis belliq; Rempub. Romanam. Orditur autem Liuius à descriptione personæ Numæ.

Curibus,) id est in oppido Sabinorũ. Consultissimus,) id est prudentissimus. Pythagoram,) id est Philosophum, cuius & Ouid. copiosè meminit in 15. Metamorph. eiusq; auditorem Numam fuisse fabulatur.

Authorem,) id est præceptorem. Edunt,) .i. scribunt. Iuuenũ æmulantium,) id est discipulorũ sectantium eius Pythagoræ philosophiam Italicam. Vide Laertium lib. 1. in principio. Olim duplex fuit philosophia. Altera Ionica, cuius author fuit Thales Milesius, qui primus docuit physica: hæc philosophia hodieq; durat. Altera Italica, cuius author fuit Pythagoras: sic dicta, quia in Italia Pythagoras eam docuit. Huius nihil extat, nisi præcepta vel dicta potius Pythagoræ. Ante Pythagorã & Thaletem, tantum fuerunt Poetæ, vates, & legumlatores. In vltima ora Italiæ) quæ vocabatur maior Græcia, & hodie est Calabria. Locis,) id est vrbibus prædictis. Fuisset,) scilicet Pythagoras. Linguæ commercio,) Quia Calabri, Græci, Sabini Latinè loquebantur. Vnus,) id est Numa solus.

Ingenio,) id est bona natura. Animum) scilicet Numæ. Peregrinis,) id est Græcis. Tetrica,) id est seuera. Tristi,) id est duriore. Nullum fuit incorruptius, &c.) Quia Sabini olim sunt adeò incorrupti religiosiq; habiti, vt cognomẽ tulerint à religione & pietate. Nam σέβειν religionum esse significat: inde dicti Sabini.

Numæ,) .s. quem regem populus nominauerat, & Senatus decreuerat. Inde,) id est ex Sabinorũ corpore. Suæ factionis,) suarum partium. Accitus,) .s. Numa. Augurato,) id est cum augurio & auspicijs, vt infrà dicam. Deos) id est deorum auspicia. Augure,) id est sacerdote, qui augurijs captandis præest. Deductus,) scilicet Numa.

Augur ad læuam,) Descriptio inaugurationis Numæ Pompilij. Aduncum,) id est curuum. Lituum,) id est virgam auguralem. Vide Gell. lib. 5. cap. 8. & Macrob. lib. 6. cap. 8. & Cicer. in 1. de Diuinatione.

Determinauit,) id est designauit, definiuit. Regiones,) id est tractũ cæli. Dextras partes,) cœli. Partes,) & hæc dextræ sinistræq; partis determinatio, ex arte augurali sumitur, nõ à causa naturali: quia secundum physicos, septentrio est dextra pars cœli, & meridies est sinistra pars cœli: sicut oriens est anterior, occidens posterior pars cœli. Et nostrũ hemisphærium est superior pars, sed Antipodum est inferior pars cœli. Totidem enim differentias habet cœlum & mundus. Contra,) id est è regione. Animo finiuit,) id est metatus est. Vt,) id est precor. De templo,) id est de loco, vbi augur cõtemplatus erat, & obseruauerat auspicia. Qui regno,) Descriptio regni Numæ, & quibus institutis Rempublicam ordinauerit atque stabiliuerit, vt infrà in catalogo dicam. Conditam,) scilicet à Romulo. Fecit,) id est extruxit. Ianum,) id est Iani templum. Argiletum,) qui locus erat in Vrbe, ab argilla vocatus, prope Palatinum collem: quanuis alij ab Argiuis Euandri comitibus vocatum putant. Vide de hoc Iano Ouid. 1. Fast. in principio.

Armis,) id est expeditione. Bis deinde post,) Templum Iani intra amplius septingentos annos, non nisi ter clausum est, significans vrbem Romanam non esse in armis, nec hostem habere ex professo vllum. Primo sub Numa Pompilio, annis quadraginta. Secundò post finitum primum bellum Punicum, vno tantum anno, circiter quingentesimum vrbis annum. Tertiò sub Octauio Augusto post bellum Actiacum contra Antonium, multis annis, circiter septingentesimum & vigesimum annum ab Vrbe condita.

Punicum,) id est Carthaginense. Iterum,) id est tertiò. Aetati,) id est pacatæ per Augustũ. Videremus,) .i. clausum Ianum. Post bellum Actiacum,) Vide Plutarchum in Antonio. Eo,) id est templo Iani. Iunxisset,) id est Romanis conciliasset. Externorum periculorum,) id est bellorum. Luxuriarent,) id est lasciuirent, iuxta illud:

Otium Catulle tibi molestum est.
Otio exultas nimiumq; gestis.
Otium reges, simul & beatas
Perdidit vrbes.

Et apud Iuuenal. in sexta Satyra:

Sæuior armis luxuria incubuit.

Luxuriare & luxuriari,) .i. nimio & immodico voluptatum vsu frui, & in libidinem declinare. Continuerat) scilicet à vitijs. Metum deorum,) .i. religionem. Inijciendum,) .s. populo. Qui,) .s. metus deorum. Commento,) id est figmento miraculi. Simulat sibi cum dea,) Simulamus ea quæ non sunt: Dissimulamus ea quæ sunt.

Congressus,) id est colloquia. Eius,) id est Aegeriæ. Ad cursum Lunæ, quæ motum suum conficit viginti & octo diebus, & aliquot horis: de quo infrà dicam plura in catalogo. Describit,) id est definit, determinat. Annũ,) Romanum, lunarem. Explet,) .s. cursu suo. Dies,) .s. duodecim & sex horæ. Intercalares,) id est iniectitios vel appositios, qualem

qualem hodieq; vocamus mensem bisextilem. Anno,) id est solari. Qui,) s. annus. Solstitiali orbe,) id est cursu solis, qui absoluitur trecentis sexaginta quinque diebus, & sex horis. Dies.) s. mensium Annorum,) solarium. De hac intercalatione copiose scribit Macrob. in 1. Satur. cap. 12. & sequentibus duobus. Nefastos,) id est irreligiosos vel ominosos. Fastos.) id est religiosos, de quibus infrà dicá. Agi,) scilicet à magistratu. Sacerdotibus creandis,) Sacerdos a sacris dandis. Dialem flaminem,) id est sacerdotem Iouis. Est enim flamē, sacerdos, sic vocatus, quasi filamen, eo quod capite gestaret filis circumuolutam & connexam mitram. Ipsos,) id e. reges. Desererentur,) id est intermitterentur. Regiæ vicis,) id est quæ pertinerent ad vicem, id est officium regis: quia apud veteres ijdem ferè erant reges & sacerdotes.

Assiduum,) id est qui nō abesset ab vrbe. Marti vnum,) id est flaminem Martialem. Quirino,) id est flaminē Quirinalem. Vestæ,) quæ dea, cùm significet vitam atq; curam vitæ, colebatur perpetuo igni: quo symbolo significatū est petere homines, vt ne deficiant operationes vitales, aliaq; ad vitam agendam necessaria & commoda. Nam *Vida* conuiuio excipere, & cibum præbere significat.

Alba,) id est quod Aeneas & A[illegible] ex Troia translatum instituerant Albæ, vt sæpe Vergilius meminit in secundo & tertio Aeneidos.

Conditori gentis,) id est Aeneæ vel Romulo. s. propter matrem Romuli, quæ fuit virgo Vestalis in Alba, vt suprà. Antistites,) id est sacerdote[s]. Stipendium,) id est redditus de publico. Sanctas,) id est non violandas. Salios,) id est sacerdotes saltatores.

Gradiuo,) id est gestatori. Aeneum tegomen) id est thoracem. Ancilia,) id est scuta rotunda & conuexa. tale autem ancile, sub Numa, cum esset cælo delapsum, miraculoq; terrerentur homines, responsum est à Vatibus, illic fore summū imperium, vbi asseruaretur hoc ancile. itaq; ne furari quis posset, duodecim ancilia fieri curauit Numa, vt multitudine eriperetur furi discrimen.

Tripu[dia] [illegible] choreis. Tripudium dicitur terræ pauium: quia pauire est pauire, hoc est, ferire & quatere. Pōtificem,) id est summum sacerdotem Martium,) cui suam quoq; filiam vxorem dedit, ex quo matrimonio natus est Ancus Martius, postea quartus rex Romanorum. Exscripta,) s. in libros. Scita,) id est decreta. [illegible],) i. summus pontifex, ad quem referrentur controuersiæ de cæremonijs & sacris rebus. Quo,) id est ad quem. Manes,) id est deos inferos, mortuorumq; animas. Missa,) id est ostensa.

Curarentur,) id est procurarentur, expiarētur, vt mala ab illis significata auerterēt. Et,) i. prodigia & videnda & interpretanda. Ea elicienda,) Elicio, ab eliciendis, id est euocandis, inquirendis, & iudicandis prodigijs.

Et mentibus diuinis,) id est secundum voluntatē deorum exquirendam. Quæ,) id est prodigia, vel potius negotia. Augurijs,) id est secundum auspicia. Hæc,) i. sacra. Hactenus enim Liuius enumerauit instituta & leges, à Numa latas de iure publico sacrorum & sacerdotum. Cōsultanda,) i. inquirenda. Procuranda,) id est peragenda. Aliquid agendo,) id est vt non otio torperent: quia homines nihil agendo, discunt mala agere. Et armis,) id est partim. Interesse rebus humanis,) id est curare res hominū deos, quod tamen Epicurei ne[gant]. Stoici verò asserunt. Imbuerat,) id est instituerat. Proximo legum,) Alij propulso legum. Quasi sponte sua tum Romani, sine metu legum & pœnarum iuste fecerint, iuxta illud.

Oderunt peccare boni virtutis amore, Contrà verò:
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Sed de proximo metu sic intelligo, quòd illi qui fidē & iusiurandum nollent seruare sponte, tamen metu pœnarum cogerentur ea seruare, vel pœnas luerent perfidiæ & contumaciæ suæ.

Omnes vel homines,) id est Romani. Regis,) s. Numæ. Vnici,) id est singularis, iuxta illud:

Regis ad exemplum totus componitur orbis.
Et Qualis magistratus, talis populus. Vrbem,) id est pacificam. Medio,) id est vicinitate. Sollicitandam,) perturbandam. Omnium,) s. vicinorum. Nefas esse,) id est impium esse. Lucus erat,) Vide Ouid. in decimoquinto Metamor. Quo,) id est in quo specu. Arbitris,) id est in comitibus.

Concilia) id est conuenticula. Solenne) id est sacrum & templum. Sacrarium) i. templū. Curru arcuato) i. tecto.

Bigis,) i. duobus equis. Rem diuinam facere,) i. sacrificare. Tutandam,) i. tenendam, seruandam. Sedem,) id est symbolum, signum. Loca,) i. templa. Argeos,) s. ab Argis, quòd ferè sacra pleraq; sint accepta ab Argiuis, id est à Græcis in Italia, qui Græci plurimas colonias per totam Italiam condiderunt. Tute[l]a,) id est [illegible] conclusio rerum gestarum à Romulo & Numa. Ita,) id est in hunc modum similitudinis adu[er]biu[m]. Deinceps,) id est sine interuallo. Duo reges) id est Romulus & Numa. Ille,) id est Romulus. Hic,) id est Numa.

Sicut antea ad finem Romuli, Catalogum posui institutorum atque legum, quas Romulus de iure publico ac priuato ferè constituisse fertur, ita in hunc quoq; locum post finem Numæ, libet catalogum subnectere institutorum atque legum, quas Numa Pompilius secundus rex, pleraſq; de iure publico, pontificio, & aliquot de iure priuato ciuili tulit, vt ita primos fontes quasi iuris Romani, pontificij & iuris ciuilis videamus, vnde reliquæ leges paulatim fluxere. Vt enim, propter contumacias litem serit, sic propter calumnias & malos mores, lex legem parit. Obseruare ergo ex hac descriptione Numæ Liuiana licet, circiter tres & viginti leges vel instituta, quarum pleræque, tametsi de superstitionibus prophanis & ridiculis loquuntur (vtpote de stultis sacris gentiliū) tamen oportet earum notitiam tenere illum, qui nihil noluit in reliqua Liuiana aut Romana historia intelligere.

LEGES NVMÆ POMPILII II.

PRIMVM itaque institutum vel prima lex Numæ, est de inaugurando rege, & consecrādo eo per certas ceremonias. sicut apud Hebræos & nostra quoque ætate, reges cum bonis comprecationibus inunguntur & consecrantur, vt ita prosperis initijs deóque propitio regnum capessant. Hæc lex postea sub Consulibus paululum variauit, qui Calendis Ianuarij, vtpote primo die sui magistratus, in Capitolio quotannis comprecabantur & sacrificabant.

Secunda lex. De Auguribus, nemini licere regem inaugurare, neque loca sacra consecrare, vel exaugurare, prætorquam auguri præsidi auspiciorum.

Tertia lex. De Iani templo pacis tempore claudendo, sed belli tempore aperiendo, vt sic diu noctuque precari possent Ianum, vt bellū auerteret. Huius meminit etiam Virgil. in fine septimi.

Quarta lex. Religionibus & cæremonijs feroces animos vulgi & hominum esse illigandos, alioqui non posse eos in officio retineri, nisi deorum metu: vnde & Liuius infrà alicubi dicit, Præstat esse superstitiones & prauas religiones, quam omninò nullas.

Quinta lex. Annum diuidi in menses duodecim, ad cursum Lunæ, Græcorū imitatione, hoc modo, quod Numa decem mensibus Romuli præposuit Ianuarium habentem vigintinouem dies, & Februarium continentem vigintiocto dies. Sed Martius, Maius, Quintilis, October continerent dies tricenos singulos. Reliqui sex menses continerent tantum vigintinouenos dies: quæ summa mensium & dierum cōficit trecentos quinquagintaquinque dies, quibus constitit annus Romanus, à Numa in Iulium Cæsarem vsque. Tametsi annus Græcus trecentos quinquaginta quatuor dies contineret: sicut & hodie annus lunaris & Iudaicus. Qui vocatur annus lunaris, quia luna cōficit cursum suum aliquando minus triginta diebus, quæ summa duodecies multiplicata, ipsum numerum conficit dierum trecentorū quinquagintaquatuor. Quia verò consultius videbatur ad cursum solis metiri annum, & lunari anno deerant vndecim dies & sex horæ, ideò octauo quoq; anno ad finem mensis Februarij, dies nonaginta circiter intercalabant Græci, id est, extra ordinem addebant, & interponebant tres menses intercalares, qui continerent tricenos dies. Et ita octauo quoque anno, menses lunares & anni lunares bellè quadrabant ad cursum metamq; solis, vt apparet computanti. Atque etiam Romani primo secundóque octonario annorum, intercalabant illos nonagenos dies, hoc est, ternos menses. Sed in tertio octonario annorum, hoc est, vt Liuius ait, vigesimoquarto quoque anno, intercalabant nō quidem nonaginta dies, sed tantum sexagintasex dies, id est paulo plus duos menses: quia compensabant illum quinquagesimumquintū diem, quo Romanus annus superat Græcum. Demptis enim vigintiquatuor diebus ex nonaginta, remanent sexagintasex. Cæterùm Iulius Cæsar videns errorem & controuersias inextricabiles, annum Romanum sic ordinauit, vt Ianuarius, Sextilis, December contineret dies triginta & vnum. Februarius vigintiocto sed Aprilis, Iunius, September, Nouember continerent dies triginta. Et Martius, Maius, Quintilis, October, seruarent pristinum numerum triginta & vnum dies. quæ summa mensium & dierum continet trecentos sexagintaquinque dies, quibus sol cursum suum conficit. Verum quia sex horæ desunt isti numero, quibus cursus solis istos dies superat, ideo quarto quoque anno incipiente, vnus dies ad sextū Calendas Martij, nobis est festus diuo Matthiæ Apostolo, intercalatur, id est interponitur, vt ille quartus annus bisextilis vocetur: quia tum oportet bis dicere sexto Calendas Martij, propter vnum diem intercalarem additum. Veruntamen superest error paruus in hoc quoque Iuliano anno talis, quod intra trigintasex annos

annos elapsos à morte Iulij Cæsaris vsque ad tricesimum septimum annū imperij Cæsaris Octauij, intercalati sunt dies duodecim, cùm debuerint nouem tantum intercalari: quia sex horæ sunt quadrans & non triens vnius diei Romani & naturalis. Itaque huoc errorem videns Octauius Augustus, correxit, ita vt non incipiente, sed exacto & finito quarto quoque anno, hoc est, incipiente quinto quoque anno, vnus dies bissextilis intercalaretur. Atque hunc morem Carolus Magnus rex Francorum, & primus ex Germanis imperator Augustus, ad Germanos transtulit & Gallos, vt hodieque perduret: nihilominus tamen Mathematicæ periti aliquot deesse minuta censent huic quoque Augustano anno: quem defectum corrigere voluit Ioannes de monte Regio, Mathematicus peritissimus, ex Germania Romam vocatus à Pontifice, sed morte occupatus, non potuit cœptum absoluere. Ex quidam apparet iste error ex consequente. Nam Ouid. in 3. Fastorum scribit, æquinoctium vernum suo tempore existere ad octauum Calendas Aprilis, quod æquinoctium hodie nostri Mathematici variantes quatuordecim diebus, reponunt in sextum Idus Martij. Similiter apparet variatio in solstitio æstiuo, & in reliquis duobus anni quadrantibus. Atque hæc de anno Romano, deque intercalatione efficiant. plura vide apud Macrobium libro primo Saturnalium de anno Romuli, capite duodecimo, de anno Numæ, capite decimotertio: de anno Cæsarū, capite decimoquarto.

Sexta lex. Discrimina dierum esse tenenda: quia sunt aut festi, quibus aguntur sacrificia, epulæ, ludi, feriæ: aut profesti, quibus annumerantur dies fasti, cùm licet exercere lites & causas forenses & ius dicere. Dies comitiales, cùm licet agere cum populo. Dies Comperendini, cum licet dare vadimonium. Dies stati, cum licet ius dicere peregrinis. Dies prælitares, cum fas est res repetere, vel hostem prouocare ad prælium indictum ab inferentibus bellum. Aut sunt dies intercisi, id est, partim festi, partim profesti. Reliqua de dierum discrimine, vide apud Macrobium in primo Saturnaliū, capite decimoquinto & sexto, vbi etiam de Calēd. Nonis, & Idibus, à Romulo institutis, exponit. Nefastos autem dies, quæ est quarta species dierum, vocant Latini, non solum quibus non fas est ius dicere, sed generaliter ominosos, infaustos, & quasi abominabiles, quibus nihil prosperè succedat, priuatim aut publice in humanis aut diuinis negotijs, quos alioqui religiosos vocant dies.

Septima lex. Sacerdotes atque sacerdotia certo ordine distribui & discerni, vt ritè fiant sacra & religiones curentur, non à prophanis hominibus, sed à sacerdotibus. Instituit autem Numa septem genera sacerdotum. Primò Curiones, qui in sua curia sacris præessent, veluti nostrates parochi, vt suprà dixi in catalogo Romuli. Secundo Flamines, qui præerant peculiariter sacris curandis, vt Flamen Dialis, id est Iouialis, & Flamen Martialis & Quirinalis. Tertio augures, id est diuinatores, qui ex auiū garritu, volatu, motu, qui ex inspectione viscerum, ex prodigijs alijsque signis futura prædicebant. De qua professione, hoc est, de diuinatione Cicero duob. libris perscribit. Quartò Vestales virgines, perpetuæ virginitate obstrictæ, adeò, vt si qua violari se esset passa, viua defoderetur: aut si neglectè sacra curasset, virgis à Pontifice cæderetur. Quintò Salij sacerdotes Martis. Sextò Feciales, qui rebus repetendis ab hoste, qui bello indicendo, qui induciis pacique faciendæ præessent. Vnde & à facere dicti sunt Feciales, vel à fœdere. Septimò Pontifices, id est, præfecti sacrorum & religionum: dicti sic, quòd possent facere sacra, & curare cæremonias ritusque sacros.

Octaua lex Numæ, de rege sacrorum, qui absentiæ regis vice fungeretur in regijs sacris curandis, quibus alioqui peculiariter rex præerat curandis.

Nona lex. Vt virgines Vestales perpetuum ignem fouerent, & supremam authoritatem haberent in Vrbe.

Decima lex. Vt Salij asseruarent ancilia, & certo tempore saltantes circumgestarent in Vrbe.

Vndecima. Vt pontifex, tanquam summus sacerdos, præesset omnibus sacris & sacerdotibus. Vnde & ius pontificium habet originem, quod de sacris, de ritibus, de dignitate & immunitate sacerdotum statuit.

Duodecima. Vt patrij ritus cæremoniarū sacrorúmque seruentur ritè.

Decimatertia. Vt peregrini ritus exteræque & nouæ cæremoniæ, sine authoritate pontificis non recipiantur.

Decimaquarta. Vt prodigia, hoc est, signa & ostenta, & monstra, aliaque mirabilia signa obseruentur, procurentur, expientur, vt ira diuina placetur: quia ferè significent imminētia mala. Huius exempla apud Liuium sunt innumera.

Decimaquinta. Vt Auguria, auspicia, aliæque diuinationis formæ obseruentur. Nihil enim veteres, neque priuatim, neque publice incipiebant vel agebant sine obseruata diuinatione, qua neglecta putabant omnia esse inauspicata, ominosa & infelicia.

Decimasexta. Fidem datam priuatim publicéque seruandam esse, quod est honestissimum vinculum societatis humanæ, & omnis iuris fundamentum. Siquidem & nomen habet fides à fiendo, quòd fieri debeant quæ fideliter promittuntur. Contrà verò perfidia & infidelitas nō abiret impunè, sed infamia aliisque pœnis coërceretur.

Decimaseptima. Iuramentum esse seruandum, si modò de re possibili & licita sit præstitum.

Decimaoctaua. Coërcitionem perfidiæ & periurij aliorumque criminum certis pœnis fieri. Quanuis enim lex naturæ dictat neminem esse lædendum, tamen, quia non possunt non esse scelerati in tanta multitudine confusioneque hominum, pœnis coërceri necesse est criminosos, vt humana societas seruetur. Præstat enim pauciores lædi malos, vt plures tuti seruentur.

Decimanona. Vt fundi & possessiones certis suisque finibus describantur, & limitibus terminentur, quos limites si quis dimoueat, eum pro fure & grassatore habendū, puniendumque esse.

Vigesima. Vt mulier partum duodecimo mense aut vltrà quoque editum, legitimè peperisse credatur. Huius meminit Gellius in lib. 3. cap. 16. mulierem ferre vterum in decimumtertium vsque mensem.

Vigesimaprima. Homicidium capite puniendum, & cædem ciuis, pro parricidio habendam.

Vigesimasecunda. Filium maritum à patre suo nō esse vendendum, neque pignori dandum. Vide suprà in catalogo Romuli, de iure patriæ potestatis in liberos.

Vigesimatertia. Argeos, hoc est, loca sacra & dedicata dijs, suam habere immunitatem ac religionem, & semel deo consecrata, non posse iure transferri ad vsus prophanos & priuatos. Omnia enim sacra esse publica, nulliusque dominio subiecta priuatim.

Atque hæ fere sunt leges institutáque Numæ Pompilij secundi regis, vt Liuius aliique Historici indicant. Reliqua de Numa à Plutarcho require, qui descripsit omnem vitam eius.

DE TVLLO HOSTILIO III. REGE ROMANORVM.

De tertio rege Romanorum Tullo Hostilio, qui inquietus & bellicosus cognatas finitimasqúe vrbes, partim ad fœdera coëgit, partim Romano imperio adiecit, multasque colonias deduxit.

Interregnum,) id est vacationē imperij, de qua suprà. Iussit,) id est nominauit & elegit. Infima arce,) Vide suprà in Romulo. Patres,) id est Senatores. Facti authores,) id est, approbarunt & confirmarunt regem Hostilium. Hic non,) Breuis notatio morum Hostilij χαρακτηρισμός.

Aetas,) scilicet iuuenilis. Auita gloria,) id est, aui sui Hostij Hostilij, qui mortem pro patria occubuerat. Senescere,) id est, otio quasi & ignominia torpescere, viresqúe amittere, sicut corpus senile debilitatur. Materiam,) id est causam. Fortè euenit.) Quartum bellum quod Romani gesserunt cum suis cognatis Albanis, cui ferocia & calliditas Hostilij dedit causam. Agrestes Romani,) id est agricolæ.

Inuicem,) id est inter sese. Ad res,) scilicet ereptas. Suis) scilicet legatis. Prius quàm mandata,) scilicet de rebus repetendis. Satis,) id est certo. Negaturum,) scilicet res reddere. Piè,) id est ritè. Excepti,) scilicet Albani legati. Comiter,) id est humaniter. Tantisper,) id est intra tantum tempus, vel interim. Negenti,) scilicet res reddere. Legatis,) scilicet Romanis. Purgando, id est excusando. quia sic comiter accepti, & tractati à Tullo adulabantur ei præter dignitatem sui officij, suæque vrbis. quia turpiter, propter ius priuatum hospitij cum Tullo initum, negligebant & derogabant iuri publico legationis sibi commisso à suis: atqui ius priuatum longè cedere & postponi debet cuilibet iuri publico, pertinenti ad magistratus, & ad totum commune ciuitatis vel imperij. Imperio,) scilicet suorum Albanorum.

Regi vestro,) scilicet Cluilio. Regem Romanum,) id est Tullum ἑτέρως personæ, pro ego Tullus rex, &c.

In eum,) scilicet Albanum populum, authorem belli, qui prior negauerit reddere res. Expetant,) scilicet Dij. In,) Id est contra.

Ciuili simillimum,) Amplificatio indignitatis in hoc bello, a comparatione personarum: & contra diminutio eiusdem, à coniectura consequentis euentus. Parentes,) id est Albanos.

Natos,) id est Romanos. Troianam prolem,) id est posteritatem Aeneæ Troiani. Lauinium,) id est oppidum Aeneæ, vt suprà. Alba,) id est vrbs Ascanij. Modò,) id est tantummodo.

Alterius

Alterius vrbis,) scilicet Albæ. In vnum,) scilicet corpus Reipublicæ. Quinque millia passuum,) id est miliare Germanicum. Cum re,) 16. F. id est fossa. Dictatorem,) id est supremum magistratum, cuius erat dictare, prescribere & præcipere quiduis.

Regis,) scilicet Ciuilij. Ipso capite,) scilicet Ciuilij.

Magnum numen,) id est magnam potentiam. Nomen,) id est populum. Ab statiuis,) scilicet castris. Dimicent,) id est prælientur. Congressus,) id est collocutus sit. Educit,) id est exercitum instruit in aciem, & ordinem suum præliare.

Iouit,) id est loqui incipit. Albanus,) id est Metius. Videor,) id est puto.

Perperàm,) id est malè. Iniurius & non.) Narratione captat beneuolentiam. Illud te Tulle.) Propositio, & eius confirmatio, ab vtili & necessario. Hetrusca res,) id est imperium.

Teque,) scilicet circa Romanos. Illi,) scilicet Hetrusci. Mari,) Quia illo tempore Hetrusci tenuerunt imperium ad mare superum Adriaticum, atque ad inferum Mediterraneum. Pollent,) id est valent. Aggrediuntur,) scilicet Hetrusci. Confectos,) id est viribus consumptos. Seruitiique aleam,) Alea, est omnis ludus lucrosus: ab alio dicitur, quod huic iam faueat, alij est aliena. Imus in aleam,) id est fortunæ committimus. Viam,) id est rationem. Decerni,) id est liquere.

Indole,) id est natura. Indoles ab indolendo, significat naturam ipsam, & significationem naturæ.

Tergemini fratres,) hoc est, tres in exercitu Romano, & tres in exercitu Albano. Horatios,) id est Romanos.

Curiatios,) id est Albanos. Ciues,) scilicet tres. Cum bona pace,) id est non cum crudelitate. Fœdera alia.) Digressio in descriptionem fœderis icti certo ritu & cærimonijs.

Legibus,) id est conditionibus, quia causæ fœderum variant. Eodem modo,) id est ritu & cærimonia Factum,) scilicet fœdus. Fœcialis,) scilicet Sacerdos præfectus fœderi faciendo. Patre patrato,) Numa Pompilius, vt suprà dixi, instituit Fœciales sacerdotes, præfectos fœderibus faciendis, & internuntios pacis bellique, hisque ius dedit creandi patrem patratum, hoc est summum fœderis præfectum, sic vocatũ à patrando, id est faciendo & absoluendo fœdere, quia patrare est efficere, vt patrare cædem, patrare nephas, apud veteres.

Sagmina,) id est sacras herbas.

Inquit,) scilicet Fœcialis. Puram,) 16. E. id est herbam sacram. Graminis herbam,) id est Sagmina, sic appellata, quasi sancta. Regium nuntium,) id est fœcialem. Vasa,) id est supellectilem. Facio te,) scilicet nuntium regium.

Fecit,) id est creauit. Verbena,) id est cum sagminibus. Effata,) id est pronuntiata. antiquo participio in antiqua historia vsus est. Legibus,) verba fœderis. Populus Albanus: nominatiui casus est, non vocatiui. Populus Albanus, scilicet qui es populus Albanus. Et vulgaris est hæc constructio apud Græcos & Latinos, vt Domine dominus noster. Illa,) scilicet pacta, & fœderis conditiones. Cera,) id est cerata tabula.

Vti,) id est vt. Ea,) scilicet pacta. Legibus,) id est conditionibus fœderis. Publico,) scilicet non priuato. Nam priuatorum pacta nihil derogare possunt publico iuri.

Ferito,) id est ponito vel obrue & tange fulminibus. Magis,) id est potentius. Dixit,) .s. Fœcialis.

Percussit,) inde etiam fœdus appellatum dicunt à feriendo porco, vel quod Iupiter ferire debeat transgressorem fœderis.

Sacerdotes,) scilicet Fœciales. Fœdere icto,) Hypotyposis, id est descriptio singularis certaminis tergeminatorum fratrum, quo Romanis obtigit victoria, fortunæ beneficio.

Deos patrios,) id est penates. Feroces,) scilicet tergemini. Consederunt,) Sido, significat ad locum moueo, vt auis sidit, nondum sedet. Periculi,) .s. cædium. Pauorum,) scilicet trium parium. Signum,) .s. pugnæ. Terni,) id est tres ex vtraque parte.

His,) scilicet Romanis. Illis,) scilicet Albanis.

Micantes,) id est splendentes. Neutro,) id est in neutram partem. Torpebat,) id est premebatur præ expectatione.

Anceps,) scilicet ab vtraque parte. Cura,) .s. seruitij. Spes,) scilicet victoriæ. Vnius,) .s. Horatij.

Is,) scilicet Horatius. Integer,) id est non vulneratus. Vniuersis,) scilicet tribus coniunctim. Affectum,) id est debilitatum.

Redit,) id est resilijt. Victor,) scilicet vnius. Solet,) scilicet fieri. Alterum,) 18. G. scilicet Horatium. Alter,) scilicet Curiatios. Victus,) scilicet etiam priuato dolore & luctu.

Manibus,) id est inferis dedi one. Tertium,) scilicet te. Propius,) id est magis. Ditionis alienæ,) Ditio à dicendo: quia imperium ius dicit in inferiorem. Duo Romana,) id est duorum Horatiorum. Imperaret,) scilicet Albanis victis. Horatius ibat,) Tragicus euentus victoriæ Horatij, qui sororem suam occidit, & iudicium capitale subiens, tamen data venia absolutus est. Paludamento) id est vestitu militari.

Soluit crines,) Fuit signum luctus. Appellat,) id est inuocat. Mouet,) id est perturbat.

Comploratio sororis,) quæ sibi gratulari deberet victoriam & vitam. Immaturo,) id est intempestiuo.

Eat,) id est pereat, & est noema obiurgatorium. Raptus in ius,) id est accusatus est parricidij. Legitúrque hoc iudicium, primum capitale de parricidio fuisse in vrbe Romana.

Ingrati,) id est inaccepti. Iudicium,) scilicet crimen parricidij. Duumuiros,) id est iudices capitales. Facio,) id est creo. Perduellionem,) scilicet quòd contra Rempublicam fecerit cædem, & puniuerit sororem vindicta priuata, quæ soror à magistratu debuerat puniri. Sic ergo nõ solum parricidium, sed & perduellionem, id est crimen læsæ maiestatis admisit Horatius. Perduellionis,) id est crimine læsæ maiestatis & seditionis. sic perduellis est, qui vel maiestatem læsit, vel seditiosus prouocarit, id est appellarit ad populum. Certato,) id est certet.

Vincent,) scilicet duumuiri. Obnubito,) id est tegito. Intra pomœrium,) id est intra vrbem.

Rebantur,) id est putabant. Indico tibi,) id est impingo tibi crimen maiestatis & seditionis, & ingero tibi crimen capitale. Clemente,) id est æquo. Prouoco,) id est appello à Duumuiris ad populum. Iure patrio,) id est ex patria potestate in liberos, quorum vitæ necisque arbitrium fuit penes patrem, vt suprà in legibus Romuli dixi. Animaduersurum,) id est supplicium capitale sumpturum. Cum egregia stirpe,) scilicet quatuor liberorum.

Inter hæc.) Sermocinatio pathetica patris pro filio, qua commiseratio mouetur à circunstantibus. Pila,) id est columna Horatij lapidea in foro, super quam tergeminorum spolia erant dedicata. Decoratum,) 19. B scilicet spolijs. Quantemque victoria,) .s. pro patria. Furca,) id est cruce. Albanorum oculi,) Comparatio.

I lictor,) permissiones amarulentæ & ironiæ negatiuæ. Manus,) .s. Horatij filij mei. Obnube,) id est obtege. Vindicent,) id est asserant. Ipsius,) scilicet Horatij.

Lueretur,) id est expiaretur. Piaculo,) id est sacro vel ritu vel piaculari, quo luitur & placatur quasi crimen. Et piaculum est cærimonia, qua satisfit pro crimine admisso. Inde expiare, est satisfacere certo ritu pro crimine admisso. Is,) .s. pater. Tigillo,) id est trabe. Adoperto,) id est tecto. Iugum,) id est furcam.

Sororium tigillum,) id est furcam, hoc est trabẽ transuersam, impositam duabus trabibus erectis instar patibuli: inde sub iugum mittere fuit olim militaris ignominia. Tigillum, est diminutiuum à tigno, in plurali tigni vel tigna. inde contignatio. Icta,) id est interfecta.

Nec diu,) Quintum bellum quod Romani gesserunt cum Fidenatibus. Erat autem id oppidum situm quadraginta stadijs ab Vrbe, cuius belli causam dedit perfidia Metij, & populi Albani inconstantia. Vulgi,) .s. Albani.

Tribus militibus,) scilicet Curiatijs. Vanum) dictum, quasi valde inane. Cœpit,) scilicet dictator. Prauis,) .s. consilijs.

Popularium,) Noema est sententiosum scomma. Ex edicto,) scilicet publico ritu belli indicendi. Suis,) .s. Albanis. Societatis,) id est confœderationis. Colonia Romana,) .s. à Romulo deducta post tertium bellum.

Anio anienis,) irregulare nomen. Transitionis,) id est defectionis. Confluentis: scilicet vbi Anio fluuius influit Tyberim. Cornu,) id est latus in exercitu.

Animi,) id est fortitudinis, roboris. Erigit,) id est sistit otiosam. Explicat ordines,) id est aciem collocat in alios ordines. Rem,) id est victoriam. Esse,) id est erat.

Latera sua,) id est cornua. Trepida,) id est periculosa, Salios,) id est sacerdotes Martios.

Pallori ac Pauori,) Sic enim veterum superstitio non solum dijs prophanis, sed etiam affectibus alijsque rebus vanis exhibuit diuinos honores. Circumduci,) scilicet sub montes. Est stratagema, hoc est, callidum consilium factumque vafrum Tulli imperatoris. Id factum,) scilicet quod erigerent hastas.

Ad hostes,) scilicet Veientes. Cornu,) 22. G. id est latere. Effusa,) id est sparsa. Tum Albanus exercitus,) De fœdo quidem, sed merito supplicio Metij, perfidi ducis, cuius & meminit Vergil. in octauo, dicens:

Raptabatque viri mendacis viscera Tullus.

Lustrare,) .s. quo expiaret exercitum cæde, quasi contaminatum externa.

Exciuere,) id est conuocauerunt. Circumdatur,) scilicet Al-

cet Al-

cet Albanis. Centurionibus, id est præfectis centuriarum. Infit,) id est loqui incipit. Romani si.) Propositio.

Maior ac periculosior,) quia facilius est cauere apertum hostem, quàm clandestinum & insidiosum. Auertetur,) scilicet metu. Circumueniri,) scilicet Albanis.

Nec ea culpa,) Translatio culpæ ab Albanis in Metiū. Documentum,) id est exemplum. Quod bonum,) Antiqua benè precandi formula plebi.

Duos populos,) scilicet Lauinienses & Albanos, vt suprà de Ascanio dixi. Septa,) id est circumdata. Si ipse discere,) Noema sententiosum contra Metium, deploratæ perfidiæ hominem.

Ingenium,) scilicet perfidum. Supplicio,) scilicet exemplo tuo. Ea,) scilicet fidem & fœdera. Sancta,) id est non violanda. Ancipitem,) id est dubium.

Exinde,) Vergilius octauo Aeneidos hoc spectaculum fœdum sic describit:

Haud procul inde citæ Metium in diuersa quadrigæ
Distulerant. (At tu dictis Albane maneres.)
Raptabatq́ viri mendacis viscera Tullus
Per syluam, & sparsi rorabant sanguine vepres.

Concitati,) 22. K. scilicet sunt. Legum humanarum) Quia fœditas supplicij huius nimium excedit humanum sensum, & immodicè est immane.

Alijs,) scilicet fontibus. Mitiores,) scilicet quàm Romanis. Inter hæc,) De excidio Albæ potentis vetustæq́ vrbis, deq́ transmigratione Albanorū ciuium in vrbem Romanam. Est autem hæc descriptio egregia & mirificè affectibus suis condita, & exemplum ethopoeiæ.

Ariete,) id est machina bellica, qua concutiuntur muri. Vt vero,) Descriptio amoris erga patriam: qualis est apud Ouidium quoque libro primo Tristium, Elegia tertia.

Puluis,) scilicet ex ruinis. Mutua miseratione,) Quia mala conciliant homines συμπάθεια compassio. Augusta,) id est sacra. Romanus,) scilicet exercitus. Adæquat solo,) id est destruit funditus. Temperatum,) id est parcitum.

Roma interim,) Incrementum & accessio magnæ vrbis Romæ ex Albanis in ciuitatem receptis.

Cælius mons,) Habuit enim vrbs Roma septem montes, vel colles intra muros: vnde & septicollis Roma est cognominata. Iuxta illud Vergilij:

Scilicet & facta est rerum pulcherrima Roma,
Septemq́ vna sibi muro circundedit arces.

Id est colles, quorum nomina hæc sunt, Capitolinus, qui & Tarpeius, Quirinalis, Exquilinus. Hi tres in vno latere: in altero verò latere quatuor scilicet Palatinus, Cælius, Viminalis, Auentinus. Duo verò extra muros in suburbio suere montes, scilicet Ianiculus & Vaticanus.

Curiam) id est domum, quo conuenirent senatores, ad curam consiliaq́ue obeunda pro Republica. Hac fiducia,) Sextum bellum, quod Romani cum Sabinis feliciter gesserunt. Secundū,) id est proximè post. Nequicquam) id est frustra.

Feroniæ,) quam deam herbis, arborib. & plantis præficiebant: sic dicta à ferendis frugibus & floribus. Lucum) id est Asylum. Inde,) id est ex Veientibus. Bellorum,) scilicet superiorum. Merces,) id est stipendium. Publico,) scilicet Veientium. Veientes,) 22. F. scilicet maximè instabiles & inconstantes.

Aucto,) scilicet ex Albanis. Deuinctis Sabinis,) Prodigium expiatum nouendiali sacro, quod primum Tullus peregit. In conspectu,) scilicet missorum. Visi,) id est arbitrati sunt.

Obirati, id est valde irati. Deûm,) id est deorum scilicet à quibus essent deserti & non adiuti. Nouendiale,) scilicet quo prodigium expiaretur nouem diebus. Aruspicum,) Aruspices ab aris inspiciendis. Feroces spiritus,) id est irreligiosus animus. Sic enim fieri solet, vt qui non magni fecerint ante religionem, demum aliquo graui casu icti, multo magis fiant superstitiosi, quàm alij vlli, quasi neglectam religionem velint compensare & resarcire.

Ioui Elicio,) de quo suprà dictum, quòd sit vocatus Elicius ab elicienda, id est exploranda voluntate deorum significata per prodigia. Initum,) id est inceptum. Curatum,) id est peractum. Valerius libro octauo cap. de neglecta religione.

Cœlestium,) .i. rerum. Cum domo,) scilicet & liberis.

Vt suprà ad finem Romuli & Numæ enumerauimus aliquot instituta & leges vtriusque: ita nunc Catalogum facere libet eorum, quæ instituit Tullus Hostilius tanquam leges.

LEGES TVLLI HOSTILII.

PRIMA lex. Prius quàm inferatur bellum, res repetere oportet certa formâ, propter quas ablatas & non redditas, iusta sit belli causa: de hac formula iam infrà dicetur, in Anco Martio.

Secunda. Bellum ritè certaq́ue formula indicere oportet: de qua item infrà, in Martio. Nisi enim prius indicitur bellum, non publica vindicta, sed latrocinium potius appellatur.

Tertia. Fœdus iciendum esse certa forma, quam & Liuius suprà, & Homerus in tertij Iliad. principio, & Vergilius in duodecimo describit.

Quarta. Singulare certamen inter binos pluresue, æquo iure fieri debere, ita vt neutra pars suum certatorem adiuuet, neque aduersarium impediat: sed otiosè & quietè spectet ad finem vsque certaminis, de hoc vide Homerum in tertio Iliad.

Quinta. Conditiones secundum fœdus factas, vtrinque obseruari oportet, ita vt victi pareant victoribus.

Sexta. Duumuiri capitales ferant sententiam capitalem de reo accusato, & conuicto criminis capitalis.

Septima. Perduellionis crimen capitale esto capiteq́ puniatur. & perduellis est, qui vel seditionem excitat & facit, vel maiestatem magistratus imminuit & lædit vel securitatem reipublicæ sollicitat.

Octaua. Rigor & nimia seueritas legum iudiciorumq́ est aliquando temperanda per æquitatem, quæ est benigna interpres iuris summi. Est autem ius summum, iniuria summa: & pendet hæc æquitas non in cuiusque arbitrio, sed tantum in voluntate magistratus legitimi, qui est viua lex, sicut ipsa lex est mutus magistratus. & de æquitate, vide Aristotelem libro quinto Ethic.

Nona. A sententia de capite ciuis Romani lata per duumuiros, licet appellare & prouocare ad populum. Hoc enim ius prouocationis primum concessit Tullus Hostilius, quod interceptum postea primi consules reddidere, vt non nisi sententia & suffragijs totius populi Romani, vllus ciuis Romanus capitis damnaretur: & priusquam capite puniretur, virgis & flagris vapularet, alioqui non licere ciuem Romanum flagris verberare. De hoc vide in Verrina Cicer. de supplicijs. Verùm hæc prouocatio postea ad Cæsares, tanquam monarchas, est translata: quia populus omnem suum consensum & potestatem in principem monarcham transfert.

Decima. De minore victoria, ouationem fieri: sicut triumphum de maiori. Vide Valer. lib. 2. cap. de iure triumphandi: & suprà quoque dixi de vtroque.

Vndecima. Piaculare sacrum fieri propter cædem. Est autem piaculare sacrum, quod fit satisfactionis vice pro crimine, quod alioqui non punitur capite: sed condonatur, cum iure deberet capite rependi. Inde piaculare crimen vel peccatum dicitur, quod expiatur vel luitur pœna vel sacrificio.

Duodecima. Lustrali sacro purgari, vel à cæde vel à crimine, vel à suspicione criminis totum exercitum, & aliquando totum populum: quod vocant Hebræi sacrum expiationis, nostri verò aspersionem aquæ benedictæ.

Decimatertia lex. De concilio castrensi, cuius authoritas in castris militiæq́ tanta esse solebat ferè, quanta senatorum in vrbe, in negotijs præsertim mediocribus. Si qua verò ad summam rerum attinebant, ea deferri consueuerunt postea à duce ad senatum, populumq́ Romanum, vt illi fierent authores. Decreta verò & imperata à cōcilio castrensi, oportebat obseruari, alioqui pœna erat vel ignominiæ, vel perfidiæ, vel capitis, transgressori. Et ad preconis vocem conuenire solebant, ad cōsultandum vel audiendum.

Decimaquarta. Nocentium & reorum supplicia peragi, partim vt è medio tollantur sontes, publicæque honestatis & tranquillitatis inimici: partim exempli gratia, vt supplicijs admoniti reliqui scelerosi, alieno periculo & exemplo malefacere cessent, vel saltem aliquid de improbitate sua remittant.

Decimaquinta. Quanuis sint multi mali, maximáque flagitia, tamen iure Romano, tanquam mitiore, barbaricam suppliciorum immanitatem esse nōnihil moderandam, ne prorsum excedat humanum sensum.

Decimasexta. Nouendiale sacrum nouem continuis diebus fieri, oblato aliquo prodigio vel ostento, quod oporteat expiari.

Atque hæc ferè sunt instituta legesq́, quæ in vita Tulli Hostilij obseruare conuenit.

DE ANCO MARTIO IIII. REGE ROMANORVM.

MORTVO Tullo res,) De Anco Martio quarto rege Romanorum, qui medio ingenio inter pacē & bellum, regnauit annos viginti quatuor. Res,) id est regnum. Institutum,) scilicet de interregno. Interregem,) id est vicarium. Fuere authores,) id est approbarunt. Vt,) id est cùm. Auitæ gloriæ,) .s. Numæ. Proximum,) .s. Tulli Hostilij Ab vna parte,) .s. à religionibus. Antiquissimum,) id est honestissimum, optimum.

Regis)

Regis,) scilicet Numæ. Relata,) id est descripta. Album,) id est tabulam. Aui,) scilicet Numæ. Sacella,) non in castris. Rati,) scilicet Latini. Memor,) scilicet Ancus.

Se,) 25. C. scilicet Ancum. Tempora,) scilicet inquietiora. Aptiora,) ideò se magis Tullum quàm Numam sequi oportere.

Proderentur,) id est instituerentur. Aequicolis,) id est populo Italiæ. Legatus,) De forma & cærimonia repetendi res hostiliter ablatae. Filo lanæ,) ea laneis filis contextum est, velamentum id capitis. Fas,) id est ius naturale.

Legatus,) id est missus. Testem facit,) id est inuocat. Dedier,) id est dari noxæ. Carminis,) id est sententiæ prædictæ, vel orationis prædictæ, quæ tametsi non continetur versibus, & metris poeticis, tamen suos numeros graues habet. Sic enim carmen, quamlibet numerosam orationem, vel numerosum cantum vocant Latini.

Iurisiurandi,) id est quod iuramentum iam pronunciet.

Deduntur,) id est res & sontes. Quos,) scilicet iniurios, noxios. Exposcit,) scilicet ad pœnas, vt sibi noxæ dedantur.

Tot enim solennes sunt.) Induciæ seu feriæ triginta trium dierum, inter res repetitas & bellum indicendum.

Audi Iupiter,) Formula & cærimonia belli indicendi & consulendi senatum populúmque de bello indicendo. Terrestres,) id est heroes. Testor,) id est in testimonium adduco vel aduoco. Nuncius,) id est legatus. Redii,) scilicet post res repetitas, & nondum indicto bello Rex,) vel consul postea. His fermè verbis,) id est ex hac formula sermonis. Condixit,) id est denunciauit, vt condico tibi rerum: id est conuenio te propter res. Inquit,) scilicet rex. Ei,) scilicet senatori. Quid censes,) scilicet de indicendo bello, & de iure adipiscendo.

Ille,) scilicet senator. Puro pióque duello,) id est iusto bello. Consciscoque,) id est decerno. Quandoque,) id est & cum. In eandem sententiam,) scilicet de bello faciendo. Consensu,) scilicet patrum & senatus.

Sagmineam.) id est sagminibus, hoc est sacris herbis circumligatam. Puberibus,) scilicet suprà quatuordecim annos.

Dicere,) id est bellum indicens. Quod,) id est eo quod. Consciuit,) id est conclusit. Ego,) scilicet fœcialis legatus. Dixisset,) scilicet fœcialis. In fines,) id est trans. Hoc tum,) Epilogus cærimoniarum. Eum morem,) cærimoniam vtranque. Ancus demandata cura,) Septimum bellum, quod Romani sub Anco contra Latinos gessere, & victores facti, recepere victos non in gratiam modò, verum & in ciuitatem. Multitudinem,) scilicet Latinorum ex Politorio.

Auentinum,) id est quicquid erat circa Auentinum montem: est generis neutri hoc loco. Tellenis & Ficana,) scilicet oppidulis Latij. Compulso,) id est collecto. Marte incerto,) id est dubio euentu belli.

Ad Murtiæ,) scilicet templum. & est elliptica oratio, Græcismum sapiens. Murtia autem cognominatur Venus, à Myrto, id est frutice sibi sacro.

Ianiculum.) Castellum in suburbio vrbis Romanæ, vocatum à Iano Latij primo rege, qui illic sedem habuerat. Et è regione erat Saturnia, item castellum, in quo habitauerat Saturnus exul, à Iano susceptus: Vide Ouidium in primo Fast.

Sublicio,) id est ligato. Vocatur autem pons Sublicius qui contignatus est, & compactus ex ligneis trabibus inter se connexis: ab antiquo verbo licio, quod est implicare, connectere. Inde & Sublicas dixerunt veteres illas magnas arbores & trabes, quæ inuicem colligantur. Discrimine,) id est iudicio: hoc est cùm in tanto populo non liceret dijudicare, benè an malè quisque ageret. Carcer ad terrorem,) Carcer à coercendis malis Mare,) scilicet inferum. Ora,) id est ostia, vbi Tyberis influit in mare. Hostia,) id est Romanorum colonia. Circa,) scilicet Hostiam. Anco regnante,) Digressio paulo prolixior in descriptionem personæ, qua describit Tarquinium Priscum, qui Lucumo est cognominatus, quónam modo hic aduena per suam industriam & comitatum exercuerit Romæ, adeò vt primus in aula Martij, deinde tutor liberorum regis, denique rex quintus Romæ sit factus. Lucumo vir impiger,) Lucumo Hetrusco vocabulo, significat dominum vel dictatorem. Tarquinijs in oppidulo.

Peregrina) id est Græca. Qui,) scilicet Demaratus. Consedisset,) id est domiciliũ suum posuisset & vixisset. Patri) .s. Demarato. Filio,) .s. Arunti.

Qui,) scilicet pater Ventrem ferre,) id est grauidam esse. Nurum,) id est vxorem filij Aruntis. Nepotis,) scilicet Posthumi.

In testando,) id est faciendo testamento. Sortem,) id est partem. Lucumoni contra,) Descriptio Tanaquilis, vxoris Tarquinij Prisci. Et quæ haud,) id est quæ non facilè pateretur se agere in humiliore conditione, vel mediocri. sed quæ appeteret maiorem & splendidiorẽ fortunam. Illi,) scilicet Lucumoni. Hetruscis,) 29. A. scilicet Tarquinijs. Non potuit,) scilicet mulier. Oblita,) quia affectus maior vincit minorem affectum.

Roma est,) Occasio loci quo commigrandum esset, scilicet Romam, vbi noua peregrináque virtus facile emergeret. Visa,) idonea esse. Futurum,) scilicet Romæ. Regnesse Tatium,) ab exemplis. A Curibus,) id est oppido Sabino. Matre Sabina,) id est filia Numæ. Vna imagine,) scilicet Materna. Persuadet,) scilicet Tanaquil Lucumoni suo. Vt,) id est tanquam. Sublatis,) id est comportatis. Ad Ianiculum,) Augurium Tarquinio oblatum, significans ei regnum obuenturum. Ministerio,) id est ad ministerium. Reponit,) scilicet pileum. Accepisse,) Expositio augurij. Prodigiorum,) id est signorum. Vt vulgo Hetrusci,) sunt apud quos superstitio diuinandi originem sumpsit authore Tage quodam. Cuius Ouidius in decimoquarto Metamorph. meminit, & Cicero in diuinatione. Eam alitem,) id est aquilam, regiam auem, & Ioui sacram. Eius dei,) id est Iouis, in cuius tutela sunt reges. Auspicium fecisse,) id est signum ostendisse.

Decus,) id est pileum. Eidem,) id est capiti. Diuinitus,) quasi diuino signo & augurio. Redderet,) id est reponeret. Has spes cogitationesque,) scilicet de excelsa dignitate. Comparato domicilio,) id est cùm Romæ suarum rerum summam posuisset & stabilijsset. Lucium,) ab Hetrusco nomine Lucumonis. Tarquinium,) ab oppido vnde commigrarat. Priscum,) ab ætate. Non est verisimile illi inditũ esse nomen statim in aduentu, sed demum sub Tarquinio Sexto, dictum esse illum priscum, ad differentiam Sexti. Romanis conspicuum,) Incrementa Tarquinij, quæ ipse sua liberalitate & comitate auxit. Conspicuum,) id est nobilem.

Nobilis est ille, quem nobilitant sua villa.

Adiuuabat,) scilicet fortunam suam: quia

Cuique mores fortunam fingunt sui. Arist.

Quo minor intellectus, eo maior fortuna. Dextere,) id est fideliter. Expertus,) id est probatus, nunc non vtimur passiuè, Regis,) scilicet Anci.

Regnauit Ancus annos,) Instituta & leges sub Anco Martio sic ferè possunt colligi & obseruari ex hac Liuij historia, vt in hoc Catalogo.

LEGES ANCI MARTII.

PRIMA. Sacra priuata prohiberi, ne quis sibi priuatim fingat cærimonias ritusque pro sua superstitione, sed publicè probatis, receptisque ritibus vtatur.

Secunda. Sacra publica fastis descripta obseruari debere. Sunt autem fasti, libri, in quibus describuntur festi dies, & feriæ, & profesti dies, atque fasti, de quibus suprà in Catalogo Numæ. sic extant Fast. Ouid.

Tertia. Res repeti certa cærimonia, conceptisque verbis. Sic enim iusta causam bello fieri, si res ablatæ per iniuriam repetentibus non reddantur, vel si iniuriosi non dedantur noxæ, id est ad pœnam exhibeantur.

Quarta. Senatum publicum vrbis consilium esse consulendum certa formula de bello inferendo. Non enim priuata libidine, sed publico consilio & decreto debet inferri bellum, alioqui est latrocinium si priuatim infertur.

Quinta. Bellum indici certa cærimonia & religiosè inferri. Quia enim bellum est iuris tutamentum, & publica vindicta, depulsioque iniuriæ, ideoque religiosè & certo iure belli debet geri, quo ad vindicatis iniurijs, quamlibet crudelibus modis parta victoria, pax firma, tanquam belli finis, constitui possit.

Sexta. Sacra regia, & postea consularia, hoc est quæ per ipsum regem vel consules peragi debent, esse mandanda alijs in absentia regis, vel consulum, ne quid publicæ religionis omittatur.

Septima. Exercitum militarem scribi certa formula iuramenti & certis conditionibus, de quibus apud Vegetium vide.

Octaua. Carcerẽ esse domiciliũ facinorosorum, cuius metu & dolore punire oportet flagitiosos, propter exemplum & pacem publicam. Longè enim tolerabilius est vnum atque alterum dolere, quàm totum commune in solicitudine dãnóue esse, vt suprà dixi in Tulli Catalogo.

Nona. Aduenas fideles in officia & consilia quoque publica admitti, si eorum fides satis sit perspecta virtusque probata, alioqui minus iuris est aduenæ, quàm inquilino & populari.

Decima. Testamentum condi certa formula, & conditionibus, quo continetur & declaretur vltima voluntas morituri, quæ si iusta est, seruari debet. Sed de hoc consule iureconsultos.

Vndecima. Tutorem orphanorum & pupillorum, sine dolo malo curam gerere debere fideliter, qualé in suis rebus geri vellet.

Duodecima. Orphanos & pupillos suam rem curare non posse, vel propter imbecillitatem, vel ætatem: ideo ius & voluntatem ipsorum transferri in tutores & curatores suos: qui vel testamento, vel iure cognationis, vel iussu magistratus eis dentur. Cæterùm de iure tutelæ, iurisconsultos consule.

Atq; hæc duodecim instituta sunt, quę ex historia Anci Martij, quarti regis, possunt elici.

DE TARQVINIO PRISCO V. REGE ROMANORVM.

IAM filij,) De Tarquinio Prisco, Romanorum rege quinto, qui popularis rex admodum fuit, & miræ prudentiæ in augendo regno, & primùm de ambitione petitioneq; regni ad populu. Filij,) scilicet Anci Martij regis mortui.

Eo magis,) scilicet ne filij pubertatẽ ingressi, regnum sibi præriperent. Instare,) id est instabat. Quibus,) scilicet comitijs indictis. Venatum ablegauit,) Legare, in publico negotio: ablegare, in priuato. Ablegauit,) scilicet pueros, ne ipsorum præsentia sibi obesset.

Cum se,) Diuisio & obliqua ellocutio, qua Liuius instæ orationis petitoriæ primarie capita cõplectitur, cuius propositio hæc est, Se Tarquinium nihil nouum, neque indignum, vel alienum à iure petere, quòd regnum petat ipse peregrinus homo. Et hic est status orationis, cuius ratio hæc est duplex, quòd ipse Tarquinius antea priuatim publiceq́ue sit benè meritus de populo Romano, & quòd sæpè antea regnum sit delatum Romæ vltrò peregrinis etiam. Cùm,) scilicet diceret Tarquinius Nouam) scilicet nec iniquem. Tatium,) Exemplum primum. Numam,) Secundum exemplum.

Se ex quo,) Argumentum tertium Potens sui,) id est sui iuris, sui arbitrij Aetatis eius,) scilicet virilis. Vetere patria,) id est Tarquinijs Haud pœnitendo,) s. bono.

Alios,) scilicet ciues Rege,) scilicet Martio Memorantem,) id est perorantem. Regnare iussit,) id est & patres, Senetusq;, popularis nominationis authores fuere, eamque comprobarunt. Ergo,) De rebus gestis Tarquinij in regno. Cætere,) id est in cæteris.

Minorum gentium) 31. D id est patres vel senatores, tanquam de minore gente, id est, iuniore ordine senatorio. Nam non minorem potestatem in Senatu habebent, quàm veteres. In curiam,) id est in dignitatẽ senatoriam. Instructius,) id est apparatius. Circo, qui nunc dicitur maximus, id est magna planicies campi publici, in quo exhiberentur ludi & spectacula.

Diuisa,) scilicet sunt in circo. Spectacula,) id est loca spectandi. Fori,) id est subsellia vel sedilia. Ludicrum,) id est ludus. Solennes,) id est festiui Magni,) scilicet Circenses, & maximi, & Romani ludi. Priuatis,) scilicet ciuibus. Porticus,) id est deambulacra ad arcendum æstum, vel tempestatem constructa & tecta. *Tabernæ*,) id est negotiatorũ domunculæ: & dicitur omne ædificium in quo aliquid venditur.

Cùm Sabinum,) Octauum bellum, quod Rome ni feliciter contra Sabinos gessere, non citra tamen sanguinem.

Anienem,) scilicet fluuium Centurias,) scilicet equitum. Id,) scilicet scribere centurias. Inaugurato,) id est obseruato augurio probè. Mutari,) scilicet centuriarum numerum.

Aues,) scilicet auspicatæ. Negare Accius,) Obnunciare, est prohibere aliquid fieri propter malum omen, & exitum.

Addixissent,) id est significassent bonum eius rei euentum. Ex eo,) id est propter illam obnunciationem, id est prohibitionem auguris, propter signum nõ prosperum. Loquit,) scilicet rex Diuina,) id est prædic. Inaugurato,) scilicet cum tuo augurio: & est ironia. Inquit,) scilicet Tarquinius. Atqui,) id est certè.

Tum illum,) Exemplum miraculi præstigiosi.

Cotem ferunt.) Cos generale vocabulum, quemlibet lapidem significet. Portendunt,) id est indicant Illum,) scilicet Actium. Capite velato,) scilicet more augurum, qui tectis capitibus auspicia captabant. In comitio,) id est in loco comitiorum.

Belli domique,) id est publicè aut priuatim. Auspicato,) id est auspicio & signo futuri euentus obseruato, vnde diuinarent euentum. Etenim diuinatio, est earum rerum, quæ fortuitæ putantur, prædictio & præsensio. Vocati,) scilicet ad consilium castrense, de quo suprà in Catalogo Tullij. Consilium significat conuentum, & consultum. Concilium semper significat conuentum solum. Summa rerum,) id est maxima negotia & negotiorũ momenta conatusq;.

Admisissent,) id est dedissent bone signe Vide copiosè apud Ciceronem pro Domo, & de responsis Aruspicum. Numero,) scilicet priori. Modo,) scilicet sub Tarquinio. Iisdem nominibus,) id est trium centuriarum Romuli Geminatæ,) id est duplicatæ, vt bis mille & seacentes equites, vel plures adeo, contineant tres centuriæ.

Vim,) id est multitudinem: & est effectus pro efficiente. Vbi enim multi sunt, ibi maior est vis. *Et quae non prosunt singula, multa iuuant.* Sublicijs,) id est trabibus, quibus innitebatur pons Anienis. Sublica,) à licio.

Insignem,) id est celebrem. Cornibus,) id est lateribus pedestris exercitus. Incurrisse,) scilicet ad frontem. Cedentibus,) id est peditibus. Tenuere,) scilicet montes. Vulcano,) id est deo ignis.

Tumultuerio,) id est extemporali & temerè collecto. Collatia,) id est oppidulum. Fratris,) scilicet Aruntis Filius) scilicet Posthumus. Rea interroganit,) De formula verborum, qua certis verbis deditio fieri solita est per hostes victos. In sua potestate,) Nam qui antea est alienæ pôtestatis, ille se dedere non potest alij. Ditionem, id est potestatem. Recipio,) scilicet vos in fidem & potestatem nostram. Inde priscis,) Nonum bellum repetitum contra priscos Latinos, quibus aliquot oppida sunt adempta. Prisci Latini, quia Romani erant noui Latini, & qui erant extra Romanum solum, dicebantur prisci Latini. Fecit,) id est intulit.

Pax deinde facte est,) Res à Terquinio in pace gestæ, qui muniuit & ornauit vrbem ædificijs, sicut & Ancus Martius. Mole,) id est conatu. Forum,) scilicet Boarium.

Fastigio,) scilicet in altum. Haud facile euehebat,) Nisi enim aquæ decliuem impetum habeant & motum, nullo modo possunt canalibus deriuari.

Cloacis è fastigio,) Cloaca propriè significat meatum & alueum, quo deducitur aqua & sordes. Significat item canales aut fistulas, quibus aqua ex imo in altum ducitur, teste Iureconsulto. Sic ergo indicat Liuius per tubos & fistulas aquam extractam de humilioribus locis in Tyberim fluuium. Capitolio,) id est colle.

Amplitudinem loci,) scilicet Capitolij, quod postea summum vrbis templum fuit, vt infrè in Tarquinio Superbo scribit.

Eo tempore,) Digressio in prodigij descriptionem, quod accidit circa Seruium Tullium, qui post hunc Tarquinium regnauit, quod regnum ei significauit hoc prodigium.

Moueri,) id est excitari. Scire licet,) Expositio prodigij. Materiam,) id est puerum, qui futurus est causa.

Liberûm,) id est liberorum. Conferri,) scilicet cum Seruio.

Hic quacunque,) Varietio historiæ de natalibus & genere Seruij. Corniculo,) scilicet oppido Latinorum.

Cognita esset,) scilicet principis vxor. Regina Romana,) scilicet Tanaquile. Mulieres,) scilicet Tanaquilem & matrem Seruij. Hostium,) scilicet Romenorum. Veneris,) scilicet captiua. Duodequadragesimo,) Occasio insidiarum & cædis Tarquinij Prisci, qui immissis percussoribus à filijs Anci Martij, regni, vt sibi videbantur, hæredibus, occisus est.

Crescere,) id est crescebet. Præcepe,) id est ex inopinato. Inde,) scilicet ab adoena. Ad Seruitium,) id est ad Seruitium. Deo,) s. Marte Seruus,) id est Seruius Tullius Serua,) id est matre. Locus communis, seruitus, à quo sumitur amplificatio in dignitatis Romani nominis,) id est imperij. Domus suæ,) id est familiæ Martij.

Adueois,) vt Tarquinio. Cousueuerant,) id est in eula notietant.

Apparitores,) id est aulicoe & ministros. Conueniunt in se,) id est in suum conspectum. Appellarent,) id est prouocarent ad regem In vestibulo,) id est area, quæ est pro porte vel ianua. Fertamenta,) id est arma, & instrumente ferrea, vt sunt ligones, rastri, fuscinæ, falces, secures.

Penitus,) id est intro. Obstrepere,) scilicet conuicijs. Ex composito,) id est insidiosè, & ex parato dolo. Excepissent,) scilicet è terre. Tanequil inter,) Prudentiæ muliebris & præsentis animi exemplum in regina, quæ callidè & fortiter dissimulauit mortem regis, & regnum Seruio Tullio clam asseruit & constabiliuit. Sedulò,) id est callidè.

Spes,) scilicet vitæ regis. Seruio propere,) Adhortatio mulieris cordatæ ad Seruium Tullium, qua edmonens eum à beneficijs in aule acceptis hortatur, & animet ad regnum capessendum, & in vltionem. Exanguem,) id est mortuum.

Tuum est,) Propositio.

Vir es,) id est fortis. Eorum,) scilicet liberorum Anci. Alienis manibus,) scilicet priscorum. Erige te,) Exhortatio à diuino prodigio. Portenderunt,) id est significauerunt.

Circumfuso,) scilices crinibus tuis, quos lambebat ignis tibi dormienti. Clarum, scilicet regnum & regia corona. Et nos peregrini,) Secondum argumentum ab exemplo. Vnde,) scilicet à matre captiue.

Torpent,) id est sunt languida & meticulnsa. Re subita,) id est cæde regis. Ad se rediisse,) id est recreatum.

Confidere,) scilicet se. Iubere,) scilicet regem ægrotum. Dicto) id est mandato.

Muoia,) id est officia. Et hactenns quidem Liuius de rebus Tarquinij Prisci, optimi principis, scripsit: quomodo ille hahuerit ingenium, atque animum instructum, atque exercitatum iuete artibus belli & pacis, fueritque prudentissimus artisce deuinciendæ retinendæque plebis: ad quæ noo mediocriter eum adiuuerit veoris Tanequilis ferè incredibilis prudeotia & solertia.

Ergo libet hlc quoque, vt suprà fecimus in fine superiorum regum, inire numerum & Catalogum institotorum legumque & morum, quæ obseruati possunt ee hac historiæ parte de Tarquinin. Non minus enim refert scire incrementa iuris Romani & disciplinæ, quàm accessiones ædificiorum, populorum, & ditionum. Si quidem exempla iure ac ratione prodite, firmataque, magis prosunt in publicum, & priuatum, quàm res gestæ nudæ.

LEGES TARQVINII PRISCI.

PRIMA. Iure Romano tutela eaire pupillos, si fiant puberes, hoc est, maiores natu quatuordecim annis, vt postea sunt interpretati. Dantur autem eis deiode euratores, vsque in decimum octauum, aut vicesimum primum ennũ, intra quod tempus vocantur adulti, sub cura: sicut pupilli, vocantur impuberes, sub tutela.

Secunda. Comitijs tributis regẽ creari, id est tribuum suffragijs, & consensu, vt suprà in interregno vidimus, & infrà in Catalogo Seruij plura erunt dicenda.

Tertia. Ambitioncm non haberi capitalem, si absque muneribus & corruptelis fiat, sola petitione, vel prehensatione manuum, que vtraque licebat vti petitoribus bonorum, postea vocatis caodidatis, à candida veste, quam in comitijs gestabant.

Quarta. Orationem pro seipso habere, commendando, vel excusando, ad populum licet, modò ne sit seditiosa, ant improbit conuitijs referta.

Quinta. Potent sui, hoc est, iuris arbitrijque sui fit is demum, qui vel post vigesimumprimum annum egredisureuram, vel à patre emancipatur, id est liberatur à patria potestate, quem vncamus patremfamiliàs. Cæterum neque adultus, nedum pupillus, neque filiusfamiliàs, est sui arbitrij.

Sexta. Sola virilis ætas idonee est rebus politicis edministrandis. Iuuenes enim rerum imperiti & inconsulti, ne sue quidem benè gerere norunt, nedum publica curare possint, vnde & postea latæ sunt leges, de ætate promouendorum ad honores & magistratus.

Septima. Qui olim sunt delegandi ad poblica negotia, ad Rempublicam, ed magistratus, illi viuis exemplis principum & peritorum discere debent. vnde & nobilium liberi deducebentur ad senes & peritissimos quosque, quibus astarent & officio inseruirent. Sicque eorum viuis exemplis & viua voce discerent. Vide Valerium libro primo cap. 2.

Octaua. Iura ciuitatis & populi vel ex libris vel vsu perdiscenda ei, qui in republica feliciter volet versari, præser tim extero homini, vel ei quoque, qui in aliena ciuitate morari velit cõmodè, etque ad eius se mores accommodare.

Nona. Augere Rempublicam potius quam priuatam, est proprium regis magistratusque officium: vnde postex rationes repetebantur factorum à magistratu suo perfunctis. hunc etiam accusationes de peculatu, de repetundis institutæ sunt.

Decima. Patres minorum gentium centom, æquam habere potestatem cum pristinis senatoribus. Fuerunt autem primùm sub Romulo centum senatores. Secundò, his sub Tarquinio ducenti. Tertiò infrà sub primis consulibus trecenti, additis centum patribus conscriptis. Postea numerus venit ad seecentos. Denique C. Gracchus Tyberij frater, trecentis petritijs, & trecentis equestribus senatoribus, addidit adhuc trecentos equestres Senatores. Ita vt equestris ordo his tantum virium in Senatu haberet, quantum patritius ordo, essentque nongenti senatores. Vide Plutarchum in Gracchis, & Epitomen Flori. Iulius autem Cæsar Monercha factus, senatum bellis, & cædibus, & exilijs confectum ferè, suppleuis temerè ex omni hominnm colluuie: ita vt Gallos quoque & Germanos receperit io senatum, aliosque peregrinos, vt per iocum lex fit scripta clandestinè, qua caueretur, oe quis Senatori viam monstraret in curiam, néue quis cum Senatore loqueretur per interpretem. Postea Augustus Cæsar pristinum oumerum & nobilitatem Senatui restituit. Sub insequentibus verò Cæsarihus, omnes magistratus, & omnes senatores. nihil aliud fuere, quam adulatores, astipulatores, & seruilia mancipia Cæsarum. vel saterdotum. Sic habes octo ferè mutationes senatorij ordinis & numeri in vrbe Romana.

Vndecima. Ludi sacri ad populum retinendum in cæremonijs & bonis moribus, primùm sunt in Græcia & Romæ instituti. Vide Plutarchum in Solone, & Lycurgo, & in Romulo, vt etiam suprà de eodem. Verum, vt fit, bonum institutum nimia liceotia & lascitiia declinauit, pessimaque exempla prodidit, mutetis ritibus honestis in turpes.

Duodecima. Circum, id est latum campum esse ludorum publicorum, locum publicum. Non enim temerè admittebant veteres ludos fieri in priuato, neque sacra propter superstitionem & lasciuiam cauendam.

Decimatertia. Certa loca spectandi patribus equitibusque diuise sunt, cùm interim plebs spectaret promiscuè de humiliore loco. Appellati sunt autem illi loci spectaculorum æditiores, ordines spectandi, quorum quatuordecim proximi, multis post ennis, assignati sunt peculiariter ordini equestri à Roscio Tribuno plebis, cùm antee equites, qui non esseot patritij, sed plebei equites spectassent promiscuè cum plebe. de que lege Roscia theatrali meminit Plorus in Epitoma 99.

Decimaquarta. Festis diebus & sacræ celebritati annumerari dies ludorum. Quorum alij sunt Stati & solennes: alij snnt eetraordinarij & repentini, qui vel publico sumptu ob inopinatnm aliquem casum, vel priuato sumptu propter munus eut funus edebantur. vnde & munerarij & funebres ludi sunt appellati. Sic ergo ludorum quoque, alij suot publici, alij priuati. Hi quidem, quòd priuato sumptu elicuius familiæ exhiberentur (quales gentilitij erant ludi) vel propter honoris petitionem, vel propter funeris celebritatem fiereot. Sic & ludi victorum & triumphetorum principum, & ludi natalitij, similesquè annumerantur priuatis. Cæterùm in genere sunt duplices ludi, scilicet Scenici & Gymnici. Scenics ludi sunt, qui ingeniorum actionisque agilitati & arte constant: quales sunt sabularum actus, vt est Comœdia, Tragœdia, Mimus, Attellana, Ethologia, Satyra: de quorum origine indicat, sed obscurè, Liuius in libro septimo ab Vrbe condita, horum ectores vocantur histrioes. Sunt autem sebulæ duplices, scilicet Palliatæ, Græcæ, à Græcis primùm inuentæ, & ad Latioos translatæ. Harum quatuor sunt species, Comœdia, Tragœdie, Ethologie, id est morum eepressio ludicra: & mimus, id est, faceta, libere lasciuáque versuum recitatio, cum quedam lasciua imitatione morum & sermonis alieni. Et in his Græcis fabulie introducebentur Græcæ personæ pallijs vestitæ. Aliæ sunt fabulæ Togatæ Latinæ, à Latinis poetjs inuentæ, & excultæ. Harum sunt quinque species. Prætextate, in qua personæ patritiorum vel nobilium introducuntur, quorum insigne erat, vestis prætexta toga. Tabernarie, in qua plebeiæ, vilesquè personæ inducuotur: quales ferè in tahernis, & ganeis solent agere. Attellana, quæ erat similis ferè Satyræ, argumentis dictisquè iocularibus referta, & exhiberi solita turpibus impudicisque gestibus. Satyra planè Letinum poema, in quo liberè taxantur mali mores & vitia, præsertim magnorum hominum, expressis personis criminosis, vel per allegoriam significatis. Tales Setyræ extant Horatij, Persij, Iuuenalis, & Philelphi. Dictæ autem sunt à lasciuis gestihus Setyrorum, id est hominum syluestrium. Mimus Latious Græco similis erat libertate & lasciuia, quale fragmentum eetat Laberij apud Macrobium alicubi. His nouem fabulis adde, si libet, Dialogum Græcis Latinisquè apprime celebrem. Constant ergo hæ fabulæ & literati ludi, ingenio, arte, secetiáque poetarum & scriptotum, & comitate gratiáque actorum, qui fenorabiliter eas recitare possint. Cæterùm apud Donatum in Terentio, & apud commenterios Plauti, Iuuenalisquè, ac similium plure vide. Vocantur autem Scenici, quod in theatro sub scenis, id est sub vmbraculis laterent personæ, quod exeuntes inde in proscenium recitarent & agerent. Gymnici ludi sunt, qui exercitio habitúque corporis constant: appellati à nuditate, quòd ludentes, certantesque ferè nudarent omoinò corpora, vel saltem superfluas vestes exuerent, vt ite expeditiores agilioresque essent ad obeunda certamina ludicra. Fuerunt autem Gymnici ludi apud Letinot Græcósque hæ primariæ species, quarum priores à Vergilio quoque describuntur in quinto Aeneid. & ab Homero io peoultimo Iliad.

Prima pugna, cum certabant pugnis, manusque conserebant cestibus, fustibus, gladijs, hastis, pilis, & similibus armis.

Huc pertinet & gladiatoria, qua certabant varijs modis gla-

dis gladiatores, non solum pro gloria, sed atiam pro vira. Hoc enim dirum barbarumque spectaculum Romani admiserunt in suum theatrum, vt iuuentus crebro vulnerum, sanguinis, cædiumq́ aspectu assuefiaret ad fortitudinem militarem, quo minus terreretur huiusmodi malis, & vulneribus, quibus in prælio solent affici, & confici corpora. Huc pertinet & pugna decertatioque cum bestiis, pro vita. quales multas describit Martialis. Vtrunq́ autem horum fuit infame, & per seruos plerunq́ exerceri solitum. Huc refertur etiam lucta, qua alter alterum complectés, in terram prosternere & opprimere nititur.

Secunda species, Cursus, satis nota, cùm faciunt curriculum in stadio, vel campo, ad destinatam metam pertingendam.

Tertia. Saltatio, quæ vel æquo campo, vel infernè in superiorem locum, vel supernè in inferiorem locum: aut etiam in equos desultorios fieri solet: vel in currus, ita vt non tantum nudi, sed etiam armati & cataphracti, equos val currus insilirent.

Quarta species. Iaculatio, quæ fit sagittis, & arrubalistis, vel arcu, pila, disco, id est rotundo lapide instar cotis, de quo Homerus & Ouid. in Metamorph. de Hyacintho, saxo, aliisúe telis, hoc est cuiuscunque generis armis, quæ longè proiiciuntur. Huc pertinet & iaculatio bombardarum. Et hi ludi sunt pedestres ferè.

Quinta species. Decursio equestris, qua exhibetur species quædam ludicra pugnæ equestris. Hæc hodieque nobilibus & aulicis vsitata est, varia quidem forma, vt vel hastis concurrant, vel gladiis, aut contis sese mutuò feriant, vel manibus sese mutuò equis detrahant, & aliis formis equestrem pugnam assimulent, qualem & describit Liuius in principio decimi da bello Macedonico, & Vergil. in quinto.

Sexta species. Aurigatio, cùm certatur bigis. aut quadrigis cõcurrentibus, vel curriculum facientibus, quam describit Ouid in decimo Metamorph. de Atalanta.

Septima. Naumachia, id est nauale certamen, cùm in fluuio, stagno, lacu, mariue concurritur, & certatur nauigio, quam Vergilius in quinto depingit. Huc refertur etiam natatio, & vrinatio Hæ ferè sunt Gymnicorum ludorũ species & formæ, in agilitate corporis potius quàm ingenii sitæ. Si quæ verò aliæ supersunt, ad istas facilè possunt referri. His autem Scenicis Gymnicisqúe ludis varia cognomina indiderunt Romani, à varia qualitata locorum vel circunstantiarum: quia ludos Gymnicos ferè nominarunt quinquefariam, scilicet Circenses, à Circo maximo. Item Magnos, quòd magno corporis molimine, conatu, agilitateqúe peragerentur: vel quòd celebrarentur in honorem magnorum deorum duodecim, quorum sex mares sunt. Primus, Iupiter. secundus Neptunus. tertius, Apollo: quartus, Mars: quintus, Vulcanus: sextus, Liber. Sex autem fœminæ. Prima, Iuno: secunda, Vesta: tertia, Minerua: quarta, Ceres: quinta, Venus: sexta, Diana. Item Maximos, à Circo maximo, in quo ludebantur. Nam erant & alii Circi non ita magni, vt Flaminius, Apollinaris & Vaticanus. Item Romanos, quia Romæ fuerint maximè solennes Item Plebeios, eo quod acti sint in gratiam plebis reconciliatæ cum patribus, post seditionem primam in Sacro monte: de qua infrà, in libro secundo. Item Megalenses, vel Megalesia, vel Græcos, eo quòd postea Cybelem translatam ex Asia minore, Romani Græcis quibusdam ludis coluerunt: quæ Cybele terræ Dea, cognominatur magna mater, & Ceres. Verùm qui Gymnicis ludis certabant, vocantur Athletæ vel Agonistæ, id est certatores. Hæc ad præsens de ludis sufficiant, reliqua ab aliis require.

Decimaquinta lex. Equitum centurias & ordinem equestrem augeri posse, pro conditione & vsu Reipublicæ ita quidem, vt plures quam censum equites essent in Centuria.

Decimasexta. Equites à cornibus, id est lateribus pedestrium copiarũ locari, & interim in frontem sese proripere, vt tueantur peditem. Verùm de instructione acierum, & exercitus, Vide Vegetium & Modestinum, de re Militari.

Decimaseptima. Deditionem certa formula fieri, qua se victi dedunt victoribus, vt horum potestati se suaq́, liberè tamen non seruiliter, neque tanquam capti subiiciant: sed tantum ad ingenua munera officiaq́ liberalia, victoribus obnoxii & prompti sint. Sic ergo longè differũt, deditum essa, & seruum esse.

Decimaoctaua. Appellare à minore magistratu ad superiorem licet, sed non è contra. Verùm de appellatione, consule iurisperitos.

Decimanona. Causam inter actorem & reum oportet innicem agi, nec iudicari, sententiámne vllam, ne à magistratu quidem ferri, nisi audita vtraq́ parta, nempe actore & reo: nisi alteruter fiat in iudicio contumax. Sed de his quoque inquire à iurisconsultis.

Vigesima. Regem aut quemlibet magistratum, si per morbum vel absentiam, vel aliam iusta causam nequeat ipse munus publicũ obire, iure posse ad tempus sibi substituere idoneum vicarium, nisi suas cessantis vices locumq́ gerat: & eum vicarium plenam habere potestatem, tamen certis descriptam terminis.

Vigesimaprima. Patriciorum liberis impuberibus licere gestare prætextam & bullam auream, instituit Priscus, eo quòd in prælio hostis asset occisus à filio suo impubere, vt quidam scribunt: hoc mihi non videtur verisimile. Nam si Tarquinius Priscus filium habuisset, credo certè Tanaquilem non passuram fuisse, vt Seruius Tullius regnum occuparet, sed potius filio id ascripsisset.

Vigesimasecunda. Ius Romanum legesqúe regias vno corpora componi & cõscribi cœptum est sub Prisco, per Papyrium quendam iurecõsultum, vt restatur lex secunda, in ff. de orig. iuris. Vnde & ius Papyrianum, & leges Papyrianæ appellabantur. Verum de varietate discriminéque legum, iurisque Romani infrà demum, in tertio libro de duodecim tabulis, dicendum erit. Interim hoc obserua, Romulum aliquot leges curiatis, id est curiarum suffragiis approbatas tulisse, quas, vt vidimus in Catalogis, sequentes reges subinde auxerint, & Papyrius iste in vnum corpus conscripserit, Tarquinii iussu.

Vigesimatertia. Aquam & sordes ex vrbe deriuari per cloacas, id est canales aliósue meatus & riuos, quasi eas cloacas in Tyberim ductas fastigio, id est ex ima parte & imo fundo vallium atqua fossarum, Tarquinius Priscus in illum vsum construxit publicum, quas postea Superbus auxit maiore sumptu & structura.

Vigesimaquarta lea. Lares familiares esse colendos sacris compitalibus, hoc est in publicis vicis fieri solitis: quia compita sunt vici & viæ publicæ Item aliis sacris domesticis ritibusqúe priuatis Larem domesticum coli instituit Tarquinius Priscus, teste Plinio in libro trieesimo sexto, capite vltimo: eo quòd Lar familiaris domus regiæ, apparere visus sit inter prodigium Serui Tulli pueri. Vocant autem Larem domesticum cuiusque domus genium, & deum tutelarem, quem Plautus in prologo Aululariæ dascribit. Hinc & sacra lararia, & sacellum lararium dicitur. Atque hæ ferè sunt instituta legesq́ ex vita Tarquinii Prisci obseruabiles.

DE SERVIO TVLLIO VI. REGE ROMANORVM.

SERVIVS cum Trabea,) De Seruio Tullio rege Romanorum sexto, qui pace belloq́ insignis, & in publicum commodus feliaque satis fuit: sed priuatim ab affinibus & cognatis valde infalix, vt à quibus denique fit indignissimè occisus.

Trabea,) id est veste regia. Vicis,) id est officii.

Palàm factum,) scilicet morte regis Fati necessitatem) Fatum, est ordo certus & ineuitabilis præteritorum, præsentium & futurorum, institutus ex voluntate Dei inuariabili.

Iniussu populi,) id est sine nominatione. Ministris,) id est pastoralibus illis. Talis,) id est tam inimicus. Tarquinii,) scilicet Prisci. Liberûm,) id est liberorum. Filias,) scilicet suas. Iuuenibus,) id est filiis. Iungit,) scilicet coniugio.

Nec rapit tamen,) Noema sententiosum, de fato & fatali necessitate, quæ ineuitabilis est. Regni,) scilicet quod Tarquinii inuidebant Seruio. Peropportunè,) Decimum bellum, quod Romani feliciter contra Hetruscos, sub rege Seruio gessere.

Haud dubius,) id est iam certus regno stabilito.

Periclitaretur,) id est aperiretur eius virtutem, vel tanquam dubius & malefidus solicitaret Seruium. Diuinaturis,) id est religionis. Conditorem,) id est authorem. Fortunæ,) id est opum. Fama ferrent,) id est dicerent. Interlucet,) id est manifestè clareqúe differt & præstat. Censum,) id est æstimationem bonorũ & facultatum, vt pro sua quisque proportione iuuaret Rempublicam pecunia sua. Munia,) id est munera & onera publica. Virium,) id est secundum proportionem geometricam. Descripsit,) id est definiuit, determinauit.

Ex iis,) prima classis continens centurias octoginta eorum, qui censentur possidere centum coronatos & vltra. Ea iis,) scilicet ciuibus. Confecit,) id est collegit. Aeris,) id est assium. Sic enim elliptica est oratio centũ æris, id est, centum asses æris, mille æris, id est, mille asses æris, hoc est asses ænei ex ære cusi. Aut maiorem,) scilicet supra centum millia. Præsto,) id est parati. Ocreæ,) id est munimenta crurũ. Huic,) .s. primæ. Stipendia facerent,) i. militarent. Machinas,) id est instrumenta bellica maiora.

Secunda classis,) continens viginti centurias eorum

ciuium,

ciuium, qui possident septingentos & quinquaginta coronatos, & vltra. Ex his,) scilicet secundæ classis. Scutum,) id est paruus clypeus, id est parma ex corio consuta.

Tertia classis,) continens viginti centurias ciuium eorum, qui possiderent quingẽtos coronatos & vltra. Millium,) scilicet æris. Totidem,) id est viginti. Discrimine ætatum,) scilicet seniorum, & iuuenum. De armis,) id est secundæ classis.

In quarta,) continens centurias viginti eorum ciuium, qui possident ducentos & quinquaginta coronatos. Arma,) scilicet omnia. Verutum,) id est telum, quod præfixum habet ferrum, instar veru acuminatum & oblongũ.

Quinta classis,) continens triginta centurias eorum ciuium, qui possiderant centum & decem coronatos, & vltra. Aucta,) scilicet centurijs. Lapides missiles,) id est globos mittendos ex fundis. In his,) scilicet quintæ classis ciuibus. Accensi,) scilicet ministri & apparitores & præcones. Tibicinesq;,) scilicet qui vtriq; canerent signa & classica, ad pugnam & prælium conserendum. Hæc classis,) scilicet quinta. Millibus,) scilicet æris. Hoc minor,) scilicet infra censum quintæ classis. Reliquam multitudinem.) Vt capite censos & proletarios. Vocantur autem capite censi, ita tenues & pauperes ciues, vt eorum bona censu & æstimatione sint indigna, nisi quis caput & vitam eorum censeri velit, cum nihil præter corpus & vitam habeant. Proletarij verò appellantur, qui nullo tributo commoditateue alia adiuuare possunt Rempublicã quàm prole, id est liberis creandis & fouendis. De vtrisque vide Gellium in decimosexto, capite decimo. Inde,) scilicet ex proletarijs & capite censis in vnum ordinem coniunctis.

Vna centuria,) proculdubio longè plures ciues continens, quàm centum, cum huiusmodi tenuium & pauperum mille, vix comparari possint duobus aut tribus ex prima classe ciuibus, quòd ad facultates & fortunam attinet. Militia,) id est & tributo, nisi cum imperabat tributum in capita. Ita pedestri.) De numero & ordine equitum, quorum centurias auxit Seruius Tullius. Ita,) scilicet in quinq; classes. Ornato,) scilicet armis suis. Scripsit,) id est elegit. Inauguratæ,) id est consecratæ à Romulo. Fecit,) id est adiecit. Ex publico,) scilicet fisco. Dena millia æris,) id est centum coronatos. Data,) scilicet singulis equitibus.

Viduæ,) scilicet diuites. Bina millia,) id est ducentos coronatos. Penderent,) id est soluerent. Viduæ.) Erant enim alioqui viduę, immunes & liberæ ab alijs muneribus publicis & tributis. Onera,) scilicet tribuendi pecunias. Additus,) .s. diuitibus. Promiscuè,) id est sine discrimina dignitatis, & personæ respectu, vt vilissimi cuiusque suffragium & sententia tantum valeret, quantum alicuius honorati ditissimiq; vox & sententia.

Viritim,) id est per singulos ciues. Eodemq; iure,) id est pari inter diuites & tenues, inter nobiles & ignobiles. Gradus,) scilicet dignitatum & opum. Vis,) id est potestas suffragandi & decernendi. Primores,) id est nobiliores & ditiores. Primi,) id est nobilissimi.

Centuriæ peditum vocabantur,) scilicet in suffragium, cum scilicet haberentur comitia & conuentus populi.

Vocabantur,) scilicet ad suffragium ferendum. Variaret,) id est dissentiret voluntas & multitudo suffragantium. Vocarentur,) scilicet centuriæ. Infra,) id est ad minores classes. Ad infimos,) id est ad quintam classem, ne dum ad capite censos.

Hunc,) scilicet nostrum. Nunc est,) scilicet in comitijs & suffragijs. Tribus,) id est curias. De quibus suprà in Romuli Catalogo dixi, quantum differant tribus a curijs. Centurijs iuniorum.) In singulis classibus duplices erant centuriæ, scilicet veteriæ & iuniores. Veturia appellatur seniorum suæ classis pars dimidia. Centuria iunior, vocatur iuniorum suę classis pars dimidia altera. & in comitijs sortiri solebant, vtrum haberet prærogatiuam, id est primas partes in suffragijs ferendis, primumq; locum, vt infrà in Catalogo videbitur. Summam,) id est ciuiũ & centuriarum numerum. Quadrifariam,) Hactenus de diuisione ciuium in classes suas, & de ordine suffragandi scripsit. Nunc autem indicat aliam diuisionem ciuiũ in quatuor tribus locales, secundum loca & vicos Vrbis, quas Seruius instituit quatuor, scilicet Palatinã, Suburranam, Collinam & Exquilinam. Sed postea tribus trigintaquinque numeratæ sunt eædem quæ curiæ. sed infra in Catalogo, de his omnibus distinctius indicabo. Regionibus collibusq;,) id est secundum vicos & colles. Tributo,) scilicet pendendo.

Eius,) scilicet tributi. Aequaliter,) id est secundum proportionem geometricam. Censu,) id est æstimatione bonorum vel ædium. Eodem,) scilicet Seruio. Hæ tribus,) scilicet locales à Seruio institutæ. Centuriarũ,) & suffragiorum, tamen postea, cum tribus & curiæ pro eodem habitæ sunt, suffragia tulerunt tributim, id est secundum curias & centurias. Censu perfecto.) De primo lustro ciuium Romanorum acto per Seruium Tulliũ. Et lustrum est numeratio ciuium Romanorum, æstimatioq; bonorum, & facultatum ipsorum, qui censentur ciues, vt infrà in Catalogo plura dicam.

De incensis,) id est de his qui se censeri suaq; bona æstimari nollent, vel mala fide æstimari paterentur minoris, quàm valerent. Sue, oue, taurisq;,) quod sacrificium Latini Solitaurilia vocant, à sue, oue & tauro composita dictione. Lustrauit,) id est expiauit, & sacro piaculari purgauit, vt suprà de expiando exercitu dixi in Catalogo Hostilij. Idq;,) scilicet illa census & expiatio. Conditum,) id est peractum.

Censendo,) id est taxando. Eo lustro,) scilicet primo. Censa,) id est numerata & æstimata. Ciuium,) id est virorum, qui arma gestare per ętatem possunt. ex hoc numero facilè apparet, longè plus hominum fuisse in centuria, quàm centum: quia circiter centum & nonaginta centuriæ suprà in quinque classes numeratæ, non conficerent plus decem & nouem millibus ciuium, si centenos tantùm numerares in centuriam.

Qui arma ferre,) id est qui adulti, ne dum puberes, essent circiter vigesimum ætatis annum. Esquilias,) id est collem. Esquiliæ ab excubijs vocatum vt aiunt. Profert,) id est amplificat. Pomœrium.) Quid sit Pomœrium, nempe locus proximus vrbis mœnibus, immunis. Postmœnium,) id est inter ædificia vrbis & mœnia. Sunt autem mœnia proximus murus ædificijs vrbis. In augurato,) id est obseruatione augurij. Extrinsecus,) id est extra mœnia & intra murum exteriorem. Puri,) id est sancti & immunis.

Cultu,) id est habitatione & vsu. Arari,) vel coli. Muris,) id est mœnia. Incremento,) id est augmento. Mœnia,) id est muri. Termini hi,) id est area pomœrij immunis. Consecrati,) id est exempti vsibus humanis. Proferebantur,) id est amplificabantur. Aucta ciuitate,) De templo Dianæ in Vrbe condito, & de callido pióque dolo sacerdotis Dianæ.

Magnitudine,) quia colles addidit. Formantis,) De classibus & censu. Ephesiæ,) id est in Epheso vrbe minoris Asiæ potentissima, de quo templo Dianæ Plin. in tricesimo sexto, cap. 14. Fanum,) id est templum. Communiter,) id est communibus impensis. Asiæ,) scilicet minoris. Consensum,) id est concordia Græcorum in religione. Hospitia,) id est iura hospitalia.

Iterando,) id est dictitando de consensu religionis.

Fecerunt,) scilicet communibus sumptibus. Caput rerum,) scilicet in Latio & Italia. quia templum Romæ positum esset.

Armis,) scilicet cum Latinis & finitimis. Id,) scilicet certamen. Armis,) id est bello. Fors,) id est fortuna. Recuperandi,) scilicet ad Latinos. Cornua,) scilicet bouis. In uestibulo,) id est introitu.

Cecinere,) id est prædixere. Imperium,) scilicet summum. Sabinus,) id est dominus bouis. Antistes,) id est sacerdos. Fama,) id est per famam. Responsi,) id est oraculi. Incestum sacrificium,) id est non ritè cœptum. Profunderis,) id est lauaris: quia non licet illotis manibus facere sacrum. Interea,) scilicet cum abesset. Id,) est ille dolus.

Seruius quanquam.) De popularitate Seruij regis, qui conciliata plebe totius populi cõsensu regnare iussus est. Et de domestica impiaq; ambitione Tarquinij generi, & Tulliæ minoris filiæ Seruij in quorum vtroque exhibetur exemplum ferociæ, ambitionis, & impietatis. Estq; tota hæc historia planè Tragica, de Seruio deiecto & occiso per suos cognatos, imò & filios. Viritim diuisio,) id est per singulos ciues.

Se,) scilicet Seruium. Declaratus,) scilicet à populo communiter. Criminandi,) id est accusandi. Iuuenis,) scilicet erat. Regia,) id est Seruij familia. Tragici,) id est diri & abominabiles. Libertas,) id est aristocratia. Esse,) scilicet Romæ. Vt tædio regum,) Noema. Lucius Tarquinius,) scilicet ferox, postea Superbus cognominatus. Liquet,) id est apparet. Filium,) imò nepotem potius, vt contendit Valla, in inuectiua contra Liuium. Habuerat,) scilicet Lucius.

Quo,) id est vt. Fortuna,) id est propter fortunam. Ferox Tullia,) scilicet minor, vxor Aruntis. In viro,) scilicet Arunte mitiori. Cupiditatem,) scilicet regni. Tarquinium,) id est ferocem. Verum,) scilicet fortem, habet emphasin. Sororem,) scilicet maiorem. Contrahit,) id est coniungit, conciliat: quia simile gaudet simili. Similitudo,) scilicet morum. Contrahit celeriter,) Noema. Eos,) scilicet Lucium & Tulliam minorem. A fœmina,) scilicet minore Tullia. Ea,) scilicet minor. Alieni,) scilicet Lucij.

Viro,) scilicet Arunte. Fratrem,) scilicet Lucium. Sorore,) scilicet maiore. Ad virum,) scilicet Lucium. Con-

tendere,) id eſt contendebat. hoc eſt verbis aſſeuerabat. Illum,) ſcilicet Lucium. Eum,) ſcilicet Lucium. Domi,) ſcilicet ſuæ.

Tullia maior,) id eſt vxor Lucij. Inniguntur,) ſcilicet Lucius & minor Tullia. Approbante,) ſcilicet ſuſpectas nuptias. Tum vero,) Sermocinatio minoris Tulliæ ferocis, quæ inſtigat ſtimulis ſuum maritum ad maiorem ferociam & impietatem. Infeſtior,) id eſt magis inuiſa. Mulier,) id eſt minor Tullia. Ab ſcelere,) ſcilicet mariti & ſororis veneno ſublatæ. Gratuita,) id eſt vana, ſine mercede. Non ſibi,) ſcilicet dicebat. Deſuiſſe,) ſcilicet maritum. Cum quo,) ſcilicet Arunte. Deſuiſſe,) ſcilicet Lucium. Tu,) ſcilicet Luci.

Is es,) .ſ. ambitioſus & acer, propoſitio hypothetica cũ obiurgatione. Scelus,) ſcilicet parricidium ſine præmio.

Accingeris,) id eſt para te ad regnum occupandum. Probatio à genere & comparatione. Moliri,) id eſt difficulter comparare. Dij te.) Argumentum à genere & iure ſucceſsionis.

Penates,) ſcilicet domeſtici, penes nos nati. Patrij,) id eſt gentilitij. Imago,) id eſt nobilitas. Aut ſi ad,) Ironia amarulenta. Ad hæc,) ſcilicet ad honorem & potentiam. Debet autem hæc ſermocinatio prorſus referri ad locos communes, ſcilicet ambitionem, gloriam, regnum, nobilitatem & in contrarios iſtos locos.

Fruſtraris,) id eſt decipis. Tarquinios,) ſcilicet in oppidum ignobile. Corinthum,) ſcilicet in Græciam, vnde exulauit auus tuus. Stirpem,) ſcilicet auitam. Fratri,) ſcilicet Arunti ignauo. Nec conquieſcere,) Exemplum muliebris audaciæ & fortitudinis in re mala. Peregrina,) ſcilicet ex Tarquinijs. Animo,) ſcilicet forti. Genero,) ſcilicet Seruio. His mulieribus,) Seditio & violenta impiatiq; in ſocerum & patrem machinatio, qua Lucius ſibi regnum extorſit. Minorum gentium,) ſcilicet quos Tarquinius Priſcus allegarat in Senatum. Circumire & prenſare,) Deſcriptio ambientis honorem & regnum, qualis eſt longè prolixior & copioſior in petitione cõſulatus, apud Q. Ciceronem ad M. fratrem ſuum. Criminibus,) id eſt incuſationibus. Stipatus,) id eſt munitus. Extemplo,) id eſt mox.

Præparati,) id eſt conciliati à Tarquinio. Fraudi,) id eſt periculo. Ibi Tarquinius,) Criminatio Tarquinij in Seruium, qua calumniatur ille, & malignè interpretatur in peſsimam partẽ ea, quæ optimo animo, & ad ſummam regni vtilitatẽ inſtituerat Seruius. Stirpe,) ſcilicet Seruij.

Seruium ſerua,) Congeries vel amplificatio criminum, qua amplificatur indignitas perſonæ & rerum Seruij. Parentis,) ſcilicet Priſci Tarquinij. Interregno inito,) De quo ſuprà poſt vitam Romuli dictum eſt. Non comitijs,) ſcilicet ad creationem regis. Authoribus,) id eſt probatoribus. Creatum,) ſcilicet eſſe. Infimi generis,) id eſt plebeiorum. Odio,) ſcilicet patriciorum. Onera,) ſcilicet tributorum & armorum.

Inclinaſſe,) id eſt impoſuiſſe. Cenſum,) id eſt æſtimationem honorum. Inſignis,) id eſt notabilis, ſi ſcilicet cuiuſlibet facultatum numerus eſſet notus etiam plebeis, qui alioqui diuitioribus inuident, tametſi eorum facultates non norint. Largiretur,) extorta diuitibus.

Potiorem,) ſcilicet eſſe ſe. Illum,) ſcilicet Seruium. Licentiam,) ſcilicet regnandi. Dominis,) id eſt patribus patritijs. Clamor ab vtriuſq;,) Cædes Seruij miſerabilis. Vltima,) id eſt maxima. Audere,) id eſt audebat. Cogendum,) i. conuocandum. Apparitorũ,) .i. miniſtrorum.

Ipſe,) ſcilicet Seruius. Exanguis,) id eſt mortuus. Semianimi,) id eſt ſemimortuo. Comitatu,) .ſ. aulicorum. Iis,) ſcilicet percuſsionibus. Fugientem,) ſcilicet Seruiũ. Abhorret,) id eſt diſſonat. A quo faceſſere,) Tragicæ impietatis exemplum.

Dianium,) id eſt templum Dianæ, vel locus Dianæ ſacer. Flectente,) ſcilicet Tullia. In collem Eſquiliarum,) ſcilicet vbi erat regia. Is,) ſcilicet auriga. Iumenta,) id eſt equos. Dominæ,) ſcilicet Tulliæ. Fœdum,) id eſt abominabile. Monumento,) .i. indicio memoriæ. Amens,) ſcilicet Tullia. Furijs,) ſcilicet quæ furiæ pœnas expetebant à Tullia propter ſororem occiſam. Vide Ciceronem pro Roſcio & in primo de Legib. vbi furias interpretatur eſſe anxios dolores conſcientiæ malæ & inquietæ in animis ſceleratorum.

Per,) id eſt ſuper. Patremq; ſanguinis,) Notatio, vel emphatica ac tragica deſcriptio. Quibus iratis,) id eſt propter quos iratos. Similes exitus,) ſcilicet exilium & cędes. Seruius Tullius,) Epilogus Seruij Tullij. Succedenti,) ſcilicet poſt Seruium. Aemulatio,) id eſt imitatio.

Occiderunt,) id eſt perierunt. Vnius,) ſcilicet tanquã domini. Eum,) ſcilicet Seruium. Niſi ſcelus,) id eſt niſi cognatorum eius impietas impediſſet, anteuertiſſet eius conſilium. Interueniſſet agitanti,) ſcilicet Seruio.

Sicut antea ſuum cuique regi Catalogum ſubieci, quo inſtituta, mores, leges, à ſingulis inuenta aut ſeruata comprehenduntur: ita nunc etiam poſt Seruij Tullij vitam, ſimilem Catalogum ſubijciam, quo difficiliores aliquos leges continentur & inſtituta.

LEGES SERVII TVLLII.

PRIMA ergo eſt. Sola patrum & ſenatus authoritate & voluntate regnare poſſe regem, & præeſſe ſummũ magiſtratum, licet ſupra in Numa, populi aſſenſus ſit etiam quæſitus, ſicut in poſterioribus quoque regibus. Hoc in conſulibus poſtea mutatum, & in Cæſaribus creandis translatum eſt. Nam ferè Cæſares erant, quos milites prætoriani legerant, vel quos ſibi Cæſares ipſi ſubſtituerant vltima voluntate, quibus tamen Senatus authoritas accedebat. Rectiſsimè verò agitur vbi Senatus & optimates creant magiſtratum, vel aliquid inſtituunt penes quos eſt ſummum reipublicæ conſilium, prudentia & maieſtas. At vulgus vt incertum, ita & ſtultum ignobileq; eſt.

Secunda. Principis & magiſtratus eſſe firmare atq; munire opes ſuas publicè priuatimque. Nam alioqui parum maieſtatis eſt in eo, niſi authoritas confirmetur & conſiſtat ſuis viribus ac potentia.

Tertia. Inducias eſſe bona fide hoſti ſeruandas. Etenim induciæ ſunt feriæ belli, inſtituti vtriuſq; partis conſenſu & pacto inter hoſtes, quibus vtrinque nulla vi debet attentari quicquam, ſed tuto & ſine metu agere. Vide Gellium lib. 1. cap. 25.

Quarta. Oportere eſſe diſcrimina & ordines ciuium hominumq;, ſecundum officia publica vel priuata, vel ſecundum opulentiam, vel nobilitatem, vel prudentiam. Ne quilibet infimæ ſortis æquetur optimo cuique: ne ſordidi honeſtis, nobiles ignobilibus, pauperes diuitibus, ſtulti vel rudes ſapientibus temerè commiſceantur. Suprà autem dictum eſt de tribus ordinibus, ſcilicet, patritio, equeſtri & plebeio. Debetur enim ſuus cuique honor, ſuum cuique præmium, ſua cuique reuerentia & ſuam quiſque conditionem agnoſcere, & ea, vel humili contentus vel excelſa non efferri immodicè debet.

Quinta. Secundum cenſum cuique obeunda eſſe munia & onera reipub. ne pauperes & humiles immodicis oneribus ſupprimantur, nec diuites & magni ocioſe & illiberaliter contra rempub. agant, ſed quiſque pro ſuis viribus & facultatibus eam adiuuet. Fuitq; hoc Seruij inſtitutum longè ſaluberrimum vrbi Romanæ, quo ciuium ſuorum, atque ſuis adeò bonis & opibus potuit ſe ſuſtinere. Eſt autem Cenſus, æſtimatio bonorum & facultatum cuiuſque ciuis, quo poſsit fieri coniectura, quantum quiſq; ciuium, pro facultatum ſuarum proportione geometrica rempub. adiuuare queat pecunia & tributo, cũ opus fuerit. Sic in Euangelio Lucæ, cap. 2. ſcribitur, Octauium Auguſtũ egiſſe cenſum totius orbis imperio Romano ſubiecti. Greci vocant τίμημα, id eſt æſtimationẽ, vel ἀπογραφὴν, id eſt deſcriptionem, quod cuiuſque bona opes & facultates, quanti valeant, cenſeantur, æſtimentur, & deſcribantur, vt ſic Reſpub. ſuas opes viresq; non ignoret, & ſecundum eas ſe queat comparare.

Sexta. Quemq; ciuem in ſua claſſe cenſeri & numerari debere. Eſt autem appellata claſsis, à Græco verbo καλεῖν, id eſt à vocando, quòd ciues vocarentur ad cenſum, vel ad comitia, & ſuffragia ſecundũ ordinem claſsiũ. Qui autem non eſſent claſsici, id eſt, qui non eſſent digni vel idonei, vt cenſerentur in aliqua claſſe, illi non vocarentur neque ad cenſum, neque ad comitia, nedum ad vllos honores in vrbe. Sunt ergo quinque claſſes ſecundum opes & facultates eorum inſtitutæ à Seruio Tullio, quæ deinceps perdurarunt, licet creſcente republ. & imperio, increuerit etiam quantitas facultatum, proportione circiter decupla, vt videbimus ex ſequenti ſupputatione: quia hic ſub Seruio Tullio circiter ducenteſimum annum Vrbis, cenſa eſt prima claſsis mille coronatis. Secunda, ſeptingentis quinquaginta coronatis. Tertia, quingentis coronatis. Quarta, ducentis quinquaginta coronatis. Quinta & infima, centum & decem coronatis, quo tempore adhuc paruæ, vel ſaltem mediocres fuere opes Romanorum ciuium. Verùm intra annos trecentos adeò creuere ipſorum facultates, vt tempore belli Punici ſecundi, circiter annum Vrbis quingẽteſimum quinquageſimum, cenſa ſit prima & ſuprema claſsis ſenatorum, & patritiorum & equitum ſenatorij ordinis, quindecim millibus circiter coronatorum, vel ſaltem duodecim millibus. Nam paulò pòſt occupata Aſia, pluribusq; prouincijs, ita ſunt auctæ Romanorum opes & potentia ex orientalium ſpolijs & rapinis, vt cenſus equeſtris nõ eſſet minor duodecim millibus coronatorum. Quam ſummam facultatum, qui non haberet, is non cenſeretur vir equeſtris ordinis, neque in eo ſederet. Senatorius autem cenſus non eſſet minor viginti millibus coronatorum, quam ſummam qui non haberet, non legeretur in Senatum. Poſtea verò Cæſar Auguſtus

Octauius

Octauius ita auxit vtrunque censum, vt equestris haberet viginti millia coronatorum. Senatorius verò, triginta millia coronatorum. Tertia, tribus millibus coronatorum. Quarta, mille coronatis. Quinta & infima, quingentis coronatis: hoc est, quinquaginta millibus æris: quã summam qui non possideret, nõ esset classicus, id est non censeretur in classe aliqua. Ergo Seruij quarta & quinta classis, post tanta incrementa, non censa est, sed annumerata sexto ordini capite censorum & proletariorum, qui cum non haberent quod penderent tributum, à militia quoq; & ab alijs tributarijs oneribus habebantur immunes. Attamen allegabãtur ad onera sordida & viliora, non tamen seruilia. Vide Gellium in 16. cap. 10. & de his Liuium in 4. lib. belli Punici circiter initium. Hæc autem æstimatio partitioq; ciuium non Romæ solùm est obseruata, verumetiam apud Græcos, & præcipuè Athenis, vt ciues secundum censum & facultates suas facerent munera, & Rempub. adiuuarent, de qua re multa sunt apud Demosthenem in oratione de muneribus.

Septima. Singulæ classes sunt in centurias suas distinctæ, non quòd tantùm homines centum vna centuria continerent, sed plures etiam apparet fuisse ciues in centuria, ex supputatione lustrorum. Hic ergo obserua duplices fuisse centurias, nempe classicas & equestres.

Octaua. Centuriæ equestres primùm à Romulo tres institutæ, hîc quoq; à Seruio sunt auctæ: ita, vt centum coronati darentur ex publico fisco ad equos emendos. Sic ergo equestris ordo non mediocre accepit incrementum.

Nona. Viduæ & pupilli sunt quidem immunes Romano iure à militia, sed tamen tributum pendere, pro facultatum suarum portione, cogũtur, & præsertim equitibus viginti coronatos annuos pendebant ad alimentũ equi.

Decima. Diuites oportet obire onera pecuniaria, cum habeant vnde pendant. Tenues autem, cum parum habeant, alijs oneribus, non pecuniarijs neque sumptuosis, adiuuare debent Rempub.

Vndecima. Suffragia in comitijs à ciuibus rogare & colligere secundum cuiusq; dignitatem conuenit. Et quidem sub prioribus regibus æqualiter valebant ciuium suffragia, pauperum æquè ac diuitum. Verùm Seruius instituit, vt penes optimates maior esset authoritas, maiorq; vis suffragiorum. Hic autem obserua primò, Comitium esse locum publicum, in quem conueniant homines ad audiendum, consultandum, vel suffragandum vocati. Comitia verò esse conuentum ciuium & hominum. Erant ergo Romæ tria comitiorum genera, scilicet, Centuriata, Curiata, Tributa. Vocantur autem centuriata comitia magna, vel maxima, extra vrbem in campo maximo haberi solita, quò omnes omnium classium centuriæ conuocabantur: adeoq; omnes classici ciues, & singuli præsertim ex prima classe, aliquando ex secunda quoque, rarò ex inferioribus rogabantur suffragia. His comitijs creabãtur posteà Consules, Prætores, Aediles, Quæstores & Põtifices. Hic etiam ferebantur centuriatæ vel populares leges, tãquam à singulis centurijs classium, & totius populi, omniumq; ordinum consensu latæ. Comitia curiata agebantur intra vrbem, cum primores ex trigintaquinque curijs in concionem vocabantur, erantq; minora comitia. Hinc curiatæ leges & curiata suffragia dicuntur, tanquã à curiarum primoribus latæ. His etiam creari solebant minores magistratus & sacerdotes. His etiam capitalia iudicia & sententiæ capitales ferebantur, vt infrà in principio secundi de Valerio Publicola patet. Comitia tributa dicuntur, cum ex vna aliqua tribu conuocabantur ciues: & hæc intra vrbem suo loco fiebant, cum tribus locales conuenirent. Quanquam postea Curiata & Tributa comitia non multum videntur differre, vt suprà de curijs & tribubus dixi.

Duodecima. Tribus locales quatuor à Seruio Tullio sunt institutæ, à partibus vrbis appellatæ, scilicet Palatina, Exquilina, Collina & Suburrana. Fuere & aliæ tribus non locales, sed à tributo, id est pecunia in publicum pendenda & tribuenda vocatæ, vno numero curiarum. Ita vt Ciceronis tempore & vltra, eædem fuerint tribus & curiæ: sicut & eadem fuere curiata tributaq; suffragia & comitia. Curiæ ergo sunt à cura Reip. dictæ. Tribus à tributo. Hic tamen & aliam diuisionem ciuium obserua, quòd Romæ constituta sint collegia. Et collegium est sodalitas quædam ciuium, collecta secundum professionem vel artificium suum. sicut hodieq; sunt collegia sacerdotum, collegia scholastica, collegia artificum: vt pistorum, laniorum, sutorum. Sic & Romæ honesta erant collegia Pontificum, Augurum, Sacerdotum, Publicanorum, mensariorum, mercatorum, & similium artificiorum.

Decimatertia. Incensos, hoc est, eos qui nolint censeri, mulcta, aut pœna esse afficiendos, neque in numero ciuium esse habendos, vt Cicero quoque in oratione pro Archia arguit.

Decimaquarta. Lustrum quinto quoque anno condi. Est autem lustrum cæremonia quædam expiatoria, qua ciues lustrarẽtur, id est expiarentur, & purgarentur, quibusdam sacris, quæ Solitaurilia vocantur: & expiato populo, agebatur census ciuium à rege, alióue magistratu. Paulo verò post trecentesimum annum vrbis, peculiaris magistratus est institutus lustro condendo, & censui agendo, qui magistratus Censura vocatur, & inde Censores vocati sunt, quinto quoque anno tanquam æstimatores & inspectores, non tantummodo facultatum ciuium, sed etiam morum, penes quos disciplinæ Romanæ priuatim publicéque regimen esset, & vt ius publicorum priuatorúmque locorum, & vectigalia reditusq; populi Romani sub nutu atque arbitrio eorum essent. Vide infrà in principio quarti libri. Hinc & notæ censoriæ vocantur, quibus afficiuntur vel negligentes, vel criminosi & probrosi: ita, vt Censoribus liceret è Senatu eijcere probrosos Senatores, & equos adimere probrosis equitib. & ex sua classe, vel è numero quoq; ciuium eijcere probrosos ciues, honestiores verò transferre in locum honoratiorem.

Decimaquinta. Muros, mœnia, & pomœrium Romano iure esse sancta & publica, vt suprà in Romuli Catalogo dixi.

Decimasexta. Non solùm armis & scientia belli, sed & consilijs artibusq; pacis Rempub. consistere, iuxta illud Iustiniani, in exordio suarum Institutionum, Imperatoriam maiestatem non solùm armis decoratam, sed etiam legibus armatam esse oportet.

Decimaseptima. Agrum captum & ereptum hostibus victis, in ciues viritim diuidere primus instituit Seruius, cum alioqui agri hostium aut publici fierent, aut colonis assignarentur, aut locupletioribus venderentur: ita, vt tenues nihil agri obtinere, sibiq; vendicare possent. Hinc autem populares quidem, sed perniciosæ tamen & turbulentæ leges agrariæ sunt à Tribunis plebis inuentæ, centesimo fere anno post hanc diuisionem Seruij, à Spurio Cassio consule, vt infrà in lib. 2. scribitur. De his vide Plutarchum in vita Gracchorum.

Decimaoctaua. Nuptiæ incestæ & illicitæ habentur iure Romano, quæ inter proximos cognatos, & proximos affines copulantur: vt inter parentes & liberos, inter fratres, & coniuges fratrum, qua de re Iureconsultos consule.

Decimanona. Sine iussu regis aut magistratus superioris nemini licere vocare Senatum, aut vocare plebẽ, imò nec conuenticula facere. Nam faciens conuenticula, id est priuatos conuentus popularium ad consultandum de negotijs publicis, habetur pro seditioso & perduelle. De hoc consule & Iureconsultos, à quibus vocatur & tractatur lex Iulia maiestatis.

Vigesima. Non licet matronæ Romanæ in publicum progredi, nisi causa sacrorum, nedum in conuiuium prodire. vnde & quidam Senator legitur occidisse vxorem suam, quòd deprehenderet eam stantem in foribus nudo capite. Idq; viro impunè fuisse. Et hæc instituta ex Liuio obseruare possumus in vita Seruij.

Sequuntur etiam aliquot obseruata alibi.

Vigesimaprima. Leges commerciales de venditione & emptione, deq; similibus commercijs & contractibus primus instituisse Romæ fertur Seruius, vt contractus & commercia bona fide fierent & seruarentur, de quibus longè plurima à Iureconsultis disseruntur.

Vigesimasecunda. Primus etiam Seruius Romæ æs signauit, id est pecuniam inuenit, ita vocatam, quod æris signati nota erat pecudis alicuius, vtpote tauri, bouis, suis, ouis figura. Signauit autem ita, vt æneus as valuerit duodecim vncijs æris, hoc est nostris denarijs paulò plus tribus. Sic decem asses valent drachma. Viginti asses valent didrachma, id est quadrante aurei Rhenani. Octoginta asses valent aureo Rhenano. Centussis, id est centum asses, valent aureo coronato, hoc est quinque quadrantibus Rhenanis. Et obserua loquendi formulam: quia decem æris, elliptica oratio, tantundem significat, atque si dicas, decem asses ærei, vel decem asses æris, id est ex ære, qui est decussis. Sic & centum æris, & centum asses, & centussis, idem significant. Ita & mille æris, & mille asses ænei, valent decem coronatis. Atque ita in infinitum numerabis. Postea verò paulò ante bellum Punicum primum, argentum quoque signatum est, vt denarius argenteus valeret decem assibus, à quibus & nomen habet, id est drachmæ & duo denarij valerent quadrante aurei, & octo denarij valerent aureo Rhenano, & decem denarij valerent coronato. Reliqua apud Budæum de Asse, & in eius epitome quære. Inuenta est autem pecunia, tanquam instrumentum & precium emptionis, locationis, & similium contractuum, quod precium daretur pro merce, ne sola permutatione cogerentur inuicem contrahere, & semper mercem pro merce dare. Sic apud priscos, teste Homero & Iureconsultis, fieri consueuit. Vide etiam Plutarchum in Lycurgo. Nam hæc in præsens ex vita Seruij obseruasse satis est.

DE LVCIO TARQVINIO SVPERBO, VII. REGE ROMANORVM.

DE L. Tarquinio Superbo, septimo rege Romanorum, qui viginti quinque annos Romæ tyrannum potius quàm legitimum magistratum egit. Siquidem tyrannus est magistratus, qui non secundum leges, sed per vim & libidinem suam imperat, magis commodo proprio, quàm popularium vtilitate. proponitur ergo sæuæ tyrannidis exemplum in hoc Tarquinio, & aptè describitur vita tyranni. Facta,) scilicet superba. Patrum,) id est Senatorum. Conscius deinde.) Periphrasis & descriptio tyrannidis. Exemplum,) scilicet pellendi regni. Armatis,) scilicet satellitibus. Præter vim,) scilicet vtpote tyrannus. Vt,) id est nempe. Quem,) scilicet metum. Cognitiones,) id est iudicia. Rerum,) id est criminum. Sed vnde,) id est etiam innocentes. In patres legere,) id est vt essent senatores. Ordo,) scilicet senatorius.

Per se,) id est ipsos. Regum,) scilicet Romanorum. Soluit,) id est destruxit. Domesticis,) id est priuatis. Hospitia,) id est ius hospitalitatis. Ab Vlysse.) Vide Ouid. in 14. De consuetudine Vlyssis & Circea.

Oriundus,) id est ortum ducens. Iam magna,) Exemplum tyrannicæ calliditatis & versutiæ Tarquinij in opprimendo Herdonio principe Latino, aduersante sibi liberius, quàm tutum erat tyranno. Ferentinæ,) scilicet Deæ, quę præerat floribus & frugibus ferendis ac gignendis. Esse,) scilicet negotia. Aricia,) scilicet oppido non procul à Roma. Mussitantes,) scilicet hoc cognomen Superbi. Excitis,) id est conuocatis. Pati eo otiam,) scilicet Latinorum. Iugum acceperint,) scilicet si se Tarquinio subiecerint. Quod si,) ab exemplo. Quod,) scilicet imperium. Sui ciues,) id est Romani. Crediderint,) id est commiserint Tarquinio. Illud,) scilicet regnum. Creditum,) id est commissum. Parricidio,) scilicet cæde soceri & regis Seruij. Credere & Latinos,) id est quod Latini quoq; debeant committere regnum Tarquinio. Alienigenæ,) scilicet Latini. Deberent,) scilicet credere regnum Tarquinio. Nec sic,) id est etiam si Romani dicant bene creditum ei regnum. Sin,) id est si autem. Qui,) scilicet Romani.

Quid melioris spei,) id est quam meliorem spem. Si se,) scilicet Herdonium. Inde,) scilicet ex concilio. Diem concilij.) Concilium dicitur à conciendo, id est conuocando. Eodem,) id est ad eam rem. Homo,) scilicet Herdonius. Is,) scilicet Tarquinius. Id temporis,) id est tam serò. Proximis,) id est amicis. Disceptatorem,) id est arbitrum. Exemisset,) id est præripuisset. Tulisse,) scilicet Tarquinium. Tacitam ferunt.) Non feres à me hoc tacitum, id est contradicam tibi. Cognitionem,) id est iudicium. Habiturum infortunium.) Quia Romano iure filius est in potestate patria, neque habet in patrem ius accusandi vel agendi. Aricinus,) id est Herdonius. Ciuium,) scilicet Romanorum. Pro imperio,) id est plena potestate. Oblato,) id est iniectato. Aduersæ,) id est contra Turnum. Moram suam.) Infero tibi moram, id est do tibi occasionem morandi. Illatam,) id est factam. Dici,) id est quod diceretur. Solus,) id est Turnus. Aggressurum,) id est quod Turnus voluisset aggredi Tarquinium. Rem,) id est cædem. Author,) scilicet Tarquinius ipse. Quem,) scilicet se Tarquinium. Inde,) id est ex absentia sua. Absentis,) scilicet Tarquinij. Spem,) id est Turni.

Non dubitare,) scilicet ait Tarquinius. Ad eum,) scilicet Turnum. Abditi,) id est occultati. Indicta,) id est non defensa. Caput,) id est fontem.

Reuocatis deinde.) Hoc Tarquinij insidiosum factum & exitiabilem dolum contra Turnum, videntur Latini historici à Græcis mutuati esse, vt est apud Tragicos de Vlyssis dolo contra Palamedem, cuius meminit Ouid. in oratione Aiacis, in 13. Et Virg. in oratione Sinonis, in 2. Aeneid. Posse quidem.) Subdola oratio Tarquinij ad Latinos, & fraudulentum fœdus cum eis initum. Participes,) id est socij. Patre suo,) scilicet Prisco Tarquinio. Capita,) id est principes.

Secretum,) id est separatum. Manipulos,) id est ordines militares. Ex binis,) id est ex dimidio Latino, & dimidio Romano manipulo. Singulos,) id est in vnum manipulum mistum. Binos,) id est duos dimidiatos manipulos. Geminatis,) id est duplicatis, vt tantundem militum accesserit ex Latinis, quantum prius erat conscriptum ex Romanis, sic tamen, vt vnusquisque manipulus contineret quinquaginta milites Romanos, & quinquaginta Latinos. Centuriones,) id est præfectos manipulorum. Manipulus autem multitudo est militum, continens centum circiter milites, quanquam variauit hic numerus sæpe. vide infrà in lib. 8. Nec vt iniustus.) De bellis Tarquinio gestis. Et describit hic vndecimum bellum à Romanis feliciter gestum contra Gabinos, & pulchrum vaframentum stratagematisq; Tarquinij filij, quo decepit Gabinos: quale exemplum fraudis scribit etiam Herodotus in 3. lib. editum à Sopyro duce contra Babylonios. Ea arte,) scilicet militari. Degeneratum,) scilicet id quod erat factum inhonestè & tyrannicè. Decori huic,) scilicet militari. In ducentos,) scilicet duraturum: quia Romani perpetuum quasi bellum postea sub Consulib. & Tribunis gessere, vt describitur in sextum vsque librum. Recepisset,) id est confecisset. Rege deûm,) id est Ioue. Pecuniam captiuã,) id est manubias. Lentius,) id est tardius. Nequicquam,) id est frustra. Minimè arte Romana.) Quia Romanorum est aperta vi sine insidijs agere. Sed dolus an virtus sit, quis in hoste requirat? Ex composito,) scilicet dolo. Patria in se.) Querelæ fraudulentæ Sexti filij contra patrem, quibus imposuit Gabinis. Vertisse,) id est Lucium patrem. Eum,) scilicet Lucium. In suos,) id est domesticos. Se,) scilicet Sextum. Quod si apud.) Peroratio. Tegere,) id est defendere. Ardoris,) id est incendij. Infensus,) id est commotus Sextus. Porro,) id est aliorsum. Vetant,) scilicet Gabini Sextum. Esset,) scilicet Lucius. Sæuiturum,) scilicet Lucium. Gratum aduentum esse,) scilicet dicebant. Illis,) scilicet Sexto. Adhiberi,) id est adhibebatur. Veteribus,) id est senioribus. Notiores,) scilicet propter experientiam diuturnam. Identidem,) id est subinde. Assumere,) id est assumebant. Ciuibus,) scilicet Romanis.

Liberi,) id est filij. Accresceret,) scilicet apud Gabinos. Tum,) id est tunc. Esset,) id est erat. Videbat,) scilicet Sextus. Dixerit,) scilicet pater. Quæ viderit,) scilicet à patre. Ambagibus,) id est signis obscuris, secretis. Primores,) scilicet tanquam summe capita ciuitatis. Sua inuidia,) quia ipsis alioqui inuidebatur.

Minus speciosa,) scilicet vel propter innocentiam, vel propter potentiam. Iuxta,) id est pariter. Diuisa,) id est adiudicata. Fisco,) scilicet ærario publico. Adimi,) id est adimebatur. Orba,) .i. spoliata. Romano,) id est Lucio.

Inde ad negotia.) De Capitolio in Iouis honorem constructo, quod templum habet nomen à capite humano ibidem inuento, dum iacerentur fundamenta. Fuit autem templum cum arce coniunctum in monte Tarpeio, qui cognominatus est inde Capitolinus. Patrem,) scilicet Priscum. Filium,) scilicet Lucium. Arx,) scilicet Tarpeia. Exaugurare,) id est religione liberare & exuere. Inaugurata,) id est religioni addicta. Numen,) id est potestatem suam ostendisse & voluntatem. Aues,) scilicet auspicatæ. Non addicere,) id est non dedere bonum signum. Acceptum,) id est intellectum. Vnum deorum,) id est solum ex omnibus dijs. Portendere,) quia terminus significat finem & limitem stabilem. Perpetuitatis,) id est perpetui imperij. Portendens,) id est significans. Aperientibus,) id est fodientibus. Quæ species,) id est capitis. Haud per ambages,) id est manifestè. Arcem,) scilicet capitolinam. Caput rerum,) id est sedem regni & imperij summam. Cecinere,) id est prædixere. Augebatur,) id est liberalior fiebat.

Manubiæ,) id est pecuniæ redactæ ex præda. Pictori,) id est historico. Suppeditauere,) id est suffecere. Talenta,) scilicet auri & argenti. Quadraginta talenta,) id est vigintiquatuor millia coronatorum. Nam talentum valet sexcentis coronatis. Quadraginta millia pondo argenti,) id est quatercentena millia coronatorum. Pondo argenti est mina, & mina valet decem coronatis. Magnificentiæ,) quia nunc ædificant sumptuosissimè. Publica pecunia,) id est ex publico tributo collecta.

Foros,) id est sedilia. Duobus operibus,) id est foris & cloecæ. Noua,) id est nostræ ætatis sumptuositas. Multitudinem,) scilicet otiosam. Colonia mittendis,) scilicet in oppida deuicta. Circeiosq;.) Quia Circei oppidum situm est ad mare, vbi fabulantur poetę olim habitasse Circem, in maritima ora Italiæ. Hæc agenti.) De prodigio, quod oblatum Tarquinio, portendit ei mutationem rerum suarum. Et de oraculo Apollinis, quod Bruto successionem imperij significauit. Estq; hic, ad finem libri vsque, optimum narrationis copiosæ & facilis exemplum: cui confer eam narrationem, quæ est in 2. Fastorum Ouid. breuior aliquanto, & familiarior, vnde videbis apertè discrimen medij & grandia generis orationis, quanquam hic Liuius nonnihil se à grandiloquentia submittit. Agenti,) scilicet Tarquinio. Fecisset,) id est excitasset. Nam facere fugam, ambiguum est. significat enim fugere & fugare. Publica prodigia,) scilicet interpretanda. Sortium,) id est oraculi Apollinis. Nam olim oracula dabantur per sortes. Ignotas,) scilicet Italis. In Græciam,) scilicet ad Delphos, quod oppidum erat Phocensium supra Achaiã. Comes his,) Descriptio personæ L. Bruti, qui se, alioqui callidus, stultum simulauit esse, vt ita tutius ageret inter Tarquinios. Cuius,) scilicet stulti.

Primores,) scilicet interfectos. Auunculo,) scilicet Tarquinio. Fortuna,) id est bonis suis. Parum præsidij,) scilicet

licet apud tyrannum. Industria,) id est dolo. Bruti,) scilicet, quod significat ratione carentem & bestialem quasi. Obtentu,) id est specie. Liberator,) scilicet prudentissimus & fortissimus, qui liberaret vrbem à tyrannide.

Effigiem,) id est signum, vel symbolum. Sicut enim nobile aurum sub baculo ligneo inclusum tegebatur, ita sub moribus Bruti stultis & simulatis, latabat ingenium eius callidum, prudensq; animus. Spem,) scilicet vnde reddebantur oracula. Brutus alio.) Expositio oraculi callida per Brutum.

Pythicam vocem,) id est Apollinis oraculum, qui cognominatur Pythius à Pythone serpente occiso, teste Ouid. in 1. Metamorph.

Omnium mater,) scilicet quæ ex terra & super terram nascuntur. Reditum.) De obsidione Ardeæ vrbis Rutulorum, & de contentione iuuenum nobilium super castitate vxorum, deq; Lucretia castissima, vide Ouid. in 2. Fastor. Cingitur, &c.

Magnificentia,) id est sumptu regio. Fabrorum,) Faber est, quicunque laborat malleo. Statiuis,) id est otiosis castris. Commeatus,) id est ius abeundi & redeundi, æquiuocum est. Accenso,) scilicet per ebrietatem. Quin,) id est inquit, cur non.

Præsentes,) scilicet nos. Nostrarum,) scilicet vxorum. Spectatissimum,) id est maximè credibile. Tenebris,) scilicet noctis.

Collatiam,) sedem Collatini prope vrbem. Lanæ,) id est lanificio. Lucubrantes,) id est ad lucernam laborantes. Laus penes,) id est Lucretia iudicata est optima. Adueniens vir,) scilicet Collatinus. Aduenteos,) scilicet in domum Lucretiæ. Ibi Sextum Tarquinium.) De impio & incesto amore Sexti Tarquinij in Lucretiam, & de mulieris eius castitate. Ibi,) id est in conuiuio.

Ignaris,) scilicet Lucretia & eius familia. Circà,) Est hoc loco aduerbium loci. Fateri,) id est fatebatur. Obstinatum,) id est constantem. Inclinari,) scilicet ad turpitudinem. Sordido adulterio.) Vetere enim iure Romano proximi quique sanguine vel affinitate, priuatim pœnas sumendi indicta causa à mulieribus in adulterio deprehensis, potestatem habebant. Sic ergo Tarquinius comminatur se velle per vim eripere Lucretiæ primo castitatem, deinde & vitam, denique & bonam famam. quia velit seruum occisum in lectum Lucretiæ ponere proximè eam, vt iure videatur & dicatur muliercula occisa propter adulterium, à cognato Sexto Collatini mariti. Quo terrore,) scilicet dedecoris. Expugnato,) id est propter expugnatum.

Patrem,) scilicet Lucretium. Virum,) scilicet Collatinum. Singulis amicis,) id est vt quisque adducat vnum fidelem amicum. P. Valerio,) scilicet Publicola. Lucretiam sedentem.) Querelæ Lucretiæ, quibus ad vindictam suos incitat. Satin' salux,) scilicet res essent. Substãtiuum omissum est. Violatum,) scilicet per vim. Insons,) id est non consentiens libidini. Testis,) scilicet innocentiæ. Sibiq;,) scilicet ipsi. Viri,) id est vltores & vindices. Gaudium,) id est libidinem.

Omnes,) scilicet quatuor. Coacta,) scilicet Lucretia. Authorem,) scilicet Sextum. Mentem,) id est quæ velit & consentiat peccato.

Consilium,) id est voluntas & consensus. Conclamat vir.) Coniuratio contra Tarquinios & animositas Bruti, qui hic demum animum hactenus dissimulatum aperuit. Manantem,) id est fluentem. Ante regiam iniuriam,) id est ante vim Sexti. Coniuge,) scilicet sua. Exacturum,) id est persecuturum. Regnare,) id est regem esse. Præceptum,) scilicet à Bruto, id est iurant in verba Bruti. Regnum,) scilicet Tarquinij.

Vocantem,) id est conuocantem ciues. Elatum prope,) funebre verbum, ab effero. Elatum domo,) Tumultus contra Tarquinium excitatus, instigatore Bruto. Domo,) id est ex arce Collatini. In forum,) scilicet Collatiæ. Per se,) id est suis viribus. Monet,) scilicet homines. Quod,) scilicet sumere arma. Hostilia ausos,) id est Tarquinios violentos. Pari,) id est sufficiente. Præsidio,) id est custodia. Primores,) vt Lucretium, Publicolam, Collatinum. Quo simul,) id est statim vt.

Tribunum Celerum,) id est ad magistrum equitũ. Ibi oratio habita,) Enumeratio iniuriarum Tarquinij, quibus instigat populum Romanum Brutus, ad pellendos vrbe regnoq; Tarquinios. De vi,) primum. De stupro,) secundum. Et miserabili,) tertium. De orbitate,) quartum. Tricipitini,) id est Lucretij patris. Addita superbia,) quintum. Miseriæ,) sextum.

Labores,) septimum. Demersæ,) id est suppressæ. Circa,) id est in vicinia. Indigna,) octauum. Et inuecta,) nonum. Filia,) scilicet vxor Tarquinij. Inuocatiq;,) decimum. Vltores,) id est qui vlciscantur impietatem & parricidia liberorum. His atrocioribusq;.) De regno abrogato Tarquinijs, quos vnanimi consensu populus Romanus priuatos & exules esse iussit. Vtrum verò hoc iure fecerint Romani, an non, huius loci non est disputare.

His,) scilicet criminibus. Scriptoribus,) scilicet mihi Liuio. Relatu,) id est vt referatur. Facilia,) id est quia non est tutum. Quæ præsens rerum.) Obscurum Noema est, quo Liuius perstringit immodicam potentiam & licentiam Cæsarum, vt Augusti & Tyberij, qui ætate Liuij parem quasi Tarquinijs tyrannidem & libidinem exercebant Romæ, sublatis è medio optimis quibusq; in bello ciuili, & destructa libertate Romanorum. Memoratis,) id est à Bruto recitatis. Ipse,) scilicet Brutus.

Nomina dabant,) scilicet in militiam. Exercitum,) scilicet qui obsidebat Ardeam. Furias,) id est vltrices deas, quæ vlciscuntur parricidia aliaq; flagitia. Per furias enim Poetæ significant flagitiosæ conscientiæ cruciatus. Rex,) scilicet L. Tarquinius. Comprimendos,) id est sedandos. Obuius,) scilicet adhuc viribus impar regi. Tarquinio clausæ,) Fuga L. Tarquinij regis & liberorum eius. Exacti,) id est expulsi.

Cære,) scilicet oppidum. Sex. Tarquinius.) Exemplum pœnitæ impietatis Sexti contra Lucretiam, & proditionis contra Gabios, & tyrannidis.

Liberatam,) scilicet per Brutum. Inde,) scilicet post regem, & in locum regum. Centuriatis,) id est magnis. A præfecto vrbis,) scilicet Spurio Lucretio.

Ita quidẽ in hoc primo Liuij libro describitur pueritia quasi & prima ætas imperij Romani, acta sub regibus septem, qui Monarchiam tenuere annos plus quàm ducentos quadraginta, intra quod temporis spatiũ puerilea & imbecilles adhuc Romanorum vires fuere, paruo spatio circa Romanorum agrum contentæ, paucisq; colonijs. Sic enim à minimis initijs paulatim ad mediocra, inde ad magna, postea ad maiora, deniq; ad maxima conscendunt vires regnorum, vrbium, & populorum. Cæterũ nobis hic restat septimus Catalogus legum & institutorũ, quæ obseruari possunt ex vita Tarquinij Superbi, in eundẽ, quem supra diximus vsum, nempe ad inquirendos fontes & origines publici priuatiq; Romani iuris: atq; vt horum Catalogorum exemplo iuuenes plura obseruent & excerpant ex historicorum lectione diligenti, qui tametsi non numerant leges, sed res gestas factaq; describunt, tamen exẽplo proponũt morum & legum priuatarũ iuxta & publicarũ, aut cõtra eorum, quę malè aduersus mores legesq; fiunt.

LEGES ET INSTITVTA L. TARQVINII SVPERBI.

ERGO primum institutum sub Tarquinio est. Regem & Tyrannũ præcipuè vti ministerio præsidiuiq; satellitum armatorum contra vim. Superiores tamen regeş cum amicorum comitatu inermi soliti erant incedere, vtpote mitiores, & propter clementiam suam charitatemq; suorum tutiores.

Secundum. Cognitiones & iudicia criminum capitalium, antea communia Senatui cum rege, iam sub Tarquinio ad solum regem translata sunt. Verùm mox noui consules denuo transtulere capitalia iudicia ad totius populi suffragia & consensum, vt infrà, in secundo de Valerio Publicola dicetur, vide & suprà in catalogo Tullij Hostilij.

Tertium. Senatum consuli à rege, etiamsi monarcha fit rex, vnusq; summa rerum potiatur. sed hoc institutũ tantùm valuit apud moderationem & æquabilitatẽ veterum regum, non apud Tarquinium, aliosq; superbos principes. Boni enim suos hodieq; habent consiliarios, quos plerunque audiunt & sequuntur.

Quartum. Ius hospitale publicum priuatumq; apud veteres sacrosanctum & honestissimũ fuit, & propè in proximo gradu amicitiæ locatum: cuius vmbra quædam hodieq; inter principes & nobiles saniores perdurat, cum frugalitate & reuerentia aliqua. Non autem hoc ius intelligas esse in vulgaribus hospitijs, vt nunc appellamus tabernas, cauponas, & diuersoria.

Quintum. Romano iure non datur actio filio contra patrem, ne quidem ciuilis, nedũ criminalis, nisi in crimine maiestatis. imò inter patrem & filium vix vlla datur actio, nisi grauissimis ex causis. Sic vetus ius obseruantiã erga parentes à liberis requirit, vt pater sit constitutus quasi iudex & dominus suorum liberorũ, in quos habuerit olim potestatẽ vitæ & necis, vt suprà in catalogo Romuli dixi.

Sextum. E medio tollendos esse qui velint res nouare, qui conantur conuellere statum veterem Reipublicæ, & mutationem publicorum morum, & legum facere, cum omnis mutatio sit exitiabilis in Repub. Nouatores ergo isti, pro seditiosis habendi sunt.

Septimum. Supplices olim recipi solebant, qui bona fide confugerent ad aliquem principẽ vel populum, etiam criminosi. vnde à Mose quoq; constitutæ sunt ciuitates refugij, quò confugerẽt illi, qui propter fortuitum aliquod crimen

crimen, alioqui in patria sua parum tuti essent: vnde hodieq́ perdurant priuilegia & immunitates eorum locorum, ex quibus non licet quenquam rapere profugum: qualia sunt Cœmeteria, Templa, & domus peculiari immunitati donatæ, quæ Asyla possunt appellari.

Octauum. Inaugurare & exaugurare fana, id est, noua religione imbuere & veteri exuere, ad pontifices pertinet.

Nonum. Sine commeatu, non licere abesse à militia. Significat autem hic commeatus facultatem abeundi & redeundi in militiam suo tempore, datam à duce.

Decimum. Deprehensam mulierem in adulterio, etiam priuata potestate à proximo cognato vel affine, nedum marito occidi licere, vel in publicum accusari de adulterio, & repudio separari à marito, vel supplicio affici.

Vndecimum. In factis & delictis non casum, neque euentum, neque vim spectari, sed voluntatem & malitiam: quia crimina sunt voluntaria, non fortuita aut violenta. Est enim in libero arbitrio hominis bene aut male agere politicè: vnde & virtus & vitium vocatur habitus voluntarius. Quæ verò casu fortuito, aut vi fiunt, ea iure non possunt puniri. Contra verò etiam voluntas & conatus malitiosus sine effectu, iure punitur propter exemplum & vtilitatem publicam. Sed hæc ex Ethica philosophia sunt petenda.

Duodecimum. Tribuno celerum, id magistro equitũ, & aliis magistratibus honoratis licuit solùm vocare populum ad concionem, & conuentum publicum, alioqui nemini, vt suprà dixi, ius est facere conuenticulum. Pro seditiosis enim habentur, qui conuenticula faciunt sine iure aut potestate publica.

Decimumtertium. Post exactos Tarquinios adeo exosum fuit nomen regium, nedum potestas regia, vt etiam suspicione affectati regni aspersos, priuati quoque homines potuerint occidere, vt infrà de Spu. Melio Cassio, de Manlio Capitolino, & alibi de Gracchis aliisq́ popularibus regni affectatoribus legitur. Veruntamen Iulius Cæsar & Octauius Augustus, contra ius & libertatem, sibi regnũ & monarchiam vendicauere, quod inde per omnes Cæsares vsque in pontifices Romanos durauit.

Decimumquartum. Exilio damnatus terra sua patriaq́ arcetur, vt non liceat impunè eò redire, neque habeatur in numero ciuium.

Decimumquintum. Dicitur Tarquinius Superbus primum Romæ excogitasse & instituisse vincula, tormenta, carceres, & alias coercitiones ad reprimendos malos, vel etiam innocuos: tamen facilè apparet ea superioribus, longè antiquiora hæc fuisse, etiam in vrbe Romana. Atq́ hic est catalogus ferè institutorum & legum, quæ in vita Tarquinii obseruari possunt. Et in hunc modum hunc primum Liuii librum satis perspicuè & copiosè expositum esse iudico.

FINIS.

IOANNIS VELCVRIONIS IN T. LIVII AB VRBE CONDITA LIBRVM SECVNDVM ANNOTATIONES.

ARGVMENTVM.



PRIMAM ætatem Romani imperii, tanquam pueritiam, dixi actam esse sub regibus annis ducentis quadragintasex circiter. quam inde sequitur ætas secunda, tanquam iuuentus imperii, sub annuis binis cõsulibus aut consulari potestate, qua exercuerunt aristocratiam: hoc est, imperium penes optimates fuit annis circiter quadringentis sexaginta, à Iunio Bruto Valerioq́ Publicola primis consulibus in Iulium Cæsarem Dictatorem vsque. qui monarchiam, id est regnum sibi, suisq́ & successoribus vendicauit, extincta libertate & aristocratia. Itaque secundus hic liber continet res gestas circiter initia imperii consularis, & multa egregia exempla morum priuatorum & publicorum, item legum & institutorum complectitur, & historiam annorum non amplius quadraginta, cuius summam Florus in secunda Epitome describit.

Vt autem melius intelligantur, quæ statim à principio huius secundi libri tradit Liuius, præmittere libet catalogum legum & institutorum, nouorum quidem, sub primo anno consularis imperii, consulibus Iunio Bruto, & Valerio Publicola, quæ postea per omnem ferè ætatem secundam sub consulibus actam valuere.

LEGES ET INSTITVTA PRIMI *anni consularis sub Iunio Bruto, & Valerio Publicola* COSS.

PRIMVM igitur institutum consulis Bruti cum populi consensu, hoc est, binos consules cum summa regia potestate in singulos annos creari, qui optima quæq́ ciuitati suæ consulant, & Senatui populoq́ præsint bona fide, publica magis commoda, quàm priuata quærentes, vtq́ nemo potestatem & imperium eorum detrectet, neq́ iis in iudicio publico, aut priuata actione negotium facessat aut resistat, quoad in annuo cõsulatu agant, suumq́ annum expleant. Tametsi statim eodem hoc anno regiam consulum potestatem aliquantum imminuit Publicola, vt videbimus de prouocatione.

Secundum. Consules non solum omnia iura regia tenere, sed & insignia gestare, de quibus suprà in catalogo Romuli dictum est satis.

Tertium. Consules alternis fasces habere debere duodecim in vrbe, tametsi hoc postea mutatũ est, præsertim, vt consul extra vrbem in militia aut prouincia agens, pariter duodecim fasces teneret, vt ille alter qui in vrbe esset. Erant autem fasces isti, insigne metuendum ex virgis & fustibus securi colligatis: quod symbolum indicaret, consulem habere ius exequendæ & sumendæ mulctæ & pœnæ capitalis quoque, nedum mitioris. Postea fascium minor tamen numerus communicatus est etiam prætoribus vrbanis & prouincialibus, item proconsulibus, aucto imperio & iurisdictione Romana: & ita parem quidem potestatem, vt pares fasces vterque consul habebat. Licet quandoque prærogatiua ætatis, nobilitatis, sapientiæ, meritorum, potentiæ esset aliqua alterutri.

Quartum. Nemini licere regem agere Romæ, ita consentiente & iurante populo: vnde postea semper pro capitali habitum est, affectare regnũ, vt de Spurio Cassio Melio, de Manlio Capitolino, de Gracchis, aliisq́ patet.

Quintum. Senatum Brutus suppleuit à Tarquinio diminutum adiectis patribus cõscriptis, & allectis ex equestri ordine, vt essent trecenti senatores.

Sextum. Consules quoque sacrorum agere curam, sicut reges, & videre ne quid de religione minuatur aut mutetur. Ideoq́ regem sacrificulum Brutus creauit, qui absentibus consulibus curaret sacra, debita antea regi, nunc autem consulibus.

Septimum. Libertatem & nouũ imperii statum ita muniendum esse magnis paruisq́ momentis, ne qua occasio detur relabendi ad pristina vitia.

Octauum. Charitas Reipub. vincere debet charitatem priuatam, & in genere quilibet affectus, quodlibet ius & & vinculum publicum & erga Remp. superare & vincere debet priuatos affectus, priuata iura, priuataq́ vincula. Priuata enim nihil præscribere, neque adimere possunt publico ipsi iuri. Exemplum huius hic proponitur à Bruto, qui charitatem Reipublicæ prætulit charitati & amicitiæ, quæ sibi priuatim erat cum Tarquinio. Et hanc legem probat ius naturæ, publica priuatis & propriis debere preferri, tametsi corrupta hominis voluntas prauusq́ affectus, sui quàm aliorum sit amantior, & propria priuatáque anteferat publicis, contra legem naturæ, & contra conscientiam.

Nonum. Magistratui non licet abrogare suam potestatem, nisi semetipsum abdicet & exuat honore & potestate sua: nisi superior magistratus cogat inferiorem vi aut iure magistratu abire. Et interim, dum aliquis cum potestate est, nihil cõtra eum priuatim aut publicè ab inferioribus statui iure potest, donec eius annus vel potentia exierit. Finito enim magistratu, demum repetebantur ab eo rogationes gestorum & actorum, neque tum erat impunè contra commodum publicum aliquid in magistratu admissum.

Decimum. Binos Consules totius populi suffragiis creari extra vrbem Romanam Centuriatis comitiis, hoc est, maximo totius populi conuentu. Suprà autem in catalogo

logo Seruij Tullij, satis multa dicei de modo suffragiorum, & de Comitijs.

Vndecimum. In Aristocratia, id est optimatum imperio æquum ius & libertatem esse omnibus optimatibus, omnibus equitibus, omnibus etiam plebeijs, pro sua cuiq; portione & conditione. In regno verò, cum vnus præest, imparia & non æqua sunt, multa pro arbitrio regis aut pro libidine Tyranni.

Duodecimum. Leges & iure cuilibet ex æquo & pari, pro sua proportione, præesse & prodesse tam inopi, quàm potenti, & ex æquo omnes ligare, & pariter transgressores punire. Nam, vt Solon Atheniensium legislator dixit, leges non debent esse telis aranearum similes, quibus culices & infirmæ muscæ tantùm irretiuntur: maiores autem vespæ & crebrones eas telas perrumpunt. Non enim potentes impunè ebire debent præuaricatores legum, neq; infirmi inopesq; tantùm pœnas luere.

Decimumtertium. Vetus institutũ est, literis consignari & confirmari promissa: hinc Iureconsulti multa disserunt de obligatione, quæ scriptis & syngraphis corroboratur, quam vocent obligationem literarum.

Decimumquartum. Legatos neq; rem suam priuatam, neq; aliam vllam, quàm quæ sit eis mandate, neq; hostile quicquam agere debere: alioqui eos legationis suæ præuaricatores iudicandos esse, vel hostium loco habẽdos: quod si suum faciant officium, tum deniq; eos iure gentium sacrosanctos, non violari debere.

Decimumquintum. Ea quæ Deo semel consecrata sunt, non debent humanis vsibus prophanari priuetim: vnde & segetem in campo consecrato iam Marti enatam, religiosum dicit consumere, & piaculo dignum.

Decimumsextum. Proditores damnari crimine & supplicio perduellium, hoc est, seditiosorum & hostium patriæ, quam impiè voluerunt prodere.

Decimomseptimum. Publicum officium magistratus & erga Rempublicam affectus vincit & superat priuetum officium, & paternum quoque affectum, vt supra eodem instituto octauo dixi, & hoc Bruti exemplum seuerum in liberos suos ostendit.

Decimumoctauum. Perpetuus Romæ mos fuit, vltimo supplicio capitali damnatos, primum virgis cædi, deinde capite plecti, vitaq; spoliari.

Decimumnonum. Seruus homo, tametsi non sui iuris, sed in aliena prorsum heri sui potestate est, tamen certis de causis certisq; modis potest manumitti ab hero suo, hoc est, libertate & iure ciuitatis donari. Vnde & seruus manumissus, dicitur libertus vel libertinus. Sed plura de manumissiònibus à Iureconsultis quære. Vindicta tamen, hoc est, cæremonia quædam manumittendi serui, & quasi vindicandi asserendiq; eius in libertatem apud Pretorem, erat maxime vulgaris modus manumissionis, & honestissimus: quo statim libertus factus inter ciues Romanos numerabatur.

Vigesimum. Reges & magistratus in peculiari cure Dei esse, arguit ius naturæ, & ius diuinum. vnde toties apud Homerum Iupiter dicitur instituere, souere, tueri reges & principes.

Vigesimumprimum. Maximè decere ipsos primarios duces, pugnam capessere atque incipere, &, quemadmodum Liuius de Hannibale scribit, primos inire prælium, & vltimos conserto prælio excedere: non autem post principia stare, sibiq; cauere ignauiter: nisi fortè periculum sit de vita monarchæ alicuius, cuius mortem totius summæ rerum, & ingentis imperij exitium sequeretur.

Vigesimumsecundum. Victoria ebulis stare iudicatur, victoresq; illi demum vocantur, qui minus hominum in prælio amisere.

Vigesimumtertium. Vetus mos fuit, præclaros principes nuper mortuos, publico luctu suorum popularium, ad integrum annum, aliúdue iustum tempus, honestari. Nam pium est sane, populares suum desiderium suamq; charitatem erga mortuos quoque magistratus honos testari luctu: & huius moris exempla in sacris quoque literis habentur.

Vigesimumquartum. Quia non licebat vni esse consulem, ideoq; collegam sibi adiungere oportet in eiusmodi magistratu, qui duos pluresue desiderat. Nam commune tus nemo debet sibi vni arrogare & vendicare.

Vigesimumquintum. Totius populi consensum vimq; maiorem esse, quam consulis aut magistratus, ita demum intelligi si populus nondum ius suum & potestatẽ suam transtulerit in principem vel magistratum suum, inq; eius legitimos successores. alioqui enim, si fidem dederit & obstrinxerit populus suo magistratui, minor est potestas consensusq; populi totius, quam sui magistratus. Et hoc potissimum in monarchia obseruatur, vbi vnus præest summæ rerum, item seruatur hoc in hæreditaria iurisdictione.

Vigesimumsextum. Amari potius quàm metui debere magistratum à popularibus suis, ius naturale & humanitas desiderat. Conuenit itaque vtrosq; ita suum officium facere, vt amore mutuo & reuerentia se inuicem prosequantur. Id quod in priuata quoque societate & potestate obseruari debere admonet Terentianus Mitio, eo loco:

Stabilius esse imperium, quod beneuolentia adiungitur, quàm vi.

Vigesimumseptimum. Animum & personam magistratus, & priuatorum quoque, magis spectandam esse, quàm alias circunstantias.

Vigesimumoctauum. Consules primùm habebant regiam potestatem & ius vitæ necisq; in ciues: sed Valerius Publicola Consul, Bruto collega suo mortuo, consularem potestatem imminuit, cum ius ferendæ sententiæ de capite ciuis Romani non liberum consuli neq; merum imperium ei permisit, sed ad totum populum id transtulit. Atque hæc vna & prima lex est plebeia de prouocatione, id est, appellatione à Coss. ad totum populum in causa capitali, de qua & infrà in libro quarto scribit Liuius. Et sæpè postea hæc lex attentata est à violentis Coss. sæpiusq; relata & innouata: ita, vt ad Syllæ dictatoris, Iuliiq; Cæsaris potentiam vsque perdurauerit.

Vigesimumnonum. Affectatorem regni, & eum, qui velit libertatem Romanam euertere, ipsum vnà cum bonis omnibus suis sacrandum & deuouendum ita esse, vt cuilibet vel priuato, liceat eum occidere impunè, bonaq; eius capere.

Trigesimum. Certis cæremonijs noua templa inaugurari & dedicari suprà quoque in catalogo Tarquinij Superbi obseruauimus. Atque hæc sunt instituta moresq; ex historia primi anni consularis, quæ obseruatu digna & vtilia præ cæteris arbitror.

QVID OBSERVANDVM SIT LECTORI IN SECVNDO HOC LIBRO LIVII.

CONTINET hic liber secundus multa senè & egregie exempla politicæ & ciuilis prudentiæ, in Senatu, in concionibus, ad plebem & populum exhibitæ. Deinde quoque multa complectitur militaris fortitudinis prudentiæq; exempla: quorum tametsi fidem excedere quædam videantur, tamen credibile est nouam libertatem oportuisse insigni prudentia, & insolita fortitudine constantiaq; firmari. Præterea videbimus in hoc libro plurimarum legum & morum causas atque originem, vt non minorem vtilitatem afferant sequentes historiæ, quàm superiores in primo volumine. Altera enim quasi fundamenta imperij iurisq; Romani, hic locari apparebunt obseruatori diligenti.

DE GENERE ORATIONIS IN HOC SECVNDO LIBRO LIVII.

QVod verò ad orationis formam attinet, repete ea, quæ dicta in præfatione primi libri, tametsi aliquanto sit huius libri secundi oratio clarior. Id enim consuetudo diligentiaq; scripta continuandi subinde eliminat obscuritatem, si qua subesse videtur, præcipuè imperitis, & non ita assuetis Liuianæ dictioni.

Expositio textus.

Liberi iam, &c) Transitio ab historia regum ad res gestas sub Consulibus, qua attentionem captat, ostendens occasionem & commoditatem mutatæ politiæ & libertatis partæ à conditione temporum. Iam hinc,) id est post historiam regum. Liberi,) id est sub Consulibus. Peragam,) id est perscribam. Annuos magistratus,) id est consulum annuorum.

Legum,) scilicet Romanarum. Quàm hominum) Quia & leges sunt durabiliora & viuaciora, quàm homines: & tum denique bene in Repub. agitur, cum plus valent leges, quàm cupiditates hominum. Proximi regis,) id est Tarquinij. Lectior,) μετωνυμία Poetica.

Ita,) id est æquabiliter & iustè. Numerentur,) suo quisque ordine. Multitudinis,) Romanorum ciuium. Quisq; enim regum vrbi aliquem locum addidit, & quendam collem ædificijs habitabilem frequentem fecit, vt ex superioribus patet.

Exacto,) id est expulso. Pessimo publico,) id est plusquam malo publico, hoc est maximo malo. Immaturæ,) Metaphora ducta à frugibus. Cupidinis,) id est præ cupidine. Quid enim,) A conditione personarum. Transfuge,) id est profuga. Inuiolati templi,) id est Asyli. Tutela,) id est immunitate.

Tribunitijs procellis.) vt postea est mota seditio, decimo circiter anno. Significant igitur tribunitiæ procellæ,

seditionem & discordiam tribunorum plebis contra senatum. Patribus,) id est Senatus. Eorum,) id est plebis & patrum. Adultæ,) id est formatæ per concordiam. Metaphora. Imperij,) id est sub regibus sex.

Iam,) id est exacto & expulso Tarquinio. Libertatis autem.) De consulari imperio, deq; primis consulibus Iunio Bruto, & Collatino, cui mox subrogatur Valerius Publicola: Refer autem priorem coniecturam de occasionibus mutati imperij ad locum communẽ, de seditione, de concordia, de plebis feritate, & vulgi immobilitate, de licentia, de regno æquabili, & fiat thesis hæc ferè. Plebis ferociam & inconstantiam immodica libertate & discordijs fieri intollerabilem, & Rebusp. perniciosam: contra verò plebem concordia, authoritate, & imperio coerceri.

Quia annuum,) quod exacto quoque anno in alias personas est translatum, quem modum & consules retinuere vsque ad legem de prouocatione. Numeres,) id est numerare debes. Insignia,) scilicet regum. Collega,) id est Collatino. Vindex,) id est assertor. Regnare,) id est regem esse. Populum passuros. Synthesis.

Frequentia,) id est copia Senatorum. Plus virium,) in consilijs & virtute. Cædibus,) scilicet Tarquinij. Ad summam.) Cum primùm fuissent centum, deinde ducenti. Traditum,) id est institutum.

Patres,) id est antiqui Senatores. Conscripti) id est nouiter allecti. Conscriptos.) quasi antiquis Senatoribus adscriptos. Nouum Senatum,) alij legunt in nouum Senatum.

Plebis,) quia & equestres quidam plebei honorati tamen erant conscripti. Necubi,) id est ne alicubi. Nomini,) id est regio. Ac nescio.) De consulatu abrogato ipsi Collatino consuli, propter suspectum nomen Tarquinij. Erat enim ex cognatione Tarquiniorum. Et quanquam bene meritus esset de ciuitate, tamen plus valuit publicum commodum, quàm priuatus amor. Porro transitio est per sententiam atque est formula dubitandi, quæ significat certitudinem. Est enim idem hoc loco, ac nescio, atque si diceret, scio. Modum,) id est mediocritatem.

Nimium,) Obliqua allocutio, qua enumerat coniecturam & calumnias populi contra Collatinum Consulem, & est argumentum a gente, familia, vel nomine. Prisco,) id est Tarquinio.

Interuallo,) id est, eius temporis quo regnauit Seruius, inter Priscum & Superbum. Scelere,) id est parricidio. Hæreditatem,) id est voluit hæreditarium regnum familiæ Tarquiniorum. Non placere nomen.) Locus à nomine. Nomen,) id est Tarquinij Collatini. Datus,) id est euulgatus, Poetica locutio. Tentantium,) id est eorum qui solicitabant alios ciues in odium contra Collatinum. Suspicione,) scilicet contra Collatinum. Vnde,) id est à quo. Id,) id est iusiurandum. Eo,) id est ad iuramentum seruandum. Inuitum,) Insinuatio, qua excusat & mitigat inclementem propositionem contra Collatinum a religione iuramenti, & ab officio publico erga patriam & sensim repit à thesi ad hypothesim. Regium,) id est Tarquiniorum. Hunc tu.) Hypothesis ad Tarquinium Collatinum. Meminimus,) id est tui beneficij. Res tuas,) id est compensatione. Confirmat ab vtili & tuto. Amicus,) id est cum bona gratia. Exonera,) id est libera. Gente,) id est familia, à genere nominatur gens.

Consuli,) id est Collatino. Socer,) quia pater erat Lucretiæ. Dignitate maior.) Non quidem maior erat dignitas Lucretij, quàm Consulum. sed antea, sub rege Tarquinio, diu fuerat dignior Collatino vtpote præfectus vrbis, hoc est, tanquam vicarius regis, qui magistratus post reges Consulibus minor fuit, vsque ad tempora Cæsarum. Vocatusq; est præfectus vrbis postea princeps Senatus, tanquam senior in Senatu, cuius officium fuit, accipere nomine populi abrogationem vel abdicationem, quam renunciabant magistratu Consules, exacto anno suo: & nouos Consules inaugurare, vt infrà sæpè videbimus.

Alternis,) id est per vices Consul. Cum haud cuique,) Historia de proditione nobilium adolescentũ deprehensa & punita, qui libertatem & vrbem Tarquinio regi pulso voluerunt prodere. Estq; exemplum impietatis erga patriam, & peculiariter in Bruto exemplum est charitatis erga patriam, & seueritatis in filios, quos ipse pater tanti sceleris participes capite puniuit. cuius historię summam Virgilius in sexto his versibus complectitur:

Vis & Tarquinios reges animamq; superbam
Vltoris Bruti fascesq; videre receptos?
Consulis imperium, hic primus, sæuasq; secures
Accipiet, natosq; pater noua bella mouentes
Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit
Infelix, vtcunque ferent ea facta minores,
Vincet amor patriæ laudumq; immensa cupido.

Tenui,) id est humili. Solutior,) id est liberior. Libido,) id est cupiditas. Erant.) Oratio a descriptione personæ. Regem hominem esse.) Querela adolescentium, qui desiderabant licentiam contra leges: quæ refertur ad locum communem de legibus, & de tyrannide, sub qua nobilitati sit maior licentia, quàm sub æquato iure libertatis. Est locus de legibus incertus. Dicimus enim pro legibus & contra leges. Leges rem surdam.) Altera pars collationis. quia est antithesis. Laxamenti,) id est remissionis. Excesseris modum,) id est præuaricatus sis. Aegris,) id est turbatis. Sine mentione reditus,) scilicet Tarquiniorum.

Eorum,) id est legatorum. Tenuit,) scilicet legatos. Materia,) quia pecuniæ sunt bellorum nerui.

Moliri,) id est conabantur. Reddunt,) scilicet legati. His,) scilicet adolescentibus. Auunculi,) id est matris fratres. Conscij,) id est participes proditionis.

Darentur,) scilicet ab adolescentibus. Vnus excepit,) Excipere, est clam percipere. Coarguere,) id est conuincere. Intercciderent,) id est perirent. Commisisse, contra officium legatorum. Ius gentium,) id est vt ne violarentur.

Martius campus,) in quo conciones & comitia solebant haberi. Forte ibi tum.) De insula Tyberina, cuius & Ouidius meminit in vltimo Metamorph. Religiosum,) i. est illicitum, propter metum deorum & sacrorum. vel vetitum, propter religionem violandam: quia, scilicet, ager erat consecratus Marti deo vnà cum segete. In vadis,) id est in humilioribus locis fluuij, & non ita profundis. Inde,) id est eandem insulam. Moleis,) id est officia & opera. Area,) id est insula. Porticibus,) id est deambulacria. Damnati, scilicet sententia capitali.

Stabant ad palum.) Ethopeia, id est affectuum descriptio ipsius Bruti, & populi admirantis constantiam eius seueritatem. Stabant ad palum.) Est congeries. Iuuenes, prima. Nobilissimi, 2. Consulis liberi, 3. Eo anno, 4. Patriam, 5. Liberatam, 6. Patrem, 7. Liberatorem, 8. Consulatum ortum, 9. Ex domo Iunia, 10. Patres, 11. Plebem, 12. Hominum, 13. Deorum, 14. Romanorum, 15. Superbo, 16. Infesto, 17. Exul, 18.

Quicquid deorum hominumq;,) id est omnia prophana & sacra. Pœnæ,) scilicet de liberis suis & nobilibus. Secundum pœnam,) id est post sumptum supplicium. Securiq; feriunt,) id est capita abscindunt subiecta securibus, superincidentibus supernè. In vtranque partem,) id est puniendi sontes, & honestandi bene meritos de ciuitate.

Ciuitas,) id est ius ciuium. Liberatus,) id est manumissus. Vindicta,) hac cæremonia manumittendi, qua apud prętorem vel magistratum aliquis seruus libertate donabatur tradita virga in manus, vt dicunt quidam: quæ virga sit appellata vindicta à vindicando: id est asserendo à seruitute in libertatem: tametsi Liuius ab hoc Vindicio iudice vocatam putat. Liberati,) id est per vindictam, hoc est per manumissionem, vt Plutarchus exponit, qui vindictam simpliciter esse dicit manumissionem. id est, libertatis donationem. In ciuitatem, &c.) id est liberi vt essent, & ius ciuium haberent. His sicut acta erant.) De bello Romanis illato ab exule Tarquinio, in quo bello enituere pulchra exempla fortitudinis Romanæ & constantiæ, vt in Brutu, in Horatio Coclite, in Scæuola, in Clælia, virgine.

His,) id est tentata proditione frustra. Nuonatis,) scilicet per legatos. Ad irritum cadentis,) id est frustra susceptæ.

Viam,) id est occasionem interceptam. Moliendum,) id est tentandum. Ne seorsum.) Querela Tarquinij de suo exilio, quæ in multas circunstantias spargitur, vnde amplificat indignitatem sui casus Estq; hic exemplum diuisionis rhetoricæ. Nam Liuius iustæ orationis capita & argumenta breuiter hic perstringit ac disponit. Ortum eiusdem sanguinis.) Prima circunstantia à genere. Extorrem,) secunda circunstantia. Egentem,) tertia circunstantia. Ex tanto regno,) quarta circunstantia. Cum liberis adolescentibus,) quinta circunstantia. Ante oculos suos,) sexta circunstantia. Suos,) id est Veientium.

Alios,) id est reges, vt Numam & Tarquinium Priscum & est septima circunstantia, atq; argumentum à minore ad maius. Augentem,) id est dum augeret. A proximis,) octaua circunstantia. Scelerata coniuratione,) id est seditiosa. Nona circunstantia. Eos,) id est Consules. Decima circunstantia. Vnus,) id est solus. Bona sua,) vndecima circunstantia.

Sceleris,) id est rapinæ. Se patriam,) duodecima circunstantia. Regnum,) decimatertia circunstantia. Ingratos ciues,) decimaquarta circunstantia. Ferrent,) id est ferre deberent. Iniurias,) decimaquinta circunstantia. Vltum,) id est ad vlciscendum. Cæsas,) scilicet à Romanis. Decimasexta circunstantia. Agrum ademptum,) scilicet Veientibus & Tarquiniensibus. Decimaseptima circunstantia. Romano duce,) id est

Tarquinio

Tarquinio. Suos,) id eſt gentiles Tarquinios. Quadrato agmine,) id eſt quod paribus ordinibus erat inſtructum. Primus,) id eſt præceſsit. Arunevbi,&c.) Singulare certamen Bruti & Aruntis, in quo vterque piè occubuerunt: hic pro ſuo patre, Brutus pro patria.

Extorres,) id eſt exules. Inſignibus,) Sarcaſmus, amarulenta ironia. Tum erat decorum.) Noema. Capeſſere pugnam,) id eſt incipere prælium, non ſtare poſt principia.

Dum,) id eſt dummodo. Parmam,) id eſt clypeum. Moribundi,) id eſt iam morientes. Varia,) id eſt dubia & incerta. Aequo,) id eſt pari. Cornua,) id eſt latera.

Irrita re,) id eſt non effecta. Syluani,) id eſt dei ſyluestris. Spolia,) ſcilicet hoſtium. Collegæ,) id eſt Bruto. Morti,) id eſt Bruti. Ante omnia,) id eſt funebria. Pudicitiæ violatæ,) ſcilicet à iuniore Tarquinio, qui Lucretiæ vim intulit. Conſuli deinde.) Exemplum ſuſpitionis & inuidiæ plebeiæ in populo Romano, & exemplum moderationis atq; popularitatis in Publicola Conſule. Conſuli,) id eſt Valerio. Crimine,) id eſt incuſatione.

Velia,) id eſt monte, qui pars erat editior Pallatini montis, ſic dictus, quòd ibi ſoliti eſſent paſtores vellere lanam ex ouibus ante tonſurã, teſte Varrone. Summiſsis faſcibus,) id eſt depoſitis inſignibus ſui conſulatus. quaſi abdicaret ſemetipſum magiſtratu ſuo, & eum populo reſignaret & redderet.

Summiſſa,) id eſt ſubiecta. Audire,) Conſulem. Laudare,) oratione funebri, vt alij dicunt, qualis hæc oratio Valerij in laudem Bruti fuerit prima oratio funebris in vrbe Romana. & inde fit inſtitutũ, vt viri bene meriti, matronæq; honeſtiores, poſt mortem ſuam in funere laudarentur iuſta oratione. Matura gloria,) id eſt non præcipiti neque ſera. metaphora ſumpta à frugibus. Se,) id eſt Valerium. Superſtitem,) id eſt diutiùs viuentem.

Recidiſſe,) id eſt ſuſpitione proditionis. Spectata,) id eſt probata.

Momento,) id eſt parte, particula. Vbi ſim, quàm qui ſim,) quia bonus vir & integer vbicunque locorum, ibi bonus eſt, & integritatem ſuam retinet. Quirites,) id eſt Romani.

Vicus publicus.) Vicus intra muros, ſignificat plateam, extra autem, pagum. Contrarium,) id eſt ſeuorem. Popularem,) id eſt populo gratum atque charum, propter ſuam probitatem. Talis enim denique dicitur popularis, vt copioſè deſcribit Cicero in prima oratione De lege agraria. Publicolæ,) id eſt tanquam ipſe populum coleret & curaret, viciſsimq; à populo coleretur & amaretur. Ante omnes.) Quatuor leges à Valerio latas aut renouatas potius hic perſtringit Liuius breuiter: quæ plebeiæ vocantur leges, quòd præcipuè in plebis gratiam ſint ſancitæ: quę erat ſic mitiganda & conciliãda lenitate quadam, ne deſiderio exulum regum caperetur.

Harum ergo

Prima eſt, vt ſuprà quoque dixi in vigeſimooctauo inſtituto Catalogi, ne quis magiſtratus, nec conſul ciuem Romanum aduerſus prouocationem, id eſt appellationem verberare, aut necare auderet iniuſſu populi, ſed vt tantùm ius coercitionis, & in vincula publica conijciendi haberet. Vnde & poſtea non niſi curiarum tribuumq; ſuffragijs abſoluebantur aut condemnabantur rei ciues Romani, vt patet in commentariis Aſconij ſuper Miloniana, & apud Valerium Maximum in cap. De reis abſolutis vel condemnatis præter expectationem.

Secunda lex. Vt capitale eſſet, ſi quis vllum magiſtratũ, nedum regnum, iniuſſu & ſine ſuffragijs populi caperet atque adiret. Vnde & poſtea magiſtratus, præſertim honorati, ſuffragijs populi centuriatis creari ſoliti ſunt, vt patet apud Valerium in capite De repulſis. Sed Cæſares & Imperatores poſtea hanc poteſtatem populo eripientes, pro ſuo arbitrio & libidine magiſtratus, quibus vellent, mandabant vel adimebant rurſum. De hac & ſupra in inſtituto Catalogi vigeſimonono dixi.

Tertia lex. Vt populus Romanus & ciues Romani immunes à vectigalibus eſſent. Vnde & poſtea nullus populus, nemoq; vectigalis eſt factus Romanis, niſi qui non haberet ius ciuitatis Romanæ.

Quarta lex. Vt inobedientes duarum pecudum aut bouis pretio mulctarentur à Conſulibus. Vnde & mulcta, vocatur pœna pecuniaria: & mulctari eſt luere pœnam pecuniariam. Et harum quoque legum meminit Plutarchus in vita Valerij Publicolæ, vbi plura innenies huic hiſtoriæ inſeruientia.

Ante omnes.) latæ ſunt leges. De prouocatione,) id eſt appellatione. Sacrando,) id eſt deuouendo: quia ſacrare caput & vitam bonaq; alicuius, eſt diris & ſupplicijs deuouere: ita vt cuiuis liceat impunè occidere, perdere, rapere. Capite,) id eſt vita. Quas,) id eſt leges plebeias.

Vnius,) id eſt Publicolæ. Subrogando,) id eſt ſubſtituendo. Collegæ,) id eſt conſuli. Suffectus,) id eſt ſubſtitutus. Suggerunt,) id eſt ſufficiunt. Memoriam,) ſcilicet Lucretij. Aegrius.) De conſtantia. Et religione [illegible] exemplum in Horatio Conſule. Irreligioſum,) id eſt pollutum. Poſtem,) id eſt ianuam templi. Fœdum,) id eſt abominabile.

Funeſta familia,) id eſt propter familiam cõtaminatam funere. Nam olim apud Gentiles, ſicut apud Iudæos, funere credebantur domum & familiam fœdare & contaminare. ita, vt expiari oporteret eam.

Nihil aliud,) id eſt nullo alio. Domi & militiæ,) id eſt in pace & bello. Inde P. Valerius,) id eſt ſecundo anno poſt reges exactos, Conſules fuere P. Valerius Poblicola, & T. Lucretius.

P. Valerius,) id eſt ſecundò Conſul factus. Iam Tarquinij, Bellum Porſenæ regis Hetruſcorum pro Tarquinijs contra Romanos, quod totum hunc annum durauit, in quo adeo quidem anguſti fines imperij Romani fuere, vt extra muros Romæ vix quindecim lapidum ſpatium tenuerint Romani, eò enim omnia ab hoſtibus occupata procul & propè erant, vixq; legitur vllo tempore ita arctum fuiſſe imperium ab initio vrbis. Lartem,) cognomen eſt. Cluſinum,) id eſt ad oppidum. Nominis,) id eſt fœderis. Orientem,) id eſt incipientem. Satis libertatem.) Admonitio hæc Tarquiniorum continet hanc theſim. Ciuitates cupiditate & dulcedine libertatis libenter abijcere velle iugum regum principumq; ſuorum. Satis,) ſcilicet ad quidlibet audendum contra reges. Eam,) ſcilicet libertatem. Aequari,) ſcilicet dicebant, admonebant. Summa,) id eſt regia. Infimis,) id eſt plebeis. Nihil excelſum. Tragica admonitio, & decet perſonam exulis regis.

Aliàs,) id eſt alio tempore ante. Multa igitur.) Popularitas ipſius Senatus in plebem, propter temporis & periculi neceſsitatem. Data blandimenta,) Poetica locutio. Annonæ,) id eſt eius rei quæ ad victum pertinet. Arbitrium,) id eſt poteſtas. Veniebat,) id eſt à priuatis vendebatur omnibus, hoc eſt, quia priuati Salinatores nimis carè vendebant ſalem paſsim, ideo Senatus viliore venditurus ſalem, ademit priuatis ius vendendi, ita tamẽ, vt rependeret eis ſumptus & lucrum, quod fuerat obuenturum. Priuatis,) id eſt Salinatoribus. Impenſo,) alij legunt immenſo. Portorijs,) id eſt telonijs, hoc eſt, vectigalibus quæ dantur pro apportatis mercibus. Tributo,) id eſt penſione & exactione. Conferrent,) ſcilicet tributum. Ferendo eſſent,) id eſt qui ferre poſſent. Aſperis,) id eſt periculoſis. Summi,) id eſt principes. Infimi,) id eſt plebei.

Malis artibus,) id eſt per fraudes & ſcelera. Popularis,) id eſt gratus populo. Cum hoſtes.) Exemplum fortitudinis militaris in Horatio Coclite. Sæpiunt,) id eſt muniunt. Sublicius,) id eſt contignatus ex trabibus. Cocles,) dicitur monoculus.

Munimentum,) id eſt Horatium defenſorem. Ianiculum,) id eſt arcem in ſuburbio trans Tyberim. Citatos,) id eſt celeres. Teſtabatur,) id eſt inuocabat. Tranſitum pontem.) Appoſitio. Reliquiſſent,) ſcilicet hoſtibus.

Excepturum,) id eſt retenturum. Cedentium,) ſcilicet ſuorum ſociorum. Cominus,) id eſt e propinquo. Obſtupeſecit,) id eſt coniecit in ſtuporem, quaſi præ admiratione. His,) id eſt duobus. Procellam,) id eſt impetum. Et quòd,) id eſt initium. Eos,) id eſt duos. Relicta,) id eſt à tergo. Prouocare,) ad ſingulare certamen. Seruitia,) id eſt Hetruſcos.

Obſtinatus,) id eſt obfirmatus. Virum,) id eſt Horatium. Tyberine,) id eſt qui deus es Tyberis. Rem auſus,) id eſt quod vnus cuſtodierit pontem & totum exercitum ſuſtinuerit, eiusq; retuderit vim, quòd armatus & feſſus tranſnatauerit fluuium, accepto nullo vulnere. Statua poſita, eſt extra vrbem in campo Martio, de qua ſtatua Gell. in quarto, cap. 5.

Circumararit,) id eſt aratro circumſcripſit. Studia,) id eſt officia. Inopia,) publica. Fraudans,) id eſt ſubtrahens ſibi. Perſona primo conatu.) Stratagema Valerij Conſulis in ſubitò opprimendis Hetruſcis. Vocatur autem ſtratagema, inſigniter callidum conſilium facinusq; ducis alicuius, quem ducem Græci στρατηγὸν vocant. Repulſus,) id eſt à ponte.

Prædatum,) id eſt ad prædandum. Traijcerent,) id eſt tranſnauigarent. Infeſtum,) id eſt intutum. Metu,) ſcilicet Romanorum. Effuſos,) id eſt diſperſos Hetruſcos. Vindicem,) id eſt vltorem. Ad ſecundum lapidem,) id eſt milliare: quia ſignabantur milliaria lapidibus. Mille autem paſſus conficiunt vnum milliare Italicum.

Obijcere,) id eſt opponere. Redditus,) id eſt Hetruſcis.

Obſidio.) Alterum exemplum fortitudinis & audaciæ militaris in Scæuola, qui ſibi ipſi manum exuſſit.

Liberum,) id eſt ſine regibus. Affirmante,) id eſt faciente credibile, quaſi propter famam & metum transfugeret Scæuola.

Aperiret,) id est proderet. Fortunæ minas, scilicet in tanto discrimine. Petentium,) id est ciuium. Idem deeus,) id est vt te occidant. Capite,) id est periculo vitæ. Vestibulo,) id est aditu. Iuuentus Romana indicimus.) Euocatio. Cum singulis,) scilicet nostrum.

Ambages,) id est occulta verba. En tibi, inquit,) scilicet rex. Macte,) id est magis aucte. Sic Virgil. *Macte noua*, &c. Est autem aduerbium adhortantis. Princeps,) id est primarij. Ceciderit,) id est euenerit. Opportunum cædi.

Scæuolæ.) Scæuola vocatur, qui sinistra manu vti cogitur, cum dexteram non habeat. Composita vox est ex Græco & Latino: quia Græci *[illegible]* sinistrum, & Latini volam nominant medium in manu interiore. Trecenties,) id est trecenties. Nequicquam,) id est frustra. Præsidium,) id est hostile.

Agrum dono dedere, quæ postea.) Relatiuum refertur ad sequens verbum, non ad præcedens, vt Salustius: Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur, &c. Virtute,) id est virili.

Decora,) id est virtutis. Clælia.) Exemplum fortitudinis muliebris, & fidei seruatæ vtrinque in fœdere.

Frustrata,) id est decipiens. Sospites,) id est obsides virgines. Præ se ferre,) id est significabat. Impuberes,) id est infra annum duodecimum ætatis.

Eam ætatem,) id est pubertatis. Iniuriæ,) id est ignominiæ. Statua equestris,) A barbaris gentibus & ex Græcia Romam quoque mos ille translatus est, vt insigniter benemeriti, aut aliquo illustri facinore clari, donarentur ænea, marmorea, argentea, vel etiam aurea statua, in virtutis memoriam: vnde & Plinius in 39. cap. 6. primas statuas Romæ dicit fuisse Coclitis & Clæliæ æneas, nec vlli præterea virgini statuam Romæ positam, præterquam Clæliæ. Huic tam) De more vendendi bona Porsenæ, quæ in prouerbium abiere, quo dicimus bona Porsenæ, talia fere bona, quæ nobis dono aut fortuito citra laborem, sineque sumptu magno obtigere. Fuit autem mos, vt quoties in auctione venderentur hostilia bona, & ex præda capta, vt dicerent Porsenæ bona vendi & venire. Abhorrens,) id est dissimilis. Solennia,) id est belli. Porsenæ,) id est hostium bona præda. A mitiore,) id est placidiore. Opulenta,) id est plena. Ab longinqua,) id est post longinquam obsidionem.

Immissa,) id est in castra. Venisse,) id est in auctione, nempe vili paruóque pretio, tanquam hostibus erepta. Gratiam,) id est gratitudinem.

Auctionem,) publicam venditionem. Perculerat,) id est terruerat. In medio,) id est à fronte per Aricinos, à tergo per Cumanos. Pars perexigua.) Exemplum hospitalitatis erga Hetruscos, quos pessime affectos Romani benignè excepere. Duce,) id est Arunte.

P. Lucretius.) Vt supra catalogum eorum quæ animaduerti commodè possunt ex historia primi anni consularis proposui, ita nunc rursum secundus hic quoque annus iustam nobis materiam catalogi præbet, vnde obseruemus, quæ ad veteres mores legésque Romanorum pertineant, tametsi multa etiam ex iure naturali huc annotare liceat, cum illud sit fons iuris gentium, & ciuilis atque omnium bonorum morum origo. Et cum historia propriè in hypothesi versetur semper, hoc est, in exemplis singularibus, vtile est ea referri ad suam thesim, hoc est, ad generalia præcepta iuris naturalis vel ciuilis. Excerpam igitur hinc sequentia instituta.

LEGES ET INSTITVTA II. ANNI *Consularis, sub P. Val. Publicola, & T. Lucretio Tricipitino.*

PRIMVM. Eundem magistratum, præcipuè Consulatum, sæpius capere licuisse Romæ, hoc Valerij iam secundò consulis aliorumque exempla docent.

Secundum. Necessitudine sanguinis, fœderis aut societatis, & amicitia coniunctos se inuicem tueri defendereque, ius fasque est. Ita enim mutuis vinculis natura sociauit homines ad mutuam defensionem sui, & ad mutua officia præstanda.

Tertium. Seditiosi, maiestatis rei, perduelles vi & supplicijs sunt puniendi.

Quartum. Reges & magistratus esse oportere vllos, & eos iusto in honore potentiáque & authoritate locandos docet ius gentium & naturale: quia bestialiter viuitur, vbi est anarchia, id est populus sine magistratu.

Quintum. Priuatis hominibus & plebi aliquando indulgere debet magistratus, si ita res & vtilitas postulat, ne tamen fiat anarchia, & immodica licentia.

Sextum. Priuatis hominibus sua non debet eripere magistratus commoda & bona. Licet enim ius habeat in subditos, tamen is non est dominus iuris alieni priuati, nisi hic aliquo crimine demeruerit bonorum amissionem: ita etiam non decet magistratū esse liberalem & munificum de alieno, vel cum aliorum incommodo priuato. Neque popularium interuertere debet vtilitatem & emolumenta, quia priuatæ opes sunt fons & origo publicarum facultatum.

Septimum. Secundum proportionem Geometricam opum priuatarum conferri & sustineri onera publica, est æquissimū, vt suprà etiā in catalogo Seruij Tullij patuit.

Octauum. Ita popularem esse oportet, id est, gratiosum & officiosum ad populum, ne illa popularitas aberret in prauam licentiam, vel ambitionem, vel contemptum magistratus ipsius. Vide autē egregiam descriptionem eius, qui sit vere & rectè popularis apud Ciceronem in secunda oratione, de lege agraria.

Nonum. Probrosum est militi & ignominiosum, suos ordines vel aciem deserere, inde capitalis pœna in desertores irrogatur, qui salua acie sua, neque dum victoria amissa, subterfugiunt periculum. Sin verò acies sua victa sit, tum denique cuique licet sibi consulere virtute aut fuga, modo ne turpiter capiatur.

Decimū. Respub. debet esse grata erga bene meritos in se, priuatos etiam, vilesque homines, vt ita gratitudine & honore excitetur priuata virtus ad obsequia erga Rempub.

Vndecimum. Publicam inopiam releuari à priuatis iustissimum est, qui supplere & præstare debent de suo, id quod Respub. præstare nequit per tenuitatem.

Duodecimum. Non refert dolo an virtute, & clandestinis an aperta vi hostem aggrediare, modò ne fides publica periclitetur. iuxta illud, Virg. 2. Aeneid.

Dolus an virtus, quis in hoste requirat?

Laudantur ergo insidiæ hostibus factæ feliciter, & inter stratagemata habentur, tanquam egregia ducum consilia factaque.

Decimumtertium. Minora maioribus, & potioribus leniora postponere cōuenit in negotijs, tam priuatis quàm publicis.

Decimumquartum. Iniussu ducis non licere militi ab ordinibus suis abesse vel excedere.

Decimumquintum. Transfugas, hoc est, eos, qui à suis ad hostium partes fugiunt, capitali supplicio puniri.

Decimumsextum. Hosti hostem occidere vi aut insidijs permittit ius gentium, nedum qualibet iniuria afficere & damno: quia vim vi repellere licet.

Decimumseptimum. Iure belli hostem captum vel deprehēsum liberum dimittere licet, publica fide, quoniam idem ius intactum inuiolatumque esse iubet.

Decimumoctauum. Lex naturæ iubet beneficium beneficio remunerare priuatim aut publicè, & gratiam bene meritis repēdere, nihilque magis cum iure pugnat, quàm ingratitudo: quia mutuis beneficijs cōnexa est hominum societas. Ita enim alter alterius ope indiget.

Decimumnonum. Fœminę à negotijs publicis abstinere debent, cum natura illi sexui prudentiam politicam & fortitudinem denegarit, solamque domesticam curam demandarit. Quanquam extiterint exempla rara fortitudinis & prudentiæ in mulieribus aliquot, virili aut heroica virtute quoque præditis, vt suprà de Tanaquile vxore Tarquinij Prisci, & alibi de Semiramide, de Amazonibus, deque similibus legitur in historijs & poematis. vt apud Plutarchum in libello de fortitudine muliebri.

Vigesimum. Pacta non solùm priuata, sed & publica vtrinque seruari debent. Sic enim priuatam, publicamque fidem sanxit ius naturale & diuinum, vt seruetur inuiolata, cum sit vinculum humanæ societatis ipsa fides, adeo vt hosti quoque seruari debeat. Quod si alterutra pars fidem fregerit prior, neque omittere velit infidelitatem, tum denique alteri parti licet, non stare pactis, iuxta vulgatum rithmum: Frangenti fidem, fides frangetur eidem. Atque hanc regulam intellige de pactis licitis & non turpibus.

Vigesimumprimum. Bona Porsenæ venire & vendi dicebantur prouerbio: cum ex hostibus capta præda vendebatur in auctione, & manubiæ, hoc est pecuniæ ex præda venditæ redigebantur in publicum ærarium.

Vigesimumsecundum. Supplices suscipere in tutelam & curam, iure gentium constitutum est, modò non sontes & nocentes recipiantur. Nam illi sunt noxæ dedendi reposcentibus suis, nisi casu fortuito peccauerint. Et hæc instituta ex huius anni secundi historia, satis est annotare.

P. Lucretius, &c.) Tertio anno post reges pulsos ex vrbe, facti sunt Consules P. Lucretius, & P. Valerius tertium. Consules Venerunt,) id est Romam. Quisque honoratissimus.) Synthesis. Non quin,) id est quasi minus. Delectos,) id est primores. Eius rei,) scilicet de reducendo Tarquinio. Beneficijs,) id est inter Porsenam & Romanos. Cum ille,) id est Porsena.

Faciles,) id est prompti. Vellent,) id est alioqui. Cui.) id est Porsenæ. Omnium,) id est Romanorum. Finie

idem

idem fit vrbi.) Noema est obliquum & acerbum, quo perstringit Liuius proculdubio tyrānicam quasi potestatem Cæsarum: qui post Iulium Senatui populoq; Romano eripuere libertatē, seq; monarchas fecere, vt vnus summam rerum imperiumq; teneret. Et quidē dicitur Liuius malè audijsse apud Cæsares, quasi Pompeianus & immodicus amator libertatis esset, idq; in historia sua non dissimularet. Proinde,) id est ideo.

Obstinatum,) id est firmum. Obtundam,) id est molestus ero. Quod reliquum,) id est reddidit eos, qui erant adhuc obsides. Reditus,) scilicet in vrbem. Exulatum,) id est vt exularet. Exulatum ad.) Nota hic inconcinnitatem, quòd omnia in m, desinunt, & est valde vitiosum. Fida,) id est fidelis.

Cōsules deinde.) Quarto anno M. Valerius & Q. Posthumius Consules.

Maiore inde.) Quinto anno P. Valerius quartum, & T. Lucretius secundùm Consules. Aduersus eos,) id est Sabinos. Iterum,) id est secundo.

Seditio.) De familia Claudiorum ex Sabinis Romam translata ab Appio Claudio, qui postea vocatus est Claudius. Facta est autem Romæ ista familia mirè potens & factiosa, superba, infesta plebi, & minimè popularis. Tales enim per omnem ferè historiam Romanam obseruantur fuisse Appij. Atque ita familijs quoque sui sunt gentilitij mores notæq; natiuæ. Factioni,) id est parti aduersariæ potenti. Clientium,) id est eorum quos sibi habebat obnoxios & familiares, quasi ministros suis beneficijs sibi deuinctos, quorum erat tanquam patronus ipse & quasi herus. Cliens dicitur à καλεῖν, id est vocare: quia coguntur ipsi inuocare patronos, vt se adiuuent. His,) id est Claudio cum Clientibus. Ciuitas,) id est ius ciuitatis. Dignationem,) id est æstimationem.

P. Valerius omnium,) Sexto anno Menenius Agrippa, & P. Posthumius secundùm Consules. Copijs,) id est in re familiari. Funeri,) id est honestiori.

Publico,) scilicet sumptu. Luxere,) annum. Dux coloniæ,) à Roma in Latium deductæ. Auruncos,) id est populos Italiæ. Compulsum,) id est translatum.

Secuti Consules.) Septimo anno Opiter Virginius, & Spu. Cassius, consules. Pometiam,) id est Coloniam. Vineis,) id est machinis bellicis. Erant autem vineæ, quasi Pergula & Casula quædam, ex robustioribus compacta trabibus, innixa rotis vel Cylindris, sub qua aliquot milites tecti starent, & vinea admota muris, supernè tuti quaterent, vel subruerent muros. In quos,) id est Romanos. Inexpiabili,) id est quod nullo beneficio vel obsequio erga Romanos possent expiare & luere. Excurrissent,) id est extra vrbem.

In eo esset,) id est eo peruentum esset. Fœde,) id est crudeliter. Corona,) id est publica venditione, auctione sub hasta venire & sub corona venire idem est. Venijt,) id est venditus est. Vltas,) id est quæ se vendicauerant ab Auruncis.

Insequens annus.) Octauo anno Posthumius Cominius & T. Largius Consules.

Coniurasse,) scilicet contra Romanos. Octauio Mamilio,) id est qui filios Tarquinij reducere conabatur.

In hac.) De Dictatore & magistro equitum primum creatis, & de potestate dictaturæ, qui magistratus summus erat in imperio Romano vsq; ad Cæsares, & extraordinarius, tamen non annuus: quia creabatur non nisi in summo aliquo periculo imperij, vt infrà dicam in catalogo, & Liuius apertè hic ostendit. Solicita,) id est cum solicitaretur. Essent,) id est Consules.

Traditur,) scilicet ab historicis. Creditum sit,) id est an crediderint Consules fuisse partium Tarquinij. Consules,) id est qui fuerunt antea consules. Legere,) id est legerunt. Consularis erat,) id est qui fuerat Consul hoc anno octauo.

Moderatorē.) Definitio Dictatoris, qui dictator est moderator & magister Consulum, aliorumq; magistratuum & ciuium. Appositum,) id est adiectum, electum. Ea familia,) id est Valeriorū, cui deberetur hic honos, propter benemerita Valerij Publicolæ. Consularem virum,) id est qui fuerat Consul anno quarto.

Dicto,) id est mandato Dictatoris, quod ipse dictaret, hoc est iuberet & præscriberet. Prouocatio,) id est appellatio ad populum. Parendi,) id est obediendi. Quod impensæ,) id est quæ impensa. Tacite,) quia vtrinque cessabatur à belli iniurijs & grassationibus.

Consules Seruius.) Nono anno consules creati Seruius Sulpitius, & M. Manlius Tullus. Decimo verò T. Ebutius & C. Vetusius. Deinde,) id est anno decimo. Fidenæ,) id est vrbis nomen. Desciuit,) id est publico consensu. Gliscens, id est increscens. Sic construe. Ne bellum Latinum gliscens iam per aliquot annos dilatum est vltra.

Aulus Posthumius.) Aulus Posthumius secundus Dictator, & T. Ebutius secundus magister equitum. Non potuit,) scilicet præ odio in Tarquinios. Ergo etiam.) Descriptio atrocis pugnæ Romanorum contra Latinos, in qua alter Consul Romanus, & dux Latinorum occubuere. Ergo etiam,) propositio descriptionis. Miscuere,) impediuere. Ictus,) scilicet Tarquinius.

Fefellit,) id est latuit. Ciet,) id est mouet. Referentibus pedem,) id est refugientibus. Ostentantem,) id est iactantem. Familiæ,) id est Valeriæ. Equitis,) id est Valerij. Moribundus,) id est iam moriens. Exemplum pietatis erga patriam in Valerio, qui pro ea mortem obijt in acie fortiter. Cohorti suæ,) id est Consulari vel prætoriæ. Manu,) id est multitudine. Pro hoste,) id est tanquam desertorem occidant. Integris,) scilicet quia ad id tempus quiete consederant. Adorti,) scilicet prætoriani. Latinus,) id est Manilius. Manipulos.) Manipulus est multitudo militum, sub eodem signo: quamuis olim minor fuerit numerus sub vno signo, quàm nunc est. Subsidiarij milites vocantur, qui reseruantur quieti vsque ad vltimum belli discrimen, vt ita recentes ineant prælium, nondum fessis viribus, remq; afflictam restituat. Legatus,) id est magistratus militaris, qui vices gerit absentis ducis. In pace verò legatus dicitur, qui legatione fungitur. Ipse,) Herminius. Veruto.) Verutum, teli genus est habens ferrum oblongum instar veru. Veruto.) V, longo. Curatione,) id est Chirurgici. Obtestans,) id est per fidem eorum admonens. Antesignanis,) scilicet militibus, qui in prima acie ante signa pugnabant. Proceres iuuentutis,) id est nobiles iuuenes equites: quia tum Romæ soli nobiles erant equestres. & patritij quoque vtebantur equis. Pugnæ,) id est pedestris. Inclinauit,) id est in fugam. Equi,) scilicet quos rursum inscenderent. Castori,) id est Deo equitum, Deo equestri. Hoc modo,) id est quo descripsi. Epilogus.

Consules,) id est vndecimo anno. Inde,) id est duodecimo anno Consules. Saturnalia festus dies.) In appositione verbum conuenit sequenti nominatiuo. Deinde,) id est decimotertio anno. Hoc,) id est decimotertio anno. Dubiæ fidei.) Quasi cum Latinis senserit. Collega,) id est T. Virginius. Tanti errores.) De varietate historiæ. Implicant,) id est impediunt lectorem. Alios,) id est historicos. Magistratibus,) id est Consulibus, quorum serie Romani suos annos computant.

Appius Claudius.) Decimoquarto anno App. Claudius Sabinus & P. Seruilius Consules. Tarquinij,) id est senioris. Quo,) id est in quam vrbem.

Erecta,) id est spem & fiduciam. Patribus,) id est nobilitati. Luxuriosa,) id est immodicam licentiam sibi sumens. Ni maturatum,) id est ni maturasset Dictator. Hac ira,) id est propter hanc iram. Perculit,) scilicet metu.

Inde,) id est ex Volscis. Suum,) id est infidum ingenium. Sollicitandum,) id est ad defectionem. Latium,) id est ad Latinos. Abstinuit,) id est retinuit. Legatis.) Quia tamen, vt suprà dictum est, iure gentium non debent violari.

Relata,) mutuæ officiositatis & beneficentiæ exēplum inter Romanos, & Latinos, qui vtrinq; beneficijs contenderunt & certarunt inuicem. Nouos magistratus,) id est Appium & Seruilium. Reijcerent,) id est referrent. Gaudere,) id est gaudebant. Facto,) id est beneficio, quod Romanis impenderant. Esse,) id est erant. Remissi,) id est ex vrbe Romana ad suos. Pergunt,) id est adeunt. Dono,) id est cum corona aurea.

CATALOGVS LEGVM ET INSTItutorum ex historia ab anno tertio, vsq; ad seditionem vel secessionem primam, hic esto.

PRIMVM. Mutua beneuolentia, fœdere, societate, amicitia, vel alio iuris vinculo coniuncti, se inuicem solicitare, aut incommodo iniuriáue, aut vlla improbitate afficere non debent, cum vtrinque idem animus eademq; voluntas requiratur, vt par pari referatur. Neq; alter alteri offensam, nedum indignationē moueat. Nam alioqui non potest vlla societas consistere diu.

Secundum. Amico vel socio beneficium est exhibendū, & obsequendum, quatenus per honestatem licet, & ne immodico damno afficiamus nosmetipsos, néue in perniciem præcipitemur nimia & intempestiua beneficētia, & immodica benignitate. iuxta illud sapientis dictum:

Dilige sic alios, vt sis tibi charus amicus.
Sic bonus esto bonis, ne te mala damna sequantur.

Tertium. Liberæ vrbes sui iuris sunt, neque regem neque principem vnum aliquem habent, sed suis magistratibus annuis & ordinarijs non perpetuis parent, suisq; popularibus hi denique præsunt, qui ad tempus magistratum gerunt. Sic Roma ad Cæsares vsque libera fuit, quia

qua libertate amissa, periit Senatus populiq; Romani authoritas & potestas.

Quartum. Turpe est promittere & stultum est polliceri beneficium alicui aut quippiã, quod ipse præstare nequeas: & ingenui hominis est, libere potius fateri suam infirmitatem, aut negare quod non posses efficere, ne vanis promissis alios ludas, teq; vanum esse & futilem ostendas.

Quintum. Ius amicitiæ non patitur apud se souere illos, qui alterius amicis sunt infesti vel hostes. Nam eosdem amare, & eosdem odisse, debent amici & socij.

Sextum. Apud veteres & hodieq; iuris vinculum quoddam est inter patronos & clientes, vt patroni defendant suos clientes ab inopia & iniuria, atque eis pecunia mutuo danda aut alia opem ferant opera. Contra verò ipsi clientes illos demereantur quibuscunq; obsequijs & officijs etiam, quæ minima quoqua patroni tamen magnifacere debent, animum magis æstimantes, quàm officium, iuxta illud sapientis:

Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus,
Accipito placidè, plene & laudare memento.

Ac patroni sunt illi, qui tenues homines vel populares in fidem tutelámque suam accipiunt, & inopiam leuant, suppeditantes eis sumptus quoad reddere possint commodè: & isti tenues patronorum opera vtentes, vocantur clientes, à Græca voce, quòd vocati ad officia & obsequia præstò esse debeant, ne sint ingrati & beneficiorum immemores. Sed cauere oportet, ne patrocinium illud degeneret in latrocinium. Sæpissimè enim euenit, vt potentes immodicis & intempestiuis beneficijs vel potius iniurijs ita sibi obnoxios reddant ipsos tenues, vt eos tandem oppressos ære alieno, & in seruitutem quasi redactos, omnibus suis spolient bonis, vnde seditionis materia plerunq; præbetur, vt in sequenti secessione nexorum videbimus. Neque vero possunt Respub. florere aut non perire, vbi sic opprimuntur tenuiores à potentibus.

Septimum. Confecto prælio à cædibus temperare iubet ius militare, nisi victi nolint se dedere in fidem victoribus, aut potestatem. neque in captiuos sæuiandum est, si fidem non conentur frangere.

Octauum. Fidem seruandam, parcẽdumq; esse deditis. hoc est, his qui victi se in fidem potestatémque victoribus commisarunt. Variat tamẽ hoc ius sæpè, contra illos præcipuè, qui belli aut seditionis fuerint authores & principes, vel quorũ perfidia & malitia ita sit explorata, vt spes nulla supersit eos quâlibet victos & oppressos posse quiescere, aut seruare fidem, in officioq; perdurare. Neq; etiam deditis statim fides frãgitur, etiamsi improbiores puniuntur: quia in deditos arbitrium habent ipsi victores vitæ necisq;, modo pars maior superstes sit. Deinde etiam non vna est semper formola deditionis, qualem supra in Tarquinio Prisco proposuit de Collatinorum deditione. Variant enim plerunque conditiones & circunstantiæ.

Nonum. Supra etiam diai de triumpho, hoc est, de magnifico & põposo ducis victoris cum exercitu suo vrbam Romam regressu, non permisso cuilibet duci, sed ei tantùm, qui supra viginti millia hostium iusto prælio vno, sine magna suorum clade & damno occidisset. Hic enim numerus postea ducibus est præscriptus propter ambitionem moderandam, ne quilibet imperator propter leuem victoriam tantum sibi honoris arrogaret, tantosq; sumptus ambitiosa faceret propter nihili causam. Vide Valer. lib. 2. cap. De iure triumphandi.

Decimum. Dictator est moderator & magister Consulum atque aliorum magistratuum, nedum populi totius. Magister equitum vero est, qui proximè post Dictatorem habet potestatem in equestres copias. Quanuis autem Dictatura fuerit extraordinarius & temporaneus magistratus, vtpote ad sex, quatuor duósue menses, aut plus minusq; tamen summa erat eius potestas, non tantùm in exercitus, sed in omnes adeo ciues & populum, vt ab eo non liceret appellare in causa capitali ad populum, vel ad vllos magistratos: cuius potentiæ exemplum euidens & illustre Liuius infrà copiosa proponit, in fine libri octaui ab Vrbe condita. Vocatus est autem Dictator quod eius dicto, mandato, decretisq; & præscriptis, omnes parẽre necesse esset. Reliqua de iure eius apud alios inquire.

Vndecimum. Ignosci adolescentiæ & imprudenti ætati aliquoties posse, modo ne sæpius per malitiam peccent. Frustra enim implorabit iuuenis impunitatem à legibus, contra quas non veretur malignè peccare. Cæterum ineuitabilis casus & error non voluntarius meretur veniam sanioribus quoq;. Sed de hac thesi multiplex & prolixa apud Iurecõsultos est disputatio, de iuris & facti ignorãtia.

Duodecimũ. Exulibus eripiuntur bona simul & patria, iusq; ciuitatis, si mulctentur perpetuo exilio, quales nunc Iureconsulti vocant deportatos, vel in seruitutem vel in metalla damnatos. Sin autem exules non perpetuo, sed temporaneo puniantur exilio, carent quidem patria ad tempus, & tamen ius ciuitatis suæ retinent, quales nunc vocantur à Iureperitis relegati, quibus etiam neque bona eripiuntur iure, tametsi huius contraria exempla inueniantur multa, sicut Clodius Ciceroni exuli relegato domum euertit & sacrauit.

Decimumtertium. Cohortem peculiarem sibi habebat Consul, Imperator, Prætor, aliusue magistratus, in exercitu prouinciáue superior, quæ cohors postea vocata est Prætoria cohors, inde & prætorianus miles, prætorianũ præsidium sæpe memoratum in historijs, cuius inde sub Cæsaribus tanta fuit potestas, vt soli prætoriani milites citra senatus authoritatem, citra populi consensum legerent aut repudiarent tollerentq; Cæsares & Imperatores, vt obseruatur in vitis Cæsarum. Et hi prætoriani milites sub Romulo appellati fuerant Celeres, à celeritate agilitateq; in officio præstando. Aliàs etiam satellites & custodes principum vocantur, tutoresq; corporis.

Decimumquartum. De ratione & ordine instruendi exercitus infra, circiter principium 8. libri ab Vrbe condita, & 2. libri de bello Punico Liuius scribit. extatq; libellus Modestini cuiusdam de instruenda acie Romana, ab illis inquirere potes quo ordine locati sint milites. Fuerunt autem hi fere in prima acie hastati, inde principes, postea scutati, & hi omnes Antepilani vocabantur. Deinde in secunda acie locati sunt triarij, hinc lorarij. hoc est qui armatura lauiore vtebantur. Denique Accensi, tanquam supplementarij, qui in mortuorum locum accusabantur. Post hos omnes tandem erant Subsidiarij, qui in subsidio reseruabantur vltimo discrimini prælij sustinendo, tanquam ferociores, & quibus plus confidaretur. Præsidiarij verò milites in castris oppidisue relicti, impetum oppugnationis arcebant, mire tamen casu temporéque hic ordo hæcq; nomina variarunt postea. Equites verò vtrinque à cornibus, id est lateribus aciei pedestris stabant, aliquando procursantes ante aciem, quibus postea Velites Tessulique immixti sunt. Diuiditur autem totus exercitus in milites leuis armaturæ & grauis armaturæ. Pugnam præliumq; incipiebant primi leues milites, quibus auxilio succedebant Equites. Fatigati autem leues recipiabantur in secundam aciem, vnde prius se proripuerant, illisq; grauior & robustior miles in pugnam succedens, suo robore hostem sustinere, vrgere, protrudere, adiutus equestri acie, solebat. Reliqua de his apud alios authores inquire, vt apud Vegetium, qui de re militari scripsit iustũ opus. Mihi enim satis est hic nomina ordinemq; militum qualemcunque iudicasse.

Decimumquintum. Supremi ducis vicarius erat Legatus in exercitu, cuius datum obire officia muniaq; ducis absentis, ita tamen ne quid præter eius consensum innouaret.

Decimumsextum. Saturnaliorum dies Saturno festus & sacer institutus est, circiter ducentesimũ sexagesimum vnnum ab Vrbe condita, posteaq; Saturnalia sunt aucta, vt pluribus diebus agerentur mense Decembri, comitate & festiuitate mira inuicem mittentes munera, officiáque exhibentes & conuiuia memoriámque Saturni colentes. ideo, quòd ille ex Græcia profugus in Italiam veniens ad Ianum, artem colendi vineas agrosq;, & vsum monetæ, aliarumq; rerũ Italos docuisset, vt est apud Ouid. in 1. Fast. & apud Virg. in 8. Aeneid. Et in Græcorum quoque historijs. Vnde & duo Castella suburbana Romæ sortita sunt nomina, vt alterum diceretur Ianiculum à Iano, alterum Saturnia à Saturno.

Decimumseptimum. Primores non debent iniurijs immodicaq; potentia premere plebeios & populares suos, alioqui seditionum materia præbetur. Quanuis contumacia plebis aliquando est vi retundenda, plebsq; exercenda, ne otio lasciuiat nimio & securitate. Sed de his suprà quoque meminimus in proximo Catalogo, de popularitate moderanda.

Decimumoctauum. Non solùm peccatum & delictum meretur pœnam, sed voluntas etiam & consilium quandoque punitur si ad aliquem conatum se intenderit, vel alium impulerit ad delinquendum vi pretioue, causamq; delicti dederit. Atque hic locum habet passim vulgata regula Cassiana, cui delictum commodo fuerit, eum quoque debere pœnam delicti luere. Nam alioqui cogitationis pœnam nemo patitur. Sed de hoc plura Iureconsulti disputant, quando quispiam propter consilium teneatur luere pœnam.

Decimumnonum. Huic Noemati Liuiano, leuatus metu ad suum redijt ingenium, planè quadrat illa Terentij sententia in principio Adelph.

Malo coactus qui suum officium facit.

Vigesimum. Captiui, tametsi iam serui facti sint, tamen non ita crudeliter & immaniter tractari debent, quasi bestiæ sint. Nam heri & domini aliquo humanitatis sensu tangi debent, meminisseq; illos etiam esse homines, quamlibet seruos & captiuos. Hic est ergo Catalogus obseruandus ex historijs duodecim annorum.

Sed

Sed & bellum Volscum.) Ap. Claudio, & P. Seruilio coss. prima seditio in vrbe Romana orta est, inter plebẽ & patres, authore C. Licinio propter nexum. Verùm Nexus est ius vinciendi debitoris, si ęre nequeat creditũ persoluere, quo nexu creditor domi suæ tanquam in carcere priuato, coercet debitorem & retinet, quoad sibi satisfaciat quocunque modo. Sunt autem in hac historia multa quidem egregia exempla, quibus describitur diuersus & varius animorum habitus seditiosæ plebis, & hominum factiosorum & impotentium, qui immodicè vtuntur sua potentia magis, quàm vt ad tempus de suo iure nonnihil cedere velint. Neque verò simplex hæc fuit seditio, quia & secessio facta est plebis in montem sacrum. Flagrabat,) id est ardebat.

Fremebant,) id est plebei. Fremebant.) Querela plebis de improbitate potentium, quorum mancipia quasi cogerentur esse plebei. Nexos,) id est vinctos. Nexus, xa, xum, significat vinctum. Nexus, us, ui, ius ipsum vinciendi. Vnius,) id est ex plebe. Magno natu,) Occasio seditionis propinquior à calamitate plebei cuiusdam senis nexi & iniuriose tractati, à suo creditore in nexu. Et est hypotyposis. Inuidiam,) id est plebis contra potentes Gliscentem,) id est augescentem, crescentem. Insignibus,) id est quia erat nobilis plebeius Obsita,) id est fœdata Peremptis,) id est malè affecti. Capilli,) id est iusto prolixiores. Efferauerant,) id est teteriorem quasi reddiderant & horribilem. Ordines duxisse,) id est præfectum aliquot fuisse militibus.

Cicatrices) id est vulnerũ signa. Fecisse æs alienum,) id est contraxisse æs alienum. Id,) id est æs alienum debitum. Villa,) id est prædium. Cumulatum vsuris,) id est aggrauatum. Exuisse,) id est spoliasse, quod id debitum spoliauerit ipsum. Tabem,) id est morbum contagiosum. Peruenisse,) id est debitum Ad corpus,) scilicet meum, qui debitor sum. Sed in ergastulum,) Ergastulum locus est, in quo mancipia deteriora vincti opus facere cogebantur, aut asseruabantur ne aufugerent. Græci aliàs καθεκτὶ vocant. Quandoque & Ergastulum significat ipsa vincula mancipiorum vinctorum, quibus grauati serui, tamen opus facere & laborare cogebantur.

Fœdum,) id est maculatum Auditaq;,) scilicet de seniore milite illo. Soluti,) id est à seditiosis. Implorant,) scilicet vt sibi feratur auxilium.

Agminibus,) id est seditiosorum. Qui patrum,) id est ex patribus. Temperatum,) scilicet à vi. Deformitatem,) id est ignominiam Hæc,) id est vincula. Dicere,) id est dicebant. Ipsi,) id est plebei. Publici consilij,) i. Senatus.

Infrequentiam,) id est rarietatem. Impediendæ rei,) id est ne quid consulatur & decernatur propter paucitatem Senatorum. Tergiuersari,) id est sensim declinare à cœpto. Ludibrio,) id est patribus.

Incerti,) id est Consules. Veniendo,) id est in senatum. Contraherent) id est consisterent Appius vehementis ingenij,) Pro illustranda historia & motu agendo Liuius prudenter duos Consules diuersi ingenij inter se confert, Appium ferocem, infestum plebi, omnia volentem iure summo agere, qui sua pertinacia magis irritaret & incenderet furorem populi, quam sedaret. Seruilium autem leuem, æquabilem, & qui vellet popularis esse, furorémque & iras seditionis clementer componere. Appio quidem Senatus fauebat & patres, infestissima verò plebs erat. Seruilius autem in odio apud Senatum erat, propter popularitatem, neque tamen vllam gratiam inibat apud plebem, cùm efficere non posset ea, quæ promiserat & inceperat. Sicque cœpta seditio hunc annum perdurauit, tametsi plebem ad quædam officia præstanda pellexerit sua lenitate Seruilius. Vno aut altero,) id est seditiosõ. Flecti,) id est lenitate. Frangi,) id est imperio. Terror,) scilicet fuit. Affecere,) id est commouere. Adeò discordia,) Epiphonema. Exultare plebes,) Exemplum malitiæ & inuidiæ in plebeis, qui malint ipsi quoque perire, modo optimatibus etiam periculum & exitium obueniat, quos oderant. Exultare,) id est exultabat. Nomina darent,) id est in album militare.

Militarent,) id est militare deberent Præmia,) id est opes & honores. Curia,) id est totus Senatus. Expederet,) id est eriperet. Ibi curæ esse) Breuiter hic complectitur instæ concionis materiam, qua Seruilius plebis captat beneuolentiam à studio Senatus erga plebem. Deinde hortatur plebeios ab honesto & periculo imminenti, vt militiæ dare velint nomina. Cætera verò in præsens differt, quoad per omnia commodius plebi possit consuli. Missu,) id est dimisso. Deliberationi,) quam ideò differri oporteat. Maxima,) id est numero, non authoritate neque consilio. Laxamenta,) id est spacij. Accepta,) id est à Senatu. quia nõ nisi mercede persuasum, velle suum officium facere, est merè seruile & illiberale. Nam & turpe est vtilitatem præponi honesto. Concioni,) id est suo sermoni. Edicto,) id est per edictum.

Edendi,) dandi. Moraretur) scilicet à fructu possessionum. Fieri) id est fiebat. Prospicientium,) id est nexorum.

Retinendi,) scilicet nexos. Sacramento,) militari, vt se iureiurando astringerent militiæ. Vallũ inuadunt) Vallum est munimentũ castrorum. Munimenta,) id est valli. Consul,) id est Seruilius.

Ardor,) id est ad prælium. Prædæ datum,) scilicet vt liceret cuilibet militi rapere quantum posset, sibiq; priuatim retinere rapta Nam aliàs præda plerunq; in publicum confertur. Romanos,) scilicet exercitus.

Palantes,) id est errantes. Eques,) id est equestres copiæ. Exercitus,) id est hostilis, quòd contra ius gentium est & contra ius militare, simul indicere & facere bellum, cùm aliquod spatium inter illa debeat intercedere.

Promissa Consulis,) id est Seruilij. Ius dicere,) id est dicebat. Nexi,) id est vincti propter debita Cui,) id est alicui. Collegam,) id est Seruilium. Exprobrabant,) id est suas cicatrices & belli merita. Consulem,) id est Seruilium. Sed tergiuersari.) Tergiuersari, est se subducere ab incœpto. Alteram partem,) id est plebis. Gerendo se medium,) id est cùm neutri parti se vellet addicere palam.

Mollem,) id est nimis facilem præ timore. Ambitiosum,) id est ad plebem. Fallacem,) id est quia non seruaret promissa. Annonæ,) scilicet curandæ, vt suppeterent ea, quæ ad victum pertinerent. Collegium,) id est societatem. Centurioni,) id est præfecto primipili, id est primi Manipuli Centurio qui præest centum militibus Fastigio,) id est statu. Vtique,) id est maximè. Desperatio enim,) Seditio asperitate nimia in apertam vim erupit tandem, vt maiestas quoque Consulis læderetur.

Singuli,) id est creditores. Pluribus,) id est debitoribus. Populari,) id est quo silentio vellet sibi gratiam plebis emereri. Iudicium,) id est quod eriperet seditiosum & absolueret. Pertinacia,) scilicet Appij. Supererant,) scilicet Appio.

Secessionem,) Secessio est cùm quispiam se hostiliter quasi subducit, vlturus suas iniurias. Neutris,) id est neque patribus neque plebi. A. Virginius,) Decimoquinto anno post exactus reges A. Virginio & T. Vetusio Consulibus, seditio alterum quoque hunc annum durauit, estq; aperta secessio facta. Trepidaret,) id est incerta esset metu & periculo. Temerè,) id est inconsulto. Delatam,) id est rem. Excepta est,) id est res Clamoribus,) scilicet Senatorum. Siquod,) Alij siquid, & melius. Magistratus,) id est qui fungerentur officio suo. Publicum consilium) id est Senatum. Vnum virum,) Ab exemplo argumẽtum. Id,) id est virum esse præsenti animo & forti.

Quàm Consulem,) id est qui non fungetur suo officio. Correpti,) scilicet à Senatu Otio,) id est præ otio. Quia homines nihil agendo discunt malè agere, sumúntque sibi licentiam cuiuslibet delicti. Publica fides,) scilicet data à Consule Seruilio. Vt pugnent,) scilicet liberi non serui. Eorum,) id est patrum Vltima,) id est periculosissima. Ad sellas,) id est Tribunalia.

Patrum,) ideóque imperitissimus. Animus, id est fortitudo. Vtraque re,) id est voluntate patrum vana & plebis pertinacia Tum demum Consules,) scilicet dixere. Postulamus,) Postulare, est iure petere. Vt ij,) scilicet patres.

Ignauia,) scilicet nostra. Redeunt,) scilicet Consules. Certamen inter Senatores & plebem in foro. Globus,) id est turba. Impetus,) scilicet plebis.

Quæstionem postulantibus,) Postulare quæstionem, est petere, vt aliquis in ius vocetur, ibique crimen obiectum fateatur, aut se iure defendat. Nam quæstio est, inquisitio criminis & causæ in iudicio ipsa cognitio, inde & iudex cognominatur quæsitor, id est inquisitor vel examinator causæ. Tres,) Variatio sententiarum de pacandis seditiosis. P. Virginius,) Vir consularis. Non vulgabat rem,) id est non censebat omnes nexos solui debere, & liberari à nexu. De his,) id est liberandis. T. Largius,) scilicet dicebat. Sisti,) id est pacari. Si alia aliorum,) id est si alius iuuetur & alius non. Accendi,) scilicet per inuidiam Tantum turbarum,) id est tantas turbas. Seuire,) id est quàm, vt aliquid vi agere possit. Id malum,) scilicet lasciuiam.

Ad eos,) scilicet populares. Agedum,) Aduerbium hortantis. Pulset,) scilicet aliquis plebeius. Qui,) id est plebeius.

Vnum,) id est dictatorem. Rursus,) id est si conferretur cum sententia & facto Virginij & Largij. Rursus,) id est ex aduerso. Exemplo,) id est collatione. Totam fidem) scilicet debitorum suis creditoribus seruandam. Vtroq;) id est in vtramque partem, vel inter sententiam Largij & Appij. Priuatarum,) Quia senatoribus plurimum debebatur à nexis.

Quæ semper,) Noema. Imperium,) Dictatoriũ. Suo,) id est iure dictatorio & per se.

Haberet,) scilicet plebs. Prouocationem,) id est ius appellandi, quod ciuibus concesserat Valerius Publicola homo popularis. Ea familia,) id est Valeria. Edictum,) id est lex. Edictum est temporaneum, lex perpetua. hoc differunt inter se lex & edictum. Potestati,) id est dictatori. Nomina dedere,) id est militiæ Legiones decē,) Illi non omnes habitauere in vrbe Romana, sed in toto Latio, qui quoque ciues Romani erant, qui ad bellum hic conscripti sunt. Aequi,) id est populi. Latinum,) id est Romanis sociorum. Retractare arma,) id est ne assuefierent rursum militiæ, occasionem capturi aliquando rebellandi.

Exciuit,) id est elicuit. Contemptim,) id est qui contemnerent Romanos. Pilis,) id est hastilibus. Rem gerere, id est gladiari. Stupentibus,) id est quasi nihil sentientibus.

Micare,) id est splendere vibratos. Cursu ierant,) Et se fatigauerant ita. Vigentes,) id est non fessi. Velitras,) ad oppidum Volscorum.

Pius sanguinis factum,) id est fusum. Nam facere sanguinem, est fundere sanguinem, historica phrasi. Promiscua cæde,) id est qua nemini parcebatur, ne mulieribus quidem, pueris & senibus. Pedes,) id est pedestris acies. Post pugnam,) scilicet contra Latinos, de qua suprà sub consulatu T. Ebutij & C. Vetusij. Posterisq;,) id est Valerijs. Ad spectaculum,) scilicet ludorum. Curulis,) id est quali vtebantur in Curia illi qui magistratus gerebant, aut gesserant honoratos. Coloni,) id est ab vrbe Roma.

Consulis,) id est Seruilij. Temerè,) id est non ita prudenter. Malè commissum,) id est imprudenter cœptum. Ignauia,) id est propter ignauiam. Incruenta,) id est sine sanguine parta. Trifariam,) id est contra Aequos, Volscos, Sabinos.

Euentu,) scilicet prospero. Cum,) id est partim. Tum) id est partim. Præparauerant,) scilicet se. Valerius,) id est Dictator. In senatum,) id est ad senatum, vel aduersus senatum, qui conabatur premere plebem. Medius fidius,) quasi me deus iuuet fide, vel, me dea iuuet fides, ex quatuor vocabulis compositum.

Quod ad me,) Aequabilitas Valerij, cui cùm Senatus nollet obsequi, sed plebem pergeret premere, erupit tandem seditio in hostilem secessionem. Hoc magistratu,) id est prætura. Priuatus,) id est sine magistratu. Indignantem,) id est ægrè ferentem. Suam vicem,) id est miseriam plebis. Præstaretur,) scilicet ipso effectu, re ipsa. Incessit,) à verbo incesso. Teneri sacramento,) id est iureiurando adhuc obligatum esse.

Exolui scelere,) Quia non sunt facienda mala vt eueniant bona, neque maius malum est admittendum, vt euitetur minus. Fama est,) id est de sacro mōte. Lacessiti,) scilicet ad certamen. Suspensa,) id est dubia. Metu,) id est præ metu. Nam Senatus timebat plebem, & plebs vicissim timebat Senatum. Plebs,) id est qui armati fuerant in expeditione sub dictatore Valerio & iam secesserant. A suis,) id est plebeis, qui in vrbe remanserant. Diu fore,) quasi dicat, minimè. Existat,) id est oriatur. Ducere,) id est putabant. Eam,) scilicet concordiam. Per æqua,) Quia pax etiā iniquissima, melior est bello æquissimo, nedum seditione. Inde,) id est ex plebe.

Prisco,) id est exoleto. Horrido,) id est impolito. Modo dicendi,) id est orationis genere. Vide autem Ciceronem in Bruto, & Hadrianum in commentario de lingua Latina, qui genera dicendi quatuor secundum ætates numerant. Primum Priscum, quod exoletum & incultum erat ab Vrbe condita ad bellum vsque Punicum secundum. Medium verò à Catone Censorino & Scipionibus. qui circiter annum vrbis quingentesimum & quadragesimum vixerunt, durauit ad Ciceronem vsque. Deinde optimum genus ætate Ciceronis, Vergilij, Liuijq; floruit: centum annos circiter. Quartum genus dicendi nouum optimo illi longissimè impar & diuersum, medio autem lasciuius, post ætatem Liuij & Fabij fuit in vsu, ad millesimum circiter annum vrbis, inde verò successit mera propemodum barbaries, tametsi aliquot boni poetæ tum quoque fuerint, sed pauci admodum.

Tempore quo,) Apologus mirè festiuus & aptus ad plebis animos reconciliandos, de membrorum in corpore conspiratione aduersus ventrem. Nihil aliud,) id est agere. Conspirasse,) scilicet ferunt membra. Conficerent) id est manderent. Hac,) id est ex hac. Tabem,) id est ferè absumpta esse, fame. Reddentem,) id est dimittentem, deriuantem. Vigemus,) id est valemus. Pariter,) id est proportione sua in venas. Maturū) id est recentem & bonum. Confecto,) id est digesto. Sanguinē,) id est sedem animæ & vitæ. Hominum,) id est plebeiorum. Comparando,) id est per analogiam singula singulis reddendo.

Concessum,) id est itum. Sui,) id est plebei. Sacrosancti,) id est ita non violandi, vt sacrum, deuotum, execrabileq; esset eius caput, vitaq; cum bonis, qui aliquam vim aut iniuriam suis tribunis inferre auderet. Auxilij,) id est pro plebe aduersus consules. Capere,) id est capessere & gerere.

Ita Tribuni,) primi Tribuni plebis C. Licinius & L. Albinus & Sicinius cum alijs duobus creati sunt, quarto Idus Decēbris, anno ab Vrbe condita ducentesimo quinquagesimo nono: de quo magistratu plura in catalogo dicam. Legem sacratam,) de immunitate Tribunorum. Esse latam,) scilicet à Tribunis. Huic historiæ de seditione, subnectam catalogum aliquot institutorum atque thesium quibus exempla eius explicantur.

CATALOGVS INSTITVTORVM ATQVE THESIVM TEMPORE SEDITIONIS.

PRIMVM ergo institutum obserua de nexis ob æs alienum: ita verò turpe videbatur Romanis legibus, suam rem familiarem malè curare & negligere, & aliena quasi pecunia mutuatitia victitare quempiam cogi, vt ius fecerint creditoribus, non solum rigidè debita poscere, sed etiam ipsos debitores in vincula atque in carcerem priuatum atque in seruitutem adeò conijcere, vt si pecuniæ non essent soluendæ, corpore saltem luerent & satisfacerent. Quare & cùm moreretur aliquis ære alieno obstrictus, plus debens, quàm vt exoluere de suis bonis credita posset, reliquis illius cadauer discerpendum, dilacerandumq; creditoribus dabatur, vt quisque sui crediti nondum persoluti partem suppleret cadaueris frusto, quæ lex fuit immanis quidem, sed adeò in usu erant tum prodigi & decoctores, vt tale ius competeret in eorum cadauera, alijq; exemplo tam sæuo deterrerentur à negligentia suarum rerum. Vt enim Rerumpublicarū nerui sunt & præsidia diuites ciues, ita non potest consistere in placida pace & sine iniurijs populus ille, in quo multi sunt debitores, prodigi, decoctores, & validi mendici, ociosiq;. Vocatur ergo illa coercitio vel seruitus debitorum, Nexus, eo quòd vinculis & carcere, quasi necterentur, vnde & ipsi appellabantur, Nexi. Sed exoleuit hoc ius de priuato nexu: quia publica coercitione iam debitores coguntur satisfacere suis creditoribus.

Secundum. Hoc quoque arguit quantum oderint leges Romanæ ignauiam & negligentiam rei familiaris, & contrahendi æris alieni facilitatem, vt permiserint grauissimis vsuris premi debitores ipsos: ita, vt menstruæ quoque vsuræ soluerentur, nedum annuæ. Hinc fuere vsuræ vicesimæ, trigesimæ, & vltrà, centesimæ, hoc est, quæ vsuræ æquarent ipsam sortem, id est, summam pecuniæ mutuo datam mense vigesimo, trigesimo, centesimo. & hoc tamen ius correctum est ab Imperatoribus Romanis, cùm viderent immodicis & immensis vsuris bonos quoque ciues exhauriri ab vsurarijs. Verùm de hoc Iureconsultos consule, in materia de vsuris valde & certatim sollicitos.

Tertium. Mancipia suspecta, aut fugitiua, aut nequiora ergastulis coerceri, & carnificina quasi domari ius erat: quia arbitrium vitæ necisq; seruorum suorum qualiumcunque habebant domini. Ergastulum, est locus in quo vincti serui cogebantur facere opus.

Quartum. Plebeiorum & priuatorum hominum non est moderari & arbitrari publica consilia, quæ magistratibus Senatoribusq; demum commissa sunt, Vnde Anacharsis philosophus Scytha dixit, Rempublicam Atheniensem celeriter perituram esse, quòd in ea cōsultarent quidem optimates, sed plebs decerneret & iuberet, vt ferè solet in Democratia fieri.

Quintum. Non ita valent ea quæ à minore parte Senatus vel collegij statuuntur, & decernuntur, sed quæ demum à meliore, saniore, aut maiore parte decernuntur. Verùm de hoc prolixæ sunt disputationes apud Iureconsultos, quando pars collegij vna authoritatem habeat statuendi quippiam, inscia vel absente vel repugnante altera: cuius regula ferè hæc est, quam dixi. Vt melior pars vincat maiorem, tametsi plerunque accidit contrarium stultitia vel pertinacia hominum, vt maior pars vincat meliorem.

Sextum. Ardorem militarem non reprimendum esse gestientem capessere prælium experientia militaris præcipit. Quo enim ardor ille est vehementior, eo fortius pugnant milites. Nam ira dat animos.

Septimum. Cùm vrbs aliqua capta datur prædæ, tum proprium est cuiusque militis, id quod ex præda capit. Alioquin autem præda in publicum redigitur, & confertur ad ducem, qui eam partitur inter milites, vel vendit, pecuniamq; redactam in ærarium reponit, vel in alios vsus prædam conuertit.

Octauum. Iure gentium & militari non debet inferri bellum, nisi vltro citroq; missis legatis de rebus repetendis, &

dis, & vtrinque responso dato: tametsi iam plerique omnes imitantur exemplum Aruncorum in bello indicendo, quod statim cum legatis, nondum accepto responso ab aduersaria parte, contra ius gentium inferunt, cædibus & rapinis grassantes.

Nonum. De creditis pecunijs ius dicendum est propter fidem priuatam publiceque seruandam, & vt vnicuique suum reddatur, neque ius suum intercipi debet à creditoribus contra debitores, tametsi pauperes. Oportet enim priuata inter ciues beneficia agnosci & florere. Neque enim alter sine alterius ope per omnia potest viuere, neq; cõsisterent mutua beneficia, si nulla gratitudo, si nullum ius reposcendi crediti esset. Sunt ergo ditiores beneuolentia iuris alliciendi, vt eo promptius & libentius pauperculos adiuuent pecunia, aliáue ope, & coge odi pauperes, ne sua ingratitudine & iniuria alijs tenuibus noceant apud diuites.

Decimum. Lex Solonis fuit teste Gellio in secundo, capite duodecimo, & Plutarcho in Solone, quam Romani quoque postea ab Atheniensibus mutuati sunt, hanc scilicet: Seditione existente in aliquo populo, non ferendum esse eum hominum, qui neutri parti adhærere, sed medium indifferentemq; se gerere velit. Oportere ergo ad alterutram partem se transferre, quamuis optimum ciuem. Multo enim melius esse cum iniquiore etiam & iniustiore parte sentire contra saniorem, quam à neutra parte stare. Potest enim bonus vir suam partem magis & maiori cõmodo Reipub. adiuuare, quam medius ille dissimulator & proditor quasi vtriusque partis. Sic merito Seruilius Consul, se mediũ gerens apud vtrosque, odium sibi conflauit. Reliqua vide in alligato capite Gell. Potestque hæc lex non tantum seditioni, sed cuilibet discordiæ publicæ aut priuatæ accommodari.

Vndecimum. Honorati magistratus & altiores dignitates officiaque maiora non debent mandari vilibus, aut non idoneis personis, ne personæ leuitas aliquam maculam inurat dignitati, & officio obsit. Pulcherrimaq; ibi demum est functio, vbi boni prudentisq; hominis virtus aliquantam maiestatem affert officio & muneri publico vel priuato. Quòd si tamen dignitas vel magistratus ad aliquem indignum deuoluitur, non debet contemni magistratus propter personæ vilitatem, vt si contingat aliquem non idoneum nasci fieriue principem, vt sunt plerique heroum filij noxæ, nõ debet vilipendi propter illos officium: quia in magistratibus non persona, sed voluntas, ius & authoritas totius populi, & adeò ordinatio Dei iurisq; naturalis spectanda est. Valet ergo lex prædicta magis in voluntarijs & arbitrarijs honorũ suffragijs, quàm in iure hæreditario aut simili casu.

Duodecimum. Consilio & authoritate principum, non clamoribus neq; improbitati vulgi, potius aliquando cedere debet magistratus, & obsequi: ita tamen, vt maiestatem suam non imminuat, tametsi nonnunquam plebis quoque furori, tanquam tempestati, oportet cedere.

Decimumtertium. Cõuenticula & occulta colloquia prohibentur hodieq; in iure ciuili, ac pro seditiosis habentur, qui conuenticula faciunt.

Decimumquartum. Immodicum otium populo non est permittendum, quia militia alijsq; laboribus honestis occupari debet potius, quàm vt otio in luxuriam licentiámue declinet.

Decimumquintum. Non clamoribus aut reprehensionibus, sed prudentia & animo præsenti res agi debet in senatu publicisque consilijs. Parum enim prudentis est multa vociferari, & plura reprehendere, quàm corrigere & emendare. Rectèq; Demosthenes in Philippica quadam dicit, duo genera esse ciuium perniciosa, Vnum eorum, qui præ cupiditate immodicoq; studio priuatorum commodorum, publica negligunt, & neq; re, neq; consilio adiuuant, etiamsi in magistratu agant. Alterum eorum, qui cum in publicum consulere non omninò possunt, per impotentiam vel imprudentiam suam, tamen fortiter vociferando calumniantur ab alijs etiam benè acta.

Decimumsextum. Malè consulitur inter discordiam & priuatas cupiditates contentionesq;. Consentientes ergo oportet esse animos rectè consulentium, ne dissimilitudo voluntatũ perturbet negotium, totamq; causam.

Decimumseptimum. Periculosum est fidem priuatam labefactari, ne priuata exempla in publicum quoque obsint, néue semel spreta fides in alijs quoque magis arduis contemnatur.

Decimumoctauum. Vehementia imperia seueriorq; potestas non permittenda sunt vehementibus & ferocibus ingenijs, sed mitioribus, vt ita tractabilis fiat temperatura potentiæ & animi moderati.

Decimumnonum. Non licebat priuata authoritate in fidem deditis tractare arma, neq; socijs, qui maiestatem populi Romani obseruarent.

Vigesimum. Vbi Senatus contra totum populum iniustius aliquid decernere statuit, ibi licet contra Senatum habere actionẽ, & referre pro populo, tanquam pro maiore parte Reipub. Præstat enim paucos offendere, quàm totum commune lædere.

Vigesimumprimum. Sacramentum militare, est iuramentum quod dant milites, se fideliter pro Duce, pro patria, pro suis partibus dimicaturos, & re opeq; sua adiuuare velle, obliganturq; hoc sacramento tantisper dum confectum sit bellum.

Vigesimumsecundum. Nullo scelere exoluitur religio vlla. Neque enim sunt facienda mala, vt eueniant bona: multo minus sunt facienda mala, vt eueniant mala alia.

Vigesimumtertium. Iniquis conditionibus rectè aliquando pax initur, etiam iniquissima, quæ tamen melior est bello æquissimo. Inter duo enim mala, minus & tolerabilius malum debet eligi.

Vigesimumquartum. Quantis studijs & obsequijs Senatum & Rempub. suosq; magistratus iuuare & obseruare teneantur populares, aperte indicat pulcher apologus Agrippæ de ventre & alijs membris in corpore seditiosis, & in hac comparatione per analogiam singula singulis si conferas, suppeditabitur tibi iucunda & copiosa materia de hac thesi.

Vigesimumquintum. Tribuni plebis, magistratus nouus, tanquam patroni plebis, contra Consules sunt creati, plurimumque iuris habuere, vt intercessionem contra senatus decreta, lationem auxilij pro plebeis contra Consules, relationem ad plebem pro faciendis plebiscitis: id est, legibus à sola plebe latis & approbatis. Actionẽ pro plebe contra Senatum, immunitatemq; tantam, vt capitale & sacrum, id est deuotum esset etiam magistratui qualicunque læsisse tribunum plebis aliqua vi aut iniuria, & hæc quinque iura Tribunorum ad tantam licentiam postea euexerunt plebeios tribunos, vt nihil ferè nõ auderent, sibiq; non arrogarent, excitantes plurimas seditiones & factiones, vt rectè à Poeta cognominẽtur, cum Consulibus turbantes iura Tribuni, vt exempla Romanæ historiæ passim indicant.

Sp. Cassius.) Decimosexto anno post exactos reges Sp. Cassius & Posthumus Cominius Consules. Feriendum,) id est faciendum. Consul alter,) id est Cassius. Alter ad,) id est Posthumus. Compulsos,) id est fugatos. Mucamitem,) id est oppidum. Erat tum,) Exemplum fortitudinis militaris in Martio Coriolano, cuius vitam prolixè describit Plutarchus, simulq; istorum temporum historias verbosè explicat.

Extrinsecus,) id est extra vrbem. Retulit) id est repressit. Proximo,) id est aditu. Fusi,) Metaphora sumpta ab aqua diffusa. Famæ,) id est gloriæ Consulis,) id est Posthumi. Collega) id est Posthumus.

Cessisset memoria,) id est, abijsset in obliuionem. Eodem anno,) Exemplum honestæ paupertatis & moderationis in Menenio Agrippa. Secessionem,) id est propter reconciliatam pacem. Huic,) id est Menenio. Amplificatio à circunstantijs sumpta. Interpreti,) id est nuntio. Extulit,) id est ad funerandum. Sextantibus,) id est duabus vncijs æris. In capita,) id est viritim. Consules deinde decimoseptimo anno post exactos reges. Primùm annonæ, Annonæ, sunt fruges in annum repositæ. Clausis,) id est obsessis. Dextris ab hostia,) id est ad occidentem versus. Læuoqúe per Volscos,) id est ad orientem sinistro littore. Sicilia,) id est Insula, quæ postea horreum populi Romani publicum est facta. Longinquis,) id est Siciliensibus.

Tarquiniorum,) id est qui iam tum erant mortui. Qui hæres erat. Quia filiam Tarquinij regis vxorem habuerat. Frumentatoribus,) id est coemptoribus frumenti. Tyberi,) id est per Tyberim. Vexati,) id est afflicti. Vbi ea,) id est pestis. Arx,) id est locus præsidij.

M. Minutio deinde, Decimooctauo anno post exactos reges M. Minutio & A. Sempronio Consulibus, orta est factio & contentio Martij Coriolani contra plebem, in quam cùm ferocior esset, eamque premendam censeret, condemnatus exilio per suffragia populi, ad Volscos exulatum abijt: quæ factio causam præbuit periculosæ obsidionis vrbis Romanæ. Estq; exemplum ferociæ & libertatis nobilitatis aduersum plebeios. Vis,) id est copia. Multi,) id est Senatores. Iura,) id est pristina. Veterem,) id est veteri pretio.

Pollentem,) id est potentem. Missus sub iugum,) id est ego patritius deiectus meo iure & dignitate. Sub iugum,) Iugum verò appellabant duas erectas hastas transuersim superposita tertia, sicut patibulũ, sub quod ignominiosi & probrosi milites mittebantur infamesque fiebant. Latronibus,) id est Tribunis, est auxesis, amplificatio. Tarquiniũ regem,) Argumentum à maiore ad minus valet negatiuè. Qui non tulerim,) Nos qui non tulerimus, est heterosis personæ. Nam decem & octo anni erant post exactos reges. Secedat) Permissio amarulenta.

Frumen-

Frumenta,) id est quæ nulla sunt Fecere,) scilicet nullam, propter neglectos agros biennali seditione. Hoc malo,) id est fame.

Haud tam,) id est, Iudicium Liuij de Coriolani consilijs. Faciendum ne fuerit,) id est an cum Reipublicæ commodo plebs tamen premi potuerit Laxandi,) id est viliorem faciendi. Annonam laxare,) Annonam arctare. Demerent,) id est abolerent. Fame iam) Querela plebis odiosa contra Coriolanum Fame,) scilicet conquerebantur. Hostes) id est in obsidione. Frumentum quæ, Relatiuum conuenit posteriori.

Satisfiat,) id est luatur. Exeuntem,) scilicet Coriolanum. Quisque,) id est plebeiorum, quia paria erant suffragia omnium in comitijs. Inimici,) id est Coriolani. Auxilij,) id est pro plebeis. Non pœnæ,) id est patriciorum. Vt vnius,) id est vt vnus lueret pro omnibus pœnam. Ordinis,) id est senatorij. Dispositis,) id est per loca ordinatis. Rem disijcere,) id est concionem impedire. Vniuersi,) id est patres.

Quicquid erat patrum reos diceres,) Synthesis. Reos, scilicet sicut Coriolanus.

Ira,) scilicet Coriolani. Eminebat) apparebat. Nominis,) id est populi. Alterum,) id est Tullium. Alterum,) id est Coriolanum.

Caperent,) id est resumerent arma contra Romanos. Spiritus,) id est audaciam esse Volscorum retusam. Arte) id est fraude

Exoleto,) id est deposito quasi. Ludi fortè) Exemplum præstigij & superstitionis, quæ miraculo etiam firmata est. Ita enim dæmones etiam pessima quæque miraculis suis stabilire possunt, atque ita impiorum hominum animis offundere tenebras. Instaurandis,) id est denuò rite agendis.

Circo,) id est campo. Præsultorem,) id est præsultatorem, vt ita dicam. Religione,) id est metu deorum. Animus,) id est Latini. Timorem,) id est deorum. Species,) id est somnij. Maiorem,) id est pœnam. Præsentior,) id est certiore somnio firmata & expressiore. Prolatantem,) id est producentem,

Repræsentatas,) id est significatas. Aliud miraculum) scilicet apparuit. Captus membris,) id est priuatus vsu membrorum.

Functũ officio,) id est postquam narrasset suum somnium. Priusquam committerentur) Exemplum insignis calliditatis & doli, quo Volsci quieti & bellum alioqui fugientes, tamen pertracti ad bellum Romanis inferendum per suum ducem Accium. Committerentur,) id est celebrarentur. Compositum,) id est deliberatum. Arbitris,) id est conscijs. Quod ius sit sequi,) id est prosequi, vt vos celem ex iure fœderis nostri vobiscum Criminatum,) id est vt criminer. Cautum,) id est vt caueam. Inuitus equidẽ) Exordium obliquum vel insinuatio. Nimio,) Expositio vel narratio consilij Volscorum.

Ludi sunt) Circũstantiæ, quibus reddit credibile consilium Volscorum. Ne quid fiat,) scilicet à Volscis. Rem dubiam,) scilicet de tumultu faciendo à Volscis. Author,) id est delator. Præcauendum,) scilicet à Volscis. Ex superuacuo,) id est propter nihili causam. Contaminatósque,) id est prophanos. Hominum deorumq́ue,) Quia conueniebant ad ludos propter honorem deorum.

Abactos,) id est se esse vrbe expulsos. Ferentinum) locus in Hetruria. Verba,) scilicet Tullij. Secunda iræ,) id est accõmodata ad iram Volscorum exacerbandam. Adulator loquitur verba secunda fortunæ. Leuitas non est secunda authoritati. Exorsus,) id est narrare incipiens. Vt omnia) oratio amarulenta Tullij ad suos Volscos. qua exprobrat eis ignominiam à Romanis illatam, & eam exaggerans animat suos in vltionem. Quo animo fertis,) Propositio. Iniquissimè ferre debetis, & non impunè habere contumeliam vobis factam. Commisere,) id est fecere. An non sensistis,) Amplificatio iniuriæ à circunstantijs, Primum argumentum. Triumphatum,) quasi de victis. Spectaculo,) id est ludicro. Perora,) id est aspectum & sermonem. Quid eos,) secundum argumentum à iudicio hominum. Nefas,) id est prophanum crimen. Piaculum,) id est crimen, quod debeat piari & purgari. Sede,) id est theatro. Succurrit,) id est in mentem venit. Quòd,) id est eo quod, quia. Quid deinde,) Tertium argumentum à periculo. Bellum vobis,) Conclusio & consilium. Deficeret,) scilicet à Romanis. Imperatores,) Bellum Volscorum contra Romanos difficilimum, cuius se ducem præbuit Coriolanus aduersus patriam suam, qui tametsi exul & iniuria prouocatus à suis, tamen impiè egisse iudicatur, quòd priuatam iniuriam publica calamitate patriæ conatus sit vlcisci, quanquam & in vtranque partem de hac materia copiosè posset dici. Circeios,) id est ad oppidum litorale proximè Tyrrhenum mare, vbi Circe venefica dicitur habitasse, apud Ouidium quoque in decimoquarto Metamorph. Tramitibus,) id est itineribus.

Transgressus,) scilicet à mari. Castris positis,) scilicet intra Albam & Romam, de quibus suprà in rege Hostilio, in primo. Oriretur,) scilicet ex inuidia plebis. Criminando,) scilicet nobilitatem. Concordiæ vinculũ,) quia iuxta prouerbium Mala conciliant inter se homines. Iungebat,) id est conciliabat. Conueniebat,) id est inter patres & plebem Consules erant,) id est decimonono anno post èxactos reges.

Oratores,) id est legati. Ager,) id est à Romanis ereptus. Si velint,) id est Romam. Præda,) id est agro Volscis erepto per vim. Et,) id est non solum. Et,) id est verum etiam. Irritatus,) id est ad iram. Fractos,) debilitatos. Tum matronæ,) Exemplum pietatis erga matrem suam in Coriolano, qui præstare maluit beneficiũ, & obsequi suæ matri, quàm patriæ precanti. Fuisset autem absolutior pietas, si idem patriæ precibus præstitisset, soluta obsidione vrbis. Matrona) significat vxorem alicuius nobilis vel patricij, vel dicitur propter eius ætatẽ que q.

Motus,) ad misericordiam. Obstinatior,) id est immitior, durior. Vt,) id est nempe. Inquit,) scilicet familiaris. Mulier in iram,) Exemplum libertatis, & maternæ authoritatis obseruatæ à Veturia aduersus Coriolanum filium, quæ liberè filio hosti præpotenti exprobrat impietatis crimen oratione pathetica, quia non muliebriter rogat, neque supplex est, sed planè imperat & minatur filio pro iure matris. Potuisti) Increpationes & exprobrationes, quibus amplificat impietatem filij.

Penates,) id est dij domestici. Ego,) id est Veturia. Peperissem,) scilicet te. De suis) id est vxore & liberis. Mors immatura,) scilicet cùm occidentur in vrbe capta. Seruitus,) id est cùm capientur. Et comploratio,) Complorare est deflere & deplorare eum, de cuius vita nulla amplius spes est. Abductis,) Variatio historiæ, cuius & Cicero meminit in Bruto, & Plutarchus in Coriolano, de morte eiusdem. Oppressum,) id est à Volscis. Inuidia rei) Nam quidam aiunt statim Coriolanum à Volscis, vt proditorem occisum. Alij voluntaria morte, hausto sanguine tauri mortuum, sicut Temistoclem Atheniensem pari exilio mulctatum. Alij dicunt, in extremo senio occisum. Alij naturali fato defunctum esse. Fabium,) scilicet pictorem. Eum,) scilicet Coriolanum.

Vocem,) scilicet sententiam. Adeò fine,) Noema vel Epiphonema Monumento),) id est ad perpetuam rei memoriam. Fortunæ muliebri) Quia fortuna Romanos liberasset à tam periculoso bello non nisi per mulieres muliebresq́ue preces. Confecit,) id est vt ipsi inuicem se affligerent. Consules,) scilicet vigesimo anno post reges exactos. Hernici prouincia) Appositio. Sp. Cassius. Anno ab Vrbe condita circiter ducentesimo sexagesimooctauo, vel potius ducentesimo septuagesimo, creati sunt Consules Sp. Cassius Vicelinus & Proculus Virginius Rutilus, quo anno primum à Consule Cassio Vicelino illata est mentio legis Agrariæ, de agris publicè diuidendis viritim, quæ leges Agrariæ postea præbuere materiam pessimarum seditionum, vt explicatur apud Plutarchum in vita Gracchorũ, & apud Ciceronem in tribus orationibus Agrarijs. Verùm de his plura infrà in Catalogo dicam. Diuisurus,) id est viritim.

Muneri,) id est Agrario. Priuatis,) id est patricijs. Promulgata,) id est in vulgus edita. Lex agraria,) id est lex de agris viritim diuidendis pretio leui aut etiam gratuitò. Hanc memoriam,) id est nostram ætatem. Consul alter,) id est Virginius Largitioni,) id est agrorum distributioni. In socios,) id est Latinos. Audiebat,) id est plebs. Pestileus,) id est periculosum. Laturos,) id est impositurοs. Seruitutem) Quia forent obnoxij ipsi Cassio priuatim. Regno viam,) id est quod Cassius sibi regnum affectet occupare. Assumi,) scilicet in distributionem agrorum. Cassium) quasi regem, quem defendant beneficio illecti & deuincti Popularis.) id est populo gratus.

Cœperat,) scilicet Virginius. Intercessor,) id est impeditor legis Agrariæ. Assignari,) id est diuidi. In socios,) id est Latinos. Ambitiosus,) id est qui ambiret honorem & fauorem apud Latinos. Iubere,) iubebat. Siculo,) id est ex Sicilia lato tempore famis, Sempronio & Minutio Consulibus.

Acceptam, id est ante, quarto anno. Infitam,) id est animis infestam. Velut abundarent,) id est velut alioqui satis essent diuites Magistratu,) id est Consulatu. Necatum,) scilicet tanquam regni affectatorem & libertatis hostem. Est autem huius Cassij Vicelini frequens mentio, vt apud Ciceronem quoque in dialogo de amicitia, vbi viciosè appellatur Becelinus pro Vicelino. Sunt,) scilicet historici. Signum,) id est statuam. Perduellionis,) id est læsæ maiestatis & securitatis publicæ Nam hoc crimen significat perduellio, sicut perduellis significat hostem patriæ. Diem, scilicet iudicij.

Domesticum,) id est patris Cassij. Damnatur,) scilicet ducentesimo septuagesimoprimo anno ab Vrbe condita.

diutur-

Haud diuturna. Intestinæ seditiones & discordiæ propter desyderium legis Agrariæ, quam plebs eapetebet. Ea cupiditas,) scilicet plebis. Redegit,) scilicet pecuniam. Nouissimum,) id est qui prædam vendiderat. Tenuere) id est euicere. Consul crearetur,) scilicet ducentesimo septuagesimoprimo anno. Oportet hic sequi vulgatum errorem in numero annorum propter Liuium.

Intermissæ,) scilicet sunt. Aemylio,) id est Consule. Fusos,) id est dispersos. Castoris,) id est desequestris.

Potestatē,) scilicet tribunitiam. Gratuiti,) id est etiam nulla proposita mercede & præmio seditionis. Largitiones) id est agrarias. Temeritatis,) id est discordiæ præmia. Ea,) id est melior pars. L. Valerium,) scilicet quæstorem. Tenore,) id est modo. Expertos.) id est probatos, significat quandoque actiuè, quandoque passiuè, hic passiuè.

Honos,) scilicet consularis. Initum,) id est inceptum. Vires,) id est Romanis. Minas,) scilicet Deorum. Extis,) id est intestinis hostiarum inspiciendis. Canebant,) id est vaticinabantur. Ira moti,) id est irati. Ritè) id est legitimis cæremonijs. Incesti,) id est stupri, vetus contractio. Pœnas,) id est viua defossa. Q. Fabius,) scilicet ducentesimo septuagesimotertio anno. Compescere,) id est sedare.

Detrectandi,) id est recusandi. Iniungendæ,) id est imponendæ. Authorem,) id est Spurium. Eorum,) scilicet tribunorum collegarum. Fabio aliquanto,) Exemplum perfidiæ contumaciæ in plebe & militibus Romanis, quæ malignè detrectauit operam in prælio. Odio,) id est propter odium. Prodebat,) scilicet hostibus. Flagitium,) id est probrum perfidiæ contra iuramentū militare admissum. Instare,) id est vrgere. Ducis,) id est Fabij.

Referunt,) scilicet in castra. Nauatam,) id est impensam. Adeò excellentibus,) Epiphonema, qua indignitatem & periculum rei significat. Pestilenti,) id est noxio. Ciuem,) id est contumacem præcipuè. Thesis est, Multo difficilius est cōtumacem ciuem regere, quam hostem vincere. Consulem creant,) scilicet anno ducentesimo septuagesimoquarto

Ap. Claudius victam) Valde prudens consilium Appij, quonam modo tribunitia potestas pertrahi in optimatium partes posset. nempe si nobiles ambirent, sibiq; conciliarent ipsos Tribunos, viresq; eorum diuisas debilitarent. Dicere,) id est dicebat. Exemplo,) scilicet discordiæ inter eos ipsos. Exemplo,) id est propter exemplum.

Inuentum,) id est semel. Bono,) id est cōmodo. Quando,) id est quia. Defuturum,) id est bonum aliquem Tribunum. Ex collega,) id est malo Tribuno. Melioris parsis,) id est optimatum. Suis viribus,) id est dissonis. Vel,) id est etiam. Vnum,) id est bonum. Et vnum,) id est vel aduersus. Singulos,) scilicet tribunos. Priuatim,) id est ex aliquo priuato beneficio.

Moratorem.) scilicet pontificum, qui impedire volebat delectum. Inde ad Veiens,) Bellum Romanorum contra Veientes, quibus cum difficillima & perpetua ferè gesserunt Romani bella, centum annis amplius, quoad Veij potentissima vrbs Italiæ secundum Romam, caperetur & vastaretur, vt infrà in principio libri quinti. Quo,) id est ad quos Veientes. Intestina discordia,) scilicet Romanorum.

Principesque in,) Locus communis de discordia intestina à Liuio pulchrè explicatus. Vnde nascitur hæc Salustiana thesis, Concordia res paruæ crescunt, discordia verò vel maximæ dilabuntur. Intestina,) id est quæ erat inter ipsos. Labem,) id est morbum. Mortalia,) id est caduca. Id malum,) scilicet discordiam Extrema,) id est vltima. Cuique,) id est Senatui & plebei. Leges,) vt senatusconsulta & plebiscita. Sæuire,) id est discordare. Sisti,) id est sedari Magistratibus,) id est militaribus. Iniussu,) scilicet Consulis.

Inuicem,) id est alternis. Consules quoque Romani,) Prudentia militaris, & stratagema amborum Consulum in retinendis, animandis & accendendis militibus ad cupiditatem & audaciam præliandi. Horrebant,) id est timebant. Pessimi exempli,) id est inobedientiæ. Duæ acies) id est hostilis & sua.

Auersi, scilicet ab hostibus. Leniturum,) scilicet esse. Diem, tempusq;,) Iuxta prouerbium: dies adimit ægritudinem, & tempus retundit impetum affectionis. Sanitatem,) id est bonam mentem. Lacessere,) id est prouocabant. Increpando,) id est exprobrando. Timoris,) id est Romanorum. Nouum genus,) id est esse inuentum.

Simulationem,) Hæc sequentia verba exprobrabant Romani. Quā verba iacere,) id est exprobrabant & conuitia congerebant.

Nouitatem generis,) scilicet quòd Romam essent orti ex colluuie hominum obæratorum & criminosorum, qui in Asylum Romuli confugissent, vbi haberent immunitatem scelerum suorum. Nota hoc benè, quòd omnes populi & vrbes, de quibus Liuius scribit in tota prima decade, sunt omnes Italiæ vrbes & populi. Nam in prima decade, Romani bellum extra Italiam nullum gesserunt.

Successum,) id est prosperum belli euentum. Non patribus, non cōsulibus) id est volebant prosperū euentum belli & ipsis patribus & consulibus Externo) id est contra hostes. Prætorium,) id est tentoriū ducis. Signum,) id est pugnæ. Addenda,) id est augenda. Remorando q;,) scilicet quia nitimur in vetitum semper cupimusq; negatum, & vehementius intenduntur illi affectus, quos renitentes reprimere coneris. Impetum,) scilicet iræ & vltionis contra hostes. Animaduersuros) id est punituros. Accendunt) id est irritant. Statuisse,) id est proposuisse.

Portis,) scilicet castrorū. Ingerunt,) id est ingeminant. Sensim,) id est placidè. Tergiuersantur,) scilicet consules. Ad crescentem tumultum,) scilicet inquit. Metu,) i. propter metum. Ipsi fecerunt,) scilicet sua culpa. Deos,) scilicet quibus dat miles iusiurandum. Pugnæ flagitator) id est qui poscebat à consulibus, vt permitterent milites pugnare.

Iuratis,) id est quibus iurauerat, à verbo Iuro venit participium præteritum, præter morem. In se quisque) id est in suo periculo & capite, vt si iuramentum fallant, ipsi dare pœnas velint periurij. Iuratis datur signum) Descriptio ancipitis & dubij prælij pugnæq; atrocis, qua Romani vicerunt Veientes & Thuscos. Promptum lingua,) id est conuicijs. Virtus,) id est fortitudo. Statuunt, s. Fabij. Pilis,) id est hastilibus, quibus incipiebant pugnam.

Irritatis animus,) scilicet Romanorum. Exacerbauerant,) scilicet ira. Inter primores,) Exemplum pietatis erga patriam in Q. Fabio, & ipsis ducibus, qui pro patria vitam expositurī, in prima pugnant acie. Hoc iuratis,) Exprobratio ducis aduersus milites. Consuli,) scilicet inquit.

Restituto,) s. per Fabios. Ille,) s. Manlius. Alter consulum,) id est M. Fabius. In eam partem,) id est in cornu Manlij. Altero cornu,) s. hostium.

Ad castra,) scilicet Romana. Triarij,) id est principes milites. Conglobati,) id est congregati. Clauserat,) scilicet ne egrederentur castra. Rabiem,) id est furorem. Quacunque,) scilicet parte. Iuuenem,) scilicet Hetruscorum. Excepta,) scilicet sunt.

Alterum consulem,) scilicet M. Fabium. Parta,) scillicet est. Funeribus,) Manlij consulis & Q. Fabij. Victoria egregiè,) Exemplum moderationis & pietatis in Fabio, qui modestissimè recusauit triumphum. Se passurum,) scilicet triumphare.

Sine duce,) scilicet se Orba) id est orbata Consule tanquam patre. Lauream,) id est coronam ex lauro arbore, qua coronabantur victores. Depositus,) id est recusatus. Acto,) id est habito. Adeo) Epiphonema. Idem,) scilicet M. Fabius. Concedendo,) scilicet in oratione funebri. Illis. s. mortuis. Ipse,) s. Marcus. Ferret,) i. auferret Imbiberat,) id est induxerat in animum. Cura,) id est in curæ. Alibi,) scilicet quàm apud Fabios. Esse,) id est erant. Nec hoc,) id est non erānt populares.

Consul factus,) scilicet anno ducentesimo septuagesimoquinto. Agere,) id est agebant. Primo quoque tempore,) Est pronomen hic quoque. Coalescere,) id est in concordiam concrescerent. Occuparent, id est præuerterent. Captiuum,) s. ex hostibus. Aspernati,) s. diuisionem agrariam. Viuidum) i. acre. Latini) i. socij Romanorum.

Latrocinij) id est non iusti belli. Cedebant,) s. Vei. In vrbem,) scilicet Veios. Agros,) scilicet Romanos. Eludentes fraudantes) id est frustrantes. Inuicem) id est alternis. Tota res) id est bellum contra Romanos. Ex historia proximorum duodecim annorum à Cōsulatu Posthumij & Cassij vsque ad bellum Fabianum contra Veientes, hunc catalogum licet texere pro more instituto, ad inquirendum vetera iura & consuetudines Romanorum.

CATALOGVS RERVM GESTArum & inter consulatum Posthumij bellum Veientium.

PRIMO. Leges & edicta, item pacta publica olim insculpi & inscribi solebant æneis tabulis, aut lapideis, & ita in publicum proponi legenda. Significabant autē æneæ literæ, quod leges & iura quasi perpetuo durare obseruariq; debeant, sicut & æs vel saxum est durabile. Hunc morem Vergil quoque indicat in sexto: Fixit leges pretio atque refixit, scilicet in tabulis.

Secundu. Seditionibus & discordijs plebem assuescere ad ignauum otium: ita, vt Rempub. & familiarem negligens ad inopiam redigatur. Sic enim accidit eis merito, cum voluit suum officium & opus facere.

Tertiò. Tribunos plebis tantum habere ius intercedendi, hoc est, impediendi & ferendi auxiliū contra iniuriam

riam aut vim, quæ ab aliquo magistratu, nedum priuato interferetur plebi, & plebeis, priuatisq; ciuibus, ideoque Tribuni non sedebant in Senatu, sed in vestibulo Curiæ, vbi Senatusconsulta eis legenda offerebantur, vt ea vel approbarent vel reprobarent ipsi, prout placeret eis, & ex vsu plebis videretur esse. Si placeret, asscribebant λ. Si reprobarēt asignabant τ. Itaque non habebant Tribuni ius coercitionis, quo licet aliquem capere, mulctare, aut punire, ciuili vel capitali pœna.

Quartò. Sæpe euenire, vt magis authoritate, quàm ratione persuadeantur etiam prudentes, nedum incautiores & imperitiores, & huiusmodi credulitas plerunq; est erronea in rebus politicis. Certa ergo ratio potius est sequenda prudenti, quàm nuda cuiuslibet authoritas, iuxta illud:

Nullius addictus iurare in verba magistri.

Imperiti verò authoritati pareant, quoad edocti ratione rerum, ipsi quoque intelligant. Iuxta illud: Addiscentem oportet credere.

Quintò. Prudentia & virtus ducum in exercitu disciplinaq; militaris longè plus valet, quàm plurimorum militum robur. Vnde & extat Alexandri Magni χρεία, qui dicere solebat, se malle habere exercitum ceruorum duce leone, quàm exercitum leonum ceruo duce, quæ χρεία potest etiam artibus pacis & prudentiæ togatæ accommodari.

Sextò. Nimia securitas & otium facilè parit discordiā: sed mala conciliant homines, timorq; imminentium malorum facit arctiorem concordiam.

Septimò. Propter beneficium Veturiæ matris Coriolani, hic honor deinde mulieribus, præsertim matronis, quasi lege certa est delatus, vt viri mulieribus obuijs de via cederent, & vt matronæ vehiculis vterentur ad sacra euntes in vrbe quoque.

Octauo. Prouinciam Romani propriè vocabant eam denique terram vel populum, qui cum ante sub alio principe vel liber fuisset, iam victus, in Romanorum potestatem & sub imperium venisset. Nomen à victoria parta deriuatum est: inde & prouinciales, sunt populi deuicti & subiugati à Romanis, qui postea à proconsulibus, à prætoribus prouincialibus, à proprætoribus, vel quæstoribus quoque annuis regebantur.

Nono. Contra magistratum, in ipsa functione, & anno temporéue magistratus nondum elapso, non erat ius coercitionis: sed demum deposito magistratu & officio, cogebatur iam priuatus rationem reddere successoribus & populo suæ administrationis, quam si malè curauerat, tum mulcta vel pœna graui puniebatur. In hunc modum Spu. Cassius Vicelinus, tametsi pessimè se in consulatu gerebat, tamen eius pœna dilata est, quoad exiret magistratus ipsius, & exacto demum anno, partim publico, partim priuato iudicio punitur extremo supplicio, eò quod ipse primus in imperio Romano intulit mentionem & contentionem de lege agraria. qua lege cauebatur, vt agri ex hostibus capti nō adiudicarentur Reipublicæ vel ærario publico, néue agrorum reditus in publicum vsum venirent, sed vt priuatim inter ciues plebeios quoque in capita diuiderentur agri hostibus erepti, vel nullo vel paruo pretio, tanquam præmium & merces nauatæ operæ pro Republica in militia & expeditione contra hostes. Huiusmodi leges agrariæ ab hoc tempore sæpius relatæ, occasionem dederunt plurimis seditionibus, inter Tribunos & patritios, inter plebem & senatum: adeò, vt rem pessimi exempli hic Cassius Vicelinus inuenerit, ex qua publicè priuatimque magna incommoda prouenire potuerint. Primò enim ærarium & Respublica suo iure & reditibus spoliabatur. Deinde cupiditas agrorum & legis dulcedo inhiare faciebat plebeios, & iure iniuriáue appetere priuatorum quoque ciuium agros & possessiones, præcipuè locupletium, quas diuites vel sua pecunia vel hæreditate acceperant, tamq; diu possederant: sicut Plutarchus in vita Gracchorum apertè indicat, & alibi in historia Romana sæpissimè legitur. Quod cùm hostilis ager tanto plebis aut militum numero non sufficeret, voluerint isti populares tribuni priuatos quoque agros à diuitibus inuitis redimere pretio iusto, vel potius eripere, vt iustam proportionem sortiretur diuisio agraria, cum iniuria ciuitatis & priuatorum ciuium, quia nemo iure potest cogi, vt alteri priuato ciui sua vendat inuitus. Et hæ controuersiæ ita sunt agitatæ vsque ad tempora Cæsarum, qui satis iam aucto & ampliato imperio, militibus benè meritis soliti sunt agros & hostibus asignare & diuidere, quoad viuerent, ita ne ad hæredes militum redirent hæc prædia militaria, sed post mortem rursum Cæsaribus obuenirent. Denique Constantinus Magnus Imperator sanxit, vt illa prædia & agri asignati, post mortem militum transirent ad hæredes ipsorũ: quod ius militare prædiorum hodieq; perdurat, & vocatur ius Feudorum: quia feudū barbarè appellant militare prædium, quod Græci παροχίαν, quasi præbendam vocant, quod præbeat militibus & nobilibus sumptum & victum, alias etiam Græci vocant παροχία, tanquam præsens, & familiaris victus. Cæterùm hæc prædia militaria ita iam fiunt hæreditaria, vt ad filios, nepotes, posteros, masculini tantum generis descendant, exclusis fœminis à successione, & talia ferè pleraque sunt nunc bona nobilium à tributis & muneribus sordidis immunia: quia nobiles suam operam militarem & verè nobilem principibus aut imperatori nauare debent in militia & bello. Sic ergo videmus antiquatas & abrogatas esse leges agrarias, & istam diuisionem agrariam ad solos ferè nobiles translatā iure imperatorio. Reliqua à iureconsultis sunt quærenda.

Decimo. Suprà in Romulo dixi, quomodo is patriæ potestati subiecerit caput, vitam & necem suorum liberorum, non in priuatis, sed in publicis quoque criminibus puniendis. ideoq; si pater nollet publico iudicio & supplicio infamiam sibi irrogari propter pœnā filij, tum licebat ei nocentem filium priuatim è vita tollere.

Vndecimò. Filijs familias, sicut & seruis, habere licet peculium, hoc est, pecuniam suo labore & industria gratiáue partam, extra sumptus & rationes patris vel domini, idq; peculium castrense vocant, quod filij talem pecuniam ferè ex stipendijs militaribus, vel prædis in castris acquirebant. Hinc & quasi castrense peculium vocatur, quicquid filius seorsim à bonis paternis suo labore studióue emeretur. Neque id filio eripere ius habet pater, aut consumere, nisi tale sit peculium, quod profectitium Iureconsulti appellant, quasi profectum à patre, vel in gratiam patris filio datum.

Duodecimò. Quæstores erant magistratus, qui præficiebantur publicæ pecuniæ, & reditibus colligendis, custodiendis, erogandis. Vocati à quærendo, quòd debita Reipublicæ inquirerent. Et erat quæstura infimus magistratuum honoratorum. Ita enim explorabatur fides ciuium in curanda pecunia, si deinde ad maiora officia honoresq; viderentur idonei.

Decimotertio. Vetus mos est hodieq; perdurat in Italia & alicubi in Germania, vt exulū, proscriptorum, damnatorum ædes diruantur, atque solo æquentur ignominiæ causa, in memoriam sceleris eorum: & ne facilè possent reædificari, dedicabant eas cum area alicui deorum: quia semel dedicata deo non licet ad profanos vsus conuertere. De hoc more & iure luculentissimè dicit Cicero in oratione pro Domo.

Decimoquartò. Virgines dedicatæ & obstrictæ religioni Vestæ Deæ, perpetuam castitatem seruare cogebantur: deprehensa verò in incestu, viua defodiebatur in terram: quarum hæc Oppia prima legitur fuisse. Vide & suprà in Romulo de matre eius Ilia Rhea.

Decimoquintò. Dixi suprà in Catalogo proæmio, sine consensu maioris partis in Senatu alióue collegio nullam valere sententiam aut decretum. Cæterùm hoc variat hic in Tribunis plebis. Nam vel vno resistente vel Intercedente contra collegas suos, non valebat admodum quicquid alij Tribuni referrent, sciscerent, aut decernerent. quæ res maximorum malorum postea causam dedit discordantibus inter se Tribunis, & in diuersa trahentibus vnum corpus populi.

Decimosextò. Iusiurandum, etiam si impunè cedat apud homines, tamen suam pœnam deo luit periurus, vnde & iure ciuili Romano, nulla alia pœna irrogatur periuris quàm infamia. Permittit enim eos sua conscientia cruciari.

Decimoseptimò. Proceres & nobiles quantum alios dignitate & potentia & opibus superant, tanto liberaliorem & nauiorem debent Reipublicæ operam impendere in bello & pace, & ita suæ nobilitati satisfacere, parémque animo & dignitati suæ virtutem ostendere, non stare post principia, aut inanes glorias iactare, vel ignauiter desidere otioq; torpere.

Decimooctauò. Funesti & non satis puri aut sancti habebantur ad tempus illi, quorum ex familia aliquis recenter esset mortuus, vnde & quibusdā sacris purgabantur.

Decimonono. Sæpe antea dixi, verè popularem eum esse demum, qui gratiam populi nō suo sed publico commodo bonis artibus captet, citra ambitionem vel contentionem. Nam malè popularis est & potius inimicus populi qui malis artibus, hoc est priuati commodi honorisque cupiditate fauorem & auram popularem captat. Vide Ciceronem in oratione agraria secunda. Et hæc obseruatu digniora ex præcedentibus historijs annotare volui.

Sed Veiens hostis,) Insigne exemplum inde sequitur fortitudinis militaris, & pietatis erga patriam in gente Fabiorum, qui Fabij, priuatis suis viribus ac sumptibus, bellum pro tota Republica Romana contra Veientes suscepere, fortius & animosius magis quàm felicius, quia post mul-

post multa prospera prælia tandem occisi sunt à Veientibus Fabij. Estq; hic descriptio mirè perspicua & facilis, & obseruatu dignissima, qualis apud Ouid. quoque in secundo Fastorum extat de hoc eodem argumento, quam vtramque vtile est cõferre, propter discrimen obseruandum inter orationem Ouidianam & Liuianam. Negligi.) quia nemo vel minimus hostis contemni debet. Auerti alio,) id est, nõ licebat Romanos alibi bellum gerere propter Veientes, qui eorum agros incursabant. Consul,) scilicet ex so Fabio. Pro gente,) id est familia. Vos,) id est senatores.

Ibi,) id est in bello contra Veientes. Familiare,) id est destinatum nostræ familiæ. Actæ,) scilicet Fabijs. Vestibulo,) id est aditu. Manat tota vrbe,) Amplificatio virtutis Fabiorum à publica & celebri fama & admiratione. Manat,) id est diuulgabatur. Gentes,) id est familiæ. Hæc Volscos &c.) prulepsis est. Hæc,) id est Fabia gens. Volscos,) id est Veientes: quia Veientes erant in Volscis. Finitimos,) id est hostes.

Fabij pospera,) Descriptio egressionis Fabiorum. Paludatus,) id est militari veste paludamento indutus super arma.

Nunquam exercitus,) Amplificatio ex contentione vel antithesi. Sequebatur) ἀθροισμα, id est affectuum descriptio leniorum, nempe fauoris & admirationis. Propria,) id est priuata. Cognatorum,) Latini non obseruant discrimen inter agnatos & cognatos, verùm discriminis causa Iureconsulti id obseruant. Voluentium,) id est cogitantium. Sperare,) scilicet Fabios. Abs se,) id est plebe. Precantur,) id est turbæ. Mittant,) scilicet Dij. Sospites,) id est saluos Fabios. Incassum,) id est frustra. Iano,) id est Iani templo.

L. Aemylius,) Ab Vrbe condita ducentesimo septuagesimo sexto anno. Ademit,) scilicet Veientibus. Saxa rubra,) id est locum super Cremeram fluuium. Pœnituit,) id est Thuscos.

Modò,) id est tantummodo. Ciuitate,) id est Veiorum. Id primo,) Insidiæ Veientium & nimia securitas temeritasquè Fabiorum, quæ ipsos præcipitauit in exitium. Refertur ad locum communem de temeritate & securitate. Id,) id est quod vna familia multas tulit victorias ex vrbe Veiorum. Ex re,) id est occasione, quia optimæ occasiones dantur ex re præsenti. Hostem ferocem,) scilicet Fabium. Gaudere,) id est gaudebant Veientes. Multo successu,) quia fortuna quem nimium fouet, stultum facit & temerarium. Contempserant,) quod est contra præceptum militare. Nam nemo hostis, ne minimus quidem contemni debet.

Superassent,) id est prætereijssent. Aduersi,) id est qui aggrederentur Fabios. Continenti,) id est denso. Quæ res,) id est, Coarctatio. Insignem,) id est notabilem. Multiplicatis,) id est densatis. Nixi,) id est connixi & impetum facientes & protrudentes. Cuneo,) id est acuminata acie. Loc ,) id est superioris. Iugo,) Mons tres partes habet, radicem, iugum & verticem. Conuenit,) id est inter historicos.

Relictum,) id est domi. Maximum futurum, Sic Ouid.

Nam puer impubes & adhuc non vtilis armis
Vnus de Fabia gente relictus erat,
Scilicet vt posses olim, tu Maxime nasci,
Cui res cunctando restituenda foret.

Hinc enim postea natus est Q. Fabius Maximus, qui Dictator asseruit imperium contra Annibalem de quo infrà in libris de bello punico magnificè scribit Liu. Iam) id est ab Vrbe cõdita ducentesimo septuagesimoseptimo. Ianiculum,) id est castellum suburbanum. Premente,) id est vrgente. Ad Spei,) id est templum. Est Attica ellipsis. Sic vtuntur quoq; hac forma nostrates. Dabo tibi pecuniam ad Michaelis scilicet festum. A. Virginius,) scilicet ducentesimo septuagesimooctauo ab vrbis conditæ. Dabant,) id est impetum faciebant, est historica phrasis. Non vsquam pecora tuta &c. Zeugma. Securi, scilicet Veientes. Illecebras,) id est ad eliciendum Veientes. Præcipitauere,) scilicet seipsos. Agebant,) id est festinabant, Præcipitia,) id est temeraria, à præceps. Duas acies,) scilicet Seruilij & Virginij. Inuicem,) id est alternis.

Occidione occisi Periphrasis Felici,) scilicet quia fortuna correxit eam Vrbi cum pace. De discordijs, & contentionibus Tribunorum plebis aduersus Cõsules, quas immodica securitas domi concitauit. Et,) id est partim, Et,) id est partim.

Prulato,) id est venali facto. Agitare,) id est irritabant. T. Menenio,) consulari viro. Inuidiæ erat,) scilicet Menenio, est pulchra formula loquendi. Statiua,) id est Stationem, castra.

Eam,) scilicet inuidiam. Agrippæ,) scilicet qui plebem Senatui reconciliauerat per Apologum. Exoleuisset,) id est abiuisset in obliuionem. Anquisissent) Anquirere antiquum verbum forense, idem significat quod nunc inquirere. Itaque capitis anquirere, est intendere actionem criminalem, iudiciumq; instituere de capite, quod isti vocant criminaliter contra reum procedere. Duo millia æris,) id est viginti aureos coronatos. Vertit in caput,) id est vitam eripuit, mortisquè causam dedit Menenio.

Consulibus,) scilicet anno ducentesimo septuagesimonono ab Vrbe condita. Multa fiducia,) Fiducia est in rebus bonis· Confidentia est in malis rebus. Gratiæ,) scilicet quod fauorabilis esset, passiuè significat. Sed serui di.) Exemplum fiduciæ sui, & fortitudinis ad plebem, quæ plebs magis constantia quàm humilitate seruili expugnatur. Publico periculo,) id est in bello. Patris,) id est Agrippæ. Leges,) id est sacrosanctas. Discussit,) id est amouit. Mutauerant,) id est plebes. iuxta illud: Scinditur incertum studia in contraria vulgus. Veiens,) Res prosperè contra Veientes & vicinos alios. Auersi,) scilicet Romani.

Ipsi,) scilicet Romani. Vtroque,) id est contra Veientes & Sabinos. Posuerant castra,) scilicet contra Romanos.

Placebat,) scilicet Senatui, vt suprà dixi in Catalogo seditionis, cap 19. L. Furius,) scilicet anno ducentesimo octogesimo post Vrbem conditam. Paci externæ,) Rursum res cõtentiosæ & intestinæ discordiæ domi inter plebem & optimates, quæ aliquandiu perdurauere. Stimulis,) id est irritamentis.

Arripuit,) scilicet in ius. Hoc anno Querela duorum virorum Consularium, qui innocentes iudicio vexabantur, & accusatione Tribunorum, qua querela dehortantur alios suo exemplo à Reipublicæ cura, quæ tanti periculi sit & inuidiæ ad plebem, vt nemo perferre eam possit & vincere. Refertur autem ad locum communem de magistratu, hinc nascitur thesis, quam inuidiosum sit periculiq; plenum gerere magistratum. Rei,) id est accusati. Sorditati,) id est veste lugubri induti.

Suadent plebem,) Est Græcismus, nos coniungimus cum datiuo. Fasces,) scilicet duodecim. Prætextam,) id est vestem magistratuum. Curulem,) id est quæ in curia solita sit poni. Infulis,) id est vittis & ornamentis, quibus ornabant capita victimarum & hostiarum, quæ iam erant mactandæ ad aram. Vide Vergilium in secundo Aeneid. de Sinone. Velatos,) id est magistratus. Inducant) id est sibi persuadeant. Consuli velut) Alterum argumentum ab inhonesto. Si se commouerit,) scilicet aliquis. Seducta,) id est occulta. Seducta à conscientia,) id est sine arbitris. Constaret,) scilicet inter eos. Reos,) id est duos Consulares. Author,) id est executor.

Primoribus,) id est senatoribus. Acies,) scilicet militum. Delapsi,) id est plebei. Haberent,) scilicet contra potentiam patrum. Malo,) id est vi, quia malo nodo malus cuneus sit quærendus. Tum verò irasci,) Materia seditionis & occasio hic describitur à Liuio. Intercessione,) id est impedimento. Ad antiqua,) id est ad pristinam seruitutem plebis. Antiqua,) id est antiquam seruitutem. Genutio,) id est Tribuno plebis. Auxilij,) id est in Tribunis.

Apparere,) id est præsto esse ad officium. Infirmius,) scilicet esse. Contemnant,) scilicet lictores. Ea,) scilicet insignia lictorum, quæ consulibus præferunt. Militem,) id est gregarium. Lictor missus,) id est in delectu. Appellat,) id est prouocat. A vobis,) id est patricijs. Circumscindere,) id est lacerabat ei vestes.

Pro se,) id est Volerone. Homines,) id est plebei. Sanctum,) id est inuiolatum. Nihil cuiquam sanctum,) Interdum Latini quoque duas aut tres negationes coniungunt, quæ omnes negant. Discrimen,) id est periculum. Tempestati,) id est seditioni. Violatis lictoribus,) Descriptio seditionis. Ira,) id est per iram.

Consules habuit,) scilicet ducentesimo octogesimosecundo anno. Habito,) id est polito. Tulit rogationem,) id est retulit vel rogauit populum, id est interrogauit. Plebei magistratus,) id est Tribunus plebis. Tributis aliàs tribunitijs, vt infrà in Catalogo explicabo.

Clientum,) Quia patritij excludebantur ab illis comitijs, vt infrà testatur. Intercederet,) id est opponeret se alijs Tribunis, secundum Appij consilium suprà datum, anno ducentesimo septuagesimoquarto. Ex collegio) scilicet Tribunorum. Molimine,) id est difficultate. Extrahitur,) id est protrahitur. Reficit,) id est denuò creat. Consulem faciunt) anno ducentesimo septuagesimotertio.

Principio,) Insignis contentio Rhetorica vel antithesis sequitur, quia Liuius confert diuersa ingenia duorum Consulum, historiæ variandæ gratia & pingendæ, vt morsum aliquem & affectum narrationi cõtinuæ immisceat. Describit enim Appium gentilitia superbia ferocem, & infensum plebi, qui vi magis atque maiestate vim plebis reprimere conetur. Quintium verò depingit æquabiliore animo, & humanum magis, qui plebem tumultuantem bonitate sedandam putet. Est autem con-

trouersia da lega Comitiorum. Is,) Lectorius. Contenderet,) id est contentiose dicarat. Creatũ,) id est Appium. Præsto,) id est reipsa efficio. Occupant templum,) Certamen intar patres & Tribunos. Summouari,) scilicet cæteros. Inaant,) scilicet ex plebe.

Submouara,) scilicet ex concione. Pro imperio,) id ast plena potestate. Ita dicatur,) scilicet à viatore Tribuni. Lectorium,) id est rudem iuris. Priuatum,) id est Lectorium priuatum aduersus Consulem vel patritium hominem, qui ius tantum in plebem habeat.

Tempestatam,) id est tumultum plabis. Viribus,) id est Tribunitijs: quia tamporia occasio multa ostendit consilia & axcogitat.

Vim,) id est potestatem Tribunitiam. Timor atqua ira,) scilicat pessimi consultores, quorum fauor, tertius malus consultor est. Dum Tribuni &c. Iuxta illud:

Et cum Consulibus turbantes iura Tribunis. In medio,) scilicet asse.

Sacro monta,) id ast seditione Perfertur,) id ast à Tribunis. Piso,) id est historicus. Nominat,) id est Piso. Volscitum,) Bellum contra Volscos & contra Aequos, in quo atiam apparet diuersitas ingenij in Appio feroci & Quintio miti Rebus compositis.) scilicet inter Senatum & plebem. Esse,) id est erat. Vinculis,) id ast impedimentis. Odisse,) id est odarat. Paterno,) id est Appiano. Ea,) scilicet plebe. Legem,) id est de Comitijs.

Exercitum,) id est qni pleraqne parte constabat, ex plebeis hominibus. Nec poterat,) scilicet exercitus. Imbiberat,) id est tam pertinax erat miles. Agebat,) scilicet miles vel exercitus. Segniter,) Exemplum pessimum contumaciæ militaris in exarcitu Appij. Contumaciter,) id ast inobedianter.

Vellet,) scilicet Appius. Adesset,) scilicet Appius. Motam,) id est intantam. Mouaretur,) id est doleret. Prompta,) id est exhibita, ostenta. Esse Tribunos,) i. Centuriones. Cauillans,) id est calumnians. Certamen animorum,) id est contumaciam, inobedientiam Consulem Fabium,) Suprà anno ducentesimo septuagesimotertio.

Fuit) scilicat exercitus Appio,) id est contra Appium. Exercitus,) id est Appianus. Vis,) id est necessitas. Infractus,) id est debilitatus. Legati,) scilicet militares. Apertam speciem,) id est proditionis Victus,) id est Appius. Tempus noxæ,) id est moram pœnæ. Classico,) tuba militari.

Cùm maximè,) Exemplum seueritatis castrensis & disciplinæ militaris, qua animaduersum est ab Appio in contumaciam & ignauiam militũ, decimatione, hoc est, decimi cuiusque sorte lecti supplicio, de quo more dacimandi meminit & Cicero pro Cluentio, dicens, Statuerunt ita maiores nostri, vt si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduerteretur, vt metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret, & plura ibidem. Explicaretur,) scilicet in ordines. Nouissimos,) id est vltimos. Aliqui putant hoc verbum non essa Latinum, idaò, quia Cicero hoc non sit vsus, sed mihi videtur bonum esse verbum Instrui, scilicet in ordines. Quam Romanus,) id ast quamuis ignauus. Pacato,) id est non hostili sed Romano Inuectus,) id est oratione acerba & inuectiua. Inermis,) id est qui abiecerat arma. Dupliciariosque,) Dupliciarij vel duplicarij, qui militibus præstant hospitia, sunt Canturionibus inferiores, & ob eam curam duplex stipandium, duplicemque annonam capiunt. Iam varò duplicarios, val dupliciarios, vel duplares, vulgo vocant, qui propter virtutem insignẽ duo pluráue stipendia merentur. Suppliciom,) id est pœnam capitalem. Cætera multitudo, &c.) Synthesis

Contra aa,) id ast saeus quàm apud Appium. Comitata,) id est humanitata. Collegæ,) id ast Appij. Is,) id est Quintius. Ingenio suo,) id ast miti. Hostem,) id est Romanum. Patribos,) id est Senatui. Dominum,) id est tyrannum. Vsu,) id est velitate. Comitijs,) id est Tribunitijs. Ex consilio,) scilicet tribunitio. Demptum,) id est ademptum. Aonus,) scilicet ducentesimus octogesimus quartus.

Possessorum,) id est nobilium: quia nobiles ferè partiebantur inter sa agros hostibus ademptos, ita vt pensionem aliquam tolarabiliorem ærario præstarant, vt suprà dixi.

Nunquam ante,) Constantia Appij in sustinenda accusatione sui. Irarum,) id est quas meruerat ipsa & patres sui per superbiam contra plebem. Non temerè,) id ast rarò, hoc nouatum est apud Liuium. Obijci,) scilicat conqnarebantur obijci Appium. Vindicem, id est assertorem.

Certamine,) scilicet contra Tribunos. Iudicium,) id est quod patiebatur, hoc est, damnationem. Agenda,) id ast dicenda Submittarat,) id est humiliaret. Oris,) id est vultus constans.

Contumacia,) id est confidentia. Spiritus,) id est fastus. Accusatorio spiritu,) id est fastu, tanquam ipse accusaret non accusaretur. Obstupasecit,) id est terruit. Diem) scilicet iudicij.

Trahi,) produci. Dies,) scilicet iudicij. Laudationem,) id est funebrem. Supremum diem) id est mortis. Aequus) id est benignus. Accusationa,) scilicat qua eum Tribuni accusauerant. Exequias,) id est funus. Frequans,) id est plabs. Perhibuit,) scilicet eum. Fœda,) id est crudalis, metuanda.

Numine,) id est Deo. Castra,) id est Aequorum. Receptui,) id est vt miles se reciperet in castra & pugnare desistaret. Religio,) id est metus. Exciti,) id est euocati, eliciti Retulara,) id est retrosiaera. Consuli,) id est Aemylio. Consules facti,) scilicat anno ducentesimo octogesimo quinto. Vltima,) id est maxima. Fumo,) id est per fumum. Fuga,) id est ad vrbem.

Prolapsam,) id est ferè perditam. Tenent,) scilicet occupatus Incessere,) id est irruere. ab incedo venit Aliàs,) id est alio tempore. Solicitæ,) id est dubiæ. Patrum,) id est propter certaman patrum.

Creati,) scilicat anno ducentasimo octogesimosexto. Initia,) scilicet anni. Adipisci,) id est consequi Signi collatis,) id est iusto prælio. Retulissent gradum,) id est fugissent. Instando,) id est fugando.

Inducijs,) id est ferijs belli. In castra,) id est suorũ. Senserint,) scilicet auctam multitudinem hostium. Quintius sedato,) Stratagema Quintij Consulis. Hernicorum, id est populi Italiæ. Qui,) scilicet equi. Sonitu,) id est cornuum & tibiarum. Hostium,) id est Romanorum.

Post principia,) id est post primam partem exercitus. Oneratum,) id est debilitatum. Excessisset,) id est ademisset.

Obstinatis,) id est obfirmatis. Ferebant,) id est abundè habebant. Inferre gradum,) scilicet contra Volscos. Aciem,) scilicat pedastrem. Enituntur,) id est in superiorem locum contandunt. Castris,) id est Volscorum. Ductus,) scilicet est.

Deditur,) id ast Romanis. Ab,) id est post infelicem pugnam. Animi ceciderant,) scilicet Volscis, qui amissa audacia sa dafendere non poterant fortiter.

CATALOGVS HISTORIÆ AB ANNO

ducentesimoseptimo, vsque ad finem secundi libri, complectens decem annos, hic esto pro more instituto.

PRIMO. Sicut actiones sunt duplices, scilicet ciuiles & criminales, sic iudicia quoqua sunt duplicia. Nam est iudicium ciuile, & iudicium criminala. Iudicium ciuile est, quo aliquis agitur reus debiti ea contractu, vt emptionis, locati, &c. & petitur ab eo, vt præstet id, quod in contractu se daturũ promisit, aut facturum. Iudicium criminala est, quo agitur reus quispiam delicti priuati aut publici. Priuati quidem, vt damni dati aut iniuriarum: quia furtum aut rapina iam pro publicis habentur criminibus capitalibus. Crimen enim publicum est, aut non capitale, aut capitale Non capitale est, quo accusatur aliquis ad præstandam mulctam: id ast, pœnam pecuniariam. Capitale est, quo accusatur aliquis ad luendam pœnam capitis extremo supplicio, vel exilio, vel seruituta. Itaque formula loquendi antiqua, capitis anquirere est, accusare, inquirere & iudiciũ exercere de capite alicuius, quod nunc vocant iudicialiter procedere cõtra aliquem reum, ad pœnam capitalem. Sic & pecuniæ anquirere, est accusara, & iudicium exercare contra reum ad mulctam, id est pacuniariam pœnam luandam. Infrà in principio libri sexti de bello Punico. Valde autem sibi temperarunt Tribuni in actione contra Menenium, quòd iudicium capitale mutarunt in leuius iudicium nõ capitale, pœnamque mitigarunt. Et ius quoque Romanum admittit hanc sæpe æquitatem, vt capitala iudicium pœnaque capitis mutetur in non capitala iudicium, in pecuniariam pœnam: contrà verò admodum raro, & non nisi propter aliquam insignam rei improbitatem, actio non capitalis mutatur in capitalam, cuius exemplum habeas in loco iam allegato de Cn. Fulmo, reliqua à Iureconsultis peta.

Secundò. Nullo modo licet reos aripere iudicio anta latam sententiam, & anta peractum iudicium. Tum enim denique raos sententia, vel condemnat, vel absoluit.

Tertiò. Passimi & non tolarandi exempli res ast, magistratum tametsi malum, aliqua iniuria aut vi afficare, nedum occidera. Nam hoc examplum facilè manaret ad bonos quoqua & innocuos magistratus.

Quartò. Improba vox est plebis comitiantis, nihil contamptius neque infirmius essa ministris magistratuũ, aut ipso quoqua magistratu, si sint qui contemnant, sibi quenque ea magna atque horrenda facere. Et huic im-

probæ

probæ voci si parerent populares, nihil sancti & inuiolati haberent leges & magistratus, omniaq; laberentur in pessimam anarchiam, in qua nemo præciperet recta, imò potius nemo præcipientibus obsequeretur, fieretq; tanquã belluarum colluuies. De hac thesi copiosè dicit & Demosthenes, in primis contra Aristogitonem.

Quinto. Non licet iure militari in ordinem redigere eum, qui semel gesserit magistratum castrensem. Ignominiosum enim centurioni vel tribuno esset, si rursum gregarius miles fieret, nullo suo crimine.

Sexto. Omninò decet magistratum, & quemlibet ciuem, posthabere priuatos affectus publicæ vtilitati & charitati, vt suprà sæpissimè est dictum.

Septimo comitiorum genera, vt suprà quoque attigi in primo catalogo huius secundi libri, plura fuere, scilicet, Curiata Centuriata, Tributa & Tribunitia. Curiata, intra vrbem ex singulis Curijs aliquot conuocatis viris habebantur, plerunque propter auspicia & sacra, vel etiam propter leges ferendas. Vnde & Curiatæ leges vocantur. Centuriata comitia, ex omnibus ciuibus cuiusq; Centuriæ, secundum ætatem & censum collectis, habebantur extra vrbem in campo Martio, vocabanturq; magna comitia, quorum indicendorum potestas nõ erat penes vllum magistratum preter Consules, vel Dictatorem, vel Prætorem vrbanum, cum minores quoque magistratus aliquando curiata comitia indicerent, Vt Tribuni plebis & Augures, vt Pontifices atque alij, Centuriatis verò suffragijs creabantur consules Prætores, Pontifices, Aediles, Quæstores, Censores, alijq; maiores magistratus, & ferebantur suffragia secundum prærogatiuam classium, vt suprà in primo libro, in catalogo Seruij Tullij satis est dictum. Tributa Comitia erant collecta ex ciuibus vocatis aliquot ex sua tribu, regionatim secundum genera hominum, causas & quęstus. Sic enim postea circiter annum vrbis quingentesimũ septuagesimum septimũ, Q. Fuluio & L. Manlio Consulibus, descriptæ sunt tribus, vt non tantum quatuor locales essent antea sub Seruio Tullio, videlicet, Palatina, Exquilina, Collina, & Suburrana. Sed vt idem numerus tribuum qui & curiarum esset, nempe vt triginta quinque tribus numerarentur: sicut triginta quinque curiæ, & deinceps sicut curiæ differrent sacris à se inuicem, sic tribus differrent regionibus & censu. Vnde tributa comitia intra vrbem quoque sicut curiata habebantur, cùm certi homines ex vnaquaque tribu suffragium ferrẽt, vt de capite ciuis, de lege aliqua. Atque adeò circiter ætatem Ciceronis, planè eadem constat fuisse comitia curiata & tributa, vt est apud Asconiũ & Valerium Maximum aliquoties videre. Tribunitia verò comitia erant, cùm tribuni plebis tantum vocabant in concionem homines ex sola plebe, præteritis nobilibus, & patritijs, & in talibus ferebantur plebiscita, creabanturque plebei magistratus. Et hæc de comitijs suprà quoque dicta, hic repetere libuit, cum istorum discrimina valde referat in historijs obseruare: atque aduerte etiam hoc loco, rectène Tribunitia an Tributa comitia plerique legant in Liuio.

Octauò. Militem magis decet arma tractare, quàm leges & sermonis elegantiam nouisse. Plus enim manu, quàm verbis pugnare miles debet & valere. Et solet plerunque sanè eloquentia esse imbellis, militiaq́ue illiterata, iuxta illud:

—An tibi Mauors
Ventosa in lingua, pedibusq; fugacibus istis?

De hac thesi vide concionem C. Marij apud Salustium in Iugurtino. & Ciceronem in primo officiorum, vbi inquit:

Cedant arma togæ, concedant laurea linguæ.

Nonò. Tribuni plebis nõ habuere ius, ne vocandi quidem aut amouendi, nedum coercendi aduersum nobiles & patritios: sed tantum in plebeios, quanuis postea ius est aucta ipsorum potestas, vt coercitionem quoque exercerent in nobiles & patritios, cuius potentiæ exempla multa reperiuntur. Verùm L. Sylla Dictator ius tribunitium valde imminuit & debilitauit. Pompeius autem restituit in pernitiem & exitium libertatis Romanæ. De quo Plutarchum in Sylla & in Pompeio consule.

Decimo. Vera est sententia imperij vim omnẽ in consensu obedientium esse, neque satis tutam m. ... esse sine viribus obsequentium: tametsi mirabiliter sæpe conseruantur magistratus contra inobedientiam & vim popularium. Quia, vt Homerus testatur sæpe, reges & magistratus peculiari curæ sunt Deo, & tanqu... alumni sunt deorum, communeq; ius habent cum dijs, ... Homericũ dictum cum sacris literis, testantibus ... magistratum esse ordinationem Dei, & vicem Dei in terris gerere. Proinde velle Deum suam ordinationem, suosq; vicarios tueri & conseruare.

Vndecimo. Miles desertor est, qui signum suum, ordinem suũ, arma sua reliquit & abiecit per ignauiam & metum, contra fidem militaris sacramenti, & cõtra disciplinam militarem. Pœna verò desertoris est, non solum infamia, sed & capitale supplicium. Sin vero pleraque acies fusa, & in fugam sit versa, tum piaculare non est, neque ita infame adijcere arma & fugere vnà cum alijs. Vnde & dicterium extat Demosthenis.

Virum fugientem esse pugnaturum denuò fortiter.

Duodecimo. Si plures peccarint, quam vt ius sinat & humanitas vniuersos punire, tum æquitas suadet paucos è multis luere pœnam, vt ita paucorum exemplo plures deterreantur à flagitiis, & æquitati aliquid condonetur, nihilominusq; peccata non impunita maneant. Et de hoc vide Ciceronem pro Cluentio.

Decimotertiò. Optimates & prudentiores è consilijs submoueri nõ debent, alioqui plus damni & probri perueniet ad ipsos submouentes, quàm submotos, id quod patet huiusmodi exemplo Honorij Imperatoris, qui cum occidi curasset Aetium, virum iuxtà strenuum & prudentem, interrogaretq; patricium, quid sibi de cæde Aetij videretur, respondet patritius, improbare hoc factũ tuum Imperator nolo, sed hoc sciens dico, quòd interfecto Aetio, dextram tuam sinistra tibi manu absciderís.

Decimoquartò. Rei periclitantes in iudicio pullis & atris vestibus lugubri habitu, supplici voce & gestu miserabili vtebantur ad misericordiam mouendam, quæ humilitas fortem aut innocentem virum parùm decet, vt pro Milone Cicero quoque testatur.

Decimoquintò. Mortui suis iustis & honoribus minimè sunt defraudandi vltimis. Nam sæuire in mortuos immane est. Vnde Solonis humanissima lex fuit Athenis, quæ iubebat capite plecti, vel saltem infames esse eos, qui malè obloquerentur mortuis.

Decimosextò. Mendacium triplex est, scilicet iocosum, officiosum & perniciosum, Iocosum, cùm quis mentitur, vel mendacium dicit ioci causa, tanquam ludens: ita, vt facilè deprehensus, nemini obsit cautiori. Officiosum, cùm quis mentitur in gratiam & vtilitatem alicuius. Sic Poetæ vera falsis permiscent, & falsa veris, vt oblectent & doceant lectores suos ista amœnitate, & fabularum illecebris minimè otiosis. Nam hę nugę seria ducunt. Sic bonus vir quoq; officiosè mentiri, nõ duxerit sibi turpe, si maior inde commoditas alijs obueniat, quàm dicendo vera. dissimulare enim verum aliquando, valde vtile est & honestum, cùm non sui proprij commodi, sed alienæ vtilitatis gratia fit. De hoc vide plura apud Fabium in quarto, capite secundo: & in duodecimo, & in tertio Officiorum. Perniciosum verò mendacium est, quod dicit aliquis sui cõmodi gratia, vt alios decipiat, damnóue afficiat, quod neminem decet bonum vnquam.

Decimoseptimò. Signa castrensia alia sunt muta, vt vexilla, manipuli, nutus. alia sunt vocalia, vt tubæ, cornua, classica, tesseræ alia sunt media. Et hæc vltimo huic Catalogo secundi libri sufficiant, tametsi ex omni amborum librorum historia Liuiana longè plura, imò plurima possent annotari. Sed ea priuatæ meditationi committere est vtile, vt habeat studiosus lector plura cogitandi & inueniendi materiam, ne, si omnia proponantur, fastidium inde potius, quam voluptatem aut cõmodum sibi sumat.

FINIS ANNOTATIONVM IOANNIS VELCVRIONIS IN PRIMVM ET SECVNDVM LIBRVM TITI LIVII.

IN T. LIVII LIBRVM PRIMVM ANNOTATIONES, PER BEATVM RHENANVM.

EXEMPLAR primæ Decadis manuſcriptū ſanè quàm eleganter, quod nobis communicauit nō gente ſolū, ſed & literis clarus ille Vormacienſis eccleſiæ decanus, dominus Reinhardus à Reielpor, deſumptū illic ex bibliotheca publica, primis duobus ternionibus carebat, quos nebulo quiſpiam deſecuerat, dum liber alicubi incuſtoditus iacet. Idē ſcelus & in fine voluminis commiſſum. Quare coacti ſumus hic aliquot paginas tranſilire.

Inſigniq́ue eum Veſtæ)14. K. Sic exemplaria quædam excuſa habent quum ſit ſcribendū, veſte, abſq; diphthongo. nō enim de dea Veſta, ſed de veſtimento loquitur. Cætera quoq; omnia pub. Vetus lectio: Cætera quoq; omnia. & ſic legi debet. Propulſo legum ac pœnarum metu.)15. B. Archetypum Vormacienſe habet, Proximo legum ac pœnarum metu. Is ducit exercitum quàm proxime.) Non dubito quin Liuius ſcripſerit quemadmodum eſt in volumine Vormacienſi, Ea res ab ſtatiuis exciuit Metium, ducit quàm proximè ad hoſtem poteſt. Abſolutè enim verbum duco, ſubinde Liuius vſurpat, & authores cæteri Faciſne me tu reg. n. populiq; Romani Quiritium?) Scribendum, Populi Romani Quiritium: abſq; particula, que. Patrem patratum Sp. Fuſium.) 17. A. Adqce pronomen, is. Is patrem patratum Sp. Fuſium fecit. Sic enim in manu ſcripto libro legitur. Vt illa palàm prima poſtremaq; e.) Habet exemplar vetus, Vt illa palàm prima poſtrema ex illis tab. Nihil autem ambigo particulam, Que, poſteà additam. Si prior defecerit.) Legendum, ſi prior defexit. nam ſic continet ſcriptura vetus. Dixerunt autem antiqui Defexit, pro Defecerit. Tu illo die Iuppiter populi Romani. Hic multum laboris mihi exhibuit, & diu me diſtraxit, quum deprauata, tum variata lectio libri manu ſcripti, in quo legitur, Tum ille dies Iuppiter. & quidam ſuprà adiecerat, vel Dieſpiter. In margine notatum erat, Dies Iuppiter. Deprehendi verò tandem ſcribendū eſſe, Tum die Iuppiter. Nam priſci, dium deum dixerunt, vt dium Fidium, item dinum. Scribam veterem decepit, Die, ſic fortaſsis ſcriptum, dle, vt poſſet facilè verti in, dle diuerſa videlicet lectione, quæ ſæpe notata ſenſim à parum attentis ſcribis, dum nihil omittere volunt, in contextum recipitur. Et die, quod ipſe eſſe putabat à vocabulo Dies diei, mutatum eſt in Dies: vt quadraret oratio, Ille dies. Habebunt mihi docti, ſat ſcio, magnam gratiam pro hoc loco reſtituto. Porrò tum aduerbium ſatis ſignificantiæ temporalis in ſe habet, vt nihil addere fuerit opus, Illo die. Animo intenduntur.) Vetus lectio, Animo incenduntur. Et mox.) Publicum Imperium ſeruitiumq; obſeruatur animo: ſine coniunctione Sed, qui ſermo miram elegantiam habet. Item inferius paulò, Ad quorum caſum quum conclamaſſet gaudio Albanus rex. Ex inſperato pauentium ſolet. Magnum hic mendum exemplaria Liuiana occupauit. Nam pro pauentium, ſcribendum eſt fauentium. Vehemens autem de proſpero rei prope deſperatæ ſucceſſu, gaudium. Et vt pugnatum eſt. 18. F. Non erat opus hic particulas iſtas tranſponere. Rectè enim exemplar ſcriptum habet, ſed diſtantia locis, vt & pugnatum eſt. Idem habet paulò pòſt: Quæ deſponſa vni, non deſponſata. Et ibidem. Obuia ante portā Capenam fuit, non obuiam. Cum immaturato amore.) Tu ſcribe, Cum immaturo amore. Et mox: Quæcunque Romana lugebit hoſtem. Sic enim in archetypo Vormacienſi legitur. Aut ſecundum iudicium ſupplicij.) Antiqua lectio, Ad ſecundum iudicium. Scribendum, Ac ſecundum iudicium ſupplicij author eſſet. I, caput obnube liberatoris huius vrbis. 19. C. Imperatiuum I, recentior manus aſcripſerat in codice Vormacienſi: in quo non caret elegantia, quod ſcriptum eſt, vrbis huius. Quemadmodum & quod ſequitur: Admiratione magis virtutis, quàm iure cauſæ. Item rurſum quod paulò pòſt legitur: Id hodie quoq; publicè ſemper refectum manet. Hic miror quid libuerit quibuſdam dictiones tranſponere, contra fidē exemplaris ſcripti. Suo iuſſu circunduci Albanorū exercitum, vt Fidenatium nuda terga inuadat. idem imperat, vt haſtas equites erigere iubeat. In volumine Vormacienſi legitur, Albanum exercitum. Quæ ſequuntur concordant cum vulgatis editionibus. At ego ſic arbitror ſcripſiſſe Liuium hoc modo diſtinguenda oratione: Suo iuſſu circunduci Albanum exercitū, vt Fidenatium nuda terga inuadat. idem (ſubaudi Albanus exercitus) imperat haſtas equites erigere iubet. Porrò mirum Tulli regis conſilium fuit, etiam deſciſcentes Albanos in ſpeciem adhortantis, quo Fidenates hoſtes terreret. In Veientem alieno pauore perculſum ferociter redit.) 20. G. Legendum eſt, Ferocior redit. Exempli parum memoris legum humanarū fuit. 21. A. Co[illegible]itandum num ſcribi poſsit, Legum Romanarū fuit. Nam ſequitur, In aliis gloriari licet, &c. Eandem ſedem Tullus regiæ capit, ibiq; habitauit.) Authoritatem ſequuti ſcripti codicis ſic legemus, Eam ſedem Tullus regiæ capit, ibiq; deinde habitauit. Legiones etiam veteres.) Vetus & ſyncerior lectio, Legiones, & veteres eodem ſupplemento expleuit, & nouas ſcripſit. Et quia proximum regnum cæteris egregium)22 K. Repone, Cætera egregium. Sic enim [illegible] Liuius loqui ſolet, & authores alij, Ita habes infra Er[illegible] cætera egregium ſequuta. Pontificem maximum in album relata.) In libro ſcripto tantum eſt Pontificem in album, ſicut ſuprà: Pontificem deinde Numa Marcium M. F. ex patribus legit. Repetentibus res Romanis ſu[illegible]erbè re[illegible]ſponſum reddiderunt.) Magis placet antiqua lectio, redcunt dedier. Illas q; res nuntio populi Romani mihi expoſco) 23. B. Suſpicor tres iſtas dictiones, Nuntio populi Romani: poſtea additas ab exponente datiuum Mihi. In exemplari Vormacienſi recentiore manu ſuprascriptum erat inte[illegible]res & dedier, P. R. Tum patriæ cōpotem me nunquam ſinas eſſe.) Lectio vetus: Sires eſſe. Scribo, ſieris eſſe. Hominibusq; priſcis Latinis.) 23. D. Ex veteri volumine ſic apparet legendū eſſe. Patri patrato priſcorum Latinorum, hominibusq;. ſubaudi, Priſcorum Latinorū Priſcis Latinis. Et paulò pòſt Hominibusue priſci Latini non, Hominesq; Et quum circa palatium ſedem veteris Roma[illegible] Rectè habet antiqua lectio. Sedem veterem Romanorum. vt intelligas, Sabinos Capitolium atq; arcem impleſſe circa palatium, quæ ſedes erat veterum Romanorum. Inde ingenti præda potitus Romam redit.) Exemplar ſcriptum habet, Potens. opinor legendū potiens. Quiritium [illegible] foſſa, haud paruum munimētum à planioribus ad[illegible] locis.) Qui hunc locum caſtigare niſus eſt, quum rectè haberent verba, deprauauit. nam Aditu, ſupinum, vertit in additum, participium: ſed perperam. Significat enim Liuius foſſam Quiritium non paruum munimentum fuiſſe ab ea parte qua erant loca planiora ac facliora aditu. Et in ora Tyberis Hoſtia vrbs condita.) Legendum eſt Et in ore Tyberis Hoſtia vrbs condita. hoc eſt, in exitu vbi in mare effunditur. Alioqui Roma quoq; in ora Tyberis ſita, Sic in ora Elli fluuij, quem & Alſam vocant Argentuaria ac Elcebus Sletſtadium iacent, in ore eiuſdem, hoc eſt apud confluentes Argentoratum. Ea quum illi nupſiſſet.) 24 H. Hic priſcum verbū fœdè deprauauit temeraria caſtigatoris manus: Nam pro innupſiſſet, ſcripſit, Ill[illegible] nupſiſſet. Sic autem habet lectio vetus: Ea quum innupſiſſet. Porrò mulier innubit propriè, quum in mariti domum tranſit: vnde factū, vt innubere, veteres pro tranſire vſurparint: teſte Nonio, qui Lucilium citat, ita hoc vſum verbo. Senſus igitur eſt. Ea quum innupſiſſet, hoc eſt iam [illegible] domum mariti tranſiſſet. Nam nupſiſſe dicitur puella etiamnum apud parentes domi manēs. Innupſiſſe, niſi quæ cum viro iam habitare cœpit, nō dicitur. Facilè viro perſuadet.) Viro, datiuū quiſpiam addidit inter enarrandū. Non reperimus in codice Vormacienſi, nec eſt neceſſarius: præceſſit autem, Forti ac ſtrenuo viro. Commigrant Romam. Exemplar antiquum habet: Emigrant Romam. ſubaudi Tarquinijs. Non aliter dictum eſt infrà: Auolant Romam. Porrò quid vetat dici, Amigro, pro Abmigro ſiue Ammigro, pro admigro: ſicut dicimus, Immigro, & Demigro. Iam & Romanis conſpicuum.) In volumine ſcripto tantum legitur. Aedidere nomen Romania conſpicuum. Adiecit fortaſsis, aliquis duas illas particulas connectere volens orationem, quæ ſibi hiare videbatur mihi non videntur neceſſariæ. Notitiaq́ue eum breui apud regem.) Hunc locum ſciolus aliquis adulterauit. Legendum verò quemadmodum archetypū Vormacienſe continet: Notitiamq; eam breui apud regē liberaliter dextreq; obeundo officia in familiaris amicitiæ adduxerat iura. Vt intelligas [illegible] ſum Lucumonem adduxiſſe eam notitiam in iura amici[illegible]æ familiaris. Vt mille & trecēti equites.) 26. G. Antiqua lectio: Vt mille & occc. equites, Hoc pacto in ſingulis centuriis fuerunt ſexcenti equites. Et quicquid circa Co[illegible]atiam agri erat.) Mihi magis probatur vt ſcribamus ad fidem vetuſti codicis. Et quicquid citra Collatiam agri erat. Et ego recipio.) At ego recipio, ſcriptum eſt in archetypo. Deinde triumphans Romam redit. Præterea Omne nomen Latinum. Item. Pax deinde eſt facta. Vrbem quam nondum munierat. Tu caſtiga, Vrbem quà nondū munierat, Eſt Quà aduerbium loci, hoc eſt, quà parte. Hu[illegible] tamen quon-

quondam Interpretatio flammæ, qua visum est pueri caput ardere. Nec cuiquam secus videtur legendum. Cæterum quando considero quæ postea sequuntur, vbi vulnerato Tarquinio omne auxilium regiæ seruandæ in Seruio situm fuit, video melius legi posse contra receptam istam & Vormaciensis codicis, & vulgatarum editionum lectionem. Hunc columen quondã rebus nostris dubijs futurũ. Sic autem Seruium columen dubijs rebus & regiæ afflictę dicit futurum, quemadmodum Terentius in Phormione seruum antiquum Getam columen familię vocat, hoc est columnam. ita Donatus interpretatur. Vnde inter vetera seruitia Columellarum nomen. Porrò quum subdit, Præsidiumq; regiæ afflictæ: velut exponit quod præmisit, Columen rebus nostris dubijs. Iam indicant sequentia, Seruium nõ ostendisse quid foret agendum, vt lumen appellari posset: at dubias Tarquinij res & afflictam regiam fortiter sustulisse, fulsisseq;. Non est dissimilis huic, locus qui lib. 2. huius Decad. legitur. vbi inquit: Trecentos sex perijsse, satis conuenit. vnũ prope puberem ætate relictum, stirpem genti Fabiæ, dubijsq; rebus populi Romani, sæpe domi bellíq; vel maximum futurum auxilium. Item lib. 3. Sibi inquit, eam in dubijs suis rebus venisse subsidio. Rursum lib. 8. Nunc, inquit, misericordia vestra conciliati, auxilioq; in dubijs rebus defensi, beneficiũ quoq; acceptum colamus. Posset tamen sententia sic etiam legi, posteriori accusatiuo Hunc, expuncto. Vidésne tu puerum hunc? inquit, quem iam humili cultu educamus, scire licet columen quondam rebus nostris dubijs futurum, præsidiumq́; regiæ afflictæ. Nec hic dubito quin doctissimus quisq; mecum sit sensurus. Vocabulum columen vsurpat alibi quoq; Liuius noster, vt lib. 6. Consulatũ, inquit, superesse plebeis, eam esse arcẽ libertatis, id columen. Et inter mulieres familiaritate auctam.) 17. C. Non me latet Latinè dici, Familiaritate aucta, pro locupletata. quemadmodũ Cicero dixit: Auctus pecunia, & auctus filiolo. Verum magis hic quadrat vetusti codicis lectio, Et inter mulieres familiaritatem auctam. vt intelligas, inter mulieres, hoc est inter vxorem Seruij Tullij, & inter reginam, familiaritatem, quæ primum tenuis & modica fuerat, vt inter duorum principum vxores posteaquam est cognita illa inter captiuas, deinde auctam & maiorẽ factam, vbi in domum recepta puerum est enixa. Et puerum in domo à paruo.) Deest hic in vulgatis exemplaribus omnibus, Vt, particula. Sic enim scribe: Et puerũ vt in domo à paruo eductum. Porrò non erat opus, eductum, quod in antiquo libro legitur, in educatũ, mutare. quando Terentius vsurpat Educere, pro educare. Eduxi, inquit, à paruulo. Id seruus serua natus.) Volumen manuscriptum habet, Id Seruius serua natus. Et sic est legendum. nam præcedit, Romulus Deo prognatus, ad quod respondet, Seruius serua natus. Et est hæc figura, quàm παρονομασίαν, siue agnominationem vocant in Seruius & serua. Qui consueti erant) Scribendum est, quemadmodum continet exemplar Vormaciense, Quibus consueti erant vterq; agrestibus ferramentis. Nam oratio pendet adhuc vsq; ad verbũ Conuertunt. quod non animaduerit, qui locum adulterauit. Euocati ad regem pergunt, primo vterq; vociferari) Debet esse, vocati ad regem. Aliud enim est vocatus, aliud euocatus. Quod verò sequitur. Et iussi inuicem dicere: melius est vt legatur, In vicem: separatis dictionibus, hoc est per vices. Dextram tenent, orat) Castiga, Dextram tenens orat. Habitabat enim rex ad Iouis Statoris ædem) 18. C. Hic addidit sciolus aliquis accusatiuum ædem, qui non est in volumine Vormaciensi. ἐλλειπτικῶς autem loquuntur authores. Ad Iouis Statoris pro ad Iouis Statoris ædem. Interim Seruij Tullij iubere populũ dicto audientem esse.) Liuius scripsit, Interim Seruio Tullo iubere populum dicto audientem esse. Sic lib. 5. Nec plebs, inquit, nobis dicto audiens atq; obediens sit. Imperitus quispiam non versatus in authorum lectione, & proinde non intelligens quid sibi vellet, dicto audientem esse, pro Seruio Tullo, scripsit, Seruij Tullij. vt quadrarent verba, Dicto Seruij Tullij, hoc est præcepto. At dicto obedientẽ esse, idem est quod obedire. Porrò vetus liber mox habet. Obiturumq; alia regis munia esse. Tum demum palàm facta ex compl.) Indicat manu scriptum exemplar esse legendũ, Tum demum palàm factũ. subaudi, regem esse extinctum. Tum demum, hoc est, vbi suas opes firmasset. Cæterum quia mox vetus codex habet, Et comploratione in regia orta: arbitror sic scriptum reliquisse Liuium, Tum demum palàm factum. Et comploratione in regia orta. subauditur, est. Nec iam publicis magis consilijs) Sic & in Archetypo Vormaciensi legitur. At ausim iurare ego, scripsisse Liuium, Nec tam publicis magis auxilijs Seruius, quam priuatis, muniere opes. Siquidem quod antè dixit, Seruius præsidio firmo munitus, illud ipsum est, quod hic publica auxilia vocat. Et aliquanto post sequitur, Consilio augere imperium conatus est. Porrò facillimus scribæ lapsus fuit, vt pro Auxilijs scriberet Consilijs, literarũ similitudine deceptus. Galea, clypeus, ocreæ.) Codex vetustus habet, Galea, clypeũ, ocreæ. Quid autẽ opus erat hic scribere clypeus, quum vtrunq; doctis sit in vsu, clypeus & clypeum? Vergil. 9. Aeneid. Et clypeum superintonat ingens. author Seruius. Tertiæ classis in quinquaginta milliũ censum esse voluit: totidem centuriæ, & eæ.) 29. C. Antiqua lectio: Tertia classis in L. millium censum esse voluit, totidem centuriæ, & hæ. Suspicor scriptum fuisse, In tertia classe L. milliũ censum esse voluit. aut Tertiæ classis millium L. censum esse voluit. Hinc minor census.) Scribe iuxta fidem vetusti voluminis, Hoc minor census. Est autem hoc ablatiui casus. Id quod non animaduertit, qui hinc aduerbium supposuit. Sue, oue, taurisq; tribus lustrauit.) Antiqua lectio: Sue, oue, taurilibus lustrauit. Sic Cornelius Tacitus annaliũ lib. 5. Sacrificantibus, quum hic more Romano suouetaurilia daret. Cogitandum autem quid sibi velit, Idq; conditum lustrum appellatum, quia in censendo finis factus est. Aggere & fossis & muro vrbẽ circundat, item pomœrium profert.) Dij boni quantũ sibi permiserunt quidam in hoc authore interpolando. Scribendum est ad archetypi fidẽ, Aggere & fossis & muro circundat vrbẽ, ita pomœriũ profert. Sensus est, Aggere & fossis & muro circundando vrbem pomœrium profert. Quid igitur illi in mentẽ venit, qui pro ita, scripsit Itẽ? nouam videlicet sententiam facturus. Liuius in hoc libro paulò post Ita sic armatus in Tyberiũ desiluit. Pomœrium verbi vim solam intuentes postmœnium interpretantur esse. est autẽ magis circa murũ locus.) In primis cõstare nobis debet, etymologiam pomœrij Liuium non à mœnibus, sed à muro deductam ostendere. quandoquidẽ pomœrium dicimus, non pomœnium. Nam sequitur paulo post Hoc spatium quod neq; habitari, neque arari fas erat, non magis quod post murũ esset, quam quod murus post id, pomœrium Romani appellarunt. Proinde, quemadmodũ indicat volumen Vormaciense, eius exemplum quod olim à Dextro Flauiano Nicomacho & Victoriano VV. CC. emendatum est, non postmœnium hic scribi debet, sed postmœriũ. Et mox: circamœrium, non circa murũ. Nec obijciat hic aliquis eas voces nihil significare. Sic. n. & mulieris etymologiã afferentes, mulierẽ dictam interpretamur quasi mollierẽ, à mollicie videlicet. Sic autẽ distingue verba. Pomœrium, verbi vim solam intuentes, postmœrium interpretantur esse est autẽ magis circamœriũ. locus quem in cod. vrbe appositiuè. In fragmentis Festi Pompeij legitur, Prosimurium esse pontificale pomœrium, dictũ, quasi proximurium. i. proximũ muro. Ita nanq; castigandũ arbitror. Quæ nunc vulgo etiã coniungũtur.) 30. F. Antiquæ lectio: Quæ nunc vulgo etiã coniungunt. Subauditur, Quidam. Elegãs sermo est. Cuius ciuitatis eam ciues Dianæ immolassent) Vetustũ exemplar habet, Cuius Dianæ immulassent. Opinor legendũ. Cuius ciuitatis eam ciuis Dianæ immolasset. Sequitur enim de antistite Romano, & illo patre familiæ Sabino. Sabinus, vt primum acta dies sacr.) Scribendum Sabinusq;, vt primum acta dies sacr. Nec vacat particula Quæ, non solũ connectens sententiam, verumetiam ad vehementiam eiusdẽ faciens. Infima valle perfluit Tyberis. Lege, infima valle præfluit Tyberis. Tulit enim Romana regia sceleris tragici exemplum.) Adde particulã Et. Tulit enim & Romana regia sceleris tragici Exemplũ. Filius nepósue fuerit.) Vetus synceraq; lectio: Filius nepósne fuerit. Subauditur, an. Aut elanguescendũ aliena ignauia esset.) 31. B. Hanc sententiã fœdè deprauauit scioli cuiuspiam imperitia. Legendũ Aut vt elanguescendũ aliena ignauia esset. Et pendent hæc verba à superioribus. Nõ sibi defuisse cui nupta diceretur. Persuadet mihi vetustus codex legendũ hic esse Cui innupta diceretur. Tametsi recentior manus, In, particulã, suprà scripserat, sed proculdubio syncerioris alicuius cod. admonitu. Porrò quum se dicit innuptã, indicat se iam in ædes viri transisse. nam hoc significat innubere, quemadmodum antè docuimus. Muliebri dolo regnũ occupasse) 31. E. Scribendum est: Muliebri dono regnũ occupasse. Nam r[illegible] facit quod suprà dictum est, & quod mox præcessit. Quum Tanaquil peregrina mulier tantum moliri potuisset animo, vt duo continua regna, viro, ac deinceps genero dedisset. Ibi dicit Liuius, Tanaquilẽ genero dedisse regnum, quare hic subdit, Muliebri dono. Tum Tarquinius necessitate iam ipsa cogente) Inferenda hic, etia, particula. Necessitate iam etiam ipsa cogẽte. Ipse prope exanguis cum semianimis regio comitatu.) Vetus volumen habet: Semianimes. Neutra lectio gnesia est ac germana. Tu locum sic restitue: Ipse propè exanguis, cum semianime regio comitatu domũ se reciperet. Subauditur in illis verbis, Semianime regio comitatu, participium, Existente. In collẽ Esquiliarum.) Antiqua lectio: In collem Esquiliarum. Quem sceleratum vicum vocant.) Quem, pronomen, asinus aliquis adfuit: quũ simpliciter Liuius scripserit: Monumentoq; locus est, Sceleratũ vicum vocant. O castigatorem infelicem. Primores patrũ quos Seruij rebus fauisse cred)

Scribendum est: primoresq; patrum qoos. Pendet enim adhuc sententia. Et altera ratio est, cur Superbus fuerit appellatus. Aliquanto pòst in scripto codice legitur: Præcipuè ita patrum numero imminuto. Non, Ita præcipuè patrum num.im Haud mirum esse Supebo inditum Romæ cognomen.) 33.C. Vetus lectio·Haud mirum esse, Superbo ei inditum cognomen Cui enim nou appateret.) Adhuc pendet sententia per varba infinita, Præcessit, Superbius esse, Non adessa, Tentari Itaq; scribendū hic apparete: Cui enim non apparere. Seruum Turni auro corrupit, vt in diuersotium eius.) 33.E. Et, particulam, adiecit aliquis, quę non est in libro sctipto, nec est necessaria Elegantius enim dicitur. Seruum Turni auro corrupit, in diuersorium eius vim magnā gladiorum inferri clām fineret. Vbi subauditur, vt. Id verum nécne sit, eatemplò sciri possat.) Liuius indubiè scripsit, quemadmodnm est in Archetypo Borbetomagensi Id vanum nécne sit, eatemplò sciri posse. Et quanquam idem sensus redundat, quid tameo opus fuit Liuiaoa verba mutare? O præposterā diligentiā. Ac sentire cum rege videbantur.) Eaemplar manu sctiptū habet, Videbant. subauditur Latini Et liberorum qooq; eum frequentiæ tædete)34.K Antiqua lectio côtinet, frequentia Septimus casus est, hoc est, ab frequentiā. Et verbum Tædete, accipiendum absolutè. Quum si nihil mouerentur.) Aliter legitur in vetusto codice· Quum, si nihil morarentur. Certè quarto libro huius Decadis rursum hunc loqoendi modū vsurpat, vbi Hortensius tribunus plabis, C. inquit, Sempronium nihil motor Id est, C. Semproniū dimitto. Verba videntur fuisse, quæ iudea ex more proferebat, quoties reum absolueret Proinde capone hic. si nihil motarētur: id est, dimitterēt. Quandoquidem vt omnia vn us Gabijs posset)35 C. Liber manu scriptus habet: Quandoquidē vt omnia vnus præ Gabijs posset. Tu scribe: Quandoquidem vt omnia vnus ipsis Gabijs posset. Nec est ea vox hic superuacanea · emphasim enim habet. Et vt libera à cæteris religionib. arx ea esset tota Iouis, templiq; eius, quod in ea ædificaretur: exaugurare fana, sacellaq; statuit. quia aliqua vota ibi à Tatio rege primum in ipso discrimine aduersus Romulum pugnæ consecrata inaugurataq; postea fuerant. In hac periodo mendæ sunt aliquot ingentes Primum quando non de arce extruenda, sed de templo Ioui condendo hic agitur. ooo scribendum est, Arx ea esset tota Iouis: verum, Area esset tota Iouis. Non habet hic locū prorsus arcis Tarpeiæ mentio. Deinde scribendum est, Quod inædificaretur: non, Quod in ea ædificaretur. Est autem elegans verbum inædificare. Moa pro istis dictionibus, Quia aliqua vota ibi: substitui debet, Quæ aliqoot ibi Postremo vocabulū Vota, transferendum est vt ante Consecrata ponatur, huc modo: Et va libera à cæteris religionib area esset tota Iouis templiq; aius, quod inędificaretur: exaugurare fana sacellaq; statuit, quæ aliquot ibi à Tatio rege primū in ipso discrimine aduersus Romulum pugnæ vota, consecrata, inaugurataque postea fuerant Vide mi lector, quàm necessariaras sit authores ad exemplaria antiqua conferre. Hæc non sunt imputanda Laurentio Vallæ, sed Pogio, Aurispæ, Aletiensi, Victorino, & Petrarchæ, qui doctissimi quidem fuere, verùm nō vsquequaque Latinè callebant. Id omen auguriumq;) Non erat hic eradenda particula Que. Idq; omen auguriumq;. Vnumq; deorum) Nec hic dispungendus erat accusatiuus Eum: Vnumq; eum deorum. Sacratis ibi finibus)Scribe, sacratis sibi finibos. Itaque Pontinæ manubiæ.) Tametsi vetustum volumen contioet Pomptinæ. censeo tamen legendum, Pometinæ manubiæ. Nam eaemplaria antiqua ab hinc annos mille ferè maiusculis fuere literis perscripta. modo E maiusculū, non est ita dissimile P. Facilè ergo POMETINAE versum est in POMPTINAE. Præcedit autem, quòd Tarquinius Suessam Pometiam vi ceperit, vbi XL. millium pondo argenti auriq; fit mentio. quod hic repetitur. Quare miror hinc non emendatum in editione Aldanica: quando iam olim ante nos sic legendum esse monuit M Antonius Sabellicus. Eo magis Fabio Pictori.) Quispiam adiecit, Pictori: nō est in codice scripto Monit hoc hominem, quod antè semel dixerit, Scriptorū antiquissimus Fabius Pictor. Quam summam pecuniæ.) Si quis hoc pacto legere velit, multa subintelligenda erunt. Ex fide vatusti codicis sic scribe, Quia summam pecuniæ. & repete verbū scribit, quod subauditur. Minus tamen plebs grauabatur sa templa deum ædificare manibus suis. 36.I. Antiqua lectio· Minus tamen plebs grauabatur se templa deū exædificara manibus suis. Aperiretur tampore suo.) Scribendum, Operiretur tempora sua, hoc est, eapectaret opportunitatem temporis. Per ambages tegens effigiem ingenij sui.) Qui participium Tegens, insulsit, putabat otationem alioqui mutilam esse: non intelligens appositiuè dictum: Aureum baculum donum Apollini, per ambages effigiem ingenij sui. Id est, qui baculus erat effigien ingenij ipsius. Quod se in sabrorum ministerijs.) Legendum Ministerio. nec opus est hic numero multitudinis. Tentata res est primum, si primo impetu. 37.C. Vacat aduerbium hic, primum. Sic scribe. Tentata res est, si primo impetu capi Ardea possat. In statiuis (vt fie)longo magis quàm acri bello.) Deast pronomen, his. In his statiuis (vt fit)longo magis quàm acri bel. Citatis equis aduolant Romam.) Vetus lectio· Auolant Romam. Vtrunque tolerabile est. Similis error accidere solet in Abducere & Adducere. Quùm post cœnam in hospitale cubiculum duactus asset. Scribendum: daductus esset. Postquam satis tuta omnia circa, sopitique.) Omnia, non est in libro scripto. Fortassis etiam legi posset: Postqnam satis tuta cuncta, sop. Moa sequitur: Pauida ea somno mulier. Et infrà: Lucretiam sedentem mœstam in cubiculo inueniunt Itē: Sex. est Tarquinius. non Sea. Tarquinius est. Ferro, igni, quacunque dehinc possim, exequuntur.) 45.E. Noo aliter in veteri legitur. Sed quid si scribaa. Exacturum. Et innecta corpori patris.) Lectio vetus. corpore patris, hoc est: in corpore patris: siue per corpus patris.

IN T. LIVII LIBRVM SECVNDVM ANNOTATIONES, PER BEATVM RHENANVM.



PAATIVM cœptæ vrbis.) 40 G Codea Vormaciensis habet: Partium certæ vrbis. lego. Partium certè vrbis. vt sit Certè, pro Quidem. Deiode fuit in eodem libro mox, Ah se auctæ multitudinis. tametsi literam S quidam erasetat. Ae placet mihi ea lectio. Rectè enim habebit sententia hoc modo, vt haud immeritò omnes deinceps conditores partium certè vrbis, quas nouas ipsi sedes ab se auctæ multitudinis addiderunt, numerentur Refertur autem genitiuus multitudinis ad accusatiuū sedes. Et hæc clausula, Quas nouas ipsi sedes. explicat quod diait, Partium certè vrbis, qoasi dicat, Non totius vrbis, sed partium quidem vrbis. Primoribus equestris gradus electis) Scribennium est Lectis, vt mox· Appellabant lectos. Necubi regum desiderium esset) Indicat archetypum Vormaciense scripsisse Liuium: Necubi ibi regum desiderium esset. Ibi, hoc est quantū ad sacra attinet Tametsi illic mendose scriptum fuerat, Necubi vbi. Solicitatamq; suspicione plebem. 40.K. Legendum, Solicitamq; suspicione plebem. Nobilium adolescentium animos pertentabant.) 41.D. Habet voluman Vormaciense Pertentant. Nec fuit causa cur in Perteotabant, verteretur. Acetuos consedisse illitos limo.) Antiqua lectio: Aceruos sedissa illitos limo. Quicquid hominum deoromq;.) 42.K. Exemplar scriptum. Quicquid deorum hominumque. Post illum seruatum, vt qui.) Scribendum. Post illum obseruatum. Ne se ortum eiusdem sanguinis extorrem) Suspicor legendum. Ne se ortu eiusdem sanguinis, extorrem e. Vt consentiat codea manuscriptus cum vulgatis editioobus. Fusi fugatiq; sunt.) 43.D. Verbum, sunt, postea adiectum est maiore elegantia omittitur. Paulo post in scripto codica legitur, Vno plus Tuscorum. Vbi audire iussi. Antiqua lectio. Ibi audira iussi. Ad Aquilios Vitelliosque recidisse Deest pronomen sa. Ad Aquilios se Vitelliosq; recidisse. Metus ma credere posse à ciuibus meis!) Restitue sententiam hoc modo Metui me crederem posse à ciuibus meis? Et vbi nunc vicus publicus ast)Lectio vetus. Et vbi nunc vicæ pocæ est. Nescio ao recte emendarint qni scripserunt: Vicus publicus. Portassis melius scriberetur, nam ad coniecturas hic confugere necesse est. Et vbi nunc Viriplacæ est. vt subaudiatur ædes vel templū. Siquidē reperio Deæ Viriplacæ sacellum ad Velam fuissa. Sic autē distingui verba debent. Delata cōfestim materia omnis infra Veliā, & vbi nunc vicus publicus est Siue, Et vbi nunc Viriplacæ ast: domos in infimo cliuo ædificata. Credo, qnòd nulla gesta res insig)44.H. In codica Borbetomagensi legitur. Credo, quia nulla gesta ree. Nec erat opus pro Quia, Quòd scribere. An tantum roboris animo fuerit.) Hic rursum transpositæ sunt dictiooes quasi oon

ſi non melius sonet quod in veteri volumine habetur: An tantùm animo roboris fuerit. Sed suosmetipsos ciues.) Antiqua lectio: Sed suosmet ipsi ciues. Cur hoc voluit quisquam mutare? Porrò quòd hic habes de suismet, infrà leges de Semet. Nisi, inquit, inter semetipsi seditionibus sæuiant. Et infrà: Eos, inquit, per se ipsi Latini adsumptis Hernicis sine Romano aut duce aut auxilio, castris eauerunt. Itaq; monere, prædicare.) 45. D. In scripto volumine legitur: Itaq; monere prædicere. Hoc posterius verbū doctus quispiā videns hic non satis quadrare, vertit in Prædicare. Tu tamen meum sequutus consilium, scribe, præcipere. Itaq; monere, præcipere. Primùm monuit, deinde præcepit, quod plus est. Crescere enim debet oratio. Sp. Largium) Vetus lectio: Sp. Lartium. Quòd verò sequitur: Circumferens inde minaciter truces oculos, non erat mutanda Liuiana compositio tanquam inepta: Circumferēs inde truces minaciter oculos. Si modo studio factum est. Sicut mos. Iam impetu conabantur detrudere virum. Et rursum: Tyberine pater, inquit, te sancte precor. Multisq; desuper incidentibus telis. Scribendum est: Multisq; superincidentibus telis. Est autem vna dictio superincidentibus à verbo superincido. Quod non intellexit is qui desuper incidentibus scripsit. Gabina vis. 46. H Antiquum exemplar habet Gabinia via. Item: Inde se obijcere. Inde, id est ex eo loco. Sic enim exponi potest. Itē, P. Lucretius. Rursum Tam effuse euagandi. Eumq; milites vulgò adirent.) Particula que, non est in exemplari vetusto. Sic autem Liu. sæpè loquitur connectentibus voculis omissis. Paulo pòst, quam fuit ad cædem. Quas insidiarum minas per ambages iaceret.) 47. B. In vulgatis editionibus omissum est hoc loco pronomen sibi. Quas insidiarum sibi minas per amb. iace. Qui magnam gloriam petunt) Archetypon Vormaciense habet Qui magnam gloriam vident. Et adiectum est recētiore manu in margine, petunt. Fortè scriptum fuit: Qui magnam gloriam propositam vident. Cæteri, vtcunq; ceciderit: primū, quoad te opportunum fortuna dederit) Fœde hallucinatus est qui sententiam hanc tam miserè deprauauit. Sic autem scribi debet. Mea prima sors fuit. Cæteri, vtcunq; ceciderit, primi,) Subauditur sors. nam primi genitiuus est.) quo te oportunum fortuna dederit suo quisq; tempore aderunt. Cognomen eum inditum.) Lectio vetus. cognomen inditum. Clœlia virgo, vna ex obsidibus) Omissa est hic, &, particula, quæ tamen mirè ad sensum facit. Auget enim rem, & comparationē subindicat. Legendum: Et Clœlia virgo, vna ex obsidibus, & quæ sequuntur, inter tela hostium Tyberim tranauit. Sensus est. Non solum Cocles superincidētibus telis, incolumis ad suos tranauit, sed & idē fecit Clœlia virgo. Sic deditam, intactam, inuiolatamq; ad suos remissurum.) Accusatiuus intactam postea additus est à quopiā, qui participiū deditam ordinabat cum aduerbio sic, coniungēdum cum altero participio futuri tēpori remissurum. Et videbatur sententia mutila. Tu verò sic ordinato verba volens orationem exponere: Sic remissurū ad suos, deditam, inuiolatamq;. Præcedit. Quemadmodum si non dedatur obses, pro rupto fœdus se habiturum. Paulò pòst scriptum est in veteri Codice, elegisse impubes dicitur. Bonis vendendis bona Porsenæ regis vendendi.) 48. K. Hæc duo vocabula, Bonis vendendis non sunt in archetypo Borbetomagensi. Vidētur inserta ab eo qui voluerit vsum moris indicare. quum tamen Liuius contentus sit dicere, inter cetera solēnia Arte aduersus vim vsæ. Antiqua lectio tametsi mendosa Arte aduersus vim sæ, docet legi quoque posse, Arte aduersus vim nisæ. à nisor, niteris. Multo Romæ hostium, vrbisq; charitas tenuit.) Legendum, hospitū. hoc est eorum qui illos hospitio acceperant. Mox est in veteri, mendose tamen, Purius Publius Lucretius inde & P. Valerius Publicola coss. facti. Deest aduerbiū tertium. Ne in tantis mutuis beneficijs) Scribendum, neu in tantis beneficijs, hoc est neue in t. b. Eam esse voluntatē omniū.) In manuscripto Codice legitur: Hostibus potius quā portas regibus patefacere eam ea esse vota esse voluntatem omnium. Lego. Hostibus potius quàm portas regibus patefacere. Ea esse vota, eam esse voluntatem omnium. Consules deinde Marcus Valerius, Publius Posthumius.) 49. D. In volumine veteri tantū est: coss. M Valerius, P. Posthumius. Namq; Ap Clausus, cui postea Ap Claudio fuit Romæ cognomen.) Exemplar scriptum sic habet Namq; Appius Clausus cui postea Appio Claudio fuit Romæ nomē. Nec quibus factia consulibus.) 49. K. Antiqua lectio: Nec quibus facti consulibus. Neutra syncera est. Originem erroris accipe. Quia statim sequitur ex factione, scriba non satis attentus, quibus factione scribere est orsus, nec deleuit postea priores duas syllabas iam inceptę perperam dictionis. Itaq; fragmentum id facti, doctus quispiam mutauit in factis, vt quadraret cum vtrinque positis ablatiuis. Tu verò me authore sic castiga: Sed nec quo anno, nec quibus consulibus, quia ex factione Tarquinia (ita habet archetypon) nec est opus altero denominatiuo Tarquinia, essent, Id quoq; enim traditur, parum creditum sit, nec quis primū dictator creatus sit, satis constat. M. Valerium Fusium Valesij nepotem) Aliam lectionem è vetere eruemus, quæ sic habet. M. Valerium, Marci Fusium, Volesij nepotem. Scribo, M. Valerium, Marci F. M. Volesi nepotem. Notum est F filium significare. Sic rursum libro tertio proxime sequenti: Cum M. Valerio, inquit, Valerij filio, Volesi nepote, quæstor erat T. Quintius Capitolinus. Porrò quæ de Furijs & Fusijs, Valerijs & Valesijs ea authoritate Fabij Quintiliani solent adferri, non puto hic habere locum. M. Valerium spectatæ virtutis, consularem virum.) Deest hic, &, particula, quæ inserenda est hoc modo, potius M. Valerium spectatæ virtutis & consularem virum legissent. Præstare Sabini (id enim postulatū erat) in animū induxissent. Antiqua lectio, præstare Sabiniuim id enim post. Fortè legendum: Præstare Sabinitum (id enim postulatum erat) in animum induxissent. Et C. Vetusius.) In Vormaciensi libro legitur: Et C. Vetusius, Veturius, Vetitius. Vide diligentiam scribæ, qui diuersam lectionem proculdubio seursim adnotatam, in cōtextum meliore fide, quàm iudicio retulit. Et infrà, Valerium temere inuectum. Quam delecta manu.) 52. G. Reponendum, Cohorti suæ quam de electa manu præsidij causa circa se habebat. Equitibus admoti equi, vt persequi hostem possent.) Liuius scripsit, Equiti admoti equi, vt persequi hostem posset. Nam eleganter singularis numerus pro plurattiuo vsurpatur. Quia tamen præcedit Ad equitem dictator aduolat. desiliunt ex equis, ausus est quispiam hunc locum mutare. Volscos consilij pœnam metuentes. 53 A In editionibus vulgatis hic particula, non, est omissa, quam repone: Volscos consilij pœnam non metuentes, nec opinata res perculit. Cæterum ita dictum est hic nec opinata res, quemadmodum in fine primi libri de Lucretia, necopinato viri aduētu. Sic & Cicero loquitur. Ad hoc prolixa barba) O factum flagris dignum. Quum Liuius scripserit: Ad hoc promissa barba, veluti indicat Vormaciense exemplar, amusus aliquis erasa dictione promissa, supposuit prolixa. Sic libro quinto M. Papyrius vnus ex his dicitur Gallo barbam suam, vt tum omnibus promissa erat, permulcenti Scipione Eburneo in caput incusso iram mouisse. Significat autem promissus longum siue prolixum, quasi procul missum. In hunc enim sensum etiam promittere verbum vsurpatur. Liuius noster lib. 6. Satis constat magnam partem plebis vestem mutasse, multos mortales capillum ac barbam promisisse. Postulare minaciter magis quàm suppliciter. 53. E. Deest hic aduerbium, multò. Postulare multò minaciter magis, quàm suppliciter. Contracti ad consules) Mendosa verba sunt. Scribe Contracti ab consulibus. Iamque ab omni parte munimenta vallabantur. 54. I. Ingens hic erratum occupauit codices Liuianos. Legendum pro vallabantur, vellebantur. Significat enim Volscos munimenta Romanorum ab omni parte euulsisse. Nec in vrbe nunciatum est. Scribendum, Nocte in vrbem nunciatum est. In magna iam spe vndique paratæ pacis.) 55. A. Repone, partæ pacis. Adeo in alteram causam non collega solùm præceperat.) Non aliter in Codice manu descripto legitur. Nisi quod in margine minutiore scriptura adnotatum erat, præceps erat. Quam lectionem probauit Marcus Antonius Sabellicus, monens etiam præceps ierat legi posse. Sed tamen si quis me audiat, potius leget Adeo vi alteram causam non collega solùm præceperat, sed omnis factio nobilium. Hæc lectio syncera est ac germana. Ante dixit Appium vehementis ingenij virum fuisse, quem paulò pòst immitem natura vocat. Porrò nihil dubito si superesset adhuc Sabellicus, quin mihi subscriberet. Nam candorem hominis edita scripta satis testantur. Et ego meliorum admoneri, non solùm in his Liuianis, sed & in Plinianis, ac aliorum authorum castigationibus libenter cedam. Quin gratias insuper sum habiturus. Nam cupio subueniri rei literariæ. Hoc fortassis non abs re fuerit monere, propter crassiores, accipiendum hic præcipere, pro antecapere, siue præsumere, quemadmodum & libro tertio vsurpat, ita scribens: Nec ex quo castris castra conlata sunt, inquit, cessatum à leuibus prælijs est, facilè patiente dictatore, conferendo vires, spem vniuersæ victoriæ tentatu paulatim euentu certaminum suos præcipere. Et apud Cæsarem in Commentarijs: Hæc vsu ventura Cæsar opinione præceperat. Præcepit autem Appius vi causam alteram, quum prius proposita sententia, nobiles omnes habuit astipulatores. Quemadmodum ex ijs quæ ante dicta sunt liquere potest. Neque quum decreuisset, quisquam obtemperabat. In antiquo Volumine legitur, neque cum decresset. Quod verbum κατὰ συγκοπὴν videtur foro fuisse solenne. Sic rursum libro tertio, Lictor decresse, ait. Verterant.) Sic dixit hic, metúsque omnis & periculum libertatis in creditores à debitoribus verterant, vt suprà: Libertatem aliorum in suam vertisse seruitutem inter se

conquerebantur. Et paulò inferius, Ea io caput vertit. De multa loquens. Item libro decimo tertiæ Decadis. Et induratus præter spem resistendo timor hostium, ac ne vertat in audaciam periculum est. Sic enim nos illic legendum docebimus, quanquã editiones vulgatæ contineant, Ac ne vertatur. Habet autem in allegatis exemplis verto passiuam significationem. Non esse tamen desertam omnino Rempublicam. Antiqua lectio. Non esse tamen deseratam. Vt etiam legi possit: Non esse tamen desperatam omnino rempublicam. Porrò deserta erat id temporis respub. magis quàm desperata. Ad patres referunt.) 56. F. Codex manu scriptus habet: Ad patres deferunt. Quod verò mox sequitur, sed delatam consulere, rectè dictum est. Sic enim Plautus Ibo, & consulam hanc rem amicos, quid faciendum censeant. Tum verò ad sellas consulum propere conuolauere minimoa quisque natu patrum.) Adulteratus locus est Legendum, Tum verò ad sellas consulum prope conuolare, minimus quisque natu patrum. Sensus est. Quum patres in curia conuenissent, iuniores inter hos quibus calebat sanguis, non contenti in suis subsellijs dixisse quæ sentiebant, immemores maiestatis consularis, ad ipsas propemodum consulum sellas conuolabant. Erroris causam fuisse video, quod aduerbium prope, bonus ille vir, quisquis fuit, cum verbo conuolare construxerit, quod retro erat referendum. Notat autem immodestiæ Liuius iuniores patres. Senatus tumultuose vocatus. Sic distingue, Senatus tumultuose vocatus, subauditur, est. Tumultuosius consulitur. Dictũ est, consulitur, impersonaliter. Cuius maiestatem violauit.) 57. A. Suspicor legendum, violabit. Nam vulgus veterum librariorum solitum fuit subinde u pro b, & vicissim b pro u ponere. Quæ res mirè vitiauit omnes authores. Rursus Virginij Largijq; exemplo. haud salubrem vtique Largij putabant sententiam, quæ totam fidem tolleret. Obscurus locus est, quia deprauatus. Demiror quomodo se hinc explicent professores, qui in publicis auditorijs Liuium enarrant. Et vix est author in scholis tritior Quid hic afferebat ille professorum Achilles Philippus Beroaldus, qui toties priuatim & publicè Liuianas Decades Bononiæ prælegit? Restitue & distingue sententiam hoc modo. Rursus Virginij Largijq;, exemplo haud salubres. Vtique Largij putabant sententiam, quæ totam fidem tolleret. Expone verò sic, Rursus Virginij Largijq;, subaudi sententiæ, exemplo haud salubres. subaudi, videbantur. hoc est propter exemplum. Vtique Largij putabant sententiam Subaudi, eam esse, vel talem esse, quę totam fidem tolleret. Quid nunc apertius Liuianis verbis? Multis, vt erat, horrida & atrox videbatur Appij sententia. Rursus Virginij Largijq;, exemplo haud salubres. Vtique Largij putabant sententiam, quæ totam fidem tolleret. Medium maxime & moderatum vtroque consilium Virginij habebatur. Vt imperium suo vehemens mansueto permitteretur ingenio.) Hic nodus est superiore intricatior. Mirum est cur huiusmodi loca non notentur asteriscis. Nam verba ista nullo sensu dicuntur. Et nescio an seculo nostro quispiam hanc Liuianam sententiam intellexerit. O securitatem lectorum, ô nimiam securitatem enarrantium. Immo nonnihil dubito an Clementianus & Flauianus Nicomachus Dexter, ac Victorianus V V C C qui ante nos primam istam Decadem emẽdarunt, locum hunc satis perceperint. Id quòd ideo potissimum dico, vt lectores excitem. Habet antiqua lectio, Imperio suo. In cæteris cõuenit: nisi quod est illic, Permitterentur. in quo verbo omnis sita est difficultas: pro eo deprehẽdi tandem scribendum, Remitteretur: vt sic legamus: Sed curæ fuit consulibus ac senioribus patrũ, vt imperio suo vehemẽs, mansueto remitteretur ingenio. M Valerium dictatoré, M. Volesi filium creant, Sic enim in scripto Codice est. non Valesi. Sensus est. Curarunt consules, vt talis eligeretur ac constitueretur dictator, qui ob dictaturam quidem vehemens & nimium potens, mansueto tamen remitteretur ac mitigaretur ingenio. itaque M. Valerium dictatorem creant. Plebis etsi aduersus se creatum dictatorem.) An in excusis exemplaribus omnibus, certè in Asulanico, quod nunc solum est ad manum, hic videbat, verbũ deest, Creatum dictatorem videbat. Tu repone. Itaque effuse & contemptim pugnam iniere.) Habet Vormaciense volumen, Inire, subauditur, cœperunt. infinitiuus pro præterito imperfecto, more historicorum. Vbi ad manum venisset hostis, tum cohortes tota vi gladijs rem gerere.) Ingens erratum hic inuasit Liuianos codices, scribendum, Tum coortos: pro Cohortes participium est a coorior. Paulò pòst est in veteri libro · Insidias incidissent. non, In insidias incidissent Fundit fugatq;, exuitq; castris.) 57. D. Antiqua lectio, Fundit fugatq;, exuit castris. Equitatu misso mediam turb host. aciem. Scribe, Equitatu immisso. Dictator triumphans Romã inuehitur.) Repone, Vrbem inuehitur. Hic expositum dictionem exposita in de sua possessione deiecit. Id male commissum ignauia hostium in bonum vertit.) Elegans oratio est, vt Vertit, accipiatur absolute. quemadmodum suprà quoque admonuimus. Et, Ignauia hostium septimo casu dictum est. Vertit, expone Versum est. Apparuit causa plebis suam vicem indignantem magistratu abijsse.) Hic quosdam nihil offenderet, scio. Verùm hoc ausim dicere si ita scripsit Liuius, non recte vsum pronomine suam. Dicendũ enim fuisset, Ipsius vicem. non suam vicem. Hæc crassos lectores non mouet. Castigandus est locus, & hoc modo legendus: Apparuit causa plebi. hoc est, Plebes causam intellexit. Suam vicem indignantem magistratu abijsse. Tamen quia in cõsulum verba iurassent.) Exemplar scriptum habet: Tamen quoniam. Cur hoc mutatũ sine causa? Trans Anienẽ amnem tria ab vrbe millia passuum) 58. H. Est, verbum hic omissum rursus insere. Trans Anienem amnem. subauditur est, mons sacer, tria ab vrbe millia passuum. Placuit igitur oratorem ad plebem mitti.) Scribendum est quemadmodum habet Codex Borbetomagensis. Sic placuit igitur oratorem ad plebem mitti. Sic, hoc est, ad reconciliandam concordiam ciuitati. itaq; nõ est superuacaneum. Omnia in vnum consentiebant.) In vetusto volumine legitur, Consentiant. Et mox, Suus sermo fuerit. arbitror scribendum. Tempore, quo in homine, non vt nunc, omnia in vnum consentirent, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerit. Porro conuenient modi, si ad narrantis Liuij verba retuleris. Mature confecto cibo sanguinem.) O nugatorem, qui hic pro Maturum confecto cibo sanguinem, scripsit: Mature confecto cibo sanguinem. intelligens à ventre mature confici cibum. Paulò pòst in veteri Codice est: Spurius Cassius & Posthumius Com. Cædesq; in proximo vrbis facta) 59. B. Legendum: Cędesq; in proxima vrbis facta, hoc est, in proximas partes vrbis. Intelligit ædes vicinas portæ per quam irruperat. Ignem temere arreptum.) Scribe, Ignem temere abreptũ. Loquitur de igne quem fortè è foco abripuerat. Primo ortus.) Antiqua lectio, Primo ortu. hoc est in principio statim. Sed quæsitum in Sicilia quoque.) Repone, Sed quæsitum in Siciliam quoque. Expone, dimissis non in Hetruriam modò, sed in Siciliam quoque quæsitum, hoc est ad quærendum. Frumentum cum Cumis coemptum esset.) Lectio vetus. Frumentum Cumis cum coemptum esset. Ex Hetruscis frumentum Tyberi venit) Liuius scripsit, Ex Tuscis. sic enim in archetypo manuscripto legitur Ante verò dixit, in Hetruriam: nunc subdit, Ex Tuscis ne eodem statim vocabulo biaveatur. De qua re suprà quoque admonuimus. Eo sustentata est plebs.) Antiqua lectio. Eo sustenta est plebs A sustinendo, non à sustentando. Sic infrà, Vnus ille vir ipse consul rempub. sustinuit. Infrà tamẽ dicit · Diu sustentatum id malum. Incommodo bello in tam arctis commeatibus versati forent.) Ingens hic erratum est. nam pro versati forent, scribi debet, vexati forẽt. Agitatumq; in senatu, quantum plebi daretur.) Pudẽdum & hic erratum. legendum autem: Quanti plebi daretur. Siquidem agitatum fuisset de pretio quo frumentũ plebi venderetur, sequentia satis indicant. Et illud in primis quum dicit, Conditionibus laxandi annonam, patres, omnia inuitis iura imposita potuisse demere sibi. Itaque qui istam scripti Codicis lectionem amplectatur, exponet quod sequitur, Si annonam veterem volent. &, Vtantur annona quam furore suo fecere, de pretio veteri, & annonæ caritate. Cur Sicinium pollentem video Lege. Potentem video. Vtantur annona quam f. f. f.) In editionibus peruulgatis hic verbum Fruantur, deest. inserendum hoc modo, Rapiant frumenta ex agris nostris, quemadmodum tertio anno rapuere: fruantur, vtãtur annona quam furore suo fecere. Fruantur, subaudi raptis. nam ad priorem sententiam est referendum · & est ironeia. Absterrendo singulos à concionibus concilijsq;) 60. I. Non contemnendum erratum hic irrepsit in exemplaria Liuiana, scribẽdum: A coitionibus concilijsq;. A verbo coire, quod congregari significat. Sic lib. 3. Quum, loquit, & per coitiones potentiorum iniuria fieret. Instaurandis hæc causa fuerat ludis.) Archetypon docet hic legendum esse. Instaurandi hoc causa fuerat. subauditur ludos. Deinde quod sequitur ita distinguendum. Ludis mane seruum quidam paterfamiliæ, &c Ludis, hæc est die ludorum magnorum T. Latino) Vetus lectio · Tito Latinio. Sibi ludi præsultorem displicuisse.) In exemplari scripto legitur, Sibi ludis præsultatorem displicuisse expone, ludis, hoc est die ludorum magnorum. Et aptius vocat miserum illum seruum, qui cæsus virgis per medium circum saltitauerat ex vehementi dolore, præsultatorem, quàm præsultorem. Porrò sequitur, Quanquam haud sane liber erat religione animus. Ibi in Vormaciensi Codice è margine mehercle elegantem annotatiunculam, quæ Clementianum, siue huius filium Flauianum Nicomachum Dextrum, siue Victorianum, certè veterem aliquem authorẽ ar[illegible]uit, in medium contextum retulit scriba Eam libuit hic subiungere in gratiam studiosorum. Habet autem sic: Ludi ex instauratione

ſtaurationem, quos diſplicuiſſe Ioui Latinius ab eo per ſomnium monitus vt nunciaret, deberetq́ repeti, dum non vult magiſtratibus nuntiare, taciturnitas orbitate punita eſt. Quippe qui n. n. m. ſed v. p. incolumes ſumus. 61 C. Legendum: Incolumes ſimus. Primum dicenda vobis conſules ratus ſum.) Caſtiga, Prius dicenda vobis. Nec cutus facti dictiq́ contagione præſens violer.) Pro dictiq́, repone dictiue. Si hæc profectio & non fuga eſt.) Scribendum, Si hoc profectio, & non fuga eſt. Satricum Longulam.) 62. G. Nuſquam ferè maior exemplarium vetuſtorum diuerſitas, quam in nominibus proprijs vel hominum vel locorum. In Vormacienſi codice ſemper eſt Longuia. Sic autem hic habet. Satricum, Longuiam, Poluſcam, Coriorolos, Nouellam, hæc Romanis oppida ademit. inde Lauinium (fortè Labinium) recipit. tunc deinceps Corbionem, Veteliam, Trebium, Labicos, Pedum cepit. poſtremum ad vrbem à Pedo ducit, & ad foſſas Cluuilias. Et quam armis viri defendere. Non eſt abſurda lectio, ſed tamen in ſcripto volumine legitur, Et quoniam armis. Coriolanus propere vt amens. 62. K. Adulteratum verbum eſt propere. tu repone propè. Coriolanus prope vt amẽs. Munus vulgatum à ciuibus iſſe in ſocios.) In vetuſto codice quidam ſcripſerat, eſſe. Paulò pòſt illic eſt. Quid ita enim. Item, Partem tertiam. Certatim plebi indulgere.) 64. F. Antiqua lectio, Vt certatim, indulg. Idq́ propius fidei eſt.) Emenda locum: Idq́ propius fidem eſt. Apparet quam fuerit verſatus in lectione bonorum authorũ, qui non putabat Latinè dici, Propius fidẽ. S Cornelio, Q. Fabio conſulibus.) In veteri volumine eſt: Seruio Cornelio. Seditio domeſtica bellum externum exciuit.) Corrupta ſententia eſt. ſcribendum: Eo infeſtior facta plebes, ſeditione domeſtica bellum externum exciuit. Sensus eſt: Seditionem domeſticam externo bello dediſſe occaſionem. Neque enim rebellaſſent Volſci & Aequi, niſi diſcordibus Romanis. Patres ſatis ſuperq́ gratuiti furoris in multitudine credentes eſſe.) Reſtitue ſententiam hoc modo. Patres ſatis ſuperq́ gratuiti fauoris in multitudinem credentes eſſe. Artonam Latinam vrbem.) 65 B. In libro ſcripto legitur: Ortonam Latinam vrbem. Nec eſt mox, Minitabantur, ſed Minabantur. Infrà ſic diſtingue: Ducendus Fabio in Veientes, in Aeq. ſ. datur. Iniuſſi ſigna referunt. Mendoſum vocabulum eſt iniuſſi. tu caſtiga, iniuſſu ſigna referunt. Sic enim paulò poſt iterum loquitur, Iniuſſu, inquit, in caſtra reditum. T. Pontificius fuit.) Antiqua ſcriptura ſic habet. T i a. Pontificius. hoc eſt Tyberius Pontificius. Sic diſtingue: Et hic annus Tr. a. l. a. habuit, Tyb. Pontificius fuit is, eandem viam vel. Præceptis Appij moniti patres vniuerſi) Hic &, particula magno ſententiæ detrimento deeſt. Tu ſic ſcribe: Præceptis Appij moniti patres, & vniuerſi comiter ac benigne tribunos appellare, & conſulares. Et quæ ſequuntur, Nouemq́ tribunorũ) Quid nobis hic Liuius narrat de auxilio nouẽ tribunorum? nonne antè dixit, duos tantùm creatos tribunos, qui treis ſibi collegas aſciuerint? Num igitur memoria lapſus eſt, qui decem tribunos hic aſtruat, qui longè poſt ſunt inſtituti, ceu tertius liber indicabit? Inſpiciamus veterem codicẽ, conſentiunt verba. Ergo tuebimur lectionẽ? Minimè. Scribemus Nouumq́ tribunorum aduerſus vnum moratorem publici commodi auxilio, delectum conſules habent. Porro nouum delectum habitum dicit Liuius, id quod ideo factum eſt, ne proditor ille exercitus qui Fabium aduerſus Veientes pugnantẽ penè deſtituit, magno reipub. damno rurſum educeretur. Nouus igitur militum delectus habitus auxilio cæterorum quatuor tribunorum. Iam errori cauſam præbuit quod ſciolus aliquis neſciens adiectiuũ, nouumq́, eſſe referendum ad ſubſtantiuũ delectum, quod paulo poſt ſequitur, quum non quadrarent hæc duo verba, nouumq́ tribunorum, ſcripſit, nouemq́ tribunorũ. Id mendum è manu ſcriptis exemplaribus in excuſos typis codices poſtea transfuſum eſt: nec quiſpiam obſeruauit. Debent hanc mihi gratiam ſtudioſi, qui meo Marte poſt longam inquiſitionem germanum hic vocabulum de poſtliminio reſtitui. Ea ſpes Hetruſcos armauerat.) 66. G. Scribendum, Hæ ſpes Hetruſcos armauerant. Memoriaq́ peſſimi pr. bel. exempli terrebant) Lege, Memoria peſſimi proximo bello exempli terrebantur. Sine que particula annexa. nam hoc ſermonis genus aſſeueratiuus eſt. Quidam in Vormacienſi codice caſtigarat, Terrebat: vt memoria caſu nominatiuo legeretur. Tergiuerſatur tamen Fabius. 66. K. Sic ſcribe, diſtingue ac rogo expone Tergiuerſantur tamen: ſubaudi Conſules. Nam mox præceſſit. Ad conſules curritur. Fabius deinde ad creſcentem tumultum iam metu ſeditionis collega concedente, quum ſilentium claſsico feciſſet. Niſi victores ſe redituros ex hac pugna iurent.) Non erat hic opus mutare lectionem ſcripti voluminis, quæ habet, Iurant. Præcedit enim aliud verbum, Itaq́ certum & decretum eſt. Alioſq́ iuratus inuocat deos.) Adulteratus locus eſt temeritate ſcioli cuiuſpiam. Neque enim ſimpliciter hic inuocat deos. nam ſequitur: Idem deinceps omnis exercitus in ſe quiſque iurat. Proinde caſtigandæ ſunt hic vulgatæ editiones ad codicem manu ſcriptum, qui ſic habet. Si fallat, Iouem patrem, Gradiuumq́ Martem, aliosq́ iratos inuocat deos. Senſus eſt. Iram deorum Iouis & Martis ſibi ipſi imprecatur, ſi fallat. Nunc aptè cohærebit ſequens ſententia. Idem deinceps omnis exercitus in ſe quiſque iurat. Paulò pòſt vbi vulgò legitur, Nunc armatis ſibi: in antiquo volumine eſt, Nunc armati, vbi ſubaudiri poterat verbum iubent. Pugna iam ad manus.) Vetus lectio, Pugna iam in manus, iam ad gladios, v. m. e. a. venerat. Paulo inferius vbi vulgò legitur. Conſuli tum Cæſo Fabius, in ſcripto codice eſt, Gaius Fabius, Iterum paulò pòſt, G. Fabius ecum Tito Virginio c o s. factus. Cn. Manlius.) Exemplar vetuſtum ter habet Manlius: ſemel, Manilius. Item infrà Et ſua ſponte ipſi prælium renouant. Funera deinde duo, collegæ fratriſq́ ducit.) 68. F. Ex his verbis poſſet aliquis putare funera iſta duo ſimul à conſule & æquali honore ducta. Proinde non erat eradendum hic aduerbium deinceps quod vnum poſt alterum ductum fuiſſe declarat. Ad ordinem enim deinceps refertur, ſignificans aliquid gradatim fieri. Itaque ſic eſt reſtituendus locus ex archetypo Borbetomagenſi. Funera deinde duo, deinceps collegæ fratriſq́ ducit. Senſus eſt: Prius ductum funus collegæ tanquam conſulis, poſterius fratris funus. Quæ res & Fabij modeſtiam commendat. Sic libro quinto: Sed antecedente fama nuntijsq́ Cluſinorum, deinceps inde aliorum populorum plurimum terroris Romam celeritas hoſtium tulit. Rurſum eodem libro. Intuemini enim horum deinceps annorum vel ſecundas res vel aduerſas. Iterum libro ſexto: Interreges deinceps M. Manlius Capitolinus, Ser. Sulpitius Camerinus, L. Valerius Potitus. hic demum. Deinceps, id eſt quod vulgò dicunt, alius poſt alium, & ſucceſsiuè. Quàm recens dolor proximæ cladis tranſiſſet.) 68. I. Antiqua lectio, Tranſiret. nec erat opus mutare. Ex fauore & admiratione ſtupens.) Præpoſitionem ex, inter prælegendum aliquis adiecit, quæ poſtea recepta eſt in contextum. Tu rurſum deme. Sequitur infra, Id primo acerbum indignumq́ Veientibus eſt viſum. Exemplar antiquum. Hæc ſpes adeo prouexit) 70. F. Lectio vetus, Hæc ſpes prouexit. Quæ res paucitatem eorum inſignem.) Inſere hic particulam &, Quæ res & paucitatem eorum inſignem, & multitudinem Hetruſcorum, &c. Sic Liuius loqui ſolet. Eo nixi corporibus.) A nitor nixus dicimus & niſus. Sed video magis Liuio placuiſſe niſus. Vt hic, Eo niſi corporibus. Et inferius paulò: Quum & patres minus quàm pro Coriolano adniſi eſſent. Rurſum infrà: patres quoque non temerè pro vllo æquè adniſi ſunt. Vt taceam de alijs locis. Vt primo pugnatum ſit ad Spei.) Conſentit exemplar Borbetomagenſe. Sic autem dictum eſt hic, Ad Spei, quemadmodum ante, Ad Iouis Statoris. Quod inopia frumenti, quanuis præcipitia, dum celeriora eſſent, agebant conſilia.) 70. I. Hic locus non ſolum in editionibus peruulgatis omnibus eſt adulteratus, ſed & in manu ſcripto codice, qui vt rectè habet, in præcipitia, ſic perperam continet, agebant. Tu ſic caſtiga, Quod inopia frumenti, quanuis in præcipitia dum celeriora eſſent, agebat conſilia. Siquidem inopia nominandi caſu dictum eſt. Aegritudineque. inde morbo abſumptum eſſe.) Scribendum eſt, Negant tuliſſe ignominiam ægritudinemq́: Inde morbo abſumptum eſſe. Aegritudo refertur ad animum, morbus ad corpus. Vt dum diſperſi alij, alij manipulatim excurrunt.) Lectio vetus, Vt dum diſperſi, alij alia manipulatim excurrunt. Alia, ſubaudi porta. Nam mox ſequitur, ea porta caperetur. O pulchrè tractatum Liuium. Cui ſignum primum intulerat.) Repone, Cui ſigna primum intulerat. Sic infrà, Nec ante reſtitit, quàm ſigna inferentem Volſcum munimentis vidit.

Duxq́ potentiſsimæ, & maximè finitimæ gentes ſuperatæ ſunt.) 71. C. Legendum ad volumen ſcriptum, duæ potentiſsimæ & maximæ, finitimæ gentes ſuperatæ ſunt. Nec tamẽ perpelli potuere, vt acie dimicarent) Archetypon ſcriptum habet, Nec tamen perpeti potuere, vt acie dimicarent. Suſpicor ſcripſiſſe Liuiũ, Hæc tamen perpeti potuere, quam vt acie dimicarent. Subauditur potius, aut facilius, aut ſimile comparatiuum more Græco. Quod orationis genus etiam alibi indicabimus in libris ſequentibus. Adeoq́ neminem noxę pœnitebat.) In exemplari ſcripto legitur, noxiæ. Dicitur autem noxis ſubſtantiuè non minus quàm noxa. Hoc admonendum duxi, propter eum qui hic pro noxiæ ſcripſit, noxæ, velut emendans locum. Palamq́ ferrent.) Legendum, Palamq́ ferretur, imperſonaliter. Inferius paulò vetus codex habet, cum in ſenatum vocari iuſsiſſent. Magisq́ placet vulgata lectio. Qui eum vexandis prioris anni conſulibus adminiſtraturum tribunatum credebant. 72. I. Vetus lectio, permiſſurum adminiſtraturum tribunatum credebant. Opinor legendum,

duci. Quietem vexandis prioris anni consulibus permissum administraturum tribunatum credebant. Nam illi plebs tribunatum planè permiserat. Paulò post est in veteri, cum recentior, tum acrior. In accusationem Appij.) 73. A Deest hîc pronomen, ipse, in editionibus peruulgatis Ipse in accusationem App. Sequitur paulo pòst iuxta antiquam lectionem, Ego hic, aut in conspectu vestro moriar. Dum tribuni, consulesq;.) Antiqua lectio, Dum tribuniq; consules ad se. Coniicio scribendum, Dum tribuniq; consulesq; ad se quisque omnia trahant. Paulo pòst lege, Vt si qua successio plebis fieret, ad se receptum haberet. Non, haberent. Quæ domi esse, ac liberior.) 73. E. Castiga. quæ domi, esse liberior. Se vnico consule obiecto contra Trib. pot.) Scribe, electo. Nequaquam tanta patrum spe, priores impedierant consules.) Lectio manu scripti codicis. nequaquam tanta patrum speriores impedierunt consules. Lege, Nequaquam tanto patrum, subaudi conatu, superiores impedierint consules. Iam totus ambitus sic legi poterit, Eadem in militia sæuitia quæ domi, esse liberior, quod sine tribunitijs vinculis erat. Odisse plebem plus quàm paterno odio Se victum ab aa. se vnico consule electo aduersus tribunitiam potestatem, perlatam legem esse quam minore conatu, nequaquam tantò patrum, superiores impedierint consules. Vt inuictus ille od. pl. a. interdum mouatur.) Scribe mouaretur. Moa pro tribus infinitis, agera, dicare, vocare: rapone, ageret, diceret, vocaret. Item tribunos plebis potiua quàm Trib. plebeios. Nam in libro scripto legitur, tribunos plebei. Iuxta quintam inflexionem, quemadmodum & Plinius auunculus vsurpauit. Porrò subinde legitur in exemplari archetypo: Tribuni plebei, non plebis. à nominatiuo plebes, non à denominatiuo plebeius. Duplicariosq;.) Quidam in vetusto volumina scripserat, Duplicariosq;. Omnis militi data est. 74. I. Antiqua lectio: Ea omnis militi data est. Tum duci. p. d p. q p. exercitus redijt.) Melius in archetypo Vormaciensi legitur. Quum duci, tum propter ducem patribus quoque placatior exercitus redit. Aut supplex prehensaret homines) Volumen vetustum non hic modo, prensaret habet, sed & alijs innumeris locis. Item, prendi, quod vulgò legitur prehendi. De qua re semel admonuisse sufficiat. Ante tamen quam prædicta dies veniret.) In antiquo Codice legitur, prodicta dies. Tu scribe, producta dies. Cuius collaudationem cum tribuni plebis impedire conarentur.) Quid hic facit collaudatio? Emacula locum ad fidem exemplaris vetusti. Cuius laudationem cum tribuni plebis impedire conarentur. Sequitur autem mox. Et laudationem tam æquis auribus mortui audiuit. Rursum libro quinto. Matronis, inquit, gratiæ actæ honosq; additus, vt earum sicut virorum post mortem solennis laudatio esset. Hoc vocabulo pro oratione funebri Cicero quoque vsus est in Catone Maiore. Est in manibus, inquit, viri laudatio. Quintill. libro 3. Nam & funebres laudationes, inquit, pendent frequenter ex publico aliquo officio. Omnis ira belli ad populationem agri vertitur.) O hominem doctum, qui hic pro vertit supposuit vertitur. Tu repone, vertit. De quo genere sermonis suprà admonuimus. [illegible] pro victo relinqueret hostem.) 75. C. Corrige, Cur pro victo relinqueret hostem. P. Quintius.) Antiqua lectio, T. P. Quintius. Sic paulò superius scriptum fuit. L. P. Valerio T. Aemylio coss. Vbi vulgo tantum legitur, L. Valerio. Impetu facto dum se putant vinci, vicere.) Non intellexit Liuij scopum, qui hunc locum adulterauit. Nam dicit author salubri mendacio de fuga hostium, concitatam aciem fuisse cessuram alioqui. Itaq; qui putarent se vincere, qui tamen succumbebant, animo resumpto, vicer[e]. Vide quid potuerit opinio duntaxat victoriæ. Germana lectio sic habet: Impetu facto, dũ se putant vincere, vicere. Cornicines tibicinesq;) Scribendũ, Tibicinasq;. Ferocius agunt equites circumfusi ducibus. 76. H Vetus lectio circumfusi duci. Saxa adiacentia pedibus ingerit in subeuntes. Reponendum: Saxa obiacentia pedibus ingerit in subeuntes.

IN T. LIVII LIBRVM TERTIVM ANNOTATIONES, PER BEATVM RHENANVM.

TRIBVNITIIS se iactari actionibus.) 77. A Scribendum. Tribunitijs se iactare actionibus. Elargiendo de alieno) Vitiatus locus est. Corrige: Et largiẽdo de alieno. Totam verò sententiam sic distingue: Possessores & magna pars patrum tribunitijs se iactare actionibus, principẽ ciuitatis, & largiendo de alieno popularẽ fieri quærentes. Consilio neutri partium acerbo.) Repone, neutri parti. Antium propinquum Lectio veter. Antium propinquam, opportunam & maritimam vrbem Sic infrà Coloniam fidam, propinquam, infamen fieri. Triumuiros agro dandu creapt.) In archetypo Vormaciensi legitur: Triumuiros agro dando creat. Subaudi Fabius cos. Abijs proximi audita.) 78. H. Codex manu scriptus habet Ab his proximè audita. Quam lectionem si quis sequi volet, cogetur mox legere, ferri. Mox illic est, vocato, dein senatu. Funestam ei populationem fecit.) Ei datiuus non est in exẽplari Borbetomagẽsi. Nec est hic necessarius. Censa ciuium capita centum quatuor & xx. millia, CCXIIII) Antiqua lectio: Censa ciuium capita CIIII. A CCXIIII. Fortasse scribendũ: Quater centena millia, Ducenta quatuordecim. Adeo ciuitatas hæ perpetuo.) In archetypo legitur: Adeo ciuitates ex perpetuo. Quidnam rei esset.) 79. A. Vetus lectio Quid rei esset, absq; parelco nam. Se in castra recepit.) Scribe, Se intra castra recepit. In incautum hostem. In volumine Borbetomagensi legitur. In cautum hostem, nec displicet lectio. Præcedit enim: Tanta vi castra circunsessa atq; oppugnata fuisse, vt ne nuntius quidem Romam mitti potuerit. Non itaque Furius hostes est adortus tanquam parum cautos, sed quia copiæ illorum propter obsidionem diuisæ erant, suæ verò collectæ. V. mill. ac CCC.) 79. E. Manu scriptum exemplar tantum habet: V A CCC. Hoc est, quinquies mille, trecentos. Inde Romam reditum est.) Locus vitiatus. Tu corrige, Vt Romam reditum est. Mox præcessit, Inde, quod verbi hic repetijt scriba parum attentus. Et auxere vim morbi terrores populationis.) O homines bliteos imbecillesq;, quibus terrores populationis audiri solùm auxerunt vim morbi. Quid futurum erat de istis, si ipsi hostes in conspectum venissent expiraturi erant præ metu. Hoc ne conuenit Romanis? Deprauauit sensum vnica dictio perperam mutata. Sic scribe: Et auxere vim morbi, terrore populationis pecoribus agrestibusq; in vrbem acceptis. Expone, auxere vim morbi: subaudi, Romani. pecoribus agrestibusq; in vrbem acceptis, terrore populationis, id est ob terrorem populationis hostilis. Mox est in veteri: Inde exercitu ingenti. Per Lauicanos agros.) 80. I. Suprà fuit scriptum Labicum. Hic habes Lauicanos agros. Mos fuit veterum scribarum v pro b ponere, & vicissim b pro v. quod etiam alibi indicauimus. Latè euagata est vis morbi.) Verbum euagata non habet hic locum. Tu castiga Latè vagata est Corpora salubriora esse cœpere.) Legendum ad fidem libri veteris. Corpora salubriora esse incipere, id est incipiebant, qui sermo familiaris est historicis. Cum exitus haud in facili esset. 81 C. Scribe Quum exitus haud in facili essent. Numero multitudinis. Mox est in veteri codice. Vbi etsi adiectum aliquid numero sit. Inter alia prodigia & carnem pluisse: quam in vrbem ingens numerus auium intra volitando rapuisse fertur.) 82 H. Hæc prodigia acciderunt Romæ dubio procul. Et tamen hic narratur, aues carnem illam pluuialem in vrbem rapuisse. Quædam periodi istius verba prodigiosa sunt corrupta. Nam pro, quam in vrbem scribendum est, quem imbrẽ. & pro duobus vocabulis intra volitando, reponendum vnum verbum interuolitando. Dicimus enim, interuolito, sicut interuro. Prætereà non carnem pluisse, sed carne pluisse legendum. Vt hæc sit germana lectio, Inter alia prodigia & carne pluit. quem imbrem ingens numerus auium interuolitando rapuisse fertur. O negligentiam nostram ingentem, qui non dignamur veteres codices inspicere. Hoc prodigium Valerius Max. libro primo, capite de Ominibus & auspicijs, his verbis describit: Carnesq; in modum nimbi, inquit, ceciderunt, quarum maiorem numerum præpetes diripuerunt aues. Reliquum humi per aliquot dies, neque odore tetro, neque deformi aspectu prostratum iacuit. Vocat nimbũ Valerius, quod imbrem Liuius dixit. Nequis in loca summa vrbis impetus, cædesq; inde fierent.) Arbitror esse nequi pro ne quis, de quo loquendi vsu veterum etiam alibi dicturi sumus. Et si abscissæ res sint.) Archetypon Borbetomagense habet. Etsi abscissæ res sint. Vtraque mendosa lectio. Tu meam authoritatem secutus scribe: Et si accisæ res sint, hoc est amputatæ, exhaustæ, debilitatæ. Sic libro sexto: Post accisas, inquit, à Camillo Volscorum res. Et paulo pòst: Quanquam, inquit, nuper Camilli ductu atq; auspicio accisæ res erant Metaphora deducta videtur ab auibus, quibus alæ am[pu]tantur. Egere Antiates colonos. Hic locus fuerat a[...] mutandus.

notandus. Sed professoribus omnia plana sunt. In verbo eijcere non mendum est, sed portentum plane errati. Siquidem legendum: Ecetræ Antiates colonos. Et ita distinguenda sententia: Antij summam rei positam. Ecetræ Antiates colonos palàm concilia facere. Id caput, eas vires belli esse. Fuit Ecetra Volscorum oppidum. Porrò faciunt ad hunc locum intelligendum quæ suprà sunt dicta. Libet ea repetere: Itaque Aequi, inquit, ab Ecetranis Volscis præsidium petiere: quo cupide oblato (adeo ciuitates ex perpetuo in Romanos odio certauere) bellum summa vi parabatur. Sentiunt Hernici & prædicunt Romanis Ecetranum ad Aequos descisse. Suspecta & colonia Antium fuit, quod magna vis hominum inde, quum oppidum captum esset, confugisset ad Aequos. Isque miles per bellum Aequicum vel acerrimus fuit. Compulsis deinde in oppida Aequis, ea multitudo dilapsa quum Antium redisset, sua sponte iam infidos colonos Romanis alienauit. Hactenus Liuius. Quæ propterea duxi renarranda, vt manifestum euaderet, quur Antij summam rei positam fuisse dicat, & Ecetræ potius quàm alibi palam concilia facta. Sed virium spe, sed manu obtinendum erat.) 83. A. Antiqua lectio. Sed virum spe, & manu obtinendum. Sibi qui non dicto, qui non facto) Alterum qui superabundare docet exemplar vetustum, in quo legitur tantum: Sibi qui non dicto, non facto quenquam offendisset. In iuuentutem grassantem in Suburra incidisse.) Antiquus codex tantum habet: iuuentutem grassantem in Suburra incidisse. Semianimem inter manus domum allatum.) Scribe. Semianimem inter manus domum ablatum. Cui reo capitalis dies dicta sit.) Violauit hic sciolus quispiam verba Liuiana. Tu corrige: Cui rei capitalis dies dicta sit. Neque enim dicimus diem capitalem, sed rem capitalem, id est quæ vitam hominis in discrimen adducat. Veluti relegatus agello quodam in tugurio viueret.) Et hic locus infeliciter instauratus est. Antiqua lectio habet: Veluti relegatus deuo quodam tugurio viueret. Ex qua germanam sic restitue. Veluti relegatus, deuio quodam tugurio viueret. Ad quatuor millia hominum.) 84. K. Vetus lectio: ad ∞ ∞. hominum. Id est, Ad duo millia hominum. Ad opportuna omnia vrbia loca.) In scripto codice legitur: Ad opportuna omnis vrbis loca. Auocato populo ab armis. 85. C. Scribe: Aduocato populo ab armis. Aduocato, subaudi ad concilium. Sic infrà: Propositis decem tabulis, populum ad concionem aduocauerunt. Ad multitudinem oratione conuersa.) Exemplar vetustum tantum habet, versa. Si quis impediat.) Lege: Si qui impediat. Nam dictum est, Si qui pro si quis, quod & Ciceroni solenne est. L. Manlius. 86. G. Antiqua lectio: L. Mamilius. Si se doceri siuissent.) In codice Vormaciensi legitur, si se doceri sensissent. Non dubito quin scriptum fuerit, si edoceri se sissent. Sissent pro siuissent. Sic enim aliquanto post sequitur: Duum, inquit, mensium spatium consulibus datum est ad inspiciendam legem, vt cum edocuissent populum, quid fraudis occultæ ferretur, sinerent deinde suffragium inire. Intrà est: Pace parta, non, parta pace. Cuius ordinis langore perpetuò tam tribuni plebis.) 86. K. Vitiata sunt verba. Corrige: Cuius ordinis languore, perpetui iam tribuni plebis. Perpetuos dicit, quod ijdem subinde reficerentur. Id quod ex præcedentibus magis liquet. Et ex eo quod mox sequitur. Loquaces, seditiosos, semina discordiarum iterum ac tertium tribunos, pessimis artibus ac regia licentia viuere. Vbi obseruandum in archetypo nostro scriptum esse: iterum ac tertium tribunus, non tertio tribunos. Huc facit quod infra dicit: Plebes, inquit, vicit vt quintùm eosdem tribunos crearent. Et ibi mox. Id, inquit, modo excepere, ne postea eosdem tribunos viderent.

Et vos (cum C. Claudij pace, & P. Valerij mortui loquar.) Expunge præpositionem, cum. Et scribe. Et vos (C. Claudij pace, P. Valerij mortui loquar. Atenim diuinis humanisque abruptis legibus, legem vos hoc anno perlaturos dictitatis?) Fœdè est deprauatus hic locus. Nam pro abruptis legibus, scribendum est, obrutis sceleribus. hoc modo: Atenim diuinis humanisque obruti sceleribus, legem vos hoc anno perlaturos dictitatis? Porrò vocat diuina scelera quæ in deos sunt commissa, dum non à sacrilegis propugnantur, quod vocabulum hic aliquem offendit. Sic vocat diuinas & humanas res libro quinto. Atque his diuinis, inquit, humanisque rebus gestis dictatura se abdicauit. Item humanas opes eodem libro paulò ante: Quum iam, inquit, humanæ opes egestæ à Veijs essent. Et intrà. Saluo etiam tum, inquit, discrimine diuinarum humanarumque rerum. Mox est in veteri libro, malè gesta respubl. est.

Nescio quo fato magis bellantes, quàm pacati propitios habeamus deos.) Repone, habemus. Nec censebit paruum hoc erratum doctus lector, vt contemni debeat. peragendi consularis officij partem ad se vendicabat. Codex Borbetomagensis docet legendum: In peragendis consularis officij, partem ad se vindicabat. Paulò pòst in eodem est: Ad recipiundum Capitolium. Et tribunos, si eò aduenіant.) 87. E. Lectio vetus. Si eo veniant. Senatus consulta fiunt: vt neque tribuni l.) In exemplari manu scripto, non est particula, vt, quæ planè abesse debet, vt sua forma senatusconsultis constet, quorum primum ita incipit: Neque tribuni legis. Non permistim vnam sociorum ciuiumque.) 88. I. Scribe. Non permixtam, vel permistam. Sic enim in antiquo volumine legitur, & placet lectio. Subauditur, aciem. Vt distinerent hostium copias. Mendosum verbum est, distinerent. Tu castiga, distenderent, id est, distraherent, separarent. Sic libro nono: Distendit ea res, inquit, Samnitium animos. Paulò pòst est in veteri, Postquam mœnibus iam Romanis pulso hoste. Ita esse multi priuatim ferebant Volscio iudices.) 89. C. Repone: Nisi ita esset, multi priuatim ferebant Volscio iudicem. Quum ad iudicium ire non iuderet, omnes eas res in vnum congruentes, haud magis dubiam damnationem Volscij, quam Cæsonis Volscio teste fuerat, faciebant. Est autem ferre iudicem, velut offerre iudicem. Sic infrà: Proinde vt ille iterum ac sæpius prouocet, sic se iterum ac sæpius iudicem illi ferre ni vindicias ab libertate in seruitutem dederit. Verba sunt L. Virginij aduersus Appium Claudium. Hoc sermonis genere & Marcus Tullius vtitur. Romam rediere legati. 90. G. Vetus lectio: Romam vt rediere legati. Scribo: Romani vt rediere legati senatus iussit alt. Quod vbi senserunt hostes.) Melius in antiquo Codice legitur: Quod vbi senserant hostes. Nihil tam nec inopinatum, nec tam insperatum accidere potuit.) Volumen manu scriptum habet. Nihil tam nec innpinatum, nec tam insperatum accidere potuit. Lego: Nihil tam nec inopinatum, nec tam insperatum accidere potuit. Porro, necopinatum subinde Liuius vsurpat pro inopinato, quemadmodum & alibi admonuimus.

Nisi effuse affluant opes.) Hic omissum est aduerbium, vbi, in editionibus vulgatis. Tu repone Nisi vbi effuse affluant opes. Bipalio innixus. Archetypi scripti lectio, palo innixus. Sensus est. L. Quintium inclinasse in palum, qui fortè illic erat terræ infixus. Nihil igitur opus fuit bipalio scribere, quod instrumentum est rusticum. Admiratus rogitansque, satisne salua essent omnia?) In exemplari illo Borbetomagensi legitur: Admiratus rogitansque sat iam satisne salua essent omnia? Scribo: Admiratus, rogitansque etiam satisne salua essent omnia? Aut. Admiratus, rogitansque satin salua essent omnia? Sic libro sexto, Percontatus satin saluæ. Proinde librarius videtur mihi pro satin scripsisse sat iam, & glossam eius aduerbij, id est, satisne retulisse in contextum. Sed qui cum stipendia pedibus propter paupertatem fecisset. 91. A. Hic locus turpiter est violatus, ob vnicam literam malè mutatam. Legendum est: Sed qui cum stipendia pedibus propter paupertatem fecisset. Legionibus dictatoris clamore significantibus.) Vitiatus locus est. Scribe. A legionibus dictatoris clamore significant, ab eaque parte rem in discrimine esse. A legionibus dictatoris, id est, à parte legionum. Significant, subaudi milites. Iam se ad prohibenda circundati opera Aequi parabant.) In editione Asulanica legitur ita. Tu castiga: Iam se ad prohibenda circundari opera Aequi parabant. Intrà legitur in libro manu scripto, coronam auream dictatori libram pondo decreuerit. Appositiuè. Confestimque se dictator magistratu abdicasset.) 92. K. Scribe: Confestim se dictator magistratu abdicasset, dispuncta particula que. Quòd verè mox sequitur: Lanuuium exulatum abijt, & est in exemplari vetusto. Lanuuium exilium abijt, poterit etiam legi Lanuuium in exilium abijt. Noua de delectu contentio exorta.) In volumine Vormaciensi, tantum est, orta, non, exorta. Parimque id plebi præsidium foret.) Sic in editione Asulanica legitur, quæ nunc sola est ad manum. Tu repone, paruumque id plebi præsidium foret. Inuidiæ tamen ad exercitum fuit.) 93. D. Hic omissum est vocabulum, res. Restitue locum: Inuidiæ tamen res ad exercitum fuit. Cum de legibus conueniret, de latore tantùm discreparent. Scribendum: De latore tantum discreparet. Quemadmodum enim conuenit vsurpatur, sic & discrepat. Ita quoque Suetonius vsus est. Mox est in veteri: Dein duo simul mala, non deinde. Publius Sextilius Capitolinus.) 94. F. In manu scripto Codice legitur: Publius Sextius Capitolinus. Et mox: Sextin alteri consulum prioris anni. Et vnica concordia inter ipsos, qui consensus in priuatis interdum inutilis esset.) Hunc locum sciolus quispiam pro libidine sua tractauit. Germana lectio sic habet: Et in vnica concordia inter ipsos, qui consensus priuatis interdum inutilis esset, summa aduersus alios æquitas erat. Mox in nostro exemplari non est Publium Sextium, sed loco prænominis dimissa lacunula.

Eas

Eas leges habiturum populum Romanum, quas consensus omnium non iussisse latas magis quàm tulisse videri posset.) Delerunt hic quidam verbum, quod in primis ad sensum facit. Nam in Vormaciensi volumine legitur, inuasisse non iussisse latas. Proinde sic restitue sententiam: Eas leges habiturum populum Romanum, quas cõsensus omnium inuasisse, nec iussisse latas magis quàm tulisse videri posset. In trinundinum indicte sunt.) 95.A. Antique lectio: In trinum nundinum indicte sunt. Trinum nundinum etiam appellat Quintilianus, quum inquit: Siue non trino forte nundino promulgeta. Per illos se plebi vendicare.) Pudendum erratum est. Scribe: Per illos se plebi venditare. Obsecundendo mollire impetum aggrediuntur.) In menu scripto volumine legitur, tamen mendose, obsequendo, se cum dando. Quorum prius libenter dicerem posterioris fuisse glossulam expositricẽ, nisi scirem obsecundare plus esse quàm obsequi. Vt intelligamus collegas non solùm obsecutos in ijs quę cupiebat Appius Claudius, verumetiam obsecundasse & vltro hominis ambitionem adiuuisse. Ars ea hæc eret.) Pronomen ea nescio quis affuit aliunde. Non est in archetypo Borbetomegensi. Nec hic necessarium. Melius leges. Ars hæc erat. Pro hac occasione arripuit.) Et hic ablatiuum hac quispiam infulsit, quum non sit in libro veteri. Tu dispunge & lege, impedimentum pro occasione arripuit. Intercesionem quoque consensus sustulerant.) 95.E. Ingens erratum hic est. Corrige: consensu sustulerant.

Pronunciebantur in foro. Placet antiqua lectio Iudirie domi constabant, pronunciabãt in foro. Infrà debet esse: Si ex quoque leges. Tribunitiam potestatem munimentum libertatis rem intermissam repararent.) Scribe munimentum libertati, id est tribunitiam potestatem. quæ est munimentum ipsi libertati. Seu futurum munimentum libertati. Hi ferà agere plebem plebisq; res.) Insigne erratum huius loci, quum sit tam manifestum, mirum est quomodo doctos tam diu potuerit fallere. Vide quam egregiè se vlciscantur veteres libri non inspecti. Corrige: Hi ferre agere plebẽ plebisq; res, id est, expilabant plebem diripiebantq;. Quo loquendi genere sæpè Liuius vtitur. Sic alibi: Tum demum fracta pertinacia est, vt ferri agiq; res suas viderunt. Item: Quum ante oculos prope suos, sociorum res ferri agique videret. Hoc Græci dicunt, φέρεσθαι καὶ ἄγεσθαι & φέρειν καὶ ἄγειν. A quibus nostri vsurparunt. Potentioris esset etiam, ne tergo quidem abstinebatur, virgis cædi alij, alij securi subijci.) Malim sic distinguere: Et iam ne tergo quidem abstinebetur. virgis cædi, alij securi subijci. Nam in scripto codice tantùm semel est, alij. Infrà est, quid opus facto sit. Item: Postquam audita vox in foro est præconis. Hæc fremebat plebes.) 97.A. Antiqua lectio: Hæc fremũt plebes Sic ante habuimus Quod haud secus factum improbant boni, quàm nemo facere ausurum crediderat. Vbi vulgo legitur improbabant. Senatumq; in diem posterum edicunt.) In volumine archetypo legitur tantum: Senatumq; in diem posterũ dicunt. Scribo, indicunt. Nec nominis homines tum pertæsum esse.) 97.B. Liuius indubiè scripsit, quemadmodum attestatur liber manu scriptus: Nec nomẽ homines tum pertæsum esse. Sic autem & Suetonius in Cæsare.:. quasi pertæsus ignauiam suam. Item, pertæsus, vt scribit, morum peruersitatem eius. Quid igitur opus fuit hic scribere nominis, licet non negem & id Latinè dici. Non solùm enim accusatiuum id verbum post se recipit, sed & genitiuum. experirentur, quanto ferocior dolor in libertate sua vindicanda, quam cupiditas in iniusta dominatione esset. In exemplari veteri pro ferocior scriptum est fortior. Nec est in libertate sua, aut in iniusta dominetione, sed tantùm libertate sua & iniuste dominetione. Nam elegantius in subauditur vtrobiq;. Quare crediderim sic scripsisse Liuiũ, Experirentur, quãto fortior dolor libertate sue vindicanda, quã cupiditas iniusta dominatione esset. Paulò pòst est in veteri. Qui anno iam propè. Oratio fuit precibus quàm iurgio similior. Antique lectio. Oratio fuit precibus quàm iurgio similis. Subauditur aduerbium magis vel potius. Cæterum neminem, maiore cura occupatis animis, verum ex se præiudicium rei tantæ afferre.) Ausim iurare hunc Liuij locum vitiatum esse, tametsi vtcunq; stat sensus, vt errorem nemo sentiat. Habet exemplar Vormaciense: Cæterũ neminem maiore cura occupatis animis verum esse præiudicium rei tantæ auferri. Lego: Cæterũ nemini non, maiore cura occupetis animis, verum esse, præiudicium rei tantæ auferri. Sensus est. Verum esse nec posse negari, nemini non auferri præiudicium rei tantæ, ideo quod animi maiore cura sint occupati. Porrò præiudicium rei tantæ, ideo quòd animi maiore cura sint occupati. Porrò præiudicium rei tantæ eleganter vocat, opinionem & sententiam quam senator prius in animo suo conceptam habet, plenè dignam tanta re. Mox est in veteri codice. De eo quo Valerius Horetiusq;. Non, de eo, quod. Senatu discrepante agi.) 98.G. O fœdum erratum, quod prorsus sensum perdit. Scribendum Senatu disceptante agi. Sensus est, bellis perfectis, & rep. in tranquillum redacta, tum vacabit vt senatus disceptet, id est ambigat contendatq;, vt in iudicio fieri solet. Nam hæc significat disceptare. Mox est in scripto volumine: An donec leges quæ deessent perferrentur. Delectum quoque primo tempore haberi & decemuiros. Repone: Delectum primo quoque tempore haberi.

Decemuiros quos cuique eorum videatur, ex. ducere. Absque particula connectrice, &. Non (quod simulabat) consulendo dirimit certamen.) Legendum: Non cui simulabat consulendo diremit certamen. Quàm gnauum in malitia ingenium esse.) Melius in veteri codice legitur: Quàm nauum in malitie ingenium esse. Nauo enim opponitur ignauum. Strenuum id significat Velleius Naua virilique opera. Mox habet scriptum exemplar Et L. Sergio. Item, alie omnis penes milites noxia erat. Porrò non minus Latinè dicitur noxia substantiuè, quàm noxa. Pessima decemuirorum in vulgus fama est.) 99.C. Ex codice manu scripto legendum apperet: Sepultus ingenti militum mœstitia, in pessime decemuirorum in vulgus fame est. Honestum ordinem in Algido ducebat.) Cogitandum num legi possit, pedes tum ordinem in Algido ducebat. Nam plebeius fuit. Certè peditem Romã venisse, & mox in castra rediisse, sequentia testantur. Appius amore ardens pretio ac spe.) Vetus lectio, sed corrupte: Appius amore ardens mens pretio. Fortasse scribendum: Appius amore ardente emens pretio ac spe perlicere adortus. Nam sequitur infrà: Tanta vis amentiæ verius quàm amoris mentem turbauerat. Aut Appius amore ardens immenso pretio ac spe perlicere adortus Aut, Appius amore ardens sensim pretio ac spe perlicere adortus. Ibi namque in tabernis literarum ludi erant. 99.E. Volumen manu scriptum habet: Ibi nanque in tabernaculis literarum ludi erent. Opinor Liuium scripsisse: Ibi nanq; vernaculi literarum ludi erant. Neq; enim crediderim pueros & puellas in humilibus tabernis quæ muris affigi solent, quales fuerunt lanionum, quarum mox meminit, & sutorum ac aliorum opificum, sessitasse in propatulo. Nec dum verò temporibus illis opera Grammaticæ dabatur, quæ nulla adhuc erat. Nam sub secundum & tertium Punicum bellum, vt author est Suetonius in libello de claris Grammaticis & Rhetoribus, huius demum studium Romæ vigere cœpit. Ante id tempus erant ludi literarum Romæ, sed vernaculi tantùm, nondum videlicet loquendi scribendiq; regulis natis. Qualem & illum apud Falerios in Faliscis ludum fuisse dubium non est, cuius magister discipulos Camillo prodidit. de quo Liuius libro quinto facit mentionem. Mores ille docebat, vt verisimile est, magis quàm literas, & exercitijs corpora firmabat. Vernaculi ludi duo seorsum Selestadij fuerunt multis annis, Ludouico, Cratone, Hieronymo & Sapido, hic Latinã profitentibus in altero pueri instituebantur in altero puellæ. Neque enim maioribus nostris promiscui ludi placuerunt, quales vidimus Basileæ, & alijs in locis. Institutionis summa erat, peritia legendi scribendiq; & numerandi. At postquam fatalibus istis tumultibus corrigendæ religionis causa, Germania turbari cœpta est, huc res deuenit, vt vix ludi Latini quarta pars hodie sustineri possit: (Priores illos nanq; professores fere quadringẽtis scholasticis frequẽte schola docuisse constat.) etiam vernaculo ludo puerorum duntaxat in illum contracto. Adeo contemni passim cœperũt literæ, magno Germaniæ incõmodo, quod posteri nostri sunt sensuri. Præcipuè verò dolendum hoc eo tempore accidisse, quo meliores literæ paulò familiarius nostratibus innotuerant. Porrò pro vernaculi, scriba supposuit berneculi recepto illo more. Id bernaculi quum nihil significaret, vertit alius in taberneculis. At quia tabernacula militum sunt tentoria, doctus aliquis pro tabernaculis substituit, tabernis. P. Numitorius puellæ auunculus.) In veteri volumine legitur, auus, subaudi, maternus. Dum præriperent iter nuntij missi in castra.) 100.K. Repone: Dum præciperent iter, hoc est ante caperent. De qua verbi huius significatione suprà admonuimus castigantes libro secundo locum illum, Adeo vt alteram causam non collega solùm præceperat. Sic libro proximè sequenti. Nec ex quo castris, inquit, castra conlata sunt, cessatum a levibus prælijs est, facile patiẽte dictatore conferendo vires, spem vniuersæ victoriæ tentato paulatim euentu certaminum suos præcipere. Nemo eũ adibat.) Pronomen eum, inter prælegendum adiecit aliquis. Non est in exemplari Borbetomagensi. subauditur autem tribunal, vel simile quippiam. In forum adducit.) Scribendum in forum deducit. Quod ius sibi pridie per ambitionem dictum non esset.) Vocabulum ius non est in libro veteri, vt putem absolute vsurpari à Liuio dicendi verbum. Proinde libenter crederem non prorsus absurdam esse paulò superiorem manu scripti codicis lectionem, vbi scriptum est, tosto die se non dicturum, pro eo quod in vulgatis editionibus legitur, ius

eo die

eo dic se non dicturum. Nam fortè iustum diem vocat, quo posset iure dicere, subaudi sententiam vel ius. Cæterum, per ambitionem dictum non esset, intellige per gratiam. Vnde ambitiosa decreta iureconsultis, per gratiam facta, quæ rescindi iubet Vlpianus. Ad comprehendendam virginem.) 101. C. Vitiatus locus est. Emeuda: Ad prebendendem virginem. Non enim M. Claudius comprebendere virginem iubetur, quod lictoris officium est, sed tanquam assertor & dominus prebendere. Sic mox Appius. I lictor, inquit, submoue turbam, & da viam domino ad prendendum mancipium. Illic verò comprehendendi verbum aptum locum habet, vbi aliquanto pòst sequitur: Clamore ed tam atrox facinus orto, excitus Appius comprehendi Virginium iubet. Decemuir alieneto ad libidinem animo.) Non erat hic opus mutare veterem lectionem, quæ habet x. vir alienatus ed libidinem animo. Negat, hesterno tantum conuitio.) Repone, negat, ex besterno tentum conuitio. Mox est in veteri, populum Romem. Filia in libertatem vindico.) Volumen scriptum habet, Filiam in libertatem vindico. Nec est absurda lectio: nisi quis malit legere, filiam mi in lib. vind. Cæteraque qite, in tali re. Nou dubito quin Liuius scripserit quemadmodum est in libro vetusto: Eam ne liberorum procreandorum conditionem, ea pudicitiæ præmia esse, cætera, pro & cætera, subaudi clamitant, quæ in tali re muliebris dolor. Et quæ sequuntur.

Si iure agerent.) 102. H. Scribe. Si iure ageret, subaudi, Appius. Mox dele pronomen se, ibi quoque se. Nam præcedit, vindicare se à priuato. Vbi Virginius mainré quàm liquerat in vrbe motum exciuit.) Scribendum, quàm reliquerat. Flens diu vocem non emisit) Hic postremum verbum perperàm mutatum est. Debet enim esse, vocem non misit, quemadmodum antiquum continet exemplar. Porrò sæpè mitto pro emitto Liuius vsurpat simplex pro composito, sicut & missa participium pro emissa. Si liberè ac pudicè viuere licitum fuisset. Lectio vetus: Si liberè ac pudicem viuere. Fortè scribendum, Si liberè ac pudicam viuere licitum fuisset. Et sequitur paulò pòst: Quia non vltra pudica victura fuerit. Illis quoque enim filias, sorores, coniuges esse.) Liber antiquus habet, coniugesque esse. Sicci cædis memoria reuocata.) 104. F. Scribendum est, renouata. Porrò quòd hic est renouata, paulò pòst dixit redintegrata. Redintegrata, inquit, extemplo est omnibus memoria fœdissimæ potestatis. Quàm qui noua fama de Virginia.) Docet legendum codex vetustus, quàm quem noua fama de virgine adeo fœdè ad libidinem petita accenderat. Imminensque etiam potestatis.) Antiqua lectio, Imminensque & potestati. Opinor legendum, imminensque ei potestati. Nam ipse postea tribunus plebis electus est, & eam potestatem restitui populo summis viribus vrgebat. Sic libro sequente Liuius noster: Interim Romæ principes plebis iamdiu nequicquam imminentes spei maioris honoris. Ita enim legendum docebimus ad fidem vetusti codicis.

Affirmante Duellio.) In exemplari Borbetomagensi legitur: Affirmante C Duellio. Sciturosque quod sine restituta potesta.) 104. G. Codex vetustus habet, sciturosque. Malim legere, sciturosque quàm sine restituta potestate. Aut, sciturosque quàm sine restituta potestate redigi in concordiam ree nequeant. Vbi parum secessione moueamur.) Manu scriptus codex habet, Vbi parum secessione moueatur. Porrò Liuius moueatur impersonaliter dixit. Paulò pòst legitur, Tum Valerius Horatiusque.) Item in castra accipiuntur, non accipiuntur in castra. Quippe liberatores haud dubiæ & motus initio & exitu rei.) In volumine veteri legitur: Quippe liberatores haud dubiæ & motus initio exitu rei. Nescio an Liuius scripserit. Quippe liberatores haud dubiæ motus, initio exitu rei, absque copula &, nam banc sæpè solet omittere. Infrà legitur. Ad impugnandos alios, non impugnandum. Conuellunt inde signa.) 105. C. Hoc verbum obuium subinde est apud Liuium. Sed hoc loco placet mihi lectio vetus quæ habet, Conuertunt inde signa. Est autem conuertere signa redeuntium. Sic libro octauo, Et quum iam portis prima signa & pars agminis esset egressa, nuntio allato de clade Latinorum, quum conuersis signis retro in vrbem rediretur. Porrò offendit iam olim quosdam hoc verbum. Vnde & in Vormaciensi codice ascriptum est in margine, Conuellunt. Quæ lectio deinde in vulgatas istas editiones est recepta. Tum C. Sicinium progeniem eius, quem pri.) Scriptura vetus habet, progenies eius Suspicor Liuium scripsisse: Tum C. Sicinium, progenie eius, hoc est, ex progenie eius. Vt quod tribuni plebis iussissent, populusue teneret.) 105. E. Adulteratus fœdè locus est sic restituendus, Vt quod tributim plebes (siue plebs) iussisset, populum teneret. Codex Borbetomagensis habet plebis pro plebes, quæ vox castigatori imposuit. Et est populum teneret, pro astringeret. Venum irent.) Scribendum, Venum iret, vt referatur ad nominatiuum familia. Sed eum qui deorum cuiquam nocuerit, id ad sacrum sanciri.) Deprauata verba sunt, nec magnopere succurrit nobis exemplar scriptum, quod sic habet: Sed eum qui deorum cuiquam nocuerit, id sacrum sanciri. In hoc tamen iuues quod præpositionem ad, postea vides adiectam fuisse. Ergo meam secutus authoritatem, non eam modò præpositionem expunge, sed & pronomen id, sic legens. Sed eum qui eorum cuiquam nocuerit, sacrum sanciri. Vnde verò pronomen id huc irrepserit, audi, Librarius aliquis extremam syllabam verbi nocuerit bis scripsit, hoc modo, nocuerit, it. Alius castigare volens, posterius it, in pronomen id mutauit. Noceri enim ei, cum hac lege non liceat.) Et hic locus deprauatus est. Nam pro eum scribendum cui, boc modo, Noceri enim ei, cui hac lege non liceat. subaudi, noceri. Quæ antea arbitrio consulum supprimebantur nunciabanturque.) In postremo verbo tam crassum mendum est, vt admodum demirer à nemine hactenus animaduersum. Debet autem esse supprimebantur vitiabanturque. hoc est, corrumpebantur, deprauabantur. Qui plebem sine tribunis reliquissent, quique magistratum sine prouocatione creessent, tergo ac capite punirentur.) Verba pluratiui numeri hic commutanda sunt in singularem, hoc modo, Qui plebem sine tribunis reliquisset, quique magistratum sine prouocatione creasset, tergo ac capite puniretur. Sic & prior lex sonuit, Qui tribunis plebis, ædilib. iudicib. Decemuiris nocuisset. Vnius tantùm criminis nisi te vindices.) Admonet nos liber vetustus scripsisse Liuium, Vnius tantùm criminis nisi iudicem vindices te, ab libertate, &c. Nec vacat vocabulum iudicem, nam arguit rem pro tribunali gestam. In quam conspirasse decemuiros criminati sunt.) 106. K. Scribendum, criminati sint. Clienti dono vindicijs dederit.) Ablatiuus vindicijs superuacaneus est in editione Aiulanica, quæ nunc sola est ad manum. Auunculumque.) Miror cur hoc loco legatur auumque in volumine scripto. Cum tanti viri supplicio sua & plebi iam nimia libertas videretur.) Corrige, suamet plebi iam nimia libertas videretur. Sed necessarium Virginij, & trium tribunorum preces eudirent.) 108. G. Castiga, Sed necessariorum Virginiæ trium tribunorum preces audirent. Nam ipse pater erat, L. Icilius sponsus auunculus P. Numitorius Infrà est, proximus inuidiæ, Et iterum in se sæuiret. Vultusque iam idem tribunorum.) Lectio vetus, Vultusque iam inde, tribunorum erant qui x. virorum fuerant. Cum & noua expiata sint decemuirorum supplicijs.) In archetypo Borbetomagensi legitur, & cum noua. Ego suspicor verbi placet vltimam syllabam per incuriam librarij bis scriptã fuisse, quare & monosyllabum eradendum puto, vt legas & distinguas, Nam neque vetera peccata repeti iam obliterata placet, cum noua expiata sint decemuirorum supplicijs. Et nihil admissum iri. Et quæ sequuntur. Valerius aduersus coniunctos.) 108. K. Ex volumine manuscripto legendum apparet, M. Valerius. Sicut & infrà: Sed consule M. Valerio. Suprà tamen lectum fuit, L. Valerius. Item, Quod ibi sensit consul. Non, consul sensit Præter equitantes, qui absterrent peditum acies.) 109. E. Sic lege, Præter equitantesque absterrent peditum acies, &c. Id consilij animique habituris sum, quod vos milites mihi effeceritis.) Nescio quis huoc locum ausus sit interpolare, quum in antiquo libro simpliciter legatur, Id consilij animique habiturus sum, quod vos milites geritis. Agite eum clamorem.) Scribe, Agite dum clamorem qualem in acie sublaturi estis, tollite hic. Sic infrà, Agite dum vbi hic curiam circumsederitis. Item lib. 5. Recordamini agitedum quotiens sacra instaurentur, quia aliquid ex patrio ritu, negligentia casúue prætermissum est. Et locum ex quo excesserunt) 110. K. Corrige, ex quo cesserant. Infrà est vndique omnee consij. Suspicor legendum connisi, quod in editionibus vulgatis est connixi. Circum iam tum Apollinarem appellabant.) Accusatiuus circum non est in codice manu scripto. Infrà tantùm est, Multa & cæteris seniorib. p. c. essent dicta. Item inferius aliquanto.) 111. D. Iura plebis labefacta essent. Nam labefacere & labefieri dicimus, non minus quàm labefactare. Nec deinde comitiorum causam habuit. Emenda, Nec deinde comitiorum causa habuit. subeudi, concilium. Siqui vos minus hodie.) Video legi posse: Siquo minus hodie decem tribunos plebis fecerint, tum vt ij quos sibi collegas cooptassint, vt illi legitimi eadem lege tribuni plebeij sint. Certè exemplar Vormaciense habet, ij tum vti quos, non vtique. Quare legendum aut, ij tum quos, vt ij quos. Porrò cooptassint esse scribendum pro cooptassent, facilè admittet doctissimus quisque, & mihi pro hoc loco restituto gratiam habebit. Vsurpauit autem antiquitas cooptassint pro cooptarint. Cuius generis multa verba adnotat Festus, quemadmodum & nos indicauimus in castigationibus nostris, in libellũ Ciceronis de Senectute. emendantes Ennianum carmen, quo suum opus exorsus est Tulius, quod vulgò mendosè legitur, O Tite si quid ego adiuto curámue le-

uabo, quum ex vetustis codicibus scribendum sit: O Tite si quid ego adiuto curámue leuasso. Deinde ne ipsi quidem.) 115. H. Ex volumine veteri colligo scriptum fuisse, in primis parum proderat, dein ne ipsi quidem in. erant. Infrà est, vastationem agrorum per contumeliam vrbi ostentantes. Ergo si arma illa viros habuissent.) Syncera lectio, Ergo si viri arma illa habuissent. Quo in statu sunt.) 113. D. Vetustus codex habet, quo statu sunt. Item re fortuna domum auctior rediję. Arbitror verò posterius scilicet fortuna, prioris vocis expositionem fuisse. Nam ees hic fortunam significat, siue fortunas, id est diuitias Intrà est, Arma & bellum spectabat. Item, Cum consules in concione pronuntiassent. Annum se tertium & nctogosim um agere.) 115. E. In quibusdam exemplaribus legi, nonagesimum, satis indicat marginaria adnotatiuncula in codice Borbetomagensi. Mox sequitur pro parte viri.

IN LIBRVM QVARTVM ANNOTATIONES,

PER BEATVM RHENANVM.



NAM anni principio.) 116. I. Vetus lectio, Anni nam principio. Lego, Anni nanque principio. Et quemadmodum plebs gloriari posset.) 117. B. In manu scripto volumine legitur, vt quemadmodum plebs gloriari posset. Legi. posset etiam tum quemadmodum plebs gloriari p. Colluuione gentium.) Antiquus codex habet, colluuionem gentium. Sinere non fieri posse.) Crassissimum erratum est in editione Asulanica. scribendum, Finem non fieri posse. Vt paulò antè, Finem ergo non fieri, nec futuram. Infrà est, arcessierint, quod idem est cum accersierint. L. deinde, Tarquinium non modo Romanæ.) 118. G. Vetus liber duntaxat ob transpositionem aduerbij modo à vulgatis editionibus euariat, L. deinde Tarquinium non Romanæ modo, sed nec Italicæ quidem gentis. Animaduertendum autem sic Liuium loqui solitum, vnica tantùm adhibita negatione, vt in libro primo Primæ Decadis, Regnare Romæ aduenam, inquit, non modo vicinæ, sed ne Italicæ quidem stirpis. Quem locum quidam addita negatione, castigare sunt ausi. docent hoc vulgatæ editiones. Aliquando duabus vtitur negatiunibus, qui sermo frequentior est apud autores, vt infrà. Tantum metum, inquit, vastitatis in vrbe agrisque fecit, vt non modo prædandi causa quisquam ex agro Romano non exiret, belliue inferendi memoria patribus aut plebi esset: sed vltro Fidenates qui se primo aut oppido aut montibus aut muris tenuerant, populabundi descenderent in agrum Romanum. Mox est ingenio, virtute, absque copula. Quis enim dubitat.) 118. K. Exemplar vetus non habet, enim, sed tantum, quis dubitat. Item, in æternum vrbe condita, in immensum crescente. absque copula, &. Pessimo exemplo, cum summa iniuria plebis.) Omissus est ablatiuus publico in vulgatis editionibus: Pessimo exemplo publico, cum summa iniuria plebis. Aut insignior contumelia.) Lege, aut insignitior contumelia. Nam insignitus dicimus ab insigniendi verbo. Cauent ne societur sanguis.) Nescio quid sibi velit caueant, quod est scriptum in exemplari Borbetomagensi. Quid si hoc modo legas & distinguas, Ne adfinitatibus, ne propioquitatibus immisceamur esuent, an ne societur sanguis? Vt respicias id quod sequitur. Id vos sub legis superbissimæ vincula conijcitis, qua dirimatis societatem ciuilem. Neque vestras filias sororesque etiam ei nubere sinendo è patribus. Non aliter in scripto codice legitur, nisi quod illic tantùm est, & nubere. Non etiam et nubere. Quas voces doctus aliquis admiscuit. Lege: Neque vesteas filias sororesque enubere sinendo è patribus. Quàm victi tandem patres vt de connubio ferretur, consensere. Verbom concessere in contextum relatum post consensere, satis indicat, veterem fortassis lectionem fuisse, patres vt de connubio ferretur concessere. Vt mox ope eorum.) 121. D. Scribendum, Vt mox opes eorum qui præessent, ipsi honori ius maiestatémque adijcerent. Aduersus quos en infestior.) In volumine scripto tantùm legitur, Aduersus quos infestior. Præcipitique iam die.) Præcipitem diem vocat extremum diei. Sic Curtius præcipitem senectutem dixit. Alis vndique abscisa.) 122 I. Hic abscisam dicit, quod suprà est incisa. Itaque spe incisa prius quàm prædicta dies adesset, Appius sibi mortem consciuit. Romanus consul Ardeæ turbatas scilicet.) Consul non est in codice manu scripto. Paulò antè verò dixit Romanus simpliciter, vbi subauditur consul. Et sequitur mox: Consul triumphans in vrbem redit. Non gaudet autem eiusdem repetitione verbi Liuius. Proculo Geganio Macrino.) 123. E. Non hic solùm, sed & alibi liber scriptus habet, Macerino. Haud immeritam gratiam & gloriam tulit.) Scribe, Haud immerisam & gratiam & gloriam tulit. Confiteri cogendo frumentum.) O asinum qui hic confiteri infulsit. quum sit legendum profiteri. Id vnum dignum tanto apparatu consiliorum & certaminum, quod ingens exudandum esset, præmium fore.) 124. H. Si sic legamos oportebit, quod ingens referre ad præmium. Secus est si quis, certamine legat. Cum apparitor iussu magistri equitum eum duceret.) 125. B. Accusatiuus eum non est in scripto volumine, subauditur. Splendore familiarum sustulisse animos, quod nefas fuerit.) Scribe, quò nefas fuerit. aduerbium est loci. Bilibre farris.) In volumine veteri legitur, bilibr libris farris. Diu locum expendenti venit in mentem, optimè legi posse, vilibus farris libris. Nam arbitror scriptum primò fuisse vilib. Et v litera mutata in b more librariorum, factum est bilib. Alius deinde adiecit ris, inducta dictione farris. Est antem incommoda sententia, Spurium Melium cui tribunatus plebis magis optandus quam sperandus fuerit, frumentarium diuitem, vilibus libris farris sperasse libertatem se ciuium suarum emisse. Bonaque contacta pretijs regni mercandi pubi arentur.) Libro primo huius Decadis Vt contacta reg præda spem in perpetuum cum his pacis amitteret. Mox est, Id æquimelium appellatum est. Haud dubiè quin sex lect. s) 126. G. Antiqua lectio. Haud dubiè quin sex locis. A bello credo quod deinde gessit, appellatus.) In archetypo Vormaciensi legitur: A bello credo quod deinde gessit, appellatum. Subauditur, eum esse. Infrè est. quod simul vbi conspexit. Confestim & ipsa hasta innixus se in pedes excipit.) 127. C. Scribe, Confestim & ipse hasta innixus se in pedes excepit. Assurg. Mox est, Dictator legionibus fugatis. Paulò pòst prænominis literam reperi Fabio ascriptam, sed calamo recentiore. Intentos deinde hostes in vallum, egressus dextra principali cum triarijs repente inuadit.) Habet exemplar Borbetomagense, principia. Verùm extremæ duæ literæ in crasæ scripturæ locum suppositæ videntur. Suprà scriptum est, alias principali. Si libet legere principia, intellige dictum appositiuè intentos hostes in vallum dextra principia, cum triarijs repente inuadit. Significat autem validiorem hostium partem aggressum. nam ij principiorum nomine intelliguntur, vt exponit apud Terentium Donatus. quo loco Thraso dicit, Hic ego ero post principia Liuius noster libro octauo huius Decadis docens, quo ordine solitus fuerit componi Romanus exercitus, Robustior inde ætas, inquit, totidem manipulorum, quibus principibus est nomen. Quòd si mauis vulgatam lectionem sequi, notum est, authore Festo, principalem castrorum portam nominatam, quod in eo loco sit, in quo principes ordines tendunt. Sed an duæ fuerint dextra & linistra nescio. quare non displicet vt legamus principia. Mox est, quæ prima opima appellata. Item dux duci detraxit, non detraxerit. Infrà sequitur, Ita expugnandi. Cõgratulations ac fauore.) 130 F. Malim quemadmodum habet archetypon volumen, cum gratulatione ac fauore ingenti populi est reductus. Nullum fuit.) Antiqua lectio: Victoriæ præmium quod petebatur vt plebeius crearetur, nullus fuit. omues patricij cresti sunt. Expone, nullus fuit. scilicet creatus. Appositiuè, Victoriæ præmium, nullus fuit. Iamdiu nequicquam imminente spe maioris honoris.) 130. H. Scribe, iamdiu nequicquam imminẽtes spei maioris honoris. Sic priore libro dixit de L. Icilio: Imminensque ei potestati. Its namque nos castigauimus. Ne cui album vestimentum addere petitionis causa liceret) Exemplar scriptum habet, Ne cui album inuestimentum addere petitionis liceret causa. Sicut autem à vestiendo vestimentum deducitur, ita ab inuestiendo, inuestimentum quod supra aliam vestem induitur. Hinc candidatorum nomenclatura à candida veste, quod hic vocat Latinissimè album inuestimentum. Inuestiendi verbo Iureconsulti vtuntur. Qui & inuestituram vsurpant. Vtrinque obnixè obeditũ dictatori est.) 131. C. Legendum: Vtrinque obnixè obeditum dictatori est. Infrà est. Consul nec animo defecit, nec consilio. Itẽ, firmat. Et paulò pòst, Q. Sulpitium legatum præficit. Item neutiquam vulgatæ laudis. Insuper. Et Fabius cum equitatu impetum dederat. Circumagenti se ad dissonos clamores ac subitos tumultus, hosti vndique obiecerat victorem peditem equitemque.) 132. F. Antiqua lectio: Agẽtes ad dissonos

clamores

clamores ac subitos circum tumultus. Ascripserat aliquis in margine legeodum eliâs, circumegentes. Posset igitur atiam legi, satagenti ad dissonos clamores ac subitos circum tumultus hosti. Aut cogenti se ad dissonos clamores ac subitos circum tumultus hosti. Nam sequitur iam orbem voluentes suos. Hic,perituri, inquit, vos telis hostium estis.) Repone: Hic præbituri, inquit, vos telis hostium estis ind. inulti? Hac quame progressum videritis.) Emenda, prægressum. Ibi Posthumius ictus saxo.) Scribe: Vnus Posthumius ictus saxo, perfracto capite acie excessit. Sic de Publio Sextio hoc ipso libro: Saxo ictus, inquit, turba excedit. Infrà est, tum abiici passim arma. Et argumento est quod imperia Manliana non Posthumiana appellata sint: quoniam qui prior.) Codex Borbetomagensis habet: Et ergumento est quod imperia Manliana non Posthumiana eppellata sint. quem qui prior. Lego, quom qui, pro quum qui prior author tam sæui exempli foret, occupaturus insignem titulum crudelitatis fuarit. Mox est illic, Manlio cog. ind. Documētoq; fuere quàm plurium imperium bello inutile esset.) 133. D. Malim scribere: Documentóque fuere, complurium imperium bello inutile esse. Nam arbitror veterem olim scripturam quàmplurium habuisse pro complurium. quod deinde versum est in quàmplurimum notius equidem vocabulum. Iam ad infinitiuum esse prima litera verbi sequentis accessit, & factum, esset. Romæ terror ingens erat, accito ex.) Ex volumine Borbetomagensi hic mihi potius verborum ordo placeret. Romæ terror ingens erat hostibus positis ad Fidenas accito exercitu à Veiis. Eoq; ipso ob rem male gestam.) Emanda, Eoq; ipso ab re male gesta. Solet eutem sæpè in hunc modum loqui Liuius, & à præpositionem vel ab sic vsurpare. Nam hoc ipso libro paulò pòst: Mœstæ ciuitati, inquit, ab re mala gesta & iratæ ducibus, M. Posthumius reus obiectus. Sic & ab secundis rebus vsurpat, vt quinto libro huius decadis. Nunc, inquit, eb secundis rebus magis etiam insolitn incauti. Libro quinto rursum: Ibi eum in composito agmina negligentius ab re bene gesta euntem, adorti Aequi terrore iniectoin proximos compulere tumulos. Mox sequitur, cum trepidam ciuitatem. Et potest stare si quis sententiam continuet. Subinde verò sic Liuius loquitur. Vt libro proximè sequenti: Iamq; Romani desperata ope humana, fata & deos spectabent, quum lagati ab Delphis venerunt sortem oraculi ed ferentes. Item, extam leuibus momentis fortunæ. Et infrà, noua erumpit acies. Et equitem pessim liberi frenis dispulissent equi.) 135. B. Melior vetus lectio, liberis frenis. subauditur existentibus. Eodem & Romanos sequentes impetus rapit.) Repone, Eadem & Romanos sequentes impetus rapuit.) Eadem, id est per eandem viam, videlicet per castra. Aduerbium est loci, quo sæpè Liuius vtitur. Sic iosferius paulò, Interclusi equites. nec perrumpere eadem, qua transierant, possa. Rursum libro quinto: Ibiq; omnibus snlenoiter peractis, eadem reuertens similiter constanti vultu graduq;. Et illic mox infrà, Eadem digressus nuntius Veios contendit. Et cum eo digressos modo de montibus.) Castiga, digressos. A degrediendi verbo, quod crebrò reperias apud Liuium. Mox est in veteri, Signum ex muro tollunt. Classibus quoque ad Fidenas pugnatum cum Veientibus quidam ennales retulere.) 135. D. Repone, Classi quoque ad Fidenas pugnetum cum Veientibus quidam in anneles retulera. Scriptum autem est classi pro classe. Spectaculum comitate etiam hospitum, ad quod publico consensu conuenerant: aduenis gratius fuit.) Hic exemplar vetus multis lituris est notatum, & hospitium quidem babet, sed suprascripsit aliquis, aliàs hospitum. Ego tamen sciens quo pacto hospitij vocabulo Liuius slibi vtatur, vt quum libro proximè sequanti dicit, notos ignotosq; passim aduenas in hospitium ductos ferunt. Et libro quinto, Cum Cereitibus publicè hospitium fieret, ausim iurare sic hic legendum: Spectaculū comitate etiam hospitij, in quam consilio publico consenserant, aduenis gratius fuit. Intellige humanitatem illam aduenis iussu megistratuum exhibitam. Portem ac strenuum aliquem existere ortum ex plebe. Deest accusatiuus, virum. Fortem ac strenuum virum aliquem axistere ortum ex plebe. Infrà est, & iam iode ab incunabulis. Item, creati consules sunt. Et moa, ab duce eorum Capye. Grauetos somno.) 136. I. Opinor legendum, Graueis somno epulisq;. Nam in volumine scripto, graui somno legitur. Idibus Decembris.) Scribe, Idibus Decembribus. Mox est, retulerant. Item, armabellumq; obliuioni danda. Mox est, forti eusnit. Tanquam constantissimæ rei fortuna fretus.) Hanc orationem etiam in manu scripto volumine quidam eusus est interpolare, quum rectè habeet, nempe sic. Tanquam constantissimæ rei fortunæ fretus. Iungit autem participium fretus interdum datiuo. Sic libro sexto, Multitudo hostium, inquit, nullis rei præterquàm numero freta. Rursum infrà, Discordiæ hostium fretus. Moa in scripto codice non legitur axercitum. Quare suspicor duxisset mutandum in, dux esset. Quò res inclinatura asset.) Scribe, quà res inclinatura. Nam hoc aduerbium vsurpat Liuius sicut &, eàdem. Mox est, segoius sæpè iteratus.

Iam in omnibus locis eaditur.) Emeoda, Iam omnibus locis ceditur. Inclusi equites cùm nec prorumpere eadem qua transierant, possent.) Vitiatus locus est. Tu expunges cùm, aduerbium, & loco verbi prorumpere, perrumpere, pro possent scribe posse, vt legas quemadmodum est in archetypo Vormaciansi, nimirum hoc modo. Interclusi equites, nec perrumpere eàdem quà traosierant, posse. Expone, Quod vbi est fectum, interclusi equites subaudi sunt. nec perrumpere eàdem quà transierant, posse. id est, poterant. Hic vides duo loci aduerbia, eàdem & quà elaganter coniuncta. Infrà sequitur, Vltra madiam noctem est. Stationes ante portas egebat.) Lectio vetus, Stationem ente portas agebat. Item mox, etque animo vix præ gaudio compote effusæ. Et infra, In castra vestra virtute perruperitis. Aduersus hæc Tempanij oratio incomposita fuisse dicitur.) 138. G. Ingens mandum est. Scribe, Incompte fuisse dicitur. Paulò pòst recentiore calamo superaddidit quidam particulam, atque. Pugnantem, atque adhortantem.

Et euersuri tribunitiam potestatem.) Antiqua lectio, Et euersuri tribuoi potestatem pleb. Itaque scribe, au erepturi ius populo, & euersuri tribunitiam potestatem plebi. C. Sempronium nihil moror.) Solennia videntur fuisse verba absoluentis reum iudicis, & dimittentis. Id æquè in quæstoribus liberum esse arbitrium.) Pro duebus vocibus, id æquè, repone vnum aduerbium, adæquè. Infrà quidam castigauit, Veientium induciis. Infrà est, Nec suffragatio horum valuit. Aut perseuerantem sub iudicij tempus plebem offensurum.) Legendum, Aut perseuerante. Subauditur, causa. Nam præcassit, deposita causa. Quæ duo opponuntur, C. Seruilium, Q. Seruilij Prisci filium.) 140. I. Habet vetustum exemplar tantùm, C. Seruilium Prisci filium. Per aduersam portam fuga turpi deseruntur.) 141. B. Subaudi, castra. A quo tribuno ipso militum dictator erat dictus.) Scribe, A quo ipse tribuno militum dictator erat dictus. Infra debet esse, largisione pessimi exempli concirent.

Tanquam priuatam inopem confugère.) 142. H. Antique lectio, Tanquam priuatum inopem confugera. Subintellige, ciuem. Paulò pòst, vbi in vulgetis editionibus legitur, Duo bella insequens annus habuisset. Video quosdam in manu scripto volumine legisse. Ardua bella insequens annus babuisset. Iacere tandiu irritas sanctiones.) 143. E. Scribe, Iacere tandiu irritas actiones. Mox illic est, de sanguine ac supplicio suo. Item, Aptissimum sempus fuerat. Pestilentem annum, inopia frugum neglecto cultu agrorum (vt plerunque fit) accepit.) Repooe, excepit. Infrà est, quum apud patres in M. fuit, tum, Item damnum aliámque coertionem. Et, arcem recipit, Multarum magnarúmque rerum molem.) 145. B. Castiga, Hi multarum magnarúmque rerum molem. audiss. adeò populo ostentanter. Item, quæsturámque eam non honoris ipsius finem æstim. Et infrà, Ea aduersa ciuitatis res. Consules an ambo.) Lectio vetus, Consules ambo profecti sint ad arcem Caruentanam, en elter. Et consulis quoque ab ea potestate vim.) 146. H. Codex Vormaciensis habet abbreuiatam lectiooem, Et coss. vt legi possit, Et consulum. Quàm in tribunis.) 147. B. Repone, Quàm tribunis. Nam mox præcessit in, Tarditatis causa in senatu megis fuit. Statim sequitur illic, summa vi resisters nuntiabantur. Parum cogitauerunt: nulla non virtute superari humanarum virium modum.) Hic non erat opus infulcire negationem, quæ non est in exemplari Vormaciensi. Nam sic scripsit indubiè Liuius, Parum cogitauerunt, nulla virtute separari humanarum virium modum. Expone, quantumlibet egregia virtus adsit, esse tamen suum modum humanis viribus, vltra quem nemo eniti possit. Qui legatis rapetentibus res, ni facesserent properè vrbe finibusq;, daturos pœnas, quas Lerti Tolumnio dedissent, responderi iussit.) Locus hic miserè est interpollatus. Nam accusatiuus pœnas super additus est, & pro Lars Tolumnius, Larti Tolumnio, pro dedisset, dedissent, scriptum. Restituemus tamen ex veteri codice germanam lectionem, qui sic habet, Daturos quoe Lars Tolumnius dedisset, responderi iussit. Lego, Daturos quod Lars Tolumnius dedisset. hoc est mortem. Nam Fidenates, C. Fulginium, Clœlium Tullum, Sp. Antium, L. Roscium legatos Romanos, causam defectionis ad Veientes exquirentes, iussu Tolumnij interfecerunt, vt ante dixit Liuius hoc ipso libro. Porrò daturos refertur ad participium rapetentibus. Siquidem qui repetit, petit aliquid sibi dari. Vides igitur totam sententiæ elegantiam fuisse corruptam. Occidione occisa cum periculo reti-

neri.) Scribe, modo duo præsidia occidione occisa, & cum periculo retineri. Quid superesse sanguinis.) 147. D. Liber vetustus tantùm habet, quid super sanguinis, intelligendum, vel superare, vel superesse. Vt distinerent Volscos.) Non displicet hoc verbum, non minus elegans, quàm hoc loco conueniens. Sic libro sequente, duæ senatum, inquit, distinebant sententiæ. Sed quia Borbetomagense volumen habet in ipso contextu desternerent, in margine distinerent, cogitandum an Liuius scripserit, vt externarent Volscos, id est percellerent Volscos, mentem & consilium adimentes. Quod verbi reposuimus etiam apud Ciceronem, in libello de Senectute.

Additum deinde omnium maximè tempestiuè præcipuum in multitudinem munus.) Reponenda antiqua lectio, quæ habet, Additum deinde omnium maximè tempestiuo principum in multitudine munere. Scribe tamen in multitudinem. Expone, Additum deinde omnium maximè tempestiuo, id est, summè tempestiuo munere, id est, per manus principum, hoc est, istorum ducum, siue imperatorum, in multitudinem: Q. D. Nullum vnquam munus ab vllis principibus magis tempestiuè collatum est multitudini, nam populo sæpe sunt exhibita munera. Mox est in veteri lib. plebis tribuno orti neque. Item, patribus vniuersis. Ad fanum Vulturnæ) 148. I. Codex antiquus habet, Ad fanum Voltumnæ. Sic libro sexto, Hinc, inquit, Hetruriæ principum ex omnibus populis coniurationem de bello ad fanum Voltumnæ factam, mercatores afferebant. Item, parte tribunorum exercitúsque ad Volscum auocata bellum, non aduocata.

IN LIBRVM QVINTVM ANNOTATIONES,

PER BEATVM RHENANVM.

NON noui sermonis autorem habebat.) 149. E. Scribe, Non vani sermonis authorem habebat. Tum quod secundis potissimùm his vestris rebus.) Ablatiuus his, à quopiam additus est. Nec enim in Borbetomagensi codice habetur. Mox, Si quæ fortè aliquando fuerunt. Video diuersam etiam lectionem quibusdam placuisse, si quæ fortè aliquando inciderunt. Quàm dissoluendæ maximè tribunitiæ potestatis rentur esse.) 150. H. Non dubito quin scripserit Liuius: Quàm dissoluendæ maximè tribunitiæ potestati rentur esse. vt sit loquendi modus crebro obuius apud hunc authorem. Sic & libro proximè superiori: Experiundam rem denique in vno aut altero esse, sit ne aliqui plebeius ferendo magno honori. Item infrà hoc libro: Et si prodendæ patriæ dissoluendæq; Reipub. est.

Hoc Hercule tanquam artifices improbi.) Scribe, Sic Hercule tanquam artifices improbi. Et quemadmodum seruis suis vetant domini. Insere quum aduerbium, quod omissum est. Et quemadmodum quum seruis suis vetant domini. Sic vos interdicitis patribus commercio plebis) Istam lectionem in margine annotatam reperio. Verum antiquior habet. Sic vos interdicto patribus commercio plebis. subaudi, facitis. Quæ sententia neutiquam est huic similitudinis accommodationi inconueniens. Postea differam.) Malim, differam, quod est in volumine Vormaciensi. Eis laboris etiam nouum pro proportione iniungi.) Lege, Eis laborem etiam nouum proportione iniungi. Solidum te stipendium annuum accipere? Expunge dictionem annuum, quam nescio quis hic infulsit, quum ea nil sit opus. At nos tanquam cum ciuibus agere voluimus.) At quoque particula præter authoritatem manu scripti codicis est superaddita. Authores fuêre contra ius gentium. Genitiuus gentium, non est in archetypo Vormaciensi. Et abesse potest, quando quidem subauditur. Glossæ nomine in contextum irrepsit. Quis dubitet illos non cupiditate solum vlciscendi.) Vetus lectio: Quis dubitet illos non à cupiditate solũ vlciscendi. Vbi à particula non est superuacanea. nam causam significat, non instrumentum. Per tantum spatium duxerunt.) Repone, Per tantum spatij duxerunt. Et talium oppugnandarum vrbium apparatum.) Sensus exposcit, vt pro talium scribatur alium: hoc modo, Quid vineas testudinesq; & alium oppugnandarum vrbium apparatum loquar?) Vtrum tandem finitimi populum Romanum esse putent.) 151. I. In scripto codice superadditus est accusatiuus eũ, populũ Romanum eum esse putent. Tu adde. Assuescitis audire.) Scribe, assuestis. Sed quia in exemplari vetusto scriptum fuit qui audire, cogitandum an legi debeat, Assuestis aequi audire. Neglectum Anxuri præsidium vagationibus militum.) Non contemnendum erratum hic est. Legendum, vacationibus militum, hoc est immunitatibus. Obtinuerant enim à duce suo, dato videlicet commeatu, vt abesse possent. Hoc verbo etiam alias Liuius vtitur, vt libro septimo. Et quum quod per magoos tumultus fieri solitum erat, iustitio indicto delectus sine vacationibus habitus esset. Infrà est, Capenatum atque Faliscorum. Arcere iam vim.) 154. P. Particula iam, non est in veteri codice. Infrà est à Calen. Octobribus. Et Romæ simul de delectu, simul de tributo conferendo laboratum est. Antiqua lectio, Et Romæ simul delectu simul tributo conferendo laboratum est. Quanto autem augebatur militum numerus.) Scribe, Quantum autem augebatur militum num. Hæc per se grauia indigniorâque vt viderentur.) Emenda, Hæc per se grauia, indigniora vt viderentur. Quæ nunc etiam vectigalis.) Quidam erasis hic aliquot literis in veteri libro scripsit, quin etiam vectigalis ad vltimum facta sit. Is quod petissent q. p r. t. t. m. expugnasse.) Ad hanc priorem sententiam, vltima clausula refertur per longum hyperbaton sequens, id fraude patr. fac p. c. pactum arguere. Sciendum tamen, non legendum iuxta fidem vetusti voluminis, Et eò deuolui rem, sed reuolui rem. Vt intelligas futurum quod & antea factum est. Vt nullo bello veniretur ad exitum spei.) Vetus lectio, ad exitum rei. Nullo bello, hoc est, absque bello. M. Furio in Faliscis & Cn. Cor.) Scribe, à M. Furio in Faliscis & Cn. Cor. in C. a. h. e. r. m. Inuenti. Ad collatum obedienter.) 156. I. Particula at, præter authoritatẽ exemplaris Borbetomagensis addita est. Paulò pòst non refert an legas ex patricijs candidatis, an ex patricijs candidatus locum teouit. Infrà est, quibus eam opem dij tulissent, vincit. M. Purium Camillum tertium.) 157. D. Antiqua lectio habet iterum. Mox est in scripto libro: Prodigia interim multa nuntiauêre, Portè legendum nunciata fuêre. Virum haud intacti religione animi.) 158. F. Volumen vetus monet legendum, Vir hand intacti religione animi accusatus, &c. vt intelligas eum religione motum senem seductum apprehendisse. Si opere illi esset, consulere velle.) Sic sæpè loquitur Liuius, vt lib. proximè superiore, Neque consulibus, inquit, cum tot populorum bella imminerent operæ erat id negotium agere. Ad fanum Vulturnæ.) 159. A. Et hic, quemadmodum suprà & infrà libro sexto habet Vormaciense volumen. Ad f. Voltumnæ. Infrà est voluntate ad id bellum eant. Res maximè in hoc tempus vtilis. Magis placet vt legatur quemadmodum est in archetypo nostro. Res m. in h. tem. vtilis. Vt concordiæ dictum sit dandi casu. Vires corporis effœtæ.) Vide quale flagitium commiserit, qui effœtæ hic ausus est scribere. cum legendum sit, Vires corporis affectæ. Sic infrà. Modo quæ res, inquit, post prodigium Albani lacus nisi instauratio sacrorum, auspiciorumque reuocatio adfectæ Veienti bello reipub. remedio fuit? Affectam vocat, debilitatam. Iterum libro sexto, Quorum legati opem rebus adfectis orantes, quum senatum adissent. Et libro nono, In corpore tamen, inquit, adfecto vigebat vis animi consilijq;. Ibidem mox: Iam animum quoque patris, inquit, consenuisse in affecto corpore rebatur. Vt segnior sit prædatur, vt quisque laboris periculique præcipuam petere partem soleat. Exemplar vetus tantùm habet, Ve segnior sit prædator, quisq; laboris periculiq; præcipuam petere partem soleat. Opinor scripsisse Liuium, Quum ita fermè eueniat, vt segnior sit prædator fortissimus quisq; laboris periculiq; præcipuam petere partem soleat. Et est insignis sententia.

Nemo se à stationibus Romanis mouisset.) 161. A. Antiqua lectio, Nemo se à stationibus Romanus mouisset. Infrà sequitur operæ pretium est. Item, quod post paucos accidit annos, cladem. Cum iam humanæ opes asportatæ, egestæq; à Veis essent.) 162. F. Subolet mihi participium asportatæ adtitium esse. Nam in volumine manu scripto duntaxat habetur: Cum iam humanæ opes egestæ à Veis essent. Mox est. Dein quum quidem seu spiritu d. Item cum sibimetipse prædam æstimasset. Quòd vero sequitur: Cæterùm partem plebis, partem senatus destinabant habitandos Veios. Quid si legas: Cęterum parte plebis, parte senatus destinabant habitandos Veios. Aut, Cæterum partim plebi, partim senatus dest. h. Veios. Eiue partem decimam Apollini sacratam esse.) Scribe, sacram esse.

Sed rogationi tribunitiæ aduersarius quærebatur.) Repone: Sed largitioni tribunitiæ ad. q. Prima luce aliquanto superioribus se ostendit.) 164. G. Omissus in Asulanica editione est ablatiuus locis, aliquanto superioribus locis se ostendit. Nisi fortuna imp. r. s. & cog. r. b. v. specimen maturam victoriam dedisset.) Legendum, simul & cognitæ rebus bellicis virtutis specimen, & maturam vict. dedisset. Ea in conspectu erant posita in plano.) 166. H. Antiqua lectio: Ea in conspectu erant. Suspicor simpliciter scribendum, in conspectu erant. Quod intercessione sublata tribunitiam potestatem euertissent.) 167. A. In exēplari Vormaciensi non est quod. Coniicio simpliciter legendū sustulisse, intercessione sublata tribunitiam potestatem euertisse. Et victricem patriā victa mutari.) 167. C. Vetus volumen habet: Et victrice patria victam mutari. Idem videtur sensus. Infrà: Caius Iulius censor decessit. Caius non est in veteri libro. Aduentante fatali vrbi clade.) 168. H. Malim fatali vrbis clade. Et habet antiquum exemplar s, literam superadditam. Et inuexisse in Galliam vinum illiciendæ gentis causa Aruntem Clusinum.) Hoc loco perperam distincta est editio Asulanica. Ego sanè malim: At inuexisse in Galliam vinum. Certè quod in scripto codice pro &, vt legitur, particulam at suprà scriptā habet. Tum sic distingue: At inuexisse in Galliam vinum illiciendæ gentis causa, Aruntem Clusinum. Et quæ sequuntur. Cui tutor is fuerat: ipso præpotente iuuene.) Sequenda vetusti libri lectio. sicq; distinguenda sententia: Cui tutor is fuerat, ipse, præpotente iuuene. Mox est in codice veteri: Ante Romanū imperium, non, Romanorum. Item, Et in vtrunque mare vergentes, Insuper, fortunaq; sua, tum publica. Is quod cùm ex populis abundabat. 169. B. Scribe: Is quod eius ex populis abundabat. Quod eius, id est, partem quæ abundabat ex populis eius, hoc est, Ambigati regis auunculi. Ab Salluuiorum gente oppugnari.) Antiqua lectio: Ab Saluium gente opp. Opinor Liuium scripsisse: Salyum. Nam istam gentem Salyes appellant authores cæteri. Massilienses erant in nauibus à Phocide profecti.) Hæc verba si legisset Liuio Mastix ille Caius Cæsar, non solùm hic Patauinitatis arguisset Liuium, sed etiam solœcismi. Quis enim vnquam Latinè scientium dixit, profectus sum in naui, & nō potius, Profectus sum naui? Sic paulò antè: Profectus ingentibus peditum equitumq; copiis. Non dixit cum copiis. Igitur scribe & distingue germanam hoc loco lectionem restituturus, Massilienses erant ii, nauibus à Phocide profecti. Librarius oscitans, non rectè distinguendo verba, quum non intelligeret, quid sibi vellet ii nauibus, scripsit in nauibus. Ipsi per Taurinos saltusq; Iuliæ alpis transcenderunt.) M. Antonius Sabellicus libro secundo de vetustate Aquileiæ, propterea quòd hic mentio fit alpis Iuliæ dubitat, an Taurinorum nomine Liuius Tauriscos intelligat illos, qui Noricis & Carnis vicini fuere. Et tandem affert argumenta, quibus clarum euadit per proximas Alpes, non ita procul à Massiliēsibus Gallos in Italiam transisse. Putatq; Iuliam Alpem appellatam à foro Iulii, quod subiectum à parte quæ Galliam spectat commemoretur. Cæterum ego non arbitror id tēporis vllum oppidum fuisse hoc nomine, quum nullus dum Romanorum Alpes transisset. Et apparet sic dictum forum Iulii, quemadmodum appellatum est forum Cornelii, forum Sempronii, forum Neronis, & quod nobis propinquius est, forum Tyberii supra Augustam Rauricam ad Rhenum vergens, vnumquodque conditoris sui siue præsidentis vocabulo. Itaque dicturus mihi fuisse Liuius videtur, saltusq; eius alpis, quam nunc Iuliam appellant, sicut mox dicit, vbi nūc Brixia ac Verona vrbes sunt. Proinde fieri potest, vt iam olim scriptura vitiata fuerit (nam consentit Vormaciense exemplar cum vulgatis editionibus) sic stante synceriore lectione. Ipsi Taurino saltu, inuias alpeis transcenderunt. Sequitur enim: Eodem saltu fauente Belouesо quum transcendisset alpes. Non dixit, Iisdem saltibus. Et præcessit: Nulla dum via superatas. Coniecturas quibus adducor vt librarium hallucinatum putem, dum maiusculas literas vetustissimorum exemplarium partim non agnoscit, partim agnitas perperam connectit, referre piget. Cognomine Insubribus pago Heduorum.) Subauditur, existente. Sensus est: Apud Heduos quoq; pagū fuisse, qui Insubrium diceretur: Mox habet vetus codex, Mediolanium. Elitouio duce.) Antiqua lectio: Etitouio duce, & ascripsit in margine quidam, Eciouio. Vbi nunc Brixia ac Verona vrbes sunt, locos tenuere ibi: considunt.) Locum pristinæ lectioni restitueris si legas & distinguas: Vbi nunc Brixia ac Verona vrbes sunt, locos tenuere Libui, cōsidunt. Post hos Salluuii: qui propè antiquam gentem Lęuos, Ligures, incolentes circa Ticinum amnem, petiere Apenninum.) In his verbis errata complura latent. In primis nescio an pro Salluuii qui scribendum sit, alii Libui. Vetustum exēplar habet: Post hos Salluuii qui. Deinde habet non propè, sed præter. Postremò dūtaxat habet, circa Ticinū amnem pœninon. Vt satis liqueat verbū petiere postea additum ab aliquo qui voluerit sententiæ corruptæ succurrere. Ego dictionem Pœninon quoque, ex veteri codice eradendam puto. Nam indubiè parum peritus aliquis librarius pro dein Boii scripsit peninon. quod in archetypo fortassis erat peniuoii, v, litera, pro b, posita. Mox versum est in Apenninum, & adiectum verbum petiere, vt consisteret sententia. Quare sic lego: Post hos Salluuii, præter antiquā gentem Læuos, Ligures incolentes circa Ticinū amnem. Dein Boii Lingonesq; transgressi. Subauditur verò verbum: Post hos Salluuii. scilicet transcenderunt alpes. Porrò scio nominari Pœninia iuga apud Tacitum, & vallem Pœninam, quæ vulgò Vallesia dicitur, in veteri inscriptione. Sed locum hic ea vox non habet. Cum multitudinem, tum formas hominum, inusitatas cernerent.) Arridet vetus lectio, cum multitudinem, cum formas hominū inusitatas cernerent. Quod verò sequitur: Legati tres M. Fabii, vocabulum tres non est in codice vetusto. Item est, accipere velle, non, se accipere velle. Insuper, vt nuntiare domum possent. Tribuni militum consulari potestate in sequentem annum crearentur.) 170. H. Scribe, In insequentem annum. Cuius impatiens est gens.) 170. I. Repone: cuius impotens est gens. E crustuminis montibus.) Scribe: Qua flumen Allia Crustuminis montibus p. defluens alueo, haud multum infra viam. Non, haud multo. Item paulò pòst: Ne circumueniri multitudine hostium possent. non, à multitudine. Nec superesse quenquam.) 171. D. Antiqua lectio: Romani quum pars maior ex acie Veios petisset, quàm Romam, nemo superesse quenquam præter eos qui Romam refugerant, crederent. Rogantiumq; viros.) 172. G. Legendum, Rogitantiumq; viros. Item: In arcem persecutæ sunt. Insuper, ferunt via. Tametsi refragante vetere scriptura. Item, Vt in fortunæ pristinæ. Ne quis in dissipatos ex arce, aut Capitolio impetus fieret.) Repone: Ne quæ vis in dissipatos ex arce, aut Capitolio impetus fieret. Seu non omnibus delendi vrbem libido erat.) 173. A. Huic sententiæ nihil deest. Sed quia manu scriptus codex habet delendæ, plane credo scriptum à Liuio fuisse, delendæ vrbis libido erat. Nam huiusmodi constructio gerundii in di doctis non est ignota. Charitate ædium suarum.) Vetus lectio charitate sedum suarum.

Non mentibus solùm concipere.) Vtcunque hic consentiant cùm scripta, tum typis excusa volumina, nisi nihil video, legendum est: Non mentibus solum concidere. id est, concidebant, sed ne auribus quidem atque oculis satis constare poterant. Sic in fine decimi lib. 3. Decad. Asdrubal loquitur: Illo enim, inquit, vulnere cōcidimus. Infrà debet esse, Nec vllum erat tempus. Item: Ad omnes aditus stationibus firmatis. Quod his exigua resistitur manu.) 174. G. Legendum: Ex arce Capitolioq; his exigua resistitur manu. Infrà: Primæ noctis silentio. Melior iucundiorq; compositio est in vetusto volumine: Primæ silentio noctis. Item, Hetruscisne etiam, à quibus bellum Gallicum in se auertissent, ludibrio esse clades suas? Ad id faciendum C. Fabius, dorsum gabino ritu cinctus, sacra manibus gerens.) 175. B. Borbetomagense volumen habet: Ad id faciundum, C. Fabius Dorsuo gabo cinctus, sacra manibus gerens. Diu me torsit hic locus quem interpollatum videbam in vulgatis editionibus. quónam pacto germanæ lectioni restitueretur. Lego, C. Fabius Dorsuo Gabino cinctu, sacra manibus gerens, cum de Capitolio descendisset. Porrò cinctus substantiuè pro vestitu vsurpatur. Describuntq; Gabinum cincti esse togam sic in tergum reiectam, vt vna eius lacinia reuocata, hominem cingat. Liuius noster lib. 8. Ipse cinctus, inquit, cinctu Gabino, armatus in equum insiluit. Iam vides quod illis imposuerit, qui ante me castigauerunt Liuium. M. Fabii Dorsuonis fit mentio lib. 7. his verbis. Hos cōsules secuti sunt M. Fabius Dursuo, Ser. Sulpitius Camerinus. Cæditius negare se commiss.) Deest particula &, quam addere debes, Et Cæditius negare se commissurum. Infrà debet esse: Lex curiata lata est. Ac paulò pòst est, victu suo fraudans. Tum vigiles eius loci, quos fefellerat ascendens hostis.) 176. G. Mendosa dictio est, quos. Scribe, quà fefellerat asc. hostis, Vt referatur ad præcedentes duos genitiuos, eius loci. Ob nocturni periculi memoriam.) Codex Vormaciensis habet: Ab nocturni periculi memoriam. Lego, memoria. Sicq; dictum erit ab nocturni periculi memoria, vt ab re male gesta, & ab rebus secundis, & quod hic mox sequitur, ab incendiis torrido. De quo loquendi modo suprà admonuimus. Et cum stationibus procederent.) 176. I. Mendosus locus est. Emenda: Et cum stationes procederent. Item quacunque pactione posset. Repone, possent. Iussumq; & templum in Noua via allocutio fieri.) 177. D Antiqua lectio: Iussiumq; templum in Noua ia locutio fieri. Lego: Iussumq; templum in Noua via Locutio fieri. Videte quid inter nos ac maiores intersit.) 178. K. Scribe: Et videte quid int. n. ac. m. intersit. Mox est, Lauinioq;. Quanta piacula committantur.) 179. A. Incorru-

pta lectio: Nónne in mentem venit quantum piaculi committatur? Ex qua eas nihil vnquam.) Expunge pronomen, eas, & scribe: Ex qua nihil vnquam, prçterquam vrbs capta mouit. Et Flamen peregre habitãdo in singulas noctes quantum sibi reiq́ p. piaculi contrahet?) Repone: tantum sibi reiq́ publicæ piaculi contrahet. Quia piget reædificare.) Antiqua exemplaria habent: Quia piget ædificare. Sicut & mox, ædificare incensa piget. Infra est in veteri, quàm meæ calamitatis.

IN LIBRVM SEXTVM ANNOTATIONES,

PER BEATVM RHENANVM.

TVM quod perraræ pereadem tempora literæ fuere.) 180 K. Habet vetus lectio Tum quod paruæ & raræ per eadem tempora lit. fuere. Dictio paruæ multos offendit. Nam illam in altero exemplari, quod nobis ex Vormacia communicauit Dn. Reinhardus à Reielpur primarij templi Decanus, vir pietate & eruditione iuxtà spectabilis, quidam dispunxerat. In vulgatis editionibus vides in perraræ commutatum, &, copula sublata. Atqui sciendum, aliquando literas inscriptionem apud Liuium significare, vt quum infrà dicit, Tabulaq́. sub eo fixa monumẽtum rerum gestarum ijs fermè incisa literis, id est hoc epigrãmate. Proinde hic quoq́ intellige, paruas & raras per eadem tempora fuisse literas, hoc est breues inscriptiones modo, quæ non satis rem explicarent, easq́ fuisse raras. Infrà est tanium, posteriore clade Alliensem appellarunt. Et mox in altero exemplari manu scripto, legitur insignémque rei ouili publicè priuatimq́ agendæ fecerunt. Nec, nisi antequàm omnia præripiant.) 183. E. Et hic scribe odum præcipiant, id est, prius capiãt. De quo verbo suprà quoq́ semel atq́ iterum admonuimus. Et eandem exhaustam impensis.) Hic fortè miraris aliquid desiderari. Itaq́ scito sermonem elegantissimùm Liuij vitiatum esse. Reponendum iuxta fidem archetypi Borbetomagensis, & eodem exhaustam impensis. Eodẽ, subauditur ædificando. Nam præcedit, propter ædificandi curam. Id quod non vidit is qui locum deprauauit. Porrò non est tàm inops verborum Liuius, vt amphibologiam committat. quum dubium sit quid accusatiuus eandem referat, plebémne, an curam. Infrà est in altero codice: Tromentina. Iuuentutem summisisse ad id bellum. Collegam facimus.) 184. K. Emenda: Collegæ facimus. vt sit sensus: Te Sergi Corneli, præsidem huius publici consilij, custodem religionum, comitiorum, legum, rerum omnium vrbanarum, ego & collegæ mei, de quibus toties iam dictum est, facimus. Sed turba hostium & fuga impediebatur.) 185. D. Scribe: Sed turba hostium & fuga impediebat. Mœnibus Satricis se includunt.) Non contemnendum erratum est. Lege Mœnibus Satrici se includunt. Ne tanquam Veios oppugnatus in opere longinquo sese terrerent. Nec hic mediocris lapsus. Restitue, Ne tanquam Veios oppugnantes in opere longinquo sese terrerẽt. Ex parte altera interceptis itineribus.) 186. F. Emacula locum scribens, interseptis itineribus. Sic obsepire iter, dixit libro nono. Hæc, inquit, plebi ad curules magistratus iter obsepsit. Mœnia egredi iubet. 186. G. Lege odum, adgredi iubet. Infrà est in antiquo volumine, L. Papyrio Cursore ti. trib. conf. pot. Item mox, bellũ ab Volscis. M. Furio recuperari patria non potuerit.) Scribe: A M. Furio recuperari patriæ non potuerit. Allicien do ad se plebem iam auram.) Adulteratus indubiè locus est. Habet lectio vetus: Alliciendo ad se plebem iam auram. Lego & distinguo sic. Criminando patres alliciendo ad se plebem. Iam aura non consilio ferri. Significat aura aspirantem vulgi fauorem. proinde elegantissimè dictum est, Iam aura non consilio ferri. hoc est, ferebatur. Assiduè bella cum Volscis gesta.) Syncerior & antiqua lectio: Assidua bella cum Volscis gesta. Siqui dij, vatesq́ eorum in futurum vident.) 187. D. Scribe, Siquid dij vatesq́ eorum in futurum vident. Sed obnoxios vos stabili gradu impetum hostium excipere.) O pudendum lapsum. Repone: Sed obnixos vos stabili gradu impetum hostiũ excipere. Ab obnitendo. Sic libro 7. Stant, inquit, obnixi Samnites. Tum terrorem equestrẽ occupatis alio labore infer.) pro labore, scribe pauore. Sensus est: Territos, adhuc terre. Et fluctuanti similis erat. Non absurda manu scripti codicis lectio, quæ habet, Et fluctuantis similis acies erat. Nam eum genitiuo constructum similis, ad mores refertur, authore Donato. Mox vbi legitur, Dein postquã cadentibus primis, iam ad se quisq́ peruenturam cędem cernebat, video diuersam lectionem in veteri volumine fuisse, nẽpe credebat. Et additum, Alibi cernebat. Illi se deuouere corporis vitæq́ ac sang. q. s.) 188. I. Pronomen, se, expungi debet. Nam mox præcedit, Ab illo se habere. Quod hic subauditur. Addita alia commodioris ad omnia turbanda consilij res.) Fœdè vitiatus locus est. Scribe: Addita alia cõmotioris ad omnia turbanda consilij res. Et conuenit hoc vocabulum seditionem molienti. Siue quod & ipse in parte prædæ sis.) 189. B. Rectè habet volumen Borbetomagense: sine vt & ipse in parte prædæ sis. Nec erat opus mutare. Porrò & ipse M. Manlius è patribus vnus erat. infrà est: Quin eam diducitis. Est autem diducere, in diuersas partes ducere. Quod verbi hic locum habet. Oblatæq́ vani furti inuidiæ.) Sic hic dicit oblatam inuidiam, quemadmodum Terentius vitium oblatum, stuprum oblatũ, & incendium oblatum, ac oblatam mortem. Cicero: Quæ omnia per vim & inuitis facta intelliguntur. Elegantissima locutio est. Et iam magis insignis & sordibus & facie reorum turba Manliana erat.) 190. H. Prius &, in exẽplari veteri dispunctum est. Vt sit sensus, insignis sordibus &, id est facie reorum. Tot nunc aduersus vnum hostes eritis.) 191. C. Scribendum, aduersus vnum hostem eritis. In tot, subauditur clientes, vel simile quippiam, puta milites, seu viri. Infrà est satis planum. Ab accusatoribus obiecta sunt reo.) 192. H. Scribe obiecta sint reo. Ad hoc seruatos ex hostibus ciues produxerit.) Suspicor verbum produxit ab exponente postea additũ. Quod tamen subaudiri potest aptius, quàm verbum protulisset, quod inanimatis rebus conuenit. Alioqui melius legatur produxisse cohærente oratione. Quod vero sequitur precatumq́ esse aut subaudiendũ aliud verbum, puta aiunt siue ferunt, aut scribendum precatusq́. Extra portam frumentariam.) 192. K. Syncera ac vetus lectio: Extra portam Flumentanã. Sunt qui duumuiros.) Ex voluminib. manu scriptis antiquius habet & emendatius, Sunt qui per duumuiros. Quare sic lego & distinguo: Sunt qui per duumuiros, qui de perduellione anquirerent creatos, authores sint damnatum. Tribuni de saxo Tarpeio deiecerunt. Sensus est Liuij. Quidã dicunt damnatum ab ipso populo, quidam à Duumuiris. Hoc verò constat, quòd tribuni illi de saxo Tarpeio deiecerint. Infrà est in synceriore codice, M. Furiũ Camillum vi. Tr. mil. creauere. Comitijsq́ iurare parato in verba excusandæ valetudinis solitæ cõsensus populi restiterat.) 194. G. In antiquis libris legitur valetudini. Coniicio scripsisse Liuium in verba excusandæ valetudini solita. id est, quibus solebat excusari valetudo per iuramentum. Quibus solis confideret.) Antiqua lectio, quibus solis confiderent. Subaudi, hostes ipsi. Infrà est, cum ætate & ingento, tum mult. Item, rapere sit solitus. Rursum, cum vitæ satis, tum gloriæ. Item, Sensit ergo euẽtus virtutis enixæ opem. Et Volsci quà modo simulato metu cesserant: eont in veram fugam effusi.) 195. D. Mendum hic est planè pudendum. Nam eà aduerbium quispiam in verbum eunt mutauit, ignorãs aduerbialiter eà dici sicut eádem, ac referri ad quà. Proinde sic scribe & distingue sententiam: Et Volsci quà modo simulato metu cesserant, eà in veram fugam effusi, magna pars & in ipso certamine, & post in fuga cæsi. Infrà est: Cum in exercitu, tùm Romæ. Non præripiam gratiam publici beneficij.) Scribe: Non præcipiam. Quod verbum Liuio peculiare esse multis iam locis monuimus. nisi quando à vobis proq́ vobis arma acceperimus.) Repone: Nisi quando. Interim tribunos plebi a fama ipsa irritauerat.) 197. C. Castiga, fama ex ipsa irritauerat. Infrà debet esse, Satis scire eum esse.

IN LIBRVM SEPTIMVM ANNOTATIONES SIG. GELENII.

QVAE exordia postea appellata.) 208. G. Vetusti codices. quæ inde exodia. L. Manlius perinde ac rei gerendæ, ac non soluendæ religionis gratia creatus esset.) 208. I. Melius antiqua lectio perinde ac Reipub. gerendæ, ac non soluendæ religione gratia creatus esset. Quadragenariæ VIII. cohortes, lecta robora virorum scribuntur.) 210. K. Legendum quadringenariæ, attestantibus prisci characteris codicibus. Speculatores paucos fugæ trepidationisque Gallorum.) 213. A. Exemplaria Germanica sanè perquàm vetusta, quorum fidem atque authoritatem libenter sequimur, habent spectatores, non speculatores. Lentius id aliquantum bellum quàm parti vtrique placebat, fuit.) 214. G. Lege, aliquanto. Qua fœditate supplicij aliquanto ignominia P.R. insignior fuit.) 216. G. Insignior fuit, habet antiqua scriptura, consequentibus inter se archetypis. Quod cum Tarquiniensibus iuuentus eorum militauerat.) 216. H. Lege: Quod & cum Tarqui. vt sit geminata coniunctio & paulò pòst. in acie operam nauatros, non in aciem ac mox post hæc verba emancipandoque filium fraudem legi fecisset, non admodum aptè cohærebant sequentia, nempe hæc. Prohibitū deinceps per tribunos plebis leges in castris ferri. nec dubium est per inscitiam scribæ è margine in contextum translata. Paulò pòst. Etiam dictaturam in promiscuo esse.) 217 B. Lege addendo: Etiam dictaturā iam in promiscuo esse: quemadmodum habent manu scripta exemplaria. & mox: populatores agrorum vagos palantes oppressit absque coniunctione. & proximè sequēti versu. ex agro Romano addita præpositione ex Rursus in sequenti versu: Nec per dictatorem plebeium, nec per Popilium consulem.) Melius vetus lectio: nec per consulem. vt plebeium vtroque referas, tam ad consulē quàm ad dictatorem. Popilium primò aliquis inter lineas adscripsit, explanandi causa, deinde in contextum ea vox, vt sæpius fit, irrepsit. Postremò victa perseuerantia coss. plebe eò dolor erupit.) 218. P Syncera lectio. victæ perseuerantia consulum plebis. Paulò pòst, Nec patricios ambos consules.) Vetusti codices & hic & alibi constanter habent ambo in accusatiuo quoque casu, vt sit κατ' ἀρχαϊσμὸν vox indeclinabilis, quemadmodum Græcis ἄμφω. Grauius est quod aliquanto pòst sequitur. Vt Romanos florentes ea sui misericordia caperet, quæ se rebus afflictis quondam populi Romani cepisset.) 219. B. Ardelio nescio quis nō assequutus eius vocis elegantiam, rebus affectis mutauit in afflictis. Post aliquot versus. Ij meriti æquitate curaque sunt.) 219. E. Ij redundat. Mox: C. Sulpitius Peticus, & T. Quintius Pœnus. quidam Cæsonem cognomen Quintio adijciunt.) Vetus lectio. quidam Cæsonem, alij Caium, cognomen Quintio adijciunt. vt intelligamus triplicem varietatem, quibusdam hunc Titum, Cæsonem alijs, alijs Caium appellantibus. Porrò cognomen eò maluit dicere, quàm prænomen, vt opinor, quod prænomen non temerè alibi quàm in grammaticorum scriptis reperiatur. & pro Potito in manu scriptis perpetuo Peticus legitur, duntaxat in Sulpitia gente, nec dubito quin rectius. nam Potitorum familia, Valeriæ gentis est. Eum qui mutauit, offendebat vox non intellecta: atqui eadem ratione mutanda essent non pauca alia in hoc genere vocabula, quorum nemo est hodie qui significationem dicere queat, quum passim apud Liuium aliosque historicos occurrant. Sequitur. Cuius lentæ tabis senio.) Lege addendo, lentæ velut tabis. & sic legitur in vetustis ac emendatis codicibus. Cùm ipsa cunctatio & in his animos minuisset, & auxisset hosti.) 221. A. In redundat. Mox pro materi, vetus habet matari. & aliquanto pòst pro musitantes, mussitantes. Imperare duumuiris vt libros Sibyllinos inspicerent.) Legendum decemuiris. Paulò post, ab ædilibus dicta dies esset, non dictæ essent. Cum robore iuuentutis suæ occiso.) 224. I. Acciso est in archetypis, non occiso. Agros, delubra deûm, humanaque omnia.) 226 H. Lege addendo: diuina humanaque omnia. Mox, Luxuria superbiaque clarus, non potentiaque. Superbiæ Campanorum crebra mentio fit apud Latinos scriptores.

In vallem infimam dimitteret agmen.) 228. K. Scribo demitteret. In eundem lapidem & alibi non semel impegerunt scribæ.

Nec tu mihi plus quàm vnius legionis principes hastatos dederis.) Antiqua scriptura. Ne tu mihi plus quàm vnius legionis principes hastatosque dederis. Paulò pòst: Ad subducendum agmen, non seducendum.

Samnites dum huc illucque signa vertunt, vtriusque rei omissa occatione, neque consequi.) 229. A. Vetusti codices: Samnites dum huc illucque signa vertunt, absque coniunctione. & insequi habent pro consequi. Singulis bobus binisque tunicis donati.) 230. I. Illic legitur binisque prius tunicis. & proximè sequenti versu coronam obsidialem, quod nihil erat necesse mutare in obsidionalem. Suessanorumque audiuit legationes, precantib. datū.) 231. E. Legendum: Precantibusque datum. Paulò post: alios graues iam ætate esse, esse redundat. Per speciem militarium vsuum magna pars ablegati. 232. H. lege addendo: Per speciem etiam militarium vsuum, cùm alij alio mitterentur, ablegati. Attestantur manu scripti codices. Quē aūt ab domo posse acciri 232. K.) Ab Roma, illic legitur, nō ab domo. Aliquanto pòst. Aut vbi restitaret) non restaret. Vt mihi de vobis concordiæ partā gloriam.) 233. B. Partæ non partam legendum, Non multo pòst. Ac si cui genus, non gens. Qui maximè suis militib. placeret.) 234. F. Syncera lectio: Qui maximè vobis suis militibus parceret. Sed id propter P. Salonium.) Sed redundat. Proximè sequenti versu melius in vetustis codicibus legitur primipili, quàm in vulgatis editionibus primipilum.

IN LIBRVM OCTAVVM ANNOTATIONES SIG. GELENII.

INTERREGES fuerunt M. Valerius ac M Fabius. Creauerunt Cōsules. 236. H. Lege creauit, videlicet posterior interrex Fabius. Sequēti versu est in Italiam, cum præpositione, contra quàm in vulgatis editionibus. Si socialis vllus exercitus ijs est.) 236. K. Vetus lectio, Si socialis illis exercitus is est. Paulò pòst cc. annorum morem solueremus, nō solueremus. Sed hoc leuius, quàm quòd mox præpositio intercidit, nisi conscientia virium, cùm veteres codices indicent scripsisse Liuium, nisi à conscientia virium Rursus. Ego ipse audiente non populi Romani, Lege addendo, en ego ipse. Ac mox, Iure gentium tutus loqueretur, non iu. gen. loq. Senatus partem æquam ex vtraque parte esse.) Melius vetus, ex vtraque gente. Hæccine fœdera Tullus Rom. rex cum Albanis patribus vestris Latini, hæc L. Tarquinius vobiscū postea fœdera fecit?) 237. E. Quorsum attinebat hic repetere hanc vocem, fœdera? Species viri maioris, quàm humano habitu.) Maior hic iniuria, quàm pro numero literarum, elegantissimo scriptori facta est. Extat in manu scriptis syncera lectio, maioris quā pro humano habitu. Placuit ad auerruncandam deûm iram victimas cædi.) Et hic mutatam Liuij linguam indicant ijdem codices, vbi legitur, auerruncandæ deûm iræ. Aliquanto pòst habent, Spatio quod vacui interiacebat campi. non parui campi. Ignarus fati futuri, quæ laus an pœna merita esset.) 239. A. Malui sequi veterem lectionem, nempe sic: Ignarus facti futorique, laus an pœna merita esset. Scribebantur hæ quatuor ferè legiones.) 240. G. Lege, scribebantur autem IIII. Mox, Tum nec vexilla tum redundat: & quod paulò pòst sequitur, haud procul à radicibus Vesuuij, rectius in manu scriptis legitur, haud procul radicibus. Item aliquanto pòst, funusque par morti, melius quàm compar. Quem velit ex legione. Romana scriptum ciuem.) 241. E. Nec hic erat cur scripta in scriptum mutaretur. Affirmando communem fore Martem belli.) Antiquior ac dubio procul syncerior lectio habet, communem verè Martem. Non hoc solum loco ex lectione Liuiana apparet, communis Mars æquè fuisse celebratum Romanis, ac Græcis illud κοινὸς ἄρης. Sumptum est autem ex Homerico versu: ξυνὸς ἐνυάλιος καί τε κτανέοντα κατέκτα.

Bina in Latio iugera.) 242. I. Latino lege, & subintellige agro. Nam mox sequitur, terna in Falerno. Paulò pòst: Pecuniis pœnaꝗ; pro cuiusque merito persolutis) 242. K. Quis non videat rectius legi, præmijs pœnaꝗ;? Pedani eodem iure quo Lanuuini ciuitatem adepti.) 244. H. Non admodum discrepat quantum ad sensum attinet, vetus scriptura: eodem iure, quo Lanuuini in ciuitatem accepti. Sed priusquam Consules ab vrbe (iusserat enim senatus defendi Auruncos) exercitum educerent, fama affertur Auruncos oppidum deseruisse.) Vetus lectio, Sed priusquam Consules ab vrbe (iusserat enim senatus) defendẽdi Auruncos exercitũ educerent, fama affertur Auruncos metu oppidũ deseruisse. At mox.) Dictus C. Claudius, non dictus est Claudius. Bibere iussæ, vt se falsum commentatam arguerent.) 246. I. Antiqui codices commentam habent, non commentatam. Fugam magis retro, quàm prælium aut hostem expectante milite.) 247. A. Spectante milite, legi debet. Bona Semoni Iano censuerunt consecranda.) 247. E. Quanquam idem sit Sangus Sabinis qui Romanis Ianus, nihil tamen erat necessum hic pro Sango Ianum supponere, reclamantibus antiquæ scripturæ codicibus. Honoris etiã causa fuit, tribunatuꝗ; plebis proximis comitijs absens petentibus præfertur.) 248. I. Exemplaria nostra rectius: honoris etiam ei causa fuit, tribunatuꝗ; plebis proximis comitijs absens præsentibus præfertur. Vitióne creatus esset, in discussionem venit.) 249. D. Rectius in disquisitionem venit. Mox, Publicè priuatimúe, non priuatimꝗ;. Et, Quid in castris vitij obuenisset, non euenisset. Ibidem: quod plebeius dictator sit dictus: dictus redundat, nec est in antiquis codicibus. Deinde est, Alia de causa, non alia causa. Paulò pòst, incursiones in omnem partem, non excursiones, & si id leuiusculum est. Illud maioris aliquanto momenti, quod mox Sotimus in Sotinium deprauatus erat. quidam Lucanorum pretio acciti.) 251. E. Pro acciti, ambo exemplaria habent, asciti. Cui cum senatusconsulto Publius ob æs alienum paternum nexum dedisset, quem ætas formaqúe ad misericordiam elicere poterant, ad libidinem & contumeliam animum accenderunt.) Syncera lectio: Cui cum se C. Publius ob æs alienum paternum nexum dedisset, quæ ætas formaqúe misericordiam elicere poterant, ad libi. &c. Paulò post est, tergum ostentabant, non ostendebant.

In rabiem atque iras imperatorum vertitur.) 253. A. Hic quoque sicut sæpe aliàs, seu scriba, seu castigator, vertit, deprauauit in vertitur. Proximè sequenti versu pro auspicium petendum, auspicium repetendum legi debet. Item pro, missoꝗ; repente senatũ, misso itaque repente. Quin tu respondeas.) 254. H. Scribo: quin tu respondes? Cum omni principũ mag. æqu. cùm ascendisset.) 255. G. Legendum: Cum omni agmine principum.

Licentia sola qua se vbi velint exauthorent.) 256. G. Qua redundat. Et mox detracta erat vna dictio. Legendum enim iussu iniussu imperatoris. Tepẽtes tribunos.) Quid (malum) tepentes? Stupentes lege. Post aliquot versus: Qui castris præerat.) 256. K. non in castris. Deinde, Animi multo prius militum.) non multo plus. C. Sulpitio, Q. Aemylio (Aulum quidã annales habent) coss.) 257. D. Aulium lege. nec enim de prænomine Q. ambigitur, sed de nomine gentili, Aemyliúsne an Aulius dictus fuerit. Mox est, Sulpitio Samnites, Apuli Aemylio, non Apulia. Nec quenquam ex Pollia tribu candidatũ fermè datum, Papyriam fermè solitum.) Vetus lectio syncerior: nec quenquam fermè ex Pollia tribu candidatum Papyriam ferre solitum. Deinde pro locum castris communiri, illic est, locum castris demetari. Sequenti versu pro, Itaque cum, Itaque vbi. Item proximo, pro instruuntur contra, instruunt contra. Postremo pro & hercule, at hercule. Et clamor inde nouus accedens.) 258. K. Imò accidens. hoc erratum & alijs locis aliquoties occurrit. Et quocunque progrediebantur, magis magisꝗ; turbatos hostes cernebant.) Elegantior antiqua lectio: Et quicquid progrediebantur magis magisꝗ; turbatos hostes cernebant. Pedestres restantes ac circunuentos cædunt, ab equite fugientium strages est facta) Scriptura vetus habet: Pedes restantes ac circumuentos cecidit, ab equite, &c. Sed cæterarum rerum irrita fuit deditio.) 359. C. Sed redundat. Mox pro nec discrepant, manu scripta exemplaria habẽt, nec discrepat, & quidem paulò latinius.

IN LIBRVM NONVM ANNOTATIONES SIG. GELENII.



IRCA Caudium castra quàm potest occultissimè ducit.) 260. H. Quis vnquã legit castra ducit? Legendum, castra locat. Altera propter oram superi maris.) 260. I. Præter oram, lege. Sequenti versu, pro alti syluosiꝗ;, lege addendo alti, angusti, syluosiꝗ;. Castra prope aquã vallo circundant.) Hic potius propter aquam legi debet, attestantibus archetypis. Mox.) Consultantes nox oppressit, non consulentes. Et, per annos iam prope xxx. vincimus, rectius quàm vicimus. His inuicem sermonibus tanquam quietis immemores nox traducta est.) 261. B. Hæc locutio solœcismo non caret. Sequuti nostra exemplaria restituimus ad hunc modum: His inuicem sermonibus qua cibi, qua quietis immemor nox traducta est. Ita fermè locutus est.) 261. D. Lege, locutus esse, vt referas ad verbum præcedens, dicitur. Quicquid istud præsens necessitas iniunxerit.) Inusserit habent vetusti codices, magno inter se consensu. Iidem sequenti versu habent: Herennius domum è castris est auectus: non, Herennius domum aduectus. Mox lege addendo, vti prouocarent ad pugnam.

Quæ si pro seipsis ad mortem ruere volunt.) 262. G. Antiqua scriptura: Quæ nisi pro sepisis. Deinde pro, Hic omnis spes opesꝗ; sunt: scribo, Hic omnes spes opesqúe sunt. Spoponderunt coss. præfecti, legati.) præfecti non habentur in archetypis. Et legimus quidẽ præfectos non Romanorum, sed sociorum auxiliorumue, sed illos in ordine Liuius non anteposuisset legatis, quæ summa secundum consules imperatorésue in castris Romanis dignitas erat. Sibi nequicquam animos datos.) Lege addendo: sibi nequicquam arma, nequicquam vires, nequicquam animos datos. Hoc scribæ oscitanti imputandum. Deinde: tantam inter eos qui paulò antè. Lege, inter ipsos, qui. Et aliquando pòst, pro super mœrorem pudor quoque, pudor quidam habent manu scripta volumina. Paulò pòst: Ex alto animo, pro ex alto animi, & si parum interest. Sed tanquam reum tam infelicis belli, quàm ignominiosæ pacis.) 264. I. Quid offendebat castigatorem in hac lectione? qua infelicis belli, qua ignominiosæ pacis? an sic Latini scriptores, aut ipse Liuius, nunquam loquuntur? Ne quid diuini aut humani obstet.) Malim veterem scripturam: ne quid diuini humaniúe. Atqui non indignitas rerum sponsioni vinculum leuat. Si quid est, in quo obligari populus possit, in omnibus potest.) 265. C. In Archetypis legitur hoc modo. Atqui n ind. re. sponsionis u. leuat. Si quid est, in quo obligari populus possit, in omnia potest. Arma cuncti spectant, & bellone vnquam futurum.) 266. G. Mutata est & hic lectio, ne dicam deprauata. Illic legitur. Arma cuncti spectant & bellum, en vnquam futurum, &c. Omnia ira militaris prope vesano ordine egit.) 267. D. Ridiculum erratum. Restituimus ex fide veterũ codicum, prope vesano impetu egit. Aliquanto pòst, signa inde ferre iussit: pro signũ inde ferri. Item, apud infensos ob interpellatam dulcedinem iræ, non interpollatam, quæ vox Latina quidem, hic tamen locum non habet. Et proximo versu lege addendo, consules odio in hostes cessisse. Omnia patienda priusquam perderetur salus tot principum.) 268. K. Proderetur haud dubiè legendum. Nam prius legas an potius, non ita multum refert.

Portas etiam consuli aperuerunt.) 269. D. Addendum: Armatosꝗ; clam hoste in vrbem acceperunt. Acceptum ab vno pauorem plures per vrbem fecerunt.) 274. K. Non displicet vetus lectio: Plures per vrbem ferunt. Paulò pòst est, occultæ principum coniurationes factæ: non, patefactæ. C. Menenius dictus.) 275. E. C. Mænius. Hæc plebeia gens fuit, illa patricia. Etsi omnes antèactæ vitæ.) Legendum: Et omnes. Ac mox: Procul ab his coitionibus, non concionibus. Intentiores esse ad respectum castrorum, nequa eò vis fieret cùm ad prælium starent. aciem peditum tutam fore.) 276. K. Incorrupta lectio: Intentiores ad respectum castrorũ, nequa eò vis fieret, quàm ad prælium starent. Aciem pediti tutam fore. Ac mox. Aut ad circumeundos hostes, aut ne ipsi circumuenirentur.) Alia lectio nihilo deterior: Ne ipsi circumirentur. Samnitium omnis multitudo, & Nolani agrestes.) 277. B. in manuscriptis est, & Nolana agrestis, videlicet multitudo. Minturnæ & Cassinum vt deducerentur coloniæ. Senatusconsultum factum est. triumuiros creauere.) 277. C. Vera lectio: Et in tertiam Cassinum vt deducerentur coloni Sena-

ni Senatusconsultum factum est. sed triumuiros,&c. Religionem afferre facilè posset.) 277 E. Restituimus: religionem facere posset. Item, pro classis ordinandæ, ornandæ legendum est. Et In Samnio Cluuiam, non Cluuieni. Vbi in distinguendo etiam peccatum erat.

Repentè adortus cum clamore ac tumultu inuadit.) 278.K Antiqua lectio: Repentè exortus cum clamore ac tumultu incautos inuadit. Paulo pòst lege addendo, vno animo omnes inuadere.

Virtutem in superbia, audaciem in contemptu deorum hominumque ponis)281. B. Antiqua lectio, Virtutem in superbia, in audacia, in contemptu deorum hominumque ponis. Aliquanto pòst, In syluam Ciminiam penetratum non penetrant. Tum ex iis qui aderant, consulis fratrem M Fabium, Cæsonem alii, C. Claudium quidam matre eadem qua consulem genitum, tradunt speculatum se iturum professum) Vetus scriptura: Tum ex iis qui aderant, consulis frater (M. Fabium Cæsonem alii, C. Claudium quidam matre qua consulem genitum tradunt) speculatum se iturum professus. Paulò pòst, lege addendo, Agrestibus telis, falcibus gesisque. Et, Samnitium bella extollit, non bellum. Ob hæc etiam aucta fama & (vt solet) ingens terror patres inuasit.)283 D Et, redundat. Aliquanto pòst. Et ne nudentur pugnatoribus signa, legendum propugnatoribus. Sequitur ridiculum erratum, Galeatæ cristæ, pro galeæ cristatæ. Item legendum ed Perusiam, quæ ipsa, non quæ & ipsa.

IN LIBRVM DECIMVM ANNOTATIONES SIG. GELENII.

TAMAN ne prorsus imbelle gererent annum.) 290. F. Rectius verus, imbellem ageret annum. Quà satis lato spatio equi præmitti possent.) 292. G. Scribo, quà satis laxo spatio equi permitti possant. Consulem ex dictatura factum M Valerium) Lege, Consul ex dictatura factus M. Valerius Certamen inie ctum.) 292. L Melius quàm inceptum. Et Rogationem promulgarunt, absque coniunctione. Vti rogastis, iubendam censeo 294. G Legendum, Vti rogata est. Ad populandos hostium fines intendit.) 296. G. Lego, incedit. Et sequenti versu vastum non vastatum. Rursus aliquanto pòst: Quid ergo attineret, non attinet. Deinde, quantæque in hanc aut in illam prouinciam copiæ satte essent, assent redundat. Samnites desperantes improuiso tumultu.)297. B. Desperato rectius Obtestandoque propa resistentes consules in concionem pertraxerunt.) 300 F. Vetus lectio habet restitantes, non resistentes. Item pro, At hic ego tibi templum voueo, Illic est, Ast ego templū tibi vouao. Ob hæc etiam appetebat tempus comitiorum, quorum causa L. Volumnius consul Romam reuocatus.) 302 F Syncera lectio, Ob hæc, & iam appetebat tempus comitiorum causa, &c. Tum quod ex concordia consulum bona.) 302. H. Lege, tum quæ. Post aliquot versus: è patribus enupsisset, non nupsisset. A Capena porta ed Martis ædem, ac mox, ad Cereris ædem.) Vtrobique ædem scriba benignus de suo adiecit. Ne ad omnia simul adire & obire vnus non possit.) 304. H. Vetus scriptura, Ne ed omnia simul obire vnus non possit. Fabius Hetruria rebellante.) 308. P. Adde præpositionem, Fabius in Hetruria rebellante. Voluntatem sibi ac fauorem consentientis populi pro omnibus iussis affutura.) 312 F. Antiqua lectio, Pro omnibus iussis esse et futuram. Additæ aræ in medio victimæque)312. I. Additæ redundat. Aliquanto pòst: datum hoc forsan. Hic quoque redundat forsan. Deinde: Exeunti iam fortè in aciem. Rursus fortè scriba adiecit de suo. Vox etiam ad hostes accederet)313. I. Accideret, de quo alias monuimus. Sequenti versu, priusquam gloria alterius exercitus fierat, non foret. Incolumi vix ex tanta trepidatione Bouianū peruentum.)316 H. Antiqua scriptura, vt ex tenta trepidarunt. Vt pauore admodum plures caperentur.) 317. B Exemplaria vetera, Vt paruo admodum.

Pedites equitesque insignes donis transire, ac transuectis multæ ciuicæ coronæ vallaresque ac murales conspectæ)317 C. Lege & distingue. pedites equitesque insignes donis transiere ac transuecti multæ ciuicæ, &c. Aeris grauis transuecta vicias centum millia, & auri 32. millia. id enim redactum ex captiuis dicebatur.) 317 D. Beauit ærarium suo mendacio scriba. Syncera lectio, Aeris grauis transuecta vicies centum millia, quingenta triginta tria millia, id æs redactum ex captiuis dicebatur.

FINIS.

IN FRAGMENTA LIBRI XXVI. ANNOTATIONES.

QVOD nos nacti fuimus è Spira Liuianum exemplar, ex fragmentis vetustissimorum codicum sartuatim descriptum videbatur, præsertim in hoc libro sexto tertiæ decadis. Nam initium voluminis fecerat librarius à particula, quam nos vix tandem in medio libro reperimus, abruptis verbis Cum ea cohærebat aliquot paginis intermediis omissis, libri finis. Deinde quum septimum librum conferre cœpissemus, iterum particulam inuenimus, quæ ad sextum librum pertinebat, vide miram cōfusionem. Nos in iis annotationibus excusorum codicum ordinē sequimur. Sacra fracta, ac spoliata deûm delubra.)477. E. Pro sex istis dictionibus, nos tantum quatuor reposuimus, Et refracta deûm delubra. Castigator quia connexis syllabis scriptum reperit & refracta, substituit ipse, sacra fracta. Deinde quum superessent duæ dictiones, deûm delubra, ne nullus esset sensus, adiecit has voces, ac spoliata. Iam substantiuè sacrum vsurpare magis poeticum est, vt apud Persium In sacro quid facit aurum? Itaque potius sacraria fracta dixisset Liuius, vt de proditis bacchanalibus libro nono Decadis quartæ. Deinde purè lautum in sacrarium deducturam. Et mox. Ancillam se ait dominæ comitem id tum sacrarium lotrasse. Nam sacrum ipsum est sacrificium, vt ibidem: Quæ in ludo simili bacchanalibus in sacro nocturno solerent fieri. Porrò refringendi verbum sæpe apud Liuium comperias, vt hoc libro sexto ad finem: Et porta intus forisque pariter refringi cœpit. Et lib. 7. Deinde proximè refracta porta. Ita vt ne nudo quidem solo, reliquiis direptis, al.) In veteri codice est, reliquiis direptæ fortunę Reposuimus nos, reliquiis di. for. Intelligenda autem per appositionem sententia, nudo solo, subaudi agrorum ædificiorumque, quæ erant reliquiæ direptæ fortunæ. Hoc tametsi leuiculum non animaduersum castigatorem decepit. Saltem quæ comparent.) Non potest vlli dubium videri legendum esse compareant modo potentiali, etiamsi scriptus liber nullus monuisset. Maneant, inquit Marcellus.) In exemplari manuscripto legitur. Manrant imò, inquit Marcellus, Neque est hic otiosa confirmantis particula. Sed non quid ego fecerim in dis. u) Post hæc verba omissa erat sententia, quam nos in contextum inseruimus, nempe hæc, quam quicquid in hostibus feci, ius belli defendit. Tametsi illic deprauatè scriptum erat defendi. Ingentem saltum hoc loco fecit librarius, quemadmodum paulo antè meminimus. Auspiciis, ac per.) 496. G. Reposuimus ex scripto codice, auspiciisque & per n. Breui tempore, hinc o.) Prodigiosè corruptus est hic locus. Legendum quemadmodum castigauimus, breui extorre hinc omne Punicum nomen, vt breui sit aduerbium. Significat extorris exulem, velut qui extra terram siue patriam sit pulsus. Rursum Liuius lib. 7. Extorrem agro Romano, procul terræ contactu alto mergendū. Libro quinto primæ Decadis coniungit exulem & extorrem: Ne exulem extorrem, inquit, populum Romanum ab solo patrio, ac diis penatibus in hostium vrbem agerent. Distinguenda autem verba hoc modo: Animus quoque m.m.m.a.h.t.u. præsagit, nostram Hispaniam esse. breui extorre hinc omne Punicū verbum, ma-

ria

ria terrasq; fœda fuga impleturum. Triferiem exercitus in diu.r. distraxere.) Exercitus vertimus in exercitum (sic enim est in veteri libro) vt intelligas ex vno exercitu tres factos. Ibi pecuniæ) Vetus habet, ibi pecuniæ. Et sequitur paulò pòst: Hic pecunia omnis hostium. Et nescio an vnam Hispaniæ oram, quæ nostro ad m.) Hæc verbe nullo sensu dicte sunt. Reposuimus ex veteri libro, & uescio an vnum in Hispeniæ ora quâ nnstro adiacet mari. Est autẽ quâ aduerbialiter hic legendum. Vt eodem tempore exercitus ostenderet.) Hunc locum mutilum integrum fecimue, ascriptis verbis ex entiquo volumine quæ deerant, hoc modo: Vt eodem tempore Scipio ab terra exercitum ostenderet, clasisis portum intreret. Expunximue enim coniunctionem, quæ vltimam clausulam connectebet, qua nihil hic est opus. Porrò huic loco non frustra asteriscum apposuerat Asulenus. Nullum obiectum vallum.) Exempler scriptum babet tantum, nullum obiectum. Perpensa sententia, legendum opinor hunc locum sic. His ab tergo, nam frons natura iuta erat, vallum obiectum. Sensus est: A tergo castris vallum obiectum, ne obruerentur: à fronte verò minimè, quum illac natura locus munitus esset. Assignet iterum rationẽ paulò pòst cur à fronte uullum vallum opposuerit: Vnde, inquit, quum tam parui operis munitio esset, non obiecit vallum imperator Romanus. Cęterùm sita Carthago sic est) 497. A. Castigaui. Etenim sita C Nam reddit causem nou obiecti à fronte valli. Peulo plus) Peululo plus. Patulum, & ad sept.) Castigauimus, peulum etiam ed sept. hoc est modicè. Ex autiquo. Vtcunque exæstuet mare.) Adiecimus clausulam quæ deerat, Vtcunq; exæstuat aut deficit mare. Circumuectusq; clesse.) Scripsimus classem. Et mox pro tuterim, intenti. Ex veteri. Quod ad vrbẽ potissimũ oppugnandem bello orsus esset.) Quatuor insignes mendæ sunt iu bac breui oratiuncula. & seusus est inuersus, imò prorsus nullus. Sic eutem Liuius scripsit, quòd ab vrbe potissimum oppugnanda bellum orsus esset. Mox gerundium hortendo quod sequitur, debebat esse cohortando. Iu ditionem nostram tradent.) Nostram eliquis adiecerat. Hic tormenta, arma.) Omissum fuit hic vocebulum ermamenta, boc modo: Hic tormenta, armamenta, erma. Sic deeret mox particula, &, qui simul vos instruet, qunm deberet esse, qui simul & vos instruet, & hostes uudabit. Et hic deerat pagine aut amplius in exemplari manu scripto. Intentis omnibus ad opem ferendam.) 498. I. Legendũ ed opem eo ferendã. Vt nemo sentiret antè à tergo cap.) Vt nemo senferit antè à tergo capt. Vtrinq; ancipitẽ host. h.) Reposuimus ex veteri codice. Et vtrinq; ancipitem host. h. Porrò nõ est hic superuecanea connectens particula, &. Et porte intus forisq; pariter refringi cœpta.) Emeudaui cœpit. Ex manu scripto. Neque enim effecteuit Linius figuram similiter cadentis. Partem ipse ad arcem ducit.) Induximus & dictionem partem, quæ non est in codice veteri, non alie de causa additam hic à castigatore, quàm quòd nou puterat absolutè ducendi verbum à Liuio vsurpari. Catapultæ maximæ fermè centum viginti.) In veteri codice est maximæ formę. Et hic vbique certos uumeros appositos hebet. Libræ fermè omues pondo.) Non libræ legendum est, sed librales. At uenes on.) Deleuimus et particulam, non ex entiquo libro, sed aliunde adiectam. Et neueli alie materia.) 499. C. In codice scripto mendosè legitur, naualia materia, Opinor duntaxat legendum, nauali meteria. Vt de lignis intelligas. Inter tantes opes bellicas Car.) Restituimus: Inter tentas opes belli captas Carthego ip. f. Et iu capienda vrbe.) Dispunximus præpositionem in, quam elegantius subeudias. Fessosq; milit. omuibus vno die belli operibus.) Castigauimus operis, euthoritetem sequuti voluminis manu scripti, quæ vox huic loco maximè quadrat. Significat autem opera ectionem ipsam cuiue finis est opus: Opera militaria sunt munitioues castrorum, vt quum de Marcello paulò pòst dicit, & opere perfecto extemplò in aciem legiones ducebat. Et rursum: castra iude pouentem vndique munito res operibus prohibet. Libro quinto primæ Decadis: Ad opus, inquit, milites traducti. Operum omnium longè maximum ac laboriosissimum, cuniculus in arcẽ hostium egi cœptus. Eodem libro paulò pòst: Operibus temen, inquit, uon vi expugneta est. Item libro nono significantissimè de Gallis: Quando nec fossa valloq;, inquit, ab ignauissimo ad opera ac muniendum hoste clausi essent. At operæ sunt ipsi labores & officie militum, vt in dimicando decurrendoque & reliquis exercitijs. Nec constant opere fine operis. Liuius noster libro quinto primæ Decadis: Nusquam, inquit, nec opera sine emolumento, nec emolumentum fermè sine impensa opera est. Pretium tamen muralis coronæ decus eius esse.) Docuit hunc locum sic emendendum liber vetus, præcipuum muralis coronæ decus, eius esse. Q. Tyberilius centurio.) Legendum: Q. Trebellius centurio. Socijs C. Lælius classicis, Legionarijs M. S.) Volumen scriptum habet, Læliusq; tectus clasisis. Proinde legendum est indubiè: Socijs C. Lælius Præfectus clasisis, legionarijs M. Semp. Tuditanus aderat, quemadmodum & nos in contextu cestigauimus. Intelligit autem per socios, socios neuales, vt nihil fuerit opus addere clasisicis. Adiuuet nostram emendationem quod peulò pòst sequitur. Ante omues C. Lælium præfectum clesisis &c. Cornelium Claudium.) Vetustus codex docet legeudum, P. Cornelium Caudinum. Tantæ indignitetis uon tam aduocati.) Emendaui, emoti tantæ dignitatis. Per omnes deos apparatos iurare magis.) Legendum est iuxta antiquum volumen paratos iurare, hoc est, promptos. Apparatus ad eultum refertur. Quod verò paulo pòst sequitur, ad concionem aduocauit, illic est vocauit, & compe-risse nõ compertũ habere. Ac xxx. bobus doneuit.) 500. G. In scripto codice est viginti bubus d. Porrò mira varietas in numeris est. Nõ de pondere auri argentique & redactæ pecuniæ conuenit.) Volumen antiquum habet: Non de numero auri atque argenti, & redacta pecunia conuenit. Si aliquibus assentiri necesse est.) Exempler vetus habet: Si aliquis adsentiri n. Nisi sit aliquis pro aliquibus. Posset etiam legi alicui, subeudi scriptorũ prodentium illa. Media simillima veris sunt.) Arbitror Liuiũ scripsisse quemadmodum est in veteri, media similia veri sunt. Quid autem opus fuit similia veri mutare in simillima veris? quũ Latinè & eleganter dicamus simile veri. Quam tristi sub. seru.) Lectio vetus, quàm à tristi subiectas seruitio. Nec vecet à particula significans subiectionem quam pariat triste seruitium. Sic libro septimo. Scipio euidior etiam certaminis erat, cum, à spe quam successus rerum augebat, tum quod. Sic enim locũ emendauimus, quum prius legeretur, cum ea spe. Inter hæc è media turba.) In exemplari scripto tantum est, media turba, vt subaudire possis, è vel in media turba. Cùm Scipio nihil profecto.) Vetus. Quum Scipio nihil defuturum ijs profecto diceret.

Alia mibi cura.) In antiquo volumine legitur: Alie me engit cura ætetem harum intuentem. Animum stimulat.) Hæc verba non sunt in libro manu scripto. Stabant ætate & forma) Sic procul dubio Liuius scripsit, quemadmodum manu scriptum volumen docet: Simul ætate & forma florentes circa eam Indibilis filiæ erant, eliæqúe nobilitate pari. Cæterùm quando simul instimulat verterat castigator, opus erat verbũ aliquod insultire. Adiecit itaque de suo verbum stabant. Nec minorem arguit, vel scribæ vel castigatoris supinitatem, quod hactenus in vulgatis exemplaribus pro aliæqúe nobilitate peri, legimus eæq; nobilitate pari. An si sorores erant, non erant peri nobilitate? Suspicatus fortasse est scriba non fuisse germanas. Ne quid quod sanctum vsquem esset apud vos, violeretur.) Depreoata & hæc senteutia. Legendũ enim hoc modo distinctis verbis, ne quod sanctum vsquam esset, apud nos violaretur. Sic enim est in manu scripto codice. Q. D. Turpe esse violari apud Romanos quod apud vlloe Barbaros sanctum sit. Dignitasq; facit.) Facit non erat in libro veteri, sed supernè quidam verbum monet, adiecerat. Vestre quoque virtus dignitasq; monet. Quàm ciuium coniuges.) Legendum quàm hospitum coniuges, iuxte vetustum librum. Desponsetam eam esse.) Desponsam est in veteri. Cui Luceio nomen erat.) Hic & paulò pòst exemplar scriptum hebet: Allucio, non Luceio. Et mox à domo non ab domo. Minor sit inter nos.) Tu scribe veteris libri fidem secutus, quo minus sit huius inter noe sermonis verecundia. Vult eutem Scipio nullam verecundiam esse eius sermonis, qui de casto amore sit institutus inter iuuenes præsertim. Cùm sponsa tua vocata à militibus n.) Pro vocata reponi debet, cepta. Quia ipse, si f. l. ludo æt. præsertim illecto & læto legitimoq; amore.) Hic locus multorum calamis deprauetus est, dum pro in recto alius substituit illecto, alius & læto. Sic eutem legi debet: Et forme faceret fidem, quia ipse si frui liceret ludo ætatis, præsertim recto & legitimo amore & nou respublice, &c. Tuo, cuiue sponse est emori faueo.) Legendum ex fide codicis vetusti: Tuo, cuius possum, amori faueo. Fuit sponsa tua.) Sic distingue. Fuit sponse tua apud me, eadem qua apud soceros tuoe parentesq; suos verecundia. Seruata tibi est, vt inuiol. Adolescens simul pudore, gaudioq; perculsus.) 501. D. Sic castigauimus ad exemplar vetus, Quum adolesceus simul pudore & gaudio perfusus: dextram Scipionis teneus, deos omnes inuocaret ad gratiam illi pro se referendam, q. s. n. f. f. pro suo a. etq; illius erga se merito esset, parentes inde cognatiq; virginis eppellati. Mira bic partim scribæ, partim castigantis negligentia accidit, vt ex vna sententia geminam fecerit, quum particula sublete, & verbo inuocaret in inuocare mutato. Quid autem opus fuit pro perfusus supponere, perculsus, quod ad metum & terrorem refertur? Vt nihil dicam quod eblatiuus merito, omissus fuit. Vt id ab se donum acciperet.) Pro eb se quidam, in exemplari vetusto scripseret ipse. Satis omnibus compositus.) Emendaui-

mus

mus in veteri, rebus omnibus compositis. Captiuis Magone, & quind.) In scripto legitur: Captiuis, cum Magone & q. Vt intelligas & alios captiuos præter Magonem, & quindecim senatores, naui impositos. Præpilatisque missilibus.) Codex antiquus habet hic, pilatisque missilibus. Suspicor scribendum, pilatisque missilibus. Remigio classis ciues, militesque tranquillo.) Vitiatus locus est, quum pro Remigium scriptum sit Remigio, & pro classicique, classis ciues. Legendum autem attestante vetusto volumine: Remigium, classicique milites tranquillo in altum euecti. Porrò sic vocat Liuius Remigium ipsam multitudinem remigum, quemadmodum Horatius dixit in Epistolis. Remigium vitiosum Ithacensis Vlyssei. Respublica ipsa strepebat apparatu belli. Fabris omnium generum in publica officina inclusis data cuncta, quam pari cura subibat.) Et hæ clausulæ miris modis interpolatæ sunt. Nec lectio veteris libri prorsus benè habet, quæ est huiusmodi. Vrbs ipsa strepebat apparatu bellicam officinam inclusis. Dux cuncta pari cura obibat, nunc in classe ac nauali erat, nunc cum legionibus decurrebat, nunc operibus aspiciendis temp. dabat. Porrò suspicor legendum, Vrbs ipsa strepebat apparatu belli, publica officina inclusis. subaudi opificibus strepebat. Nam de illis loquitur, de quibus suprà dixit: Destinauit opifices, ad duo millia hominum erant, eos publicos fore cum spe propinqua libertatis. Iam vide quomodo interpolatus sit iste locus. Primum pro vrbs ipsa subdidit castigator Respublica ipsa, quasi Respublica strepere possit. Deinde hæc verba: Fabris omnium generum fortassis adiecit de suo Clausulamque elegantem, Dux cuncta pari cura obibat, ipse sic mutauit, data cuncta, quam pari cura subibat, vt de officina intelligamus. Postremò omisit oratiunculas, nunc in classe ac nauali erat, nunc cum legionibus decurrebat. Refectisque quos quassauerant, muris.) Vetus exemplar habet: Refectisque quæ quassata erant muri. Cuius rei tam paruo præmio.) 502. H. Apparet ex scriptura libri vetusti, legi etiam posse: Eius rei tam paruæ præmio.

IN LIBRVM XXVII. ANNOTATIONES

PER BEATVM RHENANVM.



IN Italia autem Consul.) 502. I. In veteri codice non est autem. Prædæ aliquantū eius militi fuit concessum.) Exemplar manu scriptū habet, præda, & aliquantum eius fuit militum concessa. Arbitror legendum, Prædæ aliquantum. Vsui militum cōcessa. Vt sit sensus. Prædæ aliquantū subaudi captum est. Vsui militum concesse s. fuit præda. Nam sequitur infrà: Ibi ad quatuor millia hominum capta, & cæteræ prædæ aliquantum. Tantum gaudij.) Vetus: Tantum gaudium. Pari audacia Romanus.) Emendauimus: Par audacia Romanus. Nam sequitur, consilio & viribus impar. Et sic est in libro scripto. Et sinistra ala acriter pugnam inierunt.) 503. A. Reposuimus. Et sexta, alacriter pugnā inierunt. Nam mox meminit sextæ legionis & quintæ. Occiditque principes.) Hoc verbum videtur aliquis adiecisse. Mihi magis arridet vetusti codicis lectio cum participio perempti, quod in margine quidam ascripserat hoc modo. Principes qui cum Fuluio colloquia occulta habuisse comperti sunt, perempti. Semiermes.) Scriptura vetus satis ostendit non semiermes, sed inermes legendum esse. Et Romæ q. cum luctus ex p. tum.) Video potius scribendum iuxta volumen antiquum: Et Romæ quidem quàm luctus ex p. tam timor in s. e. In multum diei.) Castigaui in multum diem ex veteri. Aduersus prodijt.) Prodit illic legitur, sicut paulò antè, dexteræ alæ sinistra subit. Non subijt. Locauit autem omne frumentum.) 503. E. Deprauata clausula. legendum attestante vetusta scriptura. Locauit autem omnem frumento, subaudi, agrum, vt videlicet frumentum perciperet.

Sibimetipsis tecta militariter e.) Scribe sibimet ipsos, vt sint duæ dictiones. Stramento intecta, omnibus velut de industria alimentis ignis.) Hic locus cùm mihi displiceret propter ablatiuum omnibus, inspexi vetus exemplar, & reperi illic scriptum non omnibus sed omne. Verum nec sic videbam Liuianum constare candorem. Itaque diutile expensis non solum verbis sententiæ cohærentis, sed ipsis etiam elementis deprauati vocabuli, hoc sum adductus, vt putem à Liuio scriptum fuisse, non omne sed omnia, sic ordinanda siue distinguenda sententia: Erant autem pleraque ex cratibus aut tabulis facta, alia arundine texta, stramento intecta omnia, velut de industria alimentis ignis. Vt videlicet ablatiuus alimentis referatur ad priores ablatiuos, cratibus, tabulis, arundine & stramento. CLXX. Campani.) Scribendum Capuani, sicut paulò antè: Ne deesset materia in Capuanos sæuiendi. Non Campanos. Nam Capuæ res hæc accidit, de qua hic loquitur. Sunt tamen Capuani & Campani, quod in Campania sita sit Capua. In Hetruriam legati.) In exemplari scripto legitur In Aetoliam legati. Ne aut consulem Marcellum.) Expunximus Marcellum. Quæ prospera prælia.) Reposuimus quæ is prosp. Ex veteri. Quàm Romano.) Vetus habet, Quàm Romanis esse affirmabant. L. Geminum.) In antiquo est, Genutium. Pateram ex quinque pondo auri factam.) Ex scripto codice legendum: Pateram auream ex quinque pondo factam. Subauditur autem auri.

Ijs quoque quæ darentur, portata, togæ pr.) 504. I. Videtur antiqui libri lectio esse: Ijs quoque quæ darentur portata, togæ prætextæ.

Multa ea æstate.) Vetus. Multa æstate qua hæc f. Peruenisset. In veteri, venisset. Et mox: Ibi de suis rebus. Non, vbi. Neminem Siculum, qui metu inde fugati absuerint, esse.) Hæc verba significant, nullum ex Siculis qui aliquando fugerint, esse in Sicilia. At M Valerius cōsul contrarium hic Romano senatui persuadet. Legendum igitur quemadmodū castigauimus ex scripto codice Neminem Siculum, qui fugati metu inde abfuerint, non esse. Subaudi in Siciliam, hoc est in Siciliam rediisse. Honores omnibus ad exoluendam fidem à consule habiti.) Hoc satis obscurè dictum est ad exoluendam fidem: nam oportet aliquid subintelligere, puta senatus ipsius, aut alterius cuiuspiam. Clarius autē loqui solet Liuius. Proinde magis mihi probatur lectio manu scripti codicis, quæ sic habet. Honores omnibus ad exoluendam fidem consulis habiti. Vt intelligas Regulis istis habitum honorem à senatu, quo liberarent fidem consulis M Valerij, qui fidem suam illis obstrinxeret, futurum vt si Romam venirent, honoribus afficerentur: Quo ordine vel.) Hæc verba non sunt in antiquo codice. Sed tantum, vt sciret quo in statu res Africæ essent. Quare dispunximus adiectitiam clausulam. Sed dictatorem comitior. hab. dici, & extemplò.) Quid opus fuit hic mutare Liuij verba? procul dubio non consuluit veteres libros, qui descriptū ab hinc annis centum Liuianum exemplar castigare est eggressus. Melius & elegantius in scripto volumine legitur, nempe sic: Vt non expectanda comitia consuli censeret, sed dictatore comitiorum habendorum causa dicto, extemplò in prouinciam redeundum, quemadmodum & nos castigauimus in contextu. Eodemque iure vocatæ reliquæ inclinassent.) 505. E. Volumen scriptum non habet reliquæ, sed tantum eodemque iure vocatæ inclinassent. Porrò, eodemque aduerbium est, & iure septimo casu dictum, vt & sorte. Itaque si suum nomen dictator acciperet.) In exemplari vetusto, si suum n. d. exciperet legitur. Vnde conijcio sic hunc Liuij locum castigandum. Itaque ni suum nomen Dictator exciperet. Cum Flaminius.) Indicant vestigia scripturæ veteris, tametsi mendosa, deesse hic prænomen Flaminij, puta C. aut P.

Plebemque sciisse.) Est in scripto, iussisse. Sed nescio an mendosè, sicut & suprà, quem populus iussisset dictatorem. Exemplumque ea in re.) Reposuimus ex antiquo libro, exemplaque. Nam subdit, vetus L. Posthumij, recens Q. Fabij. Sic enim legi debet. Non recensque Q. Fabij. Patribus id tempus Reipublicæ, In margine vetusti codicis ascriptum erat, verbum interesse.

Hi censores.) 506. H. Castigauimus: Sed hi censores. Et mox pro Republica scripsimus publicæ rei. Sic enim antiquus liber habet. Et sic est legendum. Pro temporis huius copia magnifici apparatus.) Vetus habet: Pro temporis eius copia magnificè apparatos. Ab Scipione gestas supplicationes.) Scripsimus à P. Scipione gestas supplicationem. Et paulò post pro, Quod mihi minus, sed mihi minus. Ex volumine scripto.

C. Calpurnius præesset.) Emendauimus præfuisset.

Quem Q. Fuluius habuisset.) Hanc sententiam in vulgatis exemplaribus transpositam ex veteri libro sic suo loco restituimus: Capuam exercitumque quem Q. Fuluius habuisset, T. Quintius obtineret. Exercitumque qui tum iam Arimini erat.) Sic videtur legendum iuxta scriptum exemplar: Prouinciam exercitumque (Arimini erat) acciperet. His quoque est.) Huiusmodi lectionem indicat

vetustus

vetuſtus codex. (His quoq; enim prorogatum imperium) in Sicilia Cannenſis axercitus datus. Nam ſequitur infrà: Et in Sicilia ita diuiſæ res. Sex. Cæſari Cannenſis eaarcitus eſt datus. C.Aurun.eædem in Sardiniam.)507.B. Scripſimus in Sardinia. Hic vnam paginam tranſilire coacti fuimus ob defectum qui erat in eaemplari mau u ſcripto, quod ex Spirenſi bibliotheca nacti fueramus. Idem ſocios conſenſiſſe omnes.)509 A. Sic diſtinaimus. Idem ſocios. Suhaudi facturos. Conſenſiſſe omnes. Quæ officio deceſsiſſent.) Miror cur hic libuerit caſtigatori ſupponere deceſsiſſent, quum in veteri codice ſit deceſſerint. Teri tatis prius aliarum col.) Caſtigauimus ex veteri libro, Pertentatis pr. al. col. animis. Aliud autem eſt, tentatis, aliud pertentatis. nimirum hoc poſterius abſolutam diligentiam arguit. Sequi in ſenatum eos iuſ.) Expuoximus accuſatiuum eos, qui elegantius ſubauditur. Nam præcedit merito eorum, & collaudari eos. Nec eſt in ſcripto codice. Signini fuere & Nolani.) In Spirenſi volumine non eſt Nolani, Venuſinorum verò vocabulũ quod omiſſum erat in vulgatis editionibus, inſeruimus poſt Nucerinos. Nec eſt illic Firmiani, quum oppidum Firmum appelletur non Firmium. Eſt & Spoletini non Spoletani. Et ad populum actæ.) Vetuſti codicis lectio: Et apud populum actæ. Quod in ſ. ær. ad vlt. caſus ſeruabatur.) Liber ſcriptus habet ſeruaretur. Sic autem & infrà loquitur Liuius. Non eas, inquit, ſolum quæ remis agerantur. Non agebantur. Cenſores vt agrum Camp. fruendum loc.)509. E. Caſtigauimus. Duo cenſores. Porrò ſic dicit hic elegauter, vt agrum Campanum fruendum locarent, quemadmodum ſuprà diait: Smul vt cum agro tacta vrbis frnenda locarentur. Et his T. Manlius.) Expunaimus particulam &. Et ius liberum.) Pro &, hic ſubſtituimus, ei datiuum. Qui equo mereri deberent.) Emendauimus, merere. Ne remorandi quidem cau.) Antiqua lectio: Ne morandi quidem. Et quia in animum induaerat.)510. I. Addidimus vocabulum ita: Et quia ita io animum indua. Prægreſſum eum aſſequitur.) Pronomen aum quum non ſit in codice ſcripto, & elegantius ſubaudiatur, ſubmouimus. Non caſtra ponare pati.) Hunc locum mutilum ita ſuppleuimus & ordinauimus ea libro vetuſto. Noo iter quietos ſacera, caſtra non ponere pati. Deatera alia.) Caſtigauimus: Dextera ala.

Dum alij trepidi cedunt.) Ex vatari libro ſcripſimua, trepidè. Nam ſequitur, alij ſegniter. Et victos ſequendo, priori æſtata abſumpſiſtis.) Legendum priorem æſtatem abſumpſiſtis. Sic autem ſæpe Liuius loquitur. Vt infrà. Primum diem quo fines hoſtium ingreſsi ſunt, populando abſumpſerunt. Et rurſus, Cùm hyemen totam reconciliandis Barbarorũ animis, partim remiſsione obſidum captiuorumque abſumpſiſſet. Et itarum: Ipſa reliquum æſtatis recipiendis in fidem Hiſpaniæ populis abſumſit. Et cuius ipſius pudere ac pœnitere vos oportet, referam.) 511.B. Hanc ſententiam caſtigator quiſpiam additis dictionibus interpollauit. Nec enim eſt Et cuius, aut verbum referam in eaemplari Spirenſi. Sad, Cuius & ipſius pudere ac pœnitere vos oportet: nampe æquis manibus. Suſpicor verò pro ipſius ſcribendum ipſos. Cuius & ipſos pud. ac pœni. vos op. Et eſt initium nouæ ſententiæ. Nec opus eſt verbo referam, quum cohæreant alioqui quæ ſequuntur. Nam ſenſus eſt, Cuius & ipſos pudere ac pœnitere vos oportet, hoc ipſum eſt, quod æquis manibus heſterna die diremiſtis pugnã. Cum eaercitu meo eloqui videor.) Quid illi venit in mentem, qui hic eloqui pro varbo loqui ſuppoſuit, quod legitur in codica ſcripto? Diſtrictis gladijs diſcinctos deſtituit.) Obſcura lactio ſimul & mendoſa. Varus axemplar habet: Deſtrinctis gladijs cinctos deſtituit. Non dubito quin ſcripſerit Liuius, deſtrinctis gladijs cinctu deſtituit. Vt ea ignominia affectos intelligas, qua malè ſe gerentibus in prælio militibus & gladij à lateribus auferuntur: & ipſe cinctus ſiua cingulum, vt diſcincti & ſoluti incedant. Vſurpatur ſubſtantiuè cinctus. Vnde Virgilianum illud: Cinctuq; Gabino. Ita concio dimiſſa, ſatendo iure ac m.) Pro ſatando ſcribendum eſt ſatentium. Ordiñati armatiq;.) Spireoſe volumen habet, armati ornatiq;. Indicant autem ſequentia nondum ordinatos ſuiſſe. Et intellige ornatos poſt ſtragem proximam ex qua laceri redierant. Sic libro nono huiua Decadis. Diemq; ijs, qua equis armisq; inſtructi atque ornati adeſſent, edixit. Viribus qnoq; ſufficarent.) Expunximus quoq;. Neq; enim aſt in libro ſcripto. Copias educit.) Scripſimus & copias educit. Hortator teſtisq; præſens firmabat.) In veteri codica hæc appoſitiuè leguntur, ſine particula que: Hortator teſtis præſens firmabat. Et partim conculcatis.) Repoſuimus antiquum vocabulum quo Liuius vſus eſt, quemadmodũ taſtatur exemplar ſcriptum, nempe occulcatis. Eſt autem occulco pro obculco, ab ob & calco. Et tam conſerta turba.) Vetus mendoſè habet, & aum conſerat turba. Opinor ſcribendum: & in conſerta turba. Conſternatas agit quàm inſid.m. imperio regun-tur.) 512. H. Reſtituimus ex Spirenſi codica, conſternatam agit, quàm in ſid.m. imperto regitur, Subaudi belluã. Qui proſequerentur agmen.) Antiqua lectio, ſequerentur agmẽ. Recepti ſunt.) Scripſimus accepti, dsleto verbo ſuot. Tu intellige clementer acceptos, clementer tractatos: Quam lectionem & editio Romana continet. Ad cætera inopem, ſe, recepere.) Vetus codca habet, cõceſſere, quem & nos ſecuti ſumus. Atque inter populares tum honorati.) Exemplaris antiqui ſimul & Romanæ editionis lectio, tam honorati. transfuga iuſſus.) In Spirenſi volumina legitur profuga. Nos caſtigauimns perfnga, ſublata præpoſitione pro, quæ in vulgatis editionibus malè recepta eſt. Simul à portu & à nauibus quæ ab aperio mari.)513.C. Scripſimus & à portu & à nau. quæ aperto mari. Nam ſic habet antiqua lectio. Qui præfectus claſsis ſuerat.) Inſeruimus vocabulum antea claſsis fuerat. Et pro illo loco præpoſitus, ſcripſimus illi loco præp.

Vt captæ vrbis interdum eacitatur clamor.) Excitaretur caſtigauimus, quamadmodum & Romana habet ædi-tio. Et mox pro ſignaq; inferri ſcripſimus, ac ſigna. Accadebat ſonus.) Vtrobiq; legitur accidebat in codice vetuſto. Item quum ex temporis. Non quum & ex temporis ſpatio. Qua Brutiorum præſidium aſſe agitatæ proditionis eonciliator nuntiauarat.) 513. C. Hæc mandoſa lectio non ſolum in Romana editione, ſed & in cæteris omnibus quæ inde propagatæ ſunt inoleuit. Antiquum volumen habet. Qua Brutiorum cohortem præſidium agitara prodit. conci. nuntiauerat. Tametſi deprauatè ſcriptum eſt illic cogitare pro agitare. Porrò librarius caſu cohortem accuſatiuum omiſerat. Et caſtigator non inſpecto codice vetuſto, quum verbum agitare non admodum quadraret, adiecit aliud verbum, nempa aſſe. & agitare vertit in agitatæ, vt coniungeretur cum genitiuo proditionis. Nos locum reſtituimus in contextu. Inde & proxima reſ.) Scripſimns: Deinde proxima reſ. porta. Nam ſic habet volumen ſcriptum. Prius penè quàm conſere.) Vocabulum penè expunximus. Et mox, pro ex aquo præcipitatum eſſe ſcripſimus præcipitaſſe. Sic Liuius infrà: Quum in Italia ad Thraſimenum & Cannas præcipitaſſet Romana Reſpublica. Item libro ſeato primæ Decadis: Ipſi, inquit, in inſidias præcipitauere ibi. Hoc verbum vſurpat abſolutè. Vt Syracuſarũ ornamenta æquauerint.) Pecimus ex æquauerint, æquarent. & pro, ſed & maiore ſcripſimus, ſed maiore. Curſum agmine facto.)514.F. Corrupta verba ſunt. Legendũ, atteſtanta veteri libro: Curſim agmine acto, In editione Romana, & ea quam proximè nobis Colonia Agrippina dedit, curants Ioanne Sobio viro optimo rectè legitur, curſim. Verum in altero vocabulo dormitatum eſt. Impunita ijs priora fore.) Suſtulimus datiuum ijs. Et infrà pro, dolo in uictus fuiſſat, ſcripſimus, eſſet.

Tantis augeſcere incrementis.) Legendum iuxta veterem ſcripturam, tacitis augeſc. incrementis. Et mox, quà cœpiſſent ruerent. Nõ qua cœpiſſent, fluerent: quemadmodum repoſuimus. Demiror Venetos & Colonienſes non dignatos inſpicera editionem Romanam, in qua poſterius vocabulum rectè habet. Cum ea ſpe.) Legendum: Quum à ſpe, quam ſuc. r. augebat, hoc eſt, propter ſpem. Porrò mirè elegans eſt, à, particula in hoc ſignificatu. Cum ijs copijs.) Quid opus ſuit hic addere copijs quum præcedat, copias auaerat. Et mox, terreſtribus copijs. Huiuſmodi dictiooes à profeſſoribus ioter euarrandum adduntur, quum verba authoris ea ponunt. Et deinde à parum attentis recipiuntur in contextũ. Iam eoim & Lælius.) Spirenſe exemplar huiuſmodi lectionem videtur continere. Ab Tarracone egraſſus (& Lælius redierat ab Roma ſine q n. m. r. m. volebat.) Tametſi lacunula erat poſt vocabulum egreſſus. Quàm glorianti eam velut primam occaſiooem raptam.) 514. K. Mendoſue locus eſt. In manu ſcripto legitur, qua glorianti ea velut primã occaſionem rapta. Suſpicor ſic ſcripſiſſe Liuium, quàm glorianti ea ſua primam occaſionem rapta. Niſi quis malit legere, velut ad primam. Nequa enim ſe reprehendere nomen hominum, ſi tam anceps od.) Sic in editiona Veneta legitur, ſed deprauatè, quam nos cum exemplari manu ſcripto contulimus, propter authoritatem officinæ Aſulanicæ. Vetus codex amorem hominum habet, minus à germana Liuij lectione aberrans. Debet autam eſſe morem non amorem. Et mox, ſi tam non, ſi tamen. Minimè ſeſellit hoc Iacobum Sobium admiratorem Liuij ſingularem, cui Colonienſem editionem cæteris caſtigatiorem debemus. Quales ex hac die. Scripſimus, ex ea die. Et mox operæ aorum pretium ſaciat, pro ſaceret. Inſuper in conſpectum eius (ſcilicet Indibilis qui pro vtroque loquebatur) pro, in conſpectum ijs. Liberiq; lachrymantibus præ gaudio redduntur.) Vetus exemplar tantum habet, lachrymantibns gaudio rebus abſq; præ. Freqnens autem eſt apud Liuium caſus ſeptimns. Sic paulò pòſt. Quum eſſuſis gaudio lachrymis capere vero diceret. Gaudio,

hoc eſt,

hoc est, ob gaudium. In hospitium adducti.) 515. B. Vbi in eaculis codicibus est adducti, plerunque in scripto abducti legitur. Nec malè quadret. Nam qui adducuntur, etiam abducuntur ab eo loco in quo sunt. Et fluuius.) In scripto tantum est, Fluuius. Armorumque.) Scripsimus, aut armorum. Sicut mox, quas cepissent hostes, quas cepissent, hostibus aliter distincta sententia. Præterea per quã defertur amnis, pro deferretur. Ex libro veteri. Per aspera primum nihil aliud, quàm via impediti iere.) Antiqua lectio, per aspreta. Et cum cæde magna in aciem eltiore.) Scripsimus, Et cæde magna in aciem altiori. Paulò pòst adiecimus particulam, &, quæ deerat, Locusque ad euadendum & medijs datus est. Et cædes fierent scripsimus, pro cædes fieret. Circumfusa inde omnis multitudo.) 516. G. Omnis, non erat in Spirensi codice. Et pro, Romæ intolerabile esse, erat intolerandum, quemadmodum & nos castigauimus. Vt confestim Asdrubalem consequeretur.) 516. K. Legendum persequeretur. Aut in vltima Hispaniæ amoti.) Vetus habet, moti. Quod verò mox sequitur: Simul & Hispanos, scripsimus vt pro &, Simul vt Hispanos. Nec cum Romanis) In scripto libro legitur: Nec cum Romano, subaudi, exercitu, quemadmodum & nos mutauimus. Ingenio magis quàm virtute.) Reposuimus, astu magis quàm ui. Demiror quid castigatori in mentem venerit, vt hic aliam vocem supponeret. Astus est quem in hominibus damnamus. Venusiam in tecta milites abduxisset.) Hic tecta legunt omnes, propterea quod sequitur, bis cæsum exercitum eius æstiua Venusiæ sub tectis egere. Exemplar manu scriptum habet, in eata. Proinde malim legere in statiua. Quemadmodum de Nerone consule dicit circa finem huius libri Citaciore quàm inde venerat, agmine die sexto ad statiua sua atque ad hostem peruenit. Marcellus Romam rediret.) Ex fide vetusti codicis scripsimus hic, veniret, pro rediret. Et mox absente ipso ageretur. Item, accusauit tribunus. Et diutius ibi. Vtrisque consulibus.) 517. K. Scripsimus Vtriusque consulum. Et mox, duo consulum prioris anni exercitus, pro consulares. Et quæ senatus censuisset.) Videtur ex æquè mendose codicis scripti lectione legendum: Ex quo Senatus censuisset. In qua & T. Quintius Pr. fuerat.) Authoritatem secuti manu scripti voluminis, hanc clausulam deprauatam sic restituimus: Quæ T. Quintij prætoris fuerat. Italiæ, Siciliæ, Serdiniæque.) 518. G. Scripsimus, Italiæ, Siciliæque ac Sardiniæ. Et mox pro, & in Sicilia ite diuisa res est. Et in Sicilia ita diuisa res. Eo anno pestilentia grauis incidit in vrbem agrosque, quæ tamen magis in morbos longos, quàm in perniciales euasit.) In primis certum est non esse legendum, in vrbem agrosque, quemadmodum vulgo legunt omnes, sed, per vrbem agrosque. Sic enim est in veteri volumine. Castigatori non est visa satis Latina locutio, incidit per vrbẽ. quare mutauit, pro perscripsit in. At quid dicemus de dictione perniciales quæ sequitur: Perniciosus legimus, verùm pernicialis non reperitur apud authores, Subest, ni fallor, mendum. Scriptum exemplar habet, inpermitiales. Diu me hic scrupus occupatum habuit. Et tandem quum cogitarem non esse tam ineptè loquacem Liuium, vt quum dixerit magis in longos morbos, præpositionem in statim repetat & dicat, quàm in perniciales, deprehendi vnum esse vocabulum & indubiè legendum, interniciales. Dictum autem est interniciales, ea forma qua dicimus exitialis. Significat interniciale quod necẽ affert, Sanè potest perniciosum esse siue perniciale, vt vulgatum errorem sequar, quod tamen non sit letiferum. Accipitur enim perniciosum etiam pro damnoso ac periculoso. Quo sensu lõgi & diuturni quoque morbi sunt perniciosi. Proinde voce hic opus erat quæ plus significaret. Atque vt hoc vocabulo vteretur hic, in causa est quod paulò antè dixit, exitiabilis prodigiorũ euentus. Notum est quid sit internecio & internecinũ, vbi præpositio inter auges. Porrò nõ dubito quin eruditi albo quod aiunt, calculo meum sint probaturi iudicium. Nolui tamen lectionem receptam eradere, ne quis me temeritatis argueret. Sufficit hic doctos esse admonitos. Certè nihil clarius dici poterit, quàm si sic legas: Eo anno pestilentia grauis incidit, per vrbẽ agrosque; quæ tamen, magis in longos morbos, quàm interniciales euasit. Ante diẽ III. Non. Quint.) Scripsimus, ad III. Nonas Quintileis. Et mox accipere. Cui traderet, Non, & cui traderet. Biduum ad considerandum tempus) Vide num legendum sit, biduanum ad considerandum. Hoc enim magis placeret quàm bidui. Et vetus codex, biduum habet. Tribunis militum præfectisque soci. & centurionibus.) 519. A. Castigauimus Tribunos militum præfectosque & centuriones. Cauisque cum cura.) Has duas voces, cum cura, expunximus, quod non essent in exemplari Spirensi. Et pro intensius scripsimus potentius. Alijs sententijs notantibus præfectum. Mendæ postquam semel fuerint in libros receptæ, sic germanæ lectioni immixtæ latent, vt etiam à doctis vix sentiantur. Quis putaret in istis verbis aliquid esse vitij? Et tamen est hic erratum prodigiosum. Quum hunc locum legerem primum, non placebat vocabulum sententijs, quod tamen septimo casu dictum videri poterat, pro per sententias. Sed quid opus erat voce pluratiua? Inspexi Spirense exemplar, & reperi scriptum, alijs sncijs notantibus. Videbam & hoc mendosum esse, sed sperabam ex aperto mendo germanam lectionem me facilius addiuinaturum. Deprehendi itaque è Liuio ocij fuisse scriptum, quod primum ascitá proximè præcedentis dictionis vltimæ literæ s. deprauatum esset in socij, mox ob conuenientiam casuum vtrinque cohærentium in socijs foret mutatum. Id postea castigator non cõsiderans, sed aliò properans ac nimium fidens ingenio suo, vertit in sententijs. Sic accrescunt in monumentis authorum mendæ. Facilius autem fit ex primis librariorum erratis synceram lectionem reperire, quàm ea posteriorinibus nonnunquam eruditorum castigationibus. Proinde sic leges hæc Liuij verba. Alijs ocij notantibus præfectum. Ita legendũ quoque docet sequens statim clausula, quòd eius incordia Tarentum proditum hosti esset. Nam otium progignit socordiam, hoc est, desidiam & ignauiam. Coniungitur autem eleganter, Notare cum genitiuo, quum reprehendere significat. Notionem de eo.) Antiqua lectio: Notionem, Arbitror scribendum cognitionem. Hoc enim magis placeret quàm notetionẽ. Quod negabant vnam cellam duobus rectè dedicari.) Restituimus ex codice scripto: Quod neg. u. cellam amplius quàm vni deo rectè dedicari. Reditum est.) Expunximus est, quod non sit in veteri libro. In quo mox Annibal redit legitur, Non redijt. Subiecta res oculis nostris.) 520. H. Expunximus, nostris. Et mox pro consentiente, substituimus, absentiente. Auctũ etiam visum in capite.) Simile extispicium describit Lucanus ijs versibus, in primo:

Quodque nefas nullo impunè apparuit extis,
Ecce videt capiti fibrarum increscere molem.
Alterius capitis pars ægra & marcida pendet.
Pars micat & celeri venas mouet improba pulsu.

Caput extortum est iecur.) Et in iecore duo capita constituebant aruspices. Castra castris colleta crederet.) Scripsimus diceret: Et mox, vt si collis, deleuimus particulã, vt. Deleuimus quoque ea pronomen in sequenti versu. Exiguum campi ante castra erat. Deinde pro, posset excipere castigauimus, possent excipere, Et pro, ab tergo includerent viam, intercluderent viam. Postremo pro, neque euadere possent in iugum, neque euaderent in iugum, eraso verbo possent. Ad fidẽ omnia vetusti codicis.

Interfecti A. Manlius.) 520. K. Subuenimus huic loco, quem in editione Asulanica asterisco notatũ reperimus. Nam legendũ est: Interfectus A. Manlius. Nec deest quicquam. Vocabulum pluratiuum interfecti, scrupulum antè iniecerat. Equitum tres.) Scripsimus, Equites tres: Et mox.) pro, Et tumultuatum in castris, Tumultuatum & in castris. Tam improuidè isset, collegamque.) Restituimus deprauatum locum, prosisset scribentes se, Tam improuidè se collegamque, & prope totam Rempublicam in præceps dederat. Alteram scriptam laudatione filij, qui gestæ rei interfuit.) Authoritatem manu scripti voluminis secuti, reposuimus: Alteram scripta laudatione, qui rei gestæ interfuerit. Ne cui dolus necteretur.) Legendum ne qui dolus. Sic enim in libro veteri legitur. Porrò Liuius vsurpat qui pro quis. Id quod & Cicero sæpe facit. Vt pro Cecinna, Si qui familiam meam de fundo meo deiecerit. Si qui mihi præstò fuerit cum armatis. Idẽ peculiare est Septimio Tertulliano, quemadmodum indicauimus in nostris annotationibus quas in illũ scripsimus. Porrò res hæc non animaduersa corrumpendis authorum locis infinitis ansam dedit. Venit nunc in mentem vnius loci, qui deprauatè apud Ciceronem legitur, in libello cui titulus est, De senectute siue Cato maior. Habent enim sic exemplaria typis excusa, quæ vidimus hactenus: Omnia quæ curant, meminerunt, vadimonia constituta, qui sibi, quibus ipsi debeant. Quum indubiè Cicero scripserit, qui sibi cui ipsi debeant. pro quis sibi. Nam eam germanam lectionem continet exemplar Ciceronis manu scriptum, quod nos Sletstedij inuenimus apud diuum Ioannem. Sed de ijs aliàs. Si qua opera eorum opus esset.) Emendauimus: Si quò opera e. opus esset. Id est, ad aliquem locum. Rati occasionem supplicij petere, misso retrò nuntio.) Vitiatum locum sic restituimus: Rati occa. supplicij peti. remisso retro nuntio. Participium misso, mutilatum erat, & auctum ineptè præcedens verbum. Fortasse mouit castigatorem, quod dicit remisso retro: cui alterũ visum sufficere, puta aut remisso, aut misso retro. Verùm sic & infrà loquitur Liuius: Venusiam, inquit, retro quibus venerat itineribus repetit. Alij è turri eius portæ murisque.) 521. D. Pro duabus dictionibus, turri eius, substituimus ex scripto codice, turribus. Opinor scriptum fuisse turribus relicto spaciolo medio inter priores duas syllabas & vltimá Id bus castigator mutauit in eius.

Nam præcedit, circa portam qua venturum hostem rebantur. Edito è speculis signo.) In Spirensi codice sanctum est, speculis. Non è speculis.

Venusiam adducere iussit.) Scripsimus abducere. Et aliquanto pòst pro, & magnum luctum, magnum & luctum, vt videlicet magnum accusatiuus etiam ad metum referatur. Mox pro, exercitum Venusiam miserunt.) Reposuimus: Exercitum Venusianum miserunt. Tutasque circa stationes.) 522. P. Circa non est in exemplari scripto. Et postea legitur: Profectus ipse cum paucis equitum leuis armaturæ. Non cum paucis equitum, leuisque armaturæ. Sulpicius ab Naupacto.) 523. B. Addidimus literam prænominis. P. Sulpitius. Et mox, iussis subsequi peditibus scripsimus, se, pronomine deleto. Item, nihil tale metuerent, pro metuerant. Et ad naues pro in naues. Quantecunque de Romanis tum victoriæ. Pro tum reposuimus tamen. Sensus est, Quantæcunque victoriæ, quia tamen nō, de quibuslibet, sed de Romanis erat. Item pro, purpuraque, purpura, particula que erasa. Per maritas domos) Insigne erratum hic est. non enim quemadmodum vlmos maritas dicimus, quibus coniunctæ sunt vites, sic & domos maritas vocamus, in quibus degunt matrimonio copulati. Spirense exemplar habet, per maritum asdomos, Legendum est: Per maritimas domos, hoc est domos ad mare sitas. Et intelligit domicilia tenuiorum. Captabat autem loca minus celebria ac parum frequentia. Nam sequitur: Quo minus conspectus, eo solutior. Porrò sunt & hodie principes, qui Philippi licentiam imitentur, non per domos semper maritimas, sed maritatarū discursantes cum vno aut altero comite: adeò summittendo se in priuatū fastigium, vt morionum cultus non pudeat. Vni etiam principi Achæorum Arato.) Hunc Aratum miris laudibus ornat Strabo libro octauo, tradens illum ciuitatem ad libertatem reuocasse, & adeptum regnum ab vltrò offerentibus, quod longè lateque postea ampliarit. Prolapsum in caput regem effudisset.) 524. F. Iuxta scripturam veterem pro in, reposuimus per. Caderentque circa eum multi & vulnerarentur) Liber scriptus tantum habet, multi vulnerarentur absque particula connectente, &. Suspicor Liuium scripsisse: Caderentq; circa eum multi, multi vulnerarentur. Neque est in fine fugit, sed fuit. Raptus à suis atque alteri equo iniectus fuit. Et sensus est integer. Quod Pyrgum vocant.) Erasmus quod, fidem secuti manu scripti codicis, vt reliquam clausulam per Parenthesim legas (Pyrgum vocant) dixit. Fuerunt autem quatuor millia hominum, pec.) Antiqua lectio: Quatuor millia peditum hominum. Suspicor legendum, deditorum hominum. Nam præcedit, primo statim terrore adueniens cepit. Igitur, vt verisimile est, dediderunt se. Post profectionem ex Achaia regis.) 524. H. Reposuimus Philippi, loco regis. Nam sic est in scripto libro. Et mox præcedit, famam interfecti regis vulgauit. Qui tum ædilis curulis erat.) Legendum iuxta authoritatem exemplaris vetusti, tum ædilis curulis erat. Nam solet huiusmodi clausulis per parenthesim interiectis vti Liuius. Sicut modo monuimus, Pyrgum vocant. Ac feruida ingenia imperatorum fuissent.) 524. K. Reposuimus fuisse.

Et omni cœtu careret hominum.) Liber vetustus habet, caruerit. Et mox, nō præ se referens, sed tantum præferens in vultu habituque. Quemadmodum & nos castigauimus. Quid ita malè credito priore consulatu.) Hanc clausulam hæc verba præcedere debent, in excusis exemplaribus hactenus desiderata: Si noxium comperissent, quid ita malè credito priore consulatu, alterum crederent? Patriam pulsum sede sua restituisse) Vulgo legunt omnes pulsum, & ad Furium Cam. referunt. At codex scriptus habet patriam pulsam. Quæ ibi gererentur.) Inseruimus vocem res. Quæ res ibi gererentur. Et mox, sua omnia qs, expunximus qs, scriptum vtrobique secuti volumen. Et præsciscere quam quis eorum prouinciam.) 585. D. Ex veteri reposuimus quisque eorum. Pro Tarento Capuam, legio vna data est, cui.) Reposuimus: Pro Tarento Capuam mutauerunt: Legio vna data, cui Pul. Ita per prouincias diuisa, vt binæ cons.) 586. H. Castigauimus, diuisa. Binæ consulum essent, vt, expuncto. Nocte portam ingressus.) Nocte non est in codice Spirensi. Nec est hic necessarium, quum sequatur, vigilem iam niauerat. Et ex decreto pontificum iterum nouendiale sacrum.) Quemadmodum superabundat prima particula, &, ita ante nouendiale deest aduerbium, inde, nouam suspicans sententiam, vt sic deinceps legamus: Et supplicatio diem vnum fuit ex decreto pontificum. Inde nouendiale sacrum. Purè casteque.) Pureque & caste. Nam sic habet liber vetus. Per manus reste data.) Scripsimus: & per manus reste d. Et mox, in cliuum publicum, In cliuum Publicium. Et infrà, earumque coloniarum, Et earum col. Item eodem versu, pernoctaturos se esse extra mœn. Et duo millia de legionibus militum, equitumque mille octingentos.) 527. D. Sic restituimus. Ad duo millia de legione militum, equitum mille octingentos. Et mox, nauibus adduxisse, scripsimus aduexisse. Deinceps que alæ Gallicæ, atque alp. Vocabulum alæ non est in volumine scripto, nec est necessarium. Non ipsum solum ea oppugnatio impedit.) 528. G. Hunc locum sic restituimus. Non ipse se solum ea oppugnatione impedit. Plenum adhuc iræ.) Vetustus liber habet iræ. Nec refert. Verùm hoc ad rem magis pertinet, quod mox habet pro nosset, cognosset. Et paulo pòst, in prouinciam perueniret.) 528. K. Quam lectionem & nos recepimus. Vt sterni obterique, priusquam instruantur, possint.) 529. D. Vetus scriptura sic habet. Vt sterni operique. Pro hoc posteriori castigator supposuit obterique. Nec est alienum verbum. Ego tamen non dubito Liuium scripsisse: Vt sterni opprimique priusquam instruantur possint. Quod verbum huic loco magis conuenit. Et circa Romanorum socior.) 529. D. Asteriscum hic habet editio Aldulanica. Et certè locus syncerus non est. Nec quicquam præsidij ab exemplari scripto. Quòd si quis coniecturam sequi volet, pro circa leget tres, hoc modo: Et tres Romanorum sociorumque ductores ceciderunt. Hanc lectionem deprauatæ dictionis vestigia mihi suggesserunt. In aciem copijs ductis.) Scripsimus, eductis. Et mox, quæ pars castrorum, pro qua pars castrorum.

Et ne paucos quidem, qui pri.) In scripto codice legitor. Et ne passus quidē, Id passus, quidam mutauit in paucos, quæ lectio vulgo recepta est. Ego tamen malim ipsos. Et ne ipsos quidem qui prima luce obamb. Paulò pòst pro discurrerent reposuimus discurrunt. Postquam à Placentiæ obsidione abscessit) Volumen manuscriptum habet, Postquam ad Placentiæ obsidionem accessit. Quam lectionē miror cur quisquam ausus fuerit mutare. Quasi non potuerit Asdrubal ad obsidionem Placentiæ accedens, quam non putabat longi negotij futuram, præmittere equites cum literis ad fratrem. Simul & ipsos patres conscriptos quid pararet, edocet.) Scripsimus exemplaris scripti fidem sequendo, simul & ipse patres conscriptos quid paret, edocet. Demiror quid hæc castiganti in mentem venerit, vt quæ latinissimè dicta sunt, melius dicere voluerit. Præmissi inde per agrū Lar.) Reposuimus Præmissi item per ag. L. Et paulò pòst. Sex millia peditum, & mille equites, expunximus, &. Quod floris fuerat.) 530. K. Antiqua lectio, quod floris fuerit. Quæ cùm melior sit, & nos eam secuti sumus. Qui ducem inde atque exercitus partem abesse ignoraret.) Scripsimus, abisse. Nam ne antè audiretur.) 531. B. Scribe: audiatur. Inter vota & preces.) Inter vota ac preces. Item liberorumq;, pro & liberorum. Deos deasque precabantur.) Reposuimus: Deos omnes deasque. Et felix pugna, pro felixque pugna. item damnarenturque, pro & damnarentur. Et fatigare precibus.) Volumen scriptum habet, flagitare precibus. Nec displicet ea lectio. Fatigare infra vsurpat, quum inquit, Matronæ per omnia delubra vagæ supplicijs votisque fatigauere deos. Melius visum est.) Melius non est in codice veteri, nec est hic necessarium, sufficit enim: Nocte clàm ingredi visum est. Vt tribunus tribunum.) Tu lege vice versa, vt trib. vnum tribunus. centurio centurionem. Nam huiusmodi variationem amant authores. Facilis futura erat.) Scripsimus, facilior futura erat. Et nox nihil fermè. Et paulo post. & quingentos inde fermè pssus Asdrubal aberat. In tentoria adducti.) Antiqua lectio, abducti. Nec multum refert. De quo aliàs monuimus. Tempus pugnæ differretur.) Reposuimus, tempus pugnandi differretur. Et paulo post nec ad sequendum se iter. deleuimus se. Deleri exercitum Asdrub. Vetus lectio, delere, subaudi, se. Et vt attendans.) 532. H. Correximus, & attendant, subaudito enim, vt. Item, vna M. Liuij, addita litera prænominis. Et infrà.) Cum quo castra collata haberet. Vbi hactenus lectum est, habuerit. Signa efferri iussit. Antiqua lectio: Signa ferri iussit. Duces parum intenti iter asseruare. Vitiatus locus est: Legendum autem, duces parum intentè asseruati. Quod verò mox sequitur, iam inde ante animo. deleuimus particulā inde. Cum errore voluens haud multum processisset vbi prima lux tr. o.) & hunc locum proculdubiò mendosum hactenus omnes præterierunt. Nec succurrit codex scriptus. Quis autem nunquam absolutè legit vsurpatum verbū voluere: vt hic participium voluens? Ego puto legendum obiens pro voluens. Deinde verbum processisset diuidi debet in processit, & vt sic legamus: Et per tortuosi amnis sinus flexusq; cum errore obiens, haud multum processit. & vbi prima lux transitum opportunū ostendisset, transiturus erat. Porrò obiens mirè huc quadrat, pro circumiens. Nec improbabunt meam coniecturam qui Latinè norunt. Tædiosum verò sit, narrare quid scribam deceperit. Nos ad cætera festinamus. L. Portius) Litera prænominis non est in scripto volumine, Nec Nero habet.

Non

Non itineri modo.) Hactenus hunc locum perperàm intellexerunt omnes, veluti sensus esset Non iter solum, sed etiam ad conserendum e templo prælium Liuij copias fuisse instructas. At modo nonnē hic est. Et legi debet: Non itineris modo, hoc est, proficiscentium ritu, qui plerunque arma sua gestant ab humeris suspensa. Vide quàm variat sensum vnica litera omissa. Sic rursum Liuius libro octauo, signis repentè sublatis, fugæ magis quàm itineris modo penitus ad Oceanum & Gadeis ducit. Ante signa elephantos collocat.) 533. A. Scripsimus locat, ex fide vetusti codicis. Et vbi maximè) Castigauimus, & ibi, sententia per parenthesim inclusa, hoc modo: (& ibi maximè in vetere milite spem habebat.) e

Et signa mouerant loco.) Scripsimus etiam signa. Mox verò corruptum locum, impotentes iam regi inter duas acies versari, sic castigauimus, impotentius iam regi, & inter duas acies versari .i. impotentius iam regebatur, & inter duas acies versabantur. Hic nobis egregiè subuenit volumen scriptum. Vt cùm ostendissent se ab latere, mox in terga iam pugnarent.) Ita ex omnibus partibus, ab fronte, ab latere, ac tergo, trucidantur Hispani Liguresque. Exemplar vetus habet pro ab latere, in latere, & pro trucidantur, trucidarentur. Hoc verbum facit vt putem totam periodum sic legendam: Vt quum ostendissent se in latere, mox in terga depugnarent, ita vt omnibus partibus, ab fronte, ab latere, ab tergo, trucidarentur Hispani Liguresque. Et ad Gallos iam cæd. p. Habes nunc perfectam sententiam quæ antè mutila erat & lacera. Mirè autem placet verbum depugnarent, quod ex vestigiis scripturæ reponendum arbitror pro iam pugnarent. Via arma humeris gestabant.) Est in scripto gerebant. & quid fuit opus hoc mutare? Vbi regendi spem vi vicisset.) Legendum, vbi regendi spem vicissent, subaudi elephanti. Quia mox præcedit bellua, quidam in editione Asulana mutauerat id in vicisset. Ne superesset tanto exercitui suum nomen secuto.) Castigauimus, ne superstites tanto exercitui suum nomen secuto esset. Cædiaque ceperat satietas.) 534. G. Indicat codex Spirensis Liuium scripsisse, non satietas, sed satias. Quo vocabulo veteres vsos fuisse docet Nonius Marcellus Accium citans, & Varronem, Lucilium & Lucretium. Sallustium quoque sic scribentem hist. libro secundo: Tum externorum agros inuasere, frumentique ex inopia grauis satias facta. Et Terentium in Eunucho: Nam vbi me fortè satias cepit, commuto locum. Gaudet autem antiquis interdum vti vocabulis Liuius, qualia fortassis sint, aspreta & internicialis, quorum antè meminimus. Die sexta.) Scripsimus, die sexto. Et mox: Nemo enim, pro quia nemo. Item narrarique, pro enarrarique. Et ciuitas fuerit, pro ciuitas fuerat. Vix vt compotes mentium præ gaudio essent.) In antiquo volumine tantum est gaudio, hoc est, ob gaudium. Sic suprà Liuius. Effusis gaudio lachrymis. Ani populus à foro) Deleuimus præpositionem à, quæ elegantius subauditur. Et mox pro fatigare deos, scripsimus fatigauere deos. Ex literæ per forum ad tribunal perlatæ.) Legendum, ad tribunal prætoris latæ, quemadmodum & nos castigauimus. Trahereturque à percunctantibus vociferantibusque, vt in rostris priusquam in senatu literæ recitarentur. Tandem cùm summoti & coerciti à magistratibus fuerunt: dispensarique lætitia inter impotentes eius animos potuit.) Hic multæ dictiones additæ sunt, vna tantum aut altera mutatæ. Codex scriptus sic habet: Sed cunctantibus vociferantibusque vt in rostris, priusquam in senatu literæ recitarentur. Tandem summoti & coerciti à magistratibus, differtarique lętitia inter impotentes eius animos potuit. Ista verba sic legenda mihi videntur, vt cohæreant cum superioribus, hoc modo: Tantoque certamine ac tumultu populi ad fores curiæ concursum est, vt adire nuntius non posset præ cunctantibus vociferantibusque, vt in rostris priusquam in senatu literæ recitarentur: Tandem summoti & coerciti à magistratibus, subaudi sunt. Vixque seruari lætitia intra impotentes eius animos potuit. In senatu primum .d. Porrò, nunc vides quantum aberrarint qui ante nos sententiam istam instaurare sunt conati: dum trahereturque verbum affuunt, & pro, sed cunctantibus, scribunt percunctantibus, quod id verbum postea sequatur, quum inquit, quæ acta sint percunctarentur: dumque particulam quum & verbũ fuerunt infulciunt, & pro differtarique reponunt dispensarique. Cæterùm nostræ diuinationes magno nobis labore constiterunt, non remittentibus animum donec germanam, vt speramus lectionem reperissemus. Sanè hic propriè vsus est participio cunctantibus, de multitudine loquens apud curiam manente. Cunctantur enim quæ sic manent, vt difficulter moueri possint. Et pro cuiusque ingenio, alijs iam certum gaudium, alij e nul. an.) Antiqua lectio. Et pro cuiusque ingenio certum gaudio alijs. Fortassis legendum: Et pro cuiusque ingenio, certatum gaudio. Alijs nulla ante futura sid erat. Currere obuij.) Scripsimus, obuiam. Et postea, quæ acta sint percunct. pro, quæ acta essent. Item postea peruenissent, pro peruentum esset. Inde introducti in concionem.) 535. A. Legendum est, traducti, quemadmodum nos castigauimus. Introducti enim sunt legati primùm in curiam & senatum, traducti postea in concionem quæ erat foris & in publico. Ipse planius.) Hæc duo vocabula nescio quis hic infulsit: Quasi verò Liuij sententia quicquam tale exposcere videatur. O temeritatem. Quid autem huic orationi deest? L. Veturius literis recitatis, omnia quæ acta erant exposuit. Argentum creditum soluendo.) Exemplar scriptum habet. Argentum creditumque soluendo. Quid si legas, signatum creditumque soluendo, Vt intelligas de rebus contestatis consignatisque. Paulò pòst, vbi vulgo legitur. Captiuosque Afros vinctos, vt erant, est in scripto, vincti vt erant, vtrunque stare potest.

IN LIBRVM XXVIII. ANNOTATIONES

PER BEATVM RHENANVM.



Qvvm transitu Hasdrubalis quantum in Italia declinauerat belli.) 535. D. Loquitur hic de Hasdrubale Amilcaris F. qui vt præcedenti libro narratum est, Alpeis transcendit coniuncturus se fratri Hannibali. De hoc nimirum transitu Liuius intelligit. At quid formidolosius accidit Italiæ, quid magis extimescendũ, quid vnquam rebus Romanis certius exitium afferre visum est, quam cùm in Italiã per Alpeis transiret Hasdrubal? Per huius enim aduentum duo bella Punica facta, duo ingentes exercitus, duo prope Hannibales, vt Liuij verbis vtar. Quomodo ergo declinasse bellum in Italia transitu Hasdrubalis videri potest, quod tum est maxime auctũ? Sic enim in omnibus exemplaribus excusis, quæ nobis videre contigit, legitur: Quum transitu Hasdrubalis quantum in Italia declinauerat belli, &c. Cupiam hic audire professores hunc locum exponentes. Mihi libet cogitare in verbo declinauerat, ingens esse mendũ. Habet & vetus volumen deprauatam lectionẽ, nempe, inclinauerat siue indauerat, adeò sunt ambiguæ literæ. Ego verò scribendũ arbitror, inundauerat, quod verbũ hic mirè quadrat. Franciscus Petrarcha aut Victorinus Feltrensis pro illo indauerat, fortassis primũ substituit, declinauerat. Id posses Laurentium quoque Vallam virum in literis prorsus incomparabilem fallere potuit. Nam aiunt hunc in restituendo Liuio multũ operæ sumpsisse. Porrò libet hoc erratum propemodum alicui monacho tribuere, qui pro indauerat supposuerit hic dechnauerat, quod transitum acciperet pro interitu. Nam Christiana pietas transitum diuorum vocat, mortẽ intelligens. Huic mendoso loco mederi conatus est doctus aliquis in editione Eucharij Ceruicorni scribens, quantum in Italiam declinauerat belli. Et id fermè quod roboris erat.) 536. G. Hæc clausula prooemine, quod expuncto, (neque enim in veteri volumine habetur) per parẽthesim est legenda, hoc modo Hanc iustam legionem (& id fermè roboris erat) in prima acie locat. Leuem armaturã) Reposuimus cæteros, leuem armaturam. Appositiuè. Id ad cædem eos. Hæ duæ voces, id ad, erant omissæ in exẽplari Spireensi, defectum indicabat lacunula vacua. Fortasse melius esset reponere, & ad cædem eos. Quod mihi magis probaretur. Pœnus cum castra tom fortè.) Authoritatẽ secuti manu scripti codicis sic restituimus. Pœnus quum castra sua fortè in Beticis ad sociorũ animos continendos in fide haberet: Cæterùm quoad continuisset exercitũ, propositum bello se fore ratus, antequam freto Gades traijceret, exercitũ omnẽ passim in ciuitates diuisit.) 536. K. Si quis hunc mihi locum exposuerit, illũ Oedipum vocabo. Quid enim sequitur, quod ad ista verba attineat, quoad continuisset exercitum? Multum miror cur ita veteribus illis, nempe Victorino Feltrensi, Petrarchæ, Aleriensi põtifici, quoties locum aliquem non satis assequerentur, de suo quiduis addere libuerit. Et quamuis hic decem dictiones insulserint, nihilominus mutila adhuc est sententia. Hic itaque locus asterisco notandus erat, nõ is qui paulò pòst sequitur in editione Asulanica ea nota signatus, quũ bene habeat.

In volumine scripto, tantom legitur: Cæterùm quoad continuisset exercitom omnem passim in ciuitates dimisit. Dicam quid mihi tandem in mentem venerit, quum diu hic hæsissem. Suspicor ista verba quoad continuisset, prorsus esse deprauata, ac scribendum pro iis, quod aciē renuisset, Nam sic constabit sententia. Cæterum quod aciem renuisset, exercitum omnem passim in ciuitates dimisit. Sensus est Asdrubal detrectabat confligere cum Scipione, & ideo passim exercitum in ciuitates dimisit. non diuisit. Considera lector, quaotum sibi quidam permiserint in authoribus restituendis, imo deprauandis. Nō sufficiebat hic mendum exemplaris scripti, nisi plura assuerentur, ἔυτι γᾶς ἄυτε ἀυμαρτᾶ ἐφόμιτα, quemadmodum Græcis est in prouerbio. Hæc licentia Plinianos quoque libros nobis perdidit, quos mendosissimos hactenus fuisse quibusdā persuaderi non potest. In Melessium finibus est sita.) Hic verborū ordo est in codice vetusto. Sita in Melessum finibus est. Ea arx fuerat Asdrubali.) Reposuimus iuxta fidem antiqui voluminis. Ea arx fuit Asdrubalis ad excursiones circa in mediterraneos populos faciendas. Quæ particula in, hactenus desiderata fuit in exemplaribus vulgatis. Correctot accepit circa, hic vt esset præpositio, quum sit aduerbiū, hoc est in circuito. Et propterea particulam in expunxit. Duplici vallo circundata vrbe in treis partes exercitum diuisit.) Codicem veterem sequendo sic castigauimus & distinximus. Duplici vallo circūdat vrbem. In treis partes exercitum diuidit. Paulo pòst, pro & iam bis scripsimus etiam. In vnum se colligeret.) 537 B. Addidimus accusatiuum locum, qui est in libro scripto. An dolus aliquis suspectus fuerit.) In volumine veteri non est aliquis, sed aliqui. Sic autem Liuium loqui & cæteros authores suprà docuimus. Legionarij cæteras partcis peruadunt, direptione & cæde obuiorum, nisi qui armis se tuebantur, abstinuerunt.) Reposuimus ad fidem exemplaris Spirensis: Legionarij cæteram partem vrbis peruadunt, direptione & cæde obuiorum, nisi qui armis se tuebantur. Sensus est Legionarios reliquam partem vrbis diripuisse, & obuijs quibusque cæsis grassatos fuisse, præter eos qui armis sese periculo eximebant contra hostium vim vitam suam defendendo. Quid igitur opus fuit hic verbum abstinuerunt [illegible], & sensum Liuij inuertere? Nos id audacter erasimus. Romanorū haud amplius.) Scripsimus haud plus. Et post [illegible] distinximus, cæteroque exercitu. Speciosum aduentum. In citeriorem Hispaniam omnes suas copias reduxit.) Nos reposuimus veterem sequentes lectionem. In citeriorem Hispaniam recipit exercitum. Mox autem. Ipse Tarraconem concessit, ipse non est in codice scripto. Sicut paulò post nec que post decem. Sed tantum, decem & septem naues. Tuto inde mari pulsis hostium nauibus.) Non est hæc absurda lectio. Verùm nos maluimus sequi Spirense exemplar, quod habet: Toto inde mari pulsis hostium nauibus. Cùm ob Romanam societatem.) 538 F. Antiqua lectio: Ab Romana societate. Haud procul Argiuorum fine.) Reposuimus Argeorum Græci ἀργεῖον dicunt, authore Stephano. Quæ pericula terra marique portendebantur.) Scripsimus portenderentur. Similis locus est libro præcedenti: Quod in sanctiore ærario ad vltimos casus seruaretur. Vbi quispiam scripserat, seruabatur. Vallo se intercludi ab Aetolis nuntiabant.) Legendum est, nuntiarant. Prout tempus ac res se daret, omnibus laturum se auxilium.) Sic Liuius scripsit. Prout tempus ac res sineret, omnibus laturum auxilium. O asinum, qui pro sineret, supposuit se daret. Huiusmodi loquendi formulas imitamur postea, nondum satis repurgatis exemplaribus, quæ res periculo non caret. Tum præsidiū vbi mit.) Non satis video quid sibi hic velit astericus quem habet editio Asulanica. Nam quod sequitur: Vnde allatum erat, idem est quod nuntiatum & depopulatum, participium est, non supinum. Sensim suam copias reduxit.) Scripsimus reducit. Et mox sese recipit, pro recepit.

Nec pertinaciter prælio iterato.) 538 K. Legendum est, prælio inito. Ad Demetriacum Phthiotidis exposuit.) Scriptum exemplar habet, ad Demetrium thiotidis, Vbi posterius vocabulum mutilum est. Legendum enim ad Demetrium Phthiotidis. Est autem Demetrium locus circa Thessaliam, ceu scribit Stephanus. Græci δημήτριον vocant. Eodem authore. φθία, πόλις καὶ μοῖρα θετταλίας, hoc est, oppidum & pars Thessaliæ. Vnam sanè ex quatuor Thessaliæ partibus: Strabo θετταλίαν φθιῶτιν appellat. Quare hic in Phthiotidis subauditur, Thessaliæ. At ô supinam quorundam negligentiam in restituendo Liuio. Non puduit illos, Demetrium in Demetriacum vertere. quod paulo antè Demetriaci sinus sit facta mentio. Sed nemo vult laborare. Quicquid in mentē primum venit, id infulsimus. Deinde nisi manifest[illegible] sit soloecismos huiusmodi lectionem omnes sequuntur. Sic legit Beroaldus, inquiunt, sic Sabellicus, sic Baptista Pius. Et quis amplius dobitat? Equidem fuerunt viri celebres & [illegible] qui mallent omnia interpretari quàm intelligere [illegible] t ingenio suo, fidebant eruditioni. Nec putabant [illegible] se scripta consulere exemplaria. Id quod rarent [illegible] dum faciebant. Qui erant contenti authoritate [illegible] nione nominis, quam apud omnes sibi pepererant, vt iam propemodum sufficeret illud αὐτὸς ἔφα. At a[illegible] res est castigare veterum authorum libros. Eget e[illegible]m [illegible] solum eruditione, sed & pertinaci studio, labo[illegible] & [illegible] gentia, ac cum primis acri iudicio. Speciem int[illegible].) Castigauimus, vt speciem intuenti primo gem[illegible] por tus in ora duo versi præbuerit. Subiti ac proc[illegible] [illegible] ecimt. Opinor scribendum, decidunt. Quæ [illegible] na apud Oreum fuerant.) Scripsimus, fuerat. Nam [illegible] tur ad fidem. Et impari tum maritimis viribus.) Tum particula non est in codice scripto. Mox verò [illegible] re [illegible] cunctationem omissa, ad Chalcidis auxilium [illegible] tuimus & distinximus: ita res per cunctationem omissa. Subaudi, est. Ad Chalcidis auxilium vbi [illegible] .e [illegible] tootus. Deinde quod sequitur. terraque aditum faciliorem, expunximus que. Nam elegantius subintelligitur [illegible] an det alynde to Liuius. Sicut mox, deiecto præsi[illegible] [illegible] Aetolis, non fusisque Aetolis. Sic enim intelligi debet, deiecto præsidio, quod erant Aetoli. Et di [illegible] [illegible] tecto, [illegible] tud essent in montibus & saltibus Thermopyl[illegible]rum, vbi angustæ fauces coarctabant iter. Cùm Romana [illegible] [illegible] is eò se recepisset. Attalus igitur ignarus.) Reposuimus ex scripto volumine: Romana classis Oreum sese receperat, & Attalus ignarus ad Ph. Non enim voli dicere Liuius quomodo sit captum Oreum, quod ante exposuit. Sed quid interim fieret cùm à Romanis tum ab Attalo rege. M[illegible] nā quorundam temeritatem vides, qui Liuij verba ad suum sensum inuertere ausi sunt. Quale etiam est, [illegible] uo paulò post pro cursu effuso mare ac naues petit, [illegible]pserunt, cursus effusus. Et molientibus ab terra naues Philippus superuenit.) Sic dixit, molientibus ab terra naues, quemadmodum infrà, quam Pœni anchoras molirentur [illegible] in oratione Scipionis, qua Q. Fabio respondet non procul à calce huius libri. Audietis hinc molientem Hannibalem. Et rursum postea: Et anchoras ne in moliendo mora esset, præciduut. Porrò non est superuenit in scripto codice, sed aduenit. Quod verò cohæret, tumultumque etiam ex terra nauticis præbuit, debet esse, metumque etiam ex terra nauticis præbuit.

Omissis Romanis.) 539 D. Ex veteri codice, rebus [illegible] blatiuum adiecimus. Et mox, cl[illegible]ssem re[illegible]pit cri[illegible] pro recepit. Profugi à Thebis Ph[illegible]otici.) [illegible]uem [illegible]une oppida quibus nomenclatura Thebarum o[illegible]m tributa est. De quo hic sit sermo, Stephanus tertium [illegible]cit. τρίτη, inquit, θετταλίας τῆς φθιώτιδος. Est autem Pht[illegible]ia [illegible] he[illegible] aliæ pars, ceu antè diximus. vnde φθιῶτις θετταλ[illegible] Ste[illegible] boni, & Phthiotici hic gentile nomen. Cum in fi[illegible] in Aetolorum perfugissent.) In codice scripto peruenissent est. Opinor autem pro fidem scribendum, finem. Nam vsurpare solet Liuius finem pro finibus, vt suprà. Haud procul Argeorum fine positis castris terrebat. Vrbis v[illegible]statæ ac desertæ priore eiusdem Philippi bello.) Reposuimus veterem librum secuti. Vrbis vastæ, ac desertæ priore quidem Philippi bello. Vrbs erat vasta Torone, ergo magnū populum capere poterat. Sic rursum aliquanto post. Et infrequentes se vrbes, agrum vastum ac desert[illegible] habere.

Cum expedito agmine.) In exemplari legi[illegible]r, quam expedito. Fortè scribendum, perquam expedito agmine. Et iam cùm Eream venisset, audit Machanidam f. a. f. t. r. L. Aegiumque se ad con.) Hic se do[illegible]s qu[illegible]am inseliciter exercuit. Nam cum in exemplari repe[illegible]t, audita, scripsit, audit, & non cohærente eo quod sequitur. Aegium se ad c. A. recepit, adiecit particulam que, vt esset nouæ sententiæ initium. Tu sic castiga locum, Et iam quum Eream venisset, audito, Machanidam [illegible] imæ aduentus sui territum refugisse Lacedæmonem, Aegium se ad concilium Achæorum recepit. Ad hanc loquendi formam pertinet, quod tertiā sequitur. Quidam quas disceptando controuersias finire nequierant, aut noluerant, pacto inter se, vt victorem res sequeretur, ferro decreuerunt. Pacto, id est, vbi pepigissent, sic hic audito id est, vbi audisset. Sed vix rationem inire posse.) Lectio vetus: Sed id rationem iniri posse. Scribendum opinor, sed haud rationem iniri posse. Mox sequitur, in [illegible] u[illegible] quod illic legitur, quàm fugatius. Nec est, a Chalci[illegible]e, sed tantum Chalcide, subauditur autem præced[illegible] [illegible] præpositio, ab. Si modo congressus cum hostibus sis.) Qui[illegible]n [illegible] ganter hic dixerit Liuius, ceu nō dubito, congressus cum hoste sis (nam præcedit ab hostibus, & sequitur, con[illegible] fusionem hostium) tamen asinus ausus est supponere ablatiuum pluratiuum, hostibus. Idem mox [illegible] de suo datiuum sibi, nequaquam pares esse eos sibi, quum tamen illo expresso non fuerit opus.

Descen-

Descensionem fecit.) 540. G. Codex scriptus habet, exscensionem fecit. Ipse ab Oenotrijs præter terram Atticam super sinum nauigans inter medias prope hostium classes Chalcidē peruenit.) Quomodo in Italia subitò Philippus ex Corintho? Nam Oenotria est Italia. Videtur mihi planè quispiam lectores ludere voluisse. Sed mirum est hactenus hoc à nemine perceptum. Oportet hic ingenuè dicere quod verissimum est, nimia securitate fidont studiosi quibusdam typographicis officinis, vt in Italia Asulanicæ, quasi verò castigatissima sint omnia, quæ ex illis prodeunt. Quibus hactenus credendum erat, vt rem iudicio prius & collatione exploraremus. Interim studiosi meritas suæ credulitatis pœnas sæpe luunt. Restituimus hunc deprauatissimū locum iuxta scriptum archetypū, hoc modo: Ipse à Cenchreis præter Atticen per Suniū nauigans, inter medias prope hostium classes Chalcidē peruenit. Vide per Musas in paucis verbis ingentia errata. Cenchrearū ciuitas de qua hic loquitur Liuius, apud Coriothios nauali statione fuit insignis. Atq; eadē est, cuius & diuus Paulus meminit in fine epistolæ quam ad Romanos scripsit. Sunium verò promontorium est Atticæ. Cæterùm vsurpauit forma Græca Atticē, vt nihil fuerit opus emendare terram Atticam. Quod mox sequitur, flexisset eorū animos, scripsimus flexissent. Et paulò pòst, primò ad opem ferendam. Q. Fabius Maximus Pr. Prætor non est in codice Spirensi, nec vocabulum patres, quod paulò pòst sequitur. Nec item postea coniunctio quoque: Vno quoque tempore. Quare & nos expunximus. Quod eorum opera incolumis) Antiqua lectio, eorum ope. Sed magis placet opera. Et paulò pòst, fortiter fideliterq; administrata. Sic & infrà. Quàm forti fideliqúe duorum præcipuè legatorū opera vsi essent, Ita conuenit, vt quoniam & in prouin.) Mihi magis hic probatur lectio vetusti voluminis, quæ videtur antiquam aliquam formulam referre, neque enim est illic, vt particula, nec & coniunctio ter repetita. Sic autem habet, ita conuenit. Quoniam in prouincia M. Liuij res gesta esset, eo die quo pugnatum foret, eius fortè auspicium fuisset, exercitus Liuianus deductus Romam venisset, Neronis deduci de prouincia nō potuisset, vt M. Liuium. Hic tandē sequitur, vt. Ad istum modum singula castigauimus in contextu. Vnius equo per vrbem.) 541. B. Scripsimus vno equo. Nam præcedit, multijugis equis. Et sic habet liber vetus.

Neroniqúe, etiam si pedes incedat, vel parto eo bello, vel spreto triumpho, gloriam memorabilem fore.) Quo sensu dictum est, vel parto eo bello. Nos istam sententiam ex vestigijs veteris scripturæ sic restituimus: Neronemq;, etiamsi pedes incedat, vel parta eo bello, vel spreta eo triumpho gloria, memorabilem fore. Pecuniam in ærarium tulerunt.) Castigauimus: Pecuniæ in ærarium tulerunt sestertiûm tricies octoginta millia æris.

Sub aduentu eius.) Legendum, sub aduentum, id est, paulò antè quàm veniret. Item, & ludi Romani, particulam & expunximus. Et Q. Cæcilio Metello coss. ambobus, vt cum Annibale bellum gererēt, prouincia decreta.) Cur hic asteriscum non apposuerunt, deest enim nomen prouinciæ. Reposuimus nos ex manu scripto codice. Et Q. Cæcilio Metello coss. Brutij, ambobus vt cum Annibale, & quæ sequuntur. A. C. Terentio proconsuls.) Opinor scribendum proprætore. In veteri codice mendosè est, pro publicare, quas voces indoctus scriba semper supposuit quoties scriptum repperit, Propr. Vestalis virgo.) 542. H. Scriptus codex tantum babet: Vestalis. Professor aliquis inter exponendum dixit: Vestalis: subaudi virgo. Id postea receptum est in contextum. Et supplicationē ab Vestæ aram habere placuit.) Qui hic insulsit accusatiuum aram, non fuit admodum Latinè doctus. Legendum est, ad Vestæ, & subauditur, templum, aut aram. Horatius: Ventum erat ad Vestæ. De quo sermonis genere sæpe monuimus in prima Decade. Moniti ab senatu sunt.) Scripsimus, admoniti: Et in sequenti versu. Et posse sine metu. Agrum vastatum ac desertum habere.) Agrum vastum reposuimus. Sicut suprà vrbis vastæ ac desertæ priori quidem Philippi bello. Et paulò pòst, Atque Placentini essent, ante certam diem.

In saltu angusto à Brutijs, iaculatoribusqúe Numidis turbati sunt.) 542. I. Audi hic mi lector rem ridiculā, quid librarium deceperit, vt synceram scripturam deprauaret, disturbati, à disturbor, aris. fortè scriptum erat priore syllaba à cæteris per spaciolū aliquot distante, hoc modo, dis turbati. Placuit vocabulum turbati, dis scriba fragmētum alicuius dictionis esse putauit. ipse syllabam nouam adiecit, vt fieret mundis. Et quum hæc vox locum hic non habear, doctus aliquis scripsit iaculatoribusqúe Numidis, adiecto que ad finem dictionis prioris. Sic autem indubiè Liuius scripsit: In saltu angusto à Brotijs iaculatoribus disturbati sunt. Cùm magnam partem iuuent.) Scripsimus: Tum magnam partē iuueut. Et mox, inter latrocinia, non per latrocinia. Tantæ se fore parem multitudini.) Fore verbum additum videtur. Nos induximus. Neque enim est in vetusto.

Inde ad Betulam vrbem progressus.) 543. D. Scripsimus, processum, subauditur est. Impersonaliter dictum. Plures & integri.) Hic deerat vsque dictio quam inseruimus, Plures vsque & integri. subirent. Terga haud dubiè vertuot Pœni. Numidæq; primo turm.) Hunc locum deprauatum sic restituimus: Terga haud dubiè vertunt Pœni Numidæqúe. Et primò turmatim.

Tamen nunquam aliquot in sequentes dies.) Exemplar scriptum babet: Tamen nunquam prælio quod insequentis dies. Ex qua mendosa lectione concio fuisse scriptū. Tamen nunquā per aliquot insequentes dies quemadmodum & emendauimue. Castellorū procul speciem visu præbebant.) Vocabulum visu quispiam insulsit. nos eximimus. Cùm raptim pransi essent.) Hic nugator aliquis se exercuit. Liuius scripsit: Vt ante lucem viri equiq; pransissent aut prāsi essent. Ille adiecit, cùm raptim pransi essent. Nec ordine solito quicquam in acie struenda muta.) 544. H. Debet esse. Nec ex ordine solito quicquam acie instruenda mutat: Subauditur autem, in. Equitum iamdiu a. p. fuit. nec ipsa per se decerni poterat, quia pulsis (quod prope inuicem fiebat) in aciem peditū tutus receptus erat.) Miseret me planè optimorū quorumq; authorum, qui indignissimè passim tractati sunt à castigatoribus non sat diligentibus. Qualē hominum temeritatem cùm alibi, tum hic insigniter expertus est T. Liuius. Antiqua lectio sic habet. equitū iamdiu anceps pugna erat. nec quia pulsis quod prope inuicem fiebāt in aciem peditum tutus receptus erat. Hanc mendosam lectionē quum non intelligeret castigatores, adiscerunt multa de suo, Liuijq; sensum inuerterunt. Nos tamen benè fortunantibus Musis ex ista deprauata germanā indicabimus, nempe hanc, Equitum iamdiu anceps pugna fuit, nec depulsis (quod prope inuicem fiebat) in aciem peditum tutus receptus erat. Sensus clarus est, quod equites vtriusque exercitus, quum inuicem depellerētur, sicut nunc Romani Pœnos, nunc vicissim Romanos Pœni depellerent, nam hoc sibi vult interiecta clausula, quod prope inuicem fiebat, in aciem peditum tuto recipi non poterat. Nam sequitur postea. Signo receptui dato Scipio, patefactisq; ordinibus, equitatum omnem leuemq; armaturam in medium acceptam, diuisamq; in partes duas in subsidijs post cornua locat. Confer nunc quod nos castigauimus cum vulgata lectione, & vide quale piaculum commiserint, qui eo quod legebāt quia pulsis, quod nos castigauimus, depulsis siue perpulsis, hanc clausulam de suo adiecerunt. Nec ipsa per se decerni poterat, conspurcantes Liuij sensum inuertentesq; Sed vbi nō similia acciderunt in hoc authore? Acies inter sese diuisæ aberant.) Quasi non satis Latinè diceretur, haud plus o. passus acies inter sese aberāt, quidam inseruit diuisæ. Ipse è dextro cornu.) Liuius omittit plerunque præpositiones, quæ elegantius subaudiuntur quàm exprimuntur. Castigatores priores nusquam nō insulserunt. Ipse dextro cornu mittit, subauditur à dextro cornu. In sinistram partem quemadmodum se tendentē ad dextrā vidissent.) Codex scriptus habet, in sinistra parte. Proinde non dubito scripsisse Liuium, in sinistra parte quemadmodum se tendentē à dextera vidissent. Sic & nos reponere sumus ausi. Et cùm ab omni parte haudquaquā par pugna erat, tum quod turba Balearium tyronumqúe Hispan.) Hic in primis notandum est, quod in volumine veteri pro turba Balearium, scriptū est, turba balirum, vt suspicer ba syllabā librarium perperam repetijsse. Quid si legas, lixarum tyronumq; Hispanorum? Deinde sciat lector sic esse exponēda Liuij verba: Et quum ab omni parte haudquaquam par pugna erat, tum subaudi, haudquaquam pugna par erat, quod turba lixarum tyronumqúe Hisp. Romano Latinoq; militi obiecta erat. Id quod quum non animaduertissent olim Liuiani castigatores particulam &, quę sequitur, & procedente, temerè eraserunt, coniungentes tum procedens cum hac oratione, procedente iam die. Verùm nos & particulam hic necessariam de postliminio inseruimus. Nam Liuius duas præcipuas causas assignat imparis pugnæ. Vnā quòd lixæ & tyrones à partibus Pœnorum, fortissimis militibus erant obiecti. Alteram, quòd exercitus Punicus deficere cœpisset ob inediam. Cornelius incurrerunt.) Scripsimus, cōcurrerunt. Et mox, vt prius æstus, reposuimus, ita vt prius. Cùm proximus quisque hostem cæderet. In exemplari vetusto legitur, proximi. Proinde video sic quoq; verba stare posse: Quum proximi quiq; hostem cæderent. Inde vt inferri impigrè signa viderunt.) 545. A. Scripsimus deinde. Et paulò post. Vt vix in castra sua reciperēt se victores: quosdam etiam religio ceperat. Vbi vulgata lectio habebat, receperit & ceperit. Item infrà citato agmine ducti sunt, pro educti. Et mox: Ducibus est creditum, particula ted expuncta. Cùm hostis nequicquam subire id est alc. conatus esset. Emendauimus ad lectionem veterem. Quum

hoſtes nequicquam ſubire iniquo aſcenſu conati eſſent. Cæterùm quemadmodum hic ſingularem numerum in pluralem mutauimus, ſic mox pluralem vertimus in ſingularem. Itaque tranſitiones ad hoſtem fiebant. Ad vitandam cacophaton. Aſtipulatur autem nobis liber vetus. Paulò pòſt ſcripſimus, mille equites reliquit Syllano. Proconſulis Scipionis.) 545. E. Nos ſcripſimus, P. Scipionis. Nam vbique librarius pro P. litera prænominis, hoc eſt pro Publio proconſulē ſcripſit. Mox repoſuimus duas dictiones, quæ deerant. Quintò poſtquam P. Scipio prouinciam & exercitum accepit. Paulò pòſt, in exemplari Spirenſi legitur, cum multis nobilibus captis. Pœnis autem in Italia aduerſæ.) Particulam autem, expunximus. Et paulò pòſt, ad Scipionem redit ſcripſimus, pro rediit. Opulentiſsimus eius terræ.) Hic deerat vocabulum rex, quod inſeruimus. Opulentiſsimus eius terræ rex. Et mox pro quà freto exiguo dirimuntur, repoſuimus, quod freto exiguo dirimuntur, ſubaudi fines. Paulò pòſt prænominis literam Syllano præfiximus, alio loco iuuante vento ſcribentes, pro adiuuante. Sequimur enim vbiq;, quatenus licet, authoritatem manu ſcripti codicis. Quàm Pœni anchoras molirentur.) Sic ſuprà. Et molientibus ab terra naues Philippus aduenit. Nec vltra tumultum edere quiſquam in regio portu audebat.) Antiqua lectio: Nec vltra tumulatū agere quiſquam in regio portu audebat. Ex iis corruptis verbis hanc germanam Liuii lectionem eruı. Nec vltrà tumultum agere quis quicquam in regio portu audebat. Itaque prior in terram Aſdrubali.) In antiquo libro legitur: Ita in terra prior Haſdrubal. Subaudire poteris verbum, fuit. Magnificumq; id Syphaci, nec erat aliàs viſum.) Volumen Spirenſe non habet aliàs ſed aliter. Qui nobis hunc Liuii locum deprauauit, aliàs pro, aliter ſupponendo, in hoc lapſus eſt, quod viſum ordinabat cum aliter aduerbio, quæ cùm illi parum Latina videretur oratio, aliter vertit in alias. At viſum poſtrema vox referenda erat ad primam magnificumq;, & ea poſterior clauſula per parentheſim legenda, hoc modo: Magnificumq; id Syphaci (nec erat aliter) viſum, quemadmodum nos in contextu reſtituimus. Et quoniam ſors eis ſub.) Et particula, non eſt in codice ſcripto. Nec mox, contrahere ad colloquium, ſed in colloquium. Illud magnoperè contend.) 546. E. Melius hic placuit vulgata lectio, quàm ea quæ eſt in veteri libro. Siquidem habere videtur. Illuc magnoperè tendente rege. Nos tamen aliter diſtinximus ſententiam. Paulò pòſt: Et eodem etiam lecto, particulam & deleuimus. Sibi conciliaret, mirabilioremq; ſibi eum virum.) Scripſimus ſibi conciliarit. mirabiliorem ſibi eum. coniunctione que & accuſatiuo virum, diſpunctis. Sic poſtea particulam tam eraſimus. Regnumq; eius in Romanorum eſſet poteſtate.

Sed potiundæ Africæ ſpem affectantē.) Affectare ſpem vtcunque grammaticè dicitur. Verùm non ſatis intelligo quid ſibi velit quod dicit, potiundę Africæ ſpem affectantem. Certè Scipio ſpem magno emit, ſi tantis periculis nihil aliud aſſequi in animo habebat, niſi vt affectaret ſpem Africæ obtinendæ. Ego opinor locum eſſe vitiatum. Codex ſcriptus habet, ſpe adiectantem. Si quis diuinationem noſtram recipere velit, leget, ſed potiundæ Africæ pretia ſectantem. Quæ ſententia Liuio digna erit. Scriba mutauit pre in ſpe, & cia in ad. Ea poſterior particula cum ſequenti participio connexa, cōſtituit adſectantem. quod alius poſtea vertit in adfectantem, quum ſpem pro ſpe ſcripſiſſet. Et pleriſque ſæuis in alto iactatus ventis.) Scripſimus, & plerumque ſæuis. Illiturgum & Caſtulo.) Legendum Illiturgi & Caſtulo erant, ſuffragante codice vetuſto. Plinius, Illiturgi, quod Forum Iulium. Deſinunt autem pleraque vetera Hiſpaniæ oppidorum nomina, in i, vt Ipaſturgi, Aſtigi, Virgi, Sexi, Oſsigi, Tuati, Attubi, Aloſtigi, & ſimilia. Caſtulonenſes cum proſperis rebus ſocii fuiſſent, poſt cæſos cum exercitibus Scipiones defecerant.) Antiqua lectio, Caſtulo cum proſperi rebus ſocii fuiſſent, poſt cæſos cum exercitibus Scipio. defecerant. ad Pœnos. Nec dubito ſic ſcripſiſſe Liuium. Caſtigatorem offendit verbū ſocii pluralis numeri. Scelus etiam defectioni addiderant.) Hæc verba, ſcelus etiam defectioni, non ſunt in exemplari vetuſto ſed tantum, addiderant. Pro quo verbo fortaſsis ſcribendum, perfidi erant, hoc modo: Illiturgitani prodendis qui ex illa clade ad eos perſugerant (ſiue proſugerant) interficiendiſqúe, perfidi erant. Nam ſequitur infrà: Ab iis perfidiæ. & crudelitatis, & ſceleris pœnas expetendas eſſe. Non tamen reprehendo lectionem vulgatam. nam & hic ſceleris ſcriptum eſt. Meritò magis quàm vtiliter ſæuitum foret.) Miror in Liuio tot loca prodigioſè corrupta reperiri, quanto omnium ſtudioſorum manibus aſsiduè teritur. Certè hic tam eſt vitiata lectio, vt totam ſententiam cohærentem obſcurarit perdideritqúe. Necquicquam profuit codex ſcriptus. Deprehendi poſt longā expenſionem ſenſus, legendum hic, increpitos magis, quàm vt aliter ſæuitum foret, pro eo quod eſt, meritò magis quàm vtiliter ſæuitum foret. Quibus verbis reſtitutis facilè eſt inſtaurare totam ſententiam antè malè diſtinctā, nimirum hoc modo: In eos populos primo aduentu, quum dubiæ Hiſpaniæ eſſent, increpitos magis, quàm vt aliter ſæuitū foret, tum iam (ſic enim eſt legendum, quod tamen mendoſè in Spirenſi volumine eſt, tunicam) tranquillis rebus quia tempus expetendæ pœnæ videbatur veniſſe, accitum ab Tarracone, L. Martium, cum tertia parte copiarum ad Caſtulonem oppugnandum mittit. Hic habes verbum, huiusqúe procurrente ſententia. Ipſos claudendis portis indicaſſe Hiſpanos.) Repoſuimus claudendo portas. In veteri legitur, claudendos portas. Paulò pòſt, cum illis ſine ira prope, ſic ordinauimus, cum illis prope ſine ira. Et pro, eueniſſe tempus, ſcripſimus veniſſe tempus. Sed ſua ipſorum conſcientia culpæ metu ad deſ.) 547. D. Hanc deprauatam clauſulā ſic reſtituimus. Sed ſuus ipſorum ex conſcientia culpæ metus ad defendendam impigrè vrbem hortatur. Non libertas ſola agebatur.) Quis vnquam dixit libertas agitur, & non potius libertatis negotium agitur? Antiqua lectio: Non liberata ſola alebatur. Ex mendoſa ſcriptura ſynceram venabimur. Prima ſyllaba verbi alebatur, ſumpta eſt à fine præcedentis dictionis. At lebatur nihil ſignificat. quid ergo fuit? fuit lædebatur. Id à litera accedente factum eſt alledebatur, pro quo ſemidoctus ſcriba ſuppoſuit alebatur. Tu lege: Non libertas ſola lædebatur. Poſtea ſcripſimus, haud ſatis decoro prælio trepidarit, pro trepidaret. Veritus ne vanis tot conatibus ſuorum hoſtibus creſceret animus.) In exemplari Spirēſi duntaxat eſt, veritus ne vanis tot conatibus creſceret animus. Fortaſſe legendum eſt: Veritus ne vanis tot conatibus decreſceret animus, & ſegnior miles fieret. Sic benè haberet ſententia. Sibimet conandum ad partem periculi capeſſendam eſſe.) Emendauimus, ac partem peric. c. eſſe. Lælius inſtat. Tum victa oppidanorum vis, deiectiſqúe propugnatoribus occupantur muri.) Antiqua lectio: Lælius inſtitit. Tum victa oppidanorum exercitui propugnatoribus occupantur muri. Mendoſus locus eſt. Caſtigator quum non poſſet ſe explicare, ſenſum vtcunque reddidit. Diu luctatus ſum cum deprauato vocabulo, exercitui, priuſquam germanam, vt ſpero, lectionem deprehenderim, quam arbitror huiuſmodi fuiſſe: Tum victa oppidanorum extrema vi, ab oppugnatoribus occupantur muri. Mox ſcripſimus, quæ inexpugnabilis videbatur. pro qua inexp. Scalis mœnia) Hęc duo verba quiſpiam inſeruit. Quaſi verò non benè dictum ſit, & Romanis ſubeuntibus, qua adire poterāt. Nos ſummouimus. Quæ rupe præalta tegebatur.) Legendum eſt qua rup. p. teg. Et infrà: Primi inſequenteis extrahentes. Et mox, Qui præ ſe irent, non qui præirent. Item paulò pòſt legendum videtur, prædæ memor. Nō prædæ memor eſt. Nam id elegantius ſubauditur. Quod poſtea ſequitur ex diſsipata paſsim fuga, ac in veteri eſt, & diſsipata paſ. fug. poteris legere è vel ex diſsipata paſsim fuga. Terrorque deinde, ac deſp.) 548. G. Scripſimus: Terrorqúe inde ac deſperatio. Quod verò eſt infrà. Martius inde in barbaros. & vetus liber habet: Martius dein barbaros, vide num legendum ſit: Martius deinde in barbaros. Illic etiam, Munusqúe gladiatorum, & gladiatorum ſpectaculum legitur.

Seruorum delectu ac libertorū.) Antiqua lectio, ſeruorum de cauſa ab liberorum. Dii boni quæ portenta hæc ſunt. Doctus aliquis qui olim Liuium caſtigauit, non diu ſeipſum torquens, pro de cauſa ſtatim ſcripſit, delectu, & pro ab liberorū, ac libertorum. Ego ſuſpicor ſcribendum, ſeruorum cenſu haud liberorū, qui (ſubaudi ſerui) venalem ſanguinem habent. Paulò pòſt, prouocatiúe, ſcripſimus prouocatiq; haud abnuerēt. Pacti inter ſe.) Emēdauimus, pacto inter ſe, vt victorē res ſequeretur, ferro decreuerunt. Sic ſuprà de Philippo Liuius: Et iam quum Eream veniſſet, audito, Machanidā fama aduentus ſui territum refugiſſe Lacedæmonem, Aegium ſe ad concilium Achæorum ſe recepit. Sic enim nos illic caſtigauimus, cùm antè legeretur, audit. Pacto, id eſt, cùm pepigiſſent, ſicut illic audito, quum audiſſet. Hoc quum falleret eum qui locum emēdauit, pro pacto, ſcripſit pacti. Alterius imperio ſubigeretur.) Repoſuimus ſubiiceretur. Et mox: quod ab tanta rabie dirimi nequirent. Et infrà, in deditionem accipit. Quàm quod extra neceſsitates belli pręc.) Mendoſam mehercule veterem lectionem, quàm quod neceſsitateis bella (ſic enim in ſcripto codice legitur) reſtituere conatus doctus aliquis, ſcripſit, extra neceſsitates belli. Suſpicor legendum: Quàm quod vel ceſſante bello, præcipuum in Rom. gerebant odium. Paulò pòſt ſcripſimus, pro & mercatores, aut mercatores. Et deinde pro interfecerunt, interfecerant. Neq; erat vlla ſatis firma ſtatio oppoſita.) 549. C. In codice ſcripto, non eſt firma. Quod ſi ordines aduerbium ſatis cum participio oppoſita, benè habebit oratio. Paulò pòſt, ad id ipſum emiſſa, legendū opinor, ad id emiſſa. Mox

sa. Mox sequitur, qui primus hosti se obtulerat. Nos eeposuimus, qui primum se. Infrà, vt neminem cedere. In scripto volumine est, vt nem. cedere, suspicor scribendum, vt non eedere. Paulò pòst vetustus liber habet, imbellem, inermem, sine particula que. Quid autem si quis legat in fine, iniicerent, pro inieceeunt, vt tota sententia cohęreat. Correpti alij flamma sunt) Eaemplar Spirense tantùm habet correpti. vbi subauditur verbum sunt, alij ambusti adflatu vaporis. Moa inseruimus duas dictiones quæ deerant, ab tergo. Quum receptus primis vrgente ab tergo ingenti turba non esset. Paulò pòst, quod in ea vrbe esset, dispunximus ablatiuum, vrbe. Et transfretum ex Africa ora, & ex.) 549. E. Antiqua lectio, Et transfretũ Africæ ope & ex. Tu scribe, Et transfretum Africæ oræ, & ex proximis Hispaniæ locis. Rati forent.) Legendum est, eati fore. Nam sequentia cohærent, nec sunt separanda, quemadmodum in vulgatis editionibus factum videmus. Præterea non est in scripto codice. & signum ab eis petebant, sed & tantum ab eis petebant. Quia tamen infrà sequitur: Signum ab ijs petitũ est, probo vulgatam lectionem. Nec est in ordinem ibant, sed ordine ibant. Sic autem integra sententia legi debet: Forma tamen Romanorũ castrorum constabat vna ea spe, quod tribunos ea contagione furoris haud expertes seditionis defectionisq; rati fore, & iura reddere in principijs sinebant, & signum ab eis petebant, & in stationes ac vigiltas ordine ibant. Paulò pòst, scripsimus, C. Atrium Vmbrum, non Vmbrium. Et mox, delatum om. cons. imperium est. Suis tergis suisq; ceruicibus.) Particulam que, deleuimus. Sic enim hic diait Liuius: Suis tergis, suis ceruicibus, vt suprà. Turbam fœminaeum puerorumq; imbellem, inermem. Et subtrahentes se quoqoe.) 550. I. Archetypon Spirense habet, & subtrantesse habet, quoque. Lego. Et subirascentes quoque. Nam sequitur, vt credidisse potius temerè quàm finxisse rem talem, videri possent: quæ clausula velut per parenthesim interiecta legi debet. Sensus est, & subirascebantur vt temerè credidisse, non finxisse viderentur. Non quod se subduxerint. Hic locus hactenus non fuit intellectus. Quòd verò sequitur, sua ipsi insignia, fasces intelligit & secures. s. horrebant. Qui ab ipso Scipione sunt missi.) Castigauimus, Ab ipso Scipione missi. Et mox, exasperati animi, non animo. Quo scelus Iliturgitanorum extitisset.) Scripsimus Iliturgitanum extitisset. De quo suprà habes. Mox, post duorum imperatorum duorumque eaercituum stragem. In Spirensi libro tantùm est, post duorumq; exercituum stragem. Si non est illic aliquid omissum librarij incuria, fortasis legendum, post duorum quidem exercituum stragem. Præter vnum tutissimum à malis consilijs eeceptum.) Non semper tutus est iste à malis consilijs eeceptus, dum ad Ducis clementiam confugitur. Nec adeo rebellibus istis militibus tutus fuit. Nam postea sequitur, deligatos ad palum, virgisq; cæsos, & securi percussos fuisse seditionis authores. Itaque non lego præter vnum tutissimum, sed prætee vulgatissimum à malis consilijs eeceptum. quod autem vulgatissimum est, non est propterea tutissimum. Hinc illustratue elegantia Liuiana. Quid enim elegantius dici potest, quàm committere se tandem vel iustæ iræ, vel clementiæ principis aut magistratus, vulgatissimum esse à malis consilijs eeceptum? In archetypo Spirensi legitur, prætereà enim autissimum. Mihi sanè magis placet vulgatissimum, quàm vel notissimum, vel nouissimum, quæ duo tamen tolerari possent. Sed lætitiam ingentem fecit.) 551. D. Scripsimus: Sed lætitiam ingentem fecit. Et paulò pòst, Sub ipsam profectionem, pro, sub ipsa profectione. Et mox, corpora curant, non curent. Nam & hæc postrema clausula à superioribus pendet, quemadmodum nos distinximus. Cuius simulabatur iter) Lege odum, cui simulabatur iter, id est à quo. Deinde reposuimus, concurrunt, pro concurrerunt. In tribunal conscendit, pro ascendit. Item qualem ne in acie quidem, pro ne in aciem quidem. Fama mortis meæ non accepta solum, sed etiam eapectata est.) 552. G. Antiquæ lectio, spectata est. Expende num, sperata legi posit. Nam infra sequitur: Horret animus referre, quid crediderint homines, quid sperauerint. Hoc nimirum est, quòd hic dicit, accepta & sperata. Ita aut tranquillum, aut procellæ in vobis sunt, & causa atque origo.) Locus hic mirè vitiatus est, etiam in exemplari scripto. Variant in hoc tantùm editiones vulgatæ, quòd aduerbium ita adiectum habent. Fide mihi lector hic, non te decipiam. lege sic & distingue: Sed multitudo omnis, sicut natura maris, per se immobilis est, vt venti & auræ cient, aut tranquilli aut procellosi. Et causa in vobis atque origo omnis furoris penes authores est. Porrò genitiui tranquilli & procellosi, referuntur ad maris, quod præcedit. Paulò pòst scripsimus, sub quibus militastis, pro militatis. Cuius imperium ablatum.) Reposuimus, quum imperium ablatum. Nam sequitur, quum eo ipso non consenti. In foro Romano.) Scripsimus in foro Romæ. Et mox, Atrium Vmbrum. Nec est in scripto codice, sed illi tamen. Veeùm, sed illi primum Atrium Vmbrum. Et moa, oee Samnitibus. Subintelligitur, cum, præcedens. quare nos exemimus. At mox inseruimue particulam &, & consilia communicastis, & arma consociatnri fuistis. Tuscis veteribus cultoribus.) In volumine veteri tantùm est, Tuscis veteribus. Inter prælegendum vocabulum cultoribus aliquis superaddidit. Nec est illic, Sic tum Rhegium. Sed duntaaat, sic Rhegium. Maioris certè omnes pretij.) Hic Scipio blanditur militibus, timens eos scilicet. Locus mendo non caret. Aechetypon habet minoris certè omnes pretij. Porrò nihil dubito legendum hic esse, Albius & Atrius, non Vmbrius, quemadmodum antè dixit: In prætorio tetenderunt, Albius & Atrius. Sunt enim propria nomina Albius & Atrius quæ coniunguntur, Calenus & Vmber, cognomina. Ne istud Iuppiter Optimus Maximus finat.) 553. B. Germanam Liuij lectionem Archetypon Spirense continet: Ne istud Iuppiter Op. M. sieeit. Quam & nos in conteatu restituimus, cum ob singularem elegantiam, tum ob vetustatem. Nam si quippiam in tota oratione Scipionis verborum est, quibus ipse fuerit vsus, fortasis hæc clausula est quam vsurpauit alicunde Scipio. Liuius ex annalibus aut aliquo vetusto scriptoee retulit. Porrò dictum est istuc pro istud, & sierit pro fuerit à fuo. Crassus aliquis id non intelligens, vertit in finat. Flaminio, Paulo Aemylio, Graccho.) Aemylio non est in veteri codice, quare & nos dispunximus. Simplicia nomina sunt: Flaminio, Paulo, Graccho. Mox scripsimus, tot tam claris imperatoribus pro præclaris. Meo vnius funere elata Resp. esset?) Reposuimus ad fidem exemplaris scripti: Meo vnius funere elata populi Romani esset Respublica? Tametsi illic mendose elati pro elata legitur. Quid optaueeint.) Hæc clausula non est in libro vetusto. Paulò pòst: Atrocémque vobis visam orationem meam, deleuimus meam, nam statim sequitur: dicta mea. Moa, & me quæ fecistis, scripsimus, & me ea quæ fecistis. Item deinde, Et Atrius Vmber, non Vmbrius. Cum ex præparato simul omnium terror oculis.) Mutilus locus hic erat. Nos reposuimus, simul omnium rerum terror, oculis auribusq; est offusus. Neque enim significare vult Liuius omnium militum rebellium oculis terrorem offusum, sed simul omnium, rerum terrorem obiectum, puta crepitum gladiorum, vocem præconis citantis damnatos, sontium nudata corpora, ac apparatum omnem supplicij simul expromptum, quemadmodum ipse mox exponit. Gadeis sine certamine per deditionem recipiendi.) 554. G. Archetypon habet, perditionem. Nos reposuimus proditione eecipiendi, id est per peoditionem. Sequitur enim: Sed patefacta immatura proditio est. Et suprà sic loquitur Liuius: Per eos ipsos dies, inquit, perfugæ a Gadibus venerunt pollicentes, vrbem Punicumque præsidium quod io ea esset, & imperatorem præsidij cum classe proditurosesse. Spem ad irritum eedactam.) Antiqua lectio, Spem innum redacta. Lege, Spe in irritum redacta. Contractisque etiam quæ ante habuerant auailijs.) 555. A. Quid opus fuit hic adijcere particulam etiam? Nos erasimus. Scipio cum fide soluendis pariter omnibus noxijs innoxiisque stipendijs, vultu ac sermone.) Hunc locum deprauatum ac mutilum sic eestituimus: Scipio cum fide soluendi paritee omnibus noxis innoxiisque stipendijs, tum vultu ac sermone in omneis placato. Et quæ sequuntur. Scipionum nomini auspiciisque.) Exemplar scriptum habet, nomini, auspicijs sine que. Et sic loqui solitum Liuium alibi indicauimus. Quod ad expeditionem attineat.) Scripsimus: Quod ad expeditionem eam attineat. Ad irritandam ferocitatem barbarorum.) 555. D. Reposuimus, feritatem. Quòd verò paulò pòst sequitur, deinde emissis leuibus telis, in scripto volumine est tantùm, deinde missis telis. Itaque ne pulsi viderentur.) Imò pulsi iam propemodum erant. Sic ineptit Liuius? Tu scribe, itaque ne perculsi viderentur. Et paulò pòst, obliquo constitueeunt colle, obliquo constiterunt colle. Equitem nec posse circundare cornib. in tam a. s. & h. q. cum pedite eduxisset.) Hic locus mutilus sic est restituendus: Equitem, nec se posse circundare cornibus in tam angusto spatio, & hosti quem cum pedite eduxisset, inutilem. Præter reliquam prædam.) Scripsimus, prætee cæteram prædam. Nihil tutius in afflictis rebus.) 556. H. Legendum: nihil tutius afflictis eebus. vt afflictis rebos datiui sint casus. Quod si quis ablatiuos esse contenderit, subintelligetur in præpositio.

Moa scripsimus.) Sed castra Romana, dictione quoque deleta. Aut seruati bis vni debitam vitam.) Archetypon Spirense habet, aut seruatibus vni deuitam pro eo in p. deuoueant. Lego: Aut seruati bis vni debitum peo eo in p. Vt eeferatur ad spiritum. Erit enim nunc sententia planior, Vt aut, si ita videatur, reddant spiritum Proconsuli Scipioni, ab eodem illo acceptum. aut seruati, bis vni debitum, pro eo in peepetuum deuoueat, subaudi spiritum

ritum. Castigator olim hic se torsit. Nam quum non quadraret debitam fœminini generis, addidit vocabulum vitam. Et erat alioqui debitam scriptum, v pro b posito, deuitam. Spem positam habere.) Emendauimus, spem repositã habere. Mox verò: Cum quo nec fœdere, nec æquis legibus iungerentur amicitia. placet antiqua lectio, quæ habet, iungeretur amicitia. Et obsides accepti, arma'q; adempta & præsidia.) Treis particulas connectentes hic sum mouimus, quibus non est vsus Liuius, vt indicat volumen scriptum. Illos quidem merito perijsse ipsorum maleficio.) Fortassis etiam legi posset, illos quidem meritò perituros fuisse ipsorum maleficio. Paulò pòst reposuimus, se libera arma relinquere, pro, se liberè arm. relinq. Atque eiusdem dextra fidem sancire.) Scripsimus, atque eius dextra f. sancire. Et paulò pòst: Ad hoc equitem. Item ad depopulãdos prox. Hisp. agros. Substiteratq; animo.) Antiqua lectio, substituerat atque animo. Tu scribe: Præstiteratq; animo speciem quoque corporis amplam ac magnificam. Velut renouatus flos iuuentæ faciebat.) 557. B. Archetypon scriptum habet: Velut renouatus iuuentæ faciebat. Coniicio scribendum, vel renouata iuuenta faciebat. Non sine causa erectam ante vrbem stationem.) Castigauimus, electam. Hanc lectionem scripti codicis confirmant ea quæ mox præcedunt. Ad duo millia armatorum inuenta.) 558. F. Narrat Liuius classem fugisse. & vnde nobis isti bis mille armati qui postero die sunt inuenti? Codex scriptus habet, armorum. Haud procul à Gadibus.) Scripsimus: Haud procul Gadibus. Et paulò pòst, purgantibus ijs, ablatiuum ijs deleuimus, qui subintelligitur, aut similis, puta Gaditanis. Vbi notandum est infestæ genitiui casus esse, & referri ad præcedentem genitiuum multitudiuis. Duæ sunt Baleares insulæ) 558. G. Vocabulum insulæ dispunximus, nam mox antecedit: Pœnus in Baleares insulas. Paulò pòst scripsimus censebat, pro credebat.

Spondebantq; animi.) Legendum est despondebant animis, quemadmodum castigauimus. Semidoctus aliquis qui legerat, despondere animum, pro abijcere, mutauit hic despondebant, in spondebant. Despondebant animis, hoc est, constituebant, destinabant. Hoc verbo in hac significantia Cicero quoque vtitur, quam alibi velut exponit, Quum, inquit, cui me præripere desponsam iam & destinatam laudem valde est iniquum. Vt consulatum inierunt.) 558. K. Nos, vt, particulam erasimus. Sic enim constat lectio, P. Cornelius Scipio, & P. Licinius Crassus consulatum inierunt. Nominatæ consulibus prouinciæ sunt. Deleuimus & infrà, que, coniunctionem. Susceptúmque quartumdecimum annum tam p. geritis. Velut ad colligendas reliquias naufragij nostri misistis. Archetypon Spirense habet, velut ad conciliandas reliquias naufragij nostri. Lege, ad concinnandas reliquias naufragij nostri. Quod vocabulum hic mirè quadrat. Vtitur enim metaphora nauis fractæ, cuius partes concinnantur dum nauis instauratur. Est autem concinuare, aptè componere. Cæterùm an non reliquias Saguntinorum naufragij concinnarunt Romani, dum illis oppidum restituerunt, hoc est, repararunt? Vulgata lectio satis ad sensum facit, si quis ad dispersos ciues, opera Romanorum postea conquisitos respiciat. Verùm quãdo me vestigia scripturæ veteris huc duxerunt, non studium nouitatis, vt putarem aliter legẽdum, volui id lectorem latere. Vt optabilem eam.) Pronomen eam, dispunximus. Perdit enim sententiam. Et infrà scripsimus, vidimus, pro videmus. Mox, rursum particula que, deleta, spem, opem, salutem nostram. Neq; enim, vt sæpè diximus, coniunctionum amans est Liuius, quum illis nihil opus est. In Hispania atque in Italia gessistis.) Quid fuit opus alterum, in addere? Nos expunximus. Quà terrarũ vltimas finit Oceanus.) Hic se exercuit sciolus aliquis. Liuius scripsit, quemadmodum attestatur archetypon Spirense: Quà terrarum vltimus finis Oceanus, Subauditur est. Quid enim clarius Liuij sensu, si ita legas: Vt Hispaniam non Ibero amne tenus, sed quà terrarũ vltimus finis Oceanus, domitam armis habeatis. O castigatorem. Neque aliter id fieri posse.) 560. F. Restituimus, Neque id aliter finiri posse. Et mox exercitum transportasset, pro transportaret. Ibidem primoribus patrum conscriptorum. In exemplari scripto tantùm est, primoribus patrum. Alteram dictionem aliquis adiecit. Non senatorem modò.) Dictionem modò quispiam hic insulsit, putans ista verba, non senatorem, referri ad id quod mox præcedit, senatum ludibrio habet. quum respiciant verbum superius peccare. Consulem peccare arbitror, non senatorem, qui de quo consulitur l. s. dicit sententiam. Duarum rerum subeundam opinionem esse.) Liuius scripsit opinationem. pro hoc elegantissimo verbo doctulus aliquis supposuit, opinionem. Sic adulterantur optimorum authorum scripta. Infrà, ætas saltem liberet, scripsimus, liberat. Item, aut ad populum audiuit. Egregiã istam palmam belli Punici peracti petis?) 561. A. Scripsimus, patrati. Nam sic in vetusto codice legitur. Et habuimus paulò antè, Penes C. Luctatium prioris Punici perpetrati belli titulus fuit. Si alterutra victoria nobis consulibus relinquenda est.) Reposuimus, nouis consulibus. Siquidẽ scriba videtur b pro v posuisse. quod identidem facit. Intellige nouos consules, consules alterius anni, siue insequentium annorum. Periculi tandem quantum adeatur, quem fallit? Archetypon nostrum habet, quid periculi tandem. Et victor Annibal ire ad vrbem pergat.) In scripto volumine tantùm est victor Annibal. Vt sit, Quid? si victor Annibal. Dies me deficiet.) Scripsimus deficiat, modo potentiali, hoc est deficere posset. Et paulò pòst, at nobili, pro atque nobili. Quod procul externus metus est.) 561. E. Reposuimus, quia procul. Item: Et exercitum alienigenam. Et populi Rom. imperio euenere) Pro his verbis substituimus, ac reipublicæ in imperio euenere. Aduersa casibus incertis belli & fortunæ legare.) Volumen antiquum habet relegare. Quid si legas: Aduersa casibus incertis belli, subaudi assignare, & ad fortunam relegare. Paulò pòst, 562. G. pro istic scripsimus hic. An hic tuo collegæq; exercitu coniuncto. Vbi genitiuum tui, post, collegæq; sustulimus. Iterum postea, pro, Quod consilium est? scripsimus: Quod istuc con. est. Item, ac graui militia fessum. Relinquere Italiam paras.) Vetus lectio, Tu cum Annibal in Italia sit, aliò paras. Suspicor scribẽdum: Tu cum Annibal in Italia sit, aliò properas. Hoc videretur mihi simplicius, quàm legere, aliò ire paras. Paulò pòst, duæ literæ P. C. non sunt in codice Spirensi. Ego, P. Cornelium reipub. Haud satis purgata est) Reposuimus, haud sane purgata est. Et mox, tanquam mihi ab infimo quoque periculum sit. Scripsimus, quoque. Nam est à quisque ablatiuus. Illud nec tibi in me, neu mihi in minoribus natu animi sit.) In archetypo scripto non est pronomen illud. Et tamen est, animi sit. Nam nihil ambigo, scribendum, in minores, non in minoribus. quemadmodum etiam in editione Coloniensi legitur. Nec est mox, inuiderimus, sed inuidebimus in libro scripto, & in fine est, non fit.

Si Africam traijcere velim.) Scripsimus, si in Africam traijcerem. Quin ego minus in Africam.) 563. C. Emendauimus, qui ego minus in A. vt sit qui pro quomodo. Quot defecerunt post Cannensem pugnam.) Volumen scriptum non habet, quot. Elegantior erit oratio si omittatur, quod citra incommodum sensus fieri potest, hoc modo: Non sperauerat Annibal fore, vt tot in Italia populi ad se deficerent. Defecerunt post Cannensem pug. Habet autem maiorem vehementiam.

Carthaginensi nihil ciuilis roboris est.) 563. E. Lego, Carthagine, hoc est, apud Carthaginem. Quorum ego fidei ita innitar, vt bene tutus à perfidia sim.) Archetypon scriptum habet, vt bene tutus perfidia sim. Hic semidoctus omnia bene habere putaret. Mihi locus est multum de mendo suspectus. Nam quando verbum imitar, futuri temporis est, Liuius non dixisset, vt bene tutus à perfidia sim, sed vt bene tutus à perfidia futurus sim. Quòd si scriptum esset: Quorum ego fidei ita innitor vt bene tutus à perfidia sim, nullus esset mihi scrupulus. Proinde quando à, præpositio non est in codice vetusto (quæ res nobis ansam cogitandi dedit) non dubito, quin ita fuerit scriptum à Liuio: Quorum ego fidei ita innitor, vt veriturus perfidiam sim. Quæ sententia cum est arguta, tum mirè conueniens huic loco. Refellit enim Scipio quod à Q. Fabio dictum est suprà, An Syphaci, Numidisq; credis? Satis sit semel creditum. Non semper temeritas est felix. Et fraus fidem in paruis sibi præstruit. & quæ illic sequũtur, Quasi dicat Scipio: Non sum adeò stupidus, vt ita regibus Afris credã, quasi fallere me aut nolint, si queant, aut nequeant, si velint. Vnde paulò antè dixit, Afros Numidasq; leuissima fidei mutandæ ingenia, hoc est, ad fidem mutandam. Hic appello doctos qui Latinè callent, quos astipulaturos mihi nihil dubito. De sciolis non sum magnoperè sollicitus. In castigationibus Plinianis expertus antè sum, quàm sint hebetes in iudicando, & planè quòd Græci dicunt, ὄνοι πρὸς λύραν. Non venit.) Reposuimus, Non veniat. Nondum enim sortiti erant. Et dissuadet, ne veniat in sortem tam longinquæ prouinciæ, hoc est, Africæ, eo quòd sit Pontifex Maximus, cui sacrorum causa semper in Italia manendum erat. Paulò pòst scripsimus, ne hoc credi, pro non hoc credi. Item toties Africam nostris exercitibus & class. oppugnatam, à, præpositione expuncta. Præterea certatur, pro certetur. Requiescat aliquando tandiu vexata Italia, vratur, euasteturq;.) Lectionem scripti codicis secuti sumus: Requiescat aliquando vexata diu Italia, vratur populeturq;. Pro vltimo verbo quidam inseruerat, euasteturq;. quòd putaret, populari passiuè non dici. Dicimus actiuè populo, cuius passiuum est populor. Dicimus & populor deponentaliter. Et x. pondo argenti facti.) 565. A. Lectio vetus: Et simulachra spoliorum ex mille pondo argenti facta. Neque magnopere tetendisset.) Videtur vsurpasse tetendisset, pro contendisset. Sic Maro:

Ille

Ille simul manibus tendit dissoluere nodos.

Paulo post, Lintea ad vela.) Scripsimus, in vela. mox illic est Millium quadraginta summa, non quinquaginta. Item tritici centum viginti mil. mod. sine &. Præterea abietem in fabricandas naues, non abietes. Vmbriæ populi, & præter hos Nursini) Antiqua lectio, Vmbriæ populi, Nursinique. Qui hunc locum mutauit, expunxit que coniunctionem, pro id est. Et vitiatum locum putans quòd Nursini & Reatini non sint in Vmbria, sed in Sabinis, adiecit ipse dictiones istas, & præter hos. O errorem dignum qui magna cura fuerit vindicatus. Nos veterem lectionem reduximus. Infrà scripsimus, quàm ex syluis materia detracta erat, pro esset. Vbicunque ex S.C. liceret habitare, ibi habitarent.) 565. D. Ex fide vetusti voluminis emendauimus: vbicunque ex S.C. liceret, habitarent. duobus verbis, habitare, & ibi sublatis. Quod verò mox præcedit. Et Cn. Seruilio prætori vrbis, in veteri codice est: P R. vrbs. (debebat esse V R B.) mallem prætor vrbanus, quàm prætor vrbis. Non hic solum, sed & alijs apud Liuium locis. In stationem ad præsidium relictis.) Scripsimus, In statione. Et mox, eò traiecturum esse, expunximus aduerbium eò. Reposuimus etiam, montanos instituit oppugnare, quod instituit corruptè legitur in vulgaris editionibus. Sic de Marcello Liuius libro septimo: Vestigijs instituit sequi.

Ea literis cognita Sp. Lucretij) Verbum huius periodi non est accenderunt ceu vulgo legitur, sed accendit, in volumine scripto. Quare non ambigo scripsisse Liuium: Ea res literis cognita Sp. Lucretij, ne frustra Asdrubala cum exercitu deleto biennio ante forent læti, si par aliud inde bellum duce tantum mutato oriretur, curam ingentem accendit patribus.

Captiuos Carthaginem portantes, tradit.) Hic participium captas defuit, quod nos inseruimus, portantes, captas tradit. Supra morbum etiam fames afflixit.) Castigauimus: Super morbum, id est, præter morbum. Sic Suetonius in Othone, Instigante super animi dolorem, etiam magnitudine æris alieni. Idem in Domitiano: Super ingenij natoram, inopia rapax.

IN LIBRVM XXIX. ANNOTATIONES,

PER BEATVM RHENANVM.



FLORENTES ætate & virium robore inermes circa se habebat.) 568. L. Quia sequitur, ignorantes quem ad tum neque centuriati, neque armati seruarentur. ausus est quispiam pro insignes, inermes supponere. Fuit in causa quòd verba perperam distinxisset, nimirum sic. Florentes ætate & virium robore, insignes circa se habebat. Nos verò sic legimus & distinguimus: Florentes ætate, & virium robore insignes circa se habebat, astipulante codice veteri. Paulo pòst scripsimus, arma equosque ostenderunt, & particula dispuncta. Malle eos tibi tunc fateri.) 566. K. Reposuimus, malle eos sibi iam tunc fateri. Et mox, vtrum vellet, pro velit. Concientia Ilergetes indibili.) Vetus lectio, conciente Ilergete indibili, subauditur bellum, quod præcedit. Item Romani haberent, pro Romani habebant. Quod sequitur. Et inconditam inde turbam tyronum esse, submouimus dictionem inde. Et distinximus, nec in vicem his, aut illis. Ne gliscaret primo negligendo bellum.) Vide quantulum erratulum hic totum sensum perturbet. Legendum est: ne gliceret, prima negligendo, bellum. Iuxta illud Nasonis, Principijs obsta. Cornu dextrum Ilergetes.) 568. F. Emendauimus, cornua. Sic ordina, cornua tenebant, dextrum Ilergetes, læuum ignobiles Hispani populi. Equites per patentes in hostium aciem vias permittere equos iubeat) Accusatiuus aciem lectori nebulam offundit. Docet vetustus codex esse scribendum acie, auferendi casu. Pro permittere verò, scribo immittere. Nam sequitur. Simul equitibus Hispanorum viam immittendi equos clauserunt. Sic sententia clara euadet, quæ fuit obscurissima. Locata prona erat) Quid opus fuit hic addere vocabulum prona, quod non est in volumine scripto, quum præcedat, cedenti d. legioni. Si enim cedebat, indigebat firmamento. Sic mox intulisse videtur quispiam has dictiones, ex subsidijs. Neque enim sunt in archetypo nostro. Porrò, quia sequitur: Ac subsidia quibus res postulabat locis inducentem, prælector aliquis inter exponendum legionem ducit, adiecit ex subsidijs. eam glossulam alius in contextum retulit. Ibidem scripsimus, venit, indicat, non vanit, indicatque. Vbi in veteri libro mox legitur, Curnalium Seruium. Itaque omissa pugna equestri ad pedestrem Hispani descanderunt) Antiquum volumen: Itaque tommissa pugna equestri ad pedes Hispaniæ rescenderunt. Restitue hic germanam lectionem: Itaque omissa pugna equestri ad pedes Hispani equites descendarunt. Non discrepat sensus vulgatarum æditionum, nisi quod alia verba supposita sunt. Cum equitibus ad pedes digressis) Castigauimus, degressis. Degrediendi verbo Liuius in hoc libro nono rursum vtitur, haud procul à calce. Cum quingentis, inquit, haud amplius peditibus, ducentisque equitibus degressum iugis Masanissam persecutus. Cæterum ad pedes rursum hic est, sicut paulò antè: Ad pedes Hispani æquites descenderunt, quemadmodum nos legendum monuimus. Verso marte.) Quis hic quicquam scrupuli habeat? Nemo est qui non putet hoc optimè dictum. At deprauata scriptura archetypi Spirensis, in quo legitur, versos arta, ad eruendam germanam lectionem, ansam mihi præbuit. Scribo, versa sorte. Et arbitror primum fuisse scriptum, versas orte deinde quum vocabulum orte nihil videretur significare, per transpositionem vocalium literarum a & o, versos arte. Elegans & aperta sententia erit: Tantum fortunam mutasse, vt qui modo ipsi exercitum antè mœnia Romana habuissent, &c. inversa sorte, Africæ populationes, & obsidionem Carthaginis visuri forent. Pro tot cæsis exercitibus subolescentem) 569 A. Mihi non displicet hic lectio voluminis scripti, subolescentem. ob propriam ac notam vim præpositionis, sub. Iam regem Syphacem) Emendauimus ad fidem archetypi scripti, Iam reges. Syphacem post colloquium cum Scipione alienatum, Masanissam aperta defectione infestissimum hostem, &, particula ante accusatiuum Masanissam expuncta. Similem hominem paulò superius habuimus, Cornua dextrum Ilergetes, læuum ignobiles tenebant Hispani populi. Vbi quidam cornu scripserat, sicut hic regem pro reges.

Octingenti equites, & septem elephanti) 569. C. Lege, absque &, connectente particula. Continenter, sequitur: Ad hæc mag pe. Vbi sciendum est, quotiescunque in vulgatis editionibus, ad hæc legitur, in veteri codice esse, Ad hoc sicut & vrbem Romanam ferè semper, vbi vulgò scriptum est, vrbem Romam. Quod & hic mox sequitur. Ad Lælium prædas ingentes ex ag) Nos hic aliam induximus lectionem præsidio freti voluminis vetusti. hanc videlicet: Hæc Carthagine parabant agitabantque, quum ad Lælium prædas ingentes ex agro inermi ac nudo præs. agentem Masanissa f. r. c. e. c. e. p. venit. Inter Albigaunos, Liguresque Alpinos Genuam accesserunt) Exemplar scriptum. Inter Albigaunos Ligures Genuamque accesserunt. Vt intelligas intermedio loco inter Albigaunos qui Liguriæ populi sunt, & vrbem Genuam accessisse. Et sequitur in ijs locis. Principio ab Numidis facto, & Brutijs non societate magis Punica.) 570. G. Lectio vetus, principio Numidis non societate magis Punica. Cæterùm principio hic aduerbialiter accipitur. nam sequitur, postremo. Quod non intellexit, qui facto participium cum præpositione ab insulsit. & quia in Brutijs res latrocinijs geri narrantur, præterea adiecit, & Brutijs. De hoc multum miror, cur pro ablatiuo promptis, ipse supposuerit congruentibus. Nos totam sententiam sic distinximus, & castigauimus, pro. Quod latrocinijs scribentes, Quia latrocinijs, hoc modo Quia latrocinijs magis quàm iusto bello in Brutijs gerebantur res, principiò Numidis non societate magis Punica, quàm suopte ingenio promptis in eum morem, postremo Romani quoque milites, & quæ sequuntur. Qui pulsi ab adversa factione, quæ Annibali Locros tradiderat. Rhegium se contulerant) Hic rursum alia verba quispiam inseruit, quum scripserit Liuius: Qui exulabant Rhegij pulsi ab aduersa factione, quæ Annibali Locros tradiderat. Scalas ad dictam altitudinem arcis fabricatas.) Exemplar vetustum, ad editam altitudinē. Postremo certiores, alijs excitantibus alios, iam pro se quisque ad arma vocabat. Sic castigauimus & ordinauimus. Postremo certior res, alijs excitantibus alios. Iamque ad arma pro se quisque vocabat. Sed prope libanti videri possent.) 571. D. Verbum videri additum est præter authoritatem archetypi scripti. Nam auaritia ne sacrorum q.) Scripsimus, Iam auaritia ne sa. q. vt sit initium nouæ sententiæ. Item, pro quam asportabant, extulerant. quam asportauerant, extulerunt. Furorem intecit) Repulimus, furorem obiecit, iuxta veterem scripturam. Paulò pòst legi potest, quam ipse ab Rhegio abduxerat. Sic enim est in codice scripto. Primo iurgiu, deinde clamor quoque.)

Hic aliquis se exercuit præter causam, quum Liuius indubiè scripserit, quemadmodum est in codice vetere, & nos in contextu restituimus, iurgium inde, & clamor, pugna postremo orta. Militumq; implorabant auxilium.) Emendauimus, militumq; fidem implorabant. Quod verò continenter sequitur, repentè frequentes milites feroces, vocabulum frequentes, non est in archetypo Spirensi, nec solet ita duo adiectiua cum vno substantiuo connectere Liuius. Iisdem mox sustulimus aduerbium quùm. Legendum enim est, suffragante exemplari scripto Velut aduersus hostes ad arma conclamatum esset, concurrerunt. Scipio post paucos dies Locros aduectus.) Vetus lectio. Scipio post paucos dies Locros heraci aduectus. Et qui antea per libidinem.) Scripsimus. Et quæ antea per libidinem atque au. Nec sisti potuisse.) Legendum est, nec subsisti potuisse. Item paulò pòst: Exercitum Q. Cæcilij que particula dispuncta.

Si matris Ideæ Pesimunte numen Romam aduectum foret.) Quia non statim apparebat quid scripsisset Liuius ob deprauatam scripturam, ista verba quidam in contextum inscripsit. At nos ex vestigijs veteris sententiæ, germanam Liuij lectionem exculpsimus, nempe hanc: Si mater Idæa à Pesinunte Romam aduecta esset. Itaque quo maturius fatis omnibus oraculisq; portendentis sese victoriæ compotes fierent, id cogitare, quæ ratio transportandæ Romam deæ esset. Nullas dum in Asia socias ciuitates habebat populus Romanus.) 572. K. Hic rursum locus abundè doceat, quantum eruditi viri, prout tunc erat seculum, Franciscus Petrarcha, Victorinus Feltrensis & alij, quum in Liuij scriptis versarentur, quoties nodosior locus aliquis occurrisset, sibi licere putabant, vt sensum modò restituerent, non vt curarent de verbis. Sanè doctus fuit, quòd negari non potest, qui hunc locum instaurauit. Arbitror Laurentiũ Vallam fuisse, quem Thaddæus Vgoletus emendando Liuio operam impendisse scribit. Sed vt melior, sic & laboriosior est castigatio, qua non solùm sensus, sed & ipsa authoris verba restituuntur. Effecimus hic aliquid diligenter considerando locum, & vestigia veteris scripturæ expendendo. Ea sic habet. Itaque quo maturius factis omnibus oraculisq; portendæ Romã dea esset nullas dum in Asia socias ciuitates habebat populum Romanum. Tu pro factis omnibus, scribe faustis omnibus. & pro portendæ Romam de e esset, portenda Romam dea esset, habebisq; germanũ Liuij sensum germanis redditum verbis. Itaq; quo maturius faustis omnibus oraculisq; portandæ Romam dea essent, nullas dum in Asia socias ciuitates habebat populus Romanus. Dixit autem Liuius nullas dum, pro nullas ad eum diem. Porrò nunc vides quãtum peccarint, qui non modò tantam verborum congeriem de suo adiecerunt: sed & pro quo, quoniam, & pro factis, quod faustis esse debebat, ausi sunt scribere fatis. Et postremo, nullas dum mutare in nullas tum, vt esset alterius sententiæ principium. Præmissus ab legatis M. Valerius.) Legendum est. Remissus ab legatis M. Val. Nam sequitur infrà, M. Valerius vnus ex legatis regressus. sic enim ibi scribendum est, non prægressus, quemadmodum vulgatę editiones habent Romano, cui vni fidebant, auxilio.) 573. C. Nos sic scripsimus, desertos ab Romanis, cui vni fidebant auxilio. Partheuosq;.) Et hic & infrà reposuimus Parthinos. Sic enim Plinius appellat, & Strabo. Cæterùm Parthinos inter Liburniæ populos Plinius recenset. Item scripsimus, Dimallumq; oppugnari. Cum Romanis quoque.) Et, particulam adiecimus, Et cum Romanis quoq;. Pro si minus, substituimus sin minus. Item, Neq; enim ipsius, ne, particulam negatiuam inseruimus: Neque enim nę ipsius quidem regis abhorrebat animus. Mox Derda legitur in exemplari scripto, non Darda. Hæc conscripta modo consignataq;.) Miror quisnam dictionem modo hîc insulserit. Non enim est in codice scripto. Quia auerso in Africam bello.) Legendum est, quia verso in Africam bello. Paulò post adiecimus literam prænominis. P. Sempronius pace facta. Quod verò sequitur decessit subaudi, ex Macedonia.

P. Scipioni proconsuli.) Exemplar vetus, Proconsuli Scipioni cum eo ex. Video scribendum tantùm: P. Scipioni, non, P. Scipioni proconsuli. Nam librarius vbicunq; P. literam reperit, scripsit proconsulem, id quod alibi etiam indicauimus. Nec est mox, cumq; ea classe, sed tãtùm, cum ea classe. Et rursum, vt Brutios duabus legionibus obtineret. De Hispaniæ imperio, quod in eam prouinciam.) 574. H. Scripsimus quos in eam prouinciã duos proconsules mitti placeret. Et facem stellæ septies ab ortu Solis.) Legendum, Et facem Setiæ ab ortus Solis in occidentem porrigi visam. Est autem Setia Volscorum oppidum. quod hîc additum est, sicut mox Tarracinæ, Anagniæ, & Lanuuij. Porro cum Setię vocabulum putaretur mendum esse, pro illo supposuit alius stellæ, alius, septies aduerbium. M. Valerius vnus ex legatis prægressus.) Antè docuimus hic legendum: Regressus, cum moneremus scribendum, remissus pro præmissus. Veram certè victoriam eius rei sibi quisq; mallet, quàm vlla imperia.) Hæc oratio tametsi integra, valde mihi tamen est de mendo suspecta. Nam germanam Liuij lectionem non videtur mihi restituisse, quisquis deprauatum in scripto codice locum castigare est conatus. Legitur illic. Veram certè victoriam eius rei sibi quisquam vlla imperia. Nec est ibi verbum mallet, quod certè eruditus aliquis insulsit, subuenire volens corruptę & mutilæ sententiæ. Ego diligentius inspectis vitiatæ scripturæ vestigijs, non dubito quin sic scripserit Liuius, Veram certè victoriam eius rei cupias, quàm vlla imperia, honoresue suffragio seu patrum, seu plebis delatos. Subauditur autem in verbo cupias aduerbiũ potius vel magis. Qui loquendi modus oppido quam elegans a Græcis sumptus est, apud quos huiusmodi eclipticas orationes frequentius reperias. Qualis est illa βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι. Patres conscripti P. Scipionem. Non sunt in libro scripto duæ istæ dictiones, aut duæ saltem literæ earum loco P. C. Sicut traditum a proximis memoriæ temporum illorum scriptoribus.) Archetypon Spirense, Sicut proditum memoriæ à proximis temporum illorum scriptoribus, Libens posteris tradiderim, ita meas opiniones coniectando rem vetustate obrutam, non interponam. Neque suum delectum.) 575. E. Lego, delictum. Nam præcedit. Nihil sequare perire meritò deberent admissi . Sed si pereundum etiam foret. Quia verò hic de delectu agitur, facilis lapsus fuit. Tam atroces atque indignas iniurias.) 576. G. Duæ istæ voces, atque indignas non sunt in exemplari scripto. Paulò pòst, quiq; omnium oob. nec illic est quiq;. Fortasse sic legendum, qui Locros recepit, omnium nobis rectè perperamq; factorum testis subauditur existens, agatur. Posset etiam legi, vt coram P. Scipione. o. n. r. p. factorũ teste Multa fœda & indigna à præfecto præsidq; Amilcare.) Castigauimus. Multa fœda, indigna, & à præfecto præsidij Amil. & ab Numidis Afrisq; passos esse. In discrimine est nunc humanum genus.) Deerat dictio omne, humanũ omne genus. Paulò pòst scripsimus, cum maximè, pro quã maximè. Nam huc aduerbio sæpè Liuius vtitur, ceu alibi quoq; monuimus. Ad recipiendos à Carthaginiensibus Locros.) Antiqua lectio, ad recuperandos à Cartagin. Locros. Eam & nos secuti sumus. Paulò pòst, præter habitum vestitúmque, & sonum Latinæ ling. quis vocabulum vestitúmque non est in veteri codice, & nos submonimus. Submouimus & que particulam, quam accusatiuo libidinem quispiam adnexuerat. Constuprant matronas, fiunt in virgines ingenuas raptus ex complexu parentum puerosq;.) 576. K. Hic mirè quispiam fuit occupatus in mutandis Liuij verbis. Nos veterem & proinde synceram lectionem ex veteri volumine restituimus, in hunc modum: Constuprant matronas, virgines, ingenuos raptos ex cõplexu parentum, quotidie capitur vrbs nostra. Porro qui mutauit, videtur legisse raptus pro raptos. Hinc retexenda fuit illi tota oratio. Miretur qui sciat.) Antiqua lectio: Miretur qui nesciat. Nec quicquam incommodi habet sermo. Libidinis ac auaritiæ superesse, quod in eorum vllo qui pati potuerint.) Scripsimus, libidinis, auaritiæ superesse, quod in vllo qui pati potuerit. Et mox, exitiabilis tyrannus, pro exitialis. Et rursum, cum maximè, pro quammaximè. Item, & coniuges edidit, pro coniugesq; edidit. Vbi statim sequitur in scripto codice: & soluere rempublicam vestram religione, non exoluere. Qua tandem clade edoctus, tandem deos esse superbissimus agnouit rex, pecuniamq; omnem conquisitam.) Infeliciter instauratus locus est. Archetypon Spirense sic habet: Qua tanta clade edoctus, tandem deos esse superbissimus rex, pecuniam omnem inquisitam in thesauros Proserpinæ referri iussit. Nec erat opus hic conquisitam scribere, propterea quòd infrà legatur: Pecuniam, quanta ex thesauris Proserpinæ sublata esset, conquiri. Sanè nimis multa passim sunt in Liuio mutata, dum ex præcedentibus sequentia, aut ex sequentibus vicissim præcedentia castigantur. Quasi verò idem semper eodem modo sit dicendum. Dein verberibus affectos, seruilibusq; omnibus supplicijs trucidatos cruciando occidit.) 577. E. Iuxta fidem manu scripti codicis reposuimus. Dein verberatos, seruilibusq; omnibus supplicijs cruciando occidit. Ego tamen malim, seruilibus omnibus supplicijs sine que Nisi quis velit legere cruciatos. De absente, indicta causa.) Inseruimus duobus locis particulam, vt: vt de absente, vt indicta causa. Paulò pòst, pro post paucos dies scripsimus, intra paucos dies. Item, è templo, pro extemplo. Q. Fabius natum eum.) Accusatiuum eum deleuimus. Et mox reposuimus per seditionem militum, pro, seditione militum. Item, sententiam deinde æquè trucem, sustulimus æquè. Quòd sequitur: Quæ Locrenses quererentur, & in scripto codice est, fererent, cogitandum an scribendum sit, assererent. Mox pro decessisset, supposuimus decesserit. nam archetypon habet decesset, mendosè. Et deleui-

mus

mus pronomen eas, Eas neque seorsum. Et sacrum piaculare fieri, ita.) 578.H. Has quinque voces hic temerè insertas quod infra sequatur: Ac piaculare sacrum fecerunt, nos dispunximus. Est enim etiam sine istis incolumis sententia. Scripsimusq;, aperti, violati essent, pro, violatiq; essent. Et aduersus Scipionem.) Hæ tres dictiones præter authoritatem scripti codicis sunt insultæ. Nam quanto magis principum orationibus lacerabatur Scipio, tanto magis aliorum studia sunt in illum accensa. Hoc vult dicere Liuius. Paulò pòst, crepidisq; inambulare in gymnasio, libellis etiam eum, deleuimus etiam accusatiuum eum. Qui de cæteris maximè assensus.) Legendum est: Maximo assensus. Intelligit Q. Fabium Maximum. Ducemq; recepta ab hostibus Hispania.) Hanc periodum totam aliter distinximus, transposita clausula in suũ locum reducta, hoc modo: Qui enim conuenire, quem modo ciuitas iuuenem admodum, vnum recuperandæ Hispaniæ delegerit ducem: quem recepta ab hostibus Hispania ad imponendum Punico bello finem creauerit consulẽ spe destinauerit Hannibalem ex Italia retracturum, Africam subacturum, eum repente tanquam Q. Pleminium, indicta causa, prope damnatum ex prouincia reuocari? Porro neminem hic offendat quod scripsimus, retracturum (sic enim est in codice scripto) quum infra alio loco legatur, ex Italia detracturum. Neq; enim, vt antè monuimus, ijsdem semper vocabulis vtitur Liuius. Vt compararent inter se.) Emendauimus: Aut compararent inter se, subauditur, vt. Tum vocatos ad concionem.) Antiqua lectio, in concionem. Paulò pòst, Sine omni mora, deleuimus dictionem omni. Si quis Pleminium aliumue accusare vellet.) 579. D. Scripsimus, Si qui Pleminium aliumue quem ac. vel. Est si qui, pro, si quis. Item postea, quàm inimicum malior esset. Et alios triginta homines.) Reposuimus, & ad duos & triginta homines. Item comperi a oculis perferrent Romam, pro, referrent. Et sese parauit, pro, se præparauit. Præterea terrestrem naualemq; exercitus, pro, terrestres naualesq; exercitus. Trancere, & spei conceptæ.) 580. F. Lego, tranceret, & spei. c. q. d. i. o. c. p. c. d. p. q. t compotem populum Romanum faceret, subaudi, vt. Mulliebantur iræ.) Scripsimus, molliebatur ira. Item, pro memoriáque absentis Scipionis faciliuseos ad vulgum conciliabat. mortuus est tamen prius in vinculis, quam iudicium de eo populi perficeretur, ita nos reposuimus. Memoriáque absentis Scipionis fauorem ad vulgum conciliabat. mortuus tamen prius in vinculis est, quàm iudicium de eo perficeretur. In veteri codice Faborem legitur, b pro v posito, pro hoc vocabulo quidã duas dictiones, faciliuseos, introferuit. Sequitur postea, & tribuni classem eam. nos deleuimus accusatiuum, eam. Ipse legeret.) Castigauimus, eligeret. Et mox. Dum hæc apud Romanos geruntur. Item, ad eam rem confirmandam, pro consummandam. Et, Iam enim nubilis erat virgo, &, particula dispuncta. Præterea, initæ regi societatis, hoc est, à rege. quod prius erat regiæ. Ibi mox legitur in volumine veteri, paruulum vinculum. Auertit à vero falsis felicitas præoccupando mentes hominum) 581.B. Quid hic facit participium felicitas? Impedit sensum, non illustrat. Non est in archetypo Spirensi. Proinde & nos induximus. Paulo pòst, & regno suo posset consulere, scripsimus, ac regno posset consulere. Item postea, quas legiones potissimum quantum militum numerum, & coniunctione expuncta. Item, circum oram maritimam misit.) Accusatiuus omnem deerat, quem nos inseruimus. Item, circum oram omnem maritimam misit. Quod verò inferius aliquanto sequitur: sed in vrbibus etiam oppugnandis, submouimus præpositionem, in. Non paruo numero inter authores discrepat) Antiqua lectio Non par numeru inter authores discrepat Lego. Non pari numero, inter authores discrepat. Hoc est, eo quod numerus apud illos par non fit. Ibidem mox legitur in vetusti libro, sedecim millia. non quindecim millia. Alibi parum plus dimidio rem auctam.) 581.E. Emendauimus, Alibi parte plus dimidia rem auctam. Mox, poni malim, pro malui. Et paulò post, nauibus ante conscendere coactos continuit. Vbi prius legebatur: In naues antè con.c. continuit. Item, M. Pomponio cura data, non, curam dat. Vbi mox in antiquo volumine legitur, triginta quinque dierum. Et tamen sequitur: aquam dierum quadraginta quinque in nauibus esse. Expunximus illic accusatiuum necessariam, nam archetypon Spirense sic habet. Si aquam hominibus, iumentisq; in totidem dies, quot frumentum, imposuisset, hoc est, in vsum hominum iumentorumq;, siue pro hominibus iumentisq;. Eoq; abundans omni copia rerum est regio.) Scripsimus, omnium copia rerum. Et mox, priusq;, pro, prius quoque. Quanquam si magnitudine classis æstimaretur.) Emendauimus: Quanquam si magnitudine classes æstimares. Sic autem legendum docent sequentia. Ingentis ad incrementa gloriæ.) Reposuimus inganti, sicq; distinximus, partim suapte fortuna quadam ingenti, ad incrementa gloriæ celebratus. Paulò post, in portum, castigauimus, pro in portu. Quæ ad prosequendum Scipionem.) Restituimus hic particulam, &, quæ deerat, Quæ & ad prosq. Scip. Ad hoc legiones.) In exemplari vetusto plerunque legitur, Ad hoc, quod in vulgatis editionibus est, Ad hæc. Hic non fuisse mutatum à castigatoribus equidem miror. Dij deæq;, inquit, maria terrasq; qui colitis.) 582.I. Vetus lectio: Diui diuæq;, inquit. Diuos perpetuos esse Varro tradit, qui propter sui sacrationem timentur, vt sont dij Manes. Diuos pro dijs reperias & apud Plautum. Nec est mox in scripto codice, maria terrasq; qui colitis, sed qui maria terrasq; colitis. Vt quæ in meo imperio gesta sunt.) Dictionem, vt, nescio quis hic insulsit, quæ elegantius subauditur. Porrò non habet antiquum volumen, gesta sunt, verùm, acta sunt. Item, mihi, populo, plebiq; Romanæ, non, mihi populoq;, & plebi Ro. Bene vertant.) Exemplar Spirense expresse hic habet, bene verruncent quod tamen illic geminatum legitur errore librarij. Cæterum veteres verruncare pro vertere vsurpasse docet verbum auerruncare, quod auertere significat, quemadmodum annotauit Nonius Marcellus. Nihil igitur opus erat hic pro bene verruncent, scribere, bene vertant, quando hæc tota Scipionis precatio vetustatem ipsam refert. Præda onustos.) Hæ duæ dictiones non sunt in codice Spirensi. Quod verò sequitur, mecum domos reduces sistatis, expandendum num legi debeat, domo. Vti mos est in mare proiicit.) Antiqua lectio. Vti mos, in mare proiecit. Et sequitur verbum præteriti temporis, signum dedit. Mox scripsimus, celeriter conspectu terræ ablati sunt, è præpositione expuncta. Statim sequitur in exemplari scripto: Et à meridie nebula occœpit, non occœperat. Haud ita multò pòst T. Posthumius gubernator.) Archetypon nostrum habet tantum, baud ita multò pòst gubernator, Scipioni ait. Proinde apparet præpositionem post, dedisse occasionem, vt aliquis infulciret gubernatoris nomen T. Posthumius.

Et vento eodem ferebantur.) Castigauimus Vento eodem ferebantur, particula, &, deleta, quam debemus finali syllabæ verbi præcedentis, iubet. Inde ægrè correptum cursum) In antiquo volumine legitur, inde ægrè correctum cursum. Aberrarant enim qui error non citra difficultatem correctus est & emendatus. Quibus descensiones in agros marit. factæ erant.) 583. C. Archetypon quod penes nos est, ascensiones habet. quod etiam alibi in eodem codice scripto lectitatur.

Octo millia liberorum capitum seruorumq;.) Genitiuus capitum à quopiam insertus est. Nam in scripto volumine tantùm est: Octo millia liberorum seruorumque. Cæterum cum magis iure gentis, quàm authoritate inter suos, ius viribus obtineret regnum.) Sic castigauimus secuti fidem manu scripti codicis: Cæterùm quum magis iure gentis, authoritate inter suos, quàm viribus obtineret regnum. Sensus est: Obtigerat illi inter suos authoritas, ea magis quàm viribus obtinebat. Vrbem Masanissa primo impe. capit.) 584. H. Addidimus particulam, &, duobus locis: Et vrbem Masanissa primo impetu capit, & ex regijs alios tr. se recepit. Deinde scripsimus, quo primum intenderant iter, pro, primo intenderat iter. Item, & incitabant iuuenem. Nam & ipse cum exercitu.) Reposuimus, Nam & ipse eum exercitum, quo Capusam vicerat, & ex receptis post cædem regis aliquot habebat. Item, tantum peditum equitúmque habens. Quia sibi aduersus Syphacem.) Emendauimus, Quia sibi eum Syphace. Deinde deleuimus pronomen, eum, futurum eum in eodem honore. Quod verò sequitur ibi, quo apud Galam & Desalcem quondam fuisset, ingens erratum est. Scribendum: Quu apud Galam & Desalces quondam fuisset.

In medium regnum eundem, aut sine certamine concessuros in ditionem.) 585. A. Antiqua lectio: In medium regni eundum. Item mox, persecuti sunt regem. Pluresq; quàm iusto sæpè in prælio.) Scribi debet, in bello. Nam prælium ipsam pugnam & hostium congressionem significat. Mox scripsimus, Carthaginientium, pro Carthaginienses. Et alioqui statim sequitur Carthaginienses Deinde reposuimus, præmiorumq; ingentium spe. pro, ingenti spe. Postremo pronomen is deleuimus. Nam in fine positum est verbum, à quo totus circunductus pendet. Bocchar ex præs. reg. & cætera compellit. Sed copijs etiam aliquanto maioribus.) Inseruimus particulam, vt. Vt aliquanto maioribus. Sequentibus sese abripuit.) Scripsimus, sequentibus se eripuit. Et mox, ita circumdedit, pro, circumuenit. Item, Omnes ad vnum interfecerit. Inter virgulta vlterioris ripæ emerserunt.) Legi debet, cum eo virgulta interioris ripæ tenuerunt. Dij boni quid fingi potest impudentius illis, qui vlterioris subdiderunt, pro, interioris: pro, tenuerunt, emerserunt. Deinde quo cohærerent verba potius quàm sensus, adiecerunt præpositionem

tionem inter. Paulò pòst, redit scripsimus, pro rediit. Patiq; posse est visa iactationem) Ad fidem manu scripti codicis castigauimus: Patiq; posse visus iactationem, vt de ipso Masanissa intelligas, non de cicatrice. Haud plus XL. equitibus collectis.) 586. F. Archetypon Spirense habet: Haud plus triginta equitibus confectis. Habet deinde, Atque non in possessione modò. Inde irritato ad bellum Syphace.) Vocabulum inde, non est in volumine scripto. Mox reposuimus, in iugis opportuniorum ad omnia montium. Maiorem igitur eam rem iam Syphax rex ratus, quàm vt per præfectum ageret.) Duas dictiones iam & rex deleuimus, & præfectum mutauimus in præfectos. Sic enim in antiquo codice legitur. Imperat, vt circunducto agmine in se intentum hostem ab tergo inuadat.) Locus est corruptus & licenter mutatus, quum nihil opus esset. Inseruimus pronomen illum quod deerat, & ex fide Spirensis exemplaris sic castigauimus: Illum circunducto agmine in se intentū hostem ab tergo inuadere iubet. Mox expunximus accusatiuū eum, ex occulto aggressurus eum erat. Syphax autem interdiu.) Vetus lectio: Syphax tum interdiu. Deleuimus paulò pòst aduerbium primò. Vbi primò tempus visum est. & pro leui cliuo scripsimus, leni cliuo. Item pro tum multitudine, cum multitudine. Itaq; cæteri pedites equitesq; cæsi aut capti.) Scripsimus: Itaque cæteri equites peditesq; cæsi. sublata postrema clausula, aut capti. Fides sit penes archetypon Spirense. Altera pertinacior in repugnando.) Vocabulum altera non est in codice veteri. Stat verò sensus eleganter sine illo. Duæ turmæ hæsere. altera metu dedita hosti pertinacior in repugnando telis obruta & confixa est. Vbi subauditur altera. Porrò magis placet vt legatur telis obruta, quàm cæteris obruta, quod in scripto codice est cæteris obruta. nam sequitur, & confixa est. In alia atque alia flectendo itinera ludens.) Emendauimus, eludens. Et mox, absistere à sequendo, deleuimus à præpositionem, quæ subintelligitur. Ipse cum LXX. equitibus.) Antiqua lectio, Ipse cum decem equitibus. Cederet paulatim.) 586. K. Scripsimus, cedere paulatim, subauditur superius verbum, iubet. Deinde qui peropportunè circa viæ flexus suppositi erant, sic reposuimus: Qui peropportunè circa viæ flexus oppositi erant. Cum timoris simulati specie audaciā hosti faceret.) Lectio vetus, cum timoris simulati audaciam h. f. Ego nō dubito quin Liuius scripserit: Quum timore simulato audaciam hosti faceret. Hannoni Afrisq; pugnando ac sequendo fessis se.) Sic emendauimus & distinximus: Et recentibus equis (Hannonæ Afrisq; pugnando ac sequendo fessis) se circumfudere. Quòd verò sequitur, qui primi agminis fuerant. etiam legi posset, qui priores agminis fuerant. Nam codex scriptus habet, qui prius agminis fuerant. Quibus haud facilis receptus fuerit.) Deerat hic vt particula, quā de postliminio reduximus in contextum. Vt quibus haud facilis receptus fuit. Paulò pòst, inter eos satis constabant, scripsimus constabat. Id quod in editione Romana, & ea quam Colonia Agrippina dedit rectè legitur. Ad prædam alteram repetendam sese venisse.) Accusatiuus repetendam non est in volumine scripto. Subauditur, is aut similis potius, puta vehendam. Nam præcesit, quæ prædam in Siciliam vexerant. Prout cuiusque opera fuerat. Antiqua lectio: Quorum opera fuerāt. Quid si legas quorum opera fusi erant? Simul & terrestris exercitus ad imminentem propè ipsis mœnibus tumulum est admotus.) 587. D. Castigauimus, ab imminente propè ipsis mœnibus tumulo est admotus. Siquidem huiusmodi lectionem habet exemplar vetus. Et quid opus fuit mutare quod est elegantissimè dictum? Non intellexit virtutem præpositionis ab, quisquis is fuit qui id ausus est. Eadem temeritate mox, &, particula versa fuit in etiam, Machinasq; etiam aduexeret secum, quum Liuius scripserit (sic enim solet) Machinasq; & aduexerat secum, & ex Sicilia cum commeatu missæ erant. Paulò pòst, tria equitum con fecisset, in veteri volumine est, effecisset. Abscederet inde irrito incœpto.) Quid si legamus: Abscederet inde irrito cœpto, quando codex Spirensis habet, abscederet inderito incœpto. Etenim hyems instabat castra hyberna.) Sic emendauimus & distinximus: Et (iam enim hyems instabat) castra hyberna, &c. communit. Mox & naualium castra amplectitur, exemplar vetustum habet, & naualia castra. In littus ad Septentrionem versum subd. naues.) Hic locus miserè fuit interpollatus addita præpositione in, propterea quòd librarius in fine dictionum equitatus omisisset. Nos id vocabuli reposuimus, in, præpositione submota, & verbis sic distinctis: Littus ad Septentrionem versum subductæ naues naualesq; socij tenebant, meridialem vallem, ad alterius littus deuexam, equitatus, subaudi, tenebat.

Comparari, aut mitti posset.) Castigauimus, comp. ac mitti posset. Item XII. millia tunicarum missa, &, particula deleta. In agro Crotonensi.) Debet esse, in agro Crotoniensi. Paulò minus trecenti viui capti, & equi XL.) Lectio vetus, Paulò minus trecenti viui capti, equi quadraginta. Mox scripsimus: Annibal. Crotonem exercitum abduxit. Princeps iterum delectus Q. Fabius Maximus.) 588. I. Reposuimus, lectus pro delectus. Censa cum ijs CCXV. millia hominum.) Exemplar vetus: Censa cum ijs ducenti sexaginta quinque millia hominum. Legendum ducenta.

IN LIBRVM XXX. ANNOTATIONES, PER BEATVM RHENANVM.



VTER Hetruriam ac Liguriam prouinciam haberet.) 590. F. Scripsimus, ac Ligures. Et sequitur mox, in Hetruria ac Liguribus decretum. Et ad populum suadendi ac dissuadendi locus esset.) In codice manu scripto non est gerundium dissuadendi, sed tantum, & apud populum suadendi locus esset. Nec erat opus illud hic addere. Nam suadet etiam qui dissuadet. Quod in Brutijs prouincia.) Exemplar vetus mendosam hic lectionem continet, nempe hāc: Cui in Brutijs prouincia eidem in Etru. ac Liguribus decreta. Opinor scriptum fuisse: Quæ in Brutijs prouincia eadē in Hetruria ac Liguribus decreta. Et Lucretio prorogatum imperium est, vt Genuam. In codice scripto sic legitur, Et Lucretio prorogatum imperium, Genuam oppidū à Magone P. d. exædificaret. Sine particula, vt. Similis locutio mox præcesit, M. Cornelius nouo consuli tradere exercitum iussus, ipse prorogato imperio Galliam prouinciam obtineret. Quod postremū verbum ineptè quispiam mutarat in obtinere. Quod roboris ea prouincia habuerat.) Non est in archetypo nostro hæc clausula, nec vsqueadeò necessaria. Stat enim sensus ijs verbis: Et quia ne qua classis ex Africa traijceret, & cætera. Amplexus est.) 590. K. Sustulimus verbum est, quemadmodum mox præpositionem in. Campestri agro, pro campestri in agro. Iterum expunximus verbum est, sicut antè dictum. Armaq; & omne genus com.) Castigauimus ex veteri libro: & arma etiam ex Sicilia, & omne genus commeatus eò portabantur. Item mox, ex animo miserat, scripsimus dimiserat. Spes vlla desiturum afferebatur.) Legendum est desciturum, à verbo descisco. Loquitur de Carthaginiensibus relinquendis, cum quibus aduersus Romanos fœdus inierat Syphax. Ab hoc fœdere modica spes erat futurum vt ille descisceret deficeretq;. Hoc planius faciunt ea quæ sequuntur, & astipulatur codex vetustus. Mox scripsimus Antias Valerius, secuti videlicet fidem lectionis veteris. Quod elegantiæ causa Liuius vsurpauit. Postea aut causa probabilis visa commeandi foret in castra hostium.) Cum lectione vulgata consentit exemplar scriptū, nisi quòd posteà aduerbium quispiam hic infulsit. Cæterùm ausim affirmare ego, pro participio visa, legendum suis, hoc modo: Primò has conditiones imperator Romanus vix auribus admisit. Vt causa probabilis suis commeandi foret in castra hostium, mollius eadem illa abnuere. Misit enim exploratores in hostium castra Scipio per occasionem colloquij, qui singula specularentur. Nec verò quicquam addubito, quin eruditi mecum sint hic sensuri. Peruicacibus nihil satisfacit, & nihil intelligunt stupidi. Certè participium visa, nihil ad sensum pertinet. Dedit occasionem errori, quod præcedens dictio probabilis in s, definit. Vnde librarius omisso s, altero vis scripsit, pro suis. Alius castigare volens, a literam adiecit, vt fieret visa. Porrò mox legitur in scripto libro, vltro citroq; agitantibus rem, conuenturum. Item, Hybernacula Carthaginiensibus, non Carthaginiensium. Hybernacula Carthaginiensibus lignea erant. hoc est, Carthaginienses habebant hybernacula lignea. Vetitos se reuerti ad imperatorem aiunt.) Castigauimus iuxta fidem scripti voluminis, ab imperatore. quæ verba respiciunt participium vetitos, non autem infinitiuum reuerti, quod non animaduertit, qui mutauit. Sic mox illic legitur, ad comparanda quæ in rem opus erant. Et statim, quia nimis. Ex archetypo Spirensi. Tantum diligenti expleant cura. & se Asdrubalem.) 592. G. Vitiata verba sunt pro vnáque aduerbio

quispiam

quispiam non assecutus loci intelligentiam, supposuit cura &c. Sic autem legenda sententia est: Tantum diligentia expleant. vnâq; se Hasdrubalem Punicaq; castra aggressurum. Quis hic non clamet in professoreis, quos exemplaria vetusta consulere piget ac pudet? Multos in ipsis cubiculis semisomnes hausit flamma.) 592.H. Scripsimus, cubilibus, intelligit lectos, aut id quod illis vice lectorum erat. Nam hoc significat cubile, cū cubiculū locus sit, in quo est cubile. Porrò in hybernaculis Pœnorum, quemadmodum à Liuio describuntur, apparet nulla fuisse cubicula. O asinum, qui pro cubilibus cubicula supposuit. An ex trepidatione nocturna esset consusus.) Opinor scribendum, confusis sensum veri adimebat daudi casu. Quod vocabulum infrà hoc eodē libro rursum vsurpat de Masanissa loquēs: Ex prætorio in tabernaculum suum confusus concessit. Dein per continua serpens vno repente omnia incendio hausit.) Exemplar manu scriptum duntaxat habet: Dein continua incendio hausit. Demiror quis præpositionem per adiecerit, & tres alias dictiones, serpens vno repente. Obruebant itinera, portarum.) Scripsimus, veterē lectionem secuti, obruerant itinera port. Et mox, pro die vna, clade vna. XX. mill. peditum.) In codice Spirensi legitur, duo millia peditum. Cum paucis Afrorum.) Vetus lectio: cum paucis equorum. Mallem Pœnorum. Suspicor autem Liuium scripsisse, cum paucis suorum. Id quum ita fuisset scriptum, cum paucissuorum, sciolus aliquis volens castigare locum, ex uorum additis duabus literis fecit equorum. Paulò pòst loco munito consedit, non loco munito consi. quemadmodum & nos scripsimus. Simul vtroq; cornu.) 593.D. Mihi magis arridet lectio vetus: Simul vtraque cornua. Quæ diutinę obsidioni tolerandę sunt necessaria, ex agris conuehit.) Hic sciolus quispiam germanum Liuij sermonem audacter vitiauit. Nam quū ille scripserit: Quæ diutinæ obsidioni tolerandæ sunt, ex agris conuehebat, quemadmodum continet Spirense volumen, ausus est aliquis adijcere vocabulū necessaria, minimè necessarium hoc loco, sed superuacaneum. Sic libro secundo Decadis primæ Liuius dixit: Vt tam eminens area, firmaq; templis quoque ac porticibus sustinendis esset. Rursum alibi: Satis fretus tolerando certamini legatum esse. Item, P. Scipionem proconsulem deûm benignitate & rempublicam esse gratiæ referendæ. Quo loquendi modo Cicero quoq; vtitur, & alij authores. Vt felicissimè gerantur res.) Castigauimus, vt felicissimè geratur res. Nec improbatur mox vetus lectio, qui tueantur. Occupat relictū fuga custodum Tuneta. Abest ab Carthagine XII. millia fermè passuum: locus tū operibus, tùm suapte natura tutus.) 594.G. Hanc sententiam sic castigauimus & distinximus: Occupat relictum fuga custodū Tuneta (abest ab Carthagine XII. millia passuum) locum quum operibus, tum suapte natura tutum. Ne naues in terram ad obsidionem.) Placet vetus lectio, in terrā & obsidionē versæ. Et aut in onerariarum vsum versæ.) Hæc clausula non est in exēplari scripto. sed tantū, torm. machinasq; portantes, & aut ita adpulsæ muris. Vnde conijcio particulam & repetitam à librario per errorem propter finalem syllabam es præcedentem. Et sic scripsisse Liuium, tormenta machinasq; portantes, aut ita appulsæ muris, vt pro aggere ac pontibus præbere ascensum possent. Sic enim legendum docet archetypon Spirense, non accessum. Vt in nauali certamine solet.) Scribendum est, contra, quam in nauali certamine solet. Nam quis vnquam sic ad naumachiā instrui naues vidit, vt inter se colligentur? Velut vno inter se vinculo illigatis comprehendit, tabulasq; super instrauit.) Tu lege, comprehendit, hoc est, complexus est, copulauit. tabulasq; superstrauit. Vt peruiū nauium ordinem faceret.) Vetus lectio: Vt peruium in totum ordinem esset. Nos emendauimus: Vt peruius in totum nauium ordo, esset. Porrò non solet Liuius idem verbum statim repetere, vt hic faceret & fecit. O miserè tractatum Liuiū. Ita parati instructiq;.) Quæso te per musas, sic loquitur Liuius? Quid aliud est instructi, nisi parati? Legendum est, Ita parati intentiq;. Significat enim Romanos attentè Carthaginiensium aduentū expectasse. Omnia permista turba trepidantium primo impetu oppressissent.) Dij boni, quanta est sciolorum temeritas, mutantium statim quod non assequuntur. Scripsit Liuius: Omnia permixta turba trepidantium primo impetu deprendissent. Quod non intelligens aliquis, pro deprendissent, supposuit oppressissent. Sed eo maior.) 595.A. Vetus lectio, Sed eo gratior. Paulò pòst in scripto codice tantùm est ad regem desideratū, non, diu desideratum. Item, stimulabant. Quod sequitur, per multos florentes annos, castigauimus, florentis, vt referatur ad genitiuum regni, qui præcedit. Cum aut vincentibus spes.) Expende lectorum legi possit. vrgentibus. Nam in volumine scripto vigentibus habetur. Et opponuntur inter se, vrgere & pelli. Præterea spes magis competit vrgentibus, hoc modo videlicet victoriam consecuturis, quàm iam vincentibus.

Omnem postremo vtrinq; equitatum.) Germana Liuij lectio sic habere debet: Omnes vtrinq; postremo equitum certaminis studium effudit. Præcessit autem, primo pauci equites. Nūc dicit, omnes, subaudi equites. Porrò loquēdi modus per duos genitiuos, vt hic equitum certaminis studium, Liuio familiaris est, & optimis quibusque authoribus. In codice scripto mendosè legitur, vtrunq; pro vtrinque. Intranti vestibulum in ipso vestibuli limine.) 596.H. Genitiuus vestibuli inter prælegendum additus ab exponente, pòst irrepsit in cōtextum. Nos submouimus. Id indicat liber manuscriptus. Idem accidit paulò pòst in accusatiuo me. Neq; me in cuiusquā Romani sup. Et in, vt particula, me morte vt vindices. Nos item expunximus. Infrà legitur: Ne quid relinqueretur integrū aut Lælio. Et, Masanissa recipit. Item, quantū quisq; plurimum posset. Præterea famæq; gentis, & infra perductus est. Hoc non omittendum, quia paulò superius in libro vetusto legitur, ad arbitrium, non, vt arbitrium, eam sententiam sic quoque legi posse: Victus deinde precibus Masanissæ orantis, id arbitrium, vtrius regum duorum fortunæ accesfio Sophonisba esset, ad Scipionē reijceret. Vbi nō citra elegantiam subauditur vt. In alloquendo victorem.) 597.D. Vetus lectio, in alloquendo victore. Et mox, quum arma aduersus populum Rom. cepisset, non, recepisset. Quod verò sequitur, sibi hoc in miserijs solatij esse, & in scripto volumine est, sibi in miserijs solatij esse: poterat etiam legi, sibi in miserijs solatio esse aut solatium. Neq; prudentiorem neque constant.) Codex manu scriptus tantùm habet, neq; constantiorē Masanissam quàm Syphacem esse, iam ab iuuenta incautiorem. Posset legi: Neq; constantiorem Masanissam, quam Syphacem etiam ab iuuenta incautiorem. Sequitur in exemplari Spirensi, certè stultius eam, quàm se duxisse. Proinde miror quis istas tres dictiones, illum atq; intemperātius, admiscuerit. Hanc non hostili modò odio, sed amoris etiā stimulis armatam apud æmulum cernere secum dixisset.) Hunc locum nullus crederet infeliciter interpollatum esse & planè corruptum, nisi qui vetustum exēplar inspexerit, in quo sic legitur. Hæc non hostili odio modò, sed à nouis etiam stimulis, amatam, apud æmulum cernens cum dixisset. Etiam eo fœdiora hæc videbantur.) Scripsimus, Et eo, sic enim in scripto codice legitur. Hæc secum voluenti.) Antiqua lectio: Hæc secum volutanti. Et mox inseruimus, &, particulā, Et benigno vultu excepisset, & egregijs laud. f. p. celebrasset. Sic enim Liuius loqui solet. Propter quā appetendus t. v. f.) Scribe propter quas. Nam præcessit genitiuus virtutum. Et sequitur temperantia & continentia libidinum. Mox legendum est, qua ego, non, in qua. Paulò pòst scripsimus, periculi. Qui eas sua temperantia frenauit: multo maius decus, maioremq; victoriā sibi peperit, quàm nos Syphace victo habemus.) 598.G. Exemplar manu scriptum sic habet: Qui se temperantia sua frenauit ac domuit, vt multo maius decus, maioremq; victoriam sibi ceperit, quàm nos Syph. v. hab. Suspicor hoc potius modo fuisse restituendam sententiam istam: Qui se tēperantia sua frenauit ac domuit, næ multo maius decus maioremq; victoriam sibi cœperit, quàm nos Syphace victo habemus. Vt fit næ Græcū, pro certè, quod facilè potuit in vt, verti, ab eo qui fortassis putabat, negatiuam esse particulam, quæ planè sensum turbabat. De se particula non dubito. De verbo ceperit habes testimonium codicis Spirensis. Regnū, agri, oppida.) Legendum, ager, non agri. Significat ager, totum territorium. Sic possemus dicere: Hoc anno malignè frumenta prouenisse in agro Gallico, in Alsatico vina. Is fuit quo hæc scribebam M.D.XXIX. Et tamen dicimus ager Argentoratensis, ager Sletstadiensis. Hoc non intellexit qui hic scripsit agri, propterea quòd sequatur, oppida. Quo facilè à circunstantibus tabernaculum exaudiri posset.) Scribendum est, quod facilè. Non enim in hoc gemebat suspirabátque Masanissa rex vt audiretur. Sed tāta erant suspiria, vt facilè exaudiri possent. Vide quàm contrarium sensum inuehat vnius literæ abiectio. Paulò pòst scripsimus. Nec ingratum. Quod temeritatem temeritate alia luerit.) Vetus & syncerior lectio: Quod temeritatem alia luerit. subauditur, temeritate. Eadem habet, quàm necesse fuerit. Sella curuli eburnea.) In archetypo Spirensi, non est eburnea. Quod verò sequitur: Neque triumphantibus ampliorem eo ornatu esse, legitur illic: Neq; triumphantis. quæ lectio mihi probatur. Subauditur autem in genitiuo triumphantis accusatiuus ornatū. Hæc puerilia, fateor, admonere cogimur, quòd appareat quosdam in errorem inde deductos. Paulò pòst illic scriptum est, Scipio Lælio, non C. Lælio,

ANNOTATIONVM BEATI RHENANI IN XXX.

LIBRVM T. LIVII FINIS.

IN XXXI. LIBRVM ANNOTATIONES

SIGISM. GELENII.



P. Iuline Apulus.) 618. G. Hunc & in prætura, & pòst in consulatu P. Villium Tappulum scripti codices cõstanter appellant, hominem plebeium, & nihil ad gentem Iuliam pertinentem. Sed magis mirũ quod mox Sulpicio Galbæ consuli prænomen mutatum, & ex Publio Seruius factus, cum non solùm Florus Publium vocet, sed etiam in omnibus typis excusis editionibus is ipse Galba vbique preterquam in consulatu Publius prænominetur. Munera deinde legatis in singulos quina millia L. æris ex S.C. missa.) 620. H. Legendum, quinûm millium æris. minutiora aliæ nec hic nec alibi commemorabo. Paulò pòst mutilata lectio sic restituta: Legatos item mittendos in Africam censuerunt, eosdem Catthaginem, eosdem in Numidiam ad Masanissam Carthaginem vt nuntiarent, &c.

Indignè passus senatus non cessari ab sacrilegijs.) 622. F. vetus lectio, ab sacrilegis. Mox equuleus cum quinque pedibus, non, equus. C. Claudius Centimalus.) 622. K. Cento, non, Centimalus, quod Fuluiorum cognomen est. Mox, contraxerant autem sibi. superest sibi. Paulò pòst: beneficiorum ptimum in ciuitatem sociam. legendum, suam. Ibidem, capessendum bellũ, non capessendi belli. ac mox, naues longas quatuor in portu Athenien. in portu, de suo aliquis adiecit. Ibidẽ, virtutis ergo, non, gratia in sequenti versu: Rhodij Ceam ab Aegina, non, etiam ab Aegine. Et, parúmque & Cythnum, non, Scyrum. Et paulò pòst: Doriscon & Serrheum, non, Nympheum. Serrheum in eo tractu præter alios etiam Thucidides collocat. Equites c c. Numidæ, cum daret, accepti.) 625. A. Restituimus: Equites M. Numidæ, cum M M. daret, accepti. rationem mutatæ lectionis, non est visum passim adponere. Docti facilè discernent, vtra lectio alteri præstet: indocti consensu veterum codicum contenti esse debent.

Et erant Atticæ tres apertæ naues.) 626. H. Scribe, apertæ naues. non multò pòst, quæ in frequentissima ædificia vrbis sunt. ædificia, superuacuum est. Deinde, cursu propetè Chalcidem contendit: vetus lectio potior, Cursu prope. & ibidem, nec quicquam aliud, non, nec ad quicquam aliud. Sed Cynosarges, & Lucus, & quicquid sancti.) 627. D. Reposuimus: Sed & Cynosarges, & Lyceum. Sequitur non longè inde: qui translato ab Achæis imperio à Philopœmene. sustulimus, ab Achæis. Lilybeum indicitur conciliũ populi Romani.) 629. E. Pro populi Romani, lege prætor, hoc modo: Pratot Romanus conuentus agit. ac mox, Rhegium Tarentum, Capuam, finitimasque, Vetus lectio, Capuam, ne finitimae nominem. Ibidem, Monumentum Campani populi, elato & extorri eiecto ipso populo. non, Campano populo data extorri & eiecto. Nisi in Panætolico & Pyrrhiaco concilio.) 631. E. Pylaico legendum, à Thermopylis quæ & Pylæ dicuntur. Nam qui hastis sagittisque & lata lanceis, lege, & rara lanceis. Aliquanto pòst, Castra ad Atabolum mouit. pro quo exemplaria scripta Octolophum habent. L X X X. admodum ornati equis spolijsque simul armorum relictis, abducti.) 634. I. Syncera lectio: Equi, spolijs simul armorum relatis, abducti. Angustis faucibus vnde ex continenti iter est.) 635. E. Lege, vnũ ea continenti. Mox, c o s. in loca pacata ad Appolloniam, vnde orsus bellum erat. Non, iam pacata, neque ortum. Ibidem. Aetoli & Athamanes. Nam Acarnanes partium Philippi erant. Aliquanto pòst, vniuersi se acensorũ ægre. vbi vniuersi dictio interciderat. Item, ternisue summum, non, ad summum. Sic enim Liuius loqui solet. Neque in ijs quicquam postea poni, dedicarique placere, eorum quæ in loco puro poni dedicarique fas esset.) 637. E. Hæc sententia prius dimidia sui parte truncata fuit. Ab Andro Scyrum traiecerunt.) 638. G. Cythnum, lege. Idem error qui suprà. Qui verò Tanticeris, pro Atticæ is locus est, scripsit, non legit apud Strabonem Prasias vnum ex maritimis Atticæ Demis esse, ad Eubœam versum. C. Aurelius c o s. cum ea prouincia Romam comitiorum causa venisset, vt id nouit, quod animis præceperat.) 640. I. Vetus lectio: non id quod animis præceperat. Paulo pòst. Neque ex eo exercitu, qui cum Gallis pugnauerit, militem vnum saltem fuisse. Legendum: Ecquem ex eo exercitu, qui cum Gallis pugnauerit, si non militem, lixam saltem fuisse. Mox.) Massaliota est Terentij cognomen, & Acilius Glabrio, non, Attilius.

IN XXXII. LIBRVM ANNOTATIONES

SIGISM. GELENII.



ET Veliterni, Apollinis & Saturni ædes.) 641. E. Pro Saturni Sangi reposuimus. Est autem Sangus, Sabinorum numen. Ibidem, equuleum cum quinque pedibus, non equum. Post aliquot versus. Ea militum fuit, qui ex Africa.) 642. H. Syncera lectio: M M. militum fuere, &c. Et mox.) Thaumastos eo tempore Philippus. Thaumacos habent scripta exemplaria. Sic etiam Stephanus appellat. Philippum, quantum ab assiduis laboribus itinerum pugnarumque laxauerat animi.) 642. K. Legendum, laxauerat animum. Deinde: maximè idoneum locum credidit esse præter amnem Aoum. Adiecimus duae voces, maximè idoneum ad muniendum locum. Mox, equos c c x x x. non, equites. Item, venalicium Capuæ, non venalium. M. Portius Cato, C. Aelius.) 644. H. Vetus lectio. C. Heluius. Paulò pòst: Ne aut ipse prouincia decederet.) 644. I. Scribendum, Vetitusque aut ipse prouincia decedere. Item aduersus Philippum communem hostem vti. populo Romano gratum eum facturum & senatui, si Antiochus regno. Scribe, & distingue sic: vti populum Rom. gratum eum facturum senatui, si regno, &c. Mox pro Suessæ aruspices, reposuimus: Suessæ Auruncæ. Pausaniae & Hipselus ex Alexandri Magnetis equitibus.) 645. D. Vera lectio: Pausanias prætor, & Alexander magister equitum. Sic enim reddidit Strategum & Hipparchum. Post aliquot versus, vbi legebatur antea: Genus armorum ad amplum prælium gerendum: contra illis loca. scripsimus: genus armorum erat, aptum vrgendis regijs, pro hoste loca. Cæterum quia duarum vocum, scilicet vrgendis regijs loco, vestigia magis literarum quàm literæ apparebant in exemplari vetusto, veriti ne quantum ad eas voces attinet, non satis assecuti simus germanam lectionem, asteriscum apposuimus. inspiciat locum, cui scripti codicis copia dabitur. Alterum exemplar (nam duobus vsi sumus) hic nihil adiuuit, quod in eo primus & secundus libri, atque initium tertij, desiderarentur. Accessit etiam forte res.) 649. D Lego, fortuita res. Deinde, nec stationem procul à mari. Lege, nec rationem. Ibidem. Relicta obsidione, pro resecta. Et mox.) Daulis, pro Daculisia. Item, potestas dicendi facta est, non, data est. Et, ij fuere atrocissimæ. Sociorum Philippi maritimæ etiam vrbes.) 651. E. Dele etiam.

Et magnis recentibus colligatis beneficijs.) 653. B. Lege, obligatis. Paulo ante, pro neque morante vllo, vetus lectio est, neque mirante. Pertinacius Quintius à Misnepio perstabat.) 653. E. Restituimus, in incepto perstabat. Deinde, velut ominis causa, non honoris causa. Mox, Aenesidemus Dimæus, non Elimeus. Sequitur, qui idem quod Macedones sentirent. non solis quidem. Et huius rei tam fœdæ indicium, non fœdum.

Iussitque circumire eam.) 655. B. Eas lege, vt ad vigilias referatur. Aut si qua in re occasio fuisset, adiuuarem Romanos.) 657. B. Vetus lectio. aut si qua etiam occasio fuisset. Sequitur, Carpenta supra c c. millia. satis erat, supra c c. Paulò pòst, summa vi vt tenderent, non vt obtinerent.

Et Achæorum exules, & vir insignis Cycliadas.) 658. F. Lege, & Achæorum exul, vir insignis Cycliadas. Item.) 658. G. Vt nulla fides sit. non, vt in nullo fides sit. Ibidem, simplicem suam orationem esse dixit. verbum, dixit, aliquis adiecit de suo. & non regis præsidia, sed regi lege. deducenda regi esse. Item, audiri postulata verum esse, non æquum esse. qua locutione & alibi Liuius vtitur. Mox, Rhodij Pyrrheam. Peræam legendum, & vetus exemplar, & verba per parenthesim addita satis declarant. id mendum & alijs aliquot locis inoleuit. Præterea, & in Hellesponto Sesto atque Abydo, vbi in, præpositio deerat.

Ipsius enim Aetoliæ Græcos.) 659. A. Agræos scribo, non, Græcos. Paulò pòst,) ijs, ne vrbibus decedere.

Vetus

Vetus lectio: verum, ijs ne vrbibus, &c. Item,) cum Appio Claudio Tr. mil. non, cum A. Claudio præfecto. Mox.) 659. E. Pro littus Athonium, lege, littus ad Thronium. Est enim in eo sinu huius nominis oppidum. Cæterum eorum oratio.) Cætera, non Cæterum. Post aliquot versus: traderet vbi vellet, vrbem, Philocli ait, sic nocte.) 660. K. Syncera lectio: trádere vbi vellet, vrbem, Philoclem iussit. nocte, &c. Mox: posteaquam in potestate Nabidis, Argiuorum ciuitas erat. Hæc vox Nabidis, non est in archetypo, & absque ea satis constat sententia. Ibidem.) quas ijs forte diebus. Adiecimus pronomen ipsis, vetus exemplar secuti. ijs ipsis. idem exemplar habet: haud procul vrbe Mycenyca, non, Hyecenica. Ibidem.) inermes item regi, non inermibus: & in fine libri.) 661. B. Sed postremo vestem quoque, non, sed & postremo vestem.

IN XXXIII. LIBRVM ANNOTATIONES,

SIGISM. GELENII.

IN tempore & ad ipsum.) 662. I. Ad idipsum, lege. Paulò pòst: Dardanos transgressos fines ab contentu concessit cum regni.) 663. C. Hæ voces, ab contentu concessit cum, planè hic superfluunt. Deinde pro, omnibus vicis alijsq;, scriptum est, omnibus his alijsq;. Cum Luscinone fidas vrbes Cardonem & Bardonem.) 664. I. Scriptum exemplar quod vnicum extat, habet: Cum Luscino validas vrbes. Quod verò editio Maguntina hic & alijs locis degenerarit, in causa fuit priscus character, nec hoc seculo cuiuis lectu facilis. ibidem est pro mutauerat, nudauerat. Satis iam ante diuidere esse.) Hæc verba non solùm deprauata, sed etiam non suo loco posita, initium sunt orationis Antiochi ad legatos Romanos, vt indicabitur, cum ad eum locum ventum fuerit. Bellum in Hispania quinto post anno exortum est, quàm simul cum Punico bello fuerat finitum.) 666. G. Hic duas voces, exortum & fuerat, typographus per incuriam omisit. Perinde atque ab ipso hi & non à Quintio & Romanis dati essent.) Vetus lectio: Perinde atq; ipsi id à Quintio & Romanis datum esset. ibidem. Et comitijs proximis Bœotij ceu nullam aliam. scriptum habet: Bœotarchen nullam aliam. nam prætorem castigator addidit de suo, sicut paulò pòst, præpositionem de: quidnam de se futurum esset. Obuiam eundo impendentem.) Lege, impudenter. Et mox, pro eo ipso rem, eo ipso timore. item, ad agendā rem fuerit, rem redundat. Deinde pro efferauerat cædes, efferauit ea cædes. Ibidem, pro, ac varios commeatus vsus, legendum commeantes. & pro, egredi ausus miles, egredi castris miles. Euastatis prius agris, quàm ab Elatia.) 667. E. Quà, non, quàm. Sequitur, Euromo Pisidisq; & Bargilis. vbi Pedasso, non Pisidis, lege. Soli Aetoli id decretum decem clamium sanies carpebāt.) Non erat opus asterisco, si quis primæ editioni præfuit, acrius oculos in characterem non satis notum intendisset: vidisset synceram lectionem, nempe hanc: Decretum x. legatorum clam mussantes carpebant. Eadem cæcutientia mox.) 668. H. In tertio versu pro liberantur legit libenter, & Eretriam omisit vbi scriptum est, Oreum cum Eretria & Demetriade. Rursus post tres versus, quod tempora reipub. postulassent, deprauatum in quo tempore P.R. postulasset. Ac paulò pòst, præsidij Romani in pop Rom. & Isthmiorum ludicrum in Nemeorum. Quàm quod vniuersi homines acciperent.) Vniuersum homines caperent debet legi. Non multò pòst,) vbi legitur: adeo vnum gaudium præoccupauerat omnem aliorum sensuū voluptatem: temerè ab archetypo discessum est, quod habet: præoccupauerat omnium aliarum sensum voluptatū. Item, sine fide rerum iactata, iactantibus legendum. Sequitur: Thessalorum genti Phthiotæ dati.) 669. E. Achæi Phthiotæ lege.) Sic & Strabo hos vocat. Præterea pro Phocæam & Eretriam, Oreum & Eretriam. lege: pro L. Thermus, L. Stertinius. Aetolorum principes alij questi sunt.) 670. F. In archetypo est interquesti, sicut interloqui dicimus. Aliquanto pòst.) 670. D. Pro, prospera pugna nequicquam oppugnatum est, legendum, à prospera pugna, & pro, ne moti se inde pellerent.) ne moti semel pellerentur. Item,) pro, in Boijs negligentius, Boij negligentius. & ad certamen destinatis, pro destinati. Romanos tam inquirere regi Antiocho faciendum, aut quousque terra mariq; progrediendum fuerit. Ipsos non cogitare, Asiam nihil, &c.) 672. G. Hanc orationem non acephalon solùm, sed alioqui etiam vitiatam, sic restituimus & distinximus Satis iam ante videre se, Romanos inquirere quid regi Antiocho faciendum: at quousque terra marique progrediendum fuerit ipsis, non cogitare. Asiam nihil & reliqua quinque primas voces, suprà non suo loco positas, huc reposuimus, vt antè dictum est. Cypri nihilominus.) 672. K. Cyprum nihilominus tendens. legitur in archetypo: Et seditione remigum, non regum. P. Manlius Nobilior.) Hic omissæ sunt aliquot voces. Integra lectio sic habet: P. Manlius, P. Porcius Lecca. Aediles curules M. Fuluius nobilior, &c. Sequitur.) 673. C. Quo die magistratum inierunt: non, quidem magistratum. ibidem, lege & quinque millia, non, ex quinque millibus. &) ab tergo Liguribus, non, Libuis. Mirantibus iam vulgo, Minutium quod Hispania mouisset, bellum negligere.) Vera lectio: Mirantibus iam vulgo hominibus, quod Hispania mouisset bellum negligi. Mox.) Nabin nunc Lacedæmoniorum, non, tyrannum Lacedæ. & tenere Argos, non occupare.

Eam rem rati maturatam, dilatámue non magni momenti ad summam rem populi Rom esse.) 674. G Sine causa hic quoque mutata lectio: in manu scripto sic est: eam rem esse rati, quæ maturata delatáue non magni momenti ad summam rem populi Rom. esset. deprauatius etiam est quod sequitur.) Marcescere otio tum queri ciuitatem eum: id sic restitutum est: Marcescere otio situq; ciuitatem queri eum.

Per vnum illū tam gesti quàm moti.) Paulo elegantius scriptum est in archetypo, non magis gesti, quàm moti. Mox, pro tam potenti regno, tàm impotenti, legendum: vt alia minutiora hic dissimulem. Illud paruum videri non debet, quod paulò pòst,) ordinarij reipublicę vsus deprauauit nescio quis in ordinati. Aetoli quoque eodem tempore alienati ab societate Romana & Aminander, quorum, &c. 675. E. In Moguntino legitur: Aetolorum quoque eodem tempore alienati ab societate Romana animi sunt, quorum, &c.

IN XXXIIII. LIBRVM ANNOTATIONES,

SIGISM. GELENII.

AVTHORIBVS vobis M. Fundanio & L. Valerio.) 677. B. Vocatiui sunt Fundani & Valeri, sicut sequenti versu, tribuni, non tribunis. eodem versu pro, nobis sic, vobis si, repositum est: sequenti, pro sicut, si vt. Aliquanto pòst, pro) 677. D. Per quæ quanque, per quæq; subiecerint viris. Stantes in publico inuenisset eas quæ acciperent. Eas redundat. Post aliquot versus legendum.) 678. K. Ipsis vinculis sicut fera bestia irritata, deinde emissa: Vbi aliquis participium, vinculis solutis, addidit, cum nihil opus esset. Nisi quid in vtraque re vani sit. 679. D. Re superest. Sequitur locus egregiè vitiatus scioli alicuius operà. In eadem die deerant pecuniæ, frumentum, & cætera.) 679. E. Syncera lectio: In eandem diem frumentum, & cætera. In eandem diem, hoc est, postquam debellatum esset. Magistratibus in colonijs municipijsq; togæ prætextæ habendæ ius est.) Desunt aliquot voces. Integra lectio hæc: Magistratibus in colonijs municipijsq;, hic Romæ infimo genere magistratus vicorum, togæ prætextæ habendæ ius permittemus. Ibidem. Nullam æmulationem inter eas singularem. lege, inter se singularem. Paulò pòst.) 680. K. Et malle patres, non, mallent. Item, Brutorum ianuas, non tribunorum: &) portum Pyrenæi, non, Pyrenem. Et agrorum exigere fructus.) 681. C. Exhibere lege. Nam Græci illi nullos agros habebant. Deinde.) causa negati triumphi fuit. Vetus lectio

tus lectio potior: causa triumphi negandi senatui fuit. Et pro, præsidium Romani misisset.) In veteribus legitur, præsidio Romanus miles esset. tria millia, &c. Paulò pòst, pro,) nullis periculis se motos, nullis terriculis. nec male. Consul vbi id satis quod in speciem fuit, ostentatum est.) 682. I. Pro quo in vulgatis editionibus, in spem, legitur. Aliquanto pòst: Et ipse inter equites sparo percutit.) 683. D. Lege, interequitans. Præterea.) Ipsis castris exuti, non ipsi. Quos omnes appellatos benigne domos dimisit.) 684. F. Vetus lectio plus habet: appellatos benignè, vinoq; & cibo curatos. Item,) donum consuli, non domum consulis. grauius erratum quod sequitur: Bergistanorum ciuitates septem & aliquot castella. quod legi debet: Bergistanorum ciuitatis aliquot castella. Et mox: Ap. Claudij Neronis, non à P. Claudio. Cæteri omnes in vicos.) 686. F. In manu scriptis legitur: Cæteri omisso bello in vicos, &c. Quintius conuentum Corinthum omnium sociarum ciuitatum legionibus in diem certam edicit: ad quam vbi frequentes vndique principes conuenerunt, ita vt in ea ne Aetoli quidem abessent, tali oratione est vsus, ad quam & in ea redundat. Nam Liuius scripsit conuentu edicto, vt sit continua oratio. Paulò pòst.) 686. H Liberatæ Græciæ, non libertatis: nec incensos Aetolos,) sed incesi Aetolos legendum. Sequitur: Efferatioribus quàm vlli barbari immanes belluæ viuunt.) Vehementius est quod in manu scriptis exemplaribus legitur, quàm vlli barbari, immò quàm rapacissimæ belluæ vtuntur.

Inde potissimum ordiendi belli.) 687. E. Melius, ordiendum bellum. Aliquanto pòst, pro, tam suspectis & incertis, nostra archetypa habent, tam suspensis & incertis. Die postero ad Sellas super Eurotam.) 688. I. Scripti codices habent: Die altero ad Sellasiam super Oenunta. Sic hunc fluuium & Polybius nominat.

Ingentem terrorem ac tumultum coniecerũt, nihil tale expectantibus.) 688. K. Restituimus iuxta fidem archetyporum: In terrorem ac tumultum coniecerunt, nihil tale expectantes. Deinde quæ minus infida ac trepida.) Vbi hęc vox, infida, interciderat. E tribus concitata classibus.) Scribendum, contracta. Item, pro, vt discederent ab apertiore loco, vt distenderent.

Et accepi vrbem cum Philippi partium.) 690. H. dele vrbem. Eodem versu: tempus autem me: lege, Tempus autem eo me. Ac mox, iam feceram hæc.) 690. I. Pro nam feceram. Et non dico quid, pro, non dico quod. Item per æquationem fortunæ ad dignitates, lege, ac dignitatis. Et, pluribus me ipse egisse,) pro, me peregisse. Aut ad summum trium in ea re nouitatis culpã esse.) 691. A. Syncera lectio, aut summum trium in ea re non ciuitatis. Paulò pòst: Hoc tu dicas liberantibus Græciam socijs, qui vt.) Potior lectio: Hoc tu dicas liberantibus Græciam? hoc ijs, qui vi, &c. Sequenti versu, pro populi Rom. non violaui, lege, propriè non violaui. Item, pro, Vtrum nõ à te factum est.) Vtrunq; à te factum est. Non tantummodo obsessam, sed iam captam vrbem Lacedæmonem esse.) 694. K. Syncera lectio, tantùm non iam captam Lacedæmonem esse. Sequitur. Lateri adhærens tyranni,) lege, & lateri adhærens tyrannus. item, Nabidis dominantis satellitem factum tribunum mil.) 695. B. Lege: Satellitem factum populnm Romanum.

Inter Cal. Martias & Idus Maias.) 696. F. Vetus lectio: Et pridie Cal. Maias: vt sint duo integri menses. Mox.) Tempsam L. Cornelius Merula. Archetypa: L Cornelius Merula, & C. Salonius. Nihilominus tertius collega intercidit. Bigati CXXII. millia, oscensis auri D. XI. pondo Militibus CCCC. millia ex præda diuisit.) Rectius manu scripti codices, nempe sic: Bigati CXXII. millia, oscensis DXL. auri pondo MCCCC. Militibus ex præda, &c. Ibidẽ Boiorx, non Boiorum res: & locis idoneis, non locis apertis. Mox, Tertio vi subiere. vi redundat.

Fusi inde Romani, & qui imperio consulis parere noluerant, suo pauore ac terrore castra repetunt.) 697. G. Vetus lectio: Romani quæ imperio consulis noluerant, suo pauore, &c. Omnibus circa ciuitatibus metuendum) 697. E. Secuti fidem veterum codicum addidimus hærentem visceribus nobilissimæ ciuitatis. Ibidem: Et nunc cum aliter: dele, &.

Ac Corinthum ipsis extemplo.) 698. F. Lege, Acrocorinthum ipsis. Sequitur: Salubrem eis & singulis ciuitatibus. Restituimus, salubrem & singulis & ciuitatibus. Ibidem: Ipsis qui habeant, non ijs qui habeant. Paulò pòst, ac munus suum bene positum, non, hinc munus suum. Mox.) 698. H. Pro portione, lege disiunctim, quod in proportionem aliquis deprauauit. Ibidem, ab Acrocorintho descendens: non, à Corintho discedens. Triumphusq; meritus ab annuentibus decretus.) Antiqua lectio, ab Iubentibus decretus. Mox.) Tubero Tr. pl. tulit ad plebem. illic legitur: Tr. pl. ex S. C. tulit. Ita ab Antiocho Græcas Asiæ vrbes liberare.) 701. E. Vetusta lectio paulò elegantior. Ab Antiocho Asiæ vrbes, quæ Graij nominis sint, liberare. Aliquanto post pro.) 702. H. Aristonem quendam Tyrium natum Ephesi, illic legitur, nactus Ephesi. Et paulo pòst,) pro, deinde tertia vigilia, scripsimus, de tertia, consentientibus vetustis codicibus. Item, demptæ, non, ademptæ.

Masanissa posteaquam & infames Carthaginienses, & inter se ipsos discordes principes propter colloquia Aristonis sensit, senatum propter indicia ipsius Aristonis populo suspectum.) Germana scriptura sic habet: Masanissa posteaquam & infames Carthaginienses, & inter seipsos discordes sensit, principibus propter colloquia Aristonis senatui, senatu propter indicium eiusdem Aristonis populo suspecto, &c.

IN XXXV. LIBRVM ANNOTATIONES,

SIGISM. GELENII.



QVOD inde reuectum est, militi diuisum.) 704. I. Effectum est, legi debet, non reuectum. Post aliquot lineas.) 704. K. Tertium in Hispania adiecisse, non allegisse. Præterea.) necdum noto satis inter se, vt vix fidere alij alijs possent, vix redundat. Et M. Martius tribunus.) 706. F. Reposuimus secuti archetypa: Et M. Genutius, & M. Martius tribuni. Paulò pòst.) 706. I. Feralia legitur in antiquis codicibus, non fœneralia. Ibidem: libero fœnore, non liberos. Nam & in vnum locum tenebant patricij ambo.) 707. E. Antiquior lectio: in vnum locum petebant ambo patricij. Ad Martis aram, qua in campos iter esset.) 708. G. In campum scribendum est, nam de cãpo Martio intelligi debet. Paulò pòst.) Nihil primo contemptius. lege, primo aspectu con. Item.) Impotentes regendi equi inuitos, non equos inuitos. nominatiuus enim melius quadrat. Adiuncto Antiocho, socijs Aetolis.) 709. B. Addidimus particulam ei, sic: Ei adiuncto Antiocho, &c. Item.) 709. E. Pisidas qui circa Sicam. Selgam non Sicam. Mox, Pergamum ascenderunt, scripsimus. Nam ad mediterranea ascenditur, non descenditur. Vt procul ab se honore.) 710. I. Scribo, per honorem. Post aliquot versus, vectigales factas Antiochus repetit.) Lege, vectigales factas in antiquum ius repetit. Item, eo spe gratiæ maior. spes non spe. Omnem præsenti in statu spem cuique nouandi res suas blandiorem esse.) 711. D. Syncera lectio, omni præsenti statu, &c. Deinde, huc veniam toto orbe.) 712. G. Vetusta scriptura, inueniam toto, &c. Ibidem crescenti quàm ex me. quam redundat. Et, Odi odióque sum, legi debet, non odioq; quod sim. Ac mox, in id consilium alium cum quo deliberes.) Vbi vox alium interciderat. L. Quintio Gallia.) Reposuimus ex fide archetyporum, Gallia & comitia habenda. Mox, vt duo millia) scribo, vt ei duo mil. & Romæ prouincia, non Roma. Præterea.) 713. A. Seruari aliq; aruspices iusserunt, non aliquot aruspices. Quina ambobus equestria arma, & vasa argentea C. pondo.) 714. F. Antiqua scriptura, Equi duo, bina equestria arma, & vasa argenta C. pondo, & aurea XX. pondo. Aliquanto pòst.) 714. K. Lege, lembos pristeisq;, non, lembos treis isq;. Et Patrensis Tiso, non, Piso.

Vt dissimulem quod Philopœmenes vbiq; contra fidem veterum codicum legitur.) 715. B. Quum Philoppœmen legendum sit.

Illud maioris momenti, quod paulò pòst.) 715. C. Tegeam in Telegam nescio quis deprauauit. Sed etiam in pace se ad id maximè exercuerat.) Vetusta scriptura: Sed etiam in pace ad id maxime animum exercuerat. Item, quo turbam inermem traijceret. Reijceret illic legitur, non, traijceret.

Eurotam amnem, qui prope sub ipsis affluit mœnibus.) 717. A. Subauditur redundat. Zeno ex principibus vnus Magnetum.) 718. G. Magnæ lege. Nam sequitur, authoritatis. Paulò pòst.) Abscisa res erat, non abscissa.

P. R. cum Antiocho, immistis Aetolis, non sine motu magno generis humani, & pernicie Græciæ dimicare.) 710. B.

Tres

Tres literulæ deprauatæ totum sensum corrumpunt. Scripti codices habent, Lanistis Aetolis dimicare. Nimirum metaphora à gladiatoribus sumpta. Nam cũ idipsum posceret decretum T. Quintius, non veritus maiestatem viri, primò aliud in præsentia, quod magis instaret, præuertendum sibi esse duxit.) Diuersum legitur in veteribus archetypis, hoc modo: Nam cum idipsum decretum posceret eum Quintius. Præterea hæc vox primo, hic plane superflua, in neutro inuenitur. Perpaucorum turba ex custodibus vitæ.) 720. K. Scribo iuxta fidem archetyporum. Et spectatorum turba, &c. Et mox, simul indignitas rei, ac simul contemptus.) 721. A. Ac redundat. Rursus) Pro Herodorum mercatorum, Herodorum Cianum mercatorem legendum. Qui hic vnam vocem detraxit, mox vt damnum compensaret, aliam de suo adiecit, nauea onerarias, cum absoluiа onerarias legendum vetus scriptura indicet: quemadmodum aliquanto pòst) 722. P. Quid moræ esset, non, quid moræ causa esset. Præterea in Chalcidis Eurypo, non Chalcidem. &, ostium portus, non ad hostium. De Villin iam dictum est. Prima vt fore duæ peregrina vrbanáque, & inter ciues ac peregrinos.) 723. A. Peregrina redundat. Et aliquanto pòst) 723 D. Accipientem prægrauature, non, pergrauatura legendum. Rursus, post aliquàm multos versus.) 724. H. Verecundiam faciendam Ro. non inferendam. Ad Chæroniam occurrerunt, & decem rostratis nauibus secuti sunt.) Constratis nauibus legitur in manu scriptis, magno consensu. eas alibi tectas vocat. Item, Ad hæc Mictilo.) 725. A. Mictio constanter vbique scribitur. Ac mox.) pro indultam nuptijs, inclytam. Dahæ item, non Dacæ.) qui Græcis Δᾶαι sunt. Ibidem Sidetæ, non Hidetæ. Ac multo pòst) 727. B. Ante Salganea ad Hermeum, non Herinium. Minus quatuor inde millium proximus in Eubœam est maris traiectus.) Antiquior lectio, minus quatuor millium inde in proxima Eubœæ est mari traiectus. Pleraq; videntur castigatores ob vitandos hiatus data opera mutasse, cùm tamen ab eis Liuius non admodum abhorreat. Sequitur.) 727. D. Custodiæ causa loci communiebant, non locum. Castellum communiebant loci custodiæ causa. Postremò, hic quoque tamen. non, hi quoque iam, legendum.

IN LIBRVM XXXVI. ANNOTATIONES,

SIGISM. GELENII.



NE supra quinq; millia numerum.) 728. G. Ne supra quinque millium, lege. Aliquanto pòst.) 729. C. Cum de Philippo consulerentur, hęc decreuisse, nihil, referre ipsi coram, an præsidio nunciaretur. Vetus lectio, Cum de Phil. consulerentur, decreuisse, nihil referre, ipsi coram an ad præsidium. Mox) xx. M. pondo argenti, non M. xx. ac post aliquam multos versus. 729. D. Eandem orationem exorsus, non eadem oratione. Hoc ergo adiuncto quid dubitare.) 731. A. In nostris archetypis legitur, ego: &, qui, non quid. Item,) ille quidem vt feræ. vt redundat. Nam mox illic legitur cupienti, non cupientes. Dum in futurum minus cauti & prouidi essent.) 713. H. Antiqua lectio, nimis cauti. Et 733. C. socer Antiochi Cleoptolemus constanter scribitur, non Neoptolemus. Vbi allegando legitur, rectius quàm ablegando: & grauioris fortunæ conditioni, quàm grauiori fortunæ conditionique: & oblitus quantas, quàm quas tum. Sequitur· Menippum Macedonem magistrum Aetoliæ) 733. D. Stratum nescio quis in magistratum deprauauit, quemadmodum versu proxime sequenti Calidonem in Chalcidem, & paulò pòst, non semel Tyrrheum in Pyrrheum. Rursus aliquanto pòst.) 735. C. Proernam in Pernam, Thaumacos in Taumastos. Satis fidens nunquam eà viam Ro. exercitum facturum.) 736. G. Vetusti codices habent, vim facturum, non viam. nec erat opus mutare. Deinde pro, multo & numero maior.) 736. K. Illic legitur, ille & numero. Aliquanto pòst.) 737. D. Pro quæ loca vsque ad mare, quà loca, &c. Pro grandinis & sagittas, glandes & sagittas. Pro Carpeiam, Scarphiam, vt alia minutiore dissimulem. Item,) 738. K. Aristoteles, pro Christoteles. Ad regionem à Mallea. 739. C. Moguntinus & Spirensis codices aliter habent, hoc modo. A sinu Maliaco, quà aditum, &c. Versu eodem, ab altero amniculo, non amnis latere. Paulò pòst pro,) non iaculis solum, vt solet, non laqueis, vt solent. non minus erratum quod sequitur. ex ratione temporis, deprauatum erat in, expectatione temporis.

Pare vigilantes ad hunc strepitum.) 740. G. Vetus lectio aliquanto melior, nempe hæc. pars vigilantes adhuc ad strepitum pugnantium in tenebris currunt. Proximo versu pro transcendere muros conantur: illic tantùm, transcendere conantur, legitur, idq; rectius. Pars vna, quà progressi erant.) Longe aliter in nostris exemplaribus legitur, hoc modo: Pars vna in qua ædificia extra vrbem erant, &c. nec est: Partim per eruptos, partim scalis per integros.) Sed, partim per semiruta, partim scalis integros muros transcendere. Inde diuersi ad duas simul oppugnandas vrbes profecti sunt, iter septem millium fermè passuum.) Antiquior lectio melior, profecti. Intersunt septem millia fermè pas. æquà deprauatus est & proximè sequens versus. Et quia Lamia posita in tumulo est, tum regionem maximè eo despectat oppido.) Restituimus ex fide archetyporum, hoc modo: Et quia Lamia cum posita est in tumulo, tum regionem eà maximè despectae oppidum, quà, &c. Mox,) post paucos dies, lege, pro ad paucos post dies. Et suppliciter agentibus iis profuturum.) 741. G. Scribo, & se suppliciter agentibus iis adfuturum. Ac mox, in quo id disertè, pro in id quod. Paulò pòst,) ingemuerunt conditioni, quemadmodum & illacrymari conditioni dicimus. Tum ergo vexato exercitu.) 742. I. Scribo, tum quoque vexato. Paulò pòst.) 743. B. Pertinaciam increpitabant, pro, increpabant. Te milites'q; tuos nondum tot vrbes, quot Philippum gentes.) 744. G. Vetus lectio, nondum duas vrbes, Philippum tot gentes. Fortuna vestre facit, vt & iræ meæ, & oretioni sempora euenerint.) Restituimus ad exemplaria sæpe iam memorata in hunc modum. vt & iræ meæ, & oretioni temperem. Euenerunt quæ prædixi euentura. Non multo pòst illic est,) de exulibus Lacedæmoniorum, non Messeniorum: & perfecta res, non perfecta sunt. Quia suæ gratiæ reseruari ea Achæi per se ipsi.) Hic quoque nostra exemplaria secuti sumus. Quia suæ gratiæ reseruari eam Achæi. Elei per se ipsi, quàm per Ro. maluerunt Achaico contribui concilio. Paulo post. ædem faciendam M. Liuius) 745 B. adde, ex S. C. Item, & omnia cum maiore religione,) lege, & eo omnia, &c. Rursus pro edixissent x. viri, illic est, edidissent x. viri. & pro, Vbi in numero.) 745. E. Vbi vt in numero. Item,) 746. I. Spem pro re ferentes, non, ferentibus.

Vnus vera & prouide & fideliter prædicere.) 747. A. Antiqua lectio: Et prouidere & fideliter prædicere. Paulò pòst, pro, Liuium deliberantem aliquot.) Liuium Deli per aliquot. Ita numero ferme pares futuros, ipsum cæteris omnibus superiorem esse.) Vetusta scriptura. ita numero non ferme impares futuros se, cæteris omnibus superiores. Sequitur, cæteræ apertæ minores omnes ferme erant. lege, minoris formæ. Item,) 748. F. Cissuntem, non, Cissontem. Aliquanto pòst,) remos deiecgunt, non, defringunt. Sequenti versu,) compari marte, non, pari. Mox, classes quoque vndique, non, classes vndequaque. Et,) 749. B. Tandem substiterunt, non, abstiterunt. In fine libri,) duo prætores deprauatè legebantur: M. Fuluius, pro, M. Tuccio. C. Antistius, pro, C. Atinio.

IN XXXVII. LIBRVM ANNOTATIONES,

SIGISM. GELENII.



PVD Africanum erant, virum ficut ad cætera regium.) 753. A. Egregium habent vetusti codices. Mox.) Bellicosiores ex tempestata arant Galiogræci. non, Gallogræci, sed, Gallicos, lege. Nam sa vox cum sequentibus cohæret, ad hunc modum. Gallicos, nondum exoleta stirpe gentis seruantes animos. Paulò pòst.) in portum Achæorum classem aduertit, non auertit. Rhodiæ naues cum duabus Cypris effugerunt.) 755. B. Vetus lectio: cum duab. Cois. Sequenti versu, pro, iunctis enim hinis, legitur, contis enim binis. Ibidem.) Et Cymæ aliæq;, non, Cymæ Eleaq;. vt prætervehens, si quas aberrantes) 755. E. Lege, vt prætervehentis classis, si quas aberrantes, &c. Portum Phœnicunta ad maritima vix tutū.) 757. C. Legendum, portum Phœnicunta à maritima vt tutū. Non quod milites solum aliquot, sed quod L. Apustius.) Vetus lectio Neque milites solū aliquot, sed L. Ap Mox, in Bargyliam & Icoson descensionem.) Lege, in Bargylletico sinu eacensione. Plurimū terroris fecisset Gallis mercede conductis, quatuor millia erant.) 758. G. Syncera lectio Plurimum terroris in Gallorum mercede conductis quatuor millib. erat. Sequenti versu milites redundat. Coequitauerant autem sex M. equitum.) Quid istuc verbi est coequitare? legendum, cum equitatu (erant autem VI. M. equitum) Paulò pòst, Philopœmenis summi omnium.) 759. A. Lege, summi tum omnium. Aliquanto pòst.) 759. E. Pro Aphrodisias & Priene, vetus lectio habet, Aphrodisias crene. XIII. suis nauibus, & vna Coa quinqueremi ad terram Gnidiorum, vt ibi in stations assent, profecti sunt.) Aotiqua lectio. Vna Coa quinqueremi, altera Gnidia. Rhodum, vt ibi, &c. Quanquam ne vulgata quidem lectio absurda videtur. Verior habenda in quam plures manu scripti codices consentiunt. Portum, quem Megiston vocant.) 760. H. Archetypa, Megisten habent. Et geographi Megistes insulæ in hoc tractu meminerunt, quæ fortasse eum portum efficit. Moa, vt in obuio classi, non, vt obuiį. Audiunt ad Aspendum iam hostes esse.) In manu scriptis legitur: audiunt ab Aspendiis ad Sidam iam hostes esse. Paulò pòst.) Pro, nam Eudemus in altum, nam nec sic in altum. Et) Locum post se quæq; venienti, non quoque. Aliquanto post.) 760. K. Includerentur, non intercluderentur ac rursus.) Magisten. Item.) In Hispania reges, non Hispaniæ. Circumuecti ab vrbe aduersa insulæ.) 762. K. Ad auersa insulæ legendum, quemadmodum habent manu scripti codices. Paulò pòst.) In acotum eacumen, non acumen. Sequens quoque versus vitiatus est, à mari rupes exesæ fluctibus super claudunt. Restituimus, à mari eaesæ fluctibus rupes claudunt. Aliquanto pòst.) 763. E. Noscere aut adire, non audire. Minutius est, quod moa sequitur, primus è portu, non primum portu, sicut vulgatæ editiones habent. Virtute militum Romani longè regios præstabāt, regiæ naues) Hunc locum videtur aliquis data opera corrupisse. Legendum esse Rhodios præstabant: Rhodiæ naues, &c. satis declarant quæ sequuntur, nam vi donem agilitatem nauium, artem gubernatorum, scientiam remigum non minus rectè tribui regiis quàm Rhodiis, populo in re nauali tum excellentissimo: certe ignes ad Panormum Rhodiis saluti fuerant, non regiis, attestatur & scripta volumina. Mox lege, metu ignis aduersi, non aduersæ. Nec erat eur paulò pòst.) 764. I. Anchorale in anchoram mutaretur, & debilitatam) In debilitate Anchorale dixit, quemadmodum dicitur hastile. Totidem ex vtraque in arctiorem velut canenm.) Antiqua scriptura. Coii deinde ex vtraq; parte. Ac moa, vbi coheret illic legitur, non vrbs. Et aliquanto pòst.) 765. C. Ad deliberandum sumpto, non assumpto. Nihil ea mouerunt regem, tutam fore bellis Asiam ratum.) 767. A. Syncera lectio: Tutam fore belli Asiam ratū. Post aliquot versus.) Omnis fortunæ subsidia, non omnia: &, si extrahere tempus: non, dum extrahere Paulò pòst) 767. D. Non sagittarij equiti intermisti legendum, sed sagittarij equites. Hos Hippotoxotas Græci appellant. Nec est, ea propinquo castris facilè, sed, ex propinquis castris facili subsidio. Mox, & tamen per se, non, duo tamen millia per se. Hanc Gemeam vocabant) 768. K. Vetus scriptura, agemæ eam vocabant. Item.) Ab Arsarate missi rege. non missi erant regij. Quæ nihil ad malum Romanis, eadem per incommoda regiis erant.) 769. B. Vna voa fœdè vitiata est. Lege, quæ nihil admodum Rom &c. Non multò pòst.) Et eques insequendo, non equos. Et, auxilia enim subsidiaria, non subsidiaq;. Grauius erratum quod sequitur, qui inter equites, quos appellant phalangitas, erat.) Lege, & quos appellant. Euitare impetum belluæ ex transuersu.) Lege, Et vitare impetum belluæ & ex transf. Mox.) Is quà fugam cernebat suorum, non sociorum. Item qui in præsidio erant.) Non quæ in præs erat. Et multò pòst.) 771. E. Si nunc moratus fuerit, non remoratus.

Desierant enim victum in Aetolia metuere.) 774. G. Legendum est, victam Aetoliam. aliquanto post.) 775 A. Pro, sibi autem tanto obligatos beneficio, lege, ipsi autem Vsq; ad Mæandrum amnem ex ciuitates Rhodiorum essent.) 777. D. Vetus lectio. ea ciuitatis Rhodiorū essent. Deinde inter competitores censuræ est M Claudius Marcellus.) 778. I. Non Gelo. Aliquanto post, pro, multa concilia habuerat illic legitur, multa congiaria. Quandoquidem taciti indignarentur nobiles homines, ideoq; nouus. Syncera lectio: quando quod taciti iodignarentur nobiles homines, id æquè nouus, &c. Moa, ab vltimis orientis.) 779. B. Hæc vox, partibus non additur in veteri scriptura.

IN XXXVIII. LIBRVM ANNOTATIONES,

SIGISM. GELENII.



T restituerent Aminandrū.) 780. L. Aminandrum redundat. Deinde in nostris archetypis est: fossa ita iungere.) 782. F. Non fossa iungere. Et, Asserem præfringebant.) non, perfringebant. Adiunctis Achæorum quæ partis erant nauibus.) 783. B. Lege patris, nō partis. Mox.) 783 B. suspenso fulturis, non surculis. Iurgiis excepti, quod rem traherent.) 784. G. Vetus lectio: Quàm diu rem traherent: ac rursus.) 784. G. Tyrrheum in Pyrrheum deprauatum. Mox.) Lege, vt conditiones pacis conuenirent: non, vt ad conditiones. Item, per fines suos, non tuos. Neque eos Aetoli recepissent, vel in Aetolia essent: eæ vrbes agriq; Acarnanum sunto.) 785. C. Antiqua lectio, ne quem eorum Aetoli recepisse velint. Aeniadæ cum vrbe agrisq; Arcananum sunto. Et coronam auream XV. talentum afferebant munus.) 786. I. Legi debet: Et in coronam auream XV. talenta afferebant. Sequitur continenter: Heluius integros, non Manlius. Præter Cibyram, Mulrum.) Archetypa Syleum habent, non Mulenm. & Sylsum apud Stephanum legitur. Mox, XX. talenta se confecturum, non collecturum. Deinde, ad Manandrum manserunt) 787 A. Exemplaria nostra Mandrupyum habent, quam Mandropolin Stephanus appellare videtur. Item.) Termesenses, non Telmesenses. Nam Telmissus maritima est, Termesus mediterranea. Deinde Xylinen coman lege, quemadmodum alibi Macran comen, & paulò superius Hiera comen. præterea Lysinoe, non Lysions. Et) Anabura, non Antibura. Primus regum Asiam incolentium.) 788. G. In manuscriptis non est regum, vt non de regibus solū intelligatur, sed da dynastia quoque ac liberis ciuitatibus. Hi iam degeneres sunt misti & Galli & Græci, vnoq; nomine Gallogræci verè appellantur.) 788. K. Emendatior lectio, Hi iam degeneres sunt, misti, & Gallogræci verè, quod appellantur. Nec minus deprauatum est quod sequitur.

Massilia inter Gallos subtraxit aliquantulum ab accolis animorum, nisi quod ex Spartana dura illa & horrida disciplina mansit.) Restituimus ad fidem archetyporum:

rum: Massilia inter Gallos sita traxit aliquantum ab accolis animorum. Tarentinis quid ex Spartana dura illa & horrida disciplina mansit? Subsidia enim in talibus iniquitatibus locorum maximæ spei suis fuerant.) 791. D. Antiqua scriptura: maximo sæpe vsui fuerunt. Romani ardentibus animis.) 794. C. Legendum, ardentibus ira animis. & sequenti versu, biduum natura montis exploranda absumpsit, non naturam esplorando. Paulò pòst.) Dextra læuaque prælati, non palati. Item, à porta Capena ad Martis.) 795. A. Non, ad Martis ædem. præterea, timore vano quietem exuerunt. Non quidem excitauerunt malim. Iuxta vallum pro dirupto nouum obstruentes murum.) Scribe, iuxta validum, hoc est, æquè validum.

Laconicæ oræ castellis, quæ omnes adepti erant.) 796. F. Lege, quæ omnis adempta erat, videlicet Lacedæmoniis. Acmos · Lâs vicus.) Non Lamis, à quo vastato Castores Laperfæ Græcis dænominati sunt Item porta ex ea pecunia Megalopoli.) 797. D. In exemplaribus quorum ob vetustatem fidem sequimur, porticus legitur, non porta. Ibidem. Pro, Lepidum deiecisse tradunt, cum Lepidum deiecisset. Romam reduceret M. Sempronius.) 798. G. Antiquior lectio, Romam reduceret M Sempronium proprætorem. Hispanis legiones, &c. & aliquanto post, néue minorem ex belli causa.) 798. G. Illic legitur, néue monerem. Quemadmodum enim trierem, ita dierem & monerem Græci dicunt. Paulò pòst.) 800. G Parte dimidia pecuniæ remissa, non dimissa. Et Drymusam insulam, non domissam. Et.) 800. H. Phocensibus non Phocensibus. Leuiculum hoc videtur, interest tamen non parum. Phocensium gens in Græcia est. Phocensium ciuitas vltra mare in Ionia: Mox Milyada lege, non Mityadam.

Q. Minucij Thermi morte omissum est inceptum. 801. C. Syncera lectio. plurimum Q. Minucij Thermi morte damni est acceptum. Ibidem non Geruntium sed Zerinthium lege: attestantibus manu scriptis codicibus & Stephano. Et longè pòst.) 802. K. Rectius aliquanto illic legitur: Ambraciensibus superesse, quàm non superesse. An per omnes anfractus viarum, cum via consisteres.) 804. P. Scribo cùm ad biuia consisteres. Ac paulò pòst. Et corpora & animi misti ac vitiati sunt.) 804. G. Non, & corpore & animo misti ac mutati sunt. Et mox.) 804. G. Censuisset bellū, nō bella. Et sequenti versu, nuntiaretur: singulariter. Sed referre etiam, si opus esse videretur, parati essent.) Antiqua lectio: Si opus esset, viderentur paratì esse. item, Nullius equidem inuideo honori: adde, P. C. Nec est mox.) Circa Asiam ad omnes vrbes: sed, circa omnes Asiæ vrbes. Ibidem mos, vera grauiori, non vtrum à grauiori: & emoto, potius quàm moto. At enim sunt hæc ita: verum etiam Delphos.) 805. C. Nihilo deterior videtur vetus lectio, nempe hæc. At enim sunt quidem ista vera, etiam Delphos, &c. Eadem figura vsus est libro septimo. At enim quædam ciuitates cum Antiocho senserunt, & aliæ prius cum Philippo. Alias agro mulctatis vectigal impositis.) Lege addendo, alijs vectigal impositis. Mox: quieta in suis arcib. nō partibus. Te L. Scipio appello: cuius ego imperio succedens, inuicem imperij tui virtutem felicitatemqúe pariter non frustra ab dijs immortalibus precatus sum.) Emendatior lectio. cuius ego mihi, succedens in vicem imperij tui, virtutem, &c. Item, non cum Gallis bellum senatus) Lege addendo, bellum his senatus. Ac paulò pòst. Sed ego, non, Sed si ego. Et.) 806. F. Eodem modo super Aoum, non eo modo. Et præmia earum, non eorum. Præterea pro, non cupiditas gloriandi lege addendo, non cupiditas gloriandi de me. Et, tamen paocos. triumphum in Thracia.) Non, tamen triumphum. Deinde non, in Liternum concessit.) 807. E. Sed in Literninū: vt subintelligas rus: alioqui Liternum dixisset, absque præpositione. Et mox morbum causæ esse, non causam. id casu ita scriptum videri poterat, nisi post aliquot versus repeteretur: Cùm L. Scipio excuset, murbum esse causæ fratri, consentientibus vetustis codicibus. Antiochum, recepto eius fratre consorte huius gloriæ, L. Cornelius Scipio vltra Tauri iuga emouit.) Lege per parenthesin (recipit enim fratrem consortem huius gloriæ L. Cornelius Scipio) Mos est.) 808. H. Africani triumpho, non Africano. Quo ad primum consulatum: secundo etiam si censuram adijcias.) Non sine causa asteriscus hic appositus erat. Nodum dissoluerunt codices antiquæ scripturæ, in quibus ad hunc modum legitur: Quid ad primum consulatum secundus, etiamsi censuram adijcias? nec est in sequenti versu, necessitas, sed necessitate, ac mox. vnus præcipuam, non vnam. Item pro, quod æs in publicum.) Illic est, quod eius in publicum. Et aliquanto post) Accessio inuidiæ, rectius quàm accessione. quod non dubito data opera deprauatum ab istis delicatulis. qui hiatus ne in alienis quidem scriptis ferre possunt. Quem rogationem Petilij quærere vellent.) Imò rogatione Petilia. Alij hunc prætorem adeò amicum.) Lege, ad hunc prætorem: & pro, alij adeò inimicum, aut adeò inimicum pro prodiderunt, prodiderunt. Ita tota periodus pulchrè constabit: quam is qui bis perperàm scripsit, alij, mirè obscurauit. Et tamen talia vix possunt scribis imputari. Vix tempero stomacho quoties in mentem venit ingeniorum tam malè auspi-ciorum, tametsi nimium crebro stomachandi materiam præbeant.

Cæterùm mox.) 809. C. C. Furius quæstor Aculeo cognominatur non Culeo, quod cognomen in Terentia gente fuit, non Puria. Et aliquanto pòst pro: orationes quoque aberrant inter se.) Rectius illic legitur, abhorrent inter se. Hinc enim ipse Gracchus queritur.) 810. G. Tu scribe, hæc enim ipsa. Huic Graccho minorem ex duabus filiabus.) Cùm constanter legatur in manu scriptis voluminibus, ex duabus filijs: videtur hoc loco Liuius contempsisse exceptionem grammaticorum. Neque enim iam est ambigua vox, quantum ad sexum attinet, si dicas duabus filijs. Si cui tamen magis placet vulgata lectio, cum eo equidem non pugnarim, contentus veterem indicasse.

Quibus ita in publicum solenne sponsalibus ritè factis.) Cur non inter publicum solenne potius? quemadmodum in archetypis legitur, Et ipsi desponsam reddidisse.) Grande operæpretium fecit scilicet, quisquis ille fuit, qui hic de suo adiecit coniunctionem &. Libenter istas minutias dissimulo, inter annotandum duntaxat, sed hoc maius est erratum, quàm primo aspectu videtur: quod qui non sentit, vel admonitus, is planè nihil sentit. Et aliquanto pòst. Causam dici venisse.) 811. B. Quis intelligit hæc? & tamen non nisi vna litera deprauata est. Debet enim scribi, eam dici venisse. Eam, videlicet pacem nec minus lepidum quod continenter sequitur. Huc decem legatos simul arguique.) Quæ malum sunt hæc portenta? mutata vna literula errori medebitur. Hic decem legatos simul argui. Nam coniunctionem que quis non videt praua castigatorum sedulitate tam appositè insultam? Paulò pòst: expulso eo in vltimum angulum.) Eo redundat. Hic certè vitandus erat hiatus, quod alibi parum opportunè factum deprehendimus sæpius quàm indicauimus. Mos scribæ quasi liberalitatem suam reuocans, tantundem subtrahit, quantum de suo adiecerat, scribendo: cuius gloria prodesse, pro, cuius cum gloria prodesse. Rursus vt hoc damni bellè compenset, adijcit particulam id. Id vbi ergo esse regium aurum.) O diligentem scribam & laurea dignum, si ferula puerile præmium videtur. Et hæc minuta contemnunt magni typographi ac celebres. Nihilominus in fronte libri magnificè iactant miram industriam in perscrutandis & conferendis vetustissimis exemplaribus, & alios præ se pro nihilo ducunt: atque in nostram Barbariem captata etiam occasione sibi inuehi permittunt. Paulò pòst pro, rogationem Petiliam ex S. C.) lege & S. C.

IN LIBRVM XXXIX. ANNOTATIONES SIG. GELENII.

IN DE a Cenomani conquesti Romę.) 813. B. Id Cenomani, non inde. &c.) M. Aburius Trib pl. nō Amburius. Paulò pòst: quid ab eo quemquam æqui expectare? Lege addendo: quid ab eo quenquam posse æqui expectare? Item: & P.C. orare.) 814. F. Lege, se & P.C. orare. &c.) Alieni momentis animi, non alienis. Tribunatum sibi à P.R. mandatū obliuisci pro auxilio et libertate priuatorum. Vetus lectio. à P.R. mandatum obliuisci, & mandatum pro auxilio, &c. Ac mox.) Necessum esset: non, necessarium, aliquanto pòst. ij primùm lectos æratos.) 814. H. Non, inde primùm. Argenti pondo CCXX. millia centum tria.) Omissum est auri pondus. Lectio erit integra hoc modo. argenti pondo CCXX. millia auri pondo MMCIII. Huius mali tabes ex Hetruria.) 816. F. Labes est in vetustis exemplaribus, non tabes. Vt Hispalam identidem ex Auentino.) Legendum: indidem ex Auentino. Sequitur. In ludo simili Bacchanalibus.) 817. B. Pro quo vetusti codices habent: in luco simile. Opinor Semelem detorta nonnihil voce Similam tum vulgo indocto dictam, quemadmodum Græci nonnunquam in Romanis vocibus i præsertim breue per ε reddunt Δομέτιον pro Domitio, Βεργίλιον pro Virgilio dicentes. Ebutij, qui optimè de eo ipso meritæ talem gratiam retulisset.) 817. C. Maluimus & hic fidem archetyporum sequi, in quibus scriptū est, qui optimè in eo ipso meriti. Paulò pòst est: tres in anno status dies, non statutos. Cum publico nomine, quid ex coniuratione, cœtusque nocturni fraudis occultæ aut periculi importarent, tum priuata quisque suorum vice.) 818. F. Melius legitur: ne quid ex coniurationes. Et, tum priuatim suorū quisque vicem. Iam maius est, quàm capere id priuata fortuna posset.) 819. B. Vetus lectio, quàm vt capere. Vbi deorū numen prætenditur, celerius subit animum timor. Lege, prætenditur sceleribus. Et, quo quisque loco positus erit.) 819 B. Non, quo quis. Præterea, nomén ue absentis detulisset, non de absentibus. Multorum delata quidem nomina, ex ijs viri fœminæque mortē sibi consciuerunt.) Incorruptior lectio, multorum delata nomina, quidam ex ijs &c. Nec est A. Faliscum, sed Faliscum L. Opiternium. Quia multæ fationes & res peribant.) Ridiculū erratum. Lege, multis actiones & res peribant. Paulò pòst, sed id omittere posse.) Non dimittere, & dum ne plus quinque, elegantius quàm, dum ne plures quàm quinque. Perfectis quæstionibus. Q. Marcius.) 821. B. Lege addendo: Perfectis quæstionibus prior Q. Marcius. Aliquanto pòst, in prouinciam ierat.) 821. D. Non in prouincia erat. Rursus paulò pòst.) 822. G. Sipontum dixit non Sipontem, quemadmodum Buxentum Latinis dicitur, qui Græcis Pyxûs.

Tamen quia rem integram Quintius.) Lege, cùm quia rem. ac mox. Antiocho deinde bello superato ad Thermopylas, regi diuisis partibus.) Ordinem sic restituimus. Antiocho rege deinde bello superato ad Thermopylas, diuisis partibus &c.

Quod eum Aeni & Maroneæ affectare possessionem audierant.) Vetus lectio, quod iam Aeni & Maroneæ affectari poss. au. In controuersiam autem veniebant Philippo Polystricta, Phaloria & Eurynome.) 823. B. Lege Philippopolis, Tricca, Phalorie & Eurymenæ. Et in parenthesi adde Aetolis (nam Philippum Aetolis ademisse eas constabat.) Alterum molestum, prauos mores.) 824. L. Antiqua lectio, alterum mores suos respuere. Dixisse finem Philippo veterē, regiamq; Thraciæ Paroreiam. Sub ea nusquam ad mare ferentem deflexisse viam.) 824. K. Syncera lectio, direxisse finem Philippo veterem viam regiam, quæ ad Thraciæ paroreiam subeat, nusquā ad mare declinantem: Philippum nouam postea deflexisse viam. x. legatorum decretum specimen calumniæ imprudentissimæ prætendit, in quo maximè.) 825. C. Antiquior scriptura: decretum calumniæ impudentissimæ prætendit, quo maximè &c. paulò pòst in integro manerent.) 825. D. Non in integrum. Claudios vnus ex omnibus nobilis candidatus erat.) 827. D. Nouus non nobilis. Et post aliquot versus pro, non vt Claudianus.) Lege, non vt Claudiana, Post aliquam multos versus vbi legitur, & Philippus quidem minimè quin rebellandum esset dubius.) 828 I. Particulam quidem aliquis contra fidem veterum codicum adiecit. Sed quod Areum & Alcibiadē capitis ob se in concilio proximo damnatos cum legatis se accusaturos videbat.) Coniunctionem sed, & has duas voces, se accusaturos, non habent vetusta exemplaria. Quam iniquitatem conditionis subimus, quod ab illa spe non decidimus.) 829. B. Vetus lectio paucioribus verbis tantundem dicit, hoc modo, subimus illa spe, iudicijs animo te auditurum &c. Et mox pro, Vestræ enim illæ deformes notæ seruitutis erant.) 830. F. Illic legitur, deformes veluti cicatrices seruitutis. Nego antiquas Lacedæmonijs leges Achæos ademisse, quas non habebant.) Antiqua & syncera lectio sic habet Ego antiquas Lacedæmonijs leges tyrannos ademisse arbitror: nos non suas ademisse quas non hab. &c. Paulò pòst lege addendo, re precaria libertas.) 830. G. Vbi re vocula interciderat. Et mox: dignitatem suam tenere apud Romanos non posse.) Apud redundat. Ibidem lege, metum iniecit, non metu iniecto. Nec ita tantum vt cuius lingua.) 832. P. Hæ particulæ, ita vt, non leguntur in vetustis exemplaribus. Ibidem. Coierant apud prætorem L. Placcum.) Legendum: consenserantque prætor L. Placcum. Quieta deinde hyberna in citeriore prouincia habuit.) 832. I. Vetus scriptura & citerior prouincia habuit. Deinde XII. M. pondo argenti, XII. pondo. Præterea: vnum ex illis miseris attrahi iussum securi percussisse.) 833. C. Non, vnum ex damnatis. Nec est in veteribus, vt ea quoque decuplo.) Sed decem, vt subintelligas millibus. Ac mox melius detergendas cloacas, quàm tegendas. Et) Interpretatores vltimo loco non Cn. Sulpicius est, sed Cn. Sicinius, qui ædilis proximo anno fuerat: quanquam illic corruptè Sicilium vulgatæ editiones habent. P. Licinius Crassus pontifex maximus mortuus est. in cuius locum M. Sempronius Tuditanus pontifex maximus est creatus. C. Seruilius Geminus P. Licinij funeris causa visceratione data, ludos fecit & gladiatores CXX. pugnauerunt.) 834. G. Longè aliter habet vetus & incorrupta lectio, ad hunc modum: P. Licinius Crassus pontifex maximus mortuus est. in cuius locum M. Sempronius Tuditanus pontifex est cooptatus. Pontifex maximus est creatus C. Seruilius Geminus. P. Licinij funeris causa visceratio data, & gladiatores CXX. pugnauerunt. Nam P. Licinio Crasso C. Seruilius Geminus, Gemino M. Aemylius Lepidus pontifex maximus successit, vt satis apparet Liuium non oscitanter legentibus. Eadem paulò pòst, cùm vndique disserenasset, sublata, defunctosque fato vulgo ferebant, quod inter fatalia vates cecinissent. necesse est tabernacula in foro statui.) Et hic nonnihil discrepant à vulgata lectione exemplaria vetera: vbi legitur. Eadem paulò pòst, cùm vndique serenasset, sublata. defunctosq; vulgo ferebant, quod inter fatalia vates cecinissent, necesse esse tabernacula in foro statui. Ob magnitudinem pristinæ eius fortunæ.) 836. P. Lectio vetus. obstupuerant ad magnitudinem. Item: Sed defectionis authores, quorum in manu res erat.) Lege defectionis authores, quorum in manu Respublica erat. Paulò pòst. Duarū potentissimatū gentium.) Non duobus. Næuius hic magistratū non inijt tribunatus plebis P. Claudio L. Porcio coss.) 837. C. Antiqua scriptura: Hic Næuius in magistratuū libris est tribunus plebis P. Claudio L. Porcio coss. Mox: ita vixisse in tribunatu Næuij videtur: non, vt videretur. Paulò post redundat se.) 837. E. Vix se sui arbitrij fore. Præuertendos etiam animos à suspicione.) Legendum euertendos. Item: in Axium amnem editur, non elabitur, attestentibus archetypis. Deinde pacem quàm incerta belli præoptantes.) Non, incertam belli spem. Postremò circa finem libri: insulam quæ non antè fuerat.) 839. C. Pro, nondum antè.

IN XL. LIBRVM ANNOTATIONES SIG. GELENII.



Xecrationesq́ quæ in agminibus proficiſcentium audiri ſolent, in regem, vincente odio metum, exaudiebaotur.) 840. K. Quid opus erat hic tot ſuperfluas voces inſulcire? an parum integrum videbatur: execrationesq́ in agminibus proficiſcentium in regem, viocente odio metum, exaudiebantur? Quoniam dies appropinquabat.) 841. B. Exemplaria quorum fidem & ioter ſe conſenſum libenter in hac editione ſequimur, habent: cùm iam appropinquabant. Aliquanto pòſt lege addendo: cætera in inom quæque tempus agenda differunt.) Vbi hæc vox, agenda, interciderat. Mox: Alij ſingulos principum, non in ſingulos. Proditorem nolo dicere, ſpeculatorē citius, ax quo obſes Romæ fuit.) 841. H. Hoc loco noſtra archetypa melius. Proditorem nolo dicere, certè ſpeculatorem habemus in ſinu: cuius ex quo obſes, &c. Nec regem ſa alium rantur habit nros eſſe.) Illic legitur: nec regem ſe alium habituros aiunt. Viuo & ſpirante me hæreditatem meam ambo & ſpe & cupiditate improba petitis.) 843. E. Cremiſtis babet exemplar Moguntinum. quod certè magia antiquitatem ſapit quàm ſuppoſititia vox petitis. Nec patrem poteſtis pati. nihil cari, nihil ſancti nominis noſtris, cuius vice regni vnius inſatiabilis amor ſucceſsit.) Reſtituimus ad fidem veterum codicum hoc modo: Nec fratrem, nec patrem poteſtis pati. Nihil cari, nihil ſancti eſt. in omnium vicem regni, &c. Furias fraternas cogita.) 844. K. Concita legi debet non cogita. Tollatur nunc primus, vt regno fraterna cæde potior. Patar ſenex, & filio ſolus orbatus magis timebit ne iraſcatur, quàm vt filij vlciſci necem patiatur.) 849. D. Hic locus eſt egregiè contaminarus. Ex collatione ad manu ſcripta reſtituimus ſic. Tollatur, non primus regnum fraterna cæde petiero. Paser ſenex, & filio ſolus orbatus, de ſe magis timebit, quàm vt filij necem vlciſcatur. Si illa crimino ſa ac vana accuſatio erat) 848. P. Incorrupta lectio Si illa ſeparata ab hac vana, &c. Quis dies, qualis, quo luſtratus exercitus) 846. I. Lege quid dies, &c. Prælatis omnium qui vnquam fnere Macedniæ regum armis, reges dno ſolito more tegentes latara pater præuecti ſumus.) Antiquior lectio melior: prælatieo. q. u. f. M. r. armis regijs, duo ſoli tua teg. &c. Illic atiam paruo forſitan odio proucheote.) Legendum illo etiam (prauo forſitan) gandio proucheote. Quod ſi nō interuenniſſent inſidiatores, ſomno ſopiti iaceremus.) Quanto melior antiqua lectio? quæ ſi nō interueniſſent, inſidiatores nos ſopiti iaceremus. quod. n. dicit inſidiatores, ironia eſt. Mox adilendę duæ vocas te ſateri, neceſſa erit te fateri, aut ſpeculatorū, &c. Ego nec obſes Romanis vt traderer, oec vt legatus mitterer à te petij, miſſus ire nō recuſaui.) 847. D. magis arridet antiquus ordo. Ego nec obſes Romanis vt traderer, nec vt legatus mitterer Romā, petij: à ta miſſus ire non recuſaui. Etiam ſi à fratre caritate viocor.) 848. G. Scriptura antiqua: etiamſi caritate à fratre maiora viacor. Sed per deditionem Ligures recipi, & receptis arma adimi.) Illic legitur: ſi per deditionem Ligures recipiet, receptis arma adimi. Et victi perſeuerantia Fuluij.) Melius quadrat quàm, vicit per ſeu. Fuluius.

Tranſlatum argenti pondo millia CCCXX auri LXXXII. pondo, aureæ coronæ LXVII.) Quantum ad argentum attinet, exiguum eſt qnod Tarentius in ærarium intulit, præ eo quod ſcriba locuples de ſuo adiacit, non minus liberalis in auro coronario. Credibilior ſumma eſt io manu ſcriptis codicibus. Tranſlatum argenti pondo IX. millia CCCXX. auri LXXX. pondo, & duæ coronæ aureæ pondo LXVII. Quatuor legiones conſules, quina.) 848. K Lege IIII. legiones conſulibus, quæ quina. & naualibus ſocijs ciuibus Romanis, nō ciuium Rom. In præſentia datai omnia mandata.) 850. K. Omnia redundat. Aliquanto pòſt: fuga per Pœoniam præparata arguebatur.) 851. E. Non arguebant. Paulus prorogeto conſulari imperio.) 852. I. Legendum, prorogato ex conſulatu imperio. Et poſt aliqnam multns verſus pro, cuiuſque ad Gallicum ſinum.) Matienoquè cuius ad Gallicum ſinum. Mox non eſt lagendum erumpere extraordinarijs cohortibus à porta iuſsit.) 853. G. Sed, extraordinaria porta. Sic enim conſtabit quatuor portarum numerus: vt ſint duæ principales, vna quæſtoria, & quarta hæc ipſa extraordinaria. Quem ſcrutantes antea io deuios ſaltus) Tollenda eſt præpoſitio in. Paulò pòſt quia creditur Pythagoræ.) 854. I. Leges qua creditur: & ibidem, accōmodata fide pro accommodat fidem. Ac mox: pleraque diſſolueo darum eſſe, non paulò elegeotius quàm ad diſſoluendas religiones. Et non multo pòſt Lege addendo, igna à victimarijs facto. Ad caſtra hoſtium ſpeculatum miſit, vt viſaret.) 855. C. Plus verborum habent hic noſtra exemplaria. Miſit proximè ſuccedere ad vallum iuſſum: vt, &c. Aliquanto poſt legendum caſtra amiſſa eſſe, & tum cum maximè ardere.) Non arderent, vt eſt in vulgetis editioonibus, diſtinctione etiam confuſa. Ibidem, clamor accidebat, non accendebat. Tria millia peditum, quibus data quinquagena iugera, centurionibus centena) 857. A. Vetus ſcriptura. tria millia peditum quinquagena iugera, centuriones centena, cemena quadragena equites acceperunt. Quæ cùm ita ſint, ego tamen hæc prædico P. C.) 858. F. Antiqui codices. ego iam binc prædico. Mox adde infinitiuum verbum ſcire eine eſſe dicere, qui ſcire poſsit: & ibidem.) Illud exploratum, non illos. Ijdem codices paulò poſt habent, ornari prouincias, non armari. Cùm vim deditis remiſiſſes admonens.) 880. P. In archetypo eſt. cùm bis deditis rem eſſe admonens. Id qui legere non potuit, ob characterum formas, vt opinor, noſtro ſeculo ignotiores, malàdiuidoando ſenſum vitiauit: atque idem ferè ex eadem cauſa in cæteris accidit, quæ deinceps vſque ad finem libri indicabuntur. In partibus extremis iam oppugnabentur.) Iam pugnahatur, illic ſcriptum eſt. Et proximè ſequenti verſu egregie legiones, non tertiæ legionis. Remitteret quæ ei datæ ſunt à conſule ad P. Manlium in Hiſpaniam vlteriorē milites deferri iuſsit: ad ſigna redire.) 881. C. Non erat opus aſteriſcu, ſi acrius oculos atque animum aduertere non piguiſſet. Scriptum enim eſt hoc modo: Literæque ei datæ ſunt à conſulibus ad P. Manlium in Hiſpaniam vlteriorem deferendæ. Milites iuſsi ad ſigna redire. Et proximo verſu eſt in eum annum, non eum annum. Et conſul iuſſus, non iuſsit. Duronius qui Pr. anno ſuperiore ex Illyrico cum decem nauibus inde, in portu Brunduſino relictis nauibus, cùm veniſſet Ro.) 861. D. Et hic ab archetypo diſceſſum eſt, quod ſic habet: Duronius, qui Pr anno ſuperiore ex Illyrico cum decem nauibus Brunduſiom redierat, inde in portu relictis nauibus cùm veniſſet Ro. Et paulò pòſt pro recuſante quod ſibi ſaceret.) Illic eſt recuſantique id facere. Pontifex in locum eius L. Acilius cooptatus Q. Fuluius Flaccus, ante pontificem maximum Aemylius Lepidus.) Archetypi ſcriptura: pontifex in locum eius à collegio cooptatus Q. Fuluius Flaccus: in pontificem maximum Aemylius Lepidus. Libro nono per occaſionem deprauatæ ſcripturæ indicauimus Seruilium hunc Craſſo in eo ſacerdotio ſucceſsiſſe. Confer locum hunc cum illo, agnoſces vtrobique germanam lectionem. Et paulò pòſt pro, vrbam ingteſſus eſt vectus.) 862. H. Illic legitur: vrbem eſt inuactus. Ibidem non, nummum centum ſeptuaginta tres ducentos: ſed, centum ſeptuaginta tria millia, ducentos. Neque quingeni ſunt dioiſi, ſed quinquageni. Et mox non eſt, qui a ternis ad quaternos.) Sed, qui alterni e quaternos. Et nos à vobis admonefieri, non vos à nobis debete.) 863. B. Pro admonefieri illic eſt, admoneri & regi. Si Gracchus maius ſibi bellum eſſet, in vltima Celtiberiæ penetraret. Mundam vi cepit vrbem, primo aggreſſos noct. Acceptis deinde ex improuiſo obſidibus, & caſtella oppugnare: præſidioque impoſito deinde agros vrere.) 883. E. Hic præter alia vitia ordo qnoque multipliciter luxatus eſt. Rectius legetur hoc modo: Gracchus, quod maius ibi bellum eſſet, in vltima Celtiberiæ penetrauit. Mundam vrbem primum vi cepit, nocte ex improuiſo aggreſſus. Acceptis deinde obſidibus, præſidioq́ impoſito, caſtella oppugnare, agros vrere. Non diſsimulantium rebellaturus eſſe.) In archetypo eſt. nō diſsimulantium bellaturos, ſi vires eſſent. Fulmina etiam ſic vndique micabant, vt lucere viderentur corpora) 868. P. Pro lucere peti habet archetypon. Poſtremò pro tum ſirmaret res) Dum firmaret res, legendum.

ANNOTATIONVM SIGISM. GELENII IN XL. LIBRVM TITI LIVII FINIS.

EMEN-

EMENDATIONES EX CODICE THEODORICI MORELLI, VIRI ERVDITISSIMI ET DILIGENTISSIMI.



VELVT dissidentes.) Fol. 2. F. Desidētes, hoc est, pessum euntes. à desido desidis. sequitur enim lapsi sint, & ire præcipites. Iisq; exta apponerentur.) 6. I. Vetus exemplar habet, ijsq; exta potirentur: vt à potiendo dicti sint Potitij. πεῖνα verò idem valet quod fames. Decreto arma petisse.) 10. F. Vetus exemplar habet directo, vt opponatur illi ambagiosæ petitioni, qua vel arma, vel armillas poscere videbatur, dum paciscitur vt id sibi traderent, quod in sinistris manibus haberent. Nunc autem planè ex verbis explicitis arma petijsse putatur, quamobrem non auara, sed insidiosa est habita, tanquam quæ illos nudos vellet hosti obijcere, neque tamen improbauerim decreto. Quiq; cum eo equites erant) 11. E. Vetus exemplar equis ierant. Nulla parte adiutis.) Nulla arte adiutis. Augur ad leuam eius capite velato.) 14. F. Rhodiginus lib. 20. cap. 12. sic distinguit, Augur ad læuam, eius capite velato: vt intelligatur Numæ caput obtectum, non auguris, citatq́ue Plutarchum in Numa. Quòd earum sibi concilia.) 15. C. Quòd earum ibi concilia. Vltimum illud visuri.) 21. C. Vltimum illas visuri. Agedum, inquit, diuine tu, inaugura.) 26. F. Agedum, inquit, diuina tu in augurio fierine possit, quod nunc ego mente concipio cùm ille in augurio rem. Seruum, seruaq; natum.) 31. E. Seruum, serua natum. Clàm quidam mussitantes.) 33. C. Vetus codex, clàm quidem ita eum vocabant, sed tamen passim. Pugnant inter se, quosdā clàm mussitantes, & vulgo eum appellasse Superbum. Vulgo dicitur quod à nemine non iactatur, à quibusdam dicitur, quod à paucis. Si transitum pontem.) 45. D. Si transitui, id est, ad transeundum. Vtcunque ceciderit.) 47. E. Vt cuique ceciderit. Tributum iniquo suo tempore.) 53. D. Tributum iniquum, ac non suo tempore imperatum. Distenderent hostium copias.) 88. K. Legi solebat distinerent, at Budæus legit distenderent. Per concionem duobus Quintijs.) 95. C. Coitionem legit Rhodiginus lib. 14. cap. 16. Appius amore ardens.) 99. D. Appius amore amens. Crimine obnoxia.) 140. G. Crimini obnoxia. Quantum victoria.) 142. K. Quam tum victoria. Germanorum.) 169. C. Cenomanorum. Circa Ticinum. ibid. citra Ticinum. Semoni Sango.) 247. E Semoni Iano legit ex Augustino Rhodiginus lib. 2. cap. 3. Vide Lilium Gregorium de dijs syntagmate primo. Antiquæ obrogat noua. Ferrarius in Philippica Cic. dicit in manu scriptis codicibus legi, Antiquam abrogat noua. Diem diffidit. Budæus legit diffudit. Vti rogastis.) Vti rogati estis. non enim populus rogat, sed rogatus iubet. Ad Capuam liberandam obsidionem.) 474. H. Budæus legit ad Capuæ liberandam obsidionem. Ab eo miraculo Thaumaci appellati.) 642. K. Budęus legit Thaumasti. Noxæ futuram.) Budæus legit noxiæ. Caius Terentius Istra.) 839. C. Caius Terentius Hister.

IOANNIS SAXONII HATTESTEDII, AD T. LIVII HISTORIARVM AB VRBE CONDITA LIBRVM VIGESIMVM PRIMVM, COMMENTARIOLVS.



DISSENSIO est inter eruditos, rectène, an secus, historia Liuiana in Decades, hoc est decurias, siue denos libros sit distributa. Cœlius Rhodoginus & alij quidam Itali, homines docti, existimant ab ipso authore in Decades diuisam esse, hoc argumento moti, quod vnicuique decadi sua præfatio præposita est: nec autorem ita facturum fuisse, nisi singulis decadibus inchoandis, cùm paulisper interquieuisset, & quasi respirasset, veluti noui operis exordio sumpto, distinctionem facere, atque ita historiam diuidere voluisset. Vt enim ipsos annales in libros, ita libros eum deinceps in decades partitum videri. Hanc opinionem præcipuè Sabellicus (quo nemo, meo quidem iudicio, formam orationis Liuianæ, aut maiori diligentia est imitatus, aut expressit felicius) adprobare videtur: qui vt Liuius ab vrbe condita per decades, ita ab orbe condito libros suos inscriptos ac denominatos, per Enneades distinxit. In contraria sententia sunt, Franciscus Petrarcha, Petrus Crinitus, Angelus Politianus: propterea quod neque Florus, qui singulorum librorum Liuianorum argumenta scripsit: neq; Priscianus grammaticus, cùm libros Liuianos allegat: neq; alij veteres, vllam mentionem decadum faciunt, ac Liuium non per decades, sed adscripto librorum numero citant. Ac Petrarcha non per ipsum Liuium, sed per fastidiosam legentium desidiam, historiæ in decades distributionem factam esse arbitratur. Hoc nobis quoque placet, vt credamus hanc diuisionem factam aut à librarijs, aut ab illis qui bibliothecis præfuerunt. Præterea illud reticere in principio non possum, quin obiter dicam, mihi illos parum rectè facere videri, qui Liuium vt parū veracem in historia arguunt, ac odio quarundam gentium falsa prodidisse asseuerant. Id ego propterea credendū non esse arbitror, quod ne Octauio quidem Augusto fortunatissimo Imperatori, cùm bellum ciuile Pompeianum scriberet, gratificandum esse putauerit, quædam aliter narrando, quàm vel acta essent, vel gesta. Itaque cùm perfectam totam historiam populi Romani edidisset, Augustus lecto inter cætera illo bello ciuili, vbi animaduertit, eum nihil offensioni cuiusquam aut gratiæ dedisse, palàm pronūciauit (vt Tacitus refert) eum Pompeianum esse. Quare qui Imperatorem potentissimū, qui cum & Pompeianis esset infensissimus, & maxima cum illis bella gessisset, vel iratus plurimum nocere, vel fauens maxima ipsi præmia tribuere potuit, non respexerit: neque rerum gestarum expositionem ad eius beneuolentiam comparandam attemperauerit, atq; inflexerit: eum non est verisimile Gallis, aut vlli alij gēti ita malè voluisse, vt illius causa à vero discederet, ac res à se fictas in illius contumeliam ac infamiam narraret. Verba Cremutij Cordi apud Tacitum, Annalium libro quarto sunt hæc: Titus Liuius eloquentiæ ac fidei præclarus in primis, Cn. Pompeium tantis laudibus tulit, vt Pompeianum eum Augustus appellaret: neque id amicitiæ eorum offecit. Scipionem, Afranium, hunc ipsum Cassium, hunc Brutū, nusquam latrones & parricidas, quæ nunc vocabula imponuntur, sæpe vt insignes viros nominat. Hæc ille. Dignus profectò fuit Liuius, vel ob istam animi rectitudinem, amoremq; veritatis, quem in ciuili dissensione Pompeiana describenda ostendit, cui Deus lacteum illud eloquentiæ flumen largiretur, quiq́ue principis terrarum populi res gestas perscriberet. Nullus quidem certè historicus eum adhuc vbertate orationis & splendore superauit. Illud verò dolendum est, vel præcipuam eius partem, qua tum illud Pompeij bellum, tum reliqua bella ciuilia, & Gracchorum, reliquæq́ue insequutæ seditiones vrbanæ continebantur, interijsse. Inter ea quæ etiamnū extant, nullum est dubium, quin hæc tertia Decas sit longè præstantissima: vt in qua bellum maximum, longeq; acerrimum, cuius belli victoria tantum Romanis virium dedit, vt illis postea diu nulla arma vsquam obsistere possent, cōmemoretur: ita vt in nulla historia, quod ego sciam, bellum acrius legatur. De cuius belli magnitudine videamus quid dicat Liuius ipse, in principio huius libri.

IN parte operis mei licet mihi præfari,) Orditur à captanda attentione, quæ propositionem huius totius Decadis continet: & seruat regulam historicam, vt in exordio attentionem tantum & docilitatem, non etiam beneuolentiam captet: quæ regula extat in Luciani Dialogo de scribenda historia, vbi, Omnibus, inquit, iam apparatis, interdum absque procemio exordietur historicus, quando res nō omninò postulat vt preparetur quid-

piam in procemio, atque informetur. Initium verò vim procemij habebit, si saplanet, quibus ds rebus sit dicturus. Cæterùm quando procemio vtetur, à duabus rebus solis exordietur, non vt oratores à tribus, sed beneuolentiæ loco omisso, attsntos aut dociles reddet auditores. Attentos reddee, si ostenderit se de magnis, ant necessarijs, ant proprijs ipsorum, aot vtilibus rebus dicturum esse. Dociles auditores, & perspicua quæ sequentur faciet, si antea causas exponat, breuiterq; complectatur capita, & summas rerom gestarum. Huiusmodi procemijs præstantissimi historici vsi sunt: Herodotus quidem, ne res gestæ magnæ & admirabiles, Græcorum victorias, cladea barbarorum continentes, diuturnitate temporis in obliuionem venirent: Thucydides verò, cùm speraret etiam ipse magnum, & maximè memorabile, & mauis quàm quæ antea extitissent bella, fore bellum illud. Magnæ enim in illo aeciderunt calamitates. Ad hæc exordia Græcorum alludit Liuius in principio.

Carthaginienses,) Carthaginienses debere & scribi & pronunciari, codices Liuiani probè scripti aut eacusi testantur: tum etiam autoritate Prisciani libro quarto, de octo partibus orationis, capite de denominatiuis comprobatur, ita dicentis: Si nomina, inquit, sunt tertiæ declinationis, abijciunt s, extremam genitiui, & adsumunt ensis. vt pistor pistoris, Pistoriensis: Carthago, Carthaginis, Carthaginiensis. quod si cui ratio Prisciani oon satis firma videbitur, is cogitet priscos Poetas sic locutos esse, atq; inde consuetudinem ita scribendi & pronunciandi apud veteres inualuisse. Hoc ostendunt Ciceronis pro Cornelio Balbo recitantis versiculum Ennij, verba ista: Neq; illis summus Poeta noster, Annibalis illam magis cohortationem, quàm communem imperatorum voluit esse:

Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginiensis. Cæterùm ipsum nomen Carthego, Phœnicia lingua ciuitatem Dei significat. Nam neque validiores opibus,) Hic dubitet aliquis, fuerit ne plus virium atque roboris Romanis postea, cùm Macedoniam, Asiam, Græciam, Hispaniam, Syriam, Galliam, Aegyptum, Britanniam, Germaniam superiorem, Africam imperio adiecissent. Nam ex oratote hoc bello Italiam tantum, cum Gallia cisalpina, eaq; non tota, & partem Illyrici non magnam, & Siciliam, Sardiniam, Corficamq; tenebant. Liuius ipse prima Decade hoc dubitationem tollit, vbi hoc ipsum admirans, iodicat non multo post exactos reges, Romanis, paucis vicinis solummodò oppidis imperantibus, maiorem sxsrcitum ex delectu ciuium Romanorum confectum esse, quàm sua ætates (qua imperium maximè floruit, & latissimè patuit) confici potuerit. Hoc igitur loco vult dicere, non huius belli initio Romanos maxima multitudine ciuium & sociorum abundasse. Aucto enim magis imperio, maior vtrorumq; copia fuit: sed inter ciues & socios nunquam plures bellatores, nunquam Romanos bellicosiores fuisse. Hanc opinionem Liuij confirmat Polybius, qui lib. 2. scribit, veniente in Italiam Annibale, Romanos peditum supra centum millia & quinquaginta, equitum sex millia habuisse: omnium autem in tota Italia, quę (vt dictum est) iam tum Romanis paruit, armatorum numerum septies centena millia peditum, equitum ad septuaginta millia fuisse. Hoc potest Polybio tutò credi, propterea quod ille Scipioni minori familiaris, & eum eo Carthaginem obsidente fuit. Quare res Italicas sine dubio babuit notissimas, & babetur ab eruditis pro historico veracissimo, qui vt vera de rebus Romanis scriberet, non tantum tertio bello Punico interfuit, sed etiam omnes eorum, quas tunc habuerunt, peragrauit prouincias, atq; spectauit: & insuper nauigio fretum Gaditanum, & vicinus freto insulas spectatum, Scipionis sumptibus iuit, quo visa pleraq;, non audita tantum, aut apud alios lecta, in historia referret. Eum numerum bellatorum, & talium bellatorum postea, quando imperium in summo stetit, non habuerunt Romani.

Et adeò varia belli fortuna,) Facit lectorem docilem, ostendendo breuiter fortunam, & præcipuas causas belli. Romanis indignantibus, quòd &c. Pœnis, quod superbè,) Carthaginienses ad suscipiendum hoc bellum impulerunt causæ tres. Hic vna attingitur. Hoc enim in primis eorum animos irritauit, quod composito cum Romanis primo Punico bello, cùm incidissent in eam calamitatem, vt per mercenarios milites, quorum opera illo bello fuerant vsi, ademptis propterea quod stipendia illis non potuerunt soluere, omnibus præter vrbem, quę in Africa habuerunt, vix vrbem ab illorum vi tuerentur: Romani per eam occasionem contra conditiones pacis, Sardiniam ipsis ademerant, & sedato tumultu Africano, conquerentes ipsos de erepta Sardinia, stipendio mille & ducenta talenta adijcere, superbè, auarè, & iniustè iusserant, nisi bellum sibi indici mallent. Post deletos igitur mercenarios milites, Carthaginienses quando pace decem & nouem annorum vires & collegerant, & toto illo tempore in Hispania bellando exercuerant, constituerunt illas iniurias Romanorum non inultas pati. Fama etiam est, Annibalem annorum fermè nouem,) Nunc finito exordiolo, ingreditur in narrationem, exprimitq; secundam causam belli. Fuit autem secunda belli causa, indignatio Amilcaris incitantis Annibalem filium ad suscipiendum, cùm primùm per ætatem posset, cum Romanis bellum. Annibal gratiosum virum: sicut Amilcar (Hebraicè Melchior) regem illustrem, Mago deletorem, Hanno gratiosum, Asdrubal (Iudaicè Esdra & Bal) sicut Græcè Alexander, iuuantem virum significat. Hi tres fratres Annibalis fuerunt, quorum Asdrubal ad Metaurum flumen ab Liuio Salinatore, & Claudio Nerone, Hanno in Africa à Scipione maiore cum exercitu cæsus est. Mago in Sardinia ex vulnere, quod in Liguria cum Romanis sub finem huius belli dimicans acceperat, mortuus est.

Nam & Siciliam nimis,) Nam etsi primo bello Punico cum Pœnis victa à C. Luctatio consule ad Aegates insulas eorum classe, debellatum erat mari, tamen Amilcar adhuc egregium exercitum in Sicilia ad Erycem montem habebat incolumem: cum ea insula Carthaginienses constituerent Romanis cedere, ac ipse cum suo exercitu, vt inuictus à Romanis, ea Sicilia discessit. Et Sardiniam inter motum Africæ,) Inter motum Africæ, id est flagrante illo bello, quod Carthaginienses. continuò post primum bellum Punicum, cum suis militibus mercenarijs (de quibus paulo antè diximus) gesserunt. Fraude Romanorum,) Contra fœdus Siciliense, siue conditiones primi Punici belli compositi, quibus relinquebatur ipsis Sardinia. Nulla iusta de causa, sed tantum per occasionem seditionis Africanæ, cùm Carthaginienses tum contra Romanos nihil deliquissent, Sardiniam Romani interceperunt.

Stipendio etiam superimposito,) Adiectis ad stipendium, de quo stipendio in Sicilia inter eos conuenerat, mille ducentis talentis, quæ auertendi tantum belli Romani causa, iniquissimo suo tempore (quia propter tumultum mercenariorum militum, tunc se defendere contra Romanos non potuerunt) pendere sunt coacti. Vulgo dici solet, Fortior in saccum detrudit debiliorem. Quod fuit sub recentem Romanam pacem,) Quod exortum est statim post sedatum primum bellum Punicum. Per quinque annos,) Tot enim annos bellum conductitiorum militum, qui Galli, Hispani, Ligures, Afri, Baleares fuerunt, aduersus Carthaginienses durauit. Polybius tres annos id, & ferè quatuor menses durasse scribit. Illud bellum Liuius aliàs motum Africæ, aliàs Africum bellum nominat. Ita deinde nouem annis se in Hispania,) Tertia causa suscipiendi huius belli, fuit felix successus Carthaginiensium in Hispania. Cæterùm Liuius præceptum historicum diligenter tenet, vt non ipsam modò rem, sed etiam quid eam antecesserit, & consequutum sit, commemoret. Ideò breuiter perstringit res Carthaginienses in Hispania, proximè ante hoc bellum gestas, eorumq; in illa prouincia fortunam.

Mors Amilcaris peropportuna,) Causæ dilati, & serius moti belli. Imperium obtinuit,) Exercitus in Hispania. Ob altam indolem profectus animi,) id est proficientis animi: hoc est eius animi, qui subinde meliora documenta sui daret. Factionis Barchinæ,) Quæ nomen à patre Annibalis Amilcare, cui cognomen Barcha fuit, habet: & nitebatur studio ac fauore plebis. Contrariæ factionis princeps Hanno fuit, cui studebant optimates. Barcha idem est quod Benedictus. Auspicijs Regulorum,) Authoritate regulorum. Nouis gentibus,) Hispanicis, quibus antea amicitia cum populo Carthaginiensi non fuisset. Barbarus cum quidam,) Exemplum fidelitatis serui erga dominum, & fortitudinis, & cruciatuum patientiæ. Eo fuit habitu oris,) id est vultu. Similis constantia Hieronymi Olgiati ciuis Mediolanensis in perferendis cruciatibus & supplicio, patrum nostrorum memoria fuisse perhibetur. Is enim Galeatio Sfortia Mediolanensium duce, ob stupratam sororem interfecto, & cùm torqueretur, & cùm in quatuor partes dissecaretur, quandiu loqui potuit, hilari vultu suum factum prædicauit. Quin prærogatiuam militarem,) Prærogatiua est prima & præcipua suffragatio, quæ ad sequentem suffragationem præiudicij vim habet. Prærogatiuarum duo genera à Liuio nominantur Prærogatiua iuniorum, & prærogatiua militaris. Hoc loco prærogatiua pro authoritate eius ponitur, qui prior censet, vt etiam suprà lib. 3. ab Vrbe condita. Ne prærogatiuam militarem vrbana comitia sequerentur. Prærogatiua interdum adiectiuum est, vt infra lib. 26. Prærogatiua centuria iuniorum declarauit T. Manlium & T. Octacilium consules. Cicero pro Plancio. Vna centuria prærogatiua. Vocabatur autem ideò centuria prærogatiua, quia prima rogabatur, & plerunq; sorte ducebatur. Cicer. Philip. 2. Sortitio prærogatiuæ quiescit. Fauor etiam plebis sequeretur,) Plebis, id est multitudinis vrbanæ. Actaq; res in senatu etiam fuerat,) Vt Annibal mitteretur in Hispaniam ad Asdrubalem, cui nupta erat soror Annibalis.

Et æqnum

Et æquum poſtulare videtur, inquit Aſdrubal,) Oratiuncula diſſuaſoria Hannonis, ne Annibal adoleſcens in Hiſpaniam ad Aſdrubalem mittatur. Orditur ab ipſa propoſitione, quæ ancipitem ironiam habet. Florem ætatis,) Confirmatiuncula à turpi ſiue inhoneſto, & loquitur adhuc ironicè. Pro militari rudimento,) Pro prima exercitatione militiæ, pro prima inſtitutione in re militari.

An hoc timemus,) Ab inutili & à periculo. & mouet inuidiam, ac indignationem, augendo rem catachreſi verborũ. Regni paterni ſpeciem videat,) Inuidioſa augmentatione imperiũ Amilcaris regnum, & ipſum regem, exercitum verò hæreditarium appellat: affingẽs vicina virtutibus vicia, quód eſt genus abuſionis. Ego iſtum iuuenem,) Concluſio, continens repetitionem periculi. Viuere æquo iure cum cæteris,) Ne quid appetat præter cæteros ciues tyrannicè, contra leges & libertatem.

Ne quandoque paruus hic ignis incendium ingens exuſcitet,) Allegoria. Miſſus Annibal in Hiſpaniam.) Acta & geſta ab Annibale ſub Aſdrubale imperatore. Habet autem hic locus inſignem προσωπογραφίαν, id eſt, deſcriptionem perſonæ, adiuncta ἠθοποιΐα, quæ figura mores cuiuſque & ingenium ſuis depingit coloribus, vt hic Annibalis. Hæc Latinè Notatio appellatur.

Vt patri in ſe minimum,) Ei iam fauebatur magis ſua cauſa, quàm patris. Sua virtus, induſtria, dexteritas ei iam plus fauoris conciliabat, quàm memoria patris. Præficere,) Exercitui, aut parti exercitus. Neque ſilentio accerſita,) Dormiebat, etiamſi circum eum (vt in exercitu fieri ſolet) ſtreperetur. Militari ſagulo,) Quæ erat veſtis militis gregarij, non imperatoris. Arma atque equi conſpiciebantur,) id eſt ſpectabâtur cum admiratione, erant inſignia. Cicero in Piſonem: Vehi per vrbem, conſpici velle. De veſtitu vtiliter monet Cato:

Inuidiam nimio cultu vitare memento:
Quæ ſi non noceat, tamen hanc ſufferre moleſtum eſt.

Ingentia vicia æquabant, inhumana crudelitas, &c.) Diſtributio. Cum hac indole,) id eſt cum hiſce indicijs, ſignis: cum hoc ſpecimine, cùm appareret eum ad has virtutes, & ad hæc vicia natura propenſum eſſe. Hic concludit Liuius res geſtas Annibalis ſub Aſdrubale imperatore. Cæterùm ex quo die dux eſt declaratus,) Res geſtæ Annibalis imperatoris in Hiſpania ante ſecundum bellum Punicum, eiuſdemq́ meditatio inferendi Romanis belli, Habent autem bella apud Latinos nomen à deuicto rege, duce, gente, aut prouincia: vt bellum Caſsij apud Cæſarem, qui ab Heluetijs cum exercitu cæſus erat: bellum Antiochi regis, infrà in Liuio: bellum Punicum, Macedonicum bellum.

Velut Italia ei prouincia decreta,) Vt in ea bellum adminiſtraret, eam bello ſubigeret. Fuit autem Hiſpania ei prouincia à Carthaginienſibus decreta, non Italia. Vt patrem Amilcarem,) Amilcar dignam rebus à ſe geſtis mortem obijt. Siquidem cum ferociſsimis hominibus, populisqúe potentiſsimis in Hiſpania belligerans, & maximis periculis audacter ſe confidenterq́ offerens, fortiter occubuit: fuitq́ ſuæ ætatis imperatorum conſilio atque animo præſtantiſsimus, & vir excellens, dignusq́ qui filium haberet Annibalem.

Caſus,) Infortunium. Saguntinis inferre bellum ſtatuit,) Occaſio ſecundi belli Punici. Quomodo differant cauſa & occaſio, docet Polybius. Oppugnatio Sagunti Carthaginienſibus occaſio, Romanis cauſa belli fuit. Saguntus hodie ab Hiſpanis Momuedro, aut Moruetrum dici putatur. Vltra Iberum ea gens in parte magis quàm in ditione Carthaginienſium erat,) Illam enim partem Hiſpaniæ, quæ Carthaginienſibus cis, Romanis vltra Iberũ flumen eſt, licebat Carthaginienſibus iure fœderis, quod Romani cum Aſdrubale fecerât, armis peragrare & ſubigere. Illud vetitum erat, ne alterutrorum exercitus Iberum tranſiret. Quam in ditione,) Olcadũ gens nondum erat redacta in ditionem, & ſub imperium Pœnorum.

Vt non petiſſe Saguntinos, ſed rerum ſerie, finitimis domitis gentibus, iungendoqúe tractus ad id bellum videri poſſet,) Iungendo, id eſt, continuandis prouincijs, præbitis ipſi ſubinde cauſis nouorum bellorum: abſolutè accipiendo hoc gerundium, ſicut interdum Græci τὸ ζἄγνοδαι

Carthaginem nouam,) Quam condidit Aſdrubal, gener Amilcaris. Defenſa,) Ellipſis verbi ſubſtantiui, familiarior Liuio quàm Ciceroni. Annibal prælio abſtinuit,) Stratagema Annibalis aduerſus Carpetanos, ad Tagum fluuium. Cum prima quies ſilentiumq́ ab hoſtibus fuit,) Cùm hoſtes primùm poſuiſſent caſtra, aut conſediſſent. Valloq́ ita producto,) Vallo ita remoto à flumine, vt caſtra ab illa parte fluminis, vbi vadum erat, tantum diſtarent, vt hoſtes vado tranſire poſſent. Eques corpore armisq́ liber,) Liber, id eſt, extans ſupra aquam. Vel per medios gurgites,) Vel per profundiora loca fluminis.

Vorticoſo amni,) Rapido amni. Cæterùm iam belli cauſa certamina cum finitimis ſerebantur, maximè Turdetanis,) Strabo lib. 3. ſcribit, eam regionem, quæ à Bæti flumine, Bætica nominatur, ab indigenis Turdetaniam vocari, ipſos verò indigenas Turdetanos & Turdos appellari: eosqúe à quibuſdam pro iiſdem, à quibuſdam pro diuerſis haberi, vt à Polybio, qui Turdetanis Turdulos finitimos ad ſeptentrionem eſſe dicat. Sua autem ætate nulla inter eos apparuiſſe confinia. Iſtos verò agrum toto orbe terrarum excellentiſsimum habere, & inter Hiſpaniæ populos ſapientia excellere, & literarum ſtudijs vti. nominatq́ Aſclepiadem Myrleanum, qui apud eos literarij ludi magiſter fuerit. Illa regio nunc regnum Granatæ, & Bætis fluuius Hiſpanicè Guadalquebir nuncupatur.

Cùm finitimis,) Saguntinorum. Annibal incitauit aduerſus Saguntinos vicinos eorum Turdetanos, qui iam ipſi parebant, vt defendendis illis nanciſceretur cauſam belli. Turdetanos autem Annibali iam tum paruiſſe, probant & hæc verba Liuij: Iam omnia trans Iberum præter Saguntinos, Carthaginienſium erant. Et illa: Poſtulabatur autem, vt redderent res Turdetanis. Inde patet, Annibalem Turdetanos cum Saguntinis commiſiſſe, ſeuiſſe inter illos lites, & certamina belli cauſa. Nec certamen iuris,) Vt Turdetani iure cum Saguntinis diſceptarent. P. Cornelius Scipio,) Pater Africani maioris. De Republica retuliſſent,) De Republica deliberationem in ſenatu propoſuiſſent, conſuluiſſent ſenatum. Sociorum populi Rom.) Saguntinorũ. Alij prouincias conſulibus Hiſpaniam atque Africam decernentes, terra mariq́ rem gerendam cenſebant,) Vt bellum non in Hiſpania ſolum contra Annibalẽ, ſed etiam in Africa aduerſus ipſos Carthaginienſes gereretur.

Alij totum in Hiſpaniam Annibalemqúe intendebant bellum,) Intendebant, id eſt dirigebant, deſtinabant: accommodando hoc verbum ſine tranſlatione, tantum ad vim præpoſitionis. vt apud Ciceronem pro Milone: Iſta omnia in hunc vnum inſtituta, parata, intenta ſunt. Expectandosqúe ex Hiſpania legatos,) Non eſſe mouendum bellum, antea quàm P. Valerius Flaccus, & Q. Bebius Pamphilus legati, qui nunc ad Annibalem, atque inde Carthaginem mittentur, ex Hiſpania domum rediiſſent. Dum ea Romani,) Oppugnatio Sagunti. Saguntus, autore Strabone, ſita fuit in latere orientali Hiſpaniæ, inter Sucronem & Iberum flumina.

A Zacyntho,) Inſula maris Ionij. Angulus muri,) Oppugnationis deſcriptio, inchoata à deſcriptione loci. Turris ingens imminebat,) Imminebat, id eſt, veluti minabatur periculum ſupernè, loco edito ſita, & præterea per ſe alta. Emunitus,) Permunitus. Significat enim è perſectionem hoc loco, & abſolutionem. Ideò illa interpretatio quorundam grammaticorum, Emunio, id eſt extra munio, non valet, quia autoritas Columellæ, quam ipſi allegant, repugnat. Dicit enim, Emunita ſola & latera horreorum prohibent curgulionem, id eſt, benè & diligenter munita. Nam ſola horreorum non muniuntur extra horrea. Micare,) Neutraliter pro vibrabantur: vt Virgilius, Linguis micat ore triſulcis. Quibus tumultuarijs certaminib.) Tumultuarijs, id eſt, ſubitarijs, quibus non concurrebatur iuſta acie, ſed qua cuiqúe proximum fuit. Vix accipientibus quibuſdam opera locis, vineæ ceptæ agi,) Opera interdum munitiones, interdum etiam machinas, vt hic, interdum vtrunque ſignificant. Machinas etiam ſignificant in Liuio, paulò infrà vbi dicit, Stationibus ad cuſtodiam vinearum aliorumq́ operum diſpoſitis. Et hoc loco coniunctim opera & munitiones nominat tanquam diuerſa. In oppugnatione Maſsiliæ in Cæſare, etiam opera interdum pro machinis ponuntur, vt cum de muſculo loquens, Hoc opus omne, inquit, tectum vineis ad ipſam turrim perficiunt. Idem multo clarius eodem loco paulò infrà oſtendit Cæſar his verbis: Portis ſe foràs erumpunt, ſecundo magnoq́ vento ignem operibus inferunt. Hunc ſic diſtulit ventus, vti vno tempore agger, plutei, teſtudo, turris, tormentaq́ flammam conciperent, & prius hæc omnia conſumerentur, quàm quemadmodum accidiſſet, animaduerti poſſet. Tormenta autem, quæ ille inter opera nominat, balliſtas, catapultas, & ſimilia complectuntur.

Falarica,) Deſcriptio teli. Nec Annibali in tanto diſcrimine rerum operæ eſſe legationes audire,) Operæ datiuo caſu, id eſt, nõ eſſe vſui: Græcè χρεία. non eſſe operam huius temporis.

Pars altera,) Factio Hannonis. Admiſsi auditiq́ non ſunt,) Ab Anniblale. Ea quoque vana atque irrita legatio fuit,) Carthaginem miſſa. Fœderis rupti,) Per Annibalem, oppugnandis contra fœdus Aſdrubalis, Saguntinis ſocijs Romanorum. Cum aſſenſu audientium,) Qui non erant ex ſenatu: alioqui iſta cum illis pugnarent, Aduerſo ſenatu. & quod infrà dicit, Adeò propè omnis ſenatus

natus Annibalis erat, infestiusq; locutum arguebant Hannonam, quàm Flaccum Valerinm legatum Romanum. Per deos fœdarum arbitros ac testes,) Oratio suasoria Hannonis, principio obliqua, postea directa, qua suadat bellum cum Saguntinis esse sedandum, resque restituendas, Annibalē in pœnam rupti fœderis Romanis dedendum. Loco exordij est reprehensio senatus, quam orditur ab obtestatione. Si ex bellis balla serendo, succinctus armia legionibusq; vinat,) Hellenismus. Græcè enim sic efferri posset: οἱ ἐκ πολέμων πολέμους καταβαλλόμενος, τοῖς ὅπλοις περιβεβλημένος, καὶ τὰ στρατόπεδα διαγάγοι: hoc est, τοῖς στρατιώταις δορυφορούμενος τοῖς ἡμετέροις. vel, τοῖς ὅπλοις ἐξεστομένος τοῖς ἡμετέροις καὶ τοῖς τάγμασι διατελεῖν. vel magis ad verbum, οἱ τοῖς δυνάμεσιν ἐπιπλεονεκτούμενος τοῖς ἡμετέροις. Cicero in Verrem: Non anim Charybdim tam infestam, nequa Scyllam nautia, quàm istum fuissa arbitror. Hoc atiam infestior ista, quòd pluribua se canibus succinxerat, ἐστὶ πλείους αὐτὰς περιβέβληται. vel, ἐστὶ πλείους ἐτύγχανεν ἐξωπλισμένος.

Velut materiam igni præbentes,) Breuis similitudo. Aluistis ergo hoc incendium quo nunc ardetis,) Allegoria. Saguntum vestri circumsedent exercitus,) Narratiuncula de iure fœderum, & de violatorum fœderum pœnia. Verum hostem,) Distributio. Lagatus ab socijs,) Argumentatur à iure gentium & societatis. Ab socijs,) A Romanis, cum quibus estis fœderati. Pro socijs,) Romanorum, Saguntinis. Ius gentium sustulit,) Quod iubet lagatos & tutò admittere, & audire. Vnde ne hostium quidam legati arcentur,) A castris Annibalis. Annibal admittit in castra legatoa hostium: Romanorum verò, qui socij & fœdarati sunt, lagatos non admisit.

Rea ex fœdere repetuntur,) Sunt enim excaptū Saguntini in fœdere cum Asdrubala facto, ne illos, etsi nobis cis Iberum sint siti, oppugnaremus, aut quouis pacto offendaremus. Publica fraus absit,) Romani culpam moti belli, nō publicè in populum Carthaginiensem vniuersum, sed in vnum Annibalam conferunt. Illius vnius deditione sibi satisfieri patiuntur. Argumentatur igitur Hanno ab æquitate Romanorum. Quo lenius agunt,) Argumentatur à periculo impendenita à Romanis, & à perseuerantia eorundem. Romani bella perseuerantia magis quàm impatu gerunt.

Aegatas insulas,) Argumantatur ab exemplis. Aegates insulæ è Sicilia in Africam varsæ sunt, non procul à Lilybæo, authoribus Plinio lib. 5. cap. 8. & Polyb. lib. 1. quorum ille Aethusam, hic Aegusam nominat. Erycemque,) De Eryce exponemus infrà eodem libro. Per quatuor & viginti annos,) Quos durauit primum Punicum bellum. Mars alter,) Metonomia, siua auxesis ironica. Carthagini nunc,) Subijcit rem pro re, atqua hoc ipso auguratur de euentu huius belli. Dedamus argo Annibalem,) Anthypophora, qua præmollit suam sententiam. Furiam facemq;,) Autorem, concitatorem. Auxeses sunt, id est, augmentationes. Ad piaculum rupti fœderis,) Ad expiandam violationem fœderis. Ego autem sic censeo,) Subijcit suam santantiam loco apilogi. Ex fœdere Romanis dedant,) Quod ius fœderis, quod Annibal violauit, noa facere iubet. Bellum ortum ab Saguntinis,) Cùm inferrent arma Turdetanis finitimis suis, socijs Carthaginiensium. Translatio est culpæ. Ita Annibal baberat excusationem iustæ defensionis.

Vetustissimæ Carthaginiansium societati,) Nam à Romanis illicò post Tarquinium Superbum regno pulsum, L. Iunio Bruto, M. Valerio Publicola consulibus, factum ast primum fœdus & societas & amicitia cum Carthaginiensibus. Illud postea aliquoties, additis quibusdam rebus, est renonatum. Quia fessum militem prælijs operibusq; habebat,) Operibusq;, faciendis, vt fodiendis fossis, extruendo aggere & vallo, faciendis castellis, turribus, vineis, pluteis, musculis, testudinibus. Prædam captæ vrbis edixit militum fore,) Edixit, id est, pronunciauit, palàm significauit. Inde,) Pro deinde, postea, vsitatissimum Liuio. Turris mobilis,) Aliàs ambulatoria vocatur, quia imposita rotis ad murum admouebatur. Vegetius lib. 4. cap. 17. da Re militari.

Omnia munimenta vrbis,) Non solum muros, sed atiam turres lapidaas. Catapultis,) Catapultis & tela & saxa proijciebantur. De saxis proijciendis sic inquit Cæsar libro secundo, de Bello ciuili Centones insuper iniecerunt, ne aut tela tormentis missa tabulationem perfringerent, aut saxa ex catapultis latericium discuterent. Catapulta, nostra ætate lingua Germanica, dici fortasse possat, ein Mörser.

Balistisq;,) Balista fuit duplex, maior & minor. De maiore ita dicit Cicero libro secundo Tusc. quæst. Balistæ lapidum, & reliqua tormenta telorum, eo grauiores habent ictus, quo sunt contenta & adducta vehementiùs. Balista igitur maior non mittebat tela, sed saxa, aut alias res maioris ponderis: & fuit interdum ea magnitudina, vt lapides cxx. pondo iacularetur. Huc alludit Sylliua Italicus libro primo:

Phocan effundit vastos balista molares.

Cæsar libro secundo, de Bello ciuili. Asseres pedum duodecim cuspidibus præfixi, atque hi maximis ballistis missi per quatuor ordines cratium in terram defigebantur. Minor ballista tela & hastas, vt phalaricas iaciebat. De hac ita loquitur Lucanus lib. 3.

Nec enim solis excussa lacertis
Lancea, sed densa ballistæ turbine rapta.

Scorpio est, quod Garmanicè, ein Armbrust, dicimua. Vt castellum in ipsa vrbe velut arcem imminentem haberent,) Castellum, id ast, receptaculum, receptum, profugium, perfugium, præsidium, refugium. Cicero in Pisonem: Cui templum illud fuit arx ciuium perditorum, receptaculū veterum Catilinæ militum, castellum forensis latrocinij. Cæsar de oppugnatione Massiliæ: Est animaduersum à legionarijs, ex crebris hostium eruptionibus, magno sibi esse præsidio posse, si pro castello ac receptaculo turrim ex latere sub muro fecissent, quam primò ad repentinos incursus humilem paruamq; fecerunt. Hinc si qua maior oppressarat vis, propugnabant. hinc ad repellendum & prosequendum hostem procurrebant. Hæc varba Cæsaris satis ostendunt, quid castellum hic in Liuio significet. Affectos animos,) Debilitatos, inclinatos ad desperationē, ægros.

Consternati,) Concitati ex perturbationa. Conquisitoribus,) Eorum qui militare sub Annibale debebant. Sic ciuis vester,) Oratio suasoria Alorci. Orditur ab occasiona, & causa aduentus sui. Quo nec orator Annibalis,) Ego naque ab Annibale ad vos missus sum, nequa veni animo apud vos manendi. Veni mea sponte ad vos, venia Annibalis, mea erga vos beneuolentia adductus, vt vobis consulerem.

Cùm verò ille,) Dilemma. Ego, ne ignoretis,) Docilitas & attentio. Pro vetusto hospitio.) Captatio banauolantiæ. Pacem affero,) Propositio. Vrbem vobis,) Narratiuncula de conditionibus pacis. Equidem haud despero,) Facit eis spem minuendæ acerbitatis. Sed hæc patienda censeo,) Conclusio à comparatione siue euitatione maiorum malorum. Ante ora vestra,) πάθος à loco. Argentum aurumq;,) Exemplum foris & miserandi interitus. Octauo mense,) Dubitatio de tempora captæ Sagunti, & initi itineris versus Italiam.

In Hyberna redijt,) Placantiam. Nam nequa hostem acriorem,) Ista quæ sequuntur, vsque ad illa verba Liuij, Nominatq; iam antea, &c. habēt vim & attantionis & docilitatis. Attentionis, quia magnitudinē & pericula futuri belli breuiter demonstrant. Docilitatis, quia paucis perstringunt summam belli imminentis. Amplificat præterea collatione. Dicit autem desidem atque imbellem rem Romanam fuisse huius belli initio, propterea quod non satis acrem hostem, illo spacio viginti trium annorum, quod inter primum & secundum bellum Punicum intercessit, habuarant.

Sardos Corsosq; & Istros atque Illyricos,) Cum his bellatum est post primum bellum Punicum, istaq; bella perstringuntur à Floro Epitomes lib. 20. Cum Gallis tumultuatum magis quàm belligeratum,) Verba deponentia quasi ab actiuis dascendantia vsurpat passiua voce impersonaliter, contra regulam Prisciani & aliorum grammaticorum, qua Impersonalia à verbis passiuis, communibus, deponentibus deriuari vetantur Significāt autem impersonalia passiuæ vocis actionem in prætarito, vt hic Liuius contra grammaticos defenditur Heterosi generum verbi, quam multis locis vsurpat. Ideò autem cum Gallis tumultuatum magis quàm belligeratum esse dicit, quod Galli medio tempore inter priora duo Punica bella, sæpa acrem impressionem in fines Romanorum fecerunt, sed tamen ad extremum non perseuerarunt. Scripsit alibi, primum Gallorum impetum fortiorem esse quàm virorum, postremum languidiorem quàm fœminarum. Trium & viginti annorum militia durissima,) Tot enim anni intar finem primi Punici belli, & initium secundi fuerunt. Hi anni ita sunt distribuendi, vt quatuor tumultui Africano, quam sedauit Amilcar, qui tamen in quintum annum productus ast, quia Liuius supra illi tumultui quinq; annos ascribit, deinda nouem Amilcaris, octo Asdrubalis, duo Annibalis imperio in Hispania tribuantur. Duos anim annos Annibal imperium exercitus tenuit in Hispania, antea quam contra Romanos cum copijs Ibarum transmitteret. Iste numerus summam 23. annorum conficit.

Dicendo igitur, hunc axercitum viginti tres annoa belligerando in Hispania exercitatum esse, significat Pœnos exercitum in Hispania babuisse etiam tempora tumultus Africani.

Geloces viginti deductæ,) Deductæ, de terra in aquam, Contrarium est subducere. Cæsar lib. 5. de bello Gallico: Et longas duodetriginta inuenit, neque multum abesse ab eo quin paucis diebus deduci possent. Latum inde ad populum,) Lata est rogatio ad populum: Populus est rogatus, siue consultus. Cum suo iusto equitatu,) Cum trecenis equitibus. Gallia prouincia,) Cisalpina, quæ decreta erat Lucio Manlio prætori. Versa in Punicum bellū,) Inclinata ad iuuandos Pœnos. Vana Romani,) Disceptatiuncula de iure fœderum, status iuridicialis. Vana, id est, inanis, stolida, futilis. Quod C. Luctatius consul primò nobiscum fœdus icit,) Cum componeratur primum bellum Punicum in Sicilia.

Itaque aliud de integro fœdus icit,) In fœdere Luctatij, quod is componendo primo Punico bello cum Amilcare in Sicilia icit, hoc inter cætera expressum erat, vt Carthaginienses talenta argenti Euboica duo millia & ducenta, Romanis intra annos viginti penderent, vtque Sicilia excederent. Has conditiones pacis Romam missas populus non approbauit, verùm in Siciliam decemuiros cum potestate publica, qui illis de rebus statuerent, misit. Hi in Siciliam delati, hæc eatenus tantum mutarunt, vt tempus pendendi argenti coarctarant, totumque intra decannium exolui, ac mille talenta summæ addi, vtque Carthaginienses non solum Sicilia, sed etiam alijs omnibus insulis, quæ inter Siciliam & Italiam iacent, excedere iuberent. Hæc directa percunctatio,) Sententia Liuij de iure fœderum. Comparandum non erat,) Illa comparatio fœderum non valebat. Romani, quod C. Luctatius consul primò cum Amilcare fœdus icit, quia neque autoritate patrum, nec populi iussu ictum erat, negauarunt se eo teneri. Itaque aliud de integro fœdus publico consilio ictum est. Si Romanos non tenent sua fœdera, nisi vel autoritate patrum, vel populi iussu icta: ne Carthaginienses quidem Asdrubalis fœdus, quod illis iniussis icit, obligare potuit. Ratio quare hæc allegatio comparationis fœderum nihil habeat firmitatis, subiungitur à Liuio statim his verbis. Cum in Luctatij fœdere disertè additum esset, ita id ratum fore, si populus censuisset, in Asdrubalis fœdere nec exceptum tale quidquam fuerit, & tot annorum silentio, ita viuo eo comprobatum sit fœdus, vt ne mortuo quidem autore, quidquam mutaretur, &c.

Priore fœdere,) Luctatij. Ad cupidinem nouæ fortunæ erexerunt,) Nouæ fortunæ, id est moliendi res nouas. In concilio,) In cœtu deliberantium, in senatu. Cōcilium aliàs idem est quod ἐκκλησία Græcis, vt apud Ciceronem de Inuentione. Hunc pater suus concilium plebis habentem de templo deduxit. Aliàs senatum alicuius gentis, ciuitatis aut prouinciæ significat, vt infrà libro 36. Diophanem concilium Achæorum extemplò sibi præbere iussit. Hoc enim tale est, ac si diceret, senatum sibi dari: hoc est senatum sui audiendi causa conuocari iussit.

Aut finiendam vobis militiam,) Quod vobis ingratum esset, propterea quòd bellicosi estis, & amantes belli. Figura est diuisio, cuius cùm hic duo sint membra, alteri præfert alterum, argumento sibi vtili & glorioso. Ita enim hæ gentes,) Si transferatur bellum in alias terras. Hæ gentes,) Hispanæ. Cùm longinqua ab domo instet militia,) Agitanda in Italiam. Longius in futurum prouidentibus desiderium,) Quanto longius & diutius à suis abfuturi, tanto magis desideraturi eos erant. Ad edictum,) Sicut præceperat eis Annibal, cùm commeatum inuisendi suos daret. Gades profectus,) Cum exercitu. Pro eo,) Præsidio, quo Africam firmaturus erat. Peditas cetratos,) Cetra scutum loris contextum rombi figura fuit, quo præter Hispanos & Afros, etiam Persæ & Galli plerunque sunt vsi. Ad sollicitandos,) Ad tentandos. Qua parte belli vicerat,) Romani primo bello Punico, sicut suprà diximus, prælio maritimo ad Aegates insulas cum Carthaginiensibus debellauerunt. Amilcar tamen copias terrestras, quibus ipse præfuit, facta pace saluas & inuictas ex Sicilia deduxit.

Ibi fama est,) Visum mirificum Annibalis somniantis, descriptum per hypotyposin. Sineretque fata in occulto esse,) Fata, id est voluntatem deorum. Ne scrutaretur aut inquireret, quid sibi dij illo prodigio vellent. Quemadmodum differant fatum Physicum, Stoicum, Astrologicum, docent physici, philosophi. Longinquitate viæ,) Nam à Carthagine noua ad fines Italiæ nouem millium stadiorum iter est. Ea sunt ferè 230. milliaria Germanica, Annibal quia reuocare,) Astus Annibalis in dissimulanda defectione, & discessu Carpetanorum. Metu seruitutis ad arma consternati,) ἀποφῶντες ὑπὸ τοῦ φόβου δουλείας τὰ ὅπλα ἀνέλαβον.

Hospitem enim se Galliæ, non hostem aduenisse,) Hospitem, non hostem, παρονομασία. In Italiam interim,) Tumultus à Gallis cisalpinis aduentantis Annibalis fiducia factus. Agrum metantes,) Agrum metiendo, ponendisque metis disterminantes. L. Manlius prætor,) Quem suprà cum haud inualido præsidio in Galliam missum dixit. Effusum agmen,) Temerè properans, progredique contendens non ordine, sed sparsim. Accisas res,) Accisas, id est, afflictas. Constabat acceptum esse magnum detrimentum. Per patentia loco,) Patentia, id est aperta. Romani Cannetum vicum propinquum Pado contendere,) Liuius non addit hic præpositionem nomini vici. Huc pertinet disputatiuncula Ciceronis libro 7. Epistolarum ad Atticum, epist. 120. Vtrum Piræeo tanquam nomini loci præponēda sit præpositio, an verò vt nomini oppidi non sit præponenda. Verba eius hæc sunt: Venio ad Piræea, in quo magis reprehendendus sum, quod homo Romanus Piræea scripserim, non Piræeum (sic enim omnes nostri locuti sunt) quàm quod, In, addiderim. Non enim hoc vt oppido præposui, sed vt loco: & tamen Dionysius noster, qui est nobiscum, & Nicias Cous non rebatur oppidi esse Piræea. sed de eo videro. Nostrum quidem si est peccatum, in eo est quod nō vt de oppido locutus sum, sed vt de loco. secutusque sum, non dico Cæciliū, Mane vt ex portu in Piræeum (malus enim autor latinitatis est) sed Terentium, cuius fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur à C. Lælio scribi, Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræeum. Et idem: Mercator hæc addebat, captam è Sunio. Quod si oppida volumus esse, tam est oppidum Sunium, quàm Piræeus. Sed quoniam Grammaticus es, si hoc mihi ζήτημα persolueris, magna me molestia liberaris.

Tumultus repens,) Repens pro repentinus, Archaismus. Præter oram,) Legendo littus. Salyum,) Salyes siti sunt inter Argentium & Rhodanū flumina, secundum littus maris Gallici in prouincia Narbonensi. Eorum vrbs est Arelate. Pluribus enim diuisus,) Tribus ostijs. Trecentos interim,) Occasio paulò infrà sequentis prælij equestris. Volcarum,) In his sita est Auinio. Et eos ipsos,) Et eam partem Vulcarum, quæ citra flumen habitauerat. Cæteros accolas fluminis Annibal. Descriptio apparatus Annibalis, & modi & artificij traijciendi Rhodanū. Iamque omnibus,) Stratagema Annibalis, quali quoque vsus est Cæsar bello Gallico & ciuili.

Circumducere agmen,) Versus castra hostium secundo flumine. Educunt inde,) Inde, id est à castris Annibalis. Supra paruæ insulæ circumfusum amnē,) Supra amnem, id est ad amnē. Hellenismus, ὑπὲρ ποταμόν, id est suprà flumen, hoc est super ripam fluminis. Vtitur multis Hellenismis ideò, quia ea Polybio & alijs Græcis historiographis ista pleraque transtulit. Ratesque fabricatæ,) τὸ fabricatæ deriuat à fabrico, aut vsurpat in genere communi, passiua significatione. Sine vlla mola,) Sine grauioris armaturæ pondere. In vtres vestimentis coniectis,) In vtres inflatos. Cæsar libro 1. Belli ciuilis: Hispanis erat proclive tranare flumen, quod consuetudo eorum omnium est, vt sine vtribus ad exercitum non eant. Ipsi cetris superpositis incubantes,) Superpositis, id est super vtres positis: siue incubantes vtribus, superpositis tergo suo cetris. Galli postquam vim facere conati, vltrò pellebantur,) Vltrò, id est priores. Vt quanque eminentem altitudinem destituerat vadum,) Postquam pedibus non poterant contingere fluminis fundū, ferebantur impetu fluminis in alteram ripam. Parte superiore ripæ,) Contra decursum fluminis, aduerso flumine vel aqua. Ab actuarijs aliquot nauibus ad alterā ripam pertrahitur,) Hoc propriè est remulco trahere. Continenti velut ponte,) Cum minor ratis adhuc innexa esset maiori. In altum,) Super profunditatem, ac si loqueretur de mari. Dum elephanti traijciuntur. Prælium equestre, prima pugna huius belli. Hunc alæ equitum,) Hæc ala equites quingentos continet. Germanicè, ein fahn Reuter, dici posset. Alioqui alarij equites, & cohortes alariæ, ad differentiam equitū & cohortium legionariorum dicuntur.

Vt summæ rerum prosperum euentum,) Romanos ad extremum victores fore. Ancipitisque certaminis victoriam,) Hoc illud est quod suprà dixit, Adeò varia belli fortuna, ancepsque Mars fuit, vt propius periculo fuerint, qui vicēre. Nec Scipionis stare,) Dubitatio vtriusque ducis. Vtrum cœptū iō Italiam intenderet iter,) Intenderet iter, id est proficisceretur, contenderet ire sicut cœperat. Liuius intendere iter dicit, vt Curtius intendere fugā. Ipse Liuius mihi hanc formulam sermonis exponere videtur paulò pòst, cùm inquit: Postquam ipsi sentētia stetit, pergere ire, atque Italiam petere. Auertarat à præsenti certamine,) Occasio maturandi iter in Italiā. Libatis viribus,) Libatis, metaphora, pro imminutis. Variè militum versat animos,) Versat, id est tractat, afficit. Impellit eos ad pudorem, spem, audaciam. Sequitur oratio cohortatoria obliqua ad milites, ne metuant Alpes. Mirari se,) Propositio figurata inopinatò. Non putaram vos formidaturos esse Alpes.

Pectora

Pectora semper impauida,) Prædicatione personarum & rerum antea gestarum, castigationem lenit. Omnes gentesq; & terræ ex,) Periphrasis Hispaniæ. Duo diuersa maria,) Mediterraneum & Oceanus. Velut obnoxiam sibi dedi,) Quasi vos essetis serui, aut bestiæ. Nam apud Romanos cùm seruus aut animal brutum alicuius cuipiam nocuisset, liberum erat domino eius nomine damnato, vel litis æstimationem sufferre, vel hominem aut animal noxæ dedere, vt docent iurisconsulti sub titulo de noxalibus actionibus: & in titulo, Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Mouet itaq; his verbis odium ab indignitate. Cùm ab occasu solis ad exortus intenderent iter,) Intenderent iter, id est pergerent ire. Iberus fluuius versus ortum solis ab initio Italiæ, fermè mille millia passuum, hoc est, ad ducenta miliaria Germanica abest. Nunc postquam,) Facit illis animum & spem à magnitudine rerum prius gestarum, & à facili. Emensam,) Passiuè. Quarum alterum latus Italia sit,) Italia, id est illa pars Italiæ, quæ tunc dicebatur Gallia Cisalpina, hodie Logobardia nuncupatur, cuius prima pars occasum versus ad radices alpium, nunc est regio Pedemontana.

Quid aliud alpes esse credentes,) Extenuatio periculi & difficultatis. Eos ipsos quos cernant legatos,) Argumentatur ab exemplis. Romam orbis terrarum caput,) A glorioso, & à spe præmiorum. Cepisse quondam,) Accendit animos militum æmulatione Gallorum. Ea quæ adiri,) Alpes, & ipsam vrbem Romam. Proinde,) Conclusione dilemmatica accendit Gallorũ æmulatione Pœnos. Campum interiacentem Tyberi ac mœnibus Romanis,) Campum Martium. Postero die,) Iter Annibalis ex Volscis versus alpes, & acta in itinere. Romanum,) Synecdoche. Intelligit enim ex vno plures. Agri aliquantulum amplexi,) In cuius agri extremo ad confluentem situm est Lugdunum, conditum à L. Planco, Ciceronis discipulo. Huic campo eo nomen insulæ inditum scribit Polybius libro 3. quod ibi Arar Rhodanusq; diuersis ex Alpibus decurrentes, agri aliquantulum amplexi cõfluant in vnum, faciantq; insulam & figura & magnitudine similem, ei quæ in Aegypto Delta appellatur: nisi quod illic mare, cum quo duo amnes cõiunguntur, hic verò difficiles atque asperi montes vnum insulæ latus efficiunt atq; claudunt. Hoc nos cùm per Lugdunum ex Gallia in Italiam proficisceremur, ita esse vidimus.

Pellebatur,) Nam vtraque pars positis castris in armis erat, atque exercitum habebat. In Tricastinos,) Tricastini, Vocontij, Tricorij, populi sunt Galliæ Narbonensis. Is & ipse Alpinus amnis,) Descriptio fluminis Druentiæ.

Saxa glareosa,) Glareosa, id est habentia arenosam siue calculosam, limosamq; terram adhærentem. Eo qui circa Padum erat exercitu,) Sub L. Manlio & C. Attilio prætoribus. Tum, quanquam fama,) Primus accessus ad Alpes. Sequitur igitur itineris per Alpes facti, & oblatorum in illis periculorũ descriptio. Percepta res,) Sublimitas Alpium. Niuesq; cœlo propè immistæ,) Hyperbole modesta, conueniens grandiloquentiæ talis scriptoris, res tantas scribentis. Est enim vna ex legibus historiæ, historicũ debere in narrandis rebus grandibus aliquid de Poetica grandiloquentia assumere, modò caueat, ne in poeticum furorem prolabatur. Tecta informia imposita rupibus.) Harum domorũ in eisdem locis nos anno 1540. vidimus quasdam omninò carere fenestris, sed recipere lumen apertis foribus, ob hoc ipsum maioribus factis. Pecora iumentaq; torrida frigore,) Torrida, id est macilenta, Germanicè dürr, quasi adusta, & excocta frigore, & propter hoc ipsum horrida. Tribuit enim etiam vim adurendi Vergilius frigori in Georgicis:

Ne tenues pluuiæ, rapidiue potentia solis
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Item Tacitus libro 13. Ambusti multorum artus vi frigoris.

Erigentibus,) Prima difficultas in alpibus. Ex aperto.) Ἐκ τοῦ φανεροῦ, id est manifestò, palàm, interdiu. Simulando aliud quàm quod parabatur,) Quasi non esset noctu transiturus illàc, vbi consederant montani. Laxatasqúe sensit custodias,) Laxatas custodias, id est rariores custodias, remissas custodias. Pluribus ignibus,) In castris. Iam montani signo dato,) Prima conflictatio cum Gallis Alpinis. Montani,) Qui erant ex gente Allobrogum. Ex castellis,) Vicus, castellum, oppidum, vrbs, ita differunt. Vicus caret muro. Castellum habet murum, sed minus oppido est, sicut oppidum vrbe. Hoc ergo loco castellum idē est quod oppidulũ. Aliàs quasi pro parua arce, quam Germanicè, ein Blockhauß, oder ein Erdthauß, nominamus, accipitur. vt apud Cæs. Bellis ciuilis lib 3. Ex castello in castellũ perducta munitione circumuallare Pompeium instituit. Ad stationem solitam,) Ad habendas custodias in tumulis. Arce occupata sua,) Tumulis quibus ipsi pro arce erant vsi. Arx pro monte aut tumulo, auxesis est, vel catachresis: sed pro quouis munimēto, aut præsidio, metonymia est. Animis immobiles,) Fecit eos quasi attonitos. Misceri,) Perturbari,) Cõsternatis,) Perterritis. Tendenti,) Cõtendenti, enitenti, elaboranti. Infestum agmen faciebant,) Perturbabant. Diruptæq;,) Præruptæq;. Ne exutum impedimentis exercitum,) Inter impedimenta numerabantur tormenta, commeatus, vestes, iumenta, vasa culinaria, & hauriendo potui idonea, mancipia, lixæ, calones, præda, & in summa vniuersum instrumentum bellicum.

Peruentum inde,) Secunda conflictatio. Iugo insuper imminenti,) Insuper, id est desuper. Firmata extrema agmina,) Robore peditum. In angustias,) In angustam vallem. Erupto,) Perrupto. In iugum alpium,) In summas alpes. Statiua,) Castra immota, vno in loco manentia. Fessis tædio,) Difficultas ex niue. Occidente iam sidere vergiliarum,) Occasu cosmico, circiter Idus Octobris. Quid differant occasus cosmicus, acronycus, heliacus, discendũ est ab astronomis & poetis. Mœniaq; eos tum,) Oratiuncula exhortatoria & consolatoria. Arcem & caput Italiæ,) Romam. Procedere inde,) Alia difficultas ex asperitate & præcipitio, & angustia & lubricitate & obstructione viæ. Quàm in ascensu fuerat,) Alpium, hoc est priusquam in iugum alpium perueniretur. Afflicti,) Prostrati. Huius verbi vis optimè ex illo loco Cæsaris lib. 6. de bello Gallico intelligetur, vbi scribit, in Hercinia sylua esse Alces, quæ crura sine nodis articulisq; habeant, easqúe neque quietis causa procumbere: neq; si quo afflictæ casu conciderunt, erigere sese, aut subleuare posse. Occiderent,) Procumberent, conciderent, prolaberentur, corruerent.

Tentabundus,) Explorans vbi pedes vel genua figere, aut adminiculum aliquod manu prehensare posset. In pedum mille admodum altitudinem,) Præcipitium illud deorsum patebat ad mille pedes. Admodum,) Fermè, Græcè σχεδὸν, qua Polybius voce in eadem sententia exprimenda, eademq; re describenda vtitur: vnde Liuius huius itineris descriptionem magna ex parte sumpsisse videtur. Per nudam infrà glaciem,) Infrà, id est sub noua niue. Labem,) Humorem lutosum & lubricum. Liquescentis niuis,) Nouæ. In prono,) Loco decliui. Ipsis adminiculis,) Quæ erant manus & pedes. Dicit enim, Seu manibus in assurgendo, seu genu se adiuuissent, ipsis adminiculis prolapsi, &c. Tabidaq; niue,) Tabidaq;, id est, & liquescente. Torridam incendio rupem,) Torridam, id est arefactam. Molliuntq; anfractibus modicis cliuos,) Demunt cliuis asperitatem itineris, faciendo anfractus, siue ambitus circũ cliuos. Mollis cliuus etiam apud Vergilium pro non prærupto, aut præcipite, sed leniter accliui aut decliui sumitur.

Anfractibus,) Flexibus viæ. Locis mollioribus,) Minus asperis & montosis. Quintodecimo die,) Ex quo eas primùm erant ingressi. Quantæ copiæ,) Quantæ copiæ Annibali fuerint transgresso primùm in Italiam. Affluxisse,) Gallos & Ligures ad Annibalem post superatas alpes, non adductos per alpes. In Taurinis,) In quibus sita est vrbs Taurinum, etiam hodierno die florens, caput regionis Pedemontanæ, Allobrogũ, hoc est Sabaudiensium Tetrarchæ sedes, regia, ac domicilium. Eam vrbem superioribus annis pulso Carolo Allobrogum duce, occupatam Franciscus Gallorum rex summa vi communiuit, vt eam velut arcem Mediolano vicino imminentem haberet. Eo magis miror ambigi,) Annibal cùm de alpibus statim descenderit in Taurinos, non est dubium, quin per Graias alpes transcenderit, propterea quòd ille transitus maximè vicinus est Taurinis. Graiæ alpes ideò sic dictæ sunt, quod Hercules, & ipse Græcus, & cum comitib. Græcis, ex Hispania abactis Gerionis bobus illàc trãsierit. Per Graias alpes Annibalem iuisse, etiam argumento sunt infrà P. Scipionis verba hæc, Vtrum Annibal hic sit æmulus itinerum Herculis, vt ipse fert, &c.

Cremonis,) Glareanus, in vetustioribus codicibus Centronis iugum legi scribit. Centronum hodie caput est Tarentasia, inter alpes Graias, lacum Lemanũ & Geneuam sita, in ditione Sabaudiensi. Ad Libuos Gallos,) In quibus sitæ sunt Vercellæ. Vtiq; cùm quæ ad Penninum ferant, obsepta gentibus semigermanis fuissent,) Tacitus adiuuat sententiam Liuij. Nam ille per Pennina iuga ex Italia in Germaniam iter esse narrat.

Veragri,) Hinc patet vbi sint alpes Penninæ. Nam Veragri siti sunt inter montem diui Bernardi & Brigam. Per Veragros Rhodanus labitur. Eorum vicus fuit Octodurus, qui nunc diuus Mauricius nominatur, in diocœsi Sedunensi. Per Veragros ad montes illos, quos Cæsar summas alpes vocat, ex Gallia in Italiam euntibus aditus est. Sunt igitur summæ alpes Cæsari, quæ Liuio Penninæ. Hoc verisimilius facit illud, quòd in summo vertice Veragros Penninum Deum colere scribit, significando illic summam esse alpium celsitudinem. Cæterùm per Centrones via alpina prolixioris ambitus est, quà currus ire possunt,

possunt, autore Strabone lib. 4. ex sententia Polybij: compendiosior verò per Penninum. Illud in summa ex hoc loco Liuij, & præterea Polybij & Strabonis autoritate constat, Annibalem illo itinere, quod fert in Taurinos, transmisisse alpes. Hoc autem iter est per alpes Graias, Regimundo Marliano autore, qui alpes Graias hodie montem diui Dionysij nūcupari existimat. Per diui Dionysij montem nunc vsitatissimum est Lugduno in Taurinos, & deinceps Romam iri, vulgoq; homines ex Gallia, Britannia, Hispania, Romam terrestri itinere proficiscentes, illo itinere eunt, ideoque nunc Italicè la strata Romana dicitur. Ista via equites Itali, quibus nos cum alijs quibusdam Germanis, illius itineris comites fuimus, nos quoque ex Gallia in Italiam reduxerunt. Sub hoc monte in Gallico latere, in vico Luneburgo, diui Dionysij statue in foro, sicut Ceruesti in Saxonia virginis effigies, columnæ imposita cernitur, & à Gallis colitur, indeq; monti cognomen inditum putatur.

Par opportunè,) Res gestæ inter Annibalem & P. Scipionem in Gallia cisalpina. Hunc locum orditur ab occasione. Contracta ante male,) concepta vicia corporum, contractos morbos in alpibus. Ocium etenim,) Antitheton elegans. Aetiologia autem sumpta est ex placitis medicorum, qui docent, omnem mutationem repentinam periculosam esse, quam rationem ipsa experientia comprobat. Ex labore,) Post laborem. Copia,) Rerum necessariarū, commeatus. Cultus,) Cultus humanus & ciuilis, consistit in eorum, quæ ad tegendum, ornandumque corpus pertinent, mundicia, elegancia, copia. Cultus non cōplectitur victum. Ea de causa Cicero plerunq; cultum, victumq; simul nominat, cum etiam victū intelligi vult. Ex illuuie tabeq;,) Post immunditiem & squalorem. Efferata,) Assuefacta vitæ, cultui, victui, victuiq; ferarum, & propterea horrida atq; deformia, ac veluti ferinam speciem præ se ferentia. A. Manlio Attilioq;,) Prætoribus. In nouis ignominijs,) Quas à Boijs acceperant ad Mutinam.

Ex statiuis,) In quibus post descensum de alpibus refecerat aliquot dierū quiete exercitū. Circumspectantes,) Operientes. Sicut vterq;,) Mutua admiratio ducum inter se. Iam imbutus vterq; quadā admiratione,) Diuturna admiratione adfectus. Si eum exercitum,) Oratio recta, cohortatoria, generis deliberatiui. Exorditur à causa, cur adhortandos duxerit milites, quia sit nouus dux apud nouum exercitum. Meis auspicijs,) Mea autoritate, meo imperio. Ego cùm cōsul illi exercitui præfectus sim, sunt mea auspicia, meum in illo summum imperium Cn. frater quia mihi ad illum exercitum datus est à senatu legatus, meo imperio, meisq; auspicijs rem illo exercitu gerit. Nouo Imperatori,) Attentio. Ne genus belli,) Narratiuncula. Cum ijs est vobis militea pugnandum, quos, &c. Capta belli præmia,) Primi Punici. Erit igitur,) Propositio: Sitis forti animo. Nec nunc illi,) Argumentum à facili. At enim pauci,) Extenuatio per hypotyposin egregiam & illustrem. Reliquias extremas,) Hyperbole. Committere,) Inchoare bellum, initium & primum impetum belli sustinere. Profligare,) Penè ad exitū adducere. Cicero in Epistolis: Profligato bello, ac penè sublato, renouatum bellum gerere conari. Non vereor,) A suo exemplo. Nec regressus ad naues erat,) Hic aut mendum est in contextu, aut Liuius oblitus est, se suprà ita dixisse de Scipione: Ad mare ad naues rediit, tutius, faciliusq; ita descendenti ab alpibus Annibali occursurus. aut ita intelligendum est, eum quidem rediisse ad naues, sed non nauigasse, classem fratri dedisse, ipsum cum parte exercitus Massilia Genuam terrestri itinere duxisse, inde Pisas nauibus vexisse. Experiri iuuat,) A prioribus victorijs. Ab Eryce,) Eryx mons est maritimus in latere Siciliæ propinquo Italiæ, inter Drepanum & Panormum, munitior tamen vtroq;, & vicinior Drepano, magnitudine longè superans Siciliæ montes, præter Aetnam. In huius iugo, vbi planicies est, situm fuit Veneris Erycinæ fanum, sine controuersia, opibus & autoritate, eius insulæ templorum maximè illustre. Infra iugum vrbs Erycina posita, longum & arduum vndique adscensum habebat. Hunc montem, oppidū, & templum L. Iunius primo Punico bello, amissa naufragio classe, cupiens acceptum detrimentum aliquo honesto facinore corrigere atq; emendare, proditione cepit: hisq; locis duo præsidia, vnū in vertice, alterum ad radices montis, qua aditus à Drepano erat, cùm collocasset, magna diligentia ambo loca seruauit, confisus ita vrbem se securè, & vniuersum montem in potestate habiturum. Amilcar tamen non multò post, quemuis Romani Erycem ita & vertice, & ad radices custodirent, vrbem Erycinam eadem arte recepit, quæ erat sita medio loco inter verticem, & eos qui castra ad radices habebant. Vnde accidit, vt Romani qui verticem tenebant, obsidionē duram, periculosamq; à Carthaginiensibus paterentur, contraq; illi vtrinq; & supernè & infernè magna vi à Romanis circumsederentur. vtq; commeatus ad illos, nisi difficulter per vnum locū, aditusq; vno à mari, supportari non posset. Sed vtriq; nihilominus omni obsidendi [illegible] & vi contra alteros vsi, omne genus inopiæ perpessi [illegible] tione oppugnandi aduersarios, cūmq; illis pugn[illegible] tentata, ad extremum, non vt Fabius Pictor lit[illegible] reliquit, fracti & debilitati inde discesserunt, [illegible] ignominiæ expertes, & viri inuicti, sacram coron[am] tanquam victores in templo Veneris posuerunt. V[illegible] enim se superiores extitisse putabant. Duos annos cum isto [illegible] co inter se decertassent, alio modo bellum ad exitum peruenit. Nam Carthaginienses, cùm commeatum [illegible] res necessarias suis ad Erycem subuehere, & Rom[illegible] milcare in classem cum robore militum tran[illegible] præesse iusso, vsu maris, sicut antea quoque fecera[illegible] nare decreuissent, maximam instruxerunt classem [illegible] propter onera imposita minus idonea ad dimic[a]ndū, duce Hannone priusquàm ad Erycem, Amilcaremq; peruenires, à C. Luctatio, sicut suprà quoque diximus, ad Aegates insulas est profligata, magnaque ex parte capta aut depressa. Quinquaginta enim Carthaginiensium naues illo prælio depressæ sunt, septuaginta cum ipsis viris captæ. Hac igitur clade accepta Carthaginienses, quia obtinentibus mare Romanis, Amilcaris exercitū ad Erycem nulla amplius ra iuuare poterāt, missis celeriter ad Amilcarem legatis, arbitrium summæ rerum ei permiserunt. Ille verò boni & sapientis imperatoris officio functus, quamdiu spes aliqua vincendi fuit, nullum periculum, aut discrimen pro patria adire recusauit, ac omnes victoriæ vias bellando industriè fortiterq; est persecutus, multasq; insignes victorias de hoste illo bello reportauit. Inclinatis autem ad deteriora rebus, vbi nullam aliam rationem seruandi eos, quibus præfuit, vidit, prudenter admodum & peritè præsenti fortunæ cessit, legatosq; de pace ad Luctatium misit. Eiusdem enim ducis munus esse arbitrabatur, videre & vincendi & cedendi tempus. Luctatius quia etiam res Romanas iam accisas bello & afflictas esse sciebat, libenter ei est assensus. His itaque conditionibus primum cum Pœnis gestum bellum, est compositum, vt Carthaginiensibus & Romanis amicitiæ esset, Carthaginiensesque vniuersa Sicilia, insulisque omnibus inter Siciliam ac Italiam iacentibus cederent, & ne bellarēt cum Hierone rege Syracusano. Syracusanorūmue socijs, vtque Romanis redderent omnes captiuos sine precio, & penderent præterea intra annos decem tria millia talentorum Euboicorum & ducenta, quæ summa duodecies centena octoginta millia coronatorum efficit. Talentum enim Euboicum quatuor millibus drachmarum, siue denariorum, hoc est, quadringentis coronatis, atque ita coronatis ducentis minus quàm talentum Atticum valuit.

Duodeuicenis denarijs æstimatos,) Hoc Liuius ex opinione Fabij Pictoris, veteris Historiographi, narrare videtur. Nam Polybius huius rei nullam mentionem fecit, & reprehendit Fabium negantē, eos illinc discessisse expertes omnis ignominiæ, & vt viros inuictos. Iste Fabius & Philinus Carthaginiensis, cum vterque suorum hominum res gestas eodem ferè tempore scriberet, contraria pleraque inter se de iisdem rebus memoriæ prodiderunt.

Itaq; vos ego,) Cōclusio ἀπὸ δικαίου. Licuit,) Prima ratio à iure, quia pro beneficijs sunt ingrati & perfidi. Impertitis,) Beneficijs. Atque vtinam,) A necessario. Vnusquisque sa,) Πάθος à periculo patriæ, coniugum & paruorum liberorum. Annibal rebus,) Singularia certamina captiuorum astu Annibalis ad incitandos ipsius milites instituta. Deiecta esset in id sors,) Deiecta esset in vrnam propter id sors. Exciderat,) Educta erat ex vrna, significans eum debere depugnare. Tripudijs,) Subsultatione lætitiam indicante. Inter spectantes,) Inter milites Annibalis. Si quem animum,) Exhortatio est, vt magno robore animorum & contentione & magna spe prælientur. Huius totius orationis est propositio. Si periculi magnitudinem cogitabitis, vicimus: id est periculi magnitudo, seu necessitas cogat vos, vt acrius dimicetis.

Neq; enim spectaculum,) Deinde attexitur argumentum à necessitate sumptum, quæ est illustrata proposita imagine, seu exemplo in monomachijs captiuorum, quæ incurrentia in oculos admonuerunt milites de similitudine periculi, & propter atrocitatem tale spectaculum vehementer mouet animos. In alienæ sortis,) Sortis, id est conditionis, fortunæ. Habentibus,) Nobis. Et eadem fortuna,) Argumentum à præmijs sumitur, quod amplificatur collationibus Siciliæ, Sardiniæ, Lusitaniæ, & cætera. Hic dignam mercedem emeritis stipendijs dabit,) Emeritis, id est cōfectis. Ordinarium tempus emeritorum stipendiorum apud Romanos fuerunt anni 20. quos qui militando expleuisset, iure deinceps cogi ad militandum non poterat, nisi magnum & repentinum periculum ac necessitas ingruisset. Illud tempus ordinarium interdum in 25. interdum in 30. aut 40. annorum spacium est mutatum

tum. Liuius infrà lib. 42. sub persona Sp. Ligustini: Viginti duo, inquit, stipendia annua in exercitu emerita habeo, & maior annis sum quinquaginta. Tacitus de seditione Germanicarum legionum aduersus Germanicum Cæsarem, historiæ Augustæ libro 1. ait, milites mota seditione conquestos esse, quòd tricena aut quadragena stipendia senes, & plerique truncato ex vulneribus corpore, et edentuli tolerarent, quodq; ne dimissis quidem finis esset militiæ, sed apud vexillum retenti, alio vocabulo eosdem labores perferrent. Eosq; illos per Germanicum a Tiberio imperatore impetrasse, vt missio daretur vicena stipendia meritis: exauctorarentur, qui sena dena fecissent, retinerenturque reliquum quadriennium sub vexillo, cæterorum immunes, nisi propulsandi hostis. Imperator Diocletianus & Maximianus AA. & CC. libro x. codicis, sub titulo, De his qui non impletis stipendijs sacramento soluti sunt: Veteranis, inquiunt, ita demum onerum & munerum personalium vacatio iure conceditur, si post vigesimum annum militiæ, quam in legione vel vexillatione militauerunt, honestam vel causariam missionem consequuti esse ostendantur. Vnde cum te in cohorte militasse commemoras, intelligis superuacuò vacationem tibi velle flagitare.

Aetas militaris apud Romanos à decimoseptimo ætatis anno, vsque ad quadragesimum sextum completum durauit, vt docet Gellius libro decimo, capite 28. Seruium Tullium tegem pueros esse existimasse, qui minores essent annis septendecim: atque inde ab anno decimoseptimo, quos idoneos iam esse Reipub. arbitraretur, milites scripsisse: eosque ad annum quadragesimum sextum iuniores, supraque eum annum seniores appellasse. Idem demonstrat Liuius infrà libro 43. hoc modo. Censores (flagrante bello Persei) ita in concione edixerunt, legem censui censendo dicturos esse, vt præter commune omnium ciuium iusiurandum hæc adiurarent, Tu minor annis sex & quadraginta es, tuque ex edictu C. Claudij Tib. Sempronij, censorum, ad delectum prodito, & quotiescunque delectus erit, quem hic censores magistratum habebunt, si miles factus non eris, in delectu prodibis. Hinc Augustus eo tempore exacto, equitibus equum publicum, quò meruissent, reddendi potestatem fecit. Interdum ętas militaris non finiebatur ante exactum quinquagesimũ ætatis annũ. Liuius infrà libro quadragesimo secundo: Publius Licinius consul senatusconsultum recitari iussit, primùm quòd bellum senatus Perseo iussisset: deinde quòd veteres centuriones quam plurimum ad id bellũ scribi censuisset, nec vlli qui non maior annis quinquaginta esset, vacationem militiæ esse.

Nec quàm magni nominis,) Argumentum à facili sumitur, & facilitas comparatione ducum & exercituum, multitudine & discrimine inferentium bella, & repellentium colligitur. Vos estis exercitus veteranus, peritus, vsu confirmatus, domitor Hispaniæ.

Romanus exercitus est agmen tyronum, quod vix semestre in castris fuit, cæsum à Gallis, ignotum suo duci, & eum ignorans. Ego sum dux à prima pueritia educatus in castris, sæpe pugnaui, sæpe vici, postea res magnas gessi, domui Hispaniam. Alpes quæ natura videntur insuperabiles, transij cum exercitu. Noui exercitum, & vicissim nota est mea virtus, vox, magnitudo animi exercitui. Contrà Scipio est dux recens, semestris, ignotus suis, nec noscens suos.

In prætorio,) In tabernaculo imperatoris. Desertore exercitus sui,) Cui debebat prǣesse in Hispania. Cui si quis demptis signis,) Extenuatio egregia est in hypotyposi. Quocunque circumtuli,) Amplificatio à gentium multitudine & generositate. Veteranum peditem,) Consentaneum est, vinci tyrones à veteranis, recentem ducem à veteri. Inferimus bellum,) Amplificatio ex audacia inferentium bellum. Audacior est qui infert. Hoc genus periodi historicũ vocatur, carens particula circumductiua: sicut etiã illud primo Cõmentario belli ciuilis in Cæsare: Dixerat aliquis leniorem sententiam, vt primo M. Marcellus ingressus in eam orationem, non oportere ante de Republica ad senatum referri, quàm delectus tota Italia habiti, & exercitus conscripti essent, quo præsidio, tutò & liberè senatus, quæ vellet decernere auderet: vt M. Calidius, qui censebat, vt Pompeius in suas prouincias proficisceretur, ne qua esset armorum causa, timere Cæsarem abreptis ab eo duabus legionibus, ne ad eius periculum reseruare, & retinere eas ad vrbem Pompeius videretur, vt M. Rufus, qui sententiam Calidij paucis ferè mutatis verbis sequebatur, ij omnes conuicio L. Lentuli consulis correpti exagitabantur.

Accendit prǣterea,) Argumentũ sumitur à iure, & indignitate. Prætextus iuris fingitur, quod Romani affectent monarchiam, & velint omnes gentes opprimere seruitute, & nimium sibi sumant, ferant leges, & metas imperij constituant suo arbitrio. Iustum est autẽ talibus resistere. Item nos habemus repetendæ Siciliæ & Sardiniæ. Et adfectus inseruntur. Viros fortes decet irasci superbiæ, & contumelias corporum propulsare: Romani depoposcerunt corpus Annibalis, & sumunt sibi imperia aduersus alienos sine modo. Fluminumq;,) Vt Iberi. Ne transieris Iberum,) Mimesis. Transcendet autem,) Epenodos. Nihil vsquam nobis,) Additur conclusio contionis repetitionem argumenti sumpti à necessitate. Necesse est fortiter præliari, vt vincamus. Nam receptus nulli erunt fugientibus in terra hostili. Receptum,) Perfugium. Si hoc benè fixum,) Clausula, & repetitio propositionis. Acrius,) Quàm necessitas. His adhortationibus,) Antecedentia, prælium factum ad Ticinum. Ne cuius suorum popularium,) Ne quem suorum popularium se beatiorem existimarent. Ne cùm vllius popularium suorum, qui huic bello nõ interfuisset, fortuna, suam fortunam cõmutatam esse vellent. Nam & lupus intrauerat castra,) De prodigijs luporum & apium, Alexander ab Alexandro lib. 5. cap 13. Procuratis,) Expiatis per certa sacrificia. Scipio iaculatores,) Instructio vtriusque aciei. Iaculatores,) Qui manu mittebant iacula breuiora pilis. In subsidijs,) Subsidia propriè sunt vltima acies, ad extremũ discrimen succenturiata. Ea ex triarijs & robore exercitus constabant.

Ad secundam aciem,) Quæ modico interuallo à prima distabat. Interdum tres aut quatuor acies fiebant. Perculit,) Perturbauit, perterrefecit.

Fuga tamen,) Consequentia prælium ad Ticinum. Vasa silentio colligere,) Mouit castra non conclamatis militari more vasis. Hoc ideò fecit, ne hostis sentiret castra moueri. Duab. verò de causis vasa cõclamabantur. primum cõmonefaciendorũ militum causa, vt itineri sarcinas aptarent, ne quid ignari, imprudentesq; præpropera festinatione in castris obliuiscerentur: deinde vt illa conclamatione ostenderent fiduciam hosti, significarentq; se non clàm ingredi iter metu hostium. Vasorum collectio, tentoriorumq; resolutio, Græcè ἀνασκευάζεσθαι καὶ ἀναζυγὴ, conclamatio vasorum τὸ τῆς ἀναζυγῆς σημεῖον dicitur.

Pontem,) Ratem, quæ erat pons, siue loco pontis. In secundam aquam,) Cum vna extremitas ratis per Romanos ab vlteriori ripa resoluta esset, defluebat illa deorsum versus cum decursu fluminis: & quia altera extremitas superiore parte fluminis adhuc citeriori ripæ alligata erat, tota ratis secundum citeriorẽ ripã porrecta, ad eam se adiunxit. Grauius peditum agmen,) Grauius impedimentis, quæ ferebant, & armatura. Insequenti nocte,) Factum Gallorum, exemplum perfidiæ, quod factũ Scipioni causam, Annibali occasionẽ mouendi ad Trebiam castra præbet. Tacito agmine,) Non conclamatis vasis. Ad Trebiam,) Trebiam Plinius ideò Placentinum cognominat, quod vt Strabo scribit, per Placentiam influat in Padum. Est enim Placentia in meridionali ripa Padi sita, ad confluentem horum duorum fluminum. Minus quàm ad Ticinum fefellit,) Fefellit, Hellenismus, id est ἐσφάλη, hoc est, errauit, deceptus aut frustratus est. Vtitur τῷ fallo Græco more neutraliter. Incipit autem dicere de rebus gestis ad Trebiam. Vulneris in via iactantis,) Iactantis neutraliter, pro eo quod iactabatur, per enallagen generum verbi: vt Vergilius dicens:

Candidior postquam tondenti barba cadebat. Vsurpauit τῷ tondenti passiuè, pro mihi qui tondebar. Ibi cùm vim,) Aliud exemplũ perfidiæ. Nummis aureis quadringentis,) Aureus Romanus ab Augusto & Nerone percussus tantũ ferè valet, quantum Nobilis Rosatus ex Britannia. Pendunt enim Romani illi aurei, quos dixi, binos aureos Vngaricos. Sedentibus,) Habentibus statiua. Cum ad Trebiam,) De rebus circa Siciliam insulasq; Italiæ imminentes gestis, ante aduentum consulis Sempronij in Siciliam. Imminentes,) Vicinas. Tenuerunt,) Apprehenderunt. Circa prætorem,) οἱ περὶ τὸν ἄρχοντα. Qui suos ad curã custodiæ intenderent,) Intenderent, id est, acuerent, incitarẽt, cohortarentur, excitarẽt. Socij nauales,) i. nautæ & remiges. Socij nauales alij erãt quàm milites, quod cùm multa alia, tum paulò pòst probãt hæc verba Liuij. Vt socijs naualibus affatim instructam classem, ita inopẽ milite habebat. Et illud infrà Classicos milites, naualesq; socios, itẽ milites nautasq; discretè simul nominatos diuersos esse innuit. Socij nauales non pugnandi, sed operis nautici faciendi gratia in nauibus erant. Horum numero erant nauium magistri. Liuius infrà libro 43. Sociorum naualium neminem præter magistros in hospitia deduci æquum censeri. Simul itaq;,) Prælium nauale ad Lilybæum. Sublatis armamentis,) Antemnis & velis. Secundum hanc pugnam,) Res gestæ Sempronij consulis in Sicilia, & vicinis insulis. In prætoriam nauem,) Prætoria, nauis est illa qua nauigat Imperator, id est dux classis.

Oppidumq; cum insula, Melita insula oppidum habuit eiusdẽ nominis, coloniam Carthaginiensium. Hanc insulam iam tenent milites Rhodij, ordinis diui Ioannis,

eamq; Rhodo per Turcam eiecti, inuicem Turcæ ademerunt. Nunc multa nuncupatur. Sub corona venierunt,) Quemadmodum alia mancipia coronata, alia sub pileo, alia notatis creta pedibus venierint, item qui serui de lapide empti dicerentur, docet Alexander ab Alexandro libro 3. cap. 16. Libonensi agro,) Strabo lib. 6. scribit, Vibonem sitam in Brutijs à Locris cōditam, sed Brutijs ademptam per Romanos, transnominatam esse Vibonam Valentiam. Propterea autem quod ager finitimus portuosus est & floridus, crediderunt olim Proserpinam illuc venisse, ac legisse ibi flores. Indeq; mos mulieribus fuit, vt flores legerent, ac serta texerent, quòd festis diebus turpe esset coronas emptitias gestare.

Multis simul anxius,) Sempronius consul à senatu auxilium collegæ ferre iussus, exercitum Ariminum nauibus præmittit. Ipse cōstitutis rebus prouinciæ subsequitur, & ad Trebiam secum collega coniungit. Iam ambo consules,) Attentio à magnitudine apparatus atque periculi. Iam ambo consules, & quicquid Romanarū virium erat Annibali oppositum, aut illis copijs defendi posse Romanum imperium, aut spem nullam aliam esse, satis declarabat,) Hæc locutio ferè similis est illi infrà lib. 29. Libris Sibyllinis propter crebrius eo anno de cœlo lapidatum inspectis. Et magis illi suprà lib. 7. Diu non perlitatum tenuerat dictatorem, ne ante meridiem signum dare posset. Hellenism. διὰ τὸ μὴ καλλιερῆσαι.

Tamen consul alter,) Diuersa consulum consilia gerendi bellum. Recentis animi,) nondum experti offensionem belli. Terræ,) Gallorum. Laboranti,) Vtenti aduersa fortuna, in periculo & discrimine constitutæ. Ob recentem Boiorum perfidiam,) Qua legatos Romanos data fide ad colloquium Mutina euocatos, contra fidem & ius gentium comprehenderant. Defensos,) Esse. Ij sparsos,) Occasio siue causa, qua impellitur Sempronius ad decertandū omnibus copijs. Gaudio efferri,) Oratiuncula obliqua Sempronij, suum consilium probantis, improbantis consilium collegæ. Qua parte,) Narratiuncula. Sed non esse,) Propositio. Cum ægro senescendū,) Senescendum, id est habendum animum languidum, imbecillem, cunctabundum, segnem, quali vt plurimum præditi sunt senes. Quem tertium consulem,) A necessario. Non Siciliam,) Amplificat necessitatem comparatione. Quantum ingemiscant,) Πάθος à voluntate mortuorum maiorum, per fictionem & prosopopœiam, qua oratiunculam concludit. Stimulabat,) Aliæ causæ impellentes Sempronium ad pugnandum. Annibal,) Consilium Annibalis de pugnando. Percitum,) Vehemens, concitatum. Erat in medio,) Insidiæ ab Annibale ad Trebiā ante prælium positæ. Earum descriptionē inchoat à topographia. Centenos viros ex omni pedite atq; equite,) Centum pedites, & centum equites. Corpora curare,) Cibo & somno. Ita præconiū missum,) Vt corpora curarent: id est, præco circummissus est, qui hoc pronuntiaret. Præconium, τὸ κήρυγμα.

Ex turmis,) equitum. Manipulisq;,) Peditum. Annibal prima luce,) Stratagema Annibalis ad eliciendum hostem ad pugnam, pertrahendumq; ad locum insidiarum. Hæc mandata,) Prudentia Annibalis in præmuniendo suos aduersus famem & frigus: contraq; imprudentia Sempronij. Consilio,) Sempronij. Baleares,) Pugna ad Trebiam. Erant autem Baleares funditores. Exciperentur,) Inciderent in subitò resistentes. Circ[illegible]dedit peditibus,) Casu datiuo. Sociûm nominis Latini,) Qui vnà cum Romanis militabant, Latij quidem, sed non ferendi suffragij comitijs, neque magistratus Romæ capiendi ius habentes. De iure ciuitatis Romanæ, Quiritium, [illegible] Latij, Italiæ immunitatis, Alexander ab Alexa[illegible] 4 cap. 10. De iure Latij etiam Alciatus libro 2. cap. 21. Dispunctionum.

Cenomanorum,) In Cenomanorū agro sitæ sunt Cremona & Brixia: autore Plinio lib. 3. cap. 19. Ptolemæus in eorundem agro etiam Bergomum, Veronam, Mantuam, Butrium ponit. De ijsdem Sabellicus in Enneadibus, vbi describit Italiam. Leues armaturæ,) Baleares. Equitatus Romanus,) Qui etiam in cornibus circundatus erat pediti. Sese tulerant,) Vi processerant, sese intruserant. Præterlata acies,) Quando cōtendebat ad locum pugnæ. Verutis,) Germanicè Drenecker. Consternatos,) Metu compulsos. Gallos auxiliares,) Cenomanos. In vrbem vtrinque,) Cùm vrgerentur & à fronte & à tergo, iaculantibus insuper in latera Balearibus, facto orbe aliquantisper restiterunt.

Romanus tantus,) Terror ex hac clade Romam perlatus. Ita territis,) Nouorum consulum designatio. Cæterùm ne,) Hybernæ expeditiones Annibalis Impeditiora,) Loca vagantibus per illa Celuberis, &c. Emporium,) Oppidum, in quo erat cōstitutum forum rerū venalium, quò comportabantur res venales. Castelli,) Oppiduli. Defensum egregiè præsidium est,) Præsidium hoc loco idem est quod Græcè φρούριον, id est, pro[illegible] munitus: & ἔρυμα, hoc est, castellum, munitio. Minus Latinè loquentes, fortalicium appellant, teutonicè ein Feste. Propugnaculum hac significatione vsurpat Tacitus, de Cremona loquens, libro 19. Historiæ Augustæ: Condita erat T. Sempronio & P. Cornelio consulibus, ingruente in Italiam Annibale, pro pugnaculum aduersus Gallos trans Padum agentes, & si qua alia vis per alpes rueret.

Et ad prima,) Annibal conscenso Apennino, tempestate prohibetur in Hetruriam transire. Transeuntem Apenninum,) Descriptio tempestatis. Contra enitentes,) Enitentes contra ventū. Vortice intorti affligebantur,) Vortice, id est, vento, qui Græcè Typhon ab accendendo nominatur. Vehementi enim impulsione interdum accenditur, more ardentis rotæ in gyrum agitatæ. Is arbores & nauigia aliquando comprehensa frangit. Quare nō est mirum, cum milites Annibalis intortos afflixisse. Vocatur vortex, siue quod veluti flatus circulū, vertiginemq́ue faciat, & locum ex loco mutet rapida vertigine. siue quia specu profundiore nubis non dissipatæ, exitu verò angusto & meatu tortuoso exeat. Plinius eundem etiam vibratum ecnephiam propterea appellat, lib. 2. cap 48.

Intorti,) Rotati, circumacti. Affligebantur,) Prosternebantur. Reciprocare animam,) Attrahere animam,) & reddere. Anima pro spiritu siue anhelitu Latinissimè dicitur. Propterea Cicero immortalitatem animorum, non animarum dicit. Fragores,) Rupturas, collisionesq; nubium. Tandem effuso imbre, cum eo magis accensa vis venti esset,) Regula Physiologorū est, quæ extat apud Plinium lib. 2. cap. 27. Imbribus ventos sopiri. Sed Liuij dictum facilè apparebit verum esse, si considerentur diuersæ qualitates ventorum. Alij enim humidiores sunt, sicciores alij, alij frigidiores. Liuius igitur de vento per se supra modum sicco rectè loquitur. Nam siccitatem & caliditatem huius venti illud arguit, quod Plinius asserit huius venti vim compesci remedio aceti in aduenientem effusi, cui aceto frigidissima natura est. Imber autē hunc ventum quodammodò fouet atque alit, & turbidiorem reddit, atq; ita eius vim auget, & vt Liuius dicit, accendit.

Aqua leuata vento,) Leuata vortice, siue stridente Typhone. De huius venti natura hoc addit Plinius: Idem illisu ipso repercussus, correpta secum in cœlū refert, sorbetq; in excelsum. Ad alienam opem,) Ad ignem ab alijs factum. Tendere,) Contendere. Postero die,) Prælium Annibalis & Sempronij ad Placentiam. Dextera læuaq;,) Dextra & sinistra porta principali, quæ nominantur infrà libro 34. Præter has solebant castra Romana etiam portam prætoriam & decumanam habere, & præterea portam extraordinariam. Liuius infrà libro 40. Erumpere extraordinaria porta iussit. Item quæstoriam Liuius infrà lib. 40. Legatus cum dextera ala ad quæstoriam portam positus. Ad hæc etiam quintanam. Liuius infrà libro 41. Prætorio deiecto, direptisq; quæ ibi fuerunt, ad quæstorium, forum, quintanamq; hostes peruenerunt.

Secundum eam pugnam,) Acta in Liguribus ab Annibale. Dum hæc,) Cn. Scipionis res gestæ in Hispania cis Iberum aduersus Hannonem. Regionis eius,) Hispaniæ cis Iberum. Cum aliquot præsidijs,) Quæ disposita fuere locis iuxta aut circū castra sitis. Dicit enim, præsidium castrorum expugnatis castris, & ipsum ducem cum aliquot præsidijs captum esse. Præsidijs, id est φυλακαῖς, hoc est, custodijs, præsidijs statiuis. Liuius infrà lib. 44. Flumen erat haud magnum propius hostium castris, ex quo & Macedones & Romani aquabantur, præsidijs ex vtraq; ripa positis, vt id facere tutò possent. Duę cohortes à parte Romanorum erant, Marrucina & Peligna: duæ turmæ Samnitium equitum, quibus præerat M. Sergius Sylus legatus. & aliud pro castris statiuum erat præsidium, sub C. Cluuio legato: tres cohortes, Firmana, Vestina, Cremonensis: duæ turmæ equitum, Placentina & Esernina. De talibus præsidijs Liuius hoc loco loquitur.

Priusquam certa,) Eiusdem res in eadem prouincia aduersus As[illegible]ubalē gestæ. Fama accideret,) Percrebuisset. In paucos præfectos,) Classis, quod ita negligenter atque securè, milites sociosq; nauales vagari per agros, atq; opprimi ab Asdrubale siuissent.

Viginti argenti talentis pacti deduntur,) Vnum talentum argenti valebat sexcentis aureis Italicis, hoc est scutatis vel coronatis. Hæc ergo summa facit duodecim millia aureorum Italicorum. Talentum auri valebat decem talentis argenti, quod ostendunt illa verba Liuij infrà libro trigesimo octauo. Pro argento si aurum dare mallent (Aetoli) darent conuenit, dum pro argenteis decem aureus vnus valeret. Quantum valuerit talentum, etiam illo eodem libro trigesimo octauo exponit, inquiens, Argenti probi duodecim millia Attica talenta dato (Antiochus) intra duodecim annos pensionibus æquis. Talentum ne minus pondo octoginta Romanis ponderibus pendat.

Romæ

Romæ autem,) Romæ & circa Romam prodigia facta, eorundemque procuratio. Lanuuij,) Vrbe Latij. Hastam se commouisse,) Hastam Iunonis, Sospitæ, quæ dea ibi colebatur. Cæterùm Prisci Romani singulis deorum simulachris hastas dabant, fortasse propterea quod primis atque antiquissimis temporibus superstitiosa antiquitas hastas coluerat, aut ligna deliberata corticibus pro dijs venerata fuerat. Quid enim alioqui Iunoni deæ non bellatrici, cum hasta negocij fuisset? Puluinario,) Puluinarium hoc loco significat, apparatam lecticam cum puluinari Iunoni deæ, in qua iuxta aram sublimis eminebat, locatis ad caput fasciculis, ex verbena, qui struppi vocabantur. Illud notum est vel mediocriter doctis, puluinaria, aut lecticas diuorum, aut tabulata cum puluino, in quibus statuæ deorum stabant, vt eminentiores viderentur: aut lectulos, qui in templis in honorem deorum sterni solebant: aut puluinos, in quibus simulachra deorum collocata recumbebant, fuisse. Liuius infrà libro proximo: Curatum lectisternium, & per triduum habitum, decemuiris sacrorum curantibus, & puluinaria in conspectu fuere, Ioui & Iunoni vnum, alterum Neptuno & Mineruæ, tertium Marti ac Veneri, quartum Apollini ac Dianæ, quintum Vulcano ac Vestæ, sextum Mercurio & Cereri. Aliàs puluinaria etiam delubra significant.

Amiternino,) Aquilano. Amiternum in Vestinis situm, hodie Aquila vocatur, vnde crocum præstantissimum ab Aquila cognominatum ad nos deferri videmus. In Piceno,) In Marchia Anconitana, vt nunc appellatur. Cœre sortes extenuatas,) Sortes, id est schedulas, aut alias res in quibus scripta erant deæ Fortunæ oracula. Loquitur autem hic de sortibus Cæretanis. Prænestinæ verò sortes ex robore fuerunt, insculptis priscarum literarum notis. Sortes Fortunæ monitu, pueri manu miscebantur atque educebantur. Cicero libro secundo de Diuinatione: Hoc quidem genus diuinationis, inquit, vita iam communis explosit. Idemque paulò infrà, sortes sua ætate planè refrixisse scribit. Libros,) Sibyllæ, de quibus Dionysius Halicarnasseus. Decemuiri,) Sibyllini.

Nouendiale sacrum,) Hoc sacrum vel prętor vrbanus, vel pontifex maximus ex senatusconsulto edicebat, idque vel cœlesti voce in Albano missa, vel aruspicum monitu. Vrbs lustrata est,) Vrbs per Censores lustrari sue, oue, & tauro, aut verre, tauro & ariete, quæ Suouetaurilia vocantur, solebat. Lustranda vrbe censor in magna ordinum frequentia deos imperij præsides solenni precatione inuocabat, vt rem Romanam vel augerent, vel in eodem statu conseruarent, circumque vrbis pomœrium sereno cœlo pontifices, flamines, augures, quindecimuiri sacrorum, Salij, sequentibus patribus & omni plebe, Gabino ritu cum solenni precatione procedebant.

Hostiisque maioribus,) Maiores bidentibus, hoc est, bobus. De bidentibus Gellius lib. 16. cap. 6. Iunoni in Auentino,) Iunoni reginæ. Lectisternium Cære,) Lectisternium tale quiddam fuisse conijcere licet, quales erant stationes, quæ in nostris templis agi solebãt dei & diuorum honoris causa: nisi quod apud veteres Romanos ille deus, in cuius fano lectisternium fuit, in sponda ac lecto honorificè strato proponi consueuit. Liuius infrà lib. 40. In foris publicis, vbi lectisternium erat, deorum capita, quæ in lectis erant, auerterunt se, lanaque cum integumentis, quæ Ioui opposita fuit, decidit. Idem suprà lib. 5. Duumuiri sacris faciundis lectisternio tunc primùm in vrbe Romana facto, per dies octo, Apollinem Latonamque & Dianam, Herculem, Mercurium atque Neptunum, tribus quàm amplissimè tum apparari poterat, stratis lectis placauere.

In Algido,) Algidum, autore Strabone, oppidulum fuit in via Latina. Illa enim via vbi transiuit Tusculanũ montem, inter Tusculum oppidum, & montem Albanum descendit ad Algidum oppidulũ. Cæterùm mons huic oppidulo imminens, duodecim millia longè ab vrbe situs, & ager eidem oppidulo circumiectus, etiam Algidum: & sylua vicina oppidulo ad lacum Regillum, Algida nominatur: ad quem lacum Latini suprà lib. 2. ab A. Posthumio memorabili prælio victi sunt. Liuius hic de Algido monte & agro loquitur.

Iuuentæ,) In colle Capitolino. Ad ædem Herculis,) Templa Herculis Romæ varia fuerunt, vt Herculis custodis, Herculis victoris, Herculis Musarum. Ad hoc postremum templum spectant illa verba Ciceronis pro Archia Poeta: Iam verò ille, qui cum Aetolis Ennio comite bellauit Fuluius, non dubitauit Martis manubias Musis consecrare. Quare in qua vrbe imperatores propè armati Poetarum nomen, & Musarum delubra coluerunt, in ea non debent togati Iudices à Musarum honore, & à Poetarum salute abhorrere. Cõsulum designatorum,) Acta à C. Flaminio, initio secundi consulatus, inuito senatu.

Quæ postea consul, prius de consulatu qui abrogabatur, dein de triumpho habuerat,) C. Flaminius priori consulatu, anno quarto ante pugnam naualem Luctatij, pugnatam ad Aegates insulam, de Gallis cisalpinis triumphauit. Hic locus Liuij illustrari potest ex Plutarcho de vita Marcelli. Cùm Flaminius & Furius consules magnis copijs Insubres essent aggressi, conspectus est amnis qui per Picenum fluit, sanguine fluere. Compertum etiam est, tres lunas apparuisse Arimini. Augures verò qui consularibus comitijs augurium agebant, affirmauerunt, vitio & contra auspicia consules illos creatos esse. Quamobrem senatus confestim missis in castra literis, accersiuit ac renouauit consules, vt reuersi quàmprimùm se magistratu abdicarent, præcepitque ne quidquam vt consules prius contra hostes gererent. Has acceptas literas, Flaminius non antè aperuit, quàm prælio commisso fudisset barbaros, agrumque eorum vastasset. Reuertenti igitur cum multis spolijs, non iuit obuiam populus, propterea quòd vocatus non statim obtemperauerat, neque obsecutus fuerat literis, illasque per contumeliam vilipenderat, parumque abfuit, quin ei triũphus denegaretur. Cùm verò triumphasset priuatum eum fecit, coactum abire consulatu cum collega.

Amphorarum,) Amphora Germanicè ein Eimer/mensura ad centum viginti sextarios capiens. Alterumque inde consulatum,) Septimo anno post priorem cõsulatum, quem cum P. Furio Philo gesserat. Auspicijs ementiendis,) Obnunciandis falsis augurijs, atque ominibus, quibus iuberetur in vrbe manere. Auspicia non tantum sumebantur ex garritu, gestu, gustatu auium, sed etiam ex fulminibus & acuminibus, authore Cicerone de Diuinatione.

Latinarumque feriarum mora,) Feriæ Latinæ per consules nouos, vbi inter se comparassent, aut sortiti essent prouincias, indici atque celebrari consueuerunt. Agebantur autem diuersis temporibus diuerso numero dierum, sed nunquam pluribus diebus quàm decem. Illis ferijs sacrificium fiebat in monte Albano. Feriarum diuersa genera fuerunt, vt feriæ publicæ, priuatæ, præcidaneæ, vindemiales, æstiuæ, statiuæ, conceptiuæ, imperatiuæ, nundinæ. De quibus Gellius & Macrobius. Consularibus alijs impedimentis,) Vt interesset aut præesset comitijs prætorum, vt vota antequam exiret in prouinciam in Capitolio solenni more nuncuparet. Exprimit autem indignationem senatus sermocinatione aut prosopopœia.

Solennem votorum nuncupationem,) Solenne erat omnibus consulibus, priusquam in prouincias irent, vota in Capitolio suscipere, si Rempublicam prosperè atque feliciter gessissent, atque ita paludatos cum lictoribus in prouincias exire. Nuncupationem,) Sponsionem, promissioné. Vt Flaminius hæc omnia contemneret, in causa fuit illa fiducia quod bello Gallico etiam contra auspicia pugnauerat consul, & vicerat egregiè. Iouique Latiali,) Qui præsidebat Latio. Conuenerunt enim ad hoc sacrum quotannis omnes populi Latij, qui 67. numero fuisse perhibentur. Hoc sacrificium Iouis Latialis, Latiar nuncupabatur.

Solenne sacrum,) Solenne, id est anniuersarium. Lixæ modo,) Hyperbolica comparatio. Magis pro maiestate,) Ironia. Id à plerisque in omen magni terroris acceptum,) Nam si hostia cùm ad aras ducebatur, vehementius esset reluctata, ostendissetque se inuitam altaribus admoueri: aut si ab ara fugisset, vel percussa mugitum dedisset, aut in aliam corporis partem quàm oportebat cecidisset, piaculare sacrum & triste auspicium faciebat, quod quasi inuitis dijs offerretur. Solebat enim victima libera sisti ad aram, ita vt ibi nec teneretur, nec vincta esset, ne quid coactum aut inuitum dijs offerri videretur.

IOANNIS SAXONII HATTESTEDII, AD T. LIVII VIGESIMVM SECVNDVM LIBRVM COMMENTARIOLVS.



AM ver appetebat,) Orditur hunc librum à tempore. Nam vsitatissima ordiendi narrationes ratio à locis, temporibus, persnnis sumitur. Et nequicquam antè,) Causæ cur Annibal maturius mouerit ex hybernis. Per idem tempus,) Renouatur in Flaminium inuidia. Id à domo,) Quod Flaminio iustum imperium, quod auspicium esset magistratus, id eum solummodò à domo, publicis priuatisque penatibus, Latinis ferijs actis, sacrificio in monte perfecto, votis ritè in Capitolio nuncupatis, secum ferre dictitabant. Ergo à contrario sensu, neglectis illis rebus, iustum imperium auspiciumque consulatus non ferebat secum in prouinciam.

In externo ea solo,) Debent enim auspicia per consulem initio, antequam magistratum ineat, & ea vrbe exeat, in patria obseruari. Concipere,) Vota. Augebant metū,) Prodigia. Arpis,) Diuersi sunt Arpi Apuliæ, ab Arpino Latij, patria Ciceronis. Capetiæ,) Capena, autore Solino, sita fuit prope Albam. Herculis,) Cæretani. Signum Martis Appia via,) Extra portam Capenam. Martis templa, autore Seruio grammatico, duo fuerunt: vnum Quirini, intra vrbem prope portam, quasi custodis & tranquilli: alterum in Appia via extra vrbem, quasi bellatoris, & Gradiui. Porta Appia siue Capena, nunc diui Sebastiani porta nuncupatur.

His, sicut erant,) Procuratio prodigiorū. Partim maioribus hostijs, partim lactentibus,) Vel hinc liquet, maiores hostias ad bidentium, & præterea quarumlibet lactentium differentiam dici. Carminibus,) Sibyllinis. Feroniæ,) Deæ, quæ sub monte Soracte ad oppidum Feroniam lucū habebat, qui lucus Feroniæ dicebatur, in quo mirifico apparatu sacri, & singulari religione à finitimis populis colebatur. Nudis enim pedibus per cumulū candentium carbonum & magnum aceruum cineris transibant illæsi, qui ab illa dea agitabantur, cōueniebatque multitudo hominum, tum solennis cœtus, qui quotannis habebatur tum illius spectaculi gratia. Saturnalia,) Vt sit nomen πάγχοινον, τὰ Saturnalia. Dum consul,) Iter difficile Annibalis ex Gallia cisalpina in Hetruriam per Apenninum, & Arni fluminis paludes. Cùm aliud longius, cæterùm commodius ostenderetur iter,) Per Ariminū & Vmbriā, quo itinere humiliores sunt montes. Cogere,) Claudere, compellere in vnum. Cohibentem,) Cōpellentem in vnum, propellentem. Primi) Afri & Hispani. Per præaltas fluuij ac profundas voragines,) Præaltas ac profundas, id est, [illegible]. Quærentibus,) hominibus,) Prima acta Annibalis, & consilia digressi ea palude, contra Flaminium. Quæ cognoscenda in re erant. Quę cognoscere res postulabat, quę cognoscere vsui erat. Fesulas,) Illæ nunc sunt viculus propè Florentiam. Consul feroa,) Ferocia Flaminij, eiusdemque temeraria consilia, & causæ eorundem.

Ciuilibus bellicisque rebus,) De illis dictum est circa finem libri superioris. Quoque pronior,) Astu Annibalis quæsita occasio sequentis pugnæ. In concilio,) Castrensi. Quinimo,) Dialogismo exprimit ferociam Flaminij, indignationemque propter visam vastationē & incendia agri Hetrusci. Hæc simul,) Duplex prodigium. Increpans,) Vultuosè & cum indignatiōne, obiurgandoque asperè ac sonorè pronuncians.

Incedere inde agmen,) Accessus vtriusque ad lacū Thrasymenum. Etiam peruenerant,) Topographia. Via tantum interest,) Inter montes Cortonenses & lacum. Ibi castra,) Insidiæ Annibalis ad Thrasimenum lacum. Ad ipsas fauces saltus,) Ad angustū aditum, siue meatum, qui inter montes, aut potius inter montes & lacū erat. Flaminius cum pridie,) Imprudentia & temeritas Flaminij. Angustijs,) Faucibus. Detectæ insidiæ,) Glareanus putat τὸ detectæ compositū, pro simplici vsurpatum. Id nescio quomodo possit defendi, cùm sit contra naturam huius verbi compositi. Sententia tamen omninò illa est, quam vult esse Glareanus. Ego suspicor, in contextu esse mendum.

Pœnus vbi,) Pugnæ ad lacum Thrasimenum descriptio. Ad dissonos clamores,) Pœnorū, qui clamores ex diuersis locis ac partibus diuersi accidebant. Competeret,) Suppeteret, sufficeret. Noua de integro pugna exorta est, non illa ordinata per principes, hastatosque ac triarios, nec vt pro signis antesignanus post signa alia pugnaret acies, nec vt in sua legione miles, aut cohorte aut manipulo esset,) Hæc quò rectius intelligantur, legenda sunt quæ Liuius suprà lib. 8. de ratione, modoque componendi Romani exercitus tradit, quæ illis non modò vtile est, sed planè necessariū scire, qui historias Romanas rectè percipere cupiunt. Illum integrum locum adolescentium cōmodi causa, vt eum sibi notū esse debere scirent, huc adscribendum esse putaui. Sic igitur inquit: Postremò in plureis ordines acies distribuebatur. Ordo enim sexagenis, siue vt alij legunt, sexcenos milites, duos centuriones, vexillarium vnum habebat. Prima acies hastati erant, manipuli quindecim distantes inter se modicum spacium. Manipulus leues vicenos milites, aliam turbā scutatorum habebat. Leues autem, qui hastam tantùm, gesaque gererent, vocabantur. Hæc prima frons in acie, florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde ætas totidem manipulorum, quibus principibus est nomen. Hos sequebantur scutati omnes, insignibus maximè armis. Hoc triginta manipulorum agmen, antepilanos appellabant, quia sub signis iam alij quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo vnusquisque tres partes habebat. Earum vnamquamque primum pilum vocabant. Tribus ex vexillis constabat. Vexillum centum octoginta tres, vt alij, sex homines erant. Primum vexillū triarios ducebat, veteranum militē spectatæ virtutis. Secundum rorarios minoris roboris ætate, factisque. Tertiùm accensos, minimæ fiduciæ manum. eo & in postremam aciem reijciebantur. Vbi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omnium primi pugnam inibant. Si hastati profligare hostē non possent, pede presso eos retrocedentes, in interualla ordinum principes recipiebant. Tum principum pugna erat, hastati sequebantur. Triarij sub vexillis considebāt, sinistro crure porrecto, scuta innixa humeris, hastas subrecta cuspide in terram fixas, vt haud secus quàm vallo septa inhorreret acies, tenentes. Si apud principes quoque haud satis prosperè esset pugnatum, à prima acie ad triarios sensim referebātur. inde rem ad triarios redijsse, cùm laboratur, prouerbio increbuit. Triarij consurgentes, vbi in interualla ordinum suorum principes & hastatos recepissent, extemplò compressis ordinibus, velut claudebant vias, vnoque continente agmine, iam nulla spe pòst relicta, in hostem incidebant. Id erat formidolosissimum hosti, cum velut victos insecuti, nouā repentè aciem exurgentem, auctam numero cernebant. Scribebantur autem quatuor ferè legiones quinis millibus peditum, equitib. in singulas legiones trecenis. Alterum tantum ex Latino delectu adijciebatur. Hæc ille. Hinc animaduerti potest, qui manipuli leues, qui primi pili, qui milites hastati, qui principes, qui triarij, qui rorarij, qui accensi dicti, quis numerus auxiliorum & equitum addi singulis legionibus solitus fuerit. De hastatis & principibus, sic etiam infrà lib. 30. inquit Liuius. Itaque qui primi erant hastati, per cumulos corporū, armorumque, & labē sanguinis, quà quisque poterat, sequentes hostem, & signa & ordines confuderunt. Principum quoque signa fluctuare cœperunt, vagam ante se cernentes aciem. Cæterùm ab hastatis militibus, etiam ordines hastati sunt denominati. Idem infrà lib. 26. Nauius secundi hastati signum ademptum signifero in hostes infert. Idem infrà lib. 42. Tertio anno virtutis causà mihi T. Quintius Flaminius decumum ordinē hastatum assignauit. Idem ibidem paulò infrà: Hic me imperator dignum iudicauit, cui primum hastatum prioris centuriæ assignaret. Princeps interdum ordinem illorum militum, qui principes vocabantur, significare videtur. Liuius infra lib. 42. A M. Cœlio mihi primus princeps prioris centuriæ est assignatus. Item Liuius infrà lib. 26. Et M. Attilius legatus, primi principis ex eadem legatione signum inferri in cohortem Hispanorum coegit. Cicero ad Brutum: C. Nasennius Cretensi bello, Metello imperatore, octauum principem duxit. Aliquando verò pro eo qui ordinem principum ducit, videtur vsurpari. Idem infrà lib. 25. T. Pedanius princeps primus centurio, cum signifero signum ademisset, iam hoc signum, & hic centurio, inquit, intra vallum hostium erit. Cæsar lib. 3. Belli ciuilis: Omnibus primæ cohortis cēturionibus interfectis, præter principem priorem. Aliàs primus centurio primo pilo præest. Idem suprà libro septimo. Qui alternis propè annis & tribunus militū, & primus centurio erat, quem nunc primi pili appellant. A principibus principia dicuntur duplici sensu. Primùm in acie, vt apud Terentiū: Ego hic adero post principia. Secundò in castris. Liuius infrà lib. 28. Tribunos & iura reddere in principijs sinebant, &

signum

signum ab eis petebant, & in stationes ac vigilias ordine ibant. Idem ibidem paulò pòst: Fugatis itaq; ex principijs, ac paulò pòst è castris tribunis, &c. Ab his principijs siue tabernaculis principum nominatæ sunt portæ castrorum, dextera & sinistra principalis.

Tantusq; fuit ardor,) Probat signo, quanto ardore sit pugnatum. Donec Insuber,) Cædes consulis. Infesto,) Cum infesta, ac in consulem protensa lancea. Nihil haustum ex vano,) Nihil affirmare præter autoritatem probatorum autorum de numero cæsorum, & captiuorum. Quo nimis inclinant,) Vt per vanitatem augeant clades, numerumq; cæsorum & captiuorum.

Pabium æqualem,) Senatorem Romanum, quem Polybius amore patriæ sæpe à veritate in scribenda historia discessisse adseuerat. Annibal captiuorum,) Annibalis calliditas in dimittendis captiuis Latini nominis, & humanitas in inquirendo sepeliendi causa corpore Flaminij. Romæ ad primum nuncium,) Terror ac tumultus in vrbe Roma ob hanc cladem. Turba in comitium & curiam versa,) Comitium foro Romano coniunctũ, & versus orientem ab eo porrectum, vel potius ipsius fori pars erat. Id ita appellatum fuit, autore Plutarcho, quòd fœderis cõditiones ibi inter Tatium & Romulum firmatæ, sancitæq; essent, vt ab illorum coitione nomen acceperit. Ad comitium rostra vetera fuerunt, autore Asconio Pediano, propè iuncta curiæ. Variæ Romæ curiæ fuerunt, curia Hostilia, Calabra, Saliorum, Pompeij, Iulia, Vetus, Noua, Octauia. Cæterùm cùm duæ fuerint curiæ Hostiliæ, altera in monte Celio, altera ad comitium, loquitur hic Liuius de illa curia Hostilia, quæ ad confinium fori & comitij, septentrionali latere sita, rostra vetera ante se habuit. In hanc curiam Hostiliam senatus de Repub. consultaturus, vt plurimùm conueniebat. Magistratus,) Vt se docerent de fortuna belli & reipublicæ. Pugna, inquit,) Hoc pronunciauit pro rostris. Virorum,) Qui ibi erant custodiæ causa. Inde varios vultus,) Hypotyposis, siue notatio. Fœminarum,) Mirandus effectus repentini ac immodici gaudij. Priusquã satis,) Nunciatio alterius, sed minoris cladis, eiusq; varij effectus in animis Romanorũ.

A Seruio consule,) Cui obuenerant legiones, quæ Cremonæ hybernauerant, quibus gerebat bellum in Gallia cisalpina. In affecto corpore,) Affecto, id est ægro. Non rerum magnitudine,) Non esse cogitandum hanc cladem esse paruam, cùm tantũ sint amissa quatuor millia equitum: sed quia nunc amissis exercitib. sint extenuatæ vires, id cladẽ hanc per se paruam, facere magnam. Itaq; ad remedium,) Dicitur à populo prodictator, Q. Fabius Maximus, & M. Minutius Rufus magister equitum. Literas mitti,) In Galliam cisalpinã ad Seruilium consulem. Annibal interim,) Iter Annibalis in Apuliam, & acta in itinere. Affectus,) Confectus, æger. Prætutianum Adrianumque agrum,) Hic ager vnà cum Marsorũ, Marrucinorum, Pelignorum, Vestiuorum agro, hodie Apruzo vocatur. Adria duplex fuit: vna in Venetia, vnde sinus Adriaticus nominatus est: altera, vnde hic Adrianus ager nominatur, finitimus Aterno flumini. Ea fuit colonia Romanorum. Nunc pertinet ad regnum Neapolitanũ, geritq; inde titulum, Dux Adriæ. Intendit,) Direxit. Q. Fabius Maximus,) Acta Fabij dictatoris in vrbe. Plus negligentia cæremoniarum, auspiciorumq; temeritate, quam inscitia peccatum,) τῷ temeritate cum τῷ quàm inscitia, non cum τῷ auspiciorumq;, coniungendum est: alioqui parum concinna oratio erit. In verbis Plutarchi de vita Fabij eandem sententiam exprimentis, nulla est ambiguitas. Sic enim dicit: Deinde sumpto à dijs pulcherrimo principio, docebat populũ negligentia & cõtemptu ducis aduersus deum, nõ ignauia eorum qui depugnassent, offensionem belli accidisse. Tetra prodigia,) Qualia nunciata sunt suprà initio huius libri, & paulò ante finem libri superioris.

Ioui ludos magnos,) Differunt ludi magni & Megalenses, siue Megalesia. Varro lib. 5. de lingua Latina: Megalesia dicta à Græcis, quod ex libris Sibyllinis accersita ab Attalo rege Pergami, propè murum Megalesion, in templum eius deæ. Sextus Pomp. lib. 12. Megalesia ludos matris magnæ appellabãt. Hæc illi. Hi ludi scenici. Nam illis exhibebantur comœdiæ & tragœdiæ, & fiebant in theatro. Magnos verò ludos eodem Pompeio, eodem libro autore, Romanos ludos appellabant, quos in honorem Iouis, quem principem deorum putabant, faciebant. Cicero in Verr. lib. 7. Mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Ioui, Iunoni, Mineruæq; esse faciendos. Isti ludi erant non scenici, sed Circenses. Exhibebantur enim in circo vel Flaminio, vel maximo. Ludis Circensibus edebantur venationes variarum ferarum, item equestria & curulia certamina. Nec obstat, quòd Plutarchus hos ludos appellat spectacula Musica & Thymelica, id est histrionica. Nam illa appendicis tantum vice ad hos ludos accedebant. Veneri Erycinæ,) Veneris Erycinæ templa duo Romæ fuerunt, vnum propè portam Collinam, quæ nunc diuæ Agnetis porta dicitur. Ouidius:

Templa frequentari, Collinæ proxima portæ
Nunc decet, à Siculo nomina vrbe tenens.

Ad eam ædem matronæ quotannis virilis membri figuram cultu diuino, magna sacrorum pompa perferebant, quod non multum discrepat ab illis, quæ propè simili de re commemorat Augustinus de ciuitate Dei lib. 6. cap. 9. his verbis: Sed quid hoc dicam, cùm ibi sit & Priapus, super cuius immanissimum & turpissimũ fascinum sedere noua nupta iubebatur, more honestissimo & religiosissimo matronarum. Alterum Veneris, itemq; Mentis templum, cuius hic fit mentio in monte Tarpeio fuit. Liuius infrà. Interea duumuiri creati sunt Q. Fabius Maximus & Attilius Crassus ædibus dedicandis, Menti Attilius, Fabius Veneri Erycinæ. Vtraq; in Capitolio est, canali vno discretæ.

His senatusconsultis,) De vere sacro. Duit,) Det. Quæque duella,) Ἀναπόδοτον, quod excusatur per Archaismum. Desideratur enim τὸ istis duellis.

Ex suillo, ouillo, caprino grege,) Plutarchus in vita Fabij addit fœtus boum. Prophana,) Non dedicata antea dijs. Ioui fieri,) Fieri, id est sacrificari, immolari. Vergil.

Cùm faciam vitula pro frugibus. Item,
Lætis operatus in herbis.

Prophanum esto,) Tanquam non destinatum Ioui, quanquam vere sacro natum sit. Atro die,) Atro, id est infausto, ominoso, religioso, quo aliquid feriæ rei, vel publicè vel priuatim, aut auspicari, aut agere, inauspicatum habebatur. De diebus atris Gellius & Macrobius. Si ante id,) Quàm a quopiam, hoc est ab aliquibus hominibus priuatis immolatum fuerit.

Ludi magni voti æris CCCXXXIII. millibus, triente,) Hæc summa discrepat à Plutarchi summa, in vita Fabij. Ea de causa Budæus de Asse lib. 3. sic dicit: Nisi error est apud Liuium, Plutarchus alium autorem secutus est. Liuius enim pro trecentis millibus nummûm, id est totidem sestertijs, millia æris dicit, & de denarijs tacuit. Trientem autem tertiam partem assis intellexit, qui genus nummi fuit. Hæc ille. De ista superstitiosa Romanorum diuisione per numerum ternarium, hęc ibidem addit Plutarchus: Λόγον δὲ τοῖς εἰς τοῦτο τοῦ πλήθους ἀκριβείας καὶ διανομῆς χαλεπόν ἐστιν εἰπεῖν. εἰ μή τις ἄρα βούλοιτο τῆς τριάδος ὑμνεῖν τὴν δύναμιν. ὅτι καὶ φύσει τέλειος, καὶ πρῶτος τῶν περιττῶν, ἀρχή τε πλήθους ἐν αὐτῇ, τάς τε πρώτας διαφοράς, καὶ τὰ παντὸς ἀριθμοῦ στοιχεῖα μίξασα καὶ συναρμόσασα εἰς ταυτὸν ἀνείληφε. Id est. Rationem autem quare summam ita accuratè hoc modo diuiserint, difficile est dicere, nisi quis laudare velit vim ternionis, quia & perfectus est natura, & primus imparium, & initium multitudinis, primasq; differentias, & omnium numerorum elementa mixta & coagmentata in idem assumit. Numerum ternarium apud priscos & absolutum & sacrum esse habitum, docent noti illi versiculi Vergiliani in Pharmaceutria:

Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore
Licia circundo, terq; hæc altaria circum
Effigiem duco, numero Deus impare gaudet.

Hit per magistrum,) Acta Fabij extra vrbẽ, antequam exercitum contra Annibalem ducat. Edixit,) Præfiniuit. Via Flaminia.) Cic. in Philippicis: Tres viæ sunt ad Mutinam, à supero mari Flaminia, ab infero Aemilia, media Cassia. Flaminia igitur Roma itur Ariminum per Otriculum, Narniam, Fulgineũ, Nuceriam, Callium, Fanum Fortunæ, Pisaurum, eratq; via consularis. Literæ ab vrbe,) Mandatur Cn. Seruilio consuli classis. Circa portum Cossanum,) Qui est in Hetruria. Præsiderent,) Præsidio essent. Dictator exercitu,) Fabius ingressus iter, exercitum in hostem ducit. Per agrum Sabinum,) Ex via Flaminia. In viam Latinam,) Hæc via exit à porta eiusdem nominis, in Latinos populos ducens. Porrigitur autem per Labicanum oppidum, siue Valmontonum, vsque ad Casinatem diui Germani saltum, coniungiturq; eum via Appia ad Casinum oppidum, XIX. stadia à Capua distans. Hæc via media est inter viam Valeriam & Appiam. Quo primùm die,) Orditur res gestas Fabij Maximi cõtra Annibalem, incipitq; ab ipso initio Cunctatorem describere per ἠθοποιΐαν. seruetq; in eo deinceps decoro personæ Fabij, sicut etiam Annibalis in effingenda eius simulatione & calliditate.

Tacita cura animum incensus,) Hellenismus. Grammatici Synecdochen appellant, vt Nuda genu. Hæc forma loquendi in lingua Latina est vsitata, non in oratione soluta, sed tantum Poetis. Exprimit autem historiographus cogitationes Annibalis, tanquã per dialogismum. Tentare animum,) An posset eum à constantia, & non dimicandi proposito deducere, ad pugnamq; elicere. Statio.) Custodia, præsidium, excubiæ. Neq; vniuerso periculo,)

culo,) Noluit semel periclitari de summa rerum, depugnando omnibus copijs. Summa rerum,) Vtri ad extremum victores facti, alteri imperarent. Parua momenta,) Paruæ inclinationes, exiguæ victoriæ, quæ essent parui momenti. Finitimorum receptu,) Equitum illa leuisque armaturæ statio, milites qui pabulum & ligna petebant, quia non procul abibant à castris, facilè recipiebat, & in recipiendis eis tuto loco, vtpote sub suis castris, leuibus prælijs cum Pœnis decertabat. Sed non Annibalem,) Notatione etiam depingit ferociam magistri equitum. Præcipitandam,) Perdendam, euertendam. Rapidusq;,) Inconsideratè festinans. Pro cunctatore segnem,) Catachresis. Annibal ex Arpis,) Annibalis ex Apulia in Samnium transitus. Beneuentanum,) Beneuentum secundus Otho imperator, natione Saxo, propterea quod prælio, quo cum Basilio & Cōstantino fratribus, imperatoribus Cōstantinopolitanis, de possessione Calabriæ, ad Basentellum depugnauit, Beneuentani initium fugæ fecerant, direptum eausit. Otho enim eo prælio victus, cum fuga ad mare delatus esset, à piratis fuit captus. Sed beneficio linguæ Græcæ, quam didicerat, ex illorum potestate, cum eis se alium esse persuasisset, euasit. Inter multitudinē,) Causa, siue occasio trāseundi ex Samnio in Campaniam. Capuæ,) Capua nunc alio loco sita est quàm olim. Cingitur hodie ferè dimidia ex parte Vulturno flumine. Olim posita fuit eo loco, vbi nunc situs est diuus Petrus. Ea vrbs hodie plateas habet mirificè pulchras & rectas. Quōdam caput fuit regni Neapolitani, quod versiculus supra fores curiæ scriptus significat:

Est regni Capua clauis, crux horrida prauis.

In agrum Casinatem,) Subiectū oppido Casino, cuius suprà in descriptione viæ Latinæ mentionem fecimus. Eum saltum,) Casinatem, qui hodie à diuo Germano nomen habet. In monte Casino est monasterium, sepulchro diui Benedicti, & diuitijs celebre. ad radices vero eius situs est diuus Germanus. Ad opem ferendam socijs,) Socijs, id est Campanis. Sed Punicum abhorrens ab Latino nomen,) Cum id nomen Pœnus malè pronunciasset. Per Alifanum,) Alifæ sunt in Samnitibus, nomen etiamnum retinentes. Calatinumq;,) Calatiam, Calinum, Calenum, ex agro vel Latino, vel Hernico, vel Labicano denominata, scribit Plinius. Calenum,) In Campania. Calenum nunc Carinula nuncupatur. Casilini,) Id situm est super Vulturno flumine. In Agrum Falernum,) Qui Caleno vicinus est. Vsque ad aquas Sinuessanas,) Aquas, id est balneas. Sinuessa in littore Campaniæ ad sinum à Miseno septentrionem versus vergentem, sita est. Plinius lib. 31. In eadem Campaniæ regione (in qua sunt Baiæ) Sinuessanæ aquæ sterilitatem fœminarum, & virorum insaniam abolere produntur. Nec tamen is terror,) Perstringit locum communem de clementer imperando. Item iustis, moderatis, continentibus magistratibus, libentius obtemperari. Exurebaturq; amœnissimus Italiæ ager,) Occasio nouæ insolentiæ & seditionis Minutij aduersus dictatorem. De amœnitate agri Campani Cicero cōtra Rullum, Strabo, Plinius. Campania nostro seculo terra laboris vocatur. Eam appellationem toti regioni à parte eius inditam existimauerim, id est à Laborinis campis à Plinio celebratis. Spectatum huc,) Reprehensio consilij dictatoris de non dimicando. Est autem ista incusatio dictatoris, generis iudicialis, iuridicialis status. Propositio est, Malè facit dictator quod nō sinit nos pugnare. Orditur autem Minutius orationem ab ipsa propositione figurata ironia, rapitque dictatorem in inuidiam, sumendo πάθος à præsenti calamitate sociorum, ob oculos versante.

Ad rem fruendam oculis,) Ad capiendam voluptatem ex isto spectaculo. Nec si nullius,) Argumentatur ab inhonesto, siue à dedecore, & simul indignationem mouet comparatione. Ab extremis orbis terrarum terminis,) Hyperbole apta ad exaggerandam indignitatem rei. Preter quam oram,) Campaniæ, quæ omnium orarum Italiæ est amœnissima. Saguntum,) Procul sitam, quæ non est colonia ciuium Romanorum. Deos ciebamus,) Testabamur. Fumus ex incendijs,) Energia hyperbolica, augendæ inuidiæ gratia adhibita. Per æstiuos saltus,) in quibus pecus per æstatem oberrans pascitur. Conditi nubibus,) Quæ frequenter obsidēt cacumina montium, quæ quando sublimiora sunt, sæpe super illas extant. Fabius igitur iuga montium cum exercitu peragrans, tegebatur nubibus, ibatq; interdum per nubes, ita vt humi per nebulam imus. Hoc ita esse sciunt illi, qui Alpes aut alios montes sublimes transcenderunt. Si hoc modo,) Ab exemplis contrarijs veterum ducum, & primum ab exemplo Camilli argumentatur. Hic nouus Camillus,) Insignis dictator ac singularis, in extremo discrimine quæsitus. Antonomasia. Sed vir,) Locupletatio exempli à virtute & celeritate Camilli. Ianiculum,) Ianiculus è septem collibus vnus, qui etiā hodierno die sunt intra mœnia vrbis, trans Tyberim est. Is tamen non totus intra muros est, parte per illos exclusa. Nunc vocatur Montoreo, id est mons aureus. Busta Gallica,) Ab his nunc Romæ nomē habet ædes diui Andreæ, cognomento ad busta Gallica, Italicè in portugallo. Citra Gabios,) A Gabijs oppido ad viam Prænestinam, vicino vrbi nomen habet porta Gabiusa, quod illuc recta mitteret. Nunc Gallicanum nuncupatur oppidum illud. Quid post multos annos,) Ab exemplo L. Papyrij Cursoris. De furcis Caudinis, itemq; de Papyrij rebus gestis scribit historicus suprà lib. 9. Sunt autem furcæ & furculæ Caudinæ nihil aliud, quàm illud iugum sub quod ignominiæ causa missi sunt Romani à Samnitibus, ad Caudium oppidum in Hirpinis, loco vndiq; montibus, saltibus & hostibus cincto depræhensi. Iugū quemadmodum fieri solitum sit, docet Liu. suprà lib. 3. Vt exprimatur tandem confessio, subactam, domitamq; esse gentem, sub iugum abituros. Tribus hastis iugum fit, humi fixis duabus, superq; eas transuersa vna deligata. Sub hoc iugo dictator Aequos misit. Luceriam,) Hæc, & Venusia, coloniæ sunt Dauniorum in Apulia, autore Plinio. Diuersa est Nuceria in Campania, & in via Flaminia. Modo consuli Luctatio,) Tertio ab exemplo C. Luctatij. Stultitia est,) Conclusio epiphonematica, & gnomologica, id est, sententiosa. Non his sensibus,) Cogitationibus, consilijs, tali affectione animi. Hæc velut concionanti,) Effectus orationis. Voluebantur,) Audax metaphora. Ferebant,) Ostendebant, dictitabant, præ se ferebant. Vt Annibal,) Effectus cunctationis Fabij. Ab spe summa,) Cùm videret se id quod præcipuè sperauerat, assequi nō posse, vt Fab. prælio secū decertaret. Ea regio,) Ager Falernus, & reliqua Campania. Arbusta,) Arbusta sunt diuersarum arborum vel vtilitatis, vel amœnitatis causa, in hortis, aut extra hortos consitarū nemuscula & syluulæ, vt cum vno in loco consitæ sunt Cornus, Populus, Tilia, Acer, Ornus, Carpinus, Quercus, Vlmus, Atinia. Ea consitio plerunque fit vitium causa, de qua Columella. Hac per exploratores,) Occasio, aut potius causa sequentis paulò infrà vaframenti Annibalis. Rediturū,) In Samniū. A Campano agro,) A Capuano agro, quia Falernus ager est pars Campaniæ. Iugis ijsdem,) Massici montis. Misso exploratum,) L. Hostilius Mancinus quadringentis equitibus præfectus, interitu suo docet, qui soleat esse exitus inobedientiæ & temeritatis. Quàm tutò,) Pro tū quàm tutissimè. Recipere sese,) Redire in tutum. Ad castra,) Annibalis. Omni parte virium,) Vt integritate virium, numero equitum, &c. Appiæ,) Appiæ viæ, quæ Roma initiū à porta eiusdem nominis capiens, per Albæ & Aricinæ ruinas ad Pontinam paludem perducit, & ad Tarracinam mari cōiungitur. inde per Fundos, Molas, Sinuessam, mediumque campum Stellatem, & postremò Brundusium vsque protenditur. Inclusus,) Quia præsidia Fabij in monte Callicula & Casilini eum prohibebant ex agro Falerno per angustias in Samnium redire.

Intra Formiana saxa,) Saxa, id est montes. Metalepsis, aut Catachresis. Vult enim dicere, montes steriles. Literni,) Illic postea in voluntario exilio mortuus Scipio maior sepulchrum habuit. Nec Annibalem fefellit,) Insigne vaframentum Annibalis. Id illustri descriptione depingit historicus. Casilinum,) Nunc Castellucium appellatur. Præsidio excessere,) Deseruerunt locū, cuius tuendi causa illic collocati erant. Per saltum,) Calliculā montem. Sub iugo montis,) Calliculæ. Leuem armaturam,) Annibalis. In Larinate agro,) Larinum oppidum est Apuliæ. Inde sacrorum causa,) Fabius Romam proficiscens, magistro equitum interdicit, ne se absente pugnet. Principio æstatis,) De rebus gestis in Hispania secunda æstate huius belli, inter Asdrubalē & Cn. Scipionem, & primum de prælio nauali ad ostium Iberi fluminis. Carthagine,) Noua. Nouorum auxiliorum,) Gentium Hispanicarum, quæ se coniunxerant cum Asdrubale. Ad stationem,) Nauium. Exaudito,) A classiarijs Asdrubalis. Descriptio tumultuosæ festinationis. Oras,) Anchoralia. Haud sanè impenetrabiles,) Cum facilè possent perfringi. Neque id,) Effectus huius victoriæ. Sparti,) Spartum herba sponte nascens, iuncus propriè est aridi soli, & seri non potest. Eius magna copia proueniebat circum Carthaginem nouam. Vsus eius ceptus est à Pœnis, cùm primùm Hispaniæ arma intulerunt. Hinc Plinius scribit strata rusticiaın Hispania, hinc ignes facesq;, hinc pastorum vestem, hinc calceamenta fieri solita. Funes inde factos non lædi aut corrumpi aquis. In sicco præferri funes è canabi. Spartum itaq; esse in vsu omnibus terris, nauium armamentis, machinis ædificationum, alijsq; desiderijs vitæ. Ex hac herba puto fieri fiscellas, in quib. nunc ficus ex Hispania ad nos perferuntur. Sunt tamen qui existiment id fruticem Genistam esse, vnde illæ fiunt. Plinius dubitat, an genista sit illud, quod Græci Sparton appellant. Qui Iberum incolunt,) Qui incolunt cis Iberum, aut qui Iberum accolūt. Quictum inde,) Res gestæ terra eadem æstate in Hispania. Legatos obsidesq;,) Legatos, id est vicarios, quos vulgo

locum

locum tenentes appellamus. Hoc statu rerum,) Aduentus P. Scipionis proconsulis in Hispaniam prouinciam suam. Eo vinculo,) Insignis perfidiæ exemplum, Aceducis factum. Nunc cis Iberum,) Illud cis dicitur respectu Saguti & Carthaginiensium, Romanis illud cis erat trans Iberum. Arcem tutam,) Metonymia pro τῷ perfugium, quod ipse subiicit. Obligat fidem,) Vt vicissim habeatur & seruetur fides. Non ad cætera Punica ingenia,) Hoc per collationem dicitur Græca phrasi, ὁ κατὰ τὰς ἄλλας [illegible] φύσεις, id est, non cæterorum Punicorum ingeniorum more. Hæc in Hispania,) Concludit de rebus Hispaniensibus eius æstatis, & redit ad Italicas. Ita contempta,) Fabius dictator apud suos malè audit, tribus de causis. Vtique postquam,) Prima causa infamiæ & inuidiæ. Læto,) Quia Minutius superior fuit. Quàm prospero euentu,) Quia propè par clades vtrinque accepta est. Annibal enim sex, Minutius quinque millia amisit.

Pugnatum fuerat,) De ea pugna paulò pòst commemorabit. Vna fraude,) Secunda causa inuidiæ. Ager dictatoris,) Quem habuit ad Casilinum, quod comprobant hæc verba Liuij infrà in oratione Marci Metelli tribuni plebis: Campanum, Calenumque, & Falernum agrum peruastatos esse, sedente Casilini dictatore, & legionibus populi Romani Agrum suum tutante. Altera ipsius facto,) Tertia causa inuidiæ. Quia non expectata eo senatus autoritas est,) Vtrum essent cum Annibale permutandi captiui, nec ne: Permutauit enim eos Fabius inconsulto senatu. Plus reciperet,) Captiuorum. Argenti pondo bina & selibras in militem,) Binas libras siue minas, & dimidiam, hoc est, in singulos milites viginti quinque coronatos. Tardius rogaretur,) Rogaretur, id est, decerneretur. Cicero. Illo die mihi pernicies, Gabinio & Pisoni prouincia rogata est. Inuiolatum ab hoste agrum,) Situm ad Casilinū. Fidemque publicam,) Quam Annibali dederat de soluendo argēto pro captiuis, quos ipse plures quàm Annibal recepisset. Annibal pro Gerionis,) De rebus gestis magistri equitum aduersus Annibalē absente dictatore, quæ vna causa inuidiæ ex tribus extitit in dictatorē, sicut suprà dictū est. In statione erat,) Erat in statione cum expeditis militibus, paratis omni momento ad dimicandū. Callidiora,) Temeraria, ferocia. In castra relicta,) Cùm Annibal emisisset duas partes exercitus frumentatū. Ipse autem,) Annibal. Per auersa castra,) Per portam decumanam auersam à castris hostiū. Iamque artibus Fabij,) Fabij cunctatione securior erat factus Annibal, vt quasi nullo periculo imminente, partem exercitus frumentatū emitteret. Fabij cunctatio eum propè adduxerat in eam consuetudinē, vt etiam ipse fermè sedendo & cunctando bellum gereret, nec prælium ab Romanis expectaret. Ratio enim quare non ausus fuerit acie certare, fuit, quod iam more Fabiano gerebat bellum, & quod pars exercitus ea de causa aberat. Cæterùm τὸ que, in iamque, pro enim accipi videtur. Duo castella,) Ambiguū est, vtrum hic castella pro oppidulis, an pro eius generis castellis, qualibus Pompeium Cæsar ad Dyrrachiū cinxit, quæ Liuius interdum præsidia appellat, accipias. Mihi videntur accipienda pro præsidijs, siue munimentis, siue propugnaculis, siue locis munitioribus, quibus milites custodiæ & præsidij causa circum castra dispositi erant. Admodum,) Ferè, plus minus ac si diceret, Ad quinque millia Romanorum cæsa. Nisi malis accipere pro omninò, aut ad summum. Prior interpretatio mihi verior videtur. Tum M. Metellus,) M. Metellus criminandis dictatoris ad plebem, extollendis magistri equitum rebus gestis, efficit vt ei imperium cum dictatore æquetur. Id vnū enimuerò,) Orditur ab occasione. Rei benè gerendæ,) Per magistrū equitum. Et in ducendo bello,) Res gestas & cōsilia Fabij ordine enumerata calumniatur, subiectis inuidiæ cōcitandæ augendæque causa, falsis causis finalibus, & breuibus similitudinibus & auxesibus, extollendisque rebus gestis magistri equitū. Ita hoc Metelli artificiū calumniandi in quatuor rebus consistere videtur. Consulum alterū in acie cecidisse,) C. Flaminium. Alterum specie classis,) Cn. Seruilium. Propè in custodia habitū,) Auxesis. Quo iam tanquam,) Breuis similitudo. Clausos propè,) Alia auxesis. Tanquam hostibus captiuis,) Alia breuis similitudo inuidiosa. Vt obsidione,) Alia breuis similitudo. Quas ob res,) Cōclusio de æquando imperio. Ne ita quidem,) Vt maximè æquatum fuerit imperium. Dictator concionibus,) Excusatio, siue responsum Fabij in senatu. In actione,) Habēda oratione. Popularis,) Gratus populo. Cùm plebis conciliū esset,) Cùm conuenisset plebs in concionem. Vnus inuentus est,) Quibus artibus C. Terentius Varro emerserit, quo consule duce & autore postea pugnatum est ad Cannas.

Liberalioris,) Minus foedidæ. Togaque,) Metonymia, signum pro signato. Toga, id est, negotia forensia. Est enim toga, autore Cicerone in Pisonem, pacis insigne, & ocij. Proclamando,) Agendo causidicum & rabulā. Cicero: Nō enim causidicum nescio quem, neque proclamatorem aut rabulem conquirimus. Plebeia,) Quæ minor ædilitas vocatur. Et curuli,) Quæ appellatur maior ædilitas. Auram fauorabilis populi,) Gratiam fauentis populi. Aura pro gratia, metaphoricè. Ex translatione est. Germanicè vtimur, dicendo [illegible] Vnus gratiā tulit.) Vnus ex illis omnibus, qui criminabantur dictatorem. Populus enim hunc ideò paulo pòst consulem faciet. Omnes eam,) Tolerantia & patientia Fabij. In se sæuientis,) Aequantis secum imperio magistrū equitum. Minutius verò,) Gloriatio Minutij ob æquatū imperiū. Itaque quo die,) Quomodo æquato imperio sint vsi. Quæcunque temeritas collegæ,) Illum enim plus fortunæ, quàm consilio confisurum esse. Duplex inde,) occasio ab Annibale quæsita, pugnandi cum Minutio, & positæ insidiæ. Liberā,) Quæ iam nō posset amplius coherceri à Fabio. Capturum,) Circumuenturū, illecturū in fraudē, in insidias. Tumulus,) Topographia. Vestitū,) Metaphoricè, pro obsitū. Et erant in anfractibus cauæ rupes,) Hoc explanant verba Polybij, sic de eadem re dicentis. Cùm enim loca circum tumulum nuda, multos & varios anfractus ac cauernas haberent, emisit noctu in maximè idoneas latebras, ducenos & trecenos, equites quidem quingentos, peditum vero leuis armaturæ ad summū quinque millia. Egressi,) E cauis rupibus. Tam aperta,) Nuda syluis & vepribus. Auertit oculos,) A cauis rupibus ad tumulum. Primo statim,) Pugna imprudens Minutij cum Annibale. Vanis animis,) Vana audacia. Conserto agmine,) Coniuncto equitum agmine cum peditibus leuis armaturæ, ita eos pone sequerentur equites. Præoccupatū,) A Poenis. Inferiori loco,) Ex inferiori loco. In succedentem,) In sequentem in adscensu tumuli. Peditum acies,) Grauis armaturæ in legionibus. Inter perculsos,) Inter pedites leuis armaturæ & equites. Tunc Fabius,) Fabius Minutium eiusque exercitum eripit ex discrimine. Deprehendit fortuna temeritatē,) Deprehendit, id est, coarguit, qua significatione Græci verbum ἐλέγχω vsurpant. Alludit autem Fabius ad illud quod paulò antè dixit: Omnem fortunam habiturā, quæcunque temeritas collegæ habuisset.

Velut cœlo,) Præter omnem expectationem, præsente benignitate deorum. Ad integram aciem,) Fabij. Voluentesque orbem,) Pugnantes in vrbē. Minutius conuocatis,) Magister equitum redit sub imperium, auspiciumque dictatoris. Sæpè ego,) Gnome Hesiodia. Noti sunt versiculi Hesiodi, quorū sententia hic refertur. Ideò eos huc non adscripsi. Maiestate,) Dictatoria. Profecti,) Ex castris Minutij, quæ mille quingentos passus à Fabij castris aberant. Tribunal,) Quod erat circa prætorium. Oneratus magis, quàm honoratus,) [illegible]. Hos ordines suis,) Vt tribunos, centuriones, militumque vnumquenque suum locum in exercitu, quem hactenus tenuerunt, retinere finas. Ne quem ex autores, aut inferiore ordine atque loco militare iubeas, propter nostram contumaciam.

Romę, vt est perlata,) Fama de hoc facto Fabij, & Romę & apud hostes. Cum Romanis,) Emphasis, siue epitasis: id est cum gente bellicosa & acerrima. Tandem eam nubem,) Allegoria, id est, Fabium qui hactenus exercitū per iuga montium duxit, tandem irritatum ab Annibale, vim suam aduersus eum declarasse. Cæterùm quomodo nubes, sine translatione loquendo, procella sollicitatæ imbrem dent, discendum est à scriptoribus Meteororum. Dum hæc,) Seruilij consulis res gestæ classe, & aduersa fortuna in Africa. Ab incolentibus circa eam,) Ab incolentibus vicinas insulas. Decem talentis argenti,) Sex millibus coronatorū. Lateri sique Fabij,) Fabius exacto iam propè tempore dictaturæ, exercitum Cn. Seruilio, & M. Attilio Regulo consulibus tradit.

Augendæ titulum imaginis posteris,) Vt posteri Fabij imaginem eius vt dictatoris, non vt prodictatoris ostentarent. Minus multo erat fuisse prodictatorem, quàm dictatorem: sicut multo minus est esse proconsulem, aut proprætorem, quàm consulem aut prætorē. Prodictatura, proconsulatus, proprætura, non ordinarij, sed vicarij magistratus erant. Præterea proconsulis & proprætoris imperium tantum extra vrbem, & in prouincijs valuit: Erantque sæpè proconsules & proprætores, qui consulatum & præturam nunquam gesserant. Omnes curules magistratus ius tribuebant gerenti prodendæ imaginis posteris, vt si gerens esset ignobilis, fieret & ipse & eius posteri nobiles. Sin nobilis, vt augeret & suam & posterorum nobilitatem. Curules magistratus tribuisse gerentibus prodendæ ad posteros imaginis, probant verba Ciceronis lib. 7. in Verrem, vbi asserit, sibi, quod sit factus ędilis curulis, esse datum ius, & imagines ad memoriam posteritatemque prodendam. Et in priori oratione contra Rullum ad populum, ipse designatus consul dicit in more esse, vt qui beneficio populi imagines familiæ suæ, hoc est curules magistratus consecuti sunt, ij prima concione populo gratias agant. Curules magistratus etiam auxisse

nobili-

nobilitatem eorum qui antea essent nobiles, indicium est quod singulæ familiæ ita se cæteris nobiliores esse demonstrabant, si plures eius generis magistratus gessissent, aut triumphos adepti essent. Ita Suetonius probat gentem Claudiam nobilissimam esse, quod duo de triginta consulatus, dictaturas quinque, censuras septé, triumphos sex, duas ouationes adepta fuerit. Eodem etiam modo claritatem Domitiorum ostendit, cõmemorando eos functos esse consulatibus vstato, triumpho censuraque duplici. Fabij igitur posteri, qui alioqui nobiles futuri erãt, cum essent patricij, suam nobilitatẽ aucturi erant nominando hunc Fabium dictatorem, non prodictatorem, istumque titulum adjiciendo eius imagini. Imaginibus enim clarorum virorum, splendor & vetustas familiarũ significabatur, sicut apud nos insignibus ijs quæ clypeum & galeam vocamus. Imagines Romani & expressas effigies maiorũ suorum, adscriptis titulis honorum quibus functi essent, domi in atrijs, aut alia celebri ædium parte, ad decus & ornamentum familiæ collocatas habere solebant. Illæ plerunque ceræ, interdum marmoreæ, vel æneæ esse solebãt. Has festis diebus laureis sertis, & florib ornare, illorumque quorum imagines essent diem natalem quotannis celebrare, contraque in luctu, quasi conscias mœroris pulla veste induere, eisdem in funus productis, & longa serie mortuum comitantibus, pompam exequialem, cũm aliquis agnat° decessisset, propterea quod familiæ decora repræsentabant, eaornare consueuerunt. Propter harum imaginum copiam, & titulorum imaginibus additorum præstantiã & splendorẽ, nobilitas tumebat. Iuuenal. Satyra 6.

Sit formosa, decens, diues, fœcunda, vetustos
Porticibus disponat auos, intactior omni
Crinibus effusis bellum dirimente Sabina,
Rara auis in terris, nigroque simillima cygno,
Quis feret vxorem, cui constant omnia? malo,
Malo Venusinam, quàm te Cornelia, mater
Gracchorum, si cum magnis virtutibus affers
Grande supercilium, & numeras in dote triumphos.
Tolle tuum precor Annibalem, victumque Syphacem
In castris, & cum tota Carthagine migra.

Idem Satyra 8.

Stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice longo
Sanguine censeri, pictosque ostendere vultus
Maiorum? & stantes in curribus Aemilianos?
Et Curios iam dimidios? nasumque minorem
Coruini? & Galbam auriculis, nasoque carentem?
Quis fructus generis tabula iactare capaci
Fumosos equitum cum dictatore magistros,
Si coram Lepidis malè viuitur? effigies quò
Tot bellatorum, si luditur alea peruox? &c.

Idem ibidem.

Tota licet veteres exornent vndique ceræ
Atria, nobilitas sola est, atque vnica virtus.

Idem eadem Satyra, de titulis qui adscribebantur imaginibus.

Ergo vt miremur te, non tua, primùm aliquid da
Quod possim titulis incidere, præter honores
Quos illis damus, & dedimus, quibus omnia debes.

Consules M Attilius,) Res gestæ M Attilij & Cn. Seruilij consulum, contra Annibalem. Carpentes agmen,) Diminuentes agmen Annibalis, aliquos subinde ex illo excipiendo, aut interficiendo. In casum vniuersæ dimicationis,) Non depugnabant omnibus copijs. Cùm ad Gerionem,) Munificentia Neapolitanorum in Romanos. Vt dicerent,) Oratiuncula eorundem in offerendo dono. Agrisque sociorum,) Neapolitani etiam erãt socij Romanorum. Legatis gratiæ,) Continentia Romanorum in non accipiendo dono, & humanitas, comitasque in non spernendo toto dono: eorundemque prudentia & animi magnitudo in alijs quibusdam rebus administrandis.

Aeris grauis viginti millia,) Liuius suprà lib 4. Quia nondum argentum signatum erat, æs graue palustris quidam ad ærarium conuehentes, speciosam etiam collationem faciebant. Aeris grauis, id est nummorum rudium & informium, autore Budæo. Illi nummi asses fuerunt, qui libra æris valebant, ideoque as à Cicerone interdum libella nuncupatur. Aes graue dicitur, quia soluẽdo appendebatur ac ponderabatur, eratque as nummulus libralis. Hæ ergo massæ æneæ valebant 200. coronatis. Aeris, id est assium. Centum asses vno coronato, decem asses denario, duo asses & semissis sestertio nummo, quatuor sestertij denario, decem denarij coronato valent.

Demetrium Pharium.) Is fuit vnus è ducibus Teucæ reginæ Illyriorum, cum qua ante bellum Punicum secundum, C. Fuluius Centumalus, A. Posthumius, consules ob interfectum legatum Romanum bellauerunt. Hic cùm vrbem Corcyrã, quam cum præsidio reginæ nomine tenebat, Fuluio tradidisset, magnis beneficijs à consulibus adfectus, ac plerisque vrbibus Illyriorum quas de Teuca ceperant, præfectus est, ita vt postea rex Illyriorum nominaretur. Sed paucis annis interlectis, vbi Romanis maxima & difficillima bella à Gallis cisalpinis & Carthaginiensibus impendere sensit, beneficiorũ populi Romani oblitus, eius fortunam despexit, ac omnem spem suam in regibus Macedoniæ repositam habere cepit. Oppidis igitur sociorum P. R. in Illyrico expugnatis per eum, ac diruptis, nominatisque in fœdere terminis trãscensis, missus est contra illum L. Aemylius Paulus consul cum exercitu, proximo anno ante susceptum secundum bellũ Punicum, qui deinde iterũ consul ad Cannas occubuit. Iste Demetrium cum reliquo Illyrico, tum etiam Pharo vrbe, loci natura munitissima, quę in insula eiusdem nominis sita fuit, qua ille vrbe præcipuè confidebat, eiecit, vrbemque euertit. Ab illa Demetrius cognominatur Pharios, quod illinc oriundus esset, non a Pharo Aegyptia. Pulsus regno ad Philippum regem Macedonum confugit, vitamque apud eum deinceps exegit: cuius iussu postremò vrbẽ Messeniorum oppugnans, perfidiæ & temeritatis pœnas morte dependit. Ad Pineum,) Hunc existimo successisse Teucæ reginæ Nam illa bello, de quo diximus, quo a Romanis premebatur, componendo, regnum eis fecerat tributarium.

In religionem,) Acta in vrbe, & primum de locanda æde concordiæ. Venit in religionem, vulgo dicimus, fecerunt sibi inde conscientiam. Locatam,) Cõmissam alicui ædificandam, pro certa pecuniæ summa. Cui aliquid faciendum, aut statuendum, aut reficiendum, aut præbendum locabatur, is dicebatur Redemptor, id est conductor. Cicero in Verrem: Hoc tu D. millibus locauisti, atque his illis columnis dico esse, quæ à tuo redemptore cõmotæ non sint. Ita etiam dicuntur censores, locare anseribus cibaria, id est pacisci cum aliquo certa mercede, vt anseribus cibaria præbeat. Liuius infra lib. 27. Cætero (auro) vsi sunt ad vestimenta præsenti pecunia locanda exercitui. Hac ratione contra consuetudinem naturamque locationis & conductionis, locator mercedem dat, conductor accipit.

In arce,) Quæ fuit in colle Capitolino ad aquilonem, vbi nunc est Ara cœli. Ab eodem,) Secundo de habendis comitijs consulum creandorũ causa. Comitia,) Creandis consulibus Per interregem,) De interregia potestate, Fenestella & Alexander ab Alexandro. Vicio,) Contra auspicia. Ad interregnum,) Opus fuit creare interregem. Cõsulibus prorogatum in annum imperium,) Ita tamen, vt essent sequenti anno non cõsules, sed proconsules. Interreges proditi,) Vnus post alium. Quia interregia potestas tantum quinque dies durabat, & sexto quoque die creabatur nouus interrex, donec consules designarentur.

In eius interregno,) Cõtentio de creando Varrone consule. Ab Q. Fabij opibus,) Post vel propter Fabij opes concussas. Aliena inuidia,) Quam conflauerat Q. Fabio ad plebem. Augures,) Qui obnunciando impediuissent comitia. Ab hominibus nobilibus,) Oratiuncula Bebij Herennij tribuni plebis, qua criminatur ordinem patricium, & suadet consulem è plebe facere. Ista criminatio constat enumeratione causarum finalium falsarum, & amplificationibus inuidiosis.

Cum quatuor militum legionibus,) Quarũ duas tunc habuit Minucius magister equitum, duas Fabius dictator. Vniuersis,) Omnibus simul, coniunctis Prosperè pugnasset,) Quatuor legionibus vniuersis. Obiectas, A Fabio, propterea quòd nõ ipse vnà cum Minucio suas legiones in aciem produxit. Id fœdus,) Vt trahant bellum. Nec finem,) Propositio primaria huius oratiunculæ. Nam plebeos nobiles,) Eos qui è plebe erant facti nobiles consulatu, aut alijs curulibus magistratibus gerendis Eisdem initiatos esse sacris,) Prouerbialiter, id est plebeios nobiles nouos iam eodem modo inescatos esse dulcedine potentiæ & opprimendæ plebis, vt patricios nobiles veteres. Vt in patrum potestate comitia essent,) Quia interrex per solos patres, non adhibito concilio plebis prodebatur. eoque non designabat consules, nisi ex sententia patrũ. Inuitis ijs,) Patribus. Expugnatum,) Auaessis etiam Ciceroni vsitata, pro magna contentione impetratum & effectum. Expugnatum esse,) Per patres. Vt vitiosus dictator per augures fieret,) Vt augures falsa obnunciatione, ementiendis auspicijs, dicerent eum dictatorẽ vitio creatum, qui rectè creatus esset. Abhorrere igitur interregnũ eos,) Eos, id est plebem, quia interrex tantum patricius esset facturus consules. Consulatum vnum certe plebis Romanæ esse,) Quanta contentione plebs obtinuerit, vt alter consul semper è plebe creari posset, suprà commemoratur lib. 7. Fuit primus de plebe consul Lucius Sextius Lateranus, anno ab Vrbe condita 389. Hæc autem ab Herennio dicuntur 538. anno ab Vrbe condita. Liuius infra libro 27. sic ait: Quia duos patricios creari non liceret, &c. Illud priuilegium plebis sæpè impediuit nobilitas, quod Cicero testatur, cum se post Catonem maiorem & C. Marium longo interuallo, nouum hominem, consulem factum, ista claustra nobilitatis, quibus circumdederat consulatum, perfregisse scribit.

Liberius habiturum.) Hellenismus, id est liberiorem fore, animo libero futurum, non metuente aut offensionem patrum, aut gratiam spectante. τὸ habiturum neutraliter extulit, sicut Græci interdum τὸ ἔχειν.

Cum his,) Creatio consulum & prætorum. Trib. patriciis petentibus, &c. Duobus nobilibus iam familiaribus plebi,) Duobus nobilibus plebeis, id est qui nobiles erát, sed non patricij. Ideò autem & nobiles vocentur, quia functi erant aut ipsi aut eorum maiores curuli magistratu: & plebei. quia nondum erant cooptati in ordinem patricium. Interdum senatores nec nobiles erant, nec patricij. Liuius suprà libro 5. Vt vnus ex plebe vsurpandi iuris causa, P. Licinius Caluus tribunus militum consulari potestate crearetur. Cæteri patricij creati. Ipse plebes mirabatur se tantá rem obtinuisse, non is modò qui creatus erat, vir nullis antè honoribus vsus, vetus tantum senator, & ætate iam grauis. Cæterum hos duos fuisse nobiles plebeios primum hoc arguit, quòd hic patricij seorsim à nobilibus tanquam diuersi nominentur: deinde illud, quod Bebius Herennius paulò antè dissuasit plebi, ne facerent plebeios nobiles consules. Ex isto dicto Herennij, & ex oratione P. Decij Muris suprà lib. 10. (vbi dicit, iam ne nobilitatis quidem suæ plebeios pœnitere, tot gestis magistratibus, dictatura, magisterio equitum, consulatu, censura, prætura, tot bellis feliciter confectis, tot partis triumphis) colligitur, nobiles alios fuisse patricios, alios ex ordine plebeio aut equestri. Patricij erant, quos aut reges aut populus in ordinem patricium legerant, aut ipsi patricij in suum numerũ adsciuerant. Liuius suprà lib. 4. Quid, hoc si polluit nobilitatem istam vestram, quam plerique oriundi ex Albanis & Sabinis, non genere, nec sanguine, sed per cooptationem in patres habetis, aut ab regibus lecti, aut post reges exactos iussu populi, &c. Ita Sabinum aduenam, Appium Claudium Regillanum, principem Claudiæ familiæ, sexto post exactos reges anno, illi antiqui patricij in suum numerũ acceperunt. Ita à S. Tullio rege gens Octauia in patricias gentes transducta est: quæ cum se procedente tempore ad plebẽ contulisset, rursus magna vi, vt Suetonius narrat, per Iulium Cæsarem, in patriciatum rediit. Tacitus annalium libro vndecimo: Iisdem diebus in numerum patriciorum adscivit Cæsar (Claudius) vetustissimũ quenque è senatu, aut quibus clari parentes fuerant, paucis iam reliquis familiarũ, quas Romulus maiorum, & L. Brutus minorũ gentium appellauerát, exhaustis, etiam quas dictator Cæsar lege Cassia, & princeps Augustus lege Senia sublegere. Lætaque hæc in R.P. munia, multo gaudio Cæsaris inibantur. Hæc ille. Nobiles fiebant vnà cum suis posteris, qui populi suffragio curulem magistratum adepti essent. Sed posteri eorum non erant patricij nisi ipsi in patricium ordinem lecti essent. Hinc Liuius sibi nominat consulares plebeios. Hinc Cn. Pompeius, cui postea Magno cognomen fuit, quamuis habuit consularem patrem, tamen ipse non patricia, sed equestri familia fuit. Liuius suprà libro proximo: Quinque equestris ordinis senatorum fermè liberis.

His consentaneum est, quod Augustus equitibus, quos in senatum legebat, potestatem fecit, vt essent vel patricij, vel si mallent, in ordine equestri manerent. Fuerunt igitur apud Romanos omnes patricij nobiles, sed nõ contrà omnes nobiles patricij.

Cum M. Lælio,) Glareanus annotauit pro Lælio legendum esse Liuio, & rectè. Causa huius damnationis expressa fuit superiori decade, quæ non extat. Ambustus,) Metaphora etiam Ciceroni familiaris, pro propè perditus, semiustus. Proximo comitiali die,) Primo die quo comitia iterum haberi possent. Parique magis,) Vt magis obsistendo eius temeritati, quàm reliquis rebus pari potestate fungeretur. Erat enim Varro omnia pro suo arbitrio, ac si vnus cõsul esset, acturus, sicut Cæsar cum Bibulo consulatum gessit.

Peregrinos,) Ita vocabantur omnes, non habentes ius ciuitatis Romanæ. Nonis,) Quorum non antea gerendo magistratu cognita virtus & spectata esset. Aliter hic accipitur τὸ nonis, quàm cùm dicimus homo nouus. Exercitus quoque,) De auctis exercitibus. Cæterùm prius,) De procuratis prodigiis. Cædis,) Futuræ. Legati à Pesto,) Liberalitas & fides sociorum, & præcipuè Hieronis regis Syracusani in Romanos. Magnitudinem,) Animi, ita vt nolint sociorum opibus etiam in extremo discrimine vti. Latinique nominis,) Eorum qui haberent ius Latij, de quo attigimus suprà libro proximo. In ea arce,) In Capitolio, metaphoricè: id est, in illa sede & domicilio imperij. Quinqueremes,) De aucta classe. Delectu perfecto,) Acta nouorum consulum, prius quàm signa ab vrbe moueantur. Nihil præter sacramentum,) Sacramentum hoc loco Liuius accipit pro iuramento, aut promissione minus solenni & voluntaria, quam milites cùm decuriabantur, aut centuriabantur, inter se spontè faciebant, vt rectè hic à Liuio coniurare dicantur. Cæsar libro septimo de bello Gallico: De senatusque consulto certior factus, vt omnes Italiæ iuniores coniurarent. Iusiurandum sumit Liuius pro iuramento solenni, & legitimo, quod ritè conceptis verbis præstabatur, iurabaturque per deos in verba præeuntis tribuni militum, aut consulis, aut alius magistratus, qui exercitui præesset.

Vbi ad decuriatum, aut centuriatum conuenissent,) Vbi conuenissent eo nomine, vt equites in decurias, pedites in centurias redigerentur. Decuria decem equites complectitur. Decuriatum & centuriatum, pro decuriatione & centuriatione, id est, pro redactione in decurias & centurias vsurpat. Ex voluntario inter ipsos fœdere,) A sacramento. Hic Liuius sacramentum militare, quale ante illud tempus in vsu fuit, definire & describere videtur. Conciones,) Iactatio & ferocia Varronis consulis. Collegæ,) Modestia Pauli consulis. Locatus,) Constitutus. Præcepturum,) Se nunc non posse certò prædicere, quæ consilia sibi hoc bello hostes, occasiones, loca, tempora suppeditatura sint. Gesta,) suscepta. Ad id locorum,) Hactenus: Hellenismus, εἰς τοῦτο τῶν καιρῶν, ἢ τὰ χωρία. Ita etiam Terentius locum pro tempore ponit. Alia multa quæ nunc non est narrandi locus. Locus, id est tempus. Si aut collegam,) Oratio cohortatoria Fabij Cunctatoris ad L. Aemilium Paulum consulem, vt fortiter temeritati collegæ obsistat, bellumque trahat. Orditur autem à personis per dilemma.

Et te talem virum,) Captatio beneuolentiæ. Quem video nequicquam,) Attentio & docilitas. Si altera parte,) Nisi coegeris Varronem tuis consilijs parêre, nisi eius ferociæ & temeritati summa vi restiteris. Malis consilijs,) Varronis.

Ac bonis,) Tuis consilijs. Erras enim,) Propositio. Varronis temeritati obsistas oportet. Nescio an,) Amplificatio, aut potius expolitio propositionis per comparationem. Varro dux,) Incitabit suos milites cõtra te, vt etiam annitente te, pugnent. Omnis etiam,) Ab exemplo etiam per comparationem aucto. Procellas, prælia, etque acies,) Synonymia. Sed in τῷ procellas, auxesis est. Atqui si hic,) A periculo impendenti à Varronis audaci festinatione. Aduersus vnum,) Apud te vnum. Sed ita res,) Secunda propositio deseruiens priori, trahendum esse bellum.

Nec euentus,) Confirmatio secundæ propositionis, primum ab euentu superiorum præliorũ, deinde à circumstantiis. In Italia,) Congeries rerum quibus superiores sint Romani. Annibal contrà,) Antithesis etiam, per congeriem. Dubitas ergo,) Conclusio specialis secundæ propositionis. Qui senescat,) Cuius vires minuantur. Quàm diu,) Ab exemplis. Sed ne aduersus te,) Ne de meo tantum facto glorier, qui illum ita ludificatus sum ad Geronium. Hæc vna,) Epilogus orationis. Quem difficilem,) Repetitio præcipuorũ argumentorum. Resistes autem,) Subijcit suum consilium, quemadmodum illis difficultatibus obsisti possit. A veritate,) Locus communis. A veritate laborare,) Veritas premi potest, opprimi non potest. Bona causa laborat à veritate iudicantiũ, id est propterea quòd iudicantes habent deprauata iudicia. Sine timidum,) Catachreses calumniatoriæ. Malo te,) Gnome per antitheton. Omnia audentẽ,) Antimetabole. Nec ego,) Per Anthypophoram subijcit summam consilij sui. Aduersus ea,) Responsum Pauli consulis. Ab hoc sermone,) Quemadmodum vterque consul iter ingrediens, deductus sit. Vt in castra,) Consules castra faciunt bifariam. Annibal quanquam,) Gaudium Annibalis ob aduentum nouorum consulum. Cæterùm temeritati,) Causa auctæ ferociæ Varronis, tumultuarium prælium prosperum cum prædatoribus Annibalis. Præpropero,) Percito.

Materiam,) Causam. Ex præparato,) Hellenismus, ἐκ παρασκευῆς, id est data opera, de industria, ex composito. Itaque locum,) Annibal ponit insidias exercitui Romano, sed frustra.

Omnis fortunæ,) Omnium facultatum, opum. Imagine,) Specie. Paulus etiam atque etiam,) Prudentia Pauli in odorandis, olfaciendis, animaduertẽdis insidijs. Præfectum,) Turmæ. Quæ ad detinendos,) Paulus impedimento est, ne Varro cum exercitu ruat in insidias. Pulli quoque auspicio nõ addixissent,) Addixissent, id est iussissent. Auspicio oblatum casus est. Obnunciari,) Et nunciari. tristia euenisse auspicia, eum contra auspicia facturum fi erit. Nam fortè,) Deteguntur clarius insidiæ. Sidicini equitis,) Equitis ex Theano Sidicino vrbe Cãpaniæ, ad viam Latinam. Dicitur autem Sidicinum ad differentiam Theani Apuli. Imperij potentes fecit,) Effecit vt eorum imperio parêrent milites. Imperij potentes, Græcè ἐγκρατεῖς τοῦ ἄρχειν. Praua indulgentia maiestatẽ soluisset,) Hoc est Noema memorabile, prauá indulgentiá imperantis, soluere eius maiestatem. Hinc Quintil. de præceptore præcipit, ne eius grauitas tristis, ne dissoluta sit comitas.

Ibi

Ibi plures dies,) Occaſio mouendi caſtra ab Geriona ad Cannas. Framitus,) Murmuratio. Hic habitus animorum,) Habitus, id eſt affectio. Cicero in Tuſc. quæſt. Vitioſitas eſt habitus aut affectio in tota vita inconſtans. Cùm vtriuſq;. Cùm Paulus diſſuaderat propius ad Annibalem dimicandi cauſa accedere. Ad nobilitandas clade Romana Cannas, vrgente fato, profecti ſunt,) Cannæ, autore Procopio, diſtant à Canuſio tria millia paſſuum, ad Aufidum amnem ſitæ. Pontanus lib. 2. de bello Neapolitano: Die quæ inſecuta eſt, caſtra trans amnem vetares ad Cannas poſita, inſignem clade quondam Romana viaũ, nunc habitatoribus omninò vacuum.

Propa eum vicum,) Situs caſtrorum vtriuſq; partis ad Cannas. A vulturno vento,) Addit τῷ vento, ne quis imperitus de Vulturno flumine, aut oppido intelligat. Vulturnus ab orienta hyberno ſpirat. Eum plerique Græci mixto nomine, quod inter Notum & Eurum ſit, εὐρόνοτον appellant. Aduerſus hunc Africus ventus occiduus, qui Græcè λίψ vocatur, flat. Vulturnus ventus, Germanicè Oſt nordtoſten Wind. Satis exploratis itineribus,) Ne præcipitarentur in inſidias. Annibal ſpem nactus,) Annibal conatus elicere ad prælium Romanos, quia hoc die ſumma imperij penes Paulum eſt, inuito Varrone, voto non potitur.

Proiectis ac proditis,) Aſe, ſi nõ impediuiſſet pugnam tam periculoſam. Ab tumultuario auxilio,) A Numidis, qui non erant Carthaginienſes, ſed milites auxiliares. Notum eſt eruditis, auxilia in exercitibus non conſtare è ciuibus, ſed ſocijs vnà militantibus. Iſtud auxilium Numidicum ideò nominat tumultuarium, quod ex colluuione Numidarum collectum eſſet. Apud Romanos tumultuarius miles, & tumultuarius exercitus dicitur, qui non ſecundum cenſum, aut deſcriptionem centuriarum, claſſiumq;, ſicut ab Seruio Tullio rege inſtitutum fuit, ſcribebatur: ſed iſto diſcrimine, ac plerunq; etiam vacationibus ſublatis, ſubitò vndecunque colligebatur. Propterea ipſe Liuius alibi tumultuariũ militem ſubitarium appellat, propterea quod tumultus repentinus alicunde nunciatus vſitatum & ordinarium delectum habere non permiſit, ſed collecticium & primo quoq; tempore oblatum militẽ ſcribere coegit. Minoris ergo precij tumultuarius miles fuit, quàm qui ordinaria ratione contrahebatur. Itaq; Varro,) De pugna Cannenſi, & primùm quemadmodum vtraq; acies inſtructa fuerit. Signum propoſuit,) Hoc ſignum prælij propoſuit, cùm primùm illuceſceret dies. Erat autem illud ſignum, ſagulum coccineum, aut purpureum, vel ſupra prætorium expanſum, vel ante id propoſitum, autore Plutarcho primum in Fabij Max. deinde in Pompei vita. Flumen,) Aufidum, qui in montibus Hirpinorum ortus, in Adriaticum mare decurrit. Læuum cornu extremi equites,) Equites ſociorum erant extremi in læuo cornu. Ante cæteros armati,) Galli & Hiſpani tenuerunt primam frontem ſiue cuneum, prominentem à prima acie. Habitus, Germanicè dieſe rüſtung. Hiſpani linteis prætextis purpura tunicis,) Habuerunt Hiſpani etiam noſtra ætate lineas tunicas memorabili illo prælio ad Ticinum, quo regem Gallorum ceperunt.

Numerum omnium,) Militũ Annibalis. Clamore ſublato,) Initium & deſcriptio pugnæ Cannenſis. Frontibus anim,) Frons eſt principium primæ aciei. Impulſis,) Gallis Hiſpaniſq;. In mediam primam aciem,) Quæ erat Gallorum & Hiſpanorum. Reductis alis,) Minus prominentibus quàm media acies prominebat. Frontem,) primam aciem. Quingenti ferme Numidæ,) Exemplum inſigne Punicæ fraudis. Adaquitaſſent,) Antea quàm prælium vndiq; committeratur. Parmis q; & iaculis,) Hinc apparet Numidas equites iaculatores fuiſſe, cùm iaculatores aliàs plerunq; fuerint pedites. Alij autem erant iaculatores quàm ſagittarij.

Auerſam adoriuntur Romanam aciem, tergaquè ferientes, ac poplites cædentes,) Hanc verſutiam Numidarum imitati ſunt Teutomarſi in pugna illa celeberrima, anno MCCXXVI. in Holſatia, inter ſecundum Valdemarum Danorum regem, & Adolphum comitem è Schauenburgo, Dynaſtam Holſatiorum, ad Bornouedũ vicum facta. Flagrabant hoſtili odio inter ſe, Rex & Dynaſta. Præterea Lubecenſes regio præſidio interfecto, arcem quam rex Lubecæ habebat, euerterant. Rege igitur ad plectendum quidem etiam Dynaſtam, ſed præcipuè ad iſtam iniuriam Lubecenſium vlciſcendam, in Holſatiam maximo cum exercitu veniente, iungunt cum Adolpho Lubecenſes ſocia arma, eiq; etiam imperium ſuarũ copiarum mandant. Ingentia & rex & hoſtes auxilia à tetrarchis vicinis, toparchiſq; contraxerunt. Dimicaturus erat Adolphus de poſſeſsione Holſatiæ, Lubecenſes de libertate. In campo Bornouedanſi inſtructa vtrinq; acie, Teutomarſi in poſtrema acie à Danis, in quorum ditione ac imperio tunc erant collocati, ſe coorta pugna terga eorum ferire poſſe videre. Quod vt facerent, antea clàm miſſo nuncio ab Adolpho ſubmoniti erant. Sic enim profligatis Danis, eos deinceps ſui iuris immuneſq; Danici imperij fore. Id illi violata fide cùm alacriter ſtrenueq; feciſſent, Danis magnæ cladis cauſa fuerunt. Exercitu enim fuſo, amiſſo oculo, rex cum filio, ſi abſq; vno equite Saxone fuiſſet, in hoſtium veniſſet poteſtatem. Ita Punico vafrumento & Lubecenſibus, & Teutomarſis vno die libertas parta eſt. Cùm alibi,) Euentus pugnæ. Parte altera,) Dextero cornu Romani. Quam mallem vinctos,) Hoc clarius effert Plutarc. in vita Fabij Maximi, τοῦτ' ἐγὼ μᾶλλον ἐβουλόμην, ἢ εἰ δεδεμένους παρέλαβον. Id eſt, Hoc malebam inquit, quàm ſi vinctos nanciſcerer.

Cn. Lentulus,) Exemplum iuuenis pij & officioſi in ſuperiorem magiſtratum, in extremo diſcrimine. Funeſtam,) Lugubrem. Ad eã conſul,) Exemplum animi piè in patriam affecti, & cùm euadere poſsit fortiter occumbentis, & miſerandi interitus. Cauſaquè conſulatus) Et propter conſulatum, quem communicere cum illo gero. Hæc exigentem,) Exigentem τὸ ἐξεγόμενον, id eſt commorantem. Helleniſmus.

Nihil fugientium inſeſtus agmini,) Hic nulla ſubeſt ſententia. Ideò legendum eſt vel alio modo: vel ſic, Nulli fugientiũ inſertus agmini. Quadraginta,) Numerus occiſorum ex parte Romanorum. Et tanta propè,) Propè, æquè magna pars ciuium atq; ſociorum interijt. Summa vtrorumque cæſorum ſimul numeratorum fuit, quam hic ponit Liuius. Vnde in ſenatum legi deberent,) Illi magiſtratus fuerunt, quæſtura, ædilitas, prætura, &c. His enim magiſtratibus fungentes, durante poteſtate ius dicendæ in ſenatu ſententiæ habebant. Ita Cicero lib. 7. in Verrem, ſibi ædili antiquiorem in ſenatu ſententiæ dicendæ locum datum eſſe narrat. Vlpianus in ff. de Officio quæſtoris, Quæſturam eſſe ingreſſum & quaſi primordium gerendorum honorum, ſententiæq; eius in ſenatu dicendæ, docet. Sed exacto tempore magiſtratus, non erant ſenatores, niſi in ſenatum lecti eſſent. Solebant tamen ij præcipuè in ſenatũ legi, qui talibus magiſtratibus gerendis documentum ſui dediſſent. Sicut & ex hoc loco & infrà ex verbis Liuij lib. 23. colligitur, ita dicentis: Recitato vetere ſenatu, inde primum in demortuorum locum legit, qui poſt L. Aemilium & C. Flaminium cenſores curulem magiſtratum cepiſſent, necdum in ſenatum lecti eſſent, vt quiſq; eorum ſenator primùm creatus erat: tum legit, qui ædiles, tribuni, prætores, quæſtoréſue fuerant. Hæc eſt pugna,) Comparatio huius cladis ad Allienſem. Alterius morientis,) Vult dicere, ad Cannas alterius conſulis Varronis fugientis exercitus cæſus eſt, alterius conſulis Pauli cæſi exercitus fugit. Hæc quadrant ad id quod è Polybio dicitur, Romanos habuiſſe in ſumma octoginta millia peditum, ſex equitum. & ad id quod Liuius paulò antè dixit, ad quadraginta tria millia cæſa eſſe, hoc eſt ferè dimidiam partem copiarum.

Binis in caſtris,) De euadendo per eruptionẽ ex vtriſque caſtris Romanorum. Canuſium,) Canuſium vrbem fuiſſe, ciuibus, aduenisq; maximè frequentẽ, ſecundumq; Aufidum flumen poſitam, emporiumquè regionis eius, ambitus ipſe ac ſitus argumento eſt. Fuit eius regionis caput vſq; ad Roberti Guiſcardi Normanni Calabriæ Apuliæq; principis tempora. Hanc ob defectionem, expugnatam incenſamq;, ac ſolo æquatam, proditũ eſt à rerum ſcriptoribus, iiſdem ferè quibus è Roberto temporibus Roma quoque magna ex parte incenſa eſt, dum Gregoriũ ſeptimum pontificem maximum illic circumſeſſum, ab ira Henrici tertij Imperatoris ereptum liberat. Tempeſtate verò hac noſtra, præter tumulum, in quo arx tunc erat, præterq; Sabini templum (in quo extra tumuli muros ſito, maximi principis Boemundi Normanni ſepulchrum eſt) ſolo iacent æquata omnia, vixq; aliquod tantæ vrbis veſtigium extat.

Aeſtimatiq; capita veſtra,) Egregium argumentum ab indignitate. Alteri honos,) Annibali. Non vos quidem,) πάθος ab interitu conſulis & exercitus. Sed antequam,) Ab occaſione. Ferro atque audacia,) A facili. Cuneo,) Conferto agmine, cui ſit frons accuminata. Laxum atq; ſolutum agmen,) Quod obſtrepens portis nos obſidet. Itaque ita mecũ,) Breuis concluſio. Quod patebat,) Quia ſcuta erant in ſiniſtra parte. Annibali victori,) Annibal non ſeruat regulam ſapientis imperatoris, perterritis hoſtibus non oportere colligendi ſui ſpacium dare, quam vbique egregiè ſeruauit Cæſar.

Capere animo,) Iter hinc Romam maius eſt, quàm vt ilicò rationem inire poſsim, quomodo illud conficiam. Poſtero die,) lectio ſpoliorum, & deſcriptio ſtragis. Præcipuè conuertit,) Exemplum inſignis ferociæ.

Spolijs ad multum diei lectis,) Deditio minorum caſtrorum. Dum ibi,) Fuga ex maioribus caſtris, eorundemq; deditio.

Eos qui Canusium,) Benignitas Busæ mulieris Canusinæ in profugos Romanos. Cæterùm cùm ibi,) P. Scipio adolescens tribunus militum, postea quam ad eum & ad Appium Claudium ab illis legionibus, quæ Canusij erant, summa imperij est delata, coniuratione nobilium iuuenum qui de deserenda Italia consilium ceperant, laudatissimo facinore comprimit. Quorum principem,) Esse nunciat. Torpidos,) Quasi omni sensu amisso attonitos. Fatalis dux huiusce belli,) Is fato destinatus erat, vt hoc bellum conficeret. Victo enim ad extremum Annibale, debellatisque Carthaginiensibus, Africanus cognominatus est. Eo tempore,) Munificentia Venusinorum in Romanos profugos ex prælio. Appiusq; & Scipio,) Varro copias quæ secum erant, Venusia Canusium traducit.

Romam ne has quidem,) Pauor & tumultus in vrbe ex clade Cannensi. Itaq; succumbam,) Attentio per hæsitationem. Consule exercituque,) Amplificatio cladis per contentionem. Non vulnus super vulnus,) Non vna simplex clades post simplicem cladem vnius consularis exercitue cæsi ad Thrasymenum.

Nulla profecto,) Ostendit animi magnitudinem populi Romani comparatione. Aut pugnam aduersam in Africa,) Qua tantum xx. millia Pœnorum intersecta sunt, de qua infrà lib. 30. Quod vnum opus,) Capta vrbe esset confectum bellum. Tum Fabius Maximus,) Consiliũ Fabij Maximi de exploranda fortuna consulum atq; exercituũ, deq; sedando tumultu ac trepidatione in vrbe. Tum demum literæ,) Literis Varronis patres de fortuna consulum atq; exercituũ certiores redditi, & priuatæ per domos clades vulgatæ. Sacrum anniuersarium Cereris,) Id sacrum è Græcia Romam translatũ fuit, & quotannis ad quintum Calendas Apriles à solis matronis in vestitu candido lætis, nec funere pollutis celebrabatur. In isto sacro ante noctem epulabatur nemo, atq; à vino inprimis & Venere abstinebant. Liuius infrà libro 36. Renunciarunt ieiunium instituendum Cereri esse, & id quinto quoq; anno seruandum. Cæterùm cum sedato,) De statu Siciliæ. Lilybæum,) Vbi Octacilius tunc erat cum classe. Literis consulis,) Reuocato in vrbem Varronem mittitur ad exercitum M. Claudius Marcellus prætor. Territi etiam,) Duæ vestales stupri compertæ. Vt mos est,) De quo Alexander lib. 5. cap. 12. Ad portam Collinam,) Ea etiam Quirinalis & Agonalis & Salaria vocabatur, idq; postremum nomẽ etiamnũ retinet. Hoc nefas,) De placatis dijs, & pręcipuè de sacro barbaro, quo Romani humanis hostijs litarunt. Hostijs humanis.) In illo loco subterraneo etiam antea sacrificia erant facta humanis hostijs barbaro more. Placatis satis,) M. Marcellus cum legione tertia ab Ostia ad exercitum mittitur. Præmissa,) Canusium. Dictator,) Delectus noui per dictatorem & magistrum equitum habiti. Iuniores ab annis xvii,) Qui excessissent 17. ætatis annum. Prætextatos,) Minores 17. annis. Nam 17. ætatis anno Romani adolescentes plerunque prætexta posita togam virilem sumebant, propterea quod tunc pubertas compleri, & ætas militaris incipiebat. De prætexta Macrobius libro primo Saturnaliorum cap. 6. Plutarchus in Romulo & Sertorio, Lazarus Baifius in libello de Re vestiaria, capite Saturnalibus.

Ex formula,) Ex formulis fœderis, ex catalogo. Singulis enim ciuitatibus antea præscriptum erat, quantum peditum equitumq; cùm iussissent Romani, mitterẽt. Namque Annibal,) Annibal Romanis facit copiam redimendi captiuos, & ea de re Romam mittuntur legati. Non internecinum,) Se non gerere bellum delendi Romani nominis, sed imperij & gloriæ causa. Patres,) Carthaginiensium, qui primum Punicum bellum gesserunt. Aliquantum adijciebantur,) Quia pacti erant in genere in capita Romana trecenis nummis quadrigatis. Cùm regressi,) Versutia vnius è decem legatis. Quorum princeps,) Oratio suasoria M. Iunij principis captiuorum, vt senatus redimat captiuos ab Annibale. Nemo vestrûm,) Orditur ab Anthypophora per insinuationem breuem, non improbando veterem morem Romanum, qui tamen captiuis contrarius erat. Sed assentiendo conatur sibi conciliare beneuolentiam senatus, & in eius animos subrepere. Cæterùm nisi,) Propositio per comparationem. Nisi nobis,) Ista dubitatio etiam comparat beneuolentiam, & facit vt plus spei in misericordia senatus, quàm in causa sui repositum habuisse videantur. Non enim,) Confirmatio, & primùm à necessitate.

Nec esse nefas,) Secundo ab vtili. Maiores nostros,) Tertiò ab exemplis. Tarentum misisse,) Ad Pyrrhum regem Epiri. Ad Heracleam,) Sitam ad sinum Tarentinum. Sunt etiam,) Leuat culpam fugæ distinctione, dicẽdo non omnes captiuos fugisse ex acie. Haud equidem,) Excusat captiuos, quod non cum cæteris Canusium aut Venusiam perfugerunt. Hunc locum orditur à præteritione & insinuatiuncula, aut præmollitione. In se plus,) Collatio, vt sint futuri gratiores ac vtiliores Reipublicæ.

Delectum,) Ab indignitate, si ipsis prælati fuerint serui. Et fortuna,) Etiam seruili. Illud etiam,) Mouet misericordiam vt in Epilogo, primùm à crudelitate Annibalis. Duri oris,) Inuerecundi, immisericordes. Si videatis,) Enargia. Intueri potestis,) Secundò, à sollicitudine & luctu attingentium captiuos consanguinitate. Si medius fidius,) Tertiò, à iudicio senatus, quàm miseri sint futuri, si non fuerint digni iudicati à senatu qui tantillo pretio redimantur. Vbi is,) Consecuta hanc orationem.

Si tantummodò,) Oratio dissuasoria Manlij. Initio conflat captiuis inuidiam, & alienat animos senatus ab eis, criminando eos quod se illis prætulerint, qui Venusiam Canusiumque peruenerunt. Quid enim aliud,) Propositio. Morem traditum,) Non redimendi captiuos. Atque vtinam,) Expositio inuidiosa, quam à voto itidem odioso inchoat. Sicut suorum,) Ab exemplis contrarijs. P. Decius,) Sub A. Cornelio Cosso consule, suprà lib. 7. Calphurnius Flamma,) Florus lib. 2. rerum Romanarum, cap. 2. & Plin. cap. 39. de Viris illustribus. Quinquaginta,) Concitat inuidiam à magnitudine cladis. Liberi,) Argumentatur à diminutione capitis, & ciuitatis amissione. Maxima capitis diminutio est, amissio ciuitatis Romanæ, & libertatis. At Romanorum ciuium iure priuati erãt, quàm diu erant serui hostium. Nihil igitur poterant postulare iure ciuium.

Precio redituri,) Argumentatur ab ignauia captiuorum. Si cæteri similes,) Qui Canusium & Venusiam euaserunt. Ciuem haberet,) Quia cæteri etiam Annibali sese dedidissent. Ex millibus septem,) Ab exemplo eorum qui erumpendo euaserunt. At enim,) Quàm citò se dedidérent. Vos redimam? Conclusio. Postea quam,) Effectus orationis. Vnus ex ijs,) Euentus versutiæ vnius è decem legatis captiuorum. Est & alia,) Alia opinio de legatis captiuorum. Religione,) Iureiurando. Quanto autem maior,) Defectio sociorum post cladem Cannensem. Nec tamen hæc clades,) Certissima indicia magnanimitatis populi Romani. Liuius infrà lib. 45. Ita summos erat, in aduersis vultum secundę fortunæ gerere, moderari animos in secundis. Si Carthaginiensium,) Illi solebant duces re malè gesta in crucem agere.

TRANSLATIONES ALIQVOT LIVIANAE.

Libro 4 ab Vrbe condita, Præcipitique iam die curare corpora milites iubet.

Certamine, quod ingens exudandum esset.

Vt quem senatorem concoquere ciuitas via posset, regem ferret.

Libro 5. Deinde multa iam edita cæde, senescit pugna.

Differendo deinde elanguit res.

Libro 6. Sed vegetum ingenium in viuido pectore vigebat, virebatq; integris sensibus.

Libro 8. Omnibus consultationibus inter se principes occultè Romanum coquebant bellum.

Libro 21. Reciprocare animam.

Libro 28. Et ad aures quoq; militum dicta ferocia voluebantur.

Libro 26. Vt ad tertiam buccinam præstò essent.

Libro 27. Cùm in Italia ad Thrasymenum & Cannae præcipitasset Romana Respublica, prospera bella in Hispania prolapsam eam erexisse. Secunda in Italia Siciliaque gesta, quassatam rempublicam excepisse.

Libro 32. Fluctuatus animo est, vtrum protinus in regnum se reciperet, an reuerti in Thessaliam posset.

Libro 34. Cum supercilio haud procul distantis tumuli ab vrbe instructam aciem ostendisset.

Libro 36. Cui si semel in causam descenderit, nihil integri futurum sit.

Mnesilochus princeps Acarnanũ multis emptus donis: id est, corruptus.

Aetolorũ praua consilia atque in ipsorum caput semper recidentia accusauit.

Libro 37. Romanorum duæ naues fractæ sunt, vulneratæ aliquot.

Gloriamque eius victoriæ defloratam ad Thermopylas esse.

Libro 38. Per hæc velut eneruata ciuitas Lacedæmoniorum.

Graue præda omnis generis agmen trahens.

Cùm senectæ res quoq; defloruere.

Libro 40. Illic ante omnia clandestina concocta sunt consilia.

Cum obsideri aurem à fratre cerneret.

Profectos à domo inexplicabiles cõtinuis imbribus viæ, & inflati amnes tenebant.

Amicitias immortales, inimicitias mortales debere esse.

Libro

Libro 42. Tum insidiatores exorti, saxa duo ingentia deuoluunt, quorum altero caput ictum est regi, altero humerus sopitus.
Solos Rhodios fluctuanteis & imbutos Persei consilijs inuenisse.
Ventosum ingenium.
Circumagetur hic orbis, erit mox qui arguat, &c. id est, mutabitur hic status rerum.
Sicubi P.R. sua fortuna labet.
Non portas claudere regi satis habuerunt, sed probris quoque in ipsum Macedonasque procacibus iaculati sunt.
Vt secunda fortuna in conditione honestæ pacis vteretur, potius quàm spe vana euectus in casum irreuocabilem se daret.

Libro 44. Castra tumulo sunt acclinata.
Claustra Macedoniæ tradita Romanis esse.
Saxis tormento emicantibus.
Dubij suspensique ex fortuna fidei.

Libro 45. Præcerptam tamen eius rei lætitiam inuenerunt.
Is ad occupatas iam aures, sollicitatumque iam animum cùm venisset, aggressus tempestiuis temporibus rem propè prolapsam restituit.

FINIS LIBRI VIGESIMI SECVNDI, ET COMMENTARIOLI SECVNDI.



IN TITI LIVII PATAVINI HISTORIARVM AB VRBE CONDITA LI-BROS, QVI QVIDEM EXTANT, OMNES, OBSERVATIONES, EX VARIIS AVTORVM SCRIPTIS COLLECTAE,

PER VILHELMVM GODELEVÆVM.

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITAE.



FRANCOFVRTI AD MOENVM.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO CAESAREO
AD DECENNIVM.
M. D. LXVIII.

ORNATISSIMO VIRO, AC DE RE LITERARIA OPTIME MERENTI, D. EVSEBIO EPISCOPIO, TYPOGRAPHO AC CIVI BASILIENSI, DOMINO ET AMICO, VVILHELMVS GODELEVAEIVS S. P. D.



Ne ego, opera in Liuij historia explicanda sumpta, quasi Iliada post Homerum scripsisse, multis videbor, Episcopi optime: Tot etenim doctissimorum virorum lucubrationes in eam extant, vt omnis commentandi materia alijs præcisa atq; adempta videri possit. Nam vt præ cæteris duos commemorem, quid vir eruditissimus Henricus Glareanus, vt Liuius pristino nitori restitueretur, non est molitus? & quid Carolus Sigonius antiquitatis indagator diligentissimus post eum intactum vel indiscussum reliquit? Veruntamen, etsi ijs plurimum deberi fatear, eorumq; labori tantum, quantum meretur, deferam, non tamen propterea me deterreri passus sum, quin quibus bonos iuuenes in lectione Liuiana iuuari, quasiq; in salebra morantes extricari posse existimarem, ea malo atramento chartis meis illita alijs communicanda censerem: Nam præterquam quòd in medio omnibus palma est posita, qui artem tractant Musicam, vt Comicus ait, sæpius etiam doctissimos viros, aliorum industriæ in rerum tractatione nonnulla relinquere scimus. Nemo siquidem, Varrone autore, reprehensus, qui à segete ad spicilegium reliquit stipulam, & ligna: Itaq; peruoluendo variorum autorum scripta, ab ijs in Liuiana historia vel animaduersa, vel explicata, vel notata consignare, quasiq; operam decerpentem in excursu vago & errabundo nauare non dubitaui. In qua, si qui subductioris supercilij nonnulla ramento, subere, plumis, pappisq; carduorum leuiora, vel aliunde emendicata esse duxerint, hi norint, cupio, grauibus non constare pondus suum, nisi leuiū comparatione cresceret, & me in parabili & corrogato pane acquiescere, alijs locupletioribus mundam annonam, & silígineam suis conuiuis appositurís. Nec ex hoc mustaceo tam laureā quærere, quàm aliorum laborem, ne ista quærerent, leuare studui: Ideo, vt pueri in ludo solent, dictata fideliter reddidi, neq; in furto deprehendi, quàm ingenua verecundia profiteri malui, cuius magisterio profecerim, & cuius deposita seruanda acceperim, hac spe concepta, quòd etsi magna non sint, aut recōdita, tamen vt humiles myricę interdum, reptantesq; per humum lasciui hederarum pampini, & in tabernarū fronte promptæ merces, non in interioribus penetralibus & hypothecis latentes, homines delectant, sic studiosi Liuianæ lectionis, nec obtrectandi malignitate suffusi, ista fauore amplexuri, & si fortè hisce centonibus ex varijs panniculis consutis, purpurati offendantur, sagati & male vestiti eos recepturi sint. Qualemcunq; verò opellā hisce centonibus colligendis impensam, tibi Episcopi optime imprimendam transmittere animus erat, quòd ex auunculo, & studiorum meorum fautore singulari D. Simone Schardio Cameræ Imperialis Assessore intellexissem, tibi, vt aliorum multorum, sic quoque Liuij impressionem ex Heruagiana hæredita te comparata delatam esse. Cæterùm cùm Francofortenses Typographos, viros optimos, studio rei literariæ iuuādæ te in ea anteuertisse cognouissem, quidquid huius opellæ fuit, ipsis tradidi, bona spe, non minus meam erga te voluntatem, ti bi dedicatione, quàm communicatione ipsius opellæ probatum iri, cùm hac vsus eius tibi saltem cōcessus fuisset, illa, vnà cum vsufructu proprietas eius in te transferatur. Ita mihi virtus atq; humanitas tua clarissimi viri Simonis Schardij

 oratione

oratione prædicata est, vt non dubitem, quin hoc meum factum in te compellando, meamq; erga te propensionem, cum inductione animi quadam propria, tùm virorum optimè de te sentientium prædicatione susceptam, sis approbaturus. Idq; cum tam certò mihi persuadeam, vt id abs te minimè rogandum existimem, hoc vicissim de me tibi polliceberis, si quæ grata officia tibi à me præstari queant, nulli nec fidei, nec diligentiæ, nec operæ, vt ea declarentur, parciturum me esse. Vale fœliciter, Datum Midenæ, XV. Ianuarij. Anno 1568.

IN PRI-



IN PRIMVM LIBRVM HISTORIARVM T. LIVII
PATAVINI ANNOTATIONES, EX VARIIS DOCTORVM LVCVBRATIONIBVS COLLECTAE.

Nona veteribus grata.

FEstinantibus ad hæc noua] *Respexisse videtur ad illud Homericum Odyssea. 1. Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται. quos sic Erasmus Latinè reddidit:*

Cantio enim hæc hominum longè est celeberrima vulgo, & gratissima, quæ nuperrima venit ad aures. Accinit huic Pindarus Olymp. Hymno 9. Αἴνει δὲ παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων. sentiens gratiores esse hymnos, q. res nuper gestas celebrãt, quàm qui prisca tractant.

Quæ ante conditam] *Magna magnorum virorum super hoc loco contentiones fuerunt, idq; non sine causa, vt Petrus Nannius lib. V. συμμίκτων siue Miscellaneorum refert. Nã cũ duo tempora Liuius significet, in vnã tamen vicẽ ambo incidere videntur. siue enim dicas ante conditã, siue ante condendam, vtroq; modo tempus, quod natalẽ vrbis antecessit, innuitur. Verùm Nannius aliorũ opinionib. cõmemoratis censet, conditã esse præteriti temporis, condendam præsentis, vt primum interuallum temporis ea habeat, quæ antequam vrbs existeret, secundum, quæ in ipsa constituenda vrbe dum conditur, obtigerunt, atq; ita in his nulla erit perturbatio, nec exiguo sine distincta erunt. Participia autem in dus esse præsentis temporis, ac passiuæ indolis, docetur a Thoma Linacro ex illo Vergilij:*

Turne quod optanti diuûm promittere nemo
Auderet, Voluenda dies en attulit vltro. Vbi non diem quæ voluetur, & adhuc in futurum imminet, sed præsentem diem quæ iam volueretur indicauit.

Historiæ vtilitas.

Hoc illud est præcipuè in cognitione] *Historiæ vtilitas præcipua. periculis aliorum sine suo periculo cautum sapientemque fieri, exempla inde capere omnigena quæ ad vsum tuum quolibet intro traducas. Translatus autem hic locus videtur à Polybio qui in principio libri primi ait esse ἀληθινωτάτην παιδείαν καὶ γυμνασίαν πρὸς τὰς πολιτικὰς πράξεις τὴν ἐκ τῆς ἱστορίας μάθησιν, ἐναργεστάτην δὲ μόνην διδάσκαλον, τοῦ δύνασθαι τὰς τῆς τύχης μεταβολὰς γενναίως ὑποφέρειν τὴν τῶν ἀλλοτρίων περιπετειῶν ὑπόμνησιν, id est, historiã veram disciplinam exercitationemq; ad res ciuiles esse, eamq; solã ob exempla alienorum incommodorum effectricem & magistram, vt quis possit fortunæ varietatem æquo animo ferre.*

Dij in exordio cuiusq; rei inuocandi.

Nobis quoque mos esset] *Innuit non tãtũ historitis, vt poëtis, in more esse, vt in initio operis Deos inuocent. Aut Alios autores in alia sententia fuisse, ex eorum monumentis apparet. Nam Charondas Cathanæus in principio legum suarum statuit, τοὺς βουλευομένους καὶ πράττοντας τι ἀπὸ θεῶν ἄρχεσθαι χρή. τὸ γὰρ ἄριστον ὥσπερ ἡ παροιμία φησὶ τὸν θεὸν ἅμα αἴτιον πάντων τούτων. Cõsultantes agentesq; aliquid à dijs auspicari debent. Optimum enim est, vt parœmia fert, deum causam & authorem esse illorum omnium prout Stobæus refert de legibus & consuetudinibus sermone 42. Huic subscribens Xenophon lib. 1. de pædia Cyri ait, πολλὰ γὰρ μοι συνόντες διδάσκων, ὡς οὐ μόνον τὰ μεγάλα, ἀλλὰ καὶ τὰ μικρὰ πειρώμενον ἀπὸ θεῶν ὁρμᾶσθαι δεῖ. Illud minime ignorat iu me non solum in magnis rebus, sed etiam in paruis semper à dijs immortalibus initium facere. Et rursus in Oeconomico:*

Καλῶς μοι δοκεῖς λέγειν, καὶ δίκαιον πειρᾶσθαι σὺν τοῖς θεοῖς ἄρχεσθαι παντὸς ἔργου, ὡς τῶν θεῶν κυρίων ὄντων, οὐδὲν ἧττον τῶν γεωργικῶν, ἢ τῶν πολεμικῶν ἔργων. Id est, rectè tu quidẽ mones omnẽ à Dijs actionem potissimùm auspicari oportere, tanquam pacis ac belli studijs imperantibus. Et Veteres omnibus rebus agendis deos præfari solitos Plato quoq; testatur, θεὸν δὴ πρὸς τὴν τῆς πόλεως κατασκευὴν ἐπικαλώμεθα, ὁ δ' ἀκούσειέ τε καὶ ἐπακούσας, ἵλεως δὲ μενής τε ἡμῖν ἔλθοι συνδιακοσμήσων τήν τε πόλιν καὶ τοὺς νόμους. Id est, deũ ad ciuitatis constitutionem inuocemus, ille verò nos audiat, exoratusq; propitius ac beneuolus adsit, vnà nobiscum ciuitatem ac leges constituturus. Et Aratus in phænomenis, ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν ἄρρητον. Quem Cicero lib. 2. de legibus imitatus, A Ioue Musarum primordia sumenda tradit.

Ius belli abstinuisse] *Aeneam hic nulla prodita patria notã à Liuio aspergi contra Seruium Grammaticum Christophorus Landinum & post eum Glareanus hic in annotationibus ostenderunt, at nõ prætereundum id quod Cælius tradit, Aeneam pietate in Deos ac parentem insita clementer humaniterq; à victoribus Græcis tractatum, ac liberum obire cum domesticum permissum bonis, De quo plura Cælius lib. 19. cap. 23.*

Latinus rex Aboriginesq;] *Aborigines appellati sunt, quòd errantes conuenerint in agrum, qui nunc est populi Romani. Fuit enim gens antiquissima Italiæ: Athenis quosdã profectos Sicyonem Thespiasq;, ex quibus porro ciuitatibus ob inopiam domiciliorum cõplures profectos in exteras regiones, delatos in Italiam, eosq; multo errore nominatos Aborigines, author est Festus Pompeius. Obtinentibus autem regionem Aboriginibus primi eorum cohabitatores fuere Pelasgi errabundi, profugiq; ex ea quæ tunc Aemonia dicebatur, nunc Thessalia, in qua tempus quoddam habitarunt. Hæc ex Dionysio in principio. Diodorus Siculus in 5. dicit eo tempore quo Hercules ad eum locum venit, vbi nunc Roma est, Aborigines tenuisse quod nunc palatium appellant, vrbem pentius paruulam incolentes. Porro & id existimat Dionysius lib. 1. Aborigines dictos ἀπὸ τοῦ ὄρους, Id est à monte, quòd montes ipsi incoluerint.* Aborigines.

Qui Cære.] *Hanc vrbem alio nomine Agillam vocatam Cato & alij tradunt. Cur verò Cære sit dicta refert Seruius lib. 8. Aeneidos: Agillo (inquit) ciuitas est Thuscia à conditore appellata, cui ex infectia Romana aliud est inditum nomen. Nam cum Romani euntes per Thusciam interrogarent Agillinos quæ diceretur ciuitas, & illi vtpote Græci, quid audirent ignorantes, & optimum ducentes si prius eos salutarent, dixerunt χαῖρε, quam salutationem Romani ciuitatis nomen esse arbitrati sunt, & detracta aspiratione eam Cære vocarunt. Citat Iginium autorem in vrbibus Italicis.* Cære vrbs Agilla.

Aborigines Troianis] *Dionysius lib. 1. longè aliter hanc historiam refert. Latinus (inquit) Aboriginum rex nouorum aduenarum commotus aduentu, bellum Troianis inferre decreuit. Sed per somnium à loci genio cõmonitus est, vt eos aduenas in patria regione susciperet. Ediuerso dij patrij Aeneã monent, vt amicè à Latino se in ea regione suscipi postulet. Longe vltro citroq; sermone habito inter Aborigines atq; Troianos huiusmodi sunt icta fœdera, &c.* Aeneas à Latino in somnijs suscipi iubetur.

Situs est quemcunq;] *Non temere est illa Liuij ἀνδιλογία, vt Nannius lib. 5. συμμίκτων existimat, exhorrentis nomen Aeneam diuos recepti, euulgare. Summa autem proprietate de sepulto situm dixit. Hinc etenim Siticines dicti, quòd apud sitos, hoc est, sepultos canere solebant, idq; ex antiquitate Capitonis Attei, vt in noctibus Atticis ab Aulo Gellio memoratum inuenitur lib. 20. cap. 2. Nefas verò olim fuit, indigitati & inter diuos recepti nomen edere, quod illis à consecratione nouum indi solet, neque fas erat mortali diuinis nominibus vti, quod Iudæi seruant in suo tetragrammate, quod ab ipsis ἀνεκφώνητον dictum, id enim mysterijs latere debet. Quamobrem olim taciti templo Heroum præterire solent, iram offensi Herois metuentes nisi id facerent.* Situs & Siticines.

Iouem indigetem appellant] *Indigetes Dei antiquis vocati. Seruius in 12. Aeneidos duplici ratione indigetes dici asseuerat. vel secundum Lucretium quòd nullius rei egeant, vel certè (ait) indigetes dei sunt ex hominibus facti & dicti indigetes. Alij, quasi in deis agentes, qui ex hominibus ad diuinitatem peruenissent. Fuere qui indigetes putarent eos, quos indigitari hoc est vocari & nuncupari nefas esset, atque hos eos Deos fuisse, in quorum custodia essent vrbes gentesq;. Alij dicunt, si indigitare inuocare est, deos illos indigetes esse potuisse, qui inuocati faciles sint, & præsto adsint. Alij sunt qui putant Indigetes appellari, quasi in loco vel genitos vel degentes, & magis proprij patriæ, loco, & ciuibus. Gyraldus de historia deorũ syntagmate 1.* Iupiter Indiges. Indigetes.

Albula quem nunc Tyberim vocant] *Albula ab aquarum colore, Deinde à Tybri Tuscorũ rege ibi occiso Tyberis, Vide Plinium lib. 3. cap. 5. & lib 36. cap 9. Cornelium Tacitum lib. 1. Annalium. Vergilium lib. 8. Ouidium lib. 2. Fastorum: Albula quem Tyberis.* Albula Tyberis.

Rheæ Syluiæ cum Vestalem eam legisset] *Syluio cognomen ab Ascanij filio, qui in Syluis natus erat, accepisse constat, à quo omnes qui Albanorum regnum obtinuerunt, Syluij dicti sunt. Quanquam Vergilius in 6. regibus Albanis à Syluio Posthumo hoc cognomina datum putet. Cæterùm ad Vestã quod attinet, ea Saturni ex Ope* Syluia Vestalis. Vesta.

filia fuit, dea virginitatis, cui Aeneas post Troianum incendium, condito Lauinio ædem sacrauit. Posita Ascanius condita Alba, templum quoque in montis Albani vertice dicauit. De qua re Plinius lib 16. cap. 2. lib. 28. cap. 2. lib. 34. cap. 5. Cicero lib. 2. de natura deor. Gellius lib. 1. cap. 12. Alexander ab Alexandro lib. 5. cap. 12. Calius Rhodiginus lib. 15. cap. 16. 17. & 18. Flauius Blondus lib. 1. Roma triumphantis. Seruius lib. 11. Aeneidos Ouidius lib. 6. Fastorum. Lucretius lib. 2.

Auentinus.

Auentino fulmine ictus.] *Vnde mons Auentinus dictus sit nondum inter authores cōstat. Naeuius ab auibus dictum scripsit, quæ à Tyberi in hunc montem subitum volarint. Itidem Virgilius scribit, quod id nomen ante Euandri & Herculis in Italiam aduentum habuerit, alij vt refert Varro, in libris de gente populi Romani, ab auente Sabinorum fluuio vocatum volunt, quibus in vrbem susceptis, Romulus Auentinum habitandum concessit. Varro ab aduectu dictum asserit. hic enim mons ab alijs montibus & ciuitate olim paludibus & Tyberi exclusus fuit, vnde qui hunc montem adire volebant, ratibus aduehebantur. Sunt qui ab aduentu quoque dictum putarint, quod Dianæ templum in eo fratrum Latini frequētarent. Sextus Pompeius hunc montem aliquando Murcium vocatum sic scribit. Murciadea satellum erat sub monte Auentino, qui antea Murcius vocabatur. In eius summo lucus erat, qui Remoria dicebatur, vbi Remus de vrbe condenda fuerat auspicatus. Quem montem Romulus neminem passus est habitare, sed sacrum fratri esse voluit vsque ad Hylernam. Appellatus quoque est à Dianæ templo collis Dianæ, Martialis lib. 12.*

Murcius Mons. Remoriæ. Collis Dianæ.

Cum tu forsitan inquietus erras
Clamosa Iuuenalis in Suburra
Aut collem dominæ teris Dianæ.

Romuli pater.

Vi compressa Vestalis.] *Dionysius ita ait, cum Ilia Vestalis (sic enim alij appellant eam quæ Liuio dicitur Rhea Syluia) ad Martis lucum iuisset aquæ puræ hauriendæ causa, in templa compressa est. Sunt qui putent ab aliquo ex procis, nec desunt qui dicant ab Amulio ipso patruo armato, qui cum amore eius captus esset, Martis specie armatum, & incognitus cum ea rem habuit. Alij a genio loci, alij verò à sacerdote aliquo siue pontifice compressam asserunt. Onuphrius Panuinius Romulum militis cuiusdam filium fuisse credit, & quia milites sub Marte esse existimantur, ideirco Romuli patrem Martem dictum: Nec dubium à Marte compressam virginem ideo finxisse veteres, vt minor turpitudinis nota esset, & humanus quoque animus diuinæ stirpis fiducia res magnas audacius aggrederetur. Martis congressum graphicè depingit Naso lib 3. Fastorum. Cicero verò lib 1. De natura Deorum vt fabulosum deridet.*

Vestalium delinquentium pœna.

Sacerdos vincta] *Quidam Virgis prius cæsam, & deinde secundum legem delinquentium Vestalium viuo corpore sepultam esse prodiderunt. De qua lege & consuetudine Plutarchus par. 96. Problematum. Alexander ab Alex. lib 5. cap 12. Calius lib. 17. cap. 19.*

Aquam mitti iubet] *Fabius Pictor & Dionysius famulis exportandos dedisse scribunt more veterum gentilium, qui infantes de quorum vita, moribus, rebus denique, gestis sinistra habuerunt præsagia, clam exposuerunt, quo futurum euitaretur malum, quorum Catalogum lege apud Hyginum fabula 252. Sabellicū lib. 1. cap. 1. exemplorum.*

Defungi imperio.

Defuncti regis imperio.] *Defunctos regis imperio dixit eos qui imperio regis satisfecissent, de qua loquendi forma Budæus eleganter in prioribus annotat. ad pandectas.*

Ficus Ruminalis.

Ficus Ruminalis.] *Ficus Ruminalis ideo sic dicta vel quod æstate sub ea pecora frigora captantia, herbasque vellentia ruminabant, vel à rumine, id est, mamma, quam antiqui rumen dixêre, quòd sub ea pueri Romulus & Remus Lupæ rumina suxerint. Vnde Ouidius 2. Fastorum:*

Arbor erat, remanent vestigia, quaque vocatur
Romula nunc ficus, ruminæ ficus erat.

De hac Plinius lib. 15. cap. 18. Plutarchus in Romulo. Tacitus lib. 4. annalium. Publius Victor de regionibus vrbis reg. 8. Marlianus lib. 2. cap. 13. Annotatum autem est hanc arborem ruminalem quæ in Comitio annis octingentis ac quadraginta & amplius virens perseuerarat, Nerone imperante, ramalibus emortuis visam exaruisse. Quod & in prodigium abijt, donec in nouos reuiuisceret fœtus. Cælius lib. 11. cap. 12. lectionum antiquarum.

Aluens pro nauigio.

Fluitantem alueum.] *Alueum hic pro nauigio rudi & quocunque modo confecto capi tradidit Giraldus in lib. de nauigijs, & quem alueum hoc loco Liuius, Plutarchus scapham vocat, sic Propertius:*

Aut quidnam fractis gaudet Neptune carina?
Portabat sanctos alueus ille viros.

Lupam inter pastores.] *Lupam voracissimum animal infantib. vbera præbuisse scribunt Fabius Pictor, Lucius Cincius, Portius Cato, Calphurnius Piso, Dionysius Halicarnasseus, Plutarchus, Florus, Higinus Fab. 252. Virgilius lib. 8. circa finem. Propertius lib. 2. Eleg. 6. Ouidius lib. 2. Fastorum & lib. 3. à principio testatur quoque, lupæ huius statuam in templo Romuli de quo Pomponius Latus par. 99. Marlianus lib. 2. cap. 7. & lib. 2. cap. 12. Sed præter Liuium, hæc quoque fabulosa videntur, Eusebio in Chronicis, Lactantio lib. 1 cap. 20. diuinarum institutionum, Eutropio & alijs asserentibus Laurentiam pastoris vxorem, ob corporis quæstum Lupam, hoc est meretricem fuisse. Vnde & hodie meretricum cellulæ lupanaria dicuntur, Picum etiam auem Marti sacratam infantibus cibum dedisse legimus apud Plutarchum. & Ouidium lib. 3. Fastorum.*

Magister regij pecoris] *Itidem Dionysius scribit, Plutarchus verò Amulij seruum fuisse putat. Cæterùm quisquis fuerit, statuam Romæ meruit teste Marliano lib. 3. cap. 17.* Faustulus quis.

Laurentiæ vxori] *Ab hac eadem deinde post aliquot annos Romulus spicea coronatus est, vt apud Plinium libro 15 cap. 18 legimus. Eius sepulchrum in Velabro Valerius Antias & Marlianus lib. 4. cap. 4. fuisse ferunt. Plura de ea vide apud Gellium lib. 6. cap 7. Verùm quæ Romanorum Historia de immoderata huius mulieris libidine scribunt, ad Floram insignem Romanorum meretricem referre videtur, Boccatius de Claris mulieribus, cap. 62.* Laurentia Faustuli vxor.

In Palatino monte] *Variæ de Palatini montis denominatione sententiæ sunt. Varro lib. 4. de lingua latina dictū putat quòd Palantes cum Euandro isthuc venerant, aut quòd Palatini, qui & Aborigines ex agro Reatino, quod appellatur palatium, ibi consederint. Sed hoc alij a Palatia vxore Latini putarunt. Eundem hunc locum à pecore dictum putant quidam, inter quos Sextus Pompeius, quod ibi pecus pascens balare consueuerit, vel quod palare, id est, errare ibi pecudes solerent quod Propertius & Ouidius affirmant. Alij quod Hyperborei filio Palatio habitauerit, quæ ex Hercule Latinum peperit. Alij eundem quòd Pallas ibi sepultus sit, existimant appellari. Dionysius verò libro primo eum à Palantio, vel vt Liuius & Vergilius, à Palanteo Arcadum metropoli ab Euandro vocatum scribunt, pòst corruptè Palatium dictum. Solinus autē: Palatium verò nemo dubitauit, quin Arcadas habeat autores, à quibus primùm Palanteum oppidum conditum, quod aliquandiu Aborigines habitarunt: Sunt qui velint eum dictum a balatibus ouium mutata litera, vel à Pale Pastorali Dea, aut vt Silenus probat, à Palante Hyperborei filia, quam Hercules ibidem compressit, nomē montis datum. Polybius eum a Pallante Euandri filio dictum fuisse scribit. Nunc Palatium maius dicitur. Huius montis pars Germalis nomen habuit, alia verò Velia, in qua vbi postea deûm penatium ædes facta est, habitauit Tullus Hostilius rex. In hoc monte fuit sedes imperij Romani, demumque Augustana.* Palatinus mons.

Lupercal ludicrum] *Intelligit locum sub Palatino monte sacratū ab Euandro Pani Deo, qui Lycæus vocatur. Luperci autem qui & Fabiani & Quintiliani appellabantur, autore Sexto Pompeio, à Fabio & Quintilio præpositis suis, sacerdotes omnium vetustissimi fuerunt, solenni ex Arcadia translato in Palatino monte instituti. De quibus Dionysius lib. 2. Iustinus lib. 43. Varro lib. 4. de lingua latina. Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. Lupercalia itaque erant Festa quibus ad expiandos manes Pani Lycæo iuuenes Romani nudi canem & capram immolabant. Deinde facie sanguine fudata, se his pellibus cingebant, loroque è pelle facto currebant nudi, circa Palatium obuios quosque corijs illis verberantes, & præsertim mulieres grauidas, quæ verò obuiam occurrebant, facilem partum percussione sperantes. De qua re Ouidius Fastorum 2. Meminit Lupercalium etiam Plutarchus in Romulo. Complura de hisce habet Gyraldus historia Deorum Syntag. 17. sub capite de celebritatibus & Festis.* Lupercale Luperci.

Romani vocant Inuum] *Idem quod hic Liuius scribit quoque Probus in commentarijs Georgicorum. Pana Latinis Inuum dictum, eiusque ex Arcadia religionem ab Euandro illatam. Gyraldus syntagmate 15. Inuum dictum putat ab ineundo passim cum omnibus animalibus. Omnium vero vetustissimi ante vrbem conditam ab Euandro Arcadum rege solenni ex Arcadia translato. Inui sacerdotes, nouissimi omnium Anastasio Imperatore, & Theodorico Amalo Gotthorum rege in Italia regnante, aboliti circiter annum Christi C D X C V. Horum meminit Varro lib. 5. de lingua Latina. Dionysius lib. 1. Ouidius lib. 4. Fastorum. Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. Iustinus lib. 43.* Inuus.

Solen-

Solenne votum esset] *Sic legendum esse, Robertellus libro 2. emendationum cap. 56. annotauit. & hic solenne substantiuum esse, vt & tertio antè versu: de quo vide eundem.*

Tempus vrbis conditæ. **Vrbis condendæ**] *Et de authore & tempore vrbis conditæ, tam variæ multiplicesq́ historicorũ sententiæ extant, vt quam quis amplecti debeat, meritò dubitare possit. Quas qui videre voluerit, adeat commentaria Onuphrij Panuinij ad Fastos consulum Romanorum, & commentaria eiusdem de repub. Romana. Non contemnenda quoq; tradit de primordijs vrbis Solinus. cap. 2. Cuius tamen opinionem de motu siderum in natalitio vrbis die, refellit Ioachimus Vadianus in Pomponij Melæ lib. 2. cap. 1. Commentarijs.*

Templa in augurijs quid. **Templa capiunt**] *Templa regiones sunt aut agri, certo carmine ab augure limitati & notati, vnde omnes cœli partes ad augurium captandum liber erat aspectus, in tantum, vt interdum augures ea, quorum altitudo auspicijs obesset, demoliri iuberent. ideoq; summissiorem alijs ædem honoris C. Marius fecit, ne si fortè officeret publicis auspicijs, augures eam demoliri cogerent.*

Vultur auis augurijs accommoda. **Sex vultures**] *In augurijs vulture plurimum vsi veteres, cùm auium ferè omnium innocentissimum, cùm non ex his quæ seruntur aut plantantur, sed ex cadaueribus tantùm sibi victum quærat, & hunc Herculem quoq; lætari solitum, apud Herodotum legimus, si in re gerenda vultures sese ostendissent. De quorum augurio Cælius lib. 28. cap. 8. Plinius lib. 10. cap 6. & lib. 20. cap. 7. Alexander ab Alexandro lib. 5. cap. 13. Volaterranus lib. 25. cap. 10. Vettij vaticinium autem de Romani imperij perseuerantia ex vulturum duodecim vaticinatione ex Varronis antiquitatibus refert Cælius lib. 27. cap. 8.*

In turba ictus Remus cecidit] *Idq́, vt Dionysius ait, Fabio Celere murorum præside, aut vt Plutarchus Romuli duce. Alij Remũ in contentione augurorum interfectum, alij ab ipso Romulo confossum esse, memoriæ prodiderunt. Plinius de viris illustribus à Fabio Celere interfectum scribit, cui astipulantur Plutarchus. Eutropius, Messala, Cornutus & Ouidius lib. 4. Fastorum. Sed quocunque demum casu interierit, nouæ vrbis munitionem authore Romulo sanguine suo consecrauit, vt canit Lucanus libro Pharsaliæ primo, Fraterno primi maduerunt sanguine muri.*

Transiliet mœnia mea] *Hanc legẽ ex honestatis fonte nequaquam fluxisse, Cicero libro tertio officiorum ostendit copiosissimè, cùm magis vtilitatis, quàm honestatis causa lata esse videatur.*

Romæ nomen vnde. **Vrbs conditoris nomine appellata**] *Rectè quidem hæc omnia. Romam autem, & non Romulam, idcirco vrbem Romulus vocauit, vt ampliore vocabuli significatu prosperiora patria sua ominaretur. Alterum quoque vrbs nomen proprium habuit, vt Plinius & Solinus scripserunt, quod publicari vetitum est: quandoquidem ne quis illud enunciaretur, ceremoniarum arcana sanxerunt, vt hoc pacto notitiam eius aboleret fides placita taciturnitatis. Valeriũ quoq; Seranum, quòd aptima atq; salutari fide abolitum, atq; sancta interdictum euulgare id ausus foret, ob meritum profanæ vocis pœnas luisse. Onuphrius.*

Cacus. **Nomine Cacus**] *Caci huius historiam siue magis fabulam scribunt Dionysius lib. 1. Strabo lib. 5. Virgilius 8. Aeneidos. Ouidius primo Fastorum. Propertius lib. 4. Eum Diodorus libro 5. Latinum furem appellat. Columella autem malum vicinum, vide Seruium octauo Aeneidos.*

Carmenta. **Carmentæ matris**] *Hæc ab oraculis* [illegible] *Græcè dicta teste Dionysio, Latinè verò Carmentis, vnde Ouidius in Fastis. Ipsa mone quæ nomen habes de carmine ductum. De hac Dionysius Halicarnassæus in primo historiarum ait, Euandro & Carmenti quotannis sacra facta fuisse, Carmenti quidem sub Capitolio ad Carmentalem portam, Euandro verò in Auentino à porta Trigemina non procul. Hæc eadem & Nicostrata & Themis dicta fuit.*

Potitij & Pinarij. **Iisque exta apponerentur**] *Petrus Nannius lib. 5. συμμίκτων ex Buslidiani & Atrebatensis exemplarium authoritate legendum putat, ijsq́, exta potirentur, Pinarij ad cæteram dapem venirent. Eamq́ lectionem omninò castigatiorem arbitratur. Per tropũ enim ἐτυμολογικὸν originationes eorum vocabulorum doceri existimat. Nimirũ quod alteri à potiendo Potitij sint dicti, alteri ἀπὸ τῆς πείνης. Nec remorari nos debere putat, quòd alterum sit Græcum, alterum Latinum. Verisimile enim esse aduenas & sua, & indigenarum lingua locutos esse, vt ferè semper fieri solet. Alij Potitios à potando, id est, ἀπὸ τοῦ ποτίζειν dictos tradunt, sicuti Pinarios ἀπὸ τῆς πείνης. Pinariorum enim familia tantùm ministra erat, epulantibus Potitijs & complentibus sacra. Porrò autem quando omne genus Potitiorum interierit, docet Liuius lib. 9. & Valerius lib. 1. cap. 2.*

Terræ filij. **Natam è terra sibi prolem**] *Terræ filios ignobiles, & quorum genus ignoretur appellari Cuiatius, Minutianus, Apuleius in libro de Orthographia scribit. Florens Septimius in Apologetico terræ filios dictitari vulgò asserit, quorum sit incertũ genus, sicuti ignotos item aut ex inopinato apparentes de cœlo superuenisse dicunt, de quo plura Cælius lib. 20. cap. 28. lect. antiq.*

Asylum. **Asylum**] *Primùm Cadmum dum Thebas conderet inter Græcos asylum aperuisse fertur, ad quod fugientes sine discrimine serui aut liberi ab omni pœna tuti erant. Nonnulli à prognatis Herculis Asylum, Athenis primò institutum ferunt, ad quod à patribus oppressis confugere fecerat, de quo Herodotus lib. 2. Post quod in Rhetæo heroi Aiaci fuit Asylum, & in Sigæo Achillis, quorum exemplo Romulus suum asylum aperuit ad lucum opacum & vallem inter Capitolium & arcem meminit eius præter Liuium, Dionysius lib. 2. Lactantius lib. 2. cap 7. Eutropius lib. 1. cap. 4. Alexander ab Alex. lib. 3. cap. 20. Volaterranus lib. 19. cap. 2. Virgilius lib. 8 Ouidius lib. 3. Fastorum. Iuuenalis Satyra 8. Propertius lib. 4. eleg. 1. Horatius lib. 1. Od. 12. Hoc autem Romuli Asylum malefaciendi ansam ratus Tyberius postea irritum fecit.*

Iustitia & legibus ciuitates contineri. **Præterquam legibus coalescere poterat**] *Nulla re magis societas hominũ conseruatur, & tranquilla est, quàm iustitia, vt in Protagora dicitur. Ζεὺς δ' οὖν δείσας περὶ τῷ γένει ἡμῶν μὴ ἀπόλοιτο πᾶν, Ἑρμῆν πέμπει ἄγοντα εἰς ἀνθρώπους αἰδῶ τε καὶ δίκην, ἵν' εἶεν πόλεων κόσμοι τε καὶ δεσμοὶ φιλίας συναγωγοί. hoc est, Ost metuens, ne totum genus humanum interiret, donauit hominibus pudorem & iustitiam, vt essent ciuitatum ornamenta, & vincula, & amicitiæ conciliatrices. Et in quinto de legibus iustitiam nominat, ἔρμα πόλεως, hoc est, fulcrum seu anchoram, quæ sustinet ciuitatem.*

Patres cur dicti senatores. **Patres certè ab honore**] *Plutarchus in vita Romuli alias causas, cur senatores patres appellati sint, commemorat, nimirum quòd vel liberorum legitimorum patres essent, vel quòd ipsi suos patres ostendere possent, id quod non multi eorum, qui primò in ciuitatem confluxêre potuerunt. Quidam à patronatu nomen dictum existimant. Sic enim tunc vocabant prefecturam, & nunc etiam vocant. Dionysius autem scribit illustriores genere, spectata virtutis, ditioresq; ac natu grandiores patres Romulum appellasse. Patres autem dicti ob ætatem, nam ex populo seniores erant, vel ob curæ similitudinem, vel quia agrorum partem tribuebant tenuioribus, perinde ac liberis proprijs, & eos sua curæ commendatos atq; in clientelam susceptos tanquam patres tuebantur. Horum autem progenies patritij dicti, perinde ac plebeiorum patritij. Porrò ex patribus hac ratione centum legit Senatores, quorum consilio rempub. administraret. Primò tres ex singulis curijs quatriginta erant, lecti, factiq́ nonaginta, deinde tres ex singulis tribubus, & vnus à Romulo nominati, qui centum numerum explerunt.* Centum senatores. Senatores cur ita dicti. *Centum autem ideo tantùm creauit, vel quia is numerus satis erat nouæ & paruæ ciuitati, siue quia soli centum erant qui creari Senatores possent. Senatores autem propter senectutem, cùm vetustissimi patritiorum essent, siue ab honore & virtute appellauit. De Romano senatu ex pastoribus, vel nouis hominibus collecto ita scribit Propertius:*

Curia prætexto quæ nunc nitet alta Senatu,
Pellitos habuit, rustica corda patres.
Buccina cogebat priscos ad verba, Quirites
Centum illi in prato sæpè Senatus erat.

Patritiorũ & senatorũ differentia. *Patritiorum autem & Senatorum numerum Sabinis intra vrbem receptis, centum ex eisdem additis Romulus duplicauit, ducentosq; Senatores fecit. Hic autem non est prætereunda, quæ inter Dionysium & Liuium est controuersia. Dionysius enim ait Romulum patritios primò, deinde centum ex patritiorum primoribus, qui numero longè plures erant, Senatores fecisse, ita, vt verè dici posset, Senator est, ergò patritius: non è contrà patritius ergò Senator, quum ex Dionysio non omnes facti patritij Senatores lecti essent. Quorum postea numerum Sabinis intra vrbem receptis duplicasse idem scribit. Liuius verò centum tantùm patritios à Romulo factos fuisse, prodit, quos etiam senatores fuisse refert, Romulúq; secundam ex Sabinis lectionem omittit. Hos autem à Romulo prima lectione patritios creatos, eos esse constat, qui maiorum gentium dicti sunt. Qui verò à reliquis regibus, Brutoq́ primo consule minorum gentium. De quo plura Onuphrius Panuinius in commentario lib. 1. Fastorum, de Patritijs & Senatoribus.*

Consualia. **Consualia vocat**] *Fuit Consus consilij Deus, cuius ara in Circo maximo vndiq; aggesta humo abdita erat, quod arcanum esse consilium putarent, quam aram tùm ludos celebrarent, omnibus adita facerat, in qua Romani sacrificijs igneis alijsq; solennibus festos dies agere consueuerunt, quæ feriæ publicæ dictæ sunt. Erat autem is ludus, vt*

dum, vt equi & muli iuncti et soluti in circo maximo, magno spectantium studio currerent. Indicta verò fuisse consualia funt eius populis à Romulo anno imperij quarta Dionysius Halicarnasseus tradit, eósque etiam sua ætate ludos fieri solitos dicit. Lucius Tarquinius annuos eos fecit, qui ijdem & magni & Romani vocantur. De qua re Terentius Varro lib 5 de lingua latina. Alexander ab Alex. lib 5. cap. 26. Blondus lib 2. Romæ triumph. Volaterranus lib. 29. cap. 11. Ouid. lib 3. Fastorum. Notandum tamen plerosque esse, qui dum dijs Laribus Romani ludos celebrarent, Romulum Sabinas rapuisse dicant.

Ludi Romani magni.

Signoq; dato] *Erat autem signum, aggrediendæ rei opportunitatem adesse, cùm Romulus assurgens, purpuram in sinum contractam explicaret, vt apud Plutarchum legimus. Sextius verò Syllus Carthaginensis Thalassij nomen direptionis signum fuisse prodidit.*

Rapiendas virgines] *Hinc à Romulo institutum videtur, vt postea non vero, sed simulato quodam raptu omnium legitimi connubij ritus perageretur. Id quod innuisse videtur Festus, cùm scribit: Rapi simulatur virgo ex gremio matris, aut si ea non est, ex proxima necessitudine, cum ad virũ trahitur, quod videlicet ea res feliciter Romulo cessit. Rapiendæ autem vi simulatæ virginis, quisnam olim ritus fuerit, eleganter ex libro 4. Apuleij de asino aureo exposuit Iacobus Renardus ad leges XII. tabularum cap 21. Porrò qui fuerit raptarum numerus inter authores non conuenit. Quidam enim non vltra triginta fuisse tradunt, quæ curijs nomina dederint. Nonnulli quingentas, plerique, septem & viginti, vt Valerius Antias. Alij sexcentas & tres supra octuaginta, vt Iubas & Dionysius. De hoc autem facto præter citatos lege Orosium lib. 2 cap. 4 Plinium lib. 15 cap. 29 Augustinum lib. 0. cap. 17 & lib. 3. cap. 13. de ciuitate Dei. Virgil. lib. 8. Ouidium lib. 3. Fastorum. Alexandrum ab Alex. lib 5. cap. 26. Strabonem lib. 5.*

Raptus virginum.

Raptarum numerus.

Thalassij] *iuuenis, vt Plutarchus ait, probi & splendidi, Romuliq; ducis.*

Thalassius.

Nuptialem hãc vocem] *Sicuti Græcè ὑμὴν ὦ ὑμέναιε ὦ ὑμήν qui felices coniugia fuere. De qua Romanorum consuetudine, vide Plutarchum quoque in Cneo Pompeio & Problemate 30. Blondum lib. 8 Romæ triumphantis. Alexand. ab Alex. lib. 2 cap. 5.*

Regem in prælio obtruncat] *Acronem nimirum hominem vehementem, & rebus bellicis pariter audacem, qui magna militum copia in Romanum agrum impetum fecerat, de quo lege Plinium secundum, de viribus illustribus. Valerium Maximum lib. 3. capit. 2. Volaterranum lib 16. cap. 1. Anthropolog.*

Acron rex.

Iupiter Feretri] *Diuersas huius cognominis rationes adferunt. Alij enim à ferendo cognominatum putant, alij à feriendo, id quod Propertius in quarto ostendit. Plutarchus à feriendo hostem. Festus Feretrium dictum putat quòd pacem ferre putaretur, cùm ex templo eius sumerent sceptrum, per quod iurarent, & lapidem silicem, quo fœdus ferirent. Oliuerius Arzignanensis in Valerij Maximi commentarijs à feretro instrumento, quo spolia opima suspendebantur, dictum putat. Alij, quòd per eius sceptrum & silicem iurantes, Romam pacem referre soliti sint. De qua consuetudine Alexander ab Alexandro lib 1. cap. 14.*

Iupiter Feretrius.

Opimis spolijs] *Opima spolia, vel ab opibus, vt ait Varro, vel ab immenso opere, cum victoribus tantum laudis accesserit, nomina sumpsere, seu quod fides propius est, opima ampla dici, si. ut opimam prædam & opimum bouem dicimus. Quæ nisi duces regesq;, quorum auspicijs res geruntur, suismet corporibus dimicantes, hostium ducibus detraxerint, necemq; & exitium intulerint, haudquaquã opima dici voluere. Ter autem opima spolia delata sunt tantùm. Primò à Romulo. Deinde à Cornelio Cosso. Tertio à Claudio Marcello. Qua de re Plutarchus. & Alexander ab Alexandro, lib. 1. cap. 14.*

Opima spolia.

Templi origo] *Fuit verò Feretrij Iouis templum in vertice Capitolini montis, exiguum sanè & angustum, sed religione sanctissimum, cuius tecta multis post annos ob vetustatem & Romanorum negligentiam collapsa restituit Augustus, ampliauit etiam post Romulum Ancus Martius. Vide Marlianum lib. 2. cap. 3.*

Iouis Feretrij templũ.

Capitolium ascendit] *Capitolium à capite hominis à Tarquinio Prisco ibi inuento dictum est. De eius diuersis nominibus & structura Plinius lib. 19. cap. 1. & lib. 7. cap. 28. & lib. 36. cap. 6. Publius Victor de regionibus vrbis reg. 8. Alexander ab Alexandro lib. 6. cap. 11. Cælius lib. 23. cap. 6.*

Capitoliũ.

Sabinis] *Sabini Italiæ populus à Deorum cultu nomen acceperunt, quasi Sebini, ἀπὸ τοῦ σέβειν, vel à Sabo duce, vt est apud Silium Italicum lib 8. Vide Plinium lib. 3. cap 12. & lib. 36. cap. 15. Volaterranum lib. 6. cap. 2. Alexandrum ab Alexandro lib. 5. cap. 26. Cælium, lib. 7. cap. 9.*

Sabini vnde dicti.

Filiam virginem] *Vestalem, quam Dionysius Spurij Tarpeij Capitolini præsidis filiam, Antigonus verò et alij quidam, Sabinorum regis filiam fuisse tradiderunt, cuius factum describunt Aristides Milesius, de rebus Italicis. Plutarchus cap. 31. Paral. Valerius Maximus lib. 9. cap. 6. Volaterranus lib. 19. cap. 2. Virgil. lib. 8. Ouidius lib. 1. Fastorum. Propertius lib. 4. eleg. 4.*

Tarpeia virgo.

Aquam] *ad fontem videlicet Vestalibus sacrum, ex quo aquam haurientes sacrificia mundant, manus & pedes lauant, adytumq; aspergunt. Qua de re Plutarchus in vita Numæ Pompilij. Qua ratione autem, quibúsue ceremonijs aqua sacrificijs adhibita sit, docet Alexander ab alex. lib. 4. cap. 17.*

Prodendi exempli causa] *Proditio ex genere earum quæ male prouerbialiter appellantur. De qua vide Erasmum in prouerbijs. Mala proditio. Tarpeiæ verò virginis factum alij in malam, alij in bonam partem interpretantur. Fabius Pictor enim et Cincius auri cupidine motam, illud quod sinistris manibus habebant, perijsse ferunt. Lucius verò Piso Censorius, clypeos quos contra vim hostium sinistris manibus tenebant, efflagitasse existimat, vt nudatos iam hostes suis interficiendos traderet. Vtrum autem verius sit, ex eo colligimus, quod non tantùm honestissimè à Romanis, vt Plutarchus scribit, sepulta, verum etiam Tarpeius mons ab ea denominatus. Qua de re Plutarchus. Dionysius & Marlianus lib. 2. cap. 1. Petrus Petrus Nannius lib. 5. Miscellaneorum pro decreta, directo legit ex libro Emlidiano, eamq; lectionem veram arbitratur. Opponitur enim hæc dictio ambagiosæ illi petitioni. quæ vel arma, vel armillas poscere videbatur, dum paciscitur, vt id sibi traderent, quod in sinistris manibus habebant. Nunc autem planè explicitis verbis arma petijt, quamobrem non auara, sed insidiosa est habita, tanquam quæ illos nudos hosti obijcere vellet.*

Proditio mala.

Tarpeius mons.

Aureas armillas] *Armilla ab armo dicta suprema brachij parte in humeros tollunt, vergente, quam partem argenteis aureisq; tegminibus fabrefactis milites ornabant, quod in statuis nunc marmoreis & alijs veterum sculpturis apparet. Sic legimus infra lib. 10. Papyrium Cursorem consulem, Papyrium filium item quatuor centuriones, manipulumq; hastatorũ armillis aureisq; coronis donasse.*

Armillæ.

In sinistris manibus esset] *Græcos olim annulos in digito, qui minimo proximus est sinistræ manus, habuisse legimus, quòd in sectis humanis corporibus, olim neruum quendam tenuissimum ab eo digito ad cor hominis tendere animaduerterint. Vnde quòd quasi connexus esse cum principatu cordis videretur, hunc sinistræ manus digitum tali honore decorandum veteres putarunt, cuius rei author est Appion in libris Aegyptiacis. Gellius lib. 10. cap. 10. Plinius libro 33 cap. 1.*

Armis necauere] *Huc pertinent Octauiani Augusti, & Antigoni quoq; apophthegmata, qui dicebant proditores quidem dum proderent amandos, post factum verò summo odio prosequendos esse. Significantes his qui proditione profuerunt, nihil deberi gratiæ, licet officium quod præstant, pro tempore gratum sit. Similem autem de pœna proditionis historiam ex Clitophontis libro rerum Gallicarum primo leges apud Plutarchum cap. 30. Paral.*

Proditores tergibus ingrati.

Hostius Hostilius] *Tulli Hostilij tertij Romanorum regis auus & Hersiliæ maritus.*

Hostius Hostilius.

Cecidit] *apud portam veterem Palatij quidam cecidisse scribunt. Plutarchus verò apud lacum Curtium, qui fuit in medio foro iuxta Domitiani postea equum. vide Marlianum lib. 3. cap. 18. Topograph. & Pub. Victorem in regione Octaua vrbis.*

Statori Ioui] *Iouem statorem plerique, à stando dictum volunt, hoc est, erigendo, considerant enim in ea clade planè Romanorum animi. Diuus autẽ Hieronymus contra Iouinianum, quòd nunquam ociosus sedeat, sed ad ferendam opem omnibus paratus sit. Seneca verò libro de beneficijs tertio, ideo quòd eius beneficio stent omnia, statoris nomen sibi vendicare existimat, De qua re Laurentius Valla lib. 5. cap 6 elegantiarum multa.*

Iupiter Stator.

Templum] *In Palatini montis radicibus è regione ædis Concordiæ, olimq; Ciceronis domus, quæ iussu Clodij demolita, & in porticum libertatis translata fuit, cuius templi etiam hodie spondæ murorum altissimæ videntur. De quo Plinius lib. 34. cap. 6. Alexander ab Alexandro lib. 6. cap. 11. Ouid lib. 6. Fastorum.*

Sabinæ mulieres] *Sabinarum virginum orationẽ vt doctam, ita commiserationе & affectibus plenam pete ex Plutarcho Romulo, Nasonis præterea lib. 3 Fastorum. Similem autem muliebris fortitudinis historiam legimus de Celticis mulieribus, quæ per media hostium agmina irruentes, precibus & lachrymis pacem conciliarunt suis, apud Plutarchum cap. 6 de claris mulieribus.*

Sabinæ mulieres pacis conciliatrices.

Fœdus

Fœdus faciendum] In via sacra, Carinis & via suburræ proxima, explicatio verò fœderis, quod erectis aris iuramento firmarunt est apud Dionysium. Plutarchum, & Eutropium, lib. 1. cap. 4. à quibus in eo tantùm dissentit Liuius, quòd Romulum & Tatium in ipso belli ardore congressos, et de pace collocutos arbitratur.

Quirites vnde.

Quirites à Curibus] Curibus metropoli Sabinorum olim, teste Volaterrano lib. 6. cap. 2. Geographia. patria quoq; Tatij & Numæ.

Curiarū nomina vnde.

Nomina eorum curijs imposuit] Hanc opinionem Liuij, nimirum quòd Curiæ à raptis mulieribus Sabinis nominatæ sint, autore Varrone, Dionysius, & post eum Plutarchus ita refutaruut, vt eas partim à locorum, partim à virorum nominibus appellatas esse appareat. Quare, qui vlterius quid cognoscere cupit, eos authores adeat. Varro tamen de curiarum nominibus diuersa prodidit, eos secutus, qui prius hæc uomina indita fuisse putarunt.

Centuriæ equitum.

Centuriæ tres equitum] Quarum opera in omni Repub. vtetetur. Erat autem equestris ordo, etsi Senatorio minor, magna tamē amplitudinis & vigoris, vt legimus apud Dionysiū: Ser. lib. 9. Asconiū, Padianum in secunda actione Verrina. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 29.

Luceres vnde dicti.

Lucerū nominis] Autor de viris illustribus à Lucumone Thusco, qui Romulo aduersus Tatium Sabinorum regem pugnanti auxilium tulisse fertur, Luceres appellatos putat. Sed Festus ait quosdam fuisse, qui nou tam à Lucumone quàm à Luco, iu quo vrbs Roma, aut prima eius pars asylum fuit conditum, dictos existiment. In qua sententia etiam est Padianus, qui Luceres à Luco asyli dictos scribit. Coniecti enim erant in hanc centuriam Thusci, Latini, & reliqui omnes qui ad Asylum confugerant, vt eciam præter Padianum, Plutarchus testatur. Sunt præterea qui à Lucao Ardeæ rege Luceres dictos putent. Quod verò Liuius Lucerum nominis & originis incertam esse causam putat, id Sigonius ita accipiendum arbitratur, non quòd nullam ipse tenuerit, sed quòd incertam eam diuersos fecisse autores existimarit.

Quique cum eo equites erant] Petrus Nannius lib. V. συμμίκτων annotat iu vetustis libris legi, quique cum eo equis ierant, eaq; lectio ei paulò venustior videtur.

Viribus nulla parte adiutis] Nannius loco præallegato nulla arte adiutis legendum arbitratur, vt intelligas Romulum aperta vi, siue vllo strategemate hostem vicisse. Facilis siquidem in tam affinibus vocibus parte, & arte, lapsus fuit.

Celeres.

Celeres appellauit.] Celeres vocati vt plures scribunt ab exequendi ministerij celeritate, Prompti enim velocesq; ad opera erant, quos Romani Celeres vocant. Vt autem Valerius Autias memoriæ prodidit, dicti fuere Celeres à primo eorum duce Fabio Celere, præerat namque ipsis dux etiam clarißimus, cui tres suberant centuriones, & sub eis alij inferiores magistratus, qui per vrbem sequentes eum cum telis, ministri eorum quæ iubebantur erant. Fabio verò Celeris cognomen ideo datum volunt, quòd Remo occiso celerrimè in Hetruriam aufugit, ne à Remi fautoribus quoq; interficeretur: Hic enim vt Dionysius ait, murorum vrbis Romæ præses, aut, vt Plutarchus, Romuli dux Remum, contra edictum Romuli, muros vrbis transilientem rastro fertur occidisse, vnde profugus factus à celeritate Celeris nomen commeruit. Sic & à velocitate Metellus Celer cognominatus est, vt legere est apud Plutarchum in Metello, & Cœlium quoque lib. 24. cap. 6. Porro hosce Celeres à Numa, teste Plutarcho, sublatos alij reges restituisse videntur, Siquidē L. Brutus L. Superbo regi præfectus Celerum fuisse traditur. Hos autē Flexumines postea, inde Trossulos, tum equites dictos ex Festo & Plinio apparet, verba Festi hæc sunt: Celeres antiqui dixerunt, quos nunc equites dicimus, à Celere interfectore Remi, qui initio à Romulo ijs præpositus fuit, qui primitùs electi fuerunt ex singulis curijs deni, ideoq; omnino trecenti fuere. & alio loco Trossuli equites dicti, quòd oppidū Thuscorum Trossulum sine opera peditum ceperint, Plinij verò lib. XXXIII. hæc. Equitum nomen sæpe variatum est in ijs quoque, qui ad equitatum trahebantur. Celeres sub Romulo, regibusq; appellati sunt, deinde Flexumines. postea Trossuli, cum oppidum in Thuscis citra Volsinios passuum nouem millia sine vllo peditum adiumento cepissent eius vocabuli, idque durauit vltra C. Gracchum, Iunius certè qui ab amicitia eius Gracchanus appellatus est, scriptum reliquit his verbis: quod ad equestrem ordinem attinet, antea Trossulos vocabant, nunc equites vocant, ideo quia non intelligunt Trossulos nomen, quid valeat, multos pudet eo nomine appellari, & causam quæ supra indicata est, exponit, inuitosq; etiam num tamen Trossulos vocari. Hæc Plinius.

Fabius Celer.

Trossuli quis.

Capræ palus.

Capræ paludem] quam in campo Martio fuisse Marlianus ait lib. 6. cap. 9.

Romuli mors.

In terris Romulus fuit] Non vna est autorum de morte Romuli opinio, sunt enim qui victis Fidenatibus & Veientibus Romulum à primoribus interfectum, corporeq; in minutissimas partes dissecto, occultè sub vestibus per partes asportatum scribant. Aristobolus verò Italicarum rerum, lib. 2. Dionysius Halicarnas. lib. 2. Val. Max. lib. 5. cap. 3. Augustinus lib. 3. cap. 15. eius parricidij nouos ciues authores fuisse memorant, apud Capream autem paludem cum concionem haberet, à Marte patre nimbo ablatum cum Liuio affirmarunt, Plinius secundus de viris illustribus, Plutarchus in Romulo & Numa Pompilio, Florus, Messala Coruinus, Sabellicus lib. 1. cap. 8. Ethnicorum exemplorum, Ouidius quoq; lib. 2. Fastorum.

Proculus.

Proculus Iulius] Plutarchus in Parallelis Actium Proculum ex Aristoboli sententia vocat, virum primariū & à Romulo plurimùm dilectum, Proculi autem dicuntur qui foris agente patre, nati sunt, vt testatur Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 9.

Roma caput orbis] Romani imperij magnitudinem & excellentiam legere licet tum apud alios, tum apud Plinium lib. 3. cap. 4. Solinum in præfatione Polyhist. Verg. 1. Aeneidos, Romanos rerum dominos, & lib. 6. Imperium terris. Ouid. 2. Fastorum, Hîc vbi nunc Roma: Claudianus lib. 3. De laudibus Stilliconis. Cœlius Rhodiginus lib. 18. cap. 25. qui ex Græco quodam autore orbis Epitomen Romā vocat.

Interregnū.

Interregnum appellatum] Est enim interregnum spacium temporis à rege defuncto, vsq; ad creationem sequentis, & qui præest hoc temporis spacio, cum regia potestate & insignibus, interrex erat. De cuius officio & potestate Fenestella cap. 4. Blondus lib. 3. Romæ triūphantis. Alexander ab Alex. lib. 5. cap. 6. omniū copiosissimè.

Autorem fieri quid.

Patres authores fierent] Quid sit autorem fieri, tradit Paulus in L. Etiamsi. ff. de autoritate tut. Etiamsi, inquit, non interrogatus tutor author fuerit, valet autoritas eius, cum se id probare dicit quod agitur, hoc est enim autorem fieri, Sic antiqui vocabant autores mulierum sine quorum consensu, quæcunq; egissent mulieres rata non erant, vt scribunt Liuius lib. 37. Cicero pro Flacco & A. Cecinna. Similiter quoque id iuris patres habebant, vt tum demum rata essent, quæ populus iusserat, si patres autores fierent. Id est, cum rem factam probarent. Sic Liuius lib. 6. Et ne is quidem finis certaminum fuit, quia Patritij se autores fore negabant. Et Victorinus ait, sine autoritate & consensu Senatus nullam legem olim ferri potuisse, vbi autoritas intelligenda, non opinio grauitatis, prudentiæ ac magnitudinis cuiusdam, quam in magnis ac claris viris esse credimus, sed consensus maioris vel prudentioris alicuius, sine quo res actæ nihil valent.

Samium Pythagoram] Varia de Pythagora temporibus & Numæ Pompilij doctrina ab antiquis tradita fuisse ostendit Franciscus Floridus Sabinus lib. 1. succisiuarum lectionum cap. 13. Librorum autem Numæ Pompilij mentionem etiam facit Liuius infra lib. 40. Vide & Gellium noctium Atticarum lib. 17.

Capite eius velato] Ita legendum esse ne Numæ caput obtectum fuisse intelligatur, sed auguris, annotat Cœlius, lib. 20. cap. 12. lectionum antiquarum.

Lituus.

Lituum appellauerunt] De lituo vide Macrobium lib. 6. Saturnalium cap. 8. Gellium lib. 5. cap. 8.

Auspicia Vrbana.

Auspicia agrorum.

Prospectu in vrbem agrumq; capto] Sic Cicero lib. 2. De legibus: Augures vrbemq; & agros, & templa liberata & effata habento. Vrbana siquidem auspicia definiebantur pomerio; & ex arce in vrbe sæpe augures augurium agebant. Iidem quinq; agrorum genera ex auspicijs distinguebant, Romanum, Gabinum, Peregrinum, Hosticum, Incertum.

Dextra & Sinistra quæ.

Dextras ad meridiem partes] Hanc distinctionem videt Arnobius libro aduersus gentes quarto scribitq; pro ratione situs corporis variare mundi partes, vel læuas vel dextras, Nam quidquid teres est, & ex omni parte rotunditate solida conuexum, definiri aliqua finis aut initij portione non potest. De quo vide notata ab Adriano Iunio lib. 3. animaduersorum cap. 3. Cælio lectionum antiquarum lib. 1. cap. 10. Solinus verò dextra in mundo vocat septentrionalia, læua meridionalia, cum de Taprobana incolis loquitur. Aristoteli. dextra sunt exortiua, læua occidua, Plinio contrà læua exortiua, dextra occidua. Antica ad meridiem, postica ad septentrionem. Varroni quoque sinistra ab oriente sunt in templis effandis, dextra ab occasu, antica ad meridiem. postica ad Septentrionem, prout Tornebus annotauit, lib. 18. cap. 35. aduersariorum.

Templum quid.

De templo descendit] Templo, id est, loco augurij. Templum enim, vt tradit Varro, lib. 6. de lingua Latina, tribus modis dicitur, ab natura, ab auspicio, ab similitudine; ab natura in cœlo, ab auspicijs in terra, ab similitudine, sub terra. Templa ergo in augurali scientia regiones sunt, aut agri, certo carmine ab augure lituo finiti & notati, Vnde in omnes cœli partes ad augurium captandum, liber

erat

erat aspectus. Nam in templis liber quoque versum aspectus erat, vt interdum augures eo quorũ altitudo auspicijs obesset, demoliri iuberent. Ideoq; submissiorem aliqs ædem honoris C. Marius fecit, ne si fortè officeret publicis auspicijs, augures eam demoliri cogerent.

Ianus. Ianum ad infimum Argiletum] Alij Tatium & Romulum templi eius authorem referunt, et qui cùm fœdus inter eos ictum esset communem Deum, tanquam fœderis testem inter duos reges & duos populos Ianum bifrontem esse consenserint, atq; eidem hoc templum in eodem loco, vbi nunc ruina S. Catharinæ ædis conspiciuntur, constituisse. Alij insuper Cn. Duilium vouisse, Tiberium verò ædificasse asserunt. Verùm diuersa hæc authorum sententia inde nata videntur, quod apud posteros plures Ianos fuisse cultos, certò constat, cùm apud veteres vnus sit creditus. Tu vide ea quæ sunt apud Plinium lib. 34. cap. 4. Plutarchum in vita Numæ, & libro de fortuna Roma. Vergil. lib. 7. Suntgeminæ. Claudianum lib. 2. de laudibus Stillico-

Ianus cur bifrons. nis. Porrò vt de authore templi Iani scriptores variant, sic cur bifrons Ianus à veteribus fingatur, diuersæ sunt rationes. Plutarchus ideo quidem quod ferum & syluestrem cultum in vrbanum ciuilemq; mutauerit, & tanquam alteram ex altera formam, dispositionemq; reddiderit, Fulgentius in Mythol. quòd præterita & futura respiciat. Alij Ianum solem esse putarunt, geminum finxerunt, quod vtrunsq; Ianua cœlestis potens, exoriens aperiat, occidens claudat. Alij mundum intelligunt vel cœlum & quasi Eanum dictum putarunt ab eundo, vt inquit Cicero libro de natura Deorum 2. quòd mundus semper eat, dum in orbem voluitur, & ex se initium faciens in se refertur. Alij deinde, quòd superorum & inferorum ianitor extiterit, nuncupatum crediderunt. Tu vide Plutarchum Problemate 21. Plinium lib. 38. cap. 7. & 36. cap. 5. Augustinum lib. 3. cap. 9. de ciuitate Dei.

Omnium primum] Instituta religionis exemplum, quo docemur gentilium etiam principes, quibus veri Dei nulla erat cognitio, imperia tamen sua à diuinarum rerũ obseruatione & cultu auspicatos esse.

Numæ cum Aegeria congressus. Simulat sibi cum Dea Aegeria] Nimirum Minois astutiam secutus, qui se in antrum Iouis recipiebat, diuq; ibi moratus leges sibi à Ioue traditas afferebat, vt suos ad obsequium non modo imperio, sed etiam religione constringeret, quam ex Strabone historiam reci-

Egeria dea. tat Volaterranus lib. 34. Philologia, Val. lib. 1. cap. 3. Cæterùm fueritne hæc an altera Aegeria non satis liquet, quæ à mulieribus colebatur, quòd eam opitulari credebant partui egerendo, vnde & illi nomen. Plutarchus in Numa multa de Egeria scribit, quæ & ab alijs traduntur. Sed illud præterea addit, quomodo huiusmodi Dearum congressus fieri cum hominibus existimarentur à gentibus. Meminere porrò Egeriæ Lactantius lib. 1. cap. 22. diuinarum instit. August. lib. 7. cap. 1. & lib. 7. cap. 35. Ciuitatis Dei. Cicero lib. 1. de legibus. Valerius Max. lib. 1. cap. 3. Ouidius lib. 3 Fastor. Sabellicus lib. 3. Ennead. & lib. 2. cap. 2. Ethnicorum exemplorum Acron in lib. 2. Epist. Horatij. Et Ennius de Egeria cum rege Numa colloquio in annalib. scripsit: Olli respondet suauis sonus Egeriæ.

Duodecim menses] Romulus enim antea decem tantùm mensium spatio annum finire voluit. Nec nouo quidem exemplo cùm longè minorem mensium numerum Barbarorum quidam & Græcorum habuerint. Apud Aegyptios enim quatuor mensibus, apud Arcades tribus, Arcananas sex finiebatur annus. De qua re multa lege apud Plutarchum lib. 2. cap. 32. de placitis Philosoph. Xenophontem in æquiuocis. Censorinum cap. 15 Strabonem lib. 17. Plinium lib. 7. cap. 48. lib. 2. cap. 8. & lib. 18. cap. 25. Solinum cap. 8. Polyhist. Macrobium lib. 2. in somnium Scip. cap. 11. & lib. 1. cap. 12. Saturnal. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 24. Calium Rhodig. lib. 18. cap. 37. & lib. 24. cap. 12. Ouid. lib. 1. Fastorum, & ex Neotericis quoque Ringelbergium in lib. de tempore.

Solstitialis, id est, solaris. Solstitiali] Id est, solari. Nam etsi solstitialis à solstitio deducitur, tamen in eo sæpenumero solis tantùm significatio attenditur, vt solstitialis sit idem quod solaris. Sic Solinum: Quæ solstitiali plaga obuia est, id est, solari plaga & meridiei. Adrianus Tornebus lib. 24. anniuersariorum cap. 38.

Mensibus interponendis] Nonnius lib. 5. Miscellaneorum legit interponendos, non ascriptum nisi inter Macrobium, (qui hunc locum loco præallegato quasi ex professo interpretatur) & M. Ciceronem in quarta Verrinarum actionum ingens esset discordia. Nam apud Macrobium singulis octennijs apud Græcos terni menses intercalantur. Contra apud Ciceronem non menses intercalantur, sed mensibus dies aliquot per intercalationem inferuntur.

Fasti dies Nefasti. Fastos fecit] Fasti duobus modis intelliguntur. Fastos enim dies interdum festos dici Festus Pompeius author est, quomodo accipi videntur in libris Ouidij qui Fasti inscribuntur. His enim in libris festa solum quæ sunt singulis mensibus exponit. Alio autem modo Fasti dies intelliguntur, in quibus hæc tria verba: Do, dico, addico, prætori fari licebat. Sic enim veteres omnes, vt Varro, Ouidius, Festus Pompeius, & Macrobius explicant. Nefasti contrà ij erant, in quibus ea verba prætor fari non poterat. Nec verò si ferijs ac festis hæc tria verba prætori fari non licebat, idcirco festi dies erant nefasti. Nam & nefasti omnes profesti sunt, & cùm in festis illa tria verba fari non posset ad ad Deorum cultum referebatur. Quid autem illa tria verba,

Tria verba. Do, Dico, Addico significarẽt, quoniam multi de eo dubitare possunt, dicamus. Prætor quidem hoc loco intelligitur, qui inter ciues peregrinosq; ius dicit. Eius autem omnis iurisdictio & potestas tribus rebus continebatur, & concedenda agendi potestate ei qui petijsset, & iure inter aduersarios dicendo, & re de qua agitur adiudicanda. Primum illud dicebatur dare agendi potestatem, secundum ius dicere ac reddere, tertium addicere, id est, adiudicare.

Reges sacerdotes. Ipse plurima sacra obibat] Vsitatum enim tam apud Græcos quàm Romanos fuit, reges sacerdotia obire. Vnde Virgilius de rege Deli Anio loquens, ita ait:

Rex Anius, rex idem hominum, Phœbiq; sacerdos. Ac idem lib. 2. & 5. Dionysius refert.

Flamines qui. Dialem flaminem pertinent] De flaminum institutione parum inter authores conuenit, Plutarchus enim in Numa ita scribit: Iouisq; Martisq; sacerdotibus à Romulo constitutis, tertium ipse Romuli constituit, quem flaminem Quirinalem vocauit. Vocabant & sacerdotes antea constitutos flamines, à pileis, quibus ad tegenda capita vtebantur, quasi pilamines quidam essent. Econtrà Dionysius & Liuius Flaminum omnium originem Numæ tribuunt. Erat autem Flamen sacerdotis nomen, qui alicui Deo peculiariter consecratus, ei om singillatim sacra faciebat, à quo & nomen obtinebat, vt is qui Iouis sacra curabat, vel Martis, aut Quirini, is flamen Dialis, Martialis & Quirinalis vocabatur. Nominis autem ratio tracta est à filo, quo caput cinctum habebant, prout docent Varro lib. 4. de lingua Latina, & Seruius super Vergilium. Nam nudis penitus capitibus eos incedere nefas erat. Vnde à filo quo vtebantur flamines dicti, quasi filamines. Plutarchus in Numa eos à Pileo Pilamines primùm, post flamines dictos putat, quod non placet, nam & pontifices & alij sacerdotes pileos gerebant, & tamen flamines non sunt appellati. Sunt qui eos à sacris infulis flaminæ dictos putant, quas in capite gestabant, quæ ab antiquis Flama dicebantur, siue à flameo, quod genus est tegminis capitis, quod potius mulierum est quàm virorum.

Flamẽ Dialis. Dialem flaminem] Hic Dionysio & Liuio authoribus à Numa, vel vt Plutarchus tradit à Romulo ipso Ioui institutus fuit. Dictus autem est Dialis ἀπὸ τοῦ Διὸς, hoc est, à Ioue, qui Διὸς dicitur, quasi Iouialis, à quo vita dari putabatur hominibus. Cui Flamini ceremonias multas impositas fuisse liquet, quas ex Fabio Pictore, Massurio Sabino, M. Varrone, Plutarcho in Problematibus. Gellio lib. 10. cap. 15. cæterisq; libris, qui de sacerdotibus publicis conscripti sunt, excerpsit. Onuphrius Panuinius in libro de ciuitate Romana, sub capite de flamine Diali.

Flamẽ Martialis. Marti vnum] Hunc quidem à Numa institutũ Liuius & Dionysius tradunt. At Plutarchus à Romulo, quòd Romuli vrbis conditoris Mars pater creditus sit. Hic patritius & maior flamen erat.

Flam. Quirinalis. Quirinus Romulus. Alterum Quirino] Et hic Flamen maior & patritius in honorem Romuli à Numa institutus est, quòd Romulus parens & vrbis conditor Quirinus appellatus fuisset, siue ab hasta quæ Sabinorum lingua quiris dicitur, siue quòd Cures bello vicerit, siue à Marte patre, qui etiam Quirinus, dum arma abiecit, dictus est. De quo vide Plutarchum in Romulo, Eutropium lib. 1. cap. 4. Sabel. lib. 3. Enn. Ouid. lib. 3. Fastorum. Solebant autem veteres mortuis consecratis immutare nomina, hanc nimirum ob causam, ne quis homines fuisse existimet, sed Deos potius immortales, & humanarum rerum curatores. Sic quoq; Leda Nemesis, Circe Marica, & Ino, posteaquam se præcipitauit Leucothea nominata est, de qua consuetudine Lactantius lib. 1. instit. diuin. cap. 21. Calius lib. 11. cap. 19. Inde verò ab Homero vsq; opinio fuit, alijs res vocabulis apud Deos esse, alijs apud homines, hinc illud Homeri:

Ξάνθον μὲν καλέουσι θεοί, ἄνδρες δὲ σκάμανδρον.
χαλκίδα μὲν καλέουσι θεοὶ ἄνδρες δὲ κύμινδιν.

Vestæ virgines. Virginesq; Vestæ legit] Gegamam scilicet & Bereniam, quibus deinde addiderunt Canuliam, Tarpeiam, & alias, quarum officium erat, impolluta virginitate perpetuum custodire ignem, qui si fortè negligentia extingueretur: flagris pœnas luebant. Cæterùm

de virgi-

de virginum Vestalium institutione, authores, vt & de alijs variant. Dionysius lib. 2. & Plutarchus in Romulo & Numa initu iam Numæ tribuunt. Alij verò (vt tradit Plutarchus) inter quos Virgilius est, vetustius id institutu putant. Eaq; ex Troiano ad Lauinos primùm, deinde Albanos, postremò ad Romanos commigrasse, Vergilius 2. Aeneidos:

Sic ait & manibus vittas, Vestamq; potentem,
Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.

Vesta quæ.

Vestæ enim ignis perpetuus dicatus erat, a sacris virginibus custoditus. Eam autem terram esse quidam credunt, alij vero Vestam nihil aliud esse, quàm purum ignem arbitrantur. Alij porrò eandem, quæ & Ops & Cybele omnium Deorum mater dicitur, esse opinati sunt. Cum sacra, vigilem scilicet ignem, cum Virginibus, Penatibus, & Palladio Aeneas ex Troia in Latium tulit, & condito Lauinio, Vestæ ædem sacrauit, in qua etiam hæc sacra condidit. De quo vide plura apud Onuphrium in ciuitate Romana, sub cap. de virginib. Vestalib.

Salij qui, & vnde.

Salios item duodecim Marti Gradiuo legit] *Virgilius lib. 8. Aeneid. Salios Herculi tribuit, qui hic Liuio sunt Martis Gradiui. Sic enim scribit:*

Tum Salij ad cantus incensa altaria circum,
Populeis adsunt euincti tempora ramis.

Salij verò vocati sunt, vt Plutarchus in Numa tradit, non à viro Samothrace seu Mantineo Salo nomine, sed ab ipso potius tripudio saltatorio, quod vehementius robustiusq; per vrbem euntes, subsaltant, quum ad mensem Martium sacra scuta, quæ ancilia dicebantur, susciperent, induti puniceis tunicis, æneis baltheis lati, succincti, æneas in capite galeas portantes, & paruis gladijs arma pulsantes. Idem ferè scribit Dionysius libro secundo. Simul quoq; Varro à saltando dictos existimat cum Festo Pompeio. Cæterum numerum duodenarium deinde Tullus Hostilius duplicasse fertur, & ita quidem, vt quatuor & viginti belli, pacisq; temporibus cooptarentur, & hinc quoq; Appius Claudius triumphalis, Scipio Africanus & L. Bibaculus inter Salios esse, & hæc sacra attrectare gloria duxêre. De hisce præter alios vide Turnebum lib. 13. aduersariorum cap. 8.

Salij duodecim.

Ancilias

Ancilia appellantur] *De ancilijs hæc produnt Dionysius & Plutarchus. Annum iam octauum regnante Numa, morbus inuaserat ciuitatem, cunctis vero merentibus, traditur scutum æneum, è cœlo delapsum in Numæ manibus decidisse. Quòd in vrbis salutem missum Egeria sibi retulisse Numa tradidit, oportereq; id asseruari, alijs vndecim ad illius figuram, magnitudinem, formámque effictis, quò dubium ob similitudinem esset, cœlestis illius adipiscendi. Addiditq; Numa se à Musis cognouisse eam vrbem, vbi id Ancile asseruaretur omnium potentissimam futuram. Quo facto cùm pestis cessasset, scutum autem ex eius imperio cum effingere artifices certassent, diffidentibus ac desperantibus cæteris, Mamurium Veturium præstantissimum æris eius opificem, vsque adeo eius similitudinem effinxisse, struxisseq; omnia similia, vt ne Numa quidem id cognosceret. Horum verò scutorum custodes Salios XII. legit, quot fuerant fabrefacta scuta, à quibus sacris anniuersarijs efferrentur per vrbem. Id autem scutum breue fuit, ideóque ancile appellatum, quòd ex vtroque latere esset recisum, & summum infimumq; eius latus medio pateret. Mamurius autem XI. ancilorum à se factorum præmij loco poposcit, vt suum nomen inter carmina Salij cantarent. Ideo Mamurij Veturij nomen in cantibus Salij Romani maximè frequentabant.*

Mamurius Veturius.

Saliorũ carmen.

Carmina cum tripudijs] *Carmen Saliorum initium Poëtices apud Romanos Varro dicit, quod obscurissimum erat. Eius meminit Flaccus, Iam Saliare Numæ carmen. Erãt & axamenta carmina, quæ à Salijs componebantur in honorem singulorum Deorum, vt Ianualij versus, Iunonij, Mineruij ab axo, quod est nomine appellata, Turnebus lib. 22. aduersariorum, cap. 24. Licet Pannius axamenta vocata existimet, quæ essent in memoriam hominum composita, vt Mamurij & Volumnia. Nam in Deos singulos versus facti a nominibus eorum appellabantur. Salij autem non à populo, sed à magistris collegij legi solebant Patritij adolescentes, quorum vterq; parens viueret, ne in magistratu esset. Lege quoq; cautum erat, vt Salij liberi essent.*

Axamenta carmina.

Pontifex maximus.

Pontificem Martium] *Vt qui maximarum rerum in cultu diuino dominus esset, sacra dijudicaret, in rebus ad Deos spectantibus leges statueret, quibus aris, quibus Dijs, quibúsque hostijs, quibus diebus, & ad quæ templa sacra fieri deberent, alijs indicaret, De quorum electione, officio & dignitate Dionysius. Plutarchus, Liuius, Blondus lib. 2. Romæ triumphantis, Alexander ab Alexandro, lib. 2. cap. 8. & lib. 5. cap. 10. Fuit verò hic Martius Marci filius, & ipsius Numæ gener, cui omnia publica & priuata sublecit sacra.*

Martius Numæ gener.

Ioui Elicio] *Is sic dictus est, ab eliciendo vel extrahendo, vt Varro ait, cuius ara in Auentino fuit. Ouidius tertio Fastorum.* Iupiter Elicius.

Eliciunt cœlo te Iupiter, vnde minores
Nunc quoq; te celebrant, Eliciumq; vocant.

Solennibus enim quibusdam verbis pronunciatis, Iouem de cœlo ad sua sacrificia educi posse putabant veteres, de qua re Cælius Rhodiginus lib. 16. cap. 14. ex Pisone vetustissimo authore. At nobem in quinto ex secundo Historiarum Antiatis libro. Plutarchus autem Elicium Iouem videtur a Græca voce ἱλέω, id est, propitio deducere, ipsum in vita Numæ legito. Legimus & apud Hesychium in Cypro ἐλάστορ, Iouem cultum.

Propulso legum ac pœnarum metu] *Nannius lib. 5. miscellaneorum sibi persuadet legendum, pro ipso non propulso, vt pro ipso corruptum sit in propulso. Nimirum religionem successisse in vicem metus legum ac pœnarum. Vt autem suam diuinationem firmitur, nõ testimonia Codicum, sic ea diuinatio Fabij Pictoris similis sententia innatur cum libro primo. sic ait: Nullo tunc vindice aut metu, sed suo sponte retinebant fidem & rectum.*

Marcium Marci filium] *Mira hic est in scriptis libris discrepantia, vt Nannius loco prææallegato admonet. Alij enim habent Marcum Flaminium, alij M. Fuluium, nonnulli M. Furium. Quid verò melius sit, in medio disceptandum relinquit.*

Et cùm ipsi homines in regis veluti vnici exempli] *Præclara γνώμη, cuius alia similes cùm alibi, tum apud Claudianum ad Honorium extant, cum elegantissime scribit.*

Componitur orbis
Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis.

Nec contemnenda est Nazianzeni sententia scribentis. Sicut per principem cùm benefacit plurimorum vitæ & saluti consulitur, ita & errorem principis ad multorum perniciem pertinere.

Quòd earum sibi concilia] *Nannius lib. 5. Miscellaneorum, etsi scripti codices cum vulgatis consentiant, pro sibi inibi legendum arbitratur, & ob id lucum illum Musis esse dicatum, quod ibi colloquia vxeri eius cum Deabus essent. Sub nomine autem Dearum Musas intelligit Liuius. quas Theocritus perpetuò Nymphas appellat. Habet enim id magnificentiam, cùm genus prosapiæ subijcitur. Et ita diuinis posse videtur disputatio, quæ est inter Dionysium libros. scribentis, Egeriam nympham fuisse, & alios docentes non Nympham, sed Musarum vnam, prout refert Gyraldus Syntagmate 5 sub tit. de Nymphis. Porrò Luci syluæ erant in conspectu villæ fundiq; excedua Dijs consecrata, quas ferro temerare nefas erat. Plinius de arboribus. Hæc fuêre numinum templa, priscoq; ritu simplicia rura, etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant, nec magis auro fulgentia atq; ebore simulacra, quàm lucos & in ijs silentia ipsa adoramus, erant enim in vrbe luci, non tantum in agris.* Egeria an Dea, an nympha. Lucus quid.

Argeos pontifices vocant] *Ridiculam existimat Nannius loco prææallegato interpretationem eorum, qui putant Argeos, Scyrpeos, hic esse homines, qui cum sacris de ponte deijciebantur ex instituto Herculis. Nam ipsa sacra, & loca, vbi sacris operam dabant, à Pontificibus Argei dicebantur. Sacra ob antiquitatem cum suis ritibus iampridem abolita sunt. Loca multa Romæ Argeorum nomen retinent, vt videre est apud Varronem libro quarto, de lingua Latina, vbi nunc quintum, nunc sextum, Argeorum sacrarium citatur. Fabius Pictor vniuersum campum septem collibus subdens, vsq; ad Tyberim duplici nomine Lybissum & Argeum vocat.* Argei qui.

Albani] *Qui vrbem Albam ab Ascanio olim conditam inhabitabant, quæ ab vrbe distabat, si Eutropio fides adhibenda est, duodecim milliaribus. & 300. iam annis caput regni fuerat, vel secundum alios quingentis minus tredecim. Hanc autem ciuitatem alij ab Albano monte vbi sita est, dictam putant. Marcus verò Varro propter colorẽ suum, cui astipulatur quoque liber tertius Aeneidos, & liber octauus, vbi hæc carmina repetuntur. Vide quoque Plinium libro 3. cap. 5.* Albani.

Bellum indixit] *Disertè enim in Romuli cum Albanis fœdere expressum fuit, vt neutra ciuitatum bellum inchoaret, atq; altera se læsam aliquando quereretur, ab iniuria authoribus iusta reciperet, quod si non redderentur, tum demum necessario ruptis fœderibus inducerctur bellum. Albani igitur cum agrum Romanum latrocinijs innasissent, nec petentibus iusta reddidissent, iure bellũ indixerunt. Cuius rei verba & ceremonias lege apud Alexandrum ab Alexandro. lib. 1. cap. 14.*

Laul.

Lauinium. Lauinium ab Troia] *Aeneas enim Lauinia Latini regis filia* Alba longa. *in vxorem ducta, Lauinium ita dedit, & de vxoris nomine dixit, Ascanius verò mortuo patri succedens, tricesimo post conditū Lauinium anno, maiorem vrbem condidit sub Albano monte, eamq́ á situ Albam longam vocauit, coloniamq́ eò Lauiniorum, Deosq́ penates ab Aenea delatos deduxit.*

Metium Suffetium] *quem omnes ferè Romanorum historia virum, neque bello idoneum, neque pacis firmum custodem appellant.*

Foecialis Foecialis regem] *Varro fœciales inquit dicti, quòd fidei publicæ inter populos præerant. Nam per hos fiebat, vt iustum conciperetur bellum, & vt fœdere fides pacis constitueretur, & ex his mittebant, antequàm conciperetur qui res repeterent. Dionysius eos dici* Espuyoslla ras. *Græcè putat εἰρηνοδίκας, & à Numa institutos esse dicit, sumpto ab Equicolis exemplo, apud quos, vt Valerius scribit, primum Sextor Resius ius Fœciale instituit. Meminit eorundem Varro lib. 3. Sextus Pompeius Fœciales inquit à faciendo sunt dicti, apud hos enim belli, pacisq́ faciendæ ius est. Munera eorum præcipua Dionysius describit, et Cicero lib. 1. de legib. Quot eorum fuerint, ambigit Turnebus in annotationibus suis ad dictum Ciceronis locum. Fuisse autem eorum collegium ex Liuio cognosce potest, qui infrà lib. 36. scribit: Consul inde M'. Acilius ex S.C. ad collegium Fœcialium retulit, ipsi ne vtiq́ regi Antiocho bellum indiceretur. Porrò vnus horum Fœcialium pa-* Pater patratus. *ter patratus dicebatur, cuius munus erat, cùm pax aut fœdus facienda essent, verba facere.*

Sagmina. Sagmina, inquit, te rex posco] *De Sagminibus Plinius lib.* Verbenaca. *22. Hæc etiam herba verbenaca vocatur Latinè, a Græcis ἱεροβοτάνη dicta, hoc est, sacra herba vt idem Plinius docet lib. 25. annotauit, id Budæus in annotationibus prioribus ad Pandectas.*

Capillosq; tangens] *Busledianus codex, vt Nannius libro 5. miscellaneorum annotat, non tangens, sed tegens habet. In sacris Deorum caput operiri & tegi solet, & apud Plutarchum in vita Numæ, Numa capite operto sedet, cùm de eo in regem creando auguria captantur, quod tamen rectius Nannius, non audet definire. Id ad vtilitatem rudiorum hic adijciendum. Fraudem appellari hic malitiosam fœderis interpretationem, cum sententia violata verbis sa-* Fraus quid? *tisfactum, vt ille qui cùm certos dies induciis ascripserat, noctu hostiliba fecit, quasi de noctibus nihil omninò cautum esset. Pulchrè admodum hæc distinguit Paulus Iureconsultus ff. de legibus & Senatusconsultis. Contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet. In fraudem verò legis, qui saluis verbis legis, sententiam eius circumuenit.*

Sine fraude mea] *hoc est, saluo meo aliorumq́ iure. Ita interpretatur Budæus in priorib. annotationib. ad Pandectas.*

Haud displicet res Tullo] *Boni ducis exemplum est Hostilius, qui dum suis parcit militibus, salutem quoque hostium quærit, consultando, quo pacto bellum atrocissimum, paucorum cæde dirimi possit. Non fortassis immemor Mitylenæi dicterij, qui probabat victorias sine sanguine partas, magno autem ciuium cruore emptas, hoc est, Cadmeas, non victorias existimabat.*

Vniuersis solus nequaquam par] *Verissimum enim est illud Homeri, lib. υ Odyss. χαλεπὸν γὰρ ἐρυκακέειν ἕνα πολλούς. Difficile ac durum est vnū compescere multos. Qui etiā Iliados ε. & Aeneam aliosque strenuum stetisse fingit, cùm aduersus duos dimicandum esset, quo docere voluit, neminem vsq́ adeò excellere viribus, vt vnus pluribus par esse possit.*

Capessit fugam] *Astus in fallendo hoste. Huc autem illud Antigoni Imperatoris pertinet, qui cùm aliquando cederet hostibus imminentibus, se nequaquam fugere, sed vtilitatem à tergo sitam, persequi dicebat, sentiens non esse turpe fugere, quoties expedit hosti dare locum, ad suum vsq́ tempus.*

Victori obijcitur hosti] *Militaris fortitudinis exemplum. Similem autem historiam ex Demarati secundo rerum Arcadicarum libro, apud Plutarchum 32. cap. Parall. legimus.*

Paludamentum. Paludamento sponsi] *Paludamentum vestem esse Imperatorum, scribit Tranquillus in Cæsare, Blondus libro 9. Romæ triumphantis. Alexander ab Alexandro, lib. 5, cap. 3. & lib. 5. cap. 18. Festus tamen omnia militaria ornamenta paludamenta dici, in libris Pontificalibus affirmare videtur. Plutarchus in Philopœmene tunicas equestres vocat, in Lucullo ἐφεστρίδα, vt opinor pro paludamento posuit, in Crasso verò πορφυρίδα pro paludamento purpureo dixit. Quo genere vestis etiam Græci equites vtebantur, quam ἐφεστρίδα Athenæus in quinto vocat. Paludamenti autem picturam ad viuum ex Romanorum marmoribus expressam inuenies apud Lazarum Baifium in fine capitis primi in L. Vestis. ff. de auro & argento legato.*

Flebiliter sponsum mortuum] *Vtrerq́ præ mœrore animi omnes lateram. Cuius orationem Patheticam, qua in fratrem inuehitur, vide apud Dionysium. Est autem coniugalis amoris notatu dignum exemplum.*

Abi cum immaturo] *Exemplum præclarum salutem patriæ longe saluti nostrorum præferendam esse. Historiam copiosius describunt, Valerius Maximus, lib. 6, cap. 3. & lib. 8. cap. 1. Plutarchus, cap. 33. Parall. Augustinus lib. 3. cap. 14. Ciuitatis. Volaterranus lib. 17. cap. 3. Anthropol.*

Duumuiros inquit] *Hos primum in iudicio perduellionis à* Duumuiri. *Tullo factos, ex hoc Liuij loco apparet. Eorum verò etiam pòst meminit in iudicio M. Manlij de affectata tyrānide. sed hos cùm rarò creatos, tùm postremò vetustate euanuisse comperio, nisi quòd in consulatu Ciceronis C. & L. Cæsares creati sunt, idq́ non à populo, sed, vt tum mos erat, à prætore (sic enim narrat Dio) vt C. Rabirio, qui Saturninum Tribunum plebis sua manu necarat, perduellionem iudicarent, à quibus damnatus, cùm ad populum prouocasset, nobili, quæ extat, oratione à consule Cicerone defensus, est absolutus. De horum origine & officio lege Fenestellam cap. 5. Pomp. Lætum cap. 6 de Rom. mag. Blondum lib. 4. Romæ triumphantis. Alexander ab Alexandro, lib. 3. cap. 16.*

Soluit crines] *Ad veterem morem hoc referendum est, quo in* Soluere crines. *signum tristitiæ crines soluebantur. Meminit eius moris & Ouidius lib. 3. Fastorum:*

Si qua tamen grauida est, resoluto crine precatur,
Vt soluat partus molliter illa suos.
Et tristium lib. 1. Eleg. 3.
Illa etiam ante Lares sparsis prostrata capillis,
Contigit extinctos ore tremente focos.

Perduellionem iudicent] *Quos nos hostes dicimus, eos ve-* Perduellio quis? *teres perduelles appellarunt, teste Caio sub tit. de verb. significatione, per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset. Idq́ etiam Varro de lingua Latina lib. 4. & Festus lib. 8. de verborum significatione testati sunt. Multa verba, inquit Varro, aliud nūc ostendunt, aliud ante significabant, vt hostis. Nam tum eo verbo significabant peregrinum, qui suis legibus vteretur, nunc dicunt eum quem tum dicebant perduellem. Et Festus. Hostis, inquit, apud antiquos peregrinus dicebatur, & qui nunc hostis perduellis. Ex quibus quidem Varronis & Festi locis, rectè colligi potest, non vt olim, sic nunc hostes populi Romani perduelles vocari. Siquidem vt Vlpianus ait: is duntaxat perduellis nunc dicendus est, qui hostili animo aduersus rempub. vel principem suum animatus est, L. finali. ff. ad L. Iuliam maiestat. Igitur qui eo nomine accusatur, is rectè perduellionis reus fieri nunc intelligitur, quemadmodum olim qui hostis iudicabatur, ille perduellio iudicari dicebatur. Proinde sic Liuius intelligendus, vt contenderit, eos qui horrendum aliquod crimen commiserant, perduellionem eo tempere solere iudicari, quo mos is fuisse apud Romanos videtur, vt ciui Romano, de cuius capite iudicium erat, ante perduellio indicaretur, hoc est, ciuium exemptus numero patriæ hostis pronunciaretur, quàm capitale sumi de ciue Romano supplicium posset, prout tradit Iacobus Rauardus cap. 27. ad leges XII. tabularum. Et hæc quidem interpretatio eò verisimilior videtur, quòd filiū suum Horatium populi fauore absolutum, pater quibusdam sacrificijs piacularib. peractis, veluti sub iugum miserit. Quia igitur præter hostes nulli sub iugum mitti consueuerant, hinc rectè ratiocinabimur, idem missum veluti sub iugum, quia Horatio duumuiri perduellionem iudicauerant, hoc est, quia inter perduelles populi Romani Horatium referendum esse, deinde vt perduellem interimendum pronunciauerant. Paulus verò Manutius libro de legibus Romanis, ideo Horatij factum, quod parricidium fuerit, lege perduellionis iudicatum existimat, vel quia Numa vir sanctissimus parricidium omne voluerit esse perduellionem, vel quia si non omne parricidium, saltem illud quod in regnatos affinésue committeretur. Sigonius lib. 2. cap. 18. de antiquo iure ciuium Romanorum minime Liuij sententiā probat, qui iudicium hoc perduellionis vocarit, nisi fortè perduellionem appellemus, non quòd ille sororem, id enim parricidium erat, sed quòd hominem in conspectu vel regis, vel populi Romani interfecerat, in quo maiestatem ciuitatis diminuerat. De perduellione autem inquisitum esse credit in Iunios, Vitellios & Aquilios, qui de prodenda regibus patria, nefaria & scelerata consilia habuerant, quos Brutus primus consul supremo supplicio affecit. Porrò lege perduellionis primum duumuiri iudicabant, deinde ad populum prouocatio erat. Declarat hoc oratio pro Rabirio perduellionis reo.*

Horren-

Horrendi carminis erat] *Ita legendum esse, & non criminis, multis autoritatibus ostendit Cælius lectionum antiquarum lib. 10. cap. 7.*

Infœlix arbor. **Infelici arbori reste suspendito]** *Turnebus lib. 4. cap. 3. Infelicem arborem intelligit stipitem & furcam, de qua fontes suspenduntur. Neq; enim vlla arbor, aut vllum lignum infelicem est.* Fœlix arbor. *Fœlices autem arbores Cato dixit, quæ fructum ferunt, infœlices quæ non ferunt. Plinius autor est infœlices existimari, damnatasq; religione, quæ neq; seruntur vnquam, neq; fructum ferunt. At Veranius de verbis pontificalibus, Fœlices (inquit) arbores putantur, quercus, æsculus, ilex, sapinum, fagus, corylus, sorbus, ficus, alba, pyrus, malus, vitis, prunus. De quo latiùs Cælius lib. 10. cap. 7. lect. antiq. Brodæus lib. 4. Miscell. cap. 6.*

Patrio iure in filium] *Indicat hic locus Numam ius necis, & seuerioris in filios animaduersionis non penitus ademisse parentibus, licet omne ius vendendi filios cõnubio consensu iunctos, parentibus expressa lege ademerit, vt Dionysius scribit.*

Imperatum patri] *Dionysius id negotium pontificibus datum prodidit, qui duas esse extructas aras ait: Iunoni vnam, cui ius sororium cura esset, Iano alteram, ad quas Curiatiorum & Horatiæ interfectæ manes sint vocati.*

Tigillum quid. **Transmisso per viam tigillo]** *Cuius hæc forma fuit, vt duo recta tigilla defixa starent, tertiumq; supernè duobus illis transuersum imponeretur. Dionysius verò ait, aduersis parietibus suffultum fuisse Hostilij tigillum. Quomodo autem sub iugum missi sint sæpe milites, docet Liuius hoc eodem lib. & lib. 9. vbi Samnites sub iugum missi sunt.*

Pauoris & Palloris templum. **Pauori & pallori]** *Id Augustinus his verbis luculentius explicat: Hostilius certè rex, Deos & ipse nouos Pauorem atq; Pallorem propiciandos non introduceret, si fœlicitatem deam nosceret & coleret, &c. Ita verò accidit, cum commisso inter Romanos & Veientes prælio, nunciatum esset Tullo Hostilio regi, Albanos desciscere, palleréq; & pauere ob eam rem Romanos videret, ipse in re trepida templum vouit Pallori & Pauori.*

Sacrificium lustrale. **Sacrificium lustrale]** *Varia lustrationum genera fuêre apud Romanos: Si verò exercitus lustrandus esset, in campo Martio exercitus instruebatur, & sue, aut hirco, oue & tauro lustrabatur. Milites ipsi lauro coronati, rem diuinam faciebant, sub diuo, & hunc lustrandi morem Seruium regem primum instituisse ferunt. Alij hanc exercitus lustrationem ita peragebant, suem, ouem, taurum, qui puri essent, ter circum acies instructas præcedente pompa ducebant, Martiq; Deo immolabant.*

Ducis perfidia exercitus præsentissimum venenum. **Dimicatio maior ac periculosior]** *Hinc itaque disces, ducis improbitatem præsentissimum exercitus venenum esse. Probè igitur Pausanias percunctanti quo pacto debellari Thraces possent, respondit: Si qui vir optimus est, eum belli ducem delegerimus. Admonens, plurimum ad victoriam momenti in imperatore esse. Quemadmodum in omni negotio magni refert, quales sint, quibus res gerenda creditur authoritas.*

Populum omnem Albanum Romam traducere] *Exemplum pietatis in hostes, Albanos enim ciues non tantum in vrbem recepit Hostilius, sed eos quoq; qui genere & opibus illustres erant, in patres elegit, vtpote Iulios, Seruilios, Geganios, Curiatios, Clœlios, Quintilios, Item decem quoq; ex his equitum turmas fecit, veteresq; legiones suppleuit, quæ de re copiosè Dionysium leges.*

Quadrigarum supplicium. **Duabus admotis quadrigis]** *De hac re lege Alexarchum lib. 3. rerum Italicarum: Plutarchum cap. 14. Paral. Gellium libro 20. cap. 1. Vergilium lib. 8. Aeneidos: Claudianum in Gild. Hoc autem supplicij genus ab Hercule inuentum esse constat, qui florenti adhuc ætate regem Eubœa Pyrechmen bellum Bœotijs inferentem vicit, victumq; pullis equinis ita alligauit, vt in duas discerperetur partes, vt refert Plutarchus cap. 13. Parall.*

Deuictos hostes gratulatur] *Assentationis & adulationis exemplum. Verùm Dionysius scribit Tullum Hostilium, Veientibus astutias, leuitatem, et proditionem luculentissima oratione aperuisse, & deinde militibus circumseptum, coram omnibus lictoribus tradidisse.*

Hostilia Curia. **Curia Hostilia]** *Curia Hostilia duobus in locis Romæ fuit, Altera namq; in foro ad pacis templum, vbi Hostilius rex primus habitauit, de qua Marlianus lib. 3. cap 17. Altera in eo loco, vbi postea Diui Iohannis & Pauli templum est constitutum, de qua idem lib. 4. cap. 19. In rostris quoq; Curiam Hostiliam conditam fuisse, Varro scribit, cuius Marlianus de antiquitatibus vrbis non meminit.*

Feronia. **Feroniæ fanum]** *Meminit huius Feroniæ Dionysius lib. 2. & rursus lib. 3. Virgilius lib. 8. Æneidos, & rursus lib. 7. vbi inquit, Et viridi gaudens Feroniæ luco. Vbi Seruius commentator ait, Feroniam virginem existimatam, veluti Iouem Anxurũ, id est, sine nouacula, & proinde nondum abrasum, qui colerentur Terracinæ, quæ etiam aliquando Anxur fuit. Vide de eadem & Strabonem libro 5.*

Patrio ritu Albani sacra facerent] *Id sacrum Albanum vel Latinas ferias appellatum putat Perionius lib. 3. de magist. Romanorum, quòd omnes Latini ab Alba oriundi erant, vel tum Latinæ ferijs esset coniunctum, De quibus infrà lib. 42.* Albanum sacrum.

Nouendiale sacrum publicè susceptum] *Cælius libro 17. cap. 21. tradit Nouendialium sacrorum consuetudinem inde natam, quòd moris Ethnicorum fuerit diebus nouem, mortuos flere. Dupliciter verò Nouendiale sacrum actum est apud Romanos, vno modo cùm defunctis parentabant, seq; lustrabant, Altero cùm prodigium aliquod accidisset, quod nouendiali sacro expiare solebant. Ita verò perficiebatur, vt doctis placet: Nouem dies assiduè Diis sacrum faciebant, quod sacrum indici solebat, vel à Pontifice Maximo, vel à Prætore vrbano ex Senatus decreto, prout tradit Gyraldus historia deorum Syntagmate 17.* Nouendiale sacrum.

Ioui Elicio facta] *Cui Numa Pompilius aram in Auentino excitarat. Vide sup.*

Fulmine ipsum cum domo] *Contemptæ religionis pœna. Scribit enim Plutarchus in vita Numæ, Hostilium honesta Numæ facinora, & potissimum pietatem in Deos, irrisionibus et contumelijs insectatum esse, vt res muliebres & inertes. Hoc igitur prodigium etiam extat apud Plinium, libro 2. cap. 53. & lib. 28. cap. 2. Val. Max. libro 9. cap. 12. Cælium libro 16. cap. 14. Sabellicum lib. 2. cap. 5. Multis verò persuasum est, Hostiliũ humana fraude perijsse, Ancíq; Martij, qui post eum rex fuit, insidijs oppressum, vt cùm procelloso die Rex domi sacra faceret, sit ille regiam ingressus, ibiq; Hostilio cum vxore & liberis interfecto domum incenderit, Vide Dionysium libro 3. ea de re copiosissimè.* Hostilij mors.

Ancum Martium] *Dictus est Ancus ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος, id est, à cubito, quem incuruum habuit, teste Zonara, Tomo 2. annalium, Seruio in 6. Aeneidos.* Ancus.

Ex filia] *Pompilia videlicet, quæ Martio pontifici nupsit. Hanc filiam non ex vxore Tatia, sed ex altera Lucretia natam esse Plutarchus in vita Pompilij scribit.* Pompilia Numæ filia.

Auitæ gloriæ memor] *Liberi enim plerunq;, vel parentes, vel sui generis homines referre solẽt. Vnde prouerbium vulgo iactatur τοῦ πατρὸς ἐστὶ τὸ παιδίον, patris est filius, Et illud quoq; Horatij, Fortes creantur fortibus & bonis.*

Quod nunc feciales habent] *De hac re copiosè Plutarchus in vita Camilli, Dion. lib. 2. Gellius lib. 16. cap. 4. Seruius lib. 9. Aeneidos, Principiũ pugnæ Blondus lib. 4. Romæ triumph. Cælium Rhod. libro 21. cap. 5.* Ius feciale.

Descripsit] *Ius feciale quo tempore, vel à quo inuentum sit, inter authores non constat. Fecialis enim sacerdotij vsum omnium vetustissimum apud Romanos fuisse, Fenestella docet, cùm Tulli Hostilij tempore fuerit, cui tamen nequaquam ascribit, Sed Alexander ab Alexandro à Tullo Hostilio, seu Anco Martio, vt verò alij à Numa Pompilio, feciales institutos putant, qui ab Equicolis iura & verba solennia, quibus res repetuntur, & bella indicuntur accepêre, Hoc authore, de qua re & superiùs nonnulla à nobis annotata sunt.*

Equicolis] *Equicoli Vmbriæ populus in quarta regione Italiæ, quæ hodie ducatus Spoletanus appellatur, & Marsis finitimus inter Samnites & Pelignos. Volaterranus lib. 6. cap. 4. Geographia hanc gentem, quæ ad Marsos pertinebat, ait simul cum Classidio interijsse, & ex horum ruinis noua & vicina oppida excitata esse.* Equicoli.

Iustè pieq; legatus venio] *Hinc iusta bella sunt (quæ & pia dicebantur) quæ indicebantur rebus repetitis, non ex libidine sumpta. Cùm autem iusta bella suscepta sunt, sunt etiam iustè gerenda, non perfidiosè, non fœdifragè, non acerbè, non ad internecionem.* Iusta bella.

Quirine] *Romulum intelligit vel Martem, qui & ipse Quirinus dictus fuit, vt suprà annotatum est.* Quirinus.

Hastam in fines] *Multis gentibus id solenne fuisse legitur, vt bellum indicturæ hastam mitterent. Sic de Rhodijs id narrat Polybius lib. 4. Scimus præterea Carthaginenses cùm bellum vellent Romam hastam misisse, Cælius lib. 21. cap. 16. lect. antiq.* Hastæ emissio.

Concipiendiq; iurisiurandi] *Conceptis verbis iurare ad discrimen dicitur eius iurisiurandi, quod sermonis subinde nostri intexímus & inserimus, vt cùm medius fidius, mehercule, ita Iupiter me amet, edepol: dicimus, aut vltrò sponteq; Sacramentum fidei,* Conceptis verbis iurare.

aut adseuerationis religiosa addimus. Verbis enim conceptis iuratur, id est, verbis certa comprehensis formula. Nam concipere comprehendere est. Hoc verò iusiurandum multò religiosius erat quàm reliqua. Praiuratio. *Huius generis erat & praiuratio, cùm quis antè cõceptis verbis iurabat, post quem alter in eadem verba iurans, tantùmmodo dicebat: idem in me. Huic igitur praiurationi, qua species est iurisiurãdi conceptis verbis, addebatur execratio, eam enim verbum, idem in me, continet. Turnebus lib. aduersar. 3. cap. 10.*

Murtia Venus. Ad Murtiæ datæ sedes] *Venus primum Murtea postea Murtia vocata est. Plinius lib. 15. Quin & ara vetus fuit Veneri Myrtea, quam nunc Murtiam vocant. Est & Arnobio Murtea segnitium dea. Murtea meminit Tertullianus in libro de spectaculis, quam esse dicit marmoris deam. Vbi mercain scribendum rectè existimat Turnebus libro 22. cap. 16. aduersariorum. Meminit & Murtea Augustinus lib. 4. de ciuitate Dei, Cælius lib. 18. cap. 12. antiq. lect. Sed Gyraldus historia deorum, Syntagmate 13. tradit Murceam deam socordia. aliam esse a Murtia Venere.*

Ianiculus. Ianiculum] *Montem editum trans Tyberim positum: Dictus verò est Ianiculus, ab Iano, qui in eo habitauit, & postea sub eo sepultus est De huius magnitudine, & diuersis quoq; nominibus, vide Marlianum lib. 1. cap. 1. & cap. 5 vbi non contemnenda tradit de vrbis vario & sæpè mutato ambitu.*

Pons sublicius. Ponte sublicio] *Sublicius pons dictus est à sublicibus, id est, magnis trabibus, quibus conficiebatur. Primùm enim ligneus ab Anco Martio, absq; clauo ferreo, & fulturis, contignatione solati e compactus est, vt bellis temporibus adimi posset.* Aemilius pons. *Eum deinde Aemilius Lepidus lapideum fecit, & ex suo nomine Aemilium denominauit, Postmodum verò Antoninus Pius Imperator marmoreũ fecit, cuius vestigia esse tenemus, quæ hinc ad primas Auentini radices, inde ad nostram ætatem nauali a cernuntur. Vide Plinium lib. 34. cap. 5 & lib. 36. cap. 15. Marlianum libro 7. cap. 7. & Blondum libro 1. Roma instauratæ.*

Sylua Mæsia. Sylua Mæsia] *In qua nunquam glires nisi in partu reperiri, Plinius lib. 8. cap. 58 scriptum reliquit.*

Hostia vrbs. Hostia vrbs] *16. milliaribus ab vrbe distans, de qua Plinius lib. 3. cap. 15. & lib 36. cap. 15. Marlianus lib. 7. cap. 18. Florus ait, quasi præsagio magnitudinis motum Martium, vt eo ipso loco fundaret vrbem, quo totius mundi opes & commeatus reciperẽtur hospitio, maximo vrbis fauore.*

Carcer ædificatus cui primus. Carcer ad terrorem] *Ancum Martium Romæ primum carcerem ædificasse ferè omnes scribunt, excepto Eutropio, qui libro 1. cap. 10. L. Tarquinium Superbum primò vincula, taureas. fustes. compedes. cathenas, exilia, carceresq; inuenisse dixit, Vide Polydorum quoque Virgilium libro de rerum inuentoribus 2. cap. 3.*

Imminens foro] *In radicibus Capitolij versus ortum brumalem, Addidit deinde Tullius rex eam partem, quæ sub terra est, &* Tullianum. *carceri vt Tullianum vocetur, nomen dedit, Vide Marlianum libro 3. cap. 15.*

Tarquinij ciuitas. Tarquinijs] *Tarquinij Hetruriæ à Tarconte ædificata ciuitas, de qua Strabo lib. 5. Plinius lib. 3. cap. 5. Cuius vestigia à mari paululum remota, etiam hodie visuntur, nomen priscum adhuc retinentia, cuius rei testis est Volaterranus lib. 5. cap. 1. Geographi.*

Demaratus. Demarati Corinthij] *Rectè adijcit Corinthij, fuit enim & Demaratus Lacedæmoniorum dux, qui, dum exularet, in patriam impius fuit, de quo Herodotus lib. 5 & Orosius lib. 2. cap 9 Hic verò Corinthius ex Bacchiadarum familia ortus, mercator fuit ditissimus, De quo Plinius libro 35. cap. 3 & libro 36. cap. 12. Plutarchus de fortuna Alex. Val. Max. lib. 3. cap 4.*

Ob seditiones] *Autor de viris illustribus eum Cypseli Corinthij tyrannidem fugisse scribit. De quo Plinius libro 35. cap. 3. Fulgosius Genuensis lib. 9. cap. 1 de dictis factisq; memoral.*

Lucumo. Duos filios] *Iisdem Dionysius scribit Demaratum in vrbe Tarquinijs duos ex nobilissima vxore suscepisse filios, quibus Hetrusca nomina imposuerit, & Arnatem alterum seniorem natu. alterum Lucumonem vocarit, A quo postea Lucumedi, vt quidam volunt, appellati, qui postea Luceres sunt dicti.* Lucumedi. *Sed Lucumedorum nomen vetustissimum esse satis constat.*

Tanaquil. Tanaquil] *De qua Plutarchus de virtutibus mulierum in præfatione, & de fortuna Romanorum in fine. Plinius lib. 36. cap. 27. Volaterranus lib. 19 cap. 2. Anthropol.*

Sinere pro sinere. Humiliora fineret] *Integer hic locus prima specie videtur, & approbatur omnium consensu. Nannius tamẽ lib. 5. Miscellaneorum hic vitium subesse putat. (Reddit enim ille ad fineret in fentiret, mutandum, vt idem sit cum τῷ φρονεῖν, minutum eam pates animos suis natalibus & opibus habere.* Lucumones qui. *Porrò & idem alterũ loco adijcit Lucumones dici solitos reges Hetruscorum, qui duodecim erant secundum duodecim populos. qui autem istis omnibus imperitabat, Lartem appellabant,* Lartes qui. *Vnde adhuc Angli satrapas suos Lordas vocant.*

Augurandi ars vetustissima. Perita vt vulgo Hetrusci] *Augurandi enim ars antiquissima primum a Chaldæis ad Græcos, apud quos Amphiaraus, Mopsus, & Calchas summi augures habiti sunt, à Græcis deinde ad Hetruscos venit, penes quos ea disciplina præcipua ac longè peculiaris fuit.* Hetrusci augures. *Vnde Naso libro secundo Fastorum scribit, Virum quendam exulem Hetruria Romam venisse, cuius opera Romulus et Remus vsos existimant, cùm de imponendo vrbi nomine contenderent. Et sic demũ augurandi disciplinam ad Romanos peruenisse constat, de qua re multa Pomponius Lætus capite quinto, Fenestella capite quarto, de sacerdotijs Romanis.*

Aquila Troianorum insigne. Aquila suspensis] *Aquila cùm rex omnium auium meritò sit, quas altissimè volando, alijsq; virtutibus longè superat, primùm Troianorum insigne erat, vt testis est Maphæus Laudensis, de facto post cladem Turni. Et hinc apud Romanos in auspicijs imperium portendere visum est. Sic enim & Romæ Claudio in forum euntè aquila dextro humero insedit, imperium ostendens. Romani igitur etiam hodie aquilæ insignia habent, teste Plinio libro 10. cap. 4. & Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 2.*

Reponit] *Hoc est, restituit, veluti sui ministerij conscia, quod cùm feliciter Tarquinio cessisset, sumptis imperatorijs ornamentis, semper in eburnei sceptri vertice, aquila signatam habuisse dicitur, cuius rei testis est Alex. ab Alex lib. 1. cap. 28.*

Notitiamq; eam] *amplissimas enim ex hereditate paterna diuitias cùm haberet, in commune deponere voluit: Deinde Anco Martio regi amplissimas pro necessitate pecunias dono dedit, in vsus bellicos quotiescunque indigeret pecunijs, exhibuit, patritiorum multos beneficijs deuinxit, popularem quoq; multitudinem argento sibi conciliauit, Verè igitur in Phœnissis Euripides: τὰ χρήματα ἀνθρώποισι τιμιώτατα, δύναμίν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει. Id est, Mortalibus nil charius pecunia, Atq; inter homines vim plurimum valet.*

Iam filij propè puberem ætatem] *Duos tantùm filios reliquit Ancus Martius rex, alterum puerilis ætatis, alterum maiorem natu iam pubescentem.*

Tarquinius instare] *Discrepat hoc loco à Liuio Dionysius, qui scribit, defuncto iam Anco, Senatum primùm pro more interregem creasse, & deinde statim comitijs habitis, multitudinem, regem Tarquinium Priscum elegisse, confirmantibus quoque ea auspicijs, quæ populus indicauerat. Est autem libidinis regnandi notatu dignum exemplum.*

Domi militiæq;] *Secretioribus namq; consilijs domi militiaq; adhibitus, equitum deinde præfecturam adeptus est,*

Patres minorum gentium. Centum in patres legit] *Senatores à Romulo centum creatos fuisse, qui ob honorem patres, ob ætatem senatores dicti sunt, dictum est superius. Deinde communicata vrbe cum Sabinis & Tatio, idem Romulus alios centum legit, vt est apud Liuium, explens numerum ducentorum. Nunc Tarquinius Priscus in orbitate Senatus legisse, centum alios scribitur minorum gentium appellatos, tametsi à Bruto familias minorũ gentium inuentas nonnulli credant, Onuphrius Panuinius in sua ciuitate Romana, Sabinis in vrbem æquo iure susceptis, ex illustrioribus familijs viros centum curiarum suffragijs, veteribus Senatoribus ascriptos, & Senatorum ordinem auctum existimat. Et hinc potius patritiorum minorum gentium, & patrum conscriptorum originem manasse credit, quàm quod Liuius, Plutarchus, & Tacitus tradunt, sub L. Bruto primo consule, & sub Tarquinio Prisco. patritios minorum gentium primùm appellatos. Nam eos tantùm patritios, qui à Romulo primùm lecti sunt, maiorum gentium fuisse, vel sequentis lectionis patritiorum testimonio confirmari posset, qui eorum ratione habita, non nisi minorũ gentium se ipsos esse profiterentur. Fuerunt equidem, & hi maiorum gentium, si qui, qui à sequentibus regibus lecti sunt, conferantur, ita vt à Romulo lecti ita sint maiorum gentium, vt minorum esse non possint. Nouissimi verò à Bruto creati, ita sint minorum, vt maiorum appellationem obtinere nequeant, medij verò à regibus allecti, modò maiorum, modò minorum dici possint, maiorum quidem inferiorum, minorum verò superiorum patritiorum habita ratione. Sunt autem qui maiorum gentium appellatos putent, quos Romulus tantùm prima lectione ex Albanis adlegit, reliquos inde, & quos ipse, & quos alij reges deinde asciuerunt, minorum vt tradit Sigonius libro 1. de antiquo iure Quiritium, capite septimo.*

Di patri-

Patres conscripti qui. De patribus verò conscriptis, eos primum conscriptos esse credendum, qui primo ordini iam instituto inserti sunt, & reliqui omnes qui varijs temporibus in eum ordinem sunt collocati. Nam si conscriptum esse, idem est, quod allectum, cur hi qui in ordinem iam institutum cooptati sunt, conscripti non sunt appellandi?

Dij maiorum & minorum gentium. Deinde minorum gentium] Id deinde, Pithœus lib. 2. aduers. subsec. cap. 7. interpretatur, si alsiet à L. Bruto autoritate Taciti lib. 11. Ex hac verò differentia Senatorum, translatione quadam ex dijs Tullius eleganter quosdam maiorum, quosdam minorum gentium dixit lib. primo Thusculanarum: Maiorum gentium appellans eos qui cœlestes habiti sunt semper, & ab antiquis selecti dicti sunt, vt & eos Augustinus lib. 7. de ciuitate Dei eos præcipuos & selectos vocat: Minorum verò gentium Dij ab eodem appellantur ascriptitij quidem, & allecti in Deorum numerum, qui ex hominibus diuinos honores meruerant, prout eleganter tradit Budæus in prioribus annot. ad Pandectas.

Circus. Circo qui nunc maximus dicitur] Circus apud Romanos dicebatur is locus, vbi ludicra fiebant certamina, & ob hoc quidem quod in circuitu spectaculis adificatis, ibi ludi fierent, & quod illic circum metas ferretur pompa, & equi currerent. Erat autem forma oblonga instar arcus, in circuitu habens gradus, spectatoribus apta sedilia, ne alter alterius prospectum impediret, cuius descriptionem pete ex Marliani lib. 4. cap. 10. Topographia.

Circus maximus. Qui nunc maximus dicitur] Inter Palatinum montem & Auentinum non procul à templo Herculis, cuius pauimentum fecit ex Chrysocolla. hoc est ex omnium durissima materia, quæ nascitur postquam aurum effossum est, posuit autem fundamenta tantum huius circi Tarquinius, quem Cæsar deinde, addens magnificentiam amplauit. Cum enim longus fuerit stadiorum trium cum dimidio, latus quatuor iugerum, Cæsarem in eam amplitudinem extendisse & non Tarquinium volunt: Id quod verisimile est, cum Tarquinij temporibus ciuitas adhuc tam populosa non esset, neq; in tantum dedita spectaculis, ergo non tanto opus erat spacio, vt Cæsaris ætate. Reliqua vide apud Dionysium, Plinium lib. 36. cap. 15. Marlianum lib. 4. cap. 11. Topograph. Volaterranum lib. 29 cap 11. & lib 6. cap. 1.

Ludi Romani Magni. Romani magniq;] Romani ergo & Magni ludi ijdem fuerunt, ijq; annui ex Liuij sententia. Quod verum ne sic, dubitat Perionius lib. 3. De magistratibus Romanis, adductus eo quòd in eorum factis inueniantur prodigiorum causa. & interdum religione instictu vt Liuius lib. 22. tradit de Q. Fabio Maximo, & lib. 25. de Publ. Cornelio Scipione. Aedile ante legitimam ætatem creato. Inter ludos verò, quæ plurimi Romæ fuerunt, spectatissimi fuerunt Romani, à regibus primum instituti, Ioui, Iunoni, & Mineruæ celebres. Nam singulis dijs singuli dicati ludi erant, quos ad placanda numina cum sacrificijs, cumq; cantu & tibia celebrabant, prætoris edicto id decernente. Tarquinius igitur Priscus cum ludos Magnos opulentius, instructiusq; instituisset, quàm priores fuissent, Magni dicti sunt, in eos enim ducēta millia nummūm dispensa sunt. Vnde deinde quoq; post pugnā ad Thrasymenum celebrati sunt ludi Magni, æris 333. millibus, bobus albis 400. multisq; alijs hostijs & diuicijs, in quorum celebritate, præcipua per singula puluinaria mittebantur munera: Verum de Romanorum ludis & spectaculis Plinius lib 7. cap 56. lib. 36. cap. 15. Blondus lib. 2. Romæ triumphantis. Alexander ab Alex. lib. 6. cap. 19. Volaterranus lib. 29. cap. 11. & alij.

Muro lapideo] Marlianus Tarquinium Superbum, ciuitatem prius ruderibus, vilibusq; structuris munitam, muro ex lapidibus primum inclusisse, lib. 1. cap. 5. scribit, vbi multa de ambitu & mœnibus vrbis sæpe restauratis legere licet.

Accius Nauius. Accius Nauius] Fuit Accius Nauius primo tenuis fortunæ homo referente Cicerone libro de Diuinatione primo. Qui cum enim olim ob paupertatem sues pasceret, vna ex his amissa vouisse dicitur, si recuperasset, vuam se Deo daturum, quæ maxima esset in vinea. Itaq; sue inuenta, ad meridiem spectans, in vineæ media constitisse dicitur, cumq; in quatuor partes vineam diuisisset, tresq; partes aues obduxissent, quarta parte quæ erat reliqua regione distributa, mirabili magnitudine vuam inuenit: quare celebrata cum vicini omnes ad eum de rebus suis referrent, tantum demum nomen tantamq; in augurando autoritatem assecutus est.

Discidisse cotem ferunt] Cotem autem illam & nouaculam defossam in comitio, supraq; impositum puteal accepimus. Hanc Historiam leges apud Dionysium. Plinium lib. 34. cap. 5. Lactantium lib. 1. cap. 8. Val. Maximum lib. 1. cap. 4. Blondum lib. 1. Romæ triumphantis. Volaterranum lib. 3. cap. 1. & lib. 14. cap. 3. Cælium Rhodiginum lib. 10. cap. 17.

Alterum tantum quid significet. Numero tantum alterum adiecit] Vt Nannius lib. 5. Miscellaneorum annotat Atrebatensis Codex habet numero tantum alteram adiecit. Buslidianus numerum tamen alterum adiecit. Sed vulgata lectio probatior est, indicat enim numerum in centurijs equitum duplicatum esse. Hac forma loquendi Cicero de oratore perfecto vsus est. Pes qui adhibetur ad numeros partitur in tria, vt necesse sit partem pedis aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui maiorem esse, ita fit æqualis Dactilus. Alterum tantum dicimus, cum tantundem adhuc semel est, quantum antea in numero aut magnitudine fuit. Sumpta autem est ea forma loquendi à Demosthene contra Midiā vbi inquit: ὑμεῖς δ' ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι ... ἐπιμέτρατε, καὶ ἕτερον τοσοῦτον. Cæterùm de his centurijs præter Liuium. vide Dionysium lib. 2. Fenestellam cap. 2. de magistratibus Rom. Blondum lib 3 Romæ triumphantis. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 29.

Deditionis formula. Deditosq; Collatinos] Deditionis forma. De qua Alciatus lib. 1. παρέργων capite 14. vbi docet qui deditij in iure vocentur.

Seruius vnde dictus. Seruio Tullo] Dionysius ait ideo Seruium appellatum, quòd ab Ocrisia serua natus esset.

Puero dormienti] De Seruij Tullij parentibus & conceptu mirabili, Plinius lib. 36. cap. 27.

Ignis duæ virtutes. Arsisse ferunt] Et ita quidem, vt qui fortè aderant, perculsi aquam è proximo peterent, flammam extincturi. Duæ autem sunt virtutes ignis vt Plato testatur. Altera edax & peremptoria, vt supra de Tullo Hostilio, qui fulmine ictus cum regia flagrauit. Altera mulcebris & innoxia luminis, ac quasi lambens flamma, Sic ignis Ascanium fatalis exilij cum patre discrimina subeuntem, de cœlo quasi succenso capite illustrauit, vt apud Virgilium lib. 2. Ecce leuis. De præsenti verò prodigio Plinius lib 2. cap. 110 & lib. 36. cap. 27. Valerius Maximus lib. 1 cap. 16 Cicero lib 1. de diuinatione.

Ignis in prodigijs. Columen quondam rebus nostris dubijs] Ignis enim in prodigijs apud veteres si vrendo non noceret, semper celebritatis gloriam afferebat, eius quoq; rei exemplum leges apud Claudianum de quarto consulatu Honorij, Apparet quid signa.

Subito ictu] accepto a percussoribus filiorum Anci Martij. Est autem muliebris astutiæ memoratu dignum exemplum.

Liuius contra Vallam defensus ab Alciato. Interim Seruio Tullio] Qua ratione factum sit, vt Prisco successerit Seruius Tullius excluso Superbo, docet Alciatus lib. παρέργων cap. 8. vbi Liuium contra Vallam defendit, & huius rationes aduersus Liuium inductas, diluit.

Censum enim instituit] Eadem quæ hic Liuius, Dionysius quoq; tradidit, etsi alijs verbis lib. 4. Vbi tamē à Liuio in cēsus summa non in paucis discrepat. Quare ille omnino ad huius loci verum intellectum adiungatur.

Ciuium Romanorum distinctio varia. Ex ijs qui centum millium æris] Ex hoc loco satis apparet multiplicem ciuium Romanorum inter se distinctionem fuisse. Nam censu, ordinibus, ætate discriptos præter Liuium lib 3 de legibus. Cicero testatur, vbi de centuriatis comitijs loquitur. Censu, id est per classes, quæ censu inter se distincta erant. Ordinibus id est, per centurias equitum & peditum ætate, id est, per Seniorum Iuniorumque centurias, quæ postrema distinctio vt intelligenda sit, ex Tuberone explicat, Gellius lib. 10. cap. 28 memorans quod Seruius Tullius quos Reipub. idoneos esse arbitraretur, ab anno 17. vsq; ad annum quadragesimum sextum Iuniores, supraq; eum annum seniores appellarit. de eo

Classis. Iuniores qui. Seniores qui. Classis primæ census. verò, quod de censu primæ classis, hic Liuius scribit, non bene inter scriptores veteres conuenisse videtur. Plinius enim lib. 33. cap 3. dicit primæ classis censum sub Seruio fuisse centum ac decem millium æris, Gellius lib. 7. cap 13. dicit centum & viginti quinq; millium æris classicorum censum fuisse. Ita vt quid in hac re sequendum non habeamus, Aes autem apud Romanos, quod verbum hic & à veteribus sæpe

Aes quid apud Romanos. vsurpatur, eiusdem præcij & ponderis fuisse cuius minam apud Athenienses tradit præter alios Ioachimus Perionius lib. 2. de magistratibus Rom. Per dena autem millia æris. Budæus lib. 5. de asse intelligit centenos aureos.

Verutum. Verutum datum] Verutum teli genus, simile veru, à quo nomen ei adhæsit, meminit eius Lucretius lib. 3. Vix etiam cursus quingentos sæpe Veruti, & Salustius lib. 3. Historiarum manebant in modum veruti militaris.

Accensi. In his accensi] Marcellus scribit accensos genus militiæ esse, administrantibus proximum, dicti quòd ad necessarias res sæpius accirentur velut accersiti, Sextus verò Pompeius, Accensi (inquit) dicebantur qui in locum mortuorum militum subrogabantur, & ad censum adijciebantur, Idem lib. 1. Ascriptitij velut quidam scripti dicebantur, qui supplendis legionibus adscribebantur, hos & accensos dicebant. Sed Varro rectius, qui docet accensos administratores fuisse

magistratuum ab acciendo dictos, id est vocando, nam accensus instar praeconis acciebat iussu consulis Quirites ad concionē. quæ sententia Robertello lib. 2. emendationum cap. 21. & Onuphrio Panuinio in ciuitate Romana placet, Plinius lib. 7. Adiectum est & meridiem accenso consulum id pronunciante. Erant singulis præsidibus prouinciarum accensi, quod munus nemini nisi liberto deferebatur, vt scribit Cicero ad Q. fratrem. Asconius autem sic: Accensus est nomen ordinis & promotionis in militia, & nunc dicitur princeps, vel commentariensis, aut Cornicularius.

Proletarij qui?

Hoc minor census reliquam] Liuius quidem quinq. classes à Seruio institutas minime obscurè prodit. At sextam Proletariorum & capite censorū fuisse autores alij memoriæ prodiderunt, quanquam huius non sit habita ratio, id quod ostendit Tubero apud Gelliū loco præallegato. & Liuius cum ait, Tribunos plebis decem creatos binos ex singulis classibus, & Asconius qui in commentaria Corneliana quinq. primū Tribunos creatos prodit, binos ex singulis classibus. Caterum non eosdem fuisse proletarios, & capite censos, quos sextam explesse classem, autores prodiderunt, testis huius rei est diligentissimus. Gel. lib. 16. ex Iulij Pauli sententia. Nam, qui in plebe inquit, Romana tenuissimi, pauperrimiq. erant, neq. amplius, quàm quingentū æris in censum deferebant, proletarij appellati sunt. Qui verò nullo, aut perquàm paruo ære cēsebantur, capite censi vocabantur, extremus autem census capite censorum æris fuit CCCLXXV.

Capite censi qui?

Hæc omnia in dites à pauperibus inclinata onera] Nam si quando in opus esset militum decem millibus, aut viginti diuisa in centum nonaginta tres cēturias ciuitate, prout Dionysius tradit, per centurias imperabatur quantum dare militum quæq. oporteret. Tū initâ ratione pecuniarum, quæ exercitui ducendo opus esset, populus in censū nonaginta tres centurias diuidebatur, & quid quamq. centuriam conferre oporteret imperabat. Qua ratione fiebat, vt q. maximo censu erant, cum et pauciores essent, & in plures diuisi centurias, sæpius ac ferè continenter ferrent omnis militiæ, & de suis facultatibus plus in commune conferrent, atq. vt ait hic Liuius à pauperibus inclinata onera, qui enim medio censu erant, quia plures erant, & in pauciores centurias distributi, nec ita sæpe militabant, nec magno tributo grauabantur. qui verò infimo censu erant, omni onere immunes fuerūt, vt hoc explicat Onuphrius in ciuitate Rom. sub titulo de cēsu.

Populi potestas in quo.

Deinde est honos additus] Dominatio tenuerunt in comitijs, quibus res maxima à populo sanciebantur. Nam ex veteri lege tria erant, vt populi potestate, magistratus omnes creare, leges condere aut abrogare, bellum indicere aut pacem facere. Hac verò à populo ita per agi solita erant, vt per curias diuisus suffragium ferret. Erantq. tunc pauperes diuitibus suffragio ferendo pares. Quin etiam, quia multo pauciores erant diuites pauperibus, ita fiebat vt vis suffragiorum esset penes pauperes Quo à Seruio Tullio animaduerso in diuites transtulit potestatem suffragiorum. quando enim volebat vel magistratus creare, aut leges ferre, aut bellum indicere, centuriata comitia pro curiatis vocabat, ac primum quidem ad suffragium ineundum vocabat centurias maximi census, in quibus erant 18. centuriæ equitum, & peditum XXC. Hæ octo & nonaginta centuriæ quæ vel quam multitudinē tribus centurij superabant, si conuenissent, reliquas vincebant, omnemq. quod statuissent obtinere oportebat. At si omnes illæ nō conuenissent, tunc vocabat secundæ classis 20. vel 22. centurias, quod si harum rursus diuersa sententia fuissent, vocabantur centuriæ viginti tertia classis, mox quarta XX. Idq. eò vsq. faciebat donec XCVII. centuriæ conuenirent, quod si vocata etiam quarta classe id nondum ita accidisset, sed suffragiorum multitudine pares essent XCII. centuriarum sententia, tum vltimam centuriam sextæ classis vocabat, quæ cui parti se addidisset ea vincebat, id quod rarò aut nunquàm vsu venit, ferè enim à prima classe omnia transigebantur, rarò ad quartam perueniebatur. Quinta verò classis ac postrema nullius ferè momenti erant. Atq. ille quidem ordine substituendo, quantantum autoritatis dabatur ditioribus, vt penè exactè Reipub. administratione pauperes viderentur, tamen adhibuit calliditatis vt plebeculæ fraus non appareret. Omnes enim se æquabiliter Rempub. gerere censebant, quod, viritim rogebantur in suis singulis centurijs. At decipiebantur partim quod vniuersa centuria vnum esset suffragium, siue plurimos siue paucos ciues complecteretur, partim quòd prima suffragium ferrent eæ Centuriæ, quæ erant maximi census, quæ & plures erant numero, reliquis omnibus & pauciores, tamen homines singulæ continebant.

Suffragiorum ratio sub Seruio Tullio.

Suffragiorum ferendorum triplex ratio.

Ibi si variaret] Ex his Liuij verbis triplicem fuisse ferendorum suffragiorum rationem intelligimus, primam eam quam Romulus instituit, de qua paulò ante dictum est, alteram eam cuius Seruius Tullius autor fuit & inuentor, vt gradus essent ij quos hic Liuius exposuit, tertiam, quam sua ætate ab superioribus diuersam esse affirmat. Cur autem instituta à Seruio ratione, nisi variaretur sententiæ inter equites & primæ classis pedites infra non descenderetur. Liuius non exponit, sed nos ex Dionysio iam ostendimus, nimirum hoc ideo fieri solitū, quòd illi vniuersi reliquas tribus centurię superarent. Id quod tamen Ioachimo Perionio lib. 3. de magistratibus Romanis nō longè à principio falsum videtur. Nam cum secundæ classis viginti essent centuriæ, tertia 30. quarta 25. quinta 30. efficitur profectò maiorem harum numerum esse, quam equitum & primæ classis, quæ ex ipsius Dionysij sententia decem & octo centurias explebant. Itaque magis adducitur vt credat, hunc honorem Equitibus & primæ classis peditibus tributum esse, vt si in ferendis suffragijs vnum idemq. sentirent, eorum valeret sententia, non diffitetur tamen Dionysij rationem sententia cum de numero centuriarum conuenire. Equites enim facit explentes decem & octo centurias primam classem octoginta, secundam duas & viginti adiunctis fabris, tertiam viginti quartam, duas & viginti quintam 30.

Quadrifariam enim vrbe diuisa] Scilicet à Seruio Tullio, vt & autor de viris illustribus in vita Seruij cap. 7. tradit: Eo enim vsque trium tantum tribuum fuerat: Et vnam quidem Palatinā, aliam Suburanam, tertiam Collatinam, quartam Exquilinam vocauit. De his autem vide Blondum lib. 3. Roma triumph. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 16.

Tribus sub Seruio.

Tribus vt ego arbitror à Tributo] Non sine causa, hoc Liuius adiecit (vt ego arbitror) Nam Varronis sententia, verbum tribus à tribus est nominatum, quod ager Romanus in tres partes diuisus esset, Tatienses, Rhamnenses, Lucerenses, quam etiam Plutarchus & Dionysius secuti sunt, tribum à numero dictam putantes sicuti ab Atheniensibus τριττὺς est appellata ἀπὸ τῶν τριῶν, id est, à tribus, eam que veriorem existimat Perionius lib. 2. De magistratibus Romanorum. Vt verò Liuius in hoc a Varrone dissentit, sic nec quos Varro tribus vocat, eodem nomine appellat Liuius, sed centurias, easq. equitum. Tribus vero à centurijs differre hic Liuij locus luculenter testatur, dum primum duplicatum fuisse numerum tribuum, quas tempore suo XXXV. fuisse scribit. Quod si duplicata fuerunt, vt ipso vult, & curiæ eadem sunt, quæ tribus certè cum dicat curias à Romulo XXX. fuisse, non solum essent quinq. & triginta tribus, sed sexaginta duplicata. Deinde tribus à tributo appellatas confirmat, cuius conferendi Seruius rationem inierit, quod si quatuor tantum erant tribus à Seruio institutæ, Curiæ autem triginta, quas Romulus, vt vult, instituerit, certè aliud tribuum, aliud curiarum nomine intelligi conuenit. Liuio suffragatur Dionysius Halycarnass. lib. 2. Antiquit. Roman. & Plutarchus in vita Romuli, qui melius accomodatiusq. ipso Liuio horum verborum dissimilitudinem exposuisse videntur. Eorum etenim sententia vnaquæq. tribus curias decem continebat. Liuius autem noster adeò obscuram hanc quæstionem reddidit, dum solus centurias vocat, quas tribus cæteri appellant, & curias XXX. à Romulo institutas esse dicit, easq. à tribubus seiungit, & a curijs triginta, quas Halicarnasseus & Plutarchus ponunt, vt Perionius loco præallegato fateatur se prorsus ignorare quid Liuius curias appellarit. Itidem de obscuritate huius loci Nicolaus Gruchius lib. 1. de Comitijs Romanorum conqueritur, licet lib. 3. cap. primo tandem cum Budeo in posterioribus annotationibus in pandect. statuat Curias Romæ fuisse, populi tales quasdam partes, quales sunt, in vrbibus nostris parociæ. Vt etenim hæ habent destinatas quasdam demos, in certa quadam vrbis parte sitas, quæ communia sacra, ædem sacram communem, sacrorum communem administrum habent, ita curiæ erant incolarum vrbis partes non modò loco, sed etiam sacris peculiaribus sibi distincta, sed & distributionem tribuum secundum loca & regiones vrbis fuisse Dionysius Halicarnasseus testatur, qui eam vocat τοπικὴν sicuti distributionem in classes & centurias, γενικὴν: prout & Gellius idem ferè docet lib. 15. cap. 27. Porrò autem Varro, curiam non eodem modo quo Dionysius atque Plutarchus appellare videtur. In libro enim de Latina lingua duo genera curiarum facit, his verbis Curiæ duorum generum, nam & vbi curarent sacerdotes res diuinas, vt curiæ veteres, & vbi Senatus humanas, vt curia Hostilia, quam primus ædificauit Hostilius, In eodem. Curia vbi Senatus Rempub. curat, illæ etiam curia dicitur, vbi cura sacrorum publica, ab his curiones. Varro itaque nomen curiæ ad locis appellationem refert superioribus verbis, de qua significatione Dionysius loquitur libro secundo. In autem quæ ad Deorum cultores pertinent constitutis tēpla dum sit, curijsq. singulis binos deos quos colerēt assignarūt de-

Tribus vnde dictæ.

Tribus an eædem cum Curiis.

Tribus decem curias continet.

Curia quæ fuerint.

Curiæ duorum generum.

Vesta curialis. decreuitq́; ad sacra sumptum, qui publicè praeberentur. sacra autem vnà cum sacerdotibus curiae faciebant, festisq́; diebus in curiali Vesta omnes epulabantur. Erat enim suum cuiq; curiae triclinium, in quo sacra fiebant, vt apud Graecos in Prytaneo. Porrò etsi haec ad intelligendum hunc Liuij locum sufficere videri possent: tamen quia tribuum cognitio, res vt vtilis & necessaria, ita difficilis & obscura hactenus fuerit, mihi ipsi consilium hoc loco, quo Ser. Tullij gesta scribuntur à viris doctissimis hinc inde tradita, maximè verò ab Onuphrio Panuinio ascribere de ijsdem, atq; quantum rei difficultas permittet, obscura quaeq; explanare, verumq́; XXXV. tribuum numerum, & nomina, atq; quid de eis, quae superflua videntur, sentiendum sit, aperire. Cuius rei tractationem, quò distinctius intelligi possit, à Romulo paulò altius repetam. Nam is, primus tres constituit tribus.

DE PRIMIS TRIBVS ROMVLI TRIBVBVS.

VRBEM Romam & agrum in tres partes, quas etiam tribus appellauit, & XXX. curias, primus Romulus diuisit, vt M. Varro libro quarto de lingua Latina, & alij veteres scriptores tradunt: Ager Romanus (inquit Varro) primùm diuisus in partes tres, à quo tribus appellata, Tatiensium, Ramnium, Lucerum: nominatae (vt ait Ennius) Tatienses à Tatio, Ramnenses à Romulo, Luceres (vt ait Iunius) à Lucumone. sed omnia haec vocabula Tusca, vt Volumnius, qui tragoedias Tuscas scripsit, dicebat. Dionysius libro secundo: Diuisa in tres partes omni multitudine singulis partibus praefectum constituit eum, quem illustrissimum ac nobilissimum censebat. Tum singulas trium partium rursus in decem partes distribuit, totidemq́; singulis praefectos dedit, qui essent fortissimi, ac maiores quidem partes, tribus, minores, curias appellauit, vt etiā ad nostram vsq; aetatem vocantur. Qui tribubus, tribuni, qui curijs praeerant, curiones vocati: diuisaq; sunt rursus curiae in decurias, vocabaturq́; singularum praefectus decurio. Postquam autem hoc modo omnes in tribus, & curias descripti sunt, agrum vrbanum omnem in triginta aequales partes distribuit, ac singulis curijs suam partem attribuit. Liuius libro decimo. Quum inter augures constet imparem numerū esse debere, vt tres antiquae tribus, Ramnenses, Tatienses, Luceres, suum quaeq; augurem habebat. Pedianus oratione III in Verrem. Tribus principiò tres fuerunt, Tatiensis vna à Tatio rege, Ramnensis altera à Romulo, Luceres altera à Lucumone, siue Lucerino, siue à luco, quem lucum asylum vocauerat Romulus. Obtinuerunt autem nomen, aut à tributo dando, aut quia primò tres fuerunt. vnde etiam tribuni dicti. Plutarchus in Romulo: Eodem tempore in tres tribus tota ciuitas diuisa. Ramnenses à Romulo, à Tatio Tatienses appellatos, tertia tribus homines Luceres dicti, à luco Asyli, in quem multi fuga delati, ciuitate donati sunt. Tribus autem tres ipsas fuisse numero, nomen ipsum indicat, quibus qui praeerant, tribunos vocabant. Singula autem tribus decem continebant curias. Pomponius I. II. Dicti tribuni, quòd olim in tres partes populus diuisus erat, & ex singulis singuli creabantur, vel quia tribuum suffragio creabantur. Et Propertius lib. 4. Eleg. 1.

Prima Galeritus posuit praetoria Lygmon,
  Magnaq́; pars Tatio rerum erat inter oues.
Hinc Tities, Ramnesq́; viri, Luceresq́; coloni,
  Quatuor hinc albos Romulus egit equos.

Et Sex. Pompeius: Titiensis tribus a praenomine T. Tatij regis appellata videtur. Pediani & Plutarchi sententiam de Lucerum appellatione, qui Luceres à luco Asyli dictos fuisse scribunt, maximè probo, veram enim eam esse existimo. Nam hi, qui cum Romulo primò vrbem condiderūt, vt pastores, Albani, aliquot Graecanici generis, qui tum Palatium & Capitolium habitabant. Ramnenses à Romulo nominati fuerūt, qui Palatium, & montem Caelium post conditam vrbem coluerunt. Tatienses autem fuerunt Sabini, & quotquot ab ea regione, vel cum T. Tatio, vel postea venerunt, hi Capitolium & Quirinalem coluerunt. Caeteri aduentitij, vt Etrusci & Latini, & perfugae omnes, qui ad Asylum confugerant. Luceres à luco Asyli denominati sunt. Hi loca inter Palatium & Capitolium plana, atq; circum forum tenuêre. Et quanquam authores habeam, qui tertiam tribum Lucerum à Lucumone Etrusco, qui Romulo bello laboranti contra Sabinos praesidiò fuit, dictam velint, quemadmodum Caelium montem ab altero Tuscorum duce Vibenna Caelio appellatum fuisse scribunt: magis tamen Pediani & Plutarchi sententia adducor, vt probem, quòd Lucerum à luco appellatio longè amplior sit, atq; plus comprehendat, quam à Lucumone deriuata. Liuius lib. 1. has tribus centurias equitum vocat. quòd ex singulis ijs tribubus centum equites scripti essent. Eodem (inquit) tempore & centuriae tres equitum conscriptae sunt. Ramnenses a Romulo, ab T. Tatio Tatienses appellati, Lucerum nominis & originis causa incerta. Sex. Pompeius: Turmam equitum dictam esse ait Curiatius, quasi terimam, quòd terdeni equites ex tribus tribubus, Tatiensium, Ramnium, Lucerum fiebant. Itaq; primi singularum decuriarum decuriones dicti, qui ex eo in singulis turmis sunt, etiam nunc terni. Etenim Varro libro quarto: Tribuni militum dicti, quòd terni tribus tribubus, Ramnensium, Lucerum, Tatiensium olim ad exercitū mittebantur. Porrò autem hae tres tribus vsq; ad Tarquinij (vt aptior) Prisci tēpora permanserunt: Nam tùm sub Tullo Hostilio Albani in Ramnensium tribū adscripti, caeteriq; omnes populi, qui sub regibus Romam venerunt ad habitandum, praeter Sabinos, Lucerū tribui inclusi fuissent, vrbeq; multùm aucta, hae tres tribus non sufficerent, L. Tarquinius Priscus sub ijsdem quibus inauguratae erant, nominibus eas duplicauit, primosq́; & secundos Tatienses, Ramnenses & Luceres constituit, quod idem etiam de equitum centurijs Liuio & Dionysio auctoribus fecit. Cuius rei ita meminit Sex. Pompeius. Sex Vestae sacerdotes constitutae erant, vt populus pro sua quisq; parte haberet ministram sacrorum, quia ciuitas Romana in sex erat distributa partes, in primos secundosq́; Tatienses, Ramnes & Luceres. Et Liuius lib. 1. Neq; tum Tarquinius de equitum centurijs quicquam mutauit numero, tantùm alterum adiecit, vt mille octingenti equites in tribus centurijs essent, posteriores modò sub ijsdem nominibus, qui additi erant, appellati sunt, quas nunc quia geminatae sunt, sex vocant centurias. Ita autem hae tribus fuerunt vsq; ad Ser. Tullium.

DE TRIBVBVS SERVII TVLLII REGIS.

LVCERVM multitudine crescente, cùm ea vna aduentitiorum tribus mirum in modum aucta esset, ita vt ea sola reliquas duas longè superaret aucta quoq; ciuitate, cum vrbis moenia septem montibus occupatis, ampliata fuissent, Ser. Tullius rex vrbem denuò in quatuor, agrum verò Romanū in quindecim, vel vt alijs placet XVII. partes, quas Romuli exemplo tribus appellauit, diuisit. Ex quibus quatuor, quae intra vrbem erant vrbanas, reliquas verò, quae in agro, rusticas appellauit. Tribus autem vrbanas quatuor, non vt Romulus ab authore, vel gentis origine siue cositibus, sed à locis, quos colebant, Seruius appellauit. In primam enim tribū vel regionem coniecit omnes, qui montem Caelium, & finitima loca plana habitarent, orientem versùs quam Suburanam nominauit, quòd esset sub antiqua vrbe, vel à pago Sucusano, vt scribit Varro. Secunda tribus vel regio. dicta est Esquilina, haec Esquilias continebat. Tertia regio duos colles comprehendebat, Quirinalem et Viminalem, à quibus Collina appellata. Quarta regio sola complectebatur ferè totum id spacium quod antiqua tres sub Romulo: continebat enim Palatium, forū & Capitolium, dictaq́; Palatina à Palatio ipso, tanquam primo colle, in quo vrbs condita esset. Ab his igitur regionibus tribus quoq; quatuor vrbanae appellatae sunt. M. Varro: Ab hoc quoq; (inquit) quatuor partes vrbis tribus dictae: et ab locis Suburana, Esquilina, Collina, Palatina. Sext. Pompeius: Vrbanas tribus appellabāt, in quas vrbs erat dispartita à Ser. Tullio rege, id est, Suburana, Palatina, Esquilina, Collina. Et Liuius lib. 1. Quadrifariàm vrbe diuisa ab Ser. Tullio, quae habitabantur partes, tribus eas appellauit. Et Dionysius lib. 3. Ser. igitur Tullius, vbi muro septē colles complexus est, in quatuor partes vrbem diuisit, & cognomina cuiq; parti imposuit ex collibus. Vnam quidem vocauit Palatinā, aliam Suburanam, tertiā Collinam, & quartā Esquilinam, quatuorq́; tribuum fecit vrbem, quae eò vsq; fuerat trium, neq; amplius tres tribus generis siue originis, vt antea, sed quatuor à locis à se designatis dictas esse voluit, creauitq́; partibus singulis principes tribuū siue vicorum praefectos, quos scire iussit vbi quisq; habitaret, statuitq́; homines, qui in vnamquamq; partem abituri essent, tanquā eius loci incolas in nullā aliā transferri posse habitationem, nulloq; alio loco vel tribu nomina in militia darent, vel tributū penderent quàm in ea, in qua coniecti & descripti fuerant, tribu. Hae autem sunt causa & origo quatuor primarum tribuum, quas, quòd intra vrbem essent, vrbanas appellauit. Quo tempore alius factus est tribuum, alius verò curiarum ordo, nam tribus locis, curiae verò quibusdam sacris tantùm conueniebant. Subsequenti tempore nobiles omnes, qui in tribus vrbanas coniecti fuerant a Ser. Tullio rege, paulatim in rusticas sese transtulerunt, atq; vrbanae tribus humiles admodum, et non nisi tenuiorum hominum esse coeperunt, sed hac Latini

paulò pòst. Expeditis, quæ ad tribus vrbanas in vniuersum pertinent, nunc de qua singillatim est modò disputandum.

Prima tribus Suburana.

Inter quatuor tribus vrbanas, in quas Ser. Tullius rex vrbem diuisit, M. Varro primam enumerat Suburanam, à Subura appellatam, sic: Reliqua vrbis loca olim discreto, ot Argeorum sacraria, in septem & viginti partes vrbis sunt disposita, è queîs prima est scripta regio Suburana, secunda Esquilina, tertia Collina, quarta Palatina. Et paulò pòst: Eidem regioni attributa Subura, quòd sub muro terreo Carinarum esset: vel vt Iunius scripsit, ab eo, quod fuerit sub antiqua vrbe, cui testimonium potest esse, quod subest ei loco, qui terreus murus vocatur: sed ego à pago potius Sucusane dictam puto Sucusam. Nunc scribitur tertia litera B. non C. pagus Sucusanus, quòd succurrit Carinis. Ita Varro lib. quarto de lingua Latina. Sextus Pompeius: Suburam, Verrius alio libro à pago Sucusano dictã ait. Hoc verò maximè probat eorum authoritatem, qui aiunt ita appellatam, & regionem vrbis & tribum à statiuo præsidio. quod solitũ sit succurrere Esquilijs infestantibus eam partem vrbis Gabinis, indicioq́ue esse, quod adhuc ea tribus per C literam, non B scribatur. Quintilianus quoque libro primo cap. 22. Suburacum tribus notetur C. tertiam ostendit. Hæc (vt dixi) Cœlium montem & circùm adiacentia loca complectebatur.

Secunda tribus, Esquilina.

Inter vrbanas secunda tribus scribitur à Varrone Esquilina. quòd in Esquilino monte esset, appellata. De Esquilijs verò satis supra dixi.

Tertia tribus, Collina.

Tertia tribus Collina, vt tradit Varro è collibus Quirinali & Viminali, in quibus sita erat, appellata est. De qua Iosephus lib. 14. cap. 17. sic meminit L. Coponius L. F. Collina.

Quarta tribus, Palatina.

Inter vrbanas quarta fuit tribus Palatina, authore Varrone, à Palatino monte denominata, quem cum foro & Capitolio obtinebat. De qua sic Cicero scribit oratione quarta in Verrem: C. Claudius C. F. Palatina. Et Asconius eo loco sic: Alibi: ait L. Claudium Palatina. Hæ itaque fuerunt quatuor vrbanæ tribus. in quas quanquam ab initio nobiles omnes coniecti fuissent, paulatim tamen postea se subduxerunt, & in rusticas relati sunt, cum forensi turba, & tenuioris fortunæ hominibus vrbanas reliquissent. Vnde Plinius lib. 18. capite tertio ita scripsit: Rusticæ tribus laudatissimæ. eorum, qui rura haberent, vrbanæ verò in quas transferri ignominia esset, desidiæ probro. Itaque quatuor solæ erant à partibus vrbis, in queîs habitabant: Suburana, Palatina, Collina, Esquilina. Liuius lib. 9. Quin Fabius censor, ne humillimorum in manu comitia essent, omnem forensem turbam excretam, in quatuor tribus coniecit, vrbanasq́ue eas appellauit, Maximi cognomen adeptus est. Florus ex Liuio in epitoma lib. 20. Libertini in quatuor tribus redacti sunt, cùm antea dispersi fuissent, Esquilinam, Palatinam, Suburanam & Collinam. Asconius in oratione pro Milone: Libertini (inquit) in vrbanis tribubus suffragium ferebant. Quæ præcipua causa fuit, vt nobiles ex vrbanis sese subduxerint. & in rusticas, quæ horum hominum colluuie carebant, transierint.

De tribubus rusticis.

De tribuum rusticarum numero à Ser. Tullio instituto parum inter vetustissimos authores conuenit. Fabius enim Pictor tradidit, agrum Romanum in sex & viginti partes, quas tribus appellauit, Ser. Tullium diuisisse: quibus cùm quatuor vrbanas addidisset, omnium numerum ad 30. auxit. Venonius verò agrum omnem in vnam & 30. tribus ab eodem rege diuisum scripsit, ita, vt quatuor vrbanis additis quinq. et triginta tribuum numerum, qui posterioribus temporibus fuit, ipse expleuerit. Cato autem longè omnium diligentissimus certum earundem numerum non edidit. Dionysius 17. rusticas, & quatuor vrbanas ab ipso rege factas fuisse innuere videtur, qui vbi iudicium Coriolani describit, vnius & viginti tribuum numerũ tantùm tunc fuisse retulit. Liuius verò haud longè post reges exactos, Ap. Claudio & P. Seruilio C O S S. tribuum 21. numerum factum tradit, vt 15. rusticis à Ser. Tullio institutis, tum duæ forti addita sint, atq. 17. facta. Quibus si quatuor vrbanas addiderimus, omnes erunt 21. Catonis in primis. post Dionysij sententiam sequentium tribuum 14. adiunctio, quæ à T. Liuio accurata refertur, confirmare videtur: præsertim cùm Dionysius adeò rerum Romanarum scriptor diligens nullam 21. tribuum explicationis mentionem faciat post reges exactos, eas tãtùm Coriolani iudicio 21 fuisse scribit. Hæc omnia, vt Dionysij, Catonis, & fortè Liuij sententias confirmant, ita Pictoris & Venonij refellunt. Pictor quidem multa præterea scripsisse traditur, à vero haud parum abhorrentia, & à Polybio sæpe negligentiæ reprehenditur. Venonij verò opinionem omninò falsam fuisse, non est, quòd demonstrem: cum liquido constet, quibus temporibus 14. tribus antiquis 21. singillatim additæ fuerint. Quamob rem ego in tanto authorum diuersitate Dionysium in primis, & à quo parum Liuium abhorrere videtur, sequar, atq. à Ser. Tullio 21. tribus fuisse credam. Nam quòd post reges exactos ad 21. auctæ fuerint, cùm id à Dionysio prætereatur, à Liuio autem ita concisè & obscurè tradatur, vt nã earundem quidem, vt eius consuetudo est, nomina afferat, non suscipiam. Hanc eandem sententiam accuratiore obseruatione paulò infrà confirmabo, cùm de 14. quæ veteribus 21. additæ fuerunt, verba faciam. Superest igitur, vt à Ser. Tullio septendecim rusticas tribus, & quatuor vrbanas factas fuisse dicamus, atq. ab eo 21. numerum auctum. Suggerit lib. 4. Dionysius. Tullius igitur cùm in totidem partes agrum omnem Romanum diuisisset, qui eo tempore ab Oriente agris Gabino & Tiburtino, ab Occidente verò & Septentrione paulò vltra Tyberim & Anienem, à meridie autem mari terminabatur, neq. ab vlla parte plus quam 18. millia passuum se extendebat, propè montes, rupes, specus, & perfugia Colonis securitatem allaturo præparauit. quæ pagos appellauit, quo se ex agris omnes recipiebant, cùm hostium incursiones fierent, atq. in eis sæpe pernoctabant. Erant quoq. & pagorum magistri, quibus nomina Colonorum scire curæ erat, qui eidem pago attributi erant, atq. in eius iurisdictione prædia haberent, et cùm opus esset rusticos ad arma vocari, aut viritim tributo vrgeri. hi & homines adducebant, & pecunias exigere soliti erant. Ac ne eorum multitudo difficilis inuentu esset, sed facile numerari & cognosci posset, aras eos erigere iussit, dijs pagi inspectoribus & tutelaribus, quos hostijs publicis magistros pagi cum omni paganorum multitudine singulis annis honorare constituit, & hoc solenne inter cætera admodũ honorabile instituit quo Paganalia vocantur. Ac leges eorundem sacrificiorum edidit, quas adhuc Romani obseruant. Iussit autem omnes, qui conuenirent & sacris Paganalibus interessent, ut per capita singula nummum soluerent, alium quidem viros, aliũ fœminas, alium impuberes, ex quibus à Pagi magistris numeratis, cuiusuis sexus & ætatis numerus manifestus erat. Hæc autem sunt, quæ de tribubus rusticis vniuersali quadam ratione tenuem, nunc eas singulas describendas aggrediar.

Trib. quinta, Romilia.

Tribus omnes rusticæ, quamadmodum & vrbanæ, initiò à locis, in quibus collocatæ fuerant, nomina acceperunt, nam quòd à familijs quædam earum nomina habeant, id non sub Ser. Tullio, sed postea factum est, ut ex Liuio demonstrabo. Quod autem à locis rusticæ tribus initiò nomen habuerint, his verbis indicat M. Varro lib. 4. de lingua Latina: Ab hoc quoque quatuor partes vrbis tribus dictæ, & ab locis Suburana, Esquilina, Collina & Palatina. Quinta quòd sub Roma Romilia. Sic reliquæ extrà ab ijs rebus, de quibus in tribuum libris scripsi. Ex quibus verbis colligimus, & tribus à locis dictas fuisse, & tribum Romiliam, quam quintam appellat, quòd sub Roma esset, vocatam. Hanc autem eam agri Romani partem obtinuisse crediderim, quæ in Tuscia propè vrbem maxime inchoans, secundum flumen vsque ad maris ostia trans Tiberim extendebatur. Quod ex Sext. Pompeio intelligitur, qui de hac tribu sic meminit: Romilia tribus dicta, quòd ex agro censebantur, quem Romulus ceperat ex Veientibus. Eum porrò agrum, quem Romulus de Veientibus cepit trans Tyberim in Tuscia fuisse. atque ea parte à Ianiculo, vel Vaticano vsque ad mare se extendisse, referunt Dionysius & Strabo. Cicero oratione secunda in Verrem: Fertem amicum ex eadem familia Q. Verrem Romilia. Asconius ibidem: Romilia nomen est ablatiui casus. vt sit ex Romilia. Cicero in Rullum: A Romilia tribu se initium facturum, populi pars amputetur, ordo tamen negligatur, ante rusticis detur ager, qui habent, quàm vrbanis.

Tribus sexta, Clustumina.

Clustumina tribus, aliàs Crustumina (vtroque enim modo in vetustis inscriptionibus extare animaduerti) à Tuscorum vrbe Clustumino dicta est. Ita Sext. Pompeius: Crustumeriam autem in Sabinis potius, quàm in Tuscis fuisse crediderim, haud procul ab vrbe Anienem versus. De qua tribu sic Liuius libro 42. scribit: Postquam consul, quæ voluerat, dixit, Sp. Ligustinus ex eo numero, qui tribunos plebis appellauerant, à consule, & à tribunis petijt, vt sibi paucis ad populum agere liceret. Permissu omnium ita locutus fertur: Sp. Ligustinus trib. Crustumina ex Sabinis sum oriundus Quirites. Huius tribus Cicero pro Plancio, & pro Balbo sic meminit: In tribum Clustuminam peruenit L. Cornelius Balbus lege de ambitu præmio.

Tribus septima, Lemonia.

Sex. Pompeius: Lemonia (inquit) tribus à Pago Lemonio appellata est, qui est à porta Capena via Latina. Cicero in Antonium Ser. Sulpitij. Q. F. Lemonia Rufi meminit. Idem pro Plancio: Quid Plancio cum Lemonia?

Trib. octaua, Pupinia.

Tribum Pupinianam in vetustis epigrammatibus PVP. POP. PVPINIAM ET POPINIAM exaratam fuisse notauimus: magna enim, teste Quintiliano, inter O & V affinitas est. Sic Popillia

pilia & Pupillia, Poblilia & Publilia scribi animaduerti. De hac ita scribit Sex. Pompeius: Pupinia tribus ab agro Pupino. Hic ager in Latio cis Tyberim ad mare vergens, haud longè ab vrbe erat. Quod Liuius libro vigesimo sexto his verbis aperte docet: Hannibal infestius perpopulato agro Fregellano propter intercisos pontes, per Frusinatem, Ferentinatemq́; & Anagninum agrum in Labicanum venit. Inde Algido Tusculum petijt, nec receptus moenibus infra Tusculum dextrorsum Gabios descendit. Inde in Pupiniam exercitu demisso octo millia passuum à Roma posuit castra. Valerius Maximus libro quarto capite quarto. Illi etiam praedivites, qui ab aratro arcessebantur, vt COS. fierent, voluptatis causa sterile, atq; aestuosissimum Pupiniae solum versabant. Et paulo pòst: Atilius consulibus scripsit villicum in agello, quem septem iugerum in Pupinia habebat, mortuum esse. Cicero Epist. famil. 8. C. Lucceius C. F. Pup. Iuris & ad Q. fratrem libro primo. Cn. Nerij Pupinia meminit.

Tribus nona, Veientina.

De tribu Veientina, Cicero pro Cn. Plancio meminit ita: Quid Planciu cum Lemonia? quid cum Veientina? Hae autem ab agri Veientis potio appellata sunt. Qui trans Tyberim in Thuscia super vrbem Veios versus erat, de Veientibus à Romulo captus, nam agrum à vaticano mare versus tribus Romilia obtinebat.

Tribus decima, Galeria.

Cùm animaduerterim vnam & viginti tribus à Ser. Tullio additas, omnes aut locis, aut nobilissimis familijs nominatas fuisse, in hanc deueni sententiam, vt Galeria, Pollia & Voltinia, quae in eorum numero fuerunt, à locis quoq; appellationem obtinuissent, quorum tamen apud nos memoria omnino exciderit, nam eas familias neque etiam Plebeias, nec dum patritias fuisse hac potissimum ratione suspicatus sum, quòd nullam earundem mentionem vnquam fieri cognoui, quemadmodum aliarum familiarum, quae postea tribubus nomina reliquerunt, vt Aemilia, Cornelia, Fabia, Horatia, Menenia, Papiria, Sergia & Veturia. Nam illud dici non posse existimo, eas quidem familias fuisse, verùm priscis illis temporibus extinctas: quod non statim, vt tribus factae sunt, familiarū nomina, sed longo tempore pòst a nobilissimis familijs obtinuerint. Quod si hae ignobiles, vel deperditae familiae fuissent, nulla ratione credendum est, eas tribubus nomina sua indidisse. Tribus igitur Galeria, & duae sequentes à locis nomina sortita sunt, nobis modo incognita, nisi eam a Galeso flumine dictam velimus Galesam. pòst Galeriam, cuius fluminis meminit Virgilius, quis in Tuscia erat: de qua Liuius libro vigesimo septimo ita scribit: Galeria iuniorum, quae sorte praerogatiua erat, Q. Fuluium & Q. Fabium consules dixerat, eodemq́; iure vocatae inclinassent &c. Et Plinius lib. 7. cap. 48. M. Mutium, M. F. Galeria Felicem commemorat.

Tribus vndecima, Pollia.

De tribu Pollia Liuius lib. VIII. ita meminit: Tribus omnes, praeter Polliam, antiquarunt legem in Tusculanos latam. Memoriámque eius irae, Tusculanis in poenae tam atrocis auctores mansisse ad patrum aetatem constat, nec quenquam fermè ex Pollia tribu candidatum Papiriam ferre solitum. Et lib. 39. Cùm ad tribum Polliam ventum est, in qua M. Liuij nomen erat, & praeco cunctaretur citare ipsum censorem, cita inquit Nero M. Liuium &c. Vtriusque etiam rei meminit Valerius libro secundo capite quarto, & libro 9. capite decimo.

Trib. duodecima, Voltinia.

De hac tribu Cicero pro Plancio saepe mentionem facit, ita enim ait: Quas tribus edidisti: Terentinam credo, aut Voltiniam? & paulò pòst: Voltinia tribus ab hoc corrupta, Terentinam habuerat venalem, quid diceret apud Voltinienses, aut tribulos suos iudices? & alibi: Plures testes habere de Voltinia, quàm quod in ea tribu puncta tulerit.

Tribus decima tertia, Claudia.

Sequentes nouem tribus, quae familiarum nomina habent, à locis anteà appellatas fuisse, praeter Varronis authoritatem, testimonio etiam esse potest tribus Claudia, quae cum vetus esset, aliudq́; nomen à loco procul dubio haberet, à gente Claudia in eam relata nouum nomen assumpsit. Quod his verbis docet libro secundo Liuius: Pub. Valerio IIII. T. Lucretio II. COSS. seditio inter bellis pacisque authores orta in Sabinis aliquantulum inde virium transtulit ad Romanos. Namq; Actius Clausus, cui postea App. Claudio fuit Romae nomen, quum pacis ipse auctor, à turbatoribus belli premeretur, nec par factioni esset, ab Regillo magna clientium comitatus manu Romam transfugit: his ciuitas data, agerq́; trans Anienem. Vetus Claudia tribus additis postea nouis tribubus, qui ex eo venerant agro, appellata. Appius inter patres lectus, haud ita multò pòst in principum dignationem peruenit. Idem tradit Dionysius libro quinto his verbis: Claudius opibus & amicis assumptis ex Sabinis Romam migrauit. Quem S. P. Q. R. in Patricios conscripsit, locumq́; in vrbe pro domo construenda concessit. Agrum quoq; ei publicum tradidit, qui inter Fidenas & Piculiam erat, quem posset suis diuidere, à quibus tribus facta est Claudia vocata, quae vsque ad mea tempora manet, idemq́; nomen seruat. Et Virgilius lib. septimo: Claudia nunc à quo diffunditur & tribus & gens. Et Pedianus pro Scauro cuiusdam Seruilij Claudia Glauciae meminit.

Tribus decima quarta, Claudia.

Claudiae exemplum multae praeterea tribus sequutae sunt: hae antiquis nominibus, quae à locis acceperant, dimissis, nobilissimarū gentiū, quae in singulas sese transtulerant, nomina acceperunt, vt Aemilia, Cornelia, Fabia, Horatia, Menenia, Papiria, Sergia & Veturia. Hae enim familiae, circa tempora partae libertatis, Patritiae & celeberrimae in vrbe erant. Nam eas primò in quatuor vrbanas coniectas fuisse, aperte indicat Dionysius, quandoquidem omnes, qui vrbem habitarent, ex instituto Ser. Tullij. principio vnam ex his quatuor vrbanis tribubus obtinere necesse esset, sicut qui agros, rusticas. Verùm cùm ob forensem turbā in eas coniectam, viles haberi coepissent, factum est, vt illustres familiae in eas passim tribus nomina darent, seq́; transferendas curarent, in quas agros suos habuissent, eisq́; noua nomina tribuerent. Ita igitur gens Aemylia, Cornelia, Fabia, & reliquae omnes, Claudiae fortè exemplo, vetera nomina tribubus, in quas translatae erant, immutarunt, nouaq́; ab se tradiderunt. Quare factum fuisse opinor, vt multae tribus fuerint, quae plures haberent appellationes, quòd ita fuisse etiam paulò pòst ostendam. Vna igitur ex antiquis Ser. Tullij rusticis tribubus fuit, quae postea Aemilia appellata est ab Aemilia gente, quae Romae fuit nobilissima, de qua tribu Liuius tricesimo octauo sic meminit: Rogatio perlata est, vt in Aemilia tribu Formiani ac Fundani, in Cornelia Arpinates ferrent, atq; in his tribubus tum primùm ex Valerio Plebiscito censi sunt. De eadem Cicero ad Atticum Epist. lib. 2. ita mentionem facit: Formianorum tribum Aemiliam.

Tribus decima quinta, Cornelia.

De tribu Cornelia, quae & ipsa à nobilissima gente Cornelia nomen obtinuit, Liuius lib. 38. vbi de Aemilia.

Tribus decima sexta, Fabia.

Et haec tribus à Fabia gente, quae in eam relata fuit, nomen obtinuit, de qua Tranquillus in Augusto cap. 40. Fabianis & Scaptiensibus tribulibus suis die comitiorum singula millia nummûm à se diuidebat. Et Horatius lib. primo Epistol. 6. Hic multum in Fabia valet, ille Velina.

Tribus decima septima, Horatia.

Horatiae tribus nullam apud veteres authores mentionem adhuc fieri inueni, quanquam marmoreae inscriptiones frequenter eius meminerint. Quum enim aliquot tribuū nomina praeter 35. in antiquis monumentis extare manifestū sit, vt Ocriculana, Cluentia, Cluuia, Aelia, Papia, & aliarum quarundam, quas omnes paulò pòst enumerabo, hanc potissimùm multas ob causas prae caeteris elegi, quae 35. numerum expleret. Primò quia nulla earum veterum scriptorum authoritatem habet. Deinde quia (quanquam nec Horatiae nemo veterum scriptorum meminerit) ipsa à nobilissima gente nomen obtinuit, vt pleraq; aliae. Quae nisi priscis his temporibus denominata sit, non video quanam ratione posterioribus seculis tribus nomen obtinere potuerit, quum ea gens circa quadringentesimum ab vrbe condita annum memorari desinat. Caeterarum enim extra 35. numerum origo aliqua ratione conijci potest, quod de Horatia dici omninò nequit. quae omnia ex aliarum disputatione apertiora fient, postremò quòd nullam inuenerim tribum, praeter Horatiam, quae si eam in 35. numerum constituamus, aliquid controuersiae non patiatur. Has autem ex caeterarum examinatione longè facilius demonstrari poterunt. Inter omnes enim tribus, quae 35. superfluunt, auctoresq́; non habeant, sed ex lapidibus acceptae sint, vna tantùm Ocriculana, quae & ipsa scriptorum testimonio caret, Horatiae loco reponi posset. Sed eam inter 21. priores nulla ratione consistere posse, cùm de ea verba faciam, ostendam.

Tribus decima octaua Menenia.

Menenia tribus, quae ex hoc corrupto Iosephi loco antiquitatum libro 13. L. Manlius L. F. Mentina: in Mentinam se transformauerat, nunc demum vetustae inscriptionis auxilio, quae Feltriae extat prope Ecclesiam cathedralem, pristino splendori restituta est, quanquam enim frequens de ea in antiquis epigrammatibus mentio esset, tamen quia nunquam, non nisi hac nota MEN. exarata fuerat, res dubia & anceps diu fuit, quum tam Mentina, quàm Menenia interpretari posset, Mentinámque Iosephi testimonium confirmaret. Quòd erratum esse, multis adducor rationibus, vt credam, primùm. quia vox Mentina nullam habet significationem, deinde quia facilis lapsus fuit à MEN. vel etiam MENENIA in Mentinam, & praesertim in Graeco scriptore, si tamen id vitium, quod non credo, admiserit, librarijq́; erratum non fuerit: Ad hanc tribum

MEN. quæ frequens est, pro Menenia interpretari posse ex Feltria inscriptione didicimus. quòd si Menenia tribus fuit, procul dubio ob easdem rationes, quas de Heratia attulimus ex antiquis 21. fuit, quo tempore gens Menenia, à qua tribus nomẽ accepit, maxime florebat, cuius postea memoria (incredibile dictu) quàm citò defecit. Postremò est hic Ciceronis locus Epist. fa. lib. 13. sic scriptus. P. Rupilium P. F. Men. qui in vetustis codicibus modò Menenium, modò Memius legitur, nunquã Mentium: ita vt facilis lapsus fuerit ex Menenia, Memmium.

Tribus decima nona, Papiria.

Et hæc tribus à gente Papiria nomen accepit. De qua ita tradit Sex. Pompeius: Papiria tribus à Papirio vocata. Liuius lib. 8. Memoriamq; eius ita Thusculanis mansisse ad patrum ætatem constat, nec quenquam ferme ex Pollia tribu candidatum Papiriam ferre solitum.

Tribus vigesima, Sergia.

De tribu Sergia, quæ & ipsa à gente eiusdem nominis appellationẽ obtinuit, Pedianus in Cornelianã ita meminit: Sergia et Quirina damnauerunt. Et Frontinus lib. 2. de aquæductibus. Verba legis: T. Quinctius Crispinus Cos. populum iure rogauit, populusq; iure sciuit in foro pro rostris ædis Diui Iulij populi Romani, & Iulij. tribus Sergia principium fuit, pro tribu Sen. &c. A gente Veturia & hæc tribus nomen, vetere relicto, mutuata est, vt pleraq; alia. de qua Liuius

Tribus vigesima prima, Veturia.

lib. 26. ita scribit: Fuluius Romam comitiorum causa accersitus, cùm comitia consulibus rogandis haberet, prærogatiua Veturia Iuniorum declarauit T. Manlium Torquatum, & T. Otacilium. Et paulo pòst: Et redire in suffragium Veturiam Iuniorum iuberet. Et item: Tum Veturia & auctoritate mota viri, & admirantium circa se fremitu, petijt à consule, vt Veturiam seniorum citaret, velle se secum maioribus natu colloqui, & ex authoritate eorum consules dicere. Citatis Veturiæ senioribus, datum secreto in ouili cum his colloquendi tempus, seniores de tribus consulendum esse dixerunt. Hæc porrò sunt vnius & viginti tribuum nomina, quas à Ser. Tullio factas fuisse existimo. De quibus libro septimo, vbi de iudicio Coriolani agitur, ita scribit Dionysius: Vbi verò tulère omnes tribus suffragium, dinumeratis calculis, non magnum discrimen apparuit. Vna enim & viginti cùm essent tribus, quibus calculi dati sunt, nouem eum absoluerunt, ita vt si eis duæ aliæ tribus accessissent ex suffragiorum æqua parte, ex lege absolui posset. Quosdam verò, atq; etiam me ipsum mouent verba Liuij lib. 2. App. Claudio, P. Seruilio COSS. Romæ tribus vna & viginti factæ. Quod si eo anno, non igitur à Ser. Tullio factæ sunt. Si autem Liuij verborum rationem habere velimus (quanquam de ea re nihil apud Dionysium reperiatur) decem & nouẽ tribus à Seruio factas dicemus, atque hoc anno duabus additis ad vnam & viginti auctas. In his autem alteram esse Crustuminã suspicari ex eo possumus, quòd quadriẽnio antè T. Aebutio, & C. Vetusio COSS. Crustumeria capta ab eodem Liuio refertur. Quæ verò altera esse potuerit, ne diuinando quidem consequi potui. Cæterùm ego vnius & viginti tribuum institutionem integram Seruio tribuere malim, quàm has duas hoc tempore factas affirmare. Vtcunq; res sit, illud satis constat, vnam & viginti tribus hoc tempore Romæ fuisse, quæ omnes, aut à locis in quibus erant, aut à nobilissimis Romanis gentibus nomina adeptæ sunt.

Tribus vigesima secunda, Stellatina.

Quatuordecim deinceps tribuum, quæ quinq; & triginta numerum supplerũt, adiectio, & quæ quoquo anno addita sit, aperiè ex Liuio deinceps intelligemus. Anno enim post vrbem conditam 365. altero post eam à Gallis captam in ciuitatem accepti, qui Veientium, Capenatiumq; ac Faliscorum per ea bella transfugerant ad Romanos, agerq; ijs nouis ciuib. assignatus. Ita Liuius lib. 6. Et biennio post lustro 19. tribus quatuor ex nouis ciuibus à Censoribus additæ Stellatina, Tormentina, Sabatina, Arniensis, eaq; vigintiquinq; numerum explenère. Hæ verò tribus non ita necessario (vt multi existimarũt) appellatæ sunt, quòd ipsarum ager ad campũ Stellatem & Tromentum, vel lacum Sabatem, aut prope Arnum esset. Ea enim loca longè extra agrum Romanum erant, qui nunquam ad Arnum se extendit, sed quòd ij, qui ex illis regionibus Romam venerant, atq; ciuitate & agris donati fuerant, illis agri Romani partibus quas sortiti essent, nomina ea tribuerunt, ab ijs scilicet regionibus, vnde ipsi commigrauerant. Quod ita esse, latius paulo pòst aperiam. Quum autem propter nouos ciues Thuscos hæ tribus additæ sint, verisimile est, eas omnes in Tuscia fuisse. Ex quibus prima Stellatina non in Campania, vbi erat cãpus, qui Stellas appellabatur, sed in Etruria fuit. Hoc enim tempore Romanorum imperium Capuam vsq; nõ extendebatur, nec vllum inter Romanos, Campanosq; fœdus adhuc intercesserat. In Etruria ergò fuit, quod ex Sex. Pompeij fragmento liquet sic: Stellat . . . . . eo, qui in Campania est, sed eo. qui . . . . . pena. Ex quo Tusci profecti . . . . . in campum appellauerunt. Quæ verba sic ego restituerem: Stellatina tribus dicta non est à campo eo, qui in Campania est, sed eo, qui in Etruria, regione Capena, ex quo Tusci profecti eum Stellatem campum appellauerunt. Has autem sic restitui, quòd in Tuscia Capenates erant populi ad lucum Feroniæ, & inter Tuscos populos Stellates quoq; enumerentur.

Tribus vigesima tertia, Tromentina.

Tromentina tribus à campo Tromento dicta. Sex. Pompeius. Is campus in Tuscia fuit, ex quo cùm aliquot Romam perfugissent, & ciuitate donati, in quatuorq; tribus coniecti, & agri pop. Rom. partem obtinuissent, vni earum Tromentinæ nomen posuerũt. Tromentum autem campum in Tuscia esse incerti autoris libro satis liquet. Hæc tribus enim Stellatina addita est anno vrbis 367.

Tribus vigesima quarta, Sabatina.

Sabatina tribus à lacu Sabate dicta. Ita Sex. Pompeius. Sabatis autem lacus in Tuscia fuit, atq; nostra ætate appellatur Anguillaria. Hæc cum duabus superioribus propter nouos ciues addita est.

Tribus vigesima quinta, Arniensis.

Hæc tribus in vetustis monumentis & Arnensis & Aeniensis appellatur: quæ passim in Narniensem se transformauerat, cùm Arniensem legendum sit. Dicta autem est ab Arno Tusciæ amne, cum tribus superioribus, Liuio lib. 6 authore, propter nouos ciues anno vrbis 368. à censoribus addita. De hac tribu Cicero in Rullum ita meminit: A Suburana vsque ad Arniensem. & Liuius lib. 29. C. Claudius Nero censor ex tribu Arniense. Idem Valerius libro 2. cap. 4. tradit.

Tribus vigesima sexta, Pomptina.

Post superiores tribus additas, ipso loco sequitur Liuius. De agro Pomptino à L. Sicinio tribuno plebis auctum ad frequentiorem iam populum, mobilioremq; ad cupiditatem agri quàm fuerat: cura maioris belli, quòd Etruriam armis erat, dilata res est &c. Hic ager Anxur, quæ nunc Tarracina sunt anno 348. capta, Volscis ereptus fuerat. Suggerit Liuius lib. 6. Anno vrbis 371. Hostes noui præter Volscos, velut sorte quadam prope in æternum exercendo Romano militi datos, Circeiosq; & Veliteras colonias iam diu molientes defectionẽ, & suspectum Latium, Lanuuinos etiam, quæ fidelissima vrbs fuerat, subitò exortos. Id patres rati contemptu accidere, quòd Veliternis ciuibus suis tam diu impunita defectio esset, decreuerunt, vt primo quoque tempore ad populum ferretur, de bello eis indicendo, ad quam militiam, quò paratior plebs esset, quinq; viros Pomptino agro diuidendo, & tres viros Nepet coloniæ deducendæ, creauerunt. Propter hanc causam annis aliquot pòst, C. Fabio Ambusto, & C. Plautio Proculo COSS. anno vrbis 396. à Censoribus, M. Fabio, & . . . . duæ tribus additæ sunt, Pomptina & Popilia, aliàs Popillia, in quas, tum qui agrum Pomptinum sortiti erant, tum noui alij ciues qui in dies ciuitate donabantur, coniecti sunt. Sex. enim Pompeius: Pomptinam tribum à Pontia vrbe dictam scribit, à qua & ager Pomptinus appellatus est. Hæc in Volscis erat prope Tarracinas. De hac tribu Cicero Epist. 4. ad Atticum: Tribus habet Pomptinam. Velinam & Mæciam. Et 8. Epist. familiarium libro. L. Iulius, L. F. Pom. Annalis.

Tribus 27. Popilia, aliàs Popillia, alias Publilia.

In Sex. Pompeij fragmento scriptum est: Popilia tribus . . . . bunus, eot enim fu . . . . . . lici nomine a . . . . Pinaria à foro . . . . . . mine: Paulus Pontifex eius abbreuiator. Popilla tribus (inquit) à progenitrice traxit vocabulum. His animaduersis in eam deueni sententiam, vt hæc tribus non à gente Popilia nomen acceperit, sed à loco, qui fortè in Volscis propè Pontinam erat. Neq; enim vlla quatuordecim harum tribuum, quæ à Liuio primis 21. additæ referuntur, à familia nomen obtinuit, neque verisimile est, gentem Popillam, quæ & plebeia fuit, & tantum hoc tempore cognita, tribui nomen dedisse. Illud adde, quòd præter Papiria nullius tribus Festus mentionem facit, quæ à gente deriuetur, tanquam quòd eorum nomina manifesta sint. Hæc igitur tribus Popella & Popillia primò appellata fuit, non à gente Popillia, sed a loco nomen adepta, tum in antiquis marmoreis monumentis ita mentionem fieri inueni POP. POPIL. PVP. PVPIL. Magna enim Quintiliano authore, inter O & V affinitas est, vt Publicus Publicus, Pullius & Pollius, Poblicola & Publicola. De hac tribu ita scribit Valerius lib. 9. cap. 10. Quam ob causam Popillia tribus, in qua plurimum postea Tusculani, in ciuitatem recepti, potuerunt, neminem vnquam candidatum Pollia tribus fecit magistratum. Hanc tribum Liuius Publiliam vocat lib. 7. sic: Eodem anno duæ tribus Pomptina & Publilia additæ. Hanc procul dubio eandem cum Popillia esse existimo, nam processu temporis, cùm iam illud obrepsisset, vt gentes tribubus nomina darent, factum est propter literarum affinitatem, vt Popilla, vel Popillia tribus in Publiliam paulatim versa sit, nomine à familia Publilia accepto, quæ posterioribus temporibus, quanquam plebeia, nobilis fuit. Hæc tribus in vetustis monumentis omnium frequentissima est.

Latinis

Tribus XXVIII. Macia.

Latinis & Campanis, qui rebellauerant à Titio Manlio consule in deditionem anno vrbis CDXIIII. redactis, res omnis ita a consule composita est, vt tradit libro 8. Liuius. Latini, Campaniq; agro multati Latinus ager Priuernati addito agro, & Falernus, qui populi Campani fuerat, vsq; ad Vulturnum flumen plebi Romanæ diuiditur. Extra pœnam fuere Latinorum Laurentes, Campanorumq; equites, qui non desciuerant. Cum Laurentibus renouari fœdus iussum, equitibus Campanis ciuitas data. Et paulo post. Anno vrbis CDXVI. L. Furio, & C. Menio COSS. post Latinum bellum confectum: Addocet Liuius Lanuuinis ciuitas data. Aricini, Nomentani, Pedani eodem iure, quo Lanuuini, ciuitatem accepti. Tusculanis ciuitas seruata, quam habebant. Campanis equitibus honoris causa, quia cum Latinis rebellare noluissent, Fundanis & Formianis ciuitas sine suffragio data. Et haud multò post suggerit Liuius: Anno CDXXII. A. Cornelio II. & Cn. Domitio COSS. Eodem anno census actus, nouiq; ciues censi, tribus propter eos additæ Macia & Scaptia. Censores addiderunt Q. Publilius Philo. Sp. Posthumius. Ita vt ex his Liuij locis hoc scitu dignum animaduertere possumus. Datã ciuitatem in populi Romani fuisse, quotiescunq; illis libuisset. Verùm nouos ciues in tribum coniicere, quod erat supremum ciuis Romani priuilegium, vt in illa, vel in illa suffragium ferrent, hoc munus Censorum esse, censusq; & lustri tẽpus expectari oportere, atq; ob eam causam legimus aliquoties censores ante quinquennij tempus creatos, vt in commentarijs Fastorum animaduerti. Cæterum propter nouos (vt dixi) ciues, Lanuuinos, Aricinos, Nomentanos, & Pedanos, quibus suffragij ius diu antè datum erat, hoc anno a Censoribus duæ tribus additæ sunt, Macia & Scaptia. Ex quibus Macia tribus, auctore Sex. Pompeio à quodam castro sit appellata est. Hoc autem Macium fuit, quod Latinorum erat. De hac tribu sic scribit Cicero ad Atticum lib. 4. Tribus habet Pomptinam, Velinam & Maciam. Et pro Plancio: Quid Plancio cum Lemonia? quid cum Voltinia? quid cum Crustumina? Nam Maciam, quæ non iudicaret, sed quæ rejiceretur, esse voluisti. Et Liuius libro vigesimo nono. Deinde M. Liuius in ærarium venit, & præter Maciam tribum, quæ se neq; condemnasset, neq; condemnatum consulem aut censorem fecisset, populum Romanum omnem, quatuor & triginta tribus ærarios reliquit, &c. Idem tradit Valerius libro 2. cap. 4. de censoria nota.

Tribus XXIX. Scaptia.

Tribus Scaptia eo anno, & eam ob causam, qua Macia, teste Liuio, addita fuit. De qua Sex. Pompeius: Scaptia tribus nomine Scaptia vrbis appellatur. Tranquillus in Augusto cap. 40. Fabianis & Scaptiensibus tribulibus suis die comitiorum singula millium nummûm à se diuidebat. Duas enim tribus Augustus, & plerique alij olim quando obtinebant, alteram, quam sibi nascendi sors dedisset, alteram verò, vel iure adoptionis, aut in accusatione de repetundis præmium, aut emptam, vt qui maiorem in distributionibus partem haberet.

Tribus XXX. Oufentina.

Crescente ob nouos ciues, qui in dies addebantur, vrbis frequentia, anno CDXXXV. Plautio & M Fosilio COSS. Dua Roma, Liuio lib. 8. auctore, additæ tribus Oufentina, & Falerina. Eas addiderunt Censores L. Papyrius Crassus, & C. Manius. Quod Liuius omisit. Hi enim eo anno censores relati sunt à Verrio Flacco in tabulis Capitolinis. De Oufentina tribu sic scribit Sex. Pompeius: Oufentina tribus initiò causa fuit, flumen Oufens, qui est in agro Priuernate inter mare & Terracinam. Lucretius: Priuerno Oufentina venit, fluuioq; Oufente. Postea à censoribus alij quoq; diuersarum ciuitatum eidem tribui sunt adscripti.

Tribus XXXI. Falerina.

Falerina tribus eo anno, quo Oufentina, Liuio auctore, addita est, ab agro Falerno in Campania, vt existimo, dicta, nam ea pars & Oufentina fuit. De hac tribu Iosephus lib. 13. cap. 16. antiquitatum meminit ita: C. Sempronius C. F. Falerina.

Tribus XXXII. Aniensis.

Ob eam, quã superiores, causam anno vrbis CDLV. M. Fuluio, & T. Manlio COSS. Liuio lib. 10. auctore, condito lustro à censoribus P. Sempronio Sopho, & P. Sulpitio Sauerrione, tribus additæ duæ Aniensis ac Terentina. Ex quibus Aniensis ab Aniene amne (vt puto) dicta est, in Sabinis enim fuit. De hac tribu Cicero Epist. Fam. lib 8. mentionem facit sic: L. Ateius L. F. An. Capito, & pro Plancio eandem commemorat.

Tribus XXXIII. Terentina.

De tribu Terentina, quæ cum Aniensi addita est, Cicero pro Plancio meminit sic: Quas tribus edidisti? Terentinam credo? Et paulò post: Prætoribus comitijs Aniensem à Plotio. Terentinam a Plancio tibi esse concessam. Et post: Altera præfectura, ex quo Cn. Plancius fuit ex tribu Terentina. Idẽ Epist fam. lib. 8. M. Oppius M. F. Terentina. Hanc à Terento (is locus in campo Martio erat) dictam puto.

Tribus XXXIIII. Velina.

Tribus Velina à lacu Velino dicto. Flero ex Liuio in Epitome lib 19. auctore. addita fuit cum Quirina anno vrbis DXIII A. Manlio II. & Q. Lutatio COSS. Eas addiderunt censores C. Aurelius Cotta, & N. Fabius Buteo, hæq; 35. numerum expleuerunt. De hac Cicero Epist. lib. 4. ad Atticum sic scribit: Tribus habet Pomptinam, Velinam, & Maciam. Idem in Bruto: T. Annius Velina. Et Horatius lib. 1. Epistola 6. Hic multum in Fabia valet, ille Velina. Et Persius quoq; Satyra quinta.

> *Libertate opus est. non hac vt quisq; Velina*
> *Publius emeruit scabiosum tesserula far.*

Hæc, vt dixi, à lacu Velino potius dicta est, quàm à Velia. Est enim is lacus in Sabinis, à quibus sequens quoq; tribus appellata est. Velia verò vrbs Lucaniæ, longè ab vrbe distans.

Tribus XXXV. Quirina.

Tribus Quirina (quæ eo anno, quo Velina addita est) à Curensibus Sabinis videtur appellationem traxisse, Sex. Pompeius. Cicero Epist. fam. lib 8. C. Septimius T. F. Quirina. Et pro Quinctio: L. Albius Sex. F. Quirina. Asconius in Cornelianam: Duæ solæ tribus, Sergia, & Quirina damnauerunt. Iosephus antiquit. lib. 14. cap. 17. Papirij Quirinæ meminit. Velina & Quirina tribus 35. numerum expleuêre, post quas is numerus amplius mutatus non est, vsque ad bellum Marsicum, in quo cum Tuscis, Vmbris, Gallis, & reliquis Cispadanis populis lege Iulia ciuitas data esset, octo nouæ tribus, vt Paterculus, vel decem, vt Appianus tradit, in quas noui ciues coniicerentur, à Censoribus P. Licinio Crasso, & L. Iulio Cæsare additæ sunt, anno vrbis DCLXV. Cn. Pompeio Strabone, & M Porcio Catone COSS. In easdem, bello Marsico confecto, reliqui Italiæ ciuitate donati sunt, præter Lucanos, & Samnites relatos. Quanquam & hi paulo pòst eandem sunt consequuti. Atq; 43. vel 45. tribuum numerus factus fuerat, qui tùm annos propè quatuor mansisset, postremò noui ciuibus in 35. tribus à Censoribus L. Marcio Philippo, & M. Perperna, auctore L. Cinna consule distributis, denuò 35 numerus restitutus est. Qui idem Ciceronis tempore, vt ex eius orationibus in Rullum, in Verrem, in Antonium, & alijs locis liquet, fuit. Triginta quinq; tribuum etiam extat mentio in Traiani imperatoris duabus inscriptionibus. Hæ itaq; sunt 35. tribus, in quas vniuersus populus Romanus dispartitus erat, quarum aliquam, vt ait Asconius, necesse erat, vt cuiuscunque esset ordinis, ciuis Romanus obtineret. Qui enim pleno iure ciues Romani erant, id est, cum iure suffragij, quod erat supremum ciuis Romani ius, is in vnam harum 35. tribuum vt esset, necesse erat, quam si antiquus ciuis hereditate, si nouus, à populo ciuitate donatus, à Censoribus obtinebat, in qua suffragium ferret. Ex quibus quatuor, vt dixi, vrbanæ, in quas transferri ignominia esset, reliquæ omnes rusticæ laudatissimæ, eorum, qui rura haberent, quæ propria ingenuorum erant, cum vrbana forensis turba, vt proletariorum, capite censorum, & libertinorum essent, vt auctores sunt Cicero primo de Oratore, Valerius, Asconius, Plinius, & Florus.

DE IIS QVAE SVPERFLVVNT TRIBVVM NOMINIBVS.

MVltarum tribuum nomina, quæ in vetustis epigrammatibus & fortè apud antiquos auctores, præter 35. reperiuntur, multam & magnam dubitandi occasionem attulerunt. Nam præter relatas, in antiquis inscriptionibus, Camilia, Cluentia, Cluuia, Dumia, Minucia, Ocriculana. Papia. Vot.... Castia. Taur... Iulia, Flauia, Vlpia, Aelia. apud Liuium Sapinia, & Festum Priuatia mentionem quoq; fieri inueni. De quibus quid existimem probabiliter disputaturus, nihil enim certi, quod afferam, habeo primum rationem reddam, cur nullam earum in 35. numerum collocarim, deinde qua nam ratione constituta esse potuerint. Etenim in 35 primis tribubus digerendis, illud præcipuè obseruaui, vt eas tribus in earum numerum collocarim, quæ tàm veterum auctorum, quàm lapidum testimonia haberent. Quod etiam in omnibus, præter vnam tantùm Horatiam præstiti. Nam & auctores, & lapides, quibus earum numerum confirmarem citaui. Horatiam autem potiùs, quæ vna ex his est, quæ scriptorum testimonijs caret, quàm vllam alteram paulò antè recitatarum tribuum interserui tum ob eas, quas dixi rationes, cùm de eo disputaui, tùm quòd nulla etiam harum, testimonium vllum antiquum habeant, præter vnam Ocriculanam, quæ vna tantùm sine controuersia, quando Horatia delenda esset è numero 35 eius locum obtinere posset, tùm quòd multis lapides etiam ipsa habeat tũ quòd, quanquam mendosè, de ea Marcus Cicero oratione secunda in Rullum mentionem faciat sic: Ab Ocriculana ad Arniensem. Nam in antiquis scriptis codicibus Vsurana legitur, vt sit Suburana: Deinde si Ocriculanam, & non Suburanam legere voluerimus,

Ciceroni

Ciceronis sententiam labefactabimus, qui illarum duarum tribuum enumeratione vniuersas tribus comprehendere voluit, à prima ad nouissimam, à Suburana scilicet, quæ inter vrbanas prima est, ad nouissimam Arniensem: quomodo nouissimam? non quidem ratione temporis, nam vigesima quinta fuit, sed loci, omnium enim remotissima ab vrbe erat. Quæ cùm ita sint, relinquitur, vt Ciceronis locus corruptus sit, & pro Ocriculano Suburano legendum. Est & alius Ciceronis locus in oratione pro Q. Roscio ita: Q. Luscius Ocrea Senator. In quo cognomen id Ocrea Ocric. id est, Ocriculana, pro tribu interpretari posset, sed cùm res & obscura & incerta sit, visum est potius Horatiam, quàm Ocriculanam tribum in 35. numerum referre, præsertim cùm si Ocriculana vna ex 35. tribubus esset (hoc autem maximè me argumentum mouit) vt ex 21. iis, quas Ser. Tullius fecit, fuisset, necesse est, præsertim cum 14. sequentium numerus manifestus sit. Cæterum nulla ratione fieri potest, vt ex primis 21. tribubus sit, cùm hæ omnes ab agri Romani locis à Seruio denominatæ fuerint. Ocriculum autem, à quo hanc tribum dictam fuisse crediderim, longè ab agro Romano situm erat. Quod si quispiam eam non ab oppido Ocriculo, sed ab Ocriculis, id est, montibus appellatam asseueret. Vt collina à collibus, vna quidem ex 21. esse posset. Verùm cum euidentiora argumenta non habeam, Horatiam excludere Ocriculanæ causa nolui. quandoquidem si Horatia tribus fuit, vt omnino fuisse credo, non nisi iis temporibus addita esse potuerit, cùm CD. anno post vrbem conditam ea gens, quæ sub regibus, & post reges exactos primis Respub. temporibus quam maximè in vrbe floruit, vix amplius ab historicis nominetur.

Tribus extra numerũ Ocriculana

Quid ergo eam esse dicemus? Ego igitur eam quidem vnam ex 35. tribubus procul dubio fuisse existimo, sed quæ nam ex supra relatis fuerit, incertum. Quandoquidem vnam tribum plura nomina habere potuisse, immò habuisse satis demonstrauerim. Vna enim ex antiquis Ser. Tullij tribubus, siue à gente, siue a loco appellata fuerit, esse potuit, in quam Ocriculani in ciuitatem recepti, à censoribus relati fuerint. A quibus ea tribus, vel antiquo nomine mutato, nouum Ocriculanæ assumpserit, vel vtrumq; simul retinuerit. Nam eam tribum fuisse, in dubium venire non potest, cùm pleraq; saxa viderim, quæ eius mentionem faciebant.

Tribus extra numerũ Pinaria.

Hæc si tribus fuit (eius enim tanquam tribus meminit Sex. Pompeius sic: Pupillsatr .... buum, tot enim fu... lici nomine à. .... Pinaria à sorori ..... mine) procul dubio vna ex 21. à Ser. Tullio facta fuit, puta Clustumina, Lemonia, Pupinia, aut Veientina. Cui gens Pinaria patricia maiorum gentium, & vrbe vetustior nomen suum nouum imposuit, vt de Aemilia, Tatia, Cornelia & Papiria factum fuisse scripsi. Sed hanc tribum merito illud suspectum facit, quòd saxorum prorsus eget testimonio.

Tribus extra numerũ Sappinia.

Huius quoq; tribus nullum vnquam Epigramma vidi, neq; qui se vidisse agnom. quamobrem dubium esse potest, an Romana fuerit, quanquam de ea disertè bis, terue Liuius in libris de bello Macedonico mentionem faciat, vt libro tricesimo primo sic: Eodem tempore P. Aelius consul C. Oppium præfectum sociûm, hac tumultuaria manu per Vmbriam, quam tribum Sappiniam vocant, agrum Boiorum inuadere iussit. Et libro tricesimo tertio. Sub hæc tam varia fortuna gesta, L. Furius Purpureo alter consul per tribum Sappiniam in Boios venit, &c.

Reliquæ tribus incertę.

Reliquarum nouem vel decem tribuum nomina si modo vel tribus fuerint, vel error fabrilis non sit (earum enim in vetustis marmoreis inscriptionibus mentionem extare didici, diu multumq; me torserunt, vt Camilla, Cluentia, Cluuia, Dumia, Minucia, Papia, Vot.... Cestia, & Taur.... Nam etsi facilè concederem quasdam ex iis errore fabrili ortas esse potuisse, Vt MIN. pro MEN. VOT. pro VET. vel VOLT. & similes, id tamen de omnibus dici nulla ratione posse existimo. & præsertim Papia, cuius duodecim inscriptiones extare vidi, Cluentiam quoq; & Cluuiam ex Clustumina errore fabrili ortas existimassem, nisi eas integras sic: Cluẽtia & Cluuia exaratas fuisse inspexissem. Cuius rei occasione CAM. Camillam, DVM. Dumiam, MIN. Minuciam, CES. Cestiam, quæ concisa in lapidibus scalpta erant interpretatus sum. VOT. enim & TAVR. si tribuum nomina fuere, interpretari nescire me fateor, nisi Votinam & Tauriam dicamus Quod si error fabrilis fuit, & Vot. pro Vet: vel Voturiam pro Veturia interpretari voluerimus, quomodo Voturios pro Veturios dictos apud Sosipatrum legimus, non erit, quòd de eius alia interpretatione laboremus. Porrò autem cùm quasdam ex his tribubus omnino fuisse mihi persuasissem, & in his Cluentiam, Cluuiam, & Papiam, sum suspicatus, hæc nomina aliquot earum octo, vel decem tribuum fuisse, quæ bello Marsico, cum Italis ciuitas data est, à Licinio & Iulio censoribus additæ sunt, quod vt existimarem, duabus potissimùm rationibus adductus sum, Primum quod eas aliquas ex antiquis 35. tribubus esse non posse semper existimarim. Non enim verisimile videtur, vt antiquis illarum nominibus mutatis, Cluuia, Papia, & Cluentia, quæ familiarum, plebeiarum, & nouarum nomina sunt, assumpserint. Deinde quia animaduerterim ab Appiano, libro primo de bello ciuili, inter præcipuos duces Italicos, qui contra populum Romanum bello Marsico arma sumpserunt, Papium Mutilum, & L. Cluentium, nominari. Quæ familiæ posteà in ciuitatem receptæ, nobiles euaserunt, summosq; honores Romæ adeptæ sunt, vt præturam, & consulatum. In Fastis enim consularibus Papiæ mutili mentio est. Cluuia quoque est oppidi in Samnio nomen, à quo, quando cum cæteris Italicis populis Samnites ciuitate donati sunt, tribus Cluuia facilè appellari potuit. Quod de his tribus dixi, idem de Camilla aut Camillia, Dumia, Minucia, Cestia, Taur.... & Vot.... Si Veturiam interpretari voluerimus, & fortè Aelia suspicari poteris. Nam Iuliam, Flauiam, & Vlpiam in Augusti, Vespasiani, & Traiani memoriam additas, vel ex veteribus ita appellatas fuisse, ex Dione lib. 44. intelligi potest. Nec me mouet, quòd noui ciuibus ex illis octo, aut decem detractis in 35. posteà tribus distributi sint, atq; tempore M. Tullij tantùm 35. nominẽtur. Nam posteaquam ciues ex iis excepti sunt, Repub. stante, eas nihil fuisse existimo. Verùm post Augusti tempora cum integris prouinciis etiam ciuitas dari cœpisset, eas sub iisdem, quibus institutæ fuerant, nominibus, ab aliquo Imperatore restitutas fuisse puto, atq; ad 43. vel 45. numerum iterum auctas. Quæ nihilominus ob antiqui numeri religionem semper 35. appellatæ fuerunt, quanquam 43. aut 45. essent, vt centumuiri, & tribubus Romulis sub rege Tarquinio Prisco, centumuiris, qui centum quinque, Sex. Pompeio, & quindecim viris sacris faciundis, qui 60. Seruio auctoribus fuerunt, accidit. Nec vlla difficultas fuit, quæ nouas tribus addere sub Imperatoribus prohiberet, præsertim cũ in ciues Romanis in eas non distribuerentur amplius, vt suffragiũ ferrent, vel aliquid comitiis agerent, quæ omnia in principis vnius potestate erant, sed tantum in eas tribus ciuitate donati referebantur, vt id signum quoddam esset, eos esse ciues Romanos, omnibusq; priuilegiis potiri posse, quæ libertate oppressa sub Cæsarum Imperio ciues Romani potiri ex legibus consueuerant. De quibus alio loco disputabo.

Anno ab vrbe condita DCLXIIII. L. Iulio Cæsare, & P. Rutilio Lupo coss. bello Marsico maximè vigente (omnis enim Italia auctoribus Picentibus, Tuscis, Vmbris, & Gallis exceptis, arma contra Romanos ob non adeptum ius ciuitatis assumpserat) quum iidem Tusci, Vmbri, ob eandem causam defectionem molirentur, veritus Senatus, ne hostibus omnis ex parte orientibus, vrbem minus tueri posset, mare omne à Cumis ad vrbem vsq; libertis communiuit. eo tunc primum ad militiam ob virorum inopiam ascitis, Italos verò omnes adhuc in fide permanentes (lege ab altero consulum, quæ Iulia appellata) quod maximè exoptabant, ciuitate donauit, inter quos Tusci, Vmbri & Galli fuere. Has igitur liberalitate vsus Senatus, ex amicis longè amiciores fecit, & qui dubij erant in fide confirmauit. Nouos verò hos ciues Romanis haud statim eorum tribubus, quæ 35. numero fuere, miscuerunt, Verùm decem alias tribus addidere, in quibus ipsi suffragium nouissimi ferrent, & plerunq; suffragium eorum nullius ferè erat momenti, cùm quinq; & triginta in primis vocarentur, quæ supra dimidium reliquas excederent, quod à principio efflagitantibus Italis latuit. Quum verò res cognita fuisset, alterius seditionis occasionem præbuit. Et paulò pòst. Et hæc quidem per Italiam sociali bello gesta sunt, quò dum in maius augeretur Italia omnis ciuitate donata, Lucanis & Samnitibus eo tempore exceptis, quæ nis. Nam & hi eandem paulò pòst assequuti sunt, & inter tribus, quemadmodum superiores, separatim lecti, ne, si antiquis ciuibus misceerentur, eos in comitiis superarent, cùm essent numero longe plures. Hoc est, quod ex Liuio scribit Florus in Epitoma lib. 80. Italicis populis à Senatu ciuitas data, & lib. 94. Nouis ciuibus ex S.C suffragium datum. Paterculus autem lib. 2. hanc rem aliter tradere videtur. Non enim nouas tribus additas fuisse scribit, sed octo ex veterib. acceptas, in quibus Italici suffragium ferrent. Ait enim: Non erat Mario & Sulpitio Cinna temperatior. Itaq; cùm ita ciuitas Italiæ data esset, vt in octo tribus contribuerentur noui ciues, ne potentia eorum, et multitudo veterum ciuium dignitatem frangerent, plusq; possent recepti in beneficium, quàm auctores beneficij, Cinna in omnibus tribubus se eos distributurum pollicitus est, quo nomine ingentem totius Italiæ frequentiam in vrbem acciuerat, è qua pulsus collega,

lege, optimatiumq́; viribus, cum in Campaniam tenderet, consulatus ei abrogatus est, suffectusq́; in eius locum L. Cornelius Merula flamen Dialis. Ita Velleius. Appiani autem sententiam magis vt approbem, duo faciunt. Primum est antiquorum exemplum, qui propter nouos ciues, nouas etiam tribus addere solebant: nunc enim tota Italia ciuitate donata verisimile etiam visum est, vt eas decem tribus adderent. Alterum est, octo aut decem tribuum, quas mox referam, nomina, quæ procul dubio veræ tribus aliquando, & non ex 35 numero, fuerunt. Hoc quidem anno à censoribus Iulio & Licinio propter nouos ciues addita, & quadriennio post à Marcio & Perperna censoribus, cum in 35. tribus Italici omnes distributi essent, dissoluta, & postremò post Augusti tempora, cum integris extra Italiam prouincijs ciuitas dari cœpisset, & forte à Claudio Imperatore in censura, quam cum L. Vitellio anno vrbis, DCCC. gessit, denuo addita.

Tribus Camillia aliàs Camilia. Porrò inter ipsas nouas tribus has fuisse existimo, Tribus Camillia seu Camilla, cuius mentionem fieri in quinq; antiquis inscriptionibus animaduerti sic: CAM CAMIL. Cæterùm vrbem CAMIL. pro Camilla, & Camillina interpretari potest. Causa autem cur neq; huius, neq; nouem sequentium nemo meminit, est, quod paulo pòst, quàm instituta sunt, fracta fuerunt. post Claudij autem Imperatoris tempora haud multos integros historicos habeamus.

Tribus Cestia. Tribus Ces quam in aliquot lapidibus se vidisse vir fide dignus mihi retulit, pro Cestia ego interpretor, gente post legem Iuliam Romæ nobili & consulari: C. Cestij enim consulis sub Tiberio Cæsare cum Cn. Seruilio mentio est apud Tacitum, & in fastis consularibus, eiusdem vt puto 7. viri epulonum in vetusta pyramide prope portam Ostiensem.

Tribus Cluentia. Tribus Cluentij bello Italico contra Romanos ducis. Appianus meminit. Gentem etiam Cluentiam Romæ nobilem Augusti tempore fuisse, eamq́; à Troianis, & Cloantho comite Aeneæ descendisse Virgilius lib. 5. sic . . . . . genus vnde tibi Romane Cluenti. Ab has facile fieri posset, vt tribus Cluentia nomen obtinuerit.

Tribus Cluuia. Hæc tribus à Cluuia Samnitium vrbe, de qua meminit Liuius, nomen obtinere potuit, in qua Samnites, in ciuitatem recepti, contexti fuerint.

Tribus Dumia. Tribus quæ in vetustis lapidibus DVM. notatur, ego Dumiam interpretor, de qua præterea nihil, quod afferam, habeo.

Tribus Minucia. Minuciam gentē Romæ nobilissimam & vetustissimam fuisse, satis constat. Hæc cum priscis temporibus à patribus ad plebem transijsset, paulò ante bellum Marsicum adhuc florebat, quo tempore duos consulares, et alterum ex ijs triumphalem, Minucios habuit. De hac tribu absurdum esset, tribum Minuciam deriuatam esse dicere.

Tribus Papia. Frequentissima mentio est huius tribus in vetustis marmoreis monumentis, ita vt hæc vna reliquis fidem facere queat, plures, quàm 35. tribus fuisse. Hæc fortè à gente Papia dicta est, Italicarum nobilissima. Nam inter primos belli socialis duces, à Paterculo, & Appiano, Papius Mutilus refertur, cuius genus postea in ciuitatem accepta, consularis fuit. Papiorum enim Mutili & Secundini consulum sub Augusto in Fastis mentio est. Item legis Papiæ & Poppeæ. T. quoque Annius Milo oratione Ciceronis celebratus è gente Papia fuit, à qua procul dubio hæc tribus nomen accepit.

Tribus Taur. . . . . Tribum Taur . . . neq; ego vnquàm vidi, neq; qua ratione interpretari possit, nisi Tauriam dicamus, scio. Vir tamen doctus, & fide plenus, se hanc in antiquis tabulis marmoreis vidisse pro certo affirmauit.

Trib. Vo. . . . . Huius tribus in duabus omni ex parte absolutis, elegantissimisq́; inscriptionibus mentionem extare vidi. Hæc autem (si error fabrilis est, quod minimè existimo) tam pro Veturia, quàm pro Voltinia interpretari potest. Quanquam apud Sosipatrum Voturios pro Veturiis aliquando dictum legimus. Ita vt Voturia dicendum sit. Quod si neq; error fabrilis sit, neq; Voturia legendum, quid planè dici possit ignoro, nisi Votina, vel Votinio interpretemur, quorum neutrum tamen placet.

Tribus Aelia. Postremam omnium Aeliam tribum, quæ decem numerum expleret, suggessi, quod parum compertum habeam, an à gente antiqua Aelia nobili, quanquam plebeia, an ab Hadriano Imperatore, qui ex gente Aelia fuit, dicta sit, quemadmodum Iulia, Fabia, & Vlpia: quæ ab Augusto, Vespasiano, & Traiano nomen adepta sunt. Huius tribus lapidem nullum adhuc vidi, sed se vidisse, vir quidam doctus, & cui facile crede, mihi retulit. Hæ autem si omnium tribuum bello Marsico additarum esse potuerunt. De quibus præterea, quid afferam, non habeo.

Trib. Iulia. Tribum Iuliam scribit Dio lib. 44. in Augusti honorem à Senatu appellatam fuisse, vnam ex veteribus, non de nouo, additam. Quæ autem ea fuerit, incertum. De hac tribu duas inscriptiones extare vidi.

Tribus Flauia. Et hæc tribus aut à Vespasiano, aut ab altero filiorum Tito, vel Domitiano nominata fuit, quandoquidem hi ex gente Flauia fuerunt. De qua trib. vnicam vidi inscriptionem Romæ.

Tribus Vlpia. Hæc in Traiani Imperatoris memoriam denominata est, de qua antiquum epigramma ego aliquando vidi, quòd modò ad manus nō est. Atq; hæc sunt omnium tribuum nomina, quæ ego vnquam extare in antiquis tam librorum, quàm lapidum monumentis, didici. Quas ego hac ratione digessi, atq́; de ijs ita disputaui, vt probabiliter potius, & disputandi more disseruerim, quàm sic omnino fuisse mihi persuadeā. Quæ ego attuli, harū rerum studiosi accuratè examinabunt, si quod mihi propositum, consequutum me esse existimabunt, non parum mihi in lucro tulisse videbor, sin autem liberum erit cuiq;, quæ de rebus adeò nostra ætate, & fortè antiquorum etiam obscuris tractant, ad suam ipsorum sententiam, dum meliora & certiora afferant omnino reuoluere, & ea distinctiora, & illustriora reddere, quod enim potui, præstiti, neq; quicquàm laboris, quo omnia clarissima facerem, reliqui.

A tribubus comitia fiunt tributa, quemadmodum à curijs curiata, & centurijs centuriata. Ea erant, auctore Gellio, quum ex regionibus & locis, id est, per tribus suffragium ferebatur. Erant n. tribus populi Romani partes distincta locis in vrbe diuersis, et regionibus vndiq́; circa vrbem per Italiam dispersis. Atq́; hactenus de tribubus Romanis, &c. nunc cæterorum Liuij locorum explicationem obiter prosequamur.

Incensorum pœna. Metu legis de incensis latæ] Dionysius pœnam incensi fuisse lege Seruij Tullij tradit, vt publicatis bonis verberatus venirent: Zonaras, qui se aut bona sua in censum non detulissent, ipsos à consulibus, bona à censoribus venundata scribit, & Vlpianus maximam capitis diminutionem esse per quam ciuitas & libertas amittitur, ait, vt cum incensus aliquis venierit.

Campus Martius. In Campo Martio] Campum Martium describit Liuius lib. 2. Fuit autem ager Tarquiniorum, qui inter vrbem & Tyberim fuit, Marti consecratus, vnde liquet quicquid inter Capitoliū & Tyberim interfuit, fuisse campum Martium, Nam vrbs prima ad Capitolium finiebatur, quod idē Ouidius ostendit, Iuturnæ ædē describens, quam vult fuisse in ea parte, quæ Campus Martius Virginea ambitur aqua. Iuturnæ ædes. Verum de Campo Martio, Plinius lib. 36. cap. 10. Marlianus lib. 1. cap. 1. & lib 6. cap. 12. Blondus lib. 1. Romæ triumph. & lib. 2. de Roma instaurata.

Solitaurilia. Sue, oue, tauro] Has hostias, cum eas prius ter circum exercitum circumduci iussisset immolans. Vnde & id genus sacrificij Solitaurilia, & Suouetaurilia dixerunt. Hinc Festus, Solitaurilia hostiarum trium diuersi generis immolationem significant, Tauri, arietis, Verris, quòd omnes integri solidiq; sint corporis. solum enim lingua Tuscorum significat totum, & solidum, hinc Festus: Sed & Græci totum ὅλον dicunt integrum. Porro de Solitaurilibus præter Liuium, Asconius, Quintilianus, alijq; meminere. Solum quid lingua Tuscorum.

Lustrare quid. Lustrauit] Id est expiauit à luendo, id est, soluendo & liberando vt apud Virgilium, & cum lustrabimus agros.

Lustrum quid. Millia LXXX.] Dionysius 84. millia fuisse prodit, idque ex tabulis censorijs se accepisse scribit, & cum eo sentit Eutropius. Quum verò institutum fuerit, vt quinto quoq́; anno exacto fieret census, lustrumque cōderetur, hinc lustrum pro quinquennali spacio sumptum esse constat, Idq; à luendo dictum scribit Varro lib. 5. de lingua Latina, quòd quinto quoque anno vectigalia & alia tributa per censores persoluerentur, tametsi vltra quinquennij tempus, vel bello, vel domesticis discordijs, vel alio casu sæpe productum in septem, decem, & aliquando septendecim annos fuisse lustrum ex Fastis constet. Lustrum vnde. Magistratus autem huic muneri præfuit primum, qui summus in vrbe fuit, reges, electis regibus consules, deinde cum consules bellis impedirentur, censores, qui ab re nomen acceperunt. Censum autem in foro primùm deinde in villa publica, (locus is erat in Campo Martio) fieri institutum, lustrum verò semper in Campo Martio conditum. Hoc quoque animaduertendum, vt docet Robortellus lib. 1. emendationum cap. 15. Censum aliquando sine lustro fieri solitum, cum præsertim annus esset funestus ob mortem consulis, vt declarat Liuius lib. 3. vbi ait. Census actus eo anno, lustrum propter Capitolium captum, consulem occisum, condi religiosum erat. Census itaq́; sine lustro fieri, non autem vicissim è contrario lustrum sine censu condi poterat. Hinc liquet legendum hic esse: Idque conditum lustrum appellatum, quia in censendo finis factus est.

Quiri-

Quirinalis mons.

Quirinalem] *Qui ambitum ferè habet 3000. ferè passuum, Dictus est autem Quirinalis vel à fano Quirini, vel à Quiritibus, qui cum Tatio Curibus venientes in eo castra posuerunt. Velût Marcus Cato in libro Originum scriptum reliquit, à Iunone Sabinorum Dea, quam illi Curitim, id est, Hastatam Iunonem vocant. His enim simul & Hetruscis non erat litera Q. De ambitu verò & magnitudine huius collis Vide Marlianum lib. 5. cap. 21. Alexandrũ ab Alexandro lib. 6 cap. 11.*

Viminalis mons.

Viminalemq;] *Collem Viminalem Varro inter Esquilias commemorat, & à Ioue Vimineo, cuius ara in eodem monte erant, vel à viminum illic crescentium multitudine dictum putat. Respicit ab occasu Quirinalem, interiacente circa stadium Suburbana plana. à Septentrione vallem habet Quirinalem, inter eosdem colles quatuor iugerum latitudo, stadiorum verò duorum cum dimidio longitudo. Vide Marlianum lib. 1. cap. 1. & lib. 5. cap. 19. Terentium Varronem de lingua Latina, Alexandrum ab Alex. lib. 6. cap. 11.*

Esquiliæ.

Auget Esquilias] *Esquilias duos vrbis montes esse, ex Varrone docemur, celebrior tamen pars Esquilinus mons dictus est, vel ab auiũ excubijs vt apud Ouidium lib. 1. Fastorum legimus. Vel ab aucupibus, quòd eo loco quisquilijs proiectis auibus illuderent, hic ex vrbis collibus solus duplici iugo & aggere munitur, cum reliqui singulis contenti sint, ex quibus alter Cespius nuncupatur, alter Oppius. Qua de re vide Marlianum lib. 1. & lib. 5. cap. 9. Alexandrũ ab Alexandro vbi supra. Nostra autem tempestate Esquilia incipiunt à templo S. Petri ad vincula, & protenduntur vsque ad Ecclesiam S. Crucis, inde ad Thermas Diocletianas includitq́; Ecclesiam S. Mariæ Maioris & S. Praxedis.*

Pomœrium quid.

Pomœrium profert] *De hoc multa dici possent, sed breuitati consulendo. Pomœrium locus erat, tã intra quàm extra murum vrbis, quem antiqui in condendis vrbibus augurato consecrabant, neque in eo vllum fieri ædificium patiebantur. Dictũ autem est pomœrium,* Pomœrij Etymologia. *vt autor est Varro lib. 4. de lingua Latina, quasi post mœrium. Nam quem antiqui mœrum dicebant, nos murum dicimus vnde ita nonnulli apud Virgilium legunt, lib. 10. Atq; ipsis prælia miscent. Aggeribus mœrorum.* Mœrus antiquis quid. *Iulius Pollux libro nono, intra muros solum Pomœrium locat, inquiens, ex interprete. ingressu verò omne illud Pomœrium dicitur, intra muros, intra mœnia, Interius autem Plateæ. Plutarchus etiam in Romulo, quod intra lineam murum diffinientem relinquitur, Pomœrium esse dictum ait, detractis per Syncopam è medio literis, quasi ponè murum. Agennius Vrbicus in commentarijs in Iulium Frontinum, in vniuersum Pomœrium extra muros vrbes habuisse dicit, aliquas verò intra. Pomœrium autem, inquit, vrbis est, quod ante muros spacium est, sub certa mensura dimissum. Sed & aliquibus vrbibus, & intra muros simili modo est statutum, propter custodiam fundamentorum, quòd à priuatis operibus obtineri non oportebit. Hic locus est qui a publico nullo iure poterit amoueri. Liuius hic & intra & extra vrbes pomœrium agnoscit, Gellius autem lib. 13. cap. 14. ex libris augurum, populi Romani Pomœrium esse dicit locum intra agrum effatum per totius vrbis circuitum ponè muros, regionibus certis determinatum, qui faciebat finem vrbani auspicij, antiquũ autem pomœrium, quod à Romulo institutum fuit, Palatini montis radices terminum habuisse, cui astipulatur Tacitus inquiens, certis spacijs à Romulo interiectos fuisse lapides per ima mõtis Palatini, &c.* Cippi qui. *scilicet ad significandos Pomœrij terminos, quos Varro cippos vocat, aras etiam quasdam his terminis addent. Terminorum intra muros nulla fit mentio, ea, vt opinor, de causa, quòd non sit relictum intra muros Pomœrium. Quanquam apud eundem Gellium lib. 15. cap. 27. ex verbis Lælij Fœlicis contrarium quis suspicari possit. Sed ea me minimè mouent, cùm Pomœrium vrbis appellatione, tametsi extra vrbem sit, comprehendatur. Equidem libris Augurum, Varroni, & Tacito (vt de Vrbico Christiano homine nec adeo antiquo autore nihil loquar) magis quàm Liuio, Plutarcho, & Polluci crediderim, Ideoque* Pomœriũm vnum. *arbitror, vnum duntaxat apud priscos fuisse Pomœrium, idq́; post muros, id est, extra muros, eamq́; ob rem Plutarchum qui de antiquo Pomœrio loquatur, errare, item Pollucem, qui exterius Pomœrium non agnoscat: Postea verò & intra muros relinqui consueuisse. Quod spectat ad Pomœrij etymologiam Varro quasi post murum dictum significare videtur, inquiens, Quod erat post murum Pomœrium dictum, eiusq́; (terminis) auspicia vrbana finiuntur. Cuius loci lacunam Hieronymus Magius explet, voce Terminis lib. 3. Miscellaneorum cap. 13. Atq; eodem autore. Liuius Pomœrium quasi post mœnium quosdam interpretari scribit (Varronem haud dubie intelligens) quasi post mœnia, id est, post murum Pomœrium sit, sed malè vt ipsi videtur, siquidem cum primum hæc vox exorta inditaq́; loco est, vnum duntaxat, idq́; extra muros erat in vsu Pomœrium. Verùm nec Varronem primi nominis in etymologiarum indagine autorem, Pomœrium quasi post mœnium dictũ sensisse arbitratur, sed magis quasi post mœrium. Muri enim antiqua voce latina, qua Lucretius vsus est mœri dicebantur ita namq; hic inquit lib. 7.* Mœri antiquis muri.

Frigus vt à fluuijs, calor à sole, æstus ab vndis
Aequoris exesor mœrorum littora propter.

Minimè verò probanda videtur Etymologia quæ à Pompeio affertur lib. 14. in his verbis, prosmurium pontificale pomœrium vbi pontifices auspicabantur, dictum autem pomœrium quasi promurum, id est, proximum muro. Hæc ille, Primus autem qui Pomœria docuerit Ianus fuit. si Fabio Pictori lib. 1. credimus. De Pomœrij productione Tacitus lib. 12. Gellius lib. 13. cap. 14. Alia item ad hanc cognitionem spectantia, vide apud Marlianum lib. 1. cap. 3. & lib. 1. cap. 7. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 14. Blondum lib. 1. Roma instaurata à principio: latissimè autem Onuphrium Panuinium in commentario de vrbe Roma. Pomœriũ verò proferre nihil aliud est, quàm ampliare mœnia vrbis.

Fanum Dianæ] *Aedificatum est Dianæ templum in montis Auentini vertice Tyberim versus, in quo templo idibus Augusti Romæ seruis dies festus esse consueuit, cùm eo ipso die Seruius noster è serua natus, hanc ædem consecrasset, & diem sacrum seruis, & qui in eius tutela sint vouisset. Sed alij ab Anco hanc ædem ædificatam existimant, ex pecunia quam ciues nuper ex Politorio traducti contulerant. Fuit autẽ eo ipso in loco, vbi hodie D. Sabinæ templum est, teste Marliano lib. 5. cap. 2. & lib. 4. cap. 18. De Diana autem Ephesina templo multa lege apud Plinium lib. 36. cap. 14. lib. 14. cap. 1. lib. 2. cap. 87. lib. 16. cap. 42. lib 36. cap. 5.* Dianæ templum Rom.

Cuidam patrifamilias] *Andronium Coratium Plutarchus problemate 5. ex Iuba & Varrone vocat.* Andronius Coratius.

Ibi fore imperium] *A quadrupedibus animalibus diuersis auspicia sumebant Romani. Ex bouis autem aspectu plerunq; prospera pronunciabant augures. Sic quoq; L. Aurelio & L. Octauio Coss. ad immolandum bos de montibus per hostium classem adnatauit, seq́ue ad aras percutiendũ obtulit, de quo prodigio Iulius Obsequẽs cap. 59.* Bouis aspectus.

Antistes Romanus] *Quem Cornelium Plutarchus vocat.* Manuũ lotio.

Viuo perfunderis flumine] *Nefas enim erat illotis manibus tractare sacra, & hinc Hesiodus vetat, ne quis mane Ioui libet vinũ χέρσιν ἀνίπτοις, id est, illotis manibus, vnde etiam χέρνιψ apud Homerum crebra mentio, quæ vox perinde sonat, quasi dicas manuum lotionem, à qua rem diuinam antiquitùs auspicabantur, vt docerent deos immortales puris tantum sacrificijs delectari & placari.*

Interea Romanus] *Varro hanc fallaciam nõ Cornelio sacerdoti, sed ædituo ascribit, Refertur autem hæc historia inter vafrè dicta & facta apud Valerium Maximum lib. 7 cap. 3.*

Contrahit similitudo eos] *Semper enim, vt Aristoteles lib. 8. Ethicorum ait, ὅμοιον ὁμοίου ἐφίεται, simile appetit simile, de simili matrimonio canit Martialis:* Similitudo morum.

Vxor pessima, pessimus maritus,
Miror non bene conuenire vobis.

Malum malo aptissimum] *Refertur inter similitudinis prouerbia, sicut & illud, malus cum malo colliquescit voluptate, de quo Erasmus in prouerbijs.*

Non sibi defuisse] *Luculentissima oratio extat apud Dionysium lib. 4. Est autem libidinis regnandi elegantissimum exemplum.*

Muliebri dolo] *Busludianus codex, vt annotat Nannius lib. 5. Miscellaneorum, pro dolo, dono habet, vt id regnum, quod à Senatu et populo dari solet, mulier sui doni fecerit, quod ipse omnino genuinum arbitratur, Sermo enim ex contentione ἀντιθέτοις acrior est, & de Tullia æmula Tanaquilis paulò antè hæc verba fecit, nec cõquiescere ipsa potest, &c.*

Sceleratum vicum vocant] *Ob perpetuam crudelissimi sceleris memoriam, Sic etiam Carmentalis porta, eò quòd per eam trecenti Fabij cum clientum quinq; millibus egressi aduersus Hetruscos, ad amnem Cremeram interfecti sunt, etiam scelerata dicta est, item scelerata via quòd ibi Vestales ob incestum damnatæ sepelirentur, teste Marliano lib. 5. cap. 23.* Sceleratus vicus. Scelerata via.

Per patris corpus carpentum egisse] *Hoc est super cadauer currum vel vehiculum duxisse, scabello aurigam vel mulionem frenum inhibentem percutiens. Est autem carpentum vehiculi genus, petorito propè simile, dictum quasi carmentum, mutatione vnius literæ à Carmenta Euandri matre, Vnde Ouidius lib. 1. Fastorum:* Carpentum quid.

Nam priùs Ausonias matres carpenta vehebant,
Hæc quoq; ab Euandri dicta parente reor.

Sic quoq; Cornelius Tacitus scribit, Agrippinam carpento in Capitolium vehi voluisse, qui mos sacerdotibus & sacris antiquitus

concess-

concessus fuit. Verùm de hac impietate & crudelitate Tullia in suum parentem præter Liuium & Dionysium, Florum lib. 1. capit. 6. Augustinum lib. 3. cap. 15. lege Valerium Maximum lib. 9. cap. 11. Ouid. lib. 6. Fastorum. Volaterranum lib. 19. cap. 2. Alexandrū ab Alexandro lib. 2. cap. 6.

Virtus nobilitati aut opibus minime astricta.

Difficilis esset æmulatio] *Virtus igitur, cui vt inuidia, ita etiam plerunq; fama comes esse solet, vt se nullis contineri vinculis ostendat, non semper nobilitatem aut opes sequitur, sed velut tota humana amica natura, eam quærentes amplectitur, & persæpè ad eos profecta, qui humili planè loco nati sunt, claros facit, atq; ad summū sæpè honoru fastigium euehit.*

Cognomina à factis.

Cognomen facta indiderunt] *Sic multis Romanorum aut virtus aut vitium, aut aliquis denique casus, pro consuetudine appellationem dederunt. Qua de re Plutarchus in Coriolano, Plinius lib. 18. cap. 3. Macrob. lib. 1. cap. 6. Satur. Solinus cap. 4. Gellius lib. 16. cap. 16. Alexander ab Alexandro, lib. 1. cap. 19. Sabell. lib. 6. per totum cap. 4. exemplorum.*

Lucum ferentinæ conueniant] *Vide notata infra lib. 5. de Latinis ferijs, vbi nonnulla ad huius loci illustrationem facientia inuenies.*

Vulgò dici quid sit.

Clam quidam mussitantes] *Hic locus Nannio, vt lib. 5. miscellaneorum fatetur, perpetuò suspectus fuit, neq; sine causa, vt ait. Pugnant enim inter se, quosdam clam mussitantes, & vulgò eum appellasse Superbum. Vulgò enim dicitur quod à nemine non iactatur, à quibusdam dicitur, quod à paucis. Rectè igitur ad illum modum liber Busidianus eo autore. Iam enim pridem clàm ita mussitantes, vulgò tamen eum appellabant, dictione quidem, mutata in quidem, vt intelligamus clàm quidem ita eum vocitari, sed tamen passim.*

Necari sub crate.

Crate supernè iniecta] *Sic & infrà lib. 4. Ad vociferationem eorum quos necari sub crate iusserat, quæ verba Tacitus in opusculo de moribus Germanorum explicare videtur ignauos & imbelles, & corpore infames, cœno ac palude, iniecta insuper crate, mergunt. Plautus in Pœnulo: Sub cratim vt iubeas sese supponi, atq; eò lapides imponi multos, vt sese neces. Hoc supplicij genus Carthaginensibus peculiare fuisse, memoria à nonnullis proditur. Brodæus lib. 1. Miscellaneorum cap. 28.*

Volsci qui.

Volscis] *Latij vel Campaniæ populis, de quibus Plinius lib. 3. capit. 5. & cap. 19. & Pomponius Mela lib. 2. cap. 4. Terminant autem Septentrionem versus cum Marsis.*

Volscū bellum.

In ducentos amplius] *Durauit enim post Tarquiniū tot annis. Siquidem eos, post superatos ad Regillum Latinos, vicit quoque Appius Claudius qui consul cum Publio Seruilio fuit, cursumq; rebellantes idem compescuit, direpta Suessa Pometia. De his etiam M. Valerius Publicola frater & dictator triumphauit. Deinde simul Volsci & Equi, à L. Aemylio, qui consul cum Fabio Casone fuit: postmodum L. Lucretio & T. Veturio, rursumq; Quintio & Q. Seruilio consulibus victi sunt. Præterea Q. Fabius Caso consul, deinde Pub. Valerius Potitus consul apud Algidum, & post eum M. Geganius etiam consul, ducto Cluilio duce Volscorum ante currum triumpharunt, vt suis locis scribunt Liuius, Dionysius, Orosius, Eutropius, Volaterranus lib. 38. cap. 8. Paralip.*

Prometia vrbs.

Suessamq; Pometiam] *Pometia vrbis & agri frequens apud authores fit mentio, quæ tamen iamdudum & ante Dionysij Halicarnassei tempora interijt. cuius coloni Suessam migrarunt, vnde & Suessa Pometia dicta est. Vide Plinium lib. 3. cap. 5. Plutarchum in Hannibale. Volaterranum lib. 6 cap. 1.*

Gabij.

Gabios propinquam vrbem] *Volscorum vrbem septuaginta millibus passuum ab vrbe sitam, quæ à Galacto & Bio fratribus Siculis condita est, vt scribit Solinus. Sed si Straboni credimus, est in via Prænestina, distatq; centum ab vrbe stadijs, quam hodie Zagarolum quidam existimant, quod doctis non probatur, cùm Gabij propinquiores vrbi ex Strabonis authoritate deprehendant. De his præterea lege Volaterranum libro sexto, capite primo, Vrbanorum commentariorum.*

Transfugit ex composito] *Vide quoq; Valerium Max. lib. 7. cap. 4. Frontinum lib. 1. cap. 1. Volaterranum lib. 38. cap. 8. Vrban. com. Ouid. lib. 2. Fastorum.*

Terminus Deus.

Non motam termini sedem] *Numa Pompilius cum publicum agrum populo Romano, & priuatum certis limitibus terminisq; definiuisset, sacellū erexisse Termino Deo traditur, in colle Tarpeio, cui nihil animatum sacrificaretur, sed liba tantùm pultes, & frugum primitiæ, quæ de re Dionysius lib. 2. statuitq; Numa eum, qui Terminum exarasset, & ipsum, & boues sacros esse. Saxum verò fuit hic Deus, vnde & Termini agrorum publicorū & priuatorum tales fuerunt, licet & postea, stipes & arbor, et tegulæ etiam pro termino posita. Lactantius in primo existimat terminum eum fuisse lapidem, quem pro Ioue deuorauit Saturnus, subiungens Tarquinium cùm Capitolium facere vellet, & multorum Deorum in eo loco sacella essent, consuluisse, vtrum Ioui cedere vellent, & cedentibus cæteris, solus Terminus mansit, qui noluit cedere. Vnde illum Poeta Maro Capitoli immobile saxum dixit, & pluribus Seruius. Diuus verò Augustinus in 4. de ciuitate Dei aliter recitat fabulam: quem vide. Cæterùm vt inaugurare templa est ea augurijs sanctiora reddere, sic exaugurare est ea profana facere, prout hic Liuij locus ostendit & annotat Gyraldus historia Deorum syntagmate 17. cap. 1.*

Exaugurare quid.

Caput humanum] *recenti tabo & sanguine aspersum. Huius prodigij verò mentionem faciunt, & Plinius lib. 2. cap. 2. Plutarchus in Camillo. Portius Cato lib. Originum. Terentius Varro de lingua Latina. Marlianus lib. 2. cap. 1. & cap. 10. Alexander ab Alexandro, lib 6. cap. 11. Cæterùm Plutarchus in Camillo ab Hetruscis vatibus responsum datum esse ait, non gentium, sed Italiæ caput futurum. Huc verò pertinent Poetarum quoq; diuersa testimonia & præsertim illud Martialis lib. 12. Terrarum Dea, gentiumq; Roma. Cui par est nihil, & nihil secundum. Virg. lib. 1. Aeneidos: His ego nec metas. Ouid. lib. 2. Fastorum: Gentibus est alijs tellus data.*

Caput hominis in Capitolio condendo inuentum.

Cloacamq; maximam] *Erat hæc Cloaca ad Iouis Statoris ædem in tres ductus diuisa, quorum duo postmodum inclusi sunt, tertius per lacum Curtium sub foro Romano, per Palatini montis radices, in Velabrum aqua limpidissima fluebat, & inde canalis è saxis quadratis extructo in Tyberim effluebat. Id verò obiter notandum est, plures olim Romæ fuisse cloacas, easq; publicas. Verùm cùm vrbe à Gallis capta atq; incensa esset, et quisq; domicilium sibi reædificaret, factum esse, vt quæq; domus hodie suam fermè & propriam cloacam habeat. Vide Plinium lib. 36. cap. 15. Marlianum lib. 3. cap. 18.*

Cloaca maxima.

Portentum terribile visum] *Dionysius autem ait: Aquilas in palma quæ regiæ incumbebat, nidum habuisse, vbi illis absentibus implumes pullis subitò vulturum incursu discerpti sint, quod mali imminentis prodigium esse putabant.*

Delphi.

Delphos ad maximè inclytum] *De huius oraculi origine, cultu, religione & miraculis copiosè leges Herodotum lib. 1. Diodorū Siculū de gestis Philippi, Plutarchū in oratione cōsolatoria ad Apollonium. De sera numinis vindicta in Pericle. Iustinum lib. 24. Sabellicum lib. 5. Ennead. 1. Alexandrum ab Alexandro, lib. 6. cap. 2. à principio. Ouidium 2. Fastorum consulitur Phœbus.*

Brutus.

Bruti quoque haud abnuit cognomen] *Brutus enim idem est, quod stupidus, grauis & tardus. Huic Cyprianus ad Demetrianū scribens ait: Nullus affectus offert lumen cæco, sermonem surdo, sapientiam bruto, cùm nec sentire brutus possit, nec cæcus lumen admittere, nec surdus audire. De ficta eius stultitia Ouidius lib. 2 Fastorum scribit:*

Brutus erat stulti sapiens imitator, vt esset
Tutus ab insidijs (dire Superbe) tuis.

Tarquinia sorore] *Id & alij prodiderunt, inter quos & Plinius de viris illustribus. At Tarquinia filium ex prisco Tarquinio Iunium Brutum fuisse Dionysius ait.*

Ludibrium verius] *vtpote, quem vt morionem pro libitu contumelijs & contumelijs afficerent.*

Corneo cauato] *Plinius de viris illustribus sambuceo ait.*

Muneribus Dij etiā capiuntur.

Donum tulisse] *pro responsorio munere. Muneribus enim etiā Dij capiuntur, quod Euripides in Medea vulgi sermone celebratum fuisse ostendit, cùm ait: πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς λόγος. Et Ouidius:*

Munera (crede mihi) placant hominesq; Deosq;
Flectitur iratus Iupiter ipse datis.

Celebratur & hic versiculus:

δῶρα θεοὺς πείθει, καὶ αἰδοίους βασιλῆας.

Oraculorū obscuritas.

Osculum matri tulerit] *Notandum est Apollinem Delphicum semper dubia dedisse, & obscura responsa, vt in quamcunq; partem se fortuna inclinaret veritatē dixisse videretur, cùm ex sua natura veritatis hostis esset, vtpote Satanas ipse, prout tradit Augustinus lib. 3. cap. 7. Ciuitatis. Simile exemplum ex Ennio allegat Cicero de diuinatione lib. 2. Herodotus lib. 1. Item obscurum oraculum Siphnijs datum leges apud eundem lib. 3. Spartanis lib. 1. Argiuis lib. 6.*

Velut si prolapsus cecidisset] *Id vbi in terram Italicam & natale solum rediisset, factum esse scribunt, ac procidisse quasi pedem offendisset.*

Terra communis mater.

Communis mater] *Aegyptij, vt apud Diodorum Siculum lib. 1. de fabulosis antiquorum gestis legimus, terram tanquam vas aliquod rerum quæ fierent putantes, matrem appellarunt. A Græcis similiter*

militer terra mater, mutato deinde paululum verbo Δημήτηρ est dicta, vt Orpheus testis est, qui terram omnium matrem dixit, diuitias largientem. Cui astipulatur quoq; Marcus Varro de re rustica lib. 3. & Plinius lib. 2. cap. 25. Huc quoq; pertinet Cæsaris somnium, qui in somno, matri stuprum intulisse visus est, quo admonebatur futurum esse, vt orbem terrarum subigeret, per matrem enim, terram quoq; intelligebat, vt est apud Suetonium in eius vita. Verùm Breuer historiam legis quoq; apud Plinium libro 15. cap. 30. Valerium Maximum lib. 7. cap. 3. Ouidium lib. 2. Fastorum.

Ardea ciuitas.

Ardeam Rutuli habebant] *Dicta est hæc Latij ciuitas, Vel ab regionis feruore, vt astipulatur Martialis.*

Ardea solstitio, Pestanaq; rura petantur,
Quiq; Cleonæo sydere feruet ager.

Vel ab augurio auis ardeæ, quæ altissima quoq; volando petit, quæ Græcis ἐρωδιὸς, vt Virg. lib. 7.

Quam dicitur vrbem
Acrisioneis Danae fundasse colonis
Præcipiti delata noto, locus Ardea quondam
Dictus, auis & nunc magnum manet Ardea nomen.

De hac ciuitate lege Strabonem, & Plinium lib. 3. cap. 5. & lib. 35. cap. 3. Meminit etiam eius Mela lib. 2. cap. 4.

Ardeæ obsidionis causa.

Eaq; ipsa causa] *Dionysius Tarquinium prætendisse scribit, ideo bellum ipsis motum quòd Romanos exules suscepissent, & cum eis de reditu conspirassent.*

Aulicorum mos.

Suam quisque laudare] *Notabis ex hoc loco aulicorum mores & vitam, qui quàmprimum conuiuantur, & liberius bibunt, & bene poti liberrime quidquid animo reconditum est, effutiunt. Vnde probè Athenæus de potatoribus differens huiusmodi prouerbium eleganter vulgò dici solere scribit, τὸν οἶνον οὐκ ἔχειν πηδάλιον, id est, Vinum non habere clauum. Propterea quòd ebrietas nihil consulte, neq; moderatè, vel dicat vel faciat. Obruitur quippe ratio, quo clauis vice sobrios moderatur atq; gubernat.*

Vinum non habere clauũ.

Collatia ciuitas.

Pergunt inde Collatiam] *Ciuitatem, quæ non procul ab vrbe in via Tiburtina erat, de qua Plinius lib. 3. cap. 5. Volaterranum lib. 6. cap. 1. Vrbanorũ comment. cuius hodie ne murorum quidem vestigia extant.*

Lanificium honestissimum apud Romanos habitum.

Lanæ inter lucubrantes ancillas] *Honesto matronæ & matrisfamilias notatu dignũ exemplum. Quippe apud matronas quondam lanificium magnæ laudi fuit, lanamq; fecisse mulierem, pudicitiæ & probitatis signum erat. Quo enim tempore inter Romanos & Sabinos fœdus ictũ est, cum Romulo & Tatio conuenit, vt Sabinæ ab omni opere, præterquã lanificio immunes forent, vt apud Plutarchũ in Problematis legimus. Præterea Pagani, vt lanificiũ veteribus cordi fuisse ostenderent, sponsam nuptiarum die, colum comptam, et fusum cum stamine, ad virum offerre iussere. Quem morem etiam hodie apud multos, & præcipuè apud Iberos coli, obseruariq; legimus apud Alexandrũ ab Alex. lib. 4. cap. 8. Meminit Plinius lib. 29. cap. 2.*

Mors spontanea.

Cultrum quem sub veste] *Apud Romanos namq; priscos laude dignum erat, in re honesta, & reipub. vtili sibi ipsi inferre manum. Apud Thebanos tamen, qui mortẽ spontè oppeteret nulla omninò laude dignum erat, quin potius criminis dabatur, eoq; facinore pudendam inscitiam coarguebat suam, velut sui carnifex immanisq; naturæ foret. Athenienses verò cum necem sibi quisq; manu consciuisset, defuncto cadaueri manum tanquam facinorosam abscindebant, illamque diuisam à corpore inhumatam relinquebant. Quod Platonis documentum fuit, qui censuit, optimum quemq; infracto animo vim fortunæ & calamitatum incursus potius ferre, & nisi cùm deus promissus aduenerit, neminem iniussu Dei mortem sibi consciscere oportere. idq; magnificentius præclariusq; multò videri.*

Exulesq; esse iuberet] *Tarquinio enim clausæ sunt vrbis portæ, atq; exilium publicè indictum. Eius filij è castris eiecti, reliqui in Hetruriam patrem secuti sunt. Sextus patris iram veritus, Gabios veluti in peculiare regnum exul abijt. Hunc autem diem quo exactus est, Tarquinius, regifugium in posterum Romani vocarunt. Quis autem dies is fuerit variant autores, apud quos plura & diuerso regifugia leguntur, prout annotatum est circa initium Chronologiæ huic editioni adiectæ, & late explicat Onuphrius Panuinius in commentarijs lib. 1. Fastorum.*

Regifugij dies.

Præfectus vrbis.

A Præfecto vrbis] *Dionysius ab interrege comitia habita scribit, sed in eo controuersia nulla est. Nam & ab interrege & Præfecto vrbis simul habita sunt ea comitia, quibus primi consules creati sunt, tùm ij profuerit Lucretius Tricipitinus Lucretiæ pater, qui erat idem interrex, idem vrbis præfectus. Interrex, quòd cum senatus habendis comitijs Brutum et ceferenter creasset, Præfectus quòd ei Tarquinius ad bellum proficiscens curam vrbis mandauerat. Præfectum verò vrbis Romulum instituisse tradit Tacitus lib. 5. Sed præcipua ex Pisone gloria, quod præfectus vrbi recens, continuam potestatem, & insolentia parendi grauiorem, mirè temperauit. Namq; antea profectis domo regibus ac mox magistratibus, ne vrbs sine imperio foret, in tempus deligebatur, qui ius redderet, ac subitis mederetur. Feruntq; à Romulo Dentrem Romulium, pòst à Tullo Hostilio Numam Martium, ab Superbo Tarquinio Sp. Lucretium impositos. Deinde consules mandabant. At pòst introductum Romæ Præturæ magistratum, desijt præfectus vrbis fieri, nisi quòd Latinarum causa, profectis vrbe consulibus relinquendus erat præfectus vrbis, idq; religionis potius causa, quàm quod eo magistratu magnopere opus esset, de quo Gellius lib. 14. capite vltimo. Cæterùm Augustus bellis ciuilibus Cilniũ Mecœnatem equestris ordinis cunctis apud Romam atq; Italiam præposuit. Mox rerum potitus ob magnitudinem populi, ac tarda legum auxilia, sumpsit è consularibus, qui coerceret seruitia &c. De præfecto vrbis titulus extat in Pandectis qui satis ostendit, quod munus præfecti vrbis sub imperatoribus deinde fuerit.*

Comitia triplicia.

Comitijs centuriatis] *Quia crebro comitiorum mentio tum apud Liuium, tùm alios quoq; autores fit, ideo sciendum est triplicia potissimùm apud Romanos comitia fuisse, Curiata, Centuriata, & Tributa. Ex his Curiata antiquissima fuerũt, quippe quibus ipse Romulus fit, eoq; tempore totius reipub. suta per sententias Curiarum expediebatur, autore Pomponio ff. de origine iuris. Hæc autem comitia Curiata in creandis magistratibus maioribus, cum Centuriata à Seruio Tullio instituta fuissent, obolita sunt, in minoribus autem etiam pòst exactos reges ad annos sexaginta tres circiter permanserunt. Vnde Gellius lib. 12. ait, Minoribus magistratibus magistratum tribunis comitijs, sed iustius Curiata lege dari, & Tacitus lib. 11. auter ẽst, questores sub regibus lege Curiata creatos, quã legem L. Brutus repetierit. In quibus etiam alijs rebus Curiata comitia auspiciorum gratiam Repub. remanserunt, vt in re militari. Nam cõsuli absque lege Curiata rem militarem attingere non licebat, vt scribit Cicero de lege Agraria contra Rullũ. & Liuius infrà lib. 6. Comitia Curiata, ait, rem militarem continere. Idemq; lib. 10. clarius ostendit his verbis Papirius C. Iunium Bubulcum magistrum equitũ dixit, atq; ei legem Curiatam de imperio ferenti, triste omen diem diffidit. Ex his constat neminem iure militari imperium habere potuisse, nisi ei id in vrbe Curiata lege datum fuisset, cuius rei etiam Cicero autor est libro primo Epistolarum ad Lentulum & ad Q. fratrem: Nemini autem Curiata lege imperium dabatur, nisi cui antea vel in comitijs, id est, Tributis vel centuriatis datus esset magistratus, vt tradit idẽ Cicero contra Rullum. Arrogationes etiam lege Curiata fiebant. Nam hac imperium constituebatur arrogatori in arrogatũ, Gellius libro quinto, cap. 19. Meminit eius Cicero in oratione pro domo sua ad Pontifices. Et Appianus libro secundo bellorum ciuilium scribit C. Cæsarem Octauianum iterum se parenti in adoptionem dedisse lege Curiata. Esse autem id à populo in adoptione confirmari. Hoc autem genus adoptionis postea in principem translatum est, quod alioquin iure antiquo necessariò per populum fiebat L. 1. C. de adopt. §. 1. Instit. Quib. mod. testam infirm. Omne enim ius populi lege Regia in imperatorem translatum est. Hæc autem Comitia auspiciorum causa remanserunt, vnde & Pontifices Auguresq; ijs intererant, vt tradit Cicero de prouincijs consularibus & lib. 4. Epistolarum ad Atticum, vbi de pactione Domitij cum consulibus loquitur, quam detexit Memmius & Gellius in loco suprà allegato. Hæc verò comitia per triginta lictores peragebantur ad speciem atq; vsurpationem quandam vetustatis, autoribus Cicerone de lege Agraria contra Rullũ, & Gellio libro decimo quinto, capite vigesimo septimo.*

Comitia curiata.

Imperium lege curiata dabatur.

Adoptiones lege curiata fieri solitæ.

Comitia centuriata.

Secunda ratio comitiorum Centuriata dicitur, quam excogitauit Seruius Tullius rex, in qua sic omnia instituta ac ordinata erant, vt ea comitia in potestate optimatium essent, ipsaq; plebs nihil posset. Quare aucta postea ciuitate & Tribuum numero, vt inquit Liuius, consummato recessum est, ab instituto Tullij ad seruandã ordinum concordiam. Nam cum primùm centuriæ omnes, centum & nonaginta tres essent, autore Dionysio, primo classis in qua ditissimi erant, prima vocabatur ad ferendum suffragium. Habebat autem ea classis octo & nonaginta centurias. Secunda viginti, quorum duarum classium centuriæ si consentirent reliquas numero superabant, eaq; ratione suffragia nunquam ad infimam plebem perueniebant, vt & suprà ostensum est sub vita Seruij Tullij. Postea verò, vt concordia ordinum, vt diximus, conseruaretur, comitia hæc sic haberi consueuere. Primùm omnium ex omni numero centuriarum fortitò prærogatiua constituebatur Centuria, quæ prima in suffragium

Prærogatiua centuria.

mitte-

Primo vocatae centuriae.

mitteretur. Deinde prima classis Centuria vocabantur, & secunda, quas primò vocatas Centurias appellabant. Cicero Philippica secunda. Ecce Dolabella comitiorum dies: sortitio praerogatiuae, quiescit: renunciatur, tacet: Prima classis vocatur, renunciatur, deinde vt assolet suffragia, tum secunda classis vocatur, quae omnia citius sunt facta, quàm dixi. Et Liuius libro nono: Nemini dubium erat, quin Quint. Fabium omnium consensu destinaretur, eumq; & praerogatiua, & primò vocatae omnes Centuriae Consulem cum L. Volumnio, dicebant. Post haec autem vocabantur tribus, quas iure vocatas dicebant.

Tribus iure vocatae.

Liuius quarto, haud inuitis Patribus. P. Licinium Caluum praerogatiuae trib. nihil eum nō petentem creat, moderationis expertae in priore magistratu virum, caeterùm iam tum exactae aetatis, omnesq; deinde ex collegio eiusdem anni refici apparebat, qui prius quàm renunciarentur, iure vocatis tribubus permissu interregis. Pub. Licinium Caluum ita verba fecit. Et Cicero de lege agraria contra Rullum: Itaque me non extrema tribus suffragiorum, sed primi illi vestri concursus: neque singulae voces praeconum, sed vna voce vniuersus populus Romanus consulem declarauit. Ex his satis constat, hanc comitiorum formam admixtis tribubus, quasi duplicem factam. Quod etiam Asconius in Verrinam secundam testatur. Praerogatiuae (inquit) sunt tribus, quae prima suffragium ferunt ante iure vocatas. Mos enim fuerat, quò facilius in comitijs concordia seruaretur, bina de ijsdem candidatis comitia fieri, quorum tribus prima praerogatiua dicebantur, quos vellent consules fieri. Secunda iure vocata, quod in his sequente populo, praerogatiuarum voluntate omnia complerentur. Tribus autem hic in priore membro pro Centurijs accepisse videtur Asconius. Neque enim apud autores tribus praerogatiuae, sed Centuriae dicuntur.

Praerogatiua quid.

Praerogatiuam autem istorum comitiorum volebant esse Romani, authore Cicerone libro primo de diuinatione: Quare etiam nomen illud ore usurpatur. Nam & praeiudicium siue authoritatem quandam significat, vt apud Liuium libro primo Decadis tertiae, in principio. Et Cicero actione in Verrem secunda, pulchra dialogia ludit in Metellum, qui cum magna pecunia, à Verre, qui tum reus erat accepta, atq; in praerogatiuam Centuriam erogata, Praetoram nactus fuisse, vel emisse potius existimaretur, praeiudicio suo reū Verrem iuuabat. Hic, inquit Cicero, Metellum, quàm sit ille amicus attendite: dedit enim praerogatiuam suae voluntatis eiusmodi, vt isti pro praerogatiua reddidisse videatur. Priore loco praerogatiua hic pro praeiudicio accipitur, in posteriore verò pro Centuria. Sed & Iureconsulti hac voce variè vtuntur, modo pro authoritate & eminentia quadam, modò pro iure quodam specialiter indulto. Vlpianus in l. Rescripto, & l. numerum ff. de muneribus & honoribus. l. obseruare, ff. de officio procos. l. Si quis. C. de episcop. & Clericis.

Comitia vel bona.

Cùm autem haec duo genera comitiorum, ob auspiciorum rationem, patrumq; authoritatem optimatum potentiae obnoxia viderentur, tulit legem P. Volero, vt plebeij magistratus tributis comitijs fierent, in quibus nec auspicia seruabantur, nec authoritas patrum requirebatur, sed plebes per triginta quinque suffragia nullo, nec religioso aut sacro, nec ciuili vinculo astricta ferebat. Propositis igitur tribus comitiorum generibus, videamus quomodo singula discreta à se inuicem fuerint.

Comitiorū differentia.

Curiata comitia à tributis ita differunt, quòd Curiata & antiquiora sunt auspicatòque fiebant, & patres ijs comitijs autores erant. Quorum ante legem Actiam Fusiam in tributis nihil obseruabatur. Praeterea tributa ex regionibus & locis (vt inquit Gellius) conficiebantur. Curiata ex ratione sacrorum secundum quam à Romulo constituta erant, fiebant. Vtrisq; tamen hoc cōmune fuit, quod mixtim suffragium ferebatur in quo etiam à Centuriatis differunt: nam ijs comitijs populus censu, ordinibus aetatibusq; descriptus, adhibebatur in suffragiū, vt inquit Cicero lib. 3. de legib. Centuriata comitia etiā saepe vna die confici non poterant. Tributa verò vna die perfici necesse erat. Praeterea Curiata & Tributa, cùm in vrbe, tum in campo habere fas fuit. Centuriata verò in vrbe haberi non poterant, cuius rei authores sunt. Dionysius libro nono. Liuius libro tricesimo septimo. Dion Cassius libro tricesimo primo, & Gellius lib. decimo quinto, capite vicesimo septimo. Vnde liquidò apparet vehementer errare eos, qui ducem sententiae suae secuti Flauium Blondum libro Romae triumphantis tertio. Curiata & tributa comitia eadem fuisse asserunt, & multò magis eos, qui Festum celebrem Grammaticū imitati ex Curiatis & Centuriatis idem comitiorū genus faciunt. Haec quàm breuissimè de antiquis comitiorum generibus, quibus Romani cùm in magistratibus creandis, tùm in legibus ferendis, siue reo iudicando vtebantur, ascribere placuit. Quod si quis plura hac de re cognoscere volet, legat Gruccbij libros de comitijs Romanorum, quibus in hac materia nihil eruditius prodijt.

Consules duo cur.

Consulare imperiū cur annuum.

Duo consules] *Duo autem consules ideo creati sunt, vt si vnum improbum esse maluisset, alter eandem habens potestatem, collegam coërceret. Placuit quoque ne imperium consulare longius quàm annuum esset, ne propter magistratus diuturnitatem insolentiores, superbioresq; essent, sed ciuiles se semper redderent, qui se post annum scirent magistratu abituros. Vide Fenestellam cap. 7. de magistratibus Roman. Blondum lib. 3. Romae triumphantis. Pomponium tit. 2. lib. 1. digestorum. Augustinum lib. 3. cap. 16. Ouidium lib. 2. Fastorum. Ciceronem lib. 3 de legib.*

IN T. LIVII HISTORIARVM LIBRVM SECVNDVM OBSERVATIONES, EX VARIIS DOCTORVM LVCVBRATIONIBVS EXCERPTAE: PER LIVIANAE LECTIONIS STVDIOSVM.

Consulum iura.

OMNIA iura] *nimirum lictores cum fascibus, trabeam praetextam, sellam curulem regiam, caeteraq; regum insignia: Id tantum cautum est, vt alter consul fasces XII. securibus alligatos, alter verò virgarum fasces tantùm cum lictoribus haberet, idq; alternatim singulis mensibus, donec annuū eorum imperiū expleretur, faceret.*

Conscripti vnde dicti.

Qui patres, quiq; conscripti essent] *De Patrum nomine, suprà scriptum est in vita Romuli, itidemq; senatorum, cur verò conscripti dicti sint, autores variant. Liuius siquidem Plutarchus & Tacitus patrum conscriptorum originem Bruto tribuunt. At Onuphrius in ciuitate Romana, patrum conscriptorū originem inde manasse credit quod cum Romulus, Sabinos, Etruscos, & multos alios ad Asylum confugientes, aequo iure in ciuitatem suscepisset, & in Lucerum, Tatiensiumq; tribus coniecisset, pace cum Tatio facta, ex veteribus & illustrioribus familijs, senatorum numerū, vt & patritiorū ad ducentos auxerit & duplicarit. Et ab hac secunda Romuli & Tatij senatorum lectione patrum conscriptorū nomen manasse credendum est. Nam si conscriptū esse, idem est quod allectum, cur hi, qui in ordinem iam institutum cooptati sunt, conscripti non sunt appellandi? Persomus lib. 1. de Graecorum magistratibus diuersum sentire videtur Patres (inquiens) Romulus centum creauit, quorum liberi patritij appellati sunt. Ad hos autem centum, qui à Bruto additi sunt exactis regibus ducenti, vocati sunt conscripti, deinde factum est, vt omnes conscripti vocarentur: Maioragius in suo de senatu Romano libello cap. 2. quatuor Senatorum genera statuit: Patricios, Conscriptos, Allectos & Pedarios. Patritij ex eius sententia vocabantur omnes, vel maiorum vel minorum gentium, qui post L. Bruti institutionem à senatoribus patritij generis oriebantur. Conscripti dicti sunt illi, qui consulum, Censorúmue decretis in senatu essent scripti notati, quae appellatio (Maioragij sententia) principium habuit ab ipso Iunio Bruto, qui cùm senatorum numerum statuit augere, nō solùm patricios elegit, sed etiam ex equestri ordine, quos virtute ac nobilitate reliquis praestare intellexit, atque eos conscriptos patres, quasi vnà cum patritijs in senatorum albo conscriptos nominauit, ex quo tempore patrum conscriptorū appellatio, locum habere coepit.*

Allecti.

Allecti dicebantur, inquit Tellus, qui propter inopiam ex equestri ordine in senatum assumpti fuissent, fiebat enim interdum, vt, vel propter hominum penuriam, cùm bellorum cladibus exinanita esset respub. vel propter fauorem & gratiam, non tantùm ex equestri ordine, quem Alexander Seuerus aiebat senatus esse seminarium, sed etiam ex Libertino genere, vel ex nouis ciuibus aliqui in senatum allegerentur, qui ideò vocabantur Allecti, & in conscriptorum numero ponebantur. Plutarchus enim in Problematib. ita scribit: Cur senatores alios patres conscriptos, alios tantùm patres appellabant? An eos, quos ab initio Romulus delegerat, Patres ac Patricios nominabant, quasi bonis parentibus natos, reliquos deinde ex plebe electos, & adscriptos in senatum, conscriptos vocitarunt.

Pedarij senatores.

Pedarij dicti sunt, qui non habebant sententiae dictionem in senatu, sed in aliorum sententiam pedibus ibant. De quibus alibi suo loco dicetur.

Rex sacrificulus.

Regem sacrificulum creant] *Idem tradit Dionysius initio libri quinti. Primum autem regem sacrificulum M' Papirium ex patricijs creatum scribit Dionysius loco preallegato. Regis porrò vxor appellabatur Regina, quæ & ipsa aliquot sacra facere solebat. De qua Macrobius in lib. Saturnalium mentionem facit. Creabatur autem rex sacrorum comitijs Centuriatis, quemadmodum apud Gelliũ lib. 15. cap. 27. refert Lælius Felix.*

Collatinus remouetur.

Ciuitate cessit] *Huius abdicationis Collatini, non eadem causa ab omnibus traditur, cum Liuio faciunt Plutarchus in Publicola: L. Piso apud Gellium lib. 15. Hanc autem opinionem Dionysius irridet & refutat. Ortam autem esse dissensionem inter Brutum & Collatinum ait, cum Brutus supplicio de filijs, qui de recipiendis in vrbem regibus consilia habuerant sumpto, pariter in sororum Collatini filios coniurationis eius socios animaduerti vellet. Quos cum pro patris potestate quæ praditus erat, eximere pœna Collatinus vellet, Brutum missis in suffragia populo ei magistratum abrogasse. Pisonem sequitur Cicero 3. de officijs, & in Bruto: Dionysium Zonaras.*

Vitellij.

Vitellijs] *Quorum soror Brutorum iuuenum erat mater. Verùm Dionysius Vitelliorum nominibus suppressis, Gellios subijcit, Marcum videlicet, & Manlium, fratres vxoris Bruti.*

Aquilij.

Aquilijsque] *qui nati erant ex sorore Collatini Tarquinij consulis.*

Vitellij à Vindice proditi.

Cœnatũ fortè apud Vitellios] *Dionysius ab Aquilijs ad cœnam vocatos scribit, in qua cõspirauerint omnes, liberius viuendi desiderio capti, Tarquinios in vrbem noctu clam recipiendos esse, quos propediem recepissent, nisi à Vitelliorũ seruo, vel vt alij scribunt, à captiuo quodã ex vrbe Cenina, cuius nomẽ erat Vindicius, cõsilia patefacta, literaq; à ioss. vel vt Dionysius ait, à Publicola intercepta fuissent.*

Legati sacrosancti.

Legati intercipi possunt maximè perferentes hostium mandata.

Ius tamen gentium valuit] *Erat enim veteribus ius legatorũ sanctum & inuiolabile, cum hominum præsidio munitũ, tum diuino iure defensum, quod etiam in medio belli furore, & inter hostiũ tela incolume seruabatur. testis Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 3. Verum vt Romani hic pro modestia sua statuerunt. Sic alia exempla in contrariũ sunt. Nam & Athenienses interceperunt Legatos Lacedæmoniorum euntes ad regem Persicum, vt eum sibi adiungerent contra ciuitatem Atticam, vt recitat Thucidides lib. 2. Et Romani ceperunt legatos Hannibalis, euntes ad regem Macedonicum, vt narrat Liuius libro 3. Decad. 3. Quæ exempla ostendunt fuisse vsitatum, legatos hostium perferentes mandata nocitura patriæ intercipere.*

Regifugium quo mense factum.

Seges matura messi] *Ex his Liuij verbis quidam euincere conantur regifugium in Iunio potius aut Quintili, quàm Martio aut Aprili, vt plurimi volunt, factum esse. Cæterum Onuphrius hæc Liuij verba de segete matura messi minimè obstare putat. quò minus reges exacti, consulesq; 6. Kal. Martij creati esse dici possint. præsertim cùm à regũ electione, vsq; ad eorundem bonorum publicationem, multa interim gesta fuisse dicantur, quæ non nisi tribus mensibus cõfici potuerunt, vt manifestè ex Dionysio constat. ea autem quæ de segete matura messi a Liuio referuntur, circa mediũ vel finem mensis Maij facilè esse potuerunt. Quo mense fasces cum securibus penes Brutum erant, quos eo mense Martio concedente collega prior habuerat. Aprili Collatinum Maio autem iterum Brutus. Alternabant enim per singulos menses fasces cum securibus, ne si ambo fasces & secures haberẽt, duo reges pro vno creati viderentur. quo tempore messis apto occisis coniuratis, bonisq; regum publicatis, agrũ Marti cõsecrarũt, qui campus Martius est appellatus. Neq; verisimile est, si primi consules, vt quidam volunt, VII. Kal. Iunij creati sunt, tot ante maturã messem, quot gessisse narrãtur. fecisse, cùm ante medium mensis Iunij in agro Romano omnes vndiq; tritici messes in horrea congregentur.*

Virgis Romanum cædi nefas.

Virgis cædunt securiq; feriunt] *Fuit enim mos apud Romanos, vt hi, qui capitis supplicio damnati essent, virgis prius, quemadmodum etiam, apud Iudæos cæderentur, qui tamen mos lege abrogatus est. In Romanis enim castris, qui militabant, si quid deliquissent, si externi flagellis & virgis. si verò Romani ciues forent, vitibus cædebantur. Liuius deinde Drusus & C. Gracchus tribuni plebis, ne liceret quempiã Latini nominis virgis afficere, sed vitibus plebiscito sanxerunt, in hac re Latinos Romanis coæquantes. Vide Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 10. in fine. Est autem hic paternæ seueritatis exemplũ, cuius quoq; mentionem faciunt Valerius Maximus lib. 5. cap. 8. Sabell. lib 3. cap. 3. Ethnic. exempl. Platina lib. de optimo ciue.*

Vitibus Romani milites delinquentes cædebantur.

Triumphansq;] *idq; primum, quadriiugo curru, vt Plutarchus prodidit, vrbem ingressus.*

Funebrium orationum origo.

Collegæ funus] *Corpus eius in foro positum collaudans. Atq; hinc funebrium orationum apud Romanos origo. Primus enim fuit Valerius Publicola, qui supremas Bruti laudes accurata oratione prosecutus est, post quem deinde institutum est, vt clarorum virorum in funeribus solennis laudatio esset. Nam & Appij decemuiri defuncti laudationem sequutis temporibus plebs æquis auribus audiuit. Et Scipionem in funere supremo, vt hominem diuinum Maximus commendauit. De qua consuetudine lege Blondum lib. 2. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 7. Dionysium Halicarnass. lib. 5.*

Annus luctus Romanis.

Matronæ annum] *Tantum honorem Bruto, quantum maritis suis tribuentes. Mos enim erat Romanorum, vt defunctos maritos per annum lugerent, eoq; temporis spacio viduæ manerent, teste Valerio lib. 2. cap. 1. Annum autem hunc ex sententia Rauardi lib. 1. Variorum, cap. 20. ita accipe, vt illo annus Romuli, hoc est, decem duntaxat menses comprehendantur. Nam etsi Numa Pompilius decem mensibus non contentus, anno duos adiecerit, tamen luctus legitimũ tempus non prorogauit. Testis huius est Plutarchus, scribens, longissimum tempus luctus mensium decem etiam Numam voluisse. Et huc referendi sunt versus Ouidij lib. 1. Fast.*

> Per totidem menses a funere coniugis vxor
> Sustinet in vidua tristia signa domo.

Quibus autem modis & causis minuerentur lamentationes, cùm Liuius lib. 2. de bello Punico, tum Nonius Marcellus satis ostendunt. Tu ea de re multa leges apud Blondum lib. 2. Romæ triumph. Senecã lib. 16. ad Lucilium Epist. 99. Alex. ab. Alex. lib. 3. cap. 7. Sabell. lib. 7. capite 1. & lib. 10. cap. 25. Ethnic. exemplorum.

Summittere fasces.

Summissis fascibus] *Hinc elegans prorepsit adagium, vt cùm damus, & herbam quodammodo porrigimus, vincique nos planè fatemur, summittere fasces dicamur, astipulãte Cicerone in Bruto. Porrò fasces summittere Cælius lib. 12. lectionum antiquarum, cap. 7. interpretatur, non surrectos tenere, vt solebant primi lictores, vt visendos eos præberent, ostentarẽtq; ad terrorem increscentis audaciæ, sed deprimere & ante pedes quodammodo deijcere.*

Collegam subrogauerat] *Exactis enim regibus duos semper consules creari voluerunt, penes quos summa totius imperij esse deberet, quorum vno morte sublato, statim alius, qui reipub. salutem promoueret, subrogaretur, ne sub vnius imperio esse dicerentur.*

Velia.

Summa Velia] *Eam montis Palatini partem, quæ forum Romanum aspicit, quæq; in ortum æstiuum spectat, Veliam vocabant, vbi superioribus annis Mariæ nouæ templum sacratum est. Dictaq; Velia, quòd olim ante ouium tonsuram inuentam, Pastores eodem in loco lanam vellere consueuerint. Vide Pomponium Lætum parte 17. Marlianum lib. 3. cap. 6.*

Munito loco] *Erat quippe is locus, Plutarcho referente, difficili accessu atq; arduo, vt eo descendente, ipse quoque aspectus Pompæ magnificus ex loco edito apparens, regiam dignitatem & fastum præ se ferret. Hinc verò disces nullam fidem esse tam spectatam, quæ non suspitioni & infamiæ subiecta sit.*

Delata confestim materia] *Iouianus scribit, nocturno tempore, non exigua fabrorum operariorumq; conducta manu, domum omnem ab imis fundamentis tanta festinatione diruisse, vt glißcente iam die ædificium vniuersum solo æquatum viderent. Plutarchus, cum amicis postmodum habitasse ait, donec populus ipse ædificandæ domus locum dederit: quo accepto plebis sumptibus aliam domũ magnificentißimè ædificauit eo in loco, vbi fanum erat curiæ publicæ. Notabis autem hoc loco, mirum in modum honorum virorum adaugeri existimationem & dignitatem.*

Publicolæ cognomen.

Cognomen factum Publicolæ] *Quasi plebem colentis, vel vt Plutarchus interpretatur, publica edentis. Quod nomen in posterum dimisso priore (antea enim P. Valerio ei nomen fuerat, à Valerio patre inditum) vsurpatum est. Publicola igitur exemplo discendum est, magistratus boni officium esse, decedere de suo interdum iure, quò subditi rebelles ac maleuoli, non tam pœnis, quàm beneuolentia, humanitate, imò beneficijs quandoq; vincantur.*

De prouocatione aduersus magistratus] *Plutarchus tres leges à Publicola latas numerat, quibus plurimum roboris plebi adiecisse ait. quarum prima permisit, reis dicta iam sententia a consulibus prouocationem ad populum. Secunda statuit capitale esse, si quis iniussu populi magistratum adiret. Tertia demum, quæ pauperibus prospexit, & ciuium vectigalia sustulit. Satis enim stipendij pauperes pendere videbantur, si liberos tollerent.*

Prouocationis remedium.

Aduersus magistratus] *Hac lege consulare imperium dissolutum fuisse, Liuius infrà lib 4. scribit: A dictatore tamen ad populum prouocare non licuit, vt idem infrà lib. 2. tradit.*

Valeria lex maiestatis.

Sacrandoq; cum capite bonis eius] *Hæc lex propriè ad crimen maiestatis pertinuit, vt annotat Zasius ad legem Valeriam de prouocatione, qua occiderũt. Postea Sp. Caßium, Sp. Melium, M' Manlium*

Sacrare caput cum bonis.

lius. Pecunia autem, quæ ex bonis damnatorum redigebantur, sacra erant Cereri, authore Dionysio lib. 10. Sacrare autem hoc loco, vt annotat Budæus in posterioribus annotationibus ad Pandectas, est deuouere & detestabile decernere, & ita morti addicere, vt impunè occidi & violari possit. Sic sacri homines detestandi & execrabiles dicuntur, quos Græci ἐναγεῖς, ἐξαγίστους, μιαροὺς, ἐναρέτους, φαρμάκους, καθάρματα appellant. Erant enim Catharmata, homines qui peste expianda, aliaue quamorbo immolabantur Dijs.

Sacri homines.

Veientes.

Veientium bellum] Veientes Italiæ populi, de quibus Plinius lib. 3. cap. 5 & lib. 2. cap. 98. & lib 3. cap. 17. Veij autem nostra tempestate ea loca inhabitare putantur, vbi nobilia veteris oppidi vestigia sub Vesinorum ditione apparent, quæ adhuc Veiana appellantur, teste Volaterrano libro 5 Geograph.

Auguria oblatiua & impetratiua.

Mortuum eius filium] Auguria duorum generum erant, quædam oblatiua, quædam impetratiua. Impetratiua petebantur à Dijs, nec in impetrantis potestate erat, ea vel accipere, vel non accipere, vel agnoscere, vel non agnoscere. quæ vltrò nobis non petentibus facta & oblata erant, in potestate nostra erant. Nam non agnoscere vel agnoscere licebat. Sicetiaq; Horatius Funus non agnouit, nec ad se pertinere significauit, sed ad alios, cum dixit efferte, quasi ipsorum cadauer esset, alij eum respondisse dicunt, vt refert Saturnin. cadauer sit, Turneb. libro 5. aduersar. cap. 7.

Lartes.

Lartem Porsennam] Lartes Hetrusco vocabulo monarcha, regum Lucumonum, qui duodecim erant, maximus, & sic Lartis dignitatis non proprium est, vt annotauit Cuspinianus in Consulibus. Fuit autem Porsenna Clusinorum rex, qui in Hetruria erant.

Rei inter deos hominesq;] De hac sententia, quòd regnum res sit inter deos homineséq; pulcherrima, vide notata per Cælium lib. 4. cap. 25. lectionum antiquarum.

Cumæ.

Alij Cumas] Nobilissimam Campaniæ ciuitatem, quæ à Chalcidensibus ex Euboea profectis ædificata, & ab Hippocle Cumani cognomine dicta est, Qua de re Strabo lib. 5. Plinius lib. 3. cap. 5. Volaterranus lib. 6. cap. 6. Vrban. Com. Meminit quoq; Plutarchus in Hannibale, & Mela libro 2. cap 4. de situ orbis.

Impensum precium.

Quia impenso precio venibat] Hic impensum precium pro magno Liuius dixit, vnde & impensè aduerbium, quod est & valde, & vehementer. Hoc verò in loco eruditissimi viri velut in luto hæserunt, prout vir doctissimus Turnebus libro aduersariorum quarto, capite secundo testatur, sententia nescio quid abesse suspicati, addito supplemento, omni sumptu adempto concessum priuatis legerunt. at ille, nec malè, saluam & incolumem arbitratur esse sententiam, si aliter distinguatur, Interpunctio enim nō posita loco à sensu aberrare facit, sic igitur distinguendum censet. Venibat, in publicum omni sumptu, ademptum priuatis. Ad tuerendam enim & oblandiendam voluntatem plebis, dicit salis vendendi arbitrium & potestatem ademptam priuatis, qui eum magnò vendebāt, & de publicandum plebi, sumptu illo & onere in Rempub. recepto Omni igitur sumptu in publicum absolutè dicitur sine participio, quod apud veteres non rarum nec infrequens est. Id autem valet, vt is omnis sumptus esset Reipub. & impensa: Nannius autem libro quinto συμμίκτων legendum arbitratur. Salis quoque arbitrium vendendi, quia impenso precio venibat in publicum, sine omni sumptu ademptum priuatis. Vt hic sit sensus. Arbitrium salis vendendi ademptum priuatis, quia impensò precio, hoc est permagno venibat. Venditum autem publicè fuisse sine omni sumptu, detractis oneribus itinerum & vectigalium, et præter precium salis nihil sit solutum.

Portoria quid.

Portorijs quoque] Portoria pecunia erant, quæ portitoribus pendebantur, id est, ijs, qui mercedes ex mercibus in portum deuehendis exigebant. Vnde circumuectionis quoque nomine portorium appellatum est. Hæc autem portoria à regibus exacta fuisse indicat Plutarchus in Publicola & Dionysius.

Coclites.

Horatius Cocles] Coclites dicuntur, authore Plinio libro vndecimo, capite 34. qui altero lumine dempto nascuntur. Vnde Horatium quoque, quòd oculum in clade amisisset, primum Cyclopem nominauêre quidam, mox delapsa loquendi consuetudine, Coclem dici contigit, quanquam Coclitem plures scripserint, Vide Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 9.

Ianiculus.

Ianiculum] Montem altissimum Transtyberinæ regionis, quem Romani iam validioribus firmârant munitionibus, ac præsidijs, prouidentes omnino, ne fieret hostibus aduersus vrbem opportunus.

Transitus pons.

Transitum pontem] Nisi inter prætereà transitum pro transibilem, vt inuictum pro inuincibilem, infractum qui frangi non potest. Nannius libro quinto συμμίκτων non videt quis sensus emergerè possit. Atq; reiecta lectione Codicis Buslidiani legendum esse putat, Si transitui pontem a tergo reliquissent: Transitum, hoc est ad transeundum, prout ipse arbitratur.

Impetum sustinuit] Dionysius vltra flumen dimicatum esse, scribit iusta acie, & rem demum rem Romanam apertè inclinasse, Hetruscumq; mixto agmine in vrbem irrupturum fuisse. nisi Coclitis virtus ferocissimos hostium conatus fregisset. Est igitur Romanæ fortitudinis in re militari memoratu dignum exemplum.

Horatij Coclitis virtus.

Ad suos tranauit] Nec altitudine deiectus (vt inquit Valerius) quassatusue, neq; pondere armorum pressus. nec ullo vertice circuitu actus, nec telis quidem, quæ vndiq; congerebantur prostratus, tutum enatandi euentum habuit.

Portæ Romanæ.

Ad portam Collinam] Quia hîc mentio fit variarum portarum Romanarum, quarum non solùm in subsequentibus Liuius, sed & alij authores meminerunt, Ideo earum nomina hîc commemorare, & quædam de illis tractare, non intempestiuum est visum.

DE PORTIS, ET PRIMO DE PORTIS VRBIS ROMVLI.

VRbem (inquit) Plinius lib. 3. cap. 5. tres portas habentem Romulus reliquit, aut (vt plurimas tradentibus credamus) quatuor. Qui tamen earum nec locum nec nomina ponit, quæ ego ex Varrone, Sex. Pompeio, & alijs antiquis scriptoribus, coniecturaq; aliquot explicare conabor. Primam igitur fuisse existimo portam Mugionis à mugitu, quòd ea pecus in Buciatum antiquum oppidum exigebant. Hanc etiam fuisse crediderim quam Verrius Flaccus Trigoniam dixit. a tribus angulis cognominatam. Quam in vrbe Romuli versus arcum Titi Cæsaris fuisse, ex loco Dionysij liquet, & ex aliarum descriptione manifestum erit. Dionysius enim lib. 2. Ioui quidē Statori Romulus templum dedicauit apud portam Mugionis vocatam, quæ in palatium ex sacra via itur, &c. Altera Palatij porta fuit, nomine Romanula, de qua sic Varro: Alteram Romanulam, quæ est dicta ab Roma, quæ habet gradus in naualia ad Volupiæ sacellum. Et Sex. Pompeio Romana appellatur. Romanam, inquit. portam vulgus appellat, vbi ex Epistylio defluit aqua, qui locus ab antiquis appellari solitus est Statuæ Cinciæ: quòd in eo fuit sepulchrum eius familiæ. Sed porta Romana instituta est à Romulo eo infimo cliuo victoriæ, qui locus gradibus in quadraturam formatus est, appellata autem Romana à Sabinis præcipuè, quòd ea proximus aditus erat Romam. Hanc autem ex hoc loco ea vrbis parte fuisse oporteret, quà nunc Titi arcus est, quo in Sabinos iter erat, Tamen Dionysij & Varronis verba accuratè consideranda sunt, quibus etiam magis credendum est, qui hanc portam (si modò ea est, quam Sext. Pompeius Romanam vocat) gradus in naualia habuisse scribunt. quæ Tiberim versus & non omplius eatenus erant, Atque eam alio loco prope Velabrum fuisse affirmat Varro ijs verbis: Hoc sacrificium fit in Velabro. quà in nouam viam exitur, vt aiunt quidam ad sepulchrum Accæ, qui locus extra vrbem antiquam fuit, non longe a porta Romanula, de qua in priore libro dixi. Hoc autem peritis antiquarijs discutiendum relinquo, satis mihi sit controuersias scriptorum annotasse. Tertia porrò Palatij porta forum versus Ianualis appellata fuit. De qua sic Varro: Tertia est Ianualis dicta, ab Iano, & ibi positū est Iani signum, & ius institutum a Numa Pompilio, vt scribit in annalibus, & s. Piso, vt sit clausa semper, nisi quum bellum sit, Nusquam enim traditum est memoriæ, fuisse apertam, vt post T. Manlio Cos. bello Carthaginensi confecto, & eodem anno apertam. Hæc Varro, quam quidem cæremoniam prius in vrbis porta obseruatam fuisse arbitror. Post amplificato Pomerio, portaq; loco mota, id institutum fuit, vt in portis templi Iani, quod vicinum huic portæ erat obseruaretur. Hoc autem manifestè ex nummis æreis Neronis, Dione & Procopio colligitur. Hæc autem porta in foro Romano erat, appellaturq; à Liuio libro primo, porta vetus Palatij ijs verbis: vt Hostius cecidit, confestim Romana inclinatur acies (erant autem in foro) fusaq; est ad veterem portam Palatij, &c. Quo nomine etiam in Fastis ab Ouidio appellatur. De hac loqui puto Macrobium in libris Saturnaliorum, quum ait: Quum bello Sabinorum quod virginum raptarum gratia commissum est, Romani portam, quæ sub radicibus collis Viminalis erat, claudere festinarent, quia in ipsam hostes ruebant, postquam est clausa, mox spontè patefacta est. Quumq; Iterum & tertiò idem contigisset, armati plurimi pro limine, quia claudere nequibant, custodes steterunt, quumq; ex alia parte acerrimo prælio certaretur, subitò fama pertulit fusos à Tatio nostros,

Porta Mugionis.

Romanula porta.

Statuæ Cinciæ.

Ianualis porta.

Porta vetus.

quam ob causam Romani qui tuebantur territi profugerunt. Quumque Sabini per portam patentem irrupturi essent, fertur ex Iani æde per hanc portam, magnam vim torrentium vndis scatentibus irrupisse, multasq; perduellium cateruas aut exustas feruenti aqua aut deuoratas rapida voragine depressisse, ea re placitum, vt belli tempore, velut ad vrbis auxilium profecto Deo fores reserarentur. Piso etiam in annalibus memoriæ prodidit Ianualem dictum ab Iano, & ideo ibi positum Iani signum, & im institutum à Numa Pompilio, vt esset semper clausa, nisi quum bellum foret &c. Quod autem sub Viminalis collis radicibus fuisse scribit, non intelligo. Magis Varroni assentior, qui eam Palatij portam prodit, non Viminalis.

Has autem tres portas fuisse, ex Varrone ipso liquet, quæ primis muris vrbis Romuli fuerunt, ab eodem iussi tuta. Qui numerum in vrbe adhuc parua publico vsui satis facere posse videbatur. Portas Pandanam, Mugionam & Carmentalem, a primo Romuli murorum ambitu ex Varronis sententia exclusi. Sabinis autem cum eorum rege, T. Tatio in ciuitatem à Romulo adscitis, quum aucto Pomerio Capitolium vrbi inclusum fuisset, quartam demum sub Romulo portam vrbi additam fuisse constat, quæ Carmentalis nuncupata fuit, atque hac ratione tolli poterit, contradictio inter eos auctores, qui à Plinio citantur de vrbis Romuli portis, cùm alij de primo, alij de posteriore Romuli Pomerio loquantur. Carmentalis autem porta ab Euandri matre Carmenta nominata, sub Capitolio sita fuit inter saxum Tarpeium, & Tiberim versus, circum Flaminium. Quod his verbis declarat Liuius libro 27. Ab æde Apollinis boues, fœminæ duæ albæ porta Carmentali in vrbem ductæ. Post eas duo signa cupressea Iunonis reginæ portabantur. A porta Iugario vico in forum venere &c. Iugarius autem vicus ea Capitolij parte erat. De ea Virgilius: Et Carmentalem Romano nomine portam.

Carmentalis porta.

Iugarius vicus.

Plutarchus in vita Camilli ad Carmentalem inquit: Portam Pontius contendit, vt quid ageretur per silentium specularetur, Nam huic maximè directo Capitolium incumbit. Et Solinus: Pars infima Capitolini montis habitaculum Carmentæ fuit. Vbi & Carmentale fanum nunc est, à quo Carmentalis portæ nomen est. Eadem ratione Sext. Pompeius, qui templum aliud Iani fuisse extra portam Carmentalem prodit. Hæc postea, (vt inquit idem Sex. Pompeius) Scelerata porta dicta est, quòd per eam sex & treceni Fabij cum clientium millibus quinque egressi aduersus Hetruscos ad amnem Cremeram, omnes sunt interfecti, Vnde Ouidius in Fastis:

Scelerata porta.

Carmentis porta dextro est via proxima Iano
Ire per hanc noli quisquis es, omen habet,
Illa fama refert Fabios exisse trecentos,
Porta vacat culpa, sed tamen omen habet.

Hæc ab alijs Tarpeia & Veientina solet appellari, atq; hactenus de portis vrbis, quam Romulus dedit edens, coliquit.

PRocopius Cæsariensis libro primo de bello Gothico, quem ante mille annos scripsit, quatuordecim portas suo tempore vrbem Romam habuisse ijs verbis docet: Habet autem circumiectum vrbis murus portas 14. portulasq; alias quasdam, vnde & Gothi, quum minime possent cum vniuerso exercitu longiorem mœnium ambitum circumplecti, senis positis castris portarum inter capedines infestabãt. Quæ omnes præter vnam tantùm Aureliam, quæ vrbi Leonianæ inclusa est, adhuc ijsdem ferè nominibus supersunt. De quibus verba facturus aliorum scriptorum exemplo, à porta Flumentana Tiberi vicina, atque ea parte in ordine prima, initium sumam.

Flumentana porta.

DE PORTA FLVMENTANA, ALIAS FLAMINIA.

PRima post Tiberim in ordine portarum vrbis est porta antiquitus Flumentana, postea Flaminia, nunc populi dicta. Cuius sic meminit Sex. Pompeius: Flumentana (inquit) porta Romæ appellata, quòd Tiberis partem eà fluxisse affirmant. Hæc antiquitus non eo loco erat, quo nostra ætate est porta populi, alioqui Martius campus intra pomerium esset clusus, quod dicere absurdum est. Erat igitur ad Tiberis ripam circa locũ, vbi nunc sunt ædes Farnesiorũ, vel haud longè à campo Floræ ad Tiberis ripam è regione murorum, quos Ancus rex in Ianiculo erexerat. Vnde Liuius: Tiberis (inquit) infestiore quam prius impetu illatus vrbi, duos pontes, ædificia multa, maximè circa portam Flumentanam euertit. Extra quam portam Lucum Petilinum fuisse constat ijsdem eo verbis: Ita prodicta dio in Petilinum lucum extra portam Flumentanam, vnde conspectus in Capitolium non est concilium populi indictum. Hanc autem eo loco vbi nunc est transtulisse credo Aurelianum, quando ea parte vrbis mœnia propagauit, quæ postea à via Flaminia nomen obtinuit. De ea Procopius sic scribit: Inter portam namque Flaminiam & Prænestinam citra Tiberim castra via locauerant. Et alibi Bellisarium Prænestinam portam Bessa tradiderat custodiendam. Flaminiæ Constantianum præfecerat, quæ tamen prius impositis foribus & ingentium lapidum mole inædificatas obstruxerat, vt vix vllo molimine aperiri per quempiam posset, veritus maximè, ne ex vtram propinquis hostium castris cà insidiæ fierent, cæteras portas peditum ducibus custodiendas permisit. Et non longe post. Nec portam quidem Flaminiam Gothi tentarunt, vt loco præcipiti sitam, atque adeo, vt adiri non facilè queat. Hæc porta nunc via Flaminia, a qua, vt dixi, nomen obtinuit, imposita est.

Lucus Petilinus.

DE PORTA COLLATINA.

Collatin.

POst Flumentanam portam proximo loco est Collatina collis hortulorum imposita, de qua Sextus Pompeius: Collatia oppidum fuit propè Romam, eò quod opes aliarum ciuitatum ibi fuerint collatæ, a qua porta Romæ Collatina dicta est. Liuius quoque libro primo Collatia, & quidquid circa Collatiam agri erat Sabinis à rege Tarquinio ademptum, &c. Seruat quoque ætas nostra morem appellandi in Collatia, quidquid è regione eius porta habet ager Romanus. Hæc antiquitus mœnibus a Collina porta versus Tiberim amplíatis cum Flumentana coniuncta fuit, non longè à campo Floræ collocata, postea pomerio ampliato, ad eum locum vbi nunc est super hortulorum collem cum Flumentana ipsa fortè Aureliani Imp. tempore translata fuit. Quam à proximis Pinciorum ædibus Pincianam libro primo de bello Gothico, Procopius suo tempore appellatam fuisse scribit. Bellisarius (inquit) interim quæ ad vrbis custodiam facerent præparare moliriq; omnia. Pincianam is fermè & proximam huic ad dextram Salariam portam tenebat, vt suspectiores & necessarias, ea namque parte oppugnari facile poterat murus, &c. Et non longè pòst: Nec portam quidem Flaminiam Gothi tentarunt, vt loco præcipiti sitam atq; adeò, vt adiri non facilè queat. Inter hanc portam, & alteram ad dextram huic proximam portulam, porta alia est, quæ Pinciana vocatur. Huic proximi muri pars quædam lapidum laxata, iam pridem compage seiuncta spectatur, non tantùm à solo, sed a medio ad summum fastigium scissa. Nec tamen collapsa, nec aliàs resoluta, sed vtrinque sic inclinata, vt cætero muro extrinsecus partim prominentior esse appareat, partim retractior. Hanc muri partem quum demoliri, tum primùm Bellisarius moliretur, & iterato ædificare instituisset, obstitere Romani, Petrum Apostolum, pro indubitato se comperisse asseuerantes, eius loci tuendi pollicitum curam se suscepturum, quod vtique Romanis ex voto successit, quandoquidem nec eo die, quo per Gothos sunt mœnia oppugnata, nec per omne id tempus, quo vrbem obsiderunt, Barbari, hostilis vis vlla ad hunc locum peruenit, nec planè vnquam eodem tumultuatum. Et sanè me admiratio subijt nec Romanis nec hostibus ipsis, in eadem diuturna vrbis obsidione in memoriam venisse muri hanc partem, quare cum miraculi loco postea sit habita, nec sarcire quidem in posterum quisquam, nec de integro restituere ausus est, sed ad hunc diem ea è regione scissus permanet murus, Hæc Procopius.

Pinciana porta.

Quæ verba ideo apposui, quòd vsque ad nostra tempora, adhuc ea pars muri superest, vt à Procopio describitur, appellaturq; à Romanis murus inclinatus. Porrò autem ea portula, quam supra Pincianam fuisse scribit idem Procopius omnino esse desijt. A porta Collatina, exit via eiusdem nominis, de qua Frontinus libro primo de aquaductibus sic ait: Aqua Alsietina Augusta ramus proximè viam Collatinam accipit fontem, &c. Item concipitur aqua virgo via Collatina ad milliarium octauum palustribus locis, &c. Hæc autem via non procul ab ipsa porta incidit in viam Salariam.

DE PORTA COLLINA.

COllatinam proximè sequitur porta antiquitùs Agonensis, post Quirinalis deinde Collina, postremò Salaria appellata, Sex.

Collina porta.

Sex. Pompeius: Agonia (inquit) sacrificia, quæ fiebant in monte. Hinc Romæ mons Quirinalis Agonius, & Collina porta Agonensis & alibi. Quirinalem eam quoque vocatam fuisse his verbis docet: Quirinalis porta dicta siue quod ea in collem Quirinalem itur, siue quod proxime eam est Quirini sacellum. Agonensem autem idcirco appellatam scribit quod inundato circo Flaminio agonales ludi qui in eo celebrabantur extra ipsam portarentur ludosq; ideo agonales esse dictos, vel quia locus in quo initio facti sunt, fuerit sine angulo, vel quod ijs ludis rex hostiam immolare solitus esset, quam antiqui agoniam vocabant vel quod in montibus quos Agones dicebant fierent, Ex Quirinali autē vel Agonens. Collina à collibus Quirinali Esquilino & Viminali, vel ab vrbis tribu & regione in qua sita erat, quæ Collina dicebatur, deinceps longo tempore appellata est. Per Collinam portam scribit Liuius lib. 5. Gallos vrbem ingressos eam incendisse, de qua sæpissime etiam alibi mentionem facit. Et alio loco. Quum muri (inquit) & turres quæ sunt intra portam Collinam & Esquilinam de cælo essent tacta, &c. Ouid. in 4. Fastorum.

Templa frequentari Collina proxima porta
Et Iuuenalis Satira 6.
Proximus vrbi
Hannibal & stantes Collina in turre mariti.

Salaria porta.

Hæc posterioribus temporibus à via cui imposita erat Salaria appellari cœpta. Procopius lib. 1. de bello Gothico, Belisarium interim Pincianam & proximam huic ad dextram Salariam portam tenebat, vt suspectiores & necessarias. Et paulò post. Apud Salariam autem portam, vir quidam procera statura Gothus crebris sagittando propugnacula infestabat, &c.

DE PORTA VIMINALI.

Viminalis porta.

Viminalis porta Collinæ succedit, eiusdem cum monte, in quo sita est nominis, à quo & nomen sortita est. Sex. Pompeius Viminalis (inquit) & porta & collis appellabantur, quod ibi Viminum sylua fuisse videtur, vbi est & ara Ioui Viminio consecrata. Hanc regum tempore in aggere Tarquinij fuisse Strabo ijs verbis prodit: In aggere autem medio tertia est porta eiusdem nominis cum colle Viminali. Tertiam autem dicit quod Flumentana & Collina tunc ea priores essent. Collatina enim tunc non erat, quæ postea in ampliatione murorum vrbis fuit interposita. Hæc porta nunc S. Hagnetis à proxima eius diuæ æde nomen est.

DE PORTA GABINA ALIAS GABIVSA.

Gabiusa porta.

PRopè Castrum prætorium inter portas S. Hagnetis & S. Laurentij adhuc extat porta clausa, quam aliquot rationibus adductus Querquetulariam vel Querquetulanam fuisse olim crediderim, de qua quum tam nostro, quàm etiam Procopij tempore ante millesimum annum in vsu esse desierit, postea verba faciam, quum de ijs portis loquar quæ esse desierunt, atque ad eius portæ descriptionem veniam, quæ ab antiquis Gabina vel Gabiusa nostro verò seculo S. Laurentij appellatur. Gabiusam autem portam fuisse Romæ testatur Liuius, qui eam de cælo tactam fuisse scribit. Hanc autem Gabiusam fuisse vt credam adducor, quòd in antiquo codice manuscripto P. Victoris quem in communem antiquitatis studiosorum gratiam, cum hisce commentarijs publicaui, Tiburtina via quæ hac porta incipit, eadem esse cum Gabina dicitur. Gabina autem vel Gabiusa porta non nisi à Gabijs nomen habuisse liquet, sicut etiam & via quæ ex hac porta dextera parte versus Prænestinam viam deducta rectà Gabios quibus nunc Gallicanum nomen est, perducit.

DE PORTA ESQVILINA.

Esquilina porta.

PRoximam Gabinæ fuisse Esquilinam portam multis veterum scriptorum auctoritatibus demonstrari potest, cuius nunc maior porta vel locum obtinet vel non longè à loco in quo antiqua Esquilina quondam fuit nostro tempore sita est. Cæterum multum mihi laboris esset & malè mecum agerem si omnes veterum antiquariorum errores nunc vel reprehendere vel explodere vellem, quod in his rebus describendis admiserunt, vt de amphiteatro Statilij Tauri, basilica Caij & Lucij foro Romano templo Saturni, & ærario porta Gabiusa templo Mineruæ medicæ, quæ loca contra antiquorum scriptorum autoritates, malè et nimium ineptè collocarunt, perinde ac etiam fecerunt de porta Esquilina, de qua mihi nunc sermo est. Ego autem ijs reprehendendis quoties occasio sese offeret tempus non conteram, sed quæ illi male dixerunt nulla eorundem mentione facta emendare rationibusq; adductis restituere curabo. Quis igitur non est ex veteribus antiquarijs, à Blondo vsque ad Marlianum qui nouissimus vrbis topographiam (quod sciam) scripsit, qui portam quæ nunc maior dicitur Næuiam non vocet: Quam aperte P. Victor in regione duodecima, piscina publica inter portam Capenam & Ostiensem collocauit, qui vicos portarum Næuiæ & Randusculanæ in ea regione fuisse prodat. Varróque ipso libro quarto, de lingua Latina eas portamque Lauernæ vicinas scribit, atque extrema vrbis regione fuisse apertè innuit. Quanquam enim is locus mancus sit, apertè tamen colligitur eum portarum omnium descriptionem eo loco fecisse atque a Flumentana inchoasse quæ prima erat, deinde secutum in Lauernalem portam, quæ non procul a Trigemina fuit, cui vicinas fuisse Næuiam & Randusculanam exponit. Cui rei maximè quadrat quòd ante Næuiæ descriptionem dicit, vbi pagina tres desunt: * Religionem Porcius designat quum de Ennio scribens dicit eum coluisse Tutilinæ loca. Quæ ea parte fuisse alibi demonstrabo. Quod enim libro secundo refert Liuius de portis Collina, Esquilina, Cælimontana & Næuia, meæ huic sententiæ maximè conuenit, vt paulò post ostendam, ex quibus rebus manifeste videri potest an porta Maior quæ longissimo interuallo distat à regione Piscinæ publicæ, vbi erat porta Næuia hæc porta esse possit. Quam Esquilinam fuisse, vel Esquilinæ potius locum tenere, apertè ijs verbis Strabo indicat: Porro in vnum cadit Labicana a porta quidem Esquilina incipiens à qua & Prænestina, à sinistra verò & hanc, & Esquilinum omittens campum vltra centum & viginti stadia pergit. Quum autem Labica vetusto sanè oppido cæterum disiecto & in sublimi sito propinquat & hoc & Thusculum relinquit a dextris, videant igitur hi, qui portam sancti Laurentij Esquilinam faciunt, an Labicana & Prænestina via Gabina simul & Tiburtina ea vna porta incipiant, quum manifestè constet à porta Maiore duas nunc exire vias, quarum altera Labicos, altera Præneste rectè deducit, Quo fit vt hanc indubitato potius Esquilinam olim fuisse credam. Confirmatur etiam mea hæc sententia Ciceronis autoritate qui Esquilinam & Cælimontanam portas propinquas fuisse demonstrat quum ait. Quum ego Cælimontana porta introijsse dixissem, responsione me iniuica Esquilina introisse homo promptissimus lacessiuit, &c. Quod ei proximior esset. Hæc autem Liuij verbis non aduersantur, qui non semel ait. Castra inter Collinam Esquilinámque posita. Nam Viminalem & Gabiusam ea tempore aut non fuisse, aut has duas tantùm, quod notiores essent nominasse existimo. Huius autem & aliarum quarundam portarum ordo ex verbis Liuij facilè apparebit, quæ ideo subiunxi: Porsena, inquit, primo conatu repulsus, consilijs ab oppugnanda vrbe ad obsidendam versis præsidio in Ianiculo locato ipse in plano ripisque Tiberis castra posuit, nauibusque vndique accitis & ad custodiam, ne quid frumenti Romam subuehi sinerent, & vt prædatum milites trans flumen per occasiones alijs atque alijs locis traijcerent, breuíque adeò infestum agrum Romanum reddidit, vt non cætera solum ex agris, sed pecus quoque omne in vrbem compelleretur, nec quisquam extra portas propellere auderet, Hoc tantum licentiæ Etruscis non metu magis quàm consilio concessum est. Namque Valerius COS. intentus in occasionem multos simul & effusos improuisos adoriundi in paruis rebus negligens vltor, grauem se ad maiora vindicem seruabat, itaque vt eliceret prædones edicit suis postero die frequentes porta Esquilina, quæ auersissima ab hoste erat (erant enim in Ianiculo) expellerent pecus, scituros id hostes ratus, quòd in obsidione & fame seruitia infida transfugerent, & sciro perfugæ indicio, multóque plures vt in spem vniuersæ prædæ flumen traijciunt. Publius Valerius in T. Herminium cum modicis copijs ad secundum lapidem Gabina via (quæ læua portis Esquilinæ proxima erat) occultum considere iubet. Sp. Lartium cum expedita iuuentute ad portam Collinam stare, donec hostis prætereat, inde se obijcere ne sit ad flumen reditus. Consul alter T. Lucretius porta Næuia cum aliquot manipulis militum egressus. Cælimontana (tanquam medio loco sita, vt omnibus si opus esset præsto esse posset) delectas cohortes educit, hiq; primi apparuere hosti. Hactenus Liuius. Quibus verbis innuitur Cælimontanam portam mediā inter

Næuia porta.

Esquilinam & Neuiam fuisse Collinamq́, Gabina proximam atque hac Esquiline. Flumentana autem non meminit, quia et si Etrusci recta per campum Martium transire potuissent, tamen quia inter vrbis mœnia abruptosq́, montes iter erat, ne tu aliquod discrimen intiderent eam portam non inuaserunt, simulq́, quo propinquiore a mœnibus cursu ferrentur in pecus ad eum forte Tiberis locum deuenere qui medius est inter pontem Miluium, & Anienis ostia. Quare non oportuit ad portam Flumentanam militum stationem locare. Collatina & Viminalis eum non meminisse existimo. vel quia adhuc non erant, vel fortè eo bello clausa vsum amiserant, vt in bellis fieri consuetum est, vel quia alijs portis satis fuerat & struere insidias & exponere pecus ac turmas præsidiaq́, emittere, De hac porta multa apud omnes authores veteres mentio est. Hanc autem aliquando Maciam vocatam fuisse ex Plauto coniici potest, quod idem de porta Macia scribit Plautus quod de Esquilina Horatius, vtriusque sententiam confirmat Cornelius Tacitus qui lib. 2. historia Augusta ait: Sumptum more prisco extra Esquilinam de nocentibus supplicium. Plautus verò in Casina:

Macia porta.

> *Illum Aedepol videre ardentem te extra portam*
> *Matiam credo ecastor velle.*
> *Horatius in 5. Epodon.*
> *Post in sepulta membra deferent Lupi,*
> *Et Esquilinæ alites.*

In quem locum annotauit Porphirius in regione aggeris extra portam Esquilinam solita fuisse pauperum corpora vel comburi vel proijci: combusta fuisse indicat Plautus, proiecta Horatius. Hanc portam à via quæ per eam exibat. Plinius lib. 36. cap. 5. Labicanam ijs verbis vocat: Mars est etiamnum sedens Colossæus eiusdem in templo Bruti, Calliaci apud circum eundem ad Labicanam portam euntium. Quam ab altera quoque via Procopius Prænestinam appellat, Inter hæc (inquit) Bessas qui Prænestinam portam custodiendam acceperat, ad Bellisarium misit qui nuntiaret teucri ab hostibus vrbem, per portam aliam introgressis, quæ supra Tiberim est, & paulo pòst Prænestinam portam Bessa tradiderat custodiendam & alibi acie instructa circa Prænstinam portam ad eam muri partem mox ducit, quam Rom. viuarium dicunt, vnde & expugnari mœnia per quā facilè poterāt, &c. Hæc porta nunc Maior porta dicitur fortè ab ædificij magnificentia cui supposita est, id est aquæ Claudiæ castellum. Hancque ibi locatam fuisse à Bellisario crediderim eo tempore quo vrbis muros à Gothis disiectos restituit, atque è proximo loco ibidem translatam, neq́, enim verisimile videtur veteres portam vrbis aqua ductuum formis vel Castello subiecisse, ab hac autem porta exeunt viæ, Labicana quidem à dextra & Prænestina à laua, quæ Præneste & Labycos deducunt.

Labicana porta.

Maior porta.

DE PORTA COELIMONTANA.

Cœlimontana dicta.

Proxima Esquilinæ vt innuere videtur Cicero fuit porta Cœlimontana, nunc S. Ioannis appellata à monte Cœlio, in cuius parte sita est, olim Cœlimontana dicta. Quam L. Cornelio & Quinto Minutio tactam de cœlo narrat Liuius. Hanc posterioribus sæculis Asinariam fuisse dictam referunt Procopius libro primo de bello Gothico, & Anasthasius Bibliothecarius in vita Syluerij Papæ. Procopius quidem: contigit autem vt die vna eodémque tempore, & Bellisarius cum Imperatoris exercitu per portam quam Asinariam dicunt (Neapoli enim veniebat) vrbem iniret, & per Flaminiam Gothi excederent, & libro tertio. Quum itaq́ue perpauci vt diximus admodum ad murorum custodiam delinquerentur, & hi quidem iam fame confecti, quaterni custodes quidam, & Isauri genere ad portam Asinariam custodias nacti, excepturos se intra vrbem Gothorum exercitum pollicerentur. Et alibi sæpius eius porta meminit quam Bibliothecarius Lateranensi Basilica proximam fuisse scribit. Per hanc, Alarico primùm, postea Totila ducibus ingressi Gothi vrbem captam diripuerunt. Mirandum autem quòd quum Sextus Pompeius via Asinaria mentionem faciat, eam longè ab hac porta fuisse scribat, quàm inter Latinam Ardeatinam fuisse tradit, vt inferius explicabo. Hanc verò Cœlimontanam fuisse illud etiam confirmat, quòd mons ipse nullam aliam præter hanc habet portam.

DE PORTA LATINA.

Cœlimontanam sequitur porta Latina ante mille annos appellata, quæ quòd in Latium mitteret, nomen obtinuit, quod etiamnum manet. Quo autem nomine antiquissimis temporibus vocaretur incertum. Verùm quum Strabo via Latina Ferentinum vrbem fuisse asserat, crediderim portam hanc eam esse quam Plutarchus Ferentinam nominauit in Romulo. Nam Romulus (inquit) expiationibus ciuitatem expugnauit, quas adhuc etiam Ferentinam ad portam obseruare traduut. Sicq́, appellatam existimo, quòd eà iter esset ad Ferentinos Hernicorum populos. A Latina autem porta initium habet via eiusdē nominis in Latinos populos ducens, quæ modò, Latia, modò Ausonia dicitur à Martiali lib. 9.

Ferentina porta.

DE PORTA CAPENA.

Capena porta.

Non longè post Latinam extat porta Capena, cuius Etymologiam refert Solinus: Qui Italum regem ex Sicilia ad Ianum fuisse scribit, tum in Italia regnantem, ac eius auxilio consilioq́, ciuitatem iuxta Albam condidisse Capenam nomine. & ab ea postmodùm denominatam portam Capenam. Seruius verò Grammaticus super Virgilij locum, lucos Capenos, aliter dicit: ait enim, vnde hoc est à Capenis lucis & porta Capena quæ iuxta Camœnas est nomen accepit. Asconius enim Pedianus, Victor & Sext. Rufus extra hanc portam ædem Camœnarum fuisse referunt, proptereaq́, Camœnam à nonnullis olim fuisse appellatam. Nunc à proximo templo S. Sebastiani dicitur, quam olim Capenam fuisse hac confirmari potest ratione. Eam enim in via Appia fuisse ostendit Frontinus ijs verbis: Appius Censor viam Appiam à porta Capena vsque Capuam muniuit. Quum autem via in qua Septizonium Seueri adhuc extat tendens ad portam S. Sebastiani via Appia à Spartiano & Iulio Capitolino vocetur, non est quod dubitare possimus, portam quæ nunc in via Appia extat fuisse Capenam, quæ apud Poëtas & historicos celeberrima est.

DE PORTA OSTIENSI.

Trigemina porta.

Nouissima citra Tiberim porta, quæ nunc S. Pauli à proximo templo dicitur antiquitùs. Trigemina dicebatur quod ea contra Curiatios tergemini Horatij egressi sint, quanquam is qui superstes fuit porta Capena redierit. Hac antiquitus ad Auentini radices non longè ab æde S. Mariæ in Cosmedin, vel schola Græca vt refert Liuius fuit, qui ait, ædiles extra portam Trigeminam in Auentinum Porticum strauisse, & quum bello Punico secundo Romæ ortum incendium narrat, hoc idem innuit. Quod incendium omnia ædificia quæ erant in vico Iugario sub Capitolio, Aequimeliumq́, comprehendit, mox extra Carmentalem portam per ripam Tiberis in Fortunæ ac Matutæ templa debacchatum est, vsque ad portam Trigeminam & Frontinus Ductus aquæ, Appia habet longitudinem à capite vsq, ad Salinas, qui locus est ad portam Trigeminam, & alibi Cacus habitauit locum vbi Salinæ nomen, vt vbi Trigemina porta: Multa demum huius portæ apud veteres auctores mentio est, quam eo loco olim fuisse satis liquet. Præcepto autem intra Pomerium Auentino ab Imp. Claudio ad radices eiusdem montis vbi Testatij planicies primum ingredi incipit, translata est. Postremo à Bellisario eò vbi nunc est, locata fuit quæ à via ab Ammiano Marcellino, Procopio & cæteris eius ætatis scriptoribus etiam Ostiensis appellatur. Extra hanc portam quandam quoque porticum fuisse refert in libris de bello Macedonico Liuius quum ait, Aediles alteram porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fecisse. Plinius quoque scribit extra hanc portam populum Romanum Minutio Augurino, qui ad assem pretium farris redegerat. Extra hanc etiam tenues stipem petere solitos, Plinius libro 34. significat. Inquiens extra portam Trigeminam vnciaria stipe collata. Et alludit eodem Plautus in Captiuis, apud quem sic loquitur Parasitus:

Ostiensis via.

> *Vel extra portam ire Trigeminam ad sacculum licet,*
> *Quod mihi ne eueniat nonnullum periculum est.*

DE PORTIS TRANS TIBERIM ET PRIMO DE PORTVENSI PORTA.

Portuensis Porta.

Portam quæ nunc Portuensis dicitur, quòd ad Portum Romanum perducat, antiquitus Naualem dictam fuisse à proxima nautium statione docet Sex. Pompeius, Naualis inquit porta à vicinia naualium dicta, ab hac exijt via quæ Portuensis appellata est. Hæc ad por-

tum

tum Ostiensem totius vrbis amplissimum ducebat. Ante Claudij verò tempora, qui hunc portum excitauit, quo nomine vocaretur non inuenio. A Procopio & eius ætatis scriptoribus Portuensis vocitatur. Per hanc viam secundum Tyberim fuerunt Horti Cæsaris dictatoris.

DE PORTA IANICVLENSI
ALIAS PANCRATIANA.

Ianiculensis porta.

Pancratiana.

QVO nomine apud antiquos vocaretur porta, quæ in Dorso Ianiculi est, atque nunc à proximo templo S. Pancratij appellatur, hactenus non inueni. Ego eam à Ianiculo, cùm aliud nomen non habeam, sicut & pons, Ianiculensem vocatam fuisse existimo. Cuius porta multa mentio est apud Procopiũ, quam modò Pancratianam, modò S. Pancratij nominat. Inter hæc (inquit) Bessas, qui Prænestinam portam custodiendam acceperat, ad Bellisarium misit, qui nunciaret teneri ab hostibus vrbem per portam aliam introgressis, quæ supra Tyberim est, & S. Pancratij dicitur &c. Et paulò pòst. Ad portam verò Pancratianam, quæ trans Tyberim est, quum hostium copiæ peruenissent, ob loci difficultatem nihil per eos gestum memoria dignum est, namq; locus accliuis, & ea è regione murus ad inuadendum difficilis. Hanc autem portam Aureliam non fuisse, vt omnes ferè veteres antiquarij affirmarunt, paulò pòst ostendam.

DE PORTA SEPTIMIANA.

Septimiana porta. Fontinalis porta.

TERTIAM vltimam trans Tyberim portam, quæ nunc Septimiana dicitur, Fontinalem priscis temporibus dictam fuisse, aliquot veterum scriptorum autoritatibus demonstratur. Sex. Pompeius Fontinalia (inquit) fontium sacra, vnde & Romæ Fontinalis porta Liuius quoq;. Aediles alteram porticum ad portam Fontinalem ad Martis aram, quà in campos iter esset, perduxère. Per campos autem Vaticanos intelligit, ex eo, quod Plinius scribat Vitellia CCHS condidisse Patinam, cui facienda fornax in campis exædificata erat. Videmusq; etiam nunc in campis Vaticanis fornaces esse, namq; terram argillam esse ad fictilium fabricam commodissimam. Cicero: Campum inquit Vaticanum fieri quasi Martium campum. Hanc autem quidam eandem esse cum Capena dixerunt, sed Liuius primo & tertio de bello Punico 2. de Capena. Quinto verò & 30. de Fontinali ita loquitur, vt diuersas eas esse oporteat. Hæc postea ab Imperat. L. Septimio Seuero, Septimiana appellata est, ait enim Spartianus ipsum extruxisse Thermas in Ianiculo ad portam sui nominis, ibi quoq; erat Ianus Septimianus cum ara, quæ non paruum huius rei argumentum sunt.

DE PORTA AVRELIA.

Leonina vrbs.

QVVM à Procopio porta Aurelia haud procul ab Hadriani ponte & sepulchro, Triumphalisq; iuxta pontem & viam sui nominis eadem regione à Tranquillo & Iosepho fuisse referantur, necesse fuit aliquam Leonianæ vrbis, quæ nunc Burgus S. Petri dicitur, partem antiquis Romanis moenibus cinctam fuisse, aliequi vrbe vno ponte, & duabus portis eo transmittentibus hostium incursionibus peruia fuisset. Quantum autem coniectura consequi potui, ex veterum authorum sententijs, & ijs, quæ nunc supersunt vestigijs murorum vrbis, tunc sic fuisse crediderim. Ab vna parte Tyberim versus muri principium erat, haud longè ab Hadriani sepulchro & ponte Aelio, qui in eum desinebat, è regione, videlicet ædis S. Mariæ transpontanæ, qui mox producebatur versus locum illum, vbi nunc est porta S. Angeli moli ipsi vicina, deinde deductus paulo infra mediũ Burgum (vt vocant) gerebat versus Xenodochium S. Spiritus, atque ad eam portam prope Tyberim terminabatur, Basilica principis Apostolorum, eaq; montis Vaticani, quæ nunc muro clausa est parte exclusi, atq; hac ratione duas comprehendebat portas, alteram quidem Triumphalē è regione eius pontis, cuius nunc pilas & vestigia S. Spiritus ædem in Tyberi videmus. Alteram verò Aureliam vocatam, quæ prope eiusdem Hadriani sepulchrum fuit, quaq; iter erat ponte ipso triumphali. Quomodo verò sepulchrum Hadriani muris annexum fuerit, paulò pòst ex Procopio aperiam. Aliquando autem mihi in mentem venit Triumphalem portam diu ante vsum amisisse, Aureliamq; solam eo portam fuisse, donec ampliatis à Leone 4. muris vsum & nomen & ipsa amitteret. Nam Procopius non omisisset mentionem facere de Triumphali, in ea, quam describit vrbis oppugnatione, si eo tempore fuisset, cùm Aureliam non omittat, ea cum Gothi parte maximè in obsidione laborarunt, vnde illum crebrius locorũ illorum meminisse oportuit. Adde, quòd si Triumphalis porta eo tempore fuisset, non 14. portas, vt scribit Procopius, tunc circumiectus vrbi murus sed 15. habuisset. nam Aurelia 14. est, decem enim portæ vrbis, 4. verò trans Tyberim fuerunt, quæ omnes præter hanc Aureliam ad nostram vsq; ætatem perdurarunt. Porrò autem ex Aureliæ portæ descriptione, quam Procopius facit, egoq; hic subijciam, locum portæ, murorum ambitus, & quale fuerit Hadriani sepulchrum cognoscemus. Gothi (inquit) septima castra extra flumen Neronianis in campis fixêre, ita, vt castris omnibus esset pene intermedium, vnde peractum, vt & portæ aliæ duæ infestæ ab hoste essent, Aurelia scilicet, quæ S. Petri, vt ei templo propinquior nuncupatur, & altera quæ trans flumē est sita (intelligit enim S. Pancratij) Quibus verbis eas diuersas fuisse liquet, & alibi. Dum hæc peraguntur Aurelianam portam ex altera parte Gothi hoc modo inuadunt. Hadriani quondam Romanorũ Imperat. sepulchrum extra portam Aureliam extat, & ad lapidis iactū à moenibus procul extructum. spectatu procul dubio dignum: Pario namq; ex lapide ædificatũ est. saxa quadrata illi inuicem nexa, alia nulla intermixta materia, & quaternis partitum pari dimensione lateribus, tam porrectis in latitudinem, vt iactus ex angulo lapis alterum ferè pertingat, altitudine etiam hæc vrbis moenia superant. Statua quoque ex eodem Pario marmore virorum equorumq; miro artificio facta desuper insident. Sepulchrum id prisci homines illi, quum velut moles & arcis in speciem vrbi impositum videretur brachijs duobus à moenibus ipsis ad sepulchrum id vsq; porrectis, inædificatiq; complexi sic sunt, vt murorum sit, perinde pars quædam effectum, apparet, namq; altissima ad turri persimile, & ea è regione imminet porta. Erat itaq; peropportunum & munitissimum eo loci præsidium, cuius custodia per Bellisarium tradita Constantiano obtigerat, cui mandatum, vt & contigui muri curam susciperet asseruandi, vt leniori & non magni momenti custodia indigentis, siquidem ea ex parte haudquaquam murus flumine subterlabente poterat oppugnari. Constantianus autem, quum ei nunciatur hostes transitum per flumen tentare muro illi diffisus. qui ad flumen erat, cum paucis ipse statim opitulatum contendit maiore militum multitudine iussa portam in primis, & in sepulchro ipso præsidium diligentius custodire. Gothi interea Aureliam portam Hadrianiq; molem sine vllis machinationibus confestim inuadunt, scalas tamen ingenti manu inferentes, multitudine sagittarum immissa, facilè in dubium hostes deducere, & trepidationem inferre, atq; adeo, vt parno molimine præ custodum paucitate potiri se præsidio posse existimarent. Prælatis itaque scutis Persicis, nihil inferioribus ad moenia succedebant, & hostes frustrati, quàm proximè subierunt. Sub porticum namq; ad sacram beati Petri Apostoli pertinentem, tum adeo latitantes hi venerant. Inde quum de improuiso comparuissent remita aggrediuntur, vt nec balista quidem Romani custodes vti in hostes possent, non enim in summum subeuntes telum immittere, tormentum ne poterāt, nec illis vt scutatis obesse. Sed postquā validius Gothi incubuere, & creberrima sagittarum immissione propugnacula infestando admoturi iam erant, adfixisse scalas vndiquaq; ferè circumuentis iam omnibus, qui de mole pugnando se tuebantur. Aliquandiu Romanis iniectus terror, de salute iam desperantibus, quandoquidem sese ac moenia defensare, vt erat necesse haudquaquam iam possent, communi tamen consensu, diffractis marmoreis illis, vastisq; simulachris ex eorum fragmentis ingentia saxa in hostium capita supernè deuoluunt. Gothi verò perculsi, oppugnationem remittunt, ijsq; sensim cedentibus victoria potiti Romani, hos demum, vt victos propellunt. Iamq; & Constantianus perterrefactis fugatisq;, qui transitum fluminis pertentassent redierat, non enim præsidium illud hostes, vt ipsi rebantur neglectum prorsus, vel incustoditum inuenerant. Itaq; factum, vt circa Aureliam portam omnia in tuto iam essent. Ad portam verò Pancratianam, quæ trans Tyberim est, ob loci difficultatem nil memoria dignũ ab hostibus gestũ est &c. Hæc enim Procopius. Pontis autē Aelij & eius sepulchri meminere Dio & Spartianus in Hadriani Imp. vita. Portam verò Aureliam, vel à via eius nominis, quæ per eam exibat, vel à tribunali Aurelij nomen accepit, de quo Cicero mentionem facit, sic in L. Pisonem. Persequente connexos his funeribus dies pro Aurelio tribunali, ne conniuente quidem te quod ipsum etiam scelus &c. Quæ postea locum cum nomine amisit Leonis 4. Papæ pontificatu, quando is prolatis muris Vaticanum & Basilicam S. Petri Apostoli cinxit.

DE PORTA QVERQVETVLANA.

PORTA Querquetularia vel Querquetulana, de qua Plinius sic lib. 16. cap. 10. syluarum certè distinguebatur insignibus Fagutali lens

Querquetulana porta.

Ioui etiam nunc vbi lucus fageus fuit, porta Querquetulana, colle in quem Vimina petebantur. Si igitur in Viminali colle extat Viminũ sylua, à qua collis est denominatus necesse fuit hanc portam in Viminali fuisse. In quo Varro Querquetulanum Sacellũ, P. verò Victor ac Fagutalis lucus. *Sex. Rufus lucum fagutalem ponunt. Quare etiam portam Querquetulanam eam olim fuisse portã, quæ nunc clausa est crediderim prope castrum Prætorium, vel non longè ab eo. Quamuis non me lateat Cornelium Tacitum scribere montem Cœliũ Querquetulanum prius vocatum fuisse. Vtrunq; autem sit, Varroni, Plinio, P. Victori & Sex. Rufo magis credendum, qui eam Viminali fuisse, vel innuunt, vel apertè demõstrant. Hanc autem eandem fuisse existimo portã, cùm ea quam Sext. Pompeius Querquetulariam appellauit. Querquetularia (inquit) porta, Romæ dicta, quòd Querquetum intra muros vrbis iuxta se habuerit, & aliis. Querquetulanæ reputantur significare Nymphæ, præsidentes querqueto virescenti quod genus syluæ indicat fuisse, intra portam, quæ ab eo dicta sit Querquetularia.*

DE PORTA PIACVLARI.

Piacularis porta.

PIACVLARIS (*inquit Sex. Pompeius*) *porta Romæ appellatur, propter aliqua piacula quæ ibidem fiebant, vel vt ait Cleatius ex sacro, per aliquem solutius, aut aliqua piandi propitiandiq; causa immolatur.*

DE PORTA CATVLARIA.

Catularia porta.

IDEM *Sex. ait Catularia porta Romæ est dicta, quia non longè ab ea ad placandum Caniculæ sidus frugibus inimicum, rufæ canes immolabantur, vt fruges flauescentes ad maturitatem perducerentur.*

DE PORTA MINVCIA.

Minucia porta.

MINVCIA *porta Romæ appellata est eò, quòd proxima sit sacello, ab àra Minucij, quem Deum putabant Autor Sex. Pompeius. Fortè de hac porta loquitur in Commodi vita Lampridius, cùm ait: Herculis signum æneum sudauit in Minutia per plures dies.*

DE PORTA MVGIONA.

Mugiona porta.

IDEM *quoque etiam Mugiona porta his verbis meminit, Mugiona porta Romæ dicta est à Mugio quodam, qui eius tuendæ præfuit. Hanc non procul à via Noua versus Auentinum fuisse scribit Solinus.*

DE PORTA SANQVALI.

Sanqualis porta.

SANQVALIS (*inquit Sext. Pompeius*) *porta appellatur proxima ædi Anci. Sanqualis autem auis nomen est, quæ ossifraga dicitur. Quidam Saginalem portam ab æde Sangi legendum putant. Quod si textum aliquem antiquum adducerent, non improbarem.*

DE PORTA NÆVIA.

Næuia porta.

HANC, *vt duas sequentes inter portam Capenam & Tyberim fuisse elicitur, vt etiam suprà exposui ex Pub. Victore, & M. Varrone, libro quarto, de lingua Latina, qui de ea loquens sic ait: Sequitur porta Næuia, quod in nemoribus Næuijs. Næuius enim loca vbi ea sit dicta, coluit. Hanc omnes superioris ætatis antiquarij ineptè nimium maiorem unus esse dixerunt.*

DE PORTA RAVDVSCVLA.

Raudusculа porta.

DEINDE (*inquit Varro*) *porta Rauduscula. quòd ærata fuit Aes raudus dictum, ex eo in veteribus mancipijs scriptum rauduscule libram ferito. De hac porta mentionem etiam facit Valerius Maximus, lib. 5. capite sexto. Dignam inquit pietatem, quæ quod ad solidam gloriam attinet, septem regibus præferatur, cuius testandæ rei gratia capitis effigies Aerea porta. quæ excesserat inclusa est, dictaq; Raudusculana, quòd olim rauda æra dicebantur. Vicum portæ Raudusculanæ P. Victor cum vico portæ Næuiæ in regione 12. Piscinæ publicæ enumerat.*

DE PORTA LAVERNALI.

Lauernalis.

HINC *porta Lauernalis ab ara Lauernæ, quòd ibi ara eius Deæ fuerit. Autor Varro.*

DE PORTA LIBITINENSI.

Libitinensis porta.

PORTÆ *Libitinensis meminit in Commod. Imp. vita Lampridius. Galea eius (inquit) bis per totam Libitinensem elata est. Hæc à Libitina dicta, quòd per eam cadauera mortuorum ad sepulchrum efferrentur. Libitinam autem & pro Dea ipsa, & pro Libitinariorum opera accipi solet. Libitina autem Dea erat, in cuius Templo vendebantur & locabantur ea, quæ ad sepulchrum pertinebant.*

DE PORTA FENESTRALI.

Fenestralis porta.

FVIT *quoque Romæ etiam porta Fenestralis appellata, de qua sic scribit Plutarchus Problemate 35. Quid est quòd portam vnam Fenestram appellant, ad quam Fortunæ thalamus positus est? an quia Seruius rex cum secundissima Fortuna rem habuisse creditus est, quum per Fenestram ad eum penetraret, an hoc fabulosum, illud autem verum Tarquinio Prisco Romæ regnante, quum is à pastoribus esset occisus, Tanaquil eius vxor, mulier sanè prudens, & fortis per fenestram populum allectum multitudini persuasisse dicitur, vt Seruium regem declararent, ex quo factum est, vt ille locus ita appellaretur, & Ouidius lib. Fastorum 6.*

> *Lux eadem fors una tua est, auctorq; locusq;,*
> *Sed super iniectis quis latet ille togis.*
> *Seruius est, iam constat enim, sed causa latendi*
> *Discrepat, & dubium me quoq; mentis habet.*
> *Tum Dea furtiuos timide profitetur amores,*
> *Cœlestemq; homini concubuisse pudet.*
> *Arsit enim magno correpta cupidine regis*
> *Cæcaq; in hoc vno non fuit illa viro.*
> *Nocte domum parua solita est intrare fenestra,*
> *Vnde Fenestralis nomina porta tenet.*
> *Nunc pudet & vultus velamine celat amatos,*
> *Oraq; sunt multa regia tecta toga.*

Cæterùm hanc portam non vrbis, sed Palatij fuisse crediderim. Vrbs enim Seruij Tullij regis tempore latius sese extendebat, quàm vbi porta Fenestralis fuisse, describitur.

DE PORTA TRIVMPHALI.

Triumphalis porta.

PORTAM *Triumphalem fuisse (vt existimo extra cæterarum numerum citra Tyberim) sub Vaticano iuxta viam & pontem sui nominis, docet Iosephus libro 7. de bello Iudaico, capite 14. Vbi triumphum Iudaicum Vespasiani Imperatoris, & T. Cæsaris describit. Duo (inquit) triumphi principes, qui non in Palatio, sed prope Isidis templum nocte illa quieuerant, primò iam aurora incipiente procedunt, lauro quidem coronati, amicti verò patria veste purpurea, & ad Octauianas deambulationes (porticum credo Octauiæ in campo Martio sitam intelligit) transeunt. Ibi enim Senatus ducum proceres, & honorati equites eorum præstolabantur aduentum. Tribunal autem ante porticum factum erat, sellaq; eburnea in eo præparata, quo quum ascendissent, considerunt. Ibi cum milites allocutus fuisset, solennibúsque votis susceptis soluisset Imper. ipse cum Tito Cæsare ad portam recedit, quæ ab eo, quòd per illam triumphorum Pompa ducitur, nomen accepit, ibi triumphalibus vestibus amicti Dijs ad portam collocatis cæsa hostia inter spectacula transeuntes triumphum ducebant. Quibus verbis constat eos extra vrbem tum in campo Martio fuisse. eósque traiecto Tyberi per eam portam introijsse, de qua Tranquillus quoque in Augusti vita sic mentionem facit capite centesimo. Senatus vt in funere ornando, & in memoria honoranda, & studio certatim progressus est, vt inter alia complura censuerint quidam funus Triumphali porta ducendum præcedente victoria, quæ est in curia, canentibus næniam principum liberis vtriusq; sexus. Et Tacitus libro 1. historiæ Aug. tum consultatum de honoribus, ex queis maximè insignes visi, vt porta Triumphali duceretur funus, &c. Hanc autem portam diu ante Procopij tempora esse desijsse superiùs demonstraui. Erantq; in ea murorum vrbis parte, quæ ab Hadriani sepulchro ad S. Spiritus portam olim producti erant.*

DE TRIBVS ALIIS PORTIS VRBIS ROMÆ.

Saturnia porta.

PORTAS *autem septem, quas Plinius suo tempore esse desijsse scribit, has fuisse existimo. Primò quatuor vrbis Romæ veteris portas, quas Romulum reliquisse superius scripsi, deinde porta Saturnia, quæ & Pandana, de qua sic Varro mentionem facit. Capitolium antè Tarpeium dictus, quem antea etiam Saturninum dictum prodiderunt. Et antiquum oppidum in hoc fuisse Saturniam scribitur,*

rur, cuius vestigia etiamnunc manent tria, quòd Saturni fanum in faucibus. quòd Saturnia porta quam Iunius scribit, quam nunc vocant Pandanã, quòd post ædem Saturni in ædificierũ legibus parietes postici muri sunt scripti. Et Sextus Pompeius. Pandana (inquit) porta dicta est Roma, quòd semper pateret. Hanc antè sub Capitolio fuisse non longe à templo Saturni refert Varro. De eadem porta mentionem facit Solinus, quam prope Capitolium fuisse scribit.

Pandana porta.

DE PORTIS RATVMENA ET SALVTARI.

Ratumena.

PORTA Ratumena (vt inquit Sextus Pompeius) à nomine eius appellata est, qui ludicro certamine quadrigis victor, Etruscii generis iuuenis à Veijs. Is consternatis equis excussus, Romæ perijt, qui equi feruntur non antè constitisse quam peruenerint in Capitolium, conspectúmque fictilium quadrigarum, quæ erant in fastigio Iouis templi. Quas faciendas locauerant Romani, venienti cuidam artis figulinæ prudenti, quæ bello sunt recuperata, quia in fornace adeò creuerant, vt eximi nequirent, idq; prodigium portendere videbatur, in qua ciuitate ea fuissent omnium eam futuram potentissimam. Et Plinius libro octauo, capite quadragesimo septimo: Maius augurium apud priscos, plebeiis Circensibus excusso auriga, ita vt si staret in Capitolium cucurrisse equos, sedémque ter lustrasse. Maximum verò eodem peruenisse à Veijs cum palma & corona effuso Ratumena qui ibi vicerat, inde postea nomen portæ est.

Salutaris porta.

Porta Salutaris appellata est ab æde Salutis, quæ ei proxima est. Sextus Pompeius. Hanc autem in Quirinali fuisse constat, sicut & ædes Salutis fuit.

DE PORTA STERCORARIA.

STERCORARIA verò porta non vrbis, sed Capitolij fuit, de qua idem Sext. Pompeius. Stercus (inquit) ex æde Vestæ 17. Kalend. Iulias defertur in angiportum medium ferè cliui Capitolini, qui locus clauditur porta Stercoraria tantæ sanctitatis maiores nostri esse iudicarunt &c. Has non septem portas eas fuisse existimo, quæ Plinij tempore iam esse desierant.

Portæ autem quæ nunc extant Romæ in vniuersum sunt viginti antiquiores numero & latè 13. recentiores verò vrbis Leonianæ videlicet 7. Ad Septentrionem sunt Flaminia & Collatina ad ortum vernum Collina & Viminalis, ad ortum æstiuum Gabiusa & Esquilina, ad ortum hyemalem Cælimontana & Latina, ad meridiem Capena & Trigemina, ad occasum Naualis, Ianiculensis & Septimiana, reliquæ septem vrbis Leoninæ sunt &c. Hæc hactenus de portis Romanis, quæ diligentior collecta sunt ab Onuphrio Panuinio, in sua ciuitate Romana.

Vrbem obsideri] *Obsedit autem Porsenna tertio anno post reges exactos, tribus annis continuis.*

Pari ferè ornatu] *Purpuratus scilicet. Erat enim purpura regum & magistratuum primo, licet deinde vsus eius ad equites quoque translatus sit.*

Transfuga.

Vt transfuga] *Transfuga dicitur is, teste Sexto Pompeio, qui liber vel seruus, aut hostis seruorum, sua voluntate ad hostes transijt: quos Romani detractis armis, ne quid insidiarum simulata transfitione moliri possent, in postremam aciem inducebant, neque illis facilè quicquam credebant, quæ de re lege multa apud Alexandrum ab Alexandro, libro quarto, cap. 7. & Blondum libro 7. Romæ triumphantis.*

Scæuola vnde.

Scæuolæ à clade dextræ manus] *σκαιὸν enim Græcis idem quod læuum & sinistrum est. Scæuola enim cùm dextram igni dedisset, ensemq; à Porsenna datum læua manu arripuisset. Scæuola in posterum cognominatus est, vt Liuius & Plutarchus in Publicola vita, testantur. Vnde etiam Scææ ab Vlpiano Iurisconsulto dicuntur, qui sinistra manu pro dextra vtuntur. Vide Alexandrum ab Alexandro, lib. 1. cap. 9. Genialium.*

Scææ.

C pro G.

Grassaremur] *Busl. dianus Codex, vt Nannius lib. 5. annotat, crassaremur pro grassaremur habet. idq; sæpius in eadem voce, vt antiqui Caium pro Gaium. Cneum pro Gneum dixêre. Quanta autem affinitas sit in his literis, ipsa forma docet C. G. cùm nihil differant, nisi quod inferius cornu in G non nihil sursum versus repandum est, quare non immeritò inter ἀντίστοιχα referri possunt.*

Aderunt] *Eiusdem ætatis & generis, ac qui similiter pro salute patriæ aduersus omnia corporis & vitæ pericula, mortem vel oppetere sua sponte vel te interficere animum induxerunt, accepta per iusiurandum fide. Huc autem pertinet Diogenis nobilissima responsio, qui adolescenti conquerenti, quod à multis conturbaretur, Desine, inquit, & tu perturbationis indicia præ te ferre. Significans, nullâ se magis improbitati in lædentium finiri, quam si qui læditur, dolorem ficta quadam ratione dissimulet, & tum illi qui incessunt hominem, vt illum discruciens, desinent, si viderint illum nihil moueri. Extat apud Laertium in eius vita.*

Hio conditionibus] *Dionysius scribit, primùm consultasse Porsennam, quo pacto insidias vitaret, & deinde legatos Romam misisse, vt ad pacem ineundam Tarquinium & filios exules reciperent. Si autem id non daretur, vt bona saltem illis redderent. Postremò, vt agro decederent, Hetruscis circa flumen adempto. Quod vnum, vt bello se soluerent Romani, à se impetrari promiserunt, obsidesq; data fides testes, Porsennæ, priusquam de Ianiculo exercitum deduceret, dederunt.*

Mutia prata.

Mutia Prata] *Militaris fortitudinis præmium amplissimum, priscis enim temporibus militaria dona, quæ militibus fortem operam nauantibus in bello à ducibus dabantur, bemina vel quartarĩ ferris fuêre (vnde adorea laus bellica dicta) binaq; iugera, aut tantum agri, quantum vno die circumarassent, amplissima dona putauere. Precia enim militia hæc habita sunt maxima, vt post exhaustos labores, milites emeritis stipendijs, sanguine & sudore partis donarentur. Hos enim lætissimos fructus, velut opimam prædam, laborum periculorúmque accipiebant. Perniciosum enim ciuem putabant, cui bina aut septem iugera non essent satis. Vide Blondum libro sexto Romæ triumphantis, & Alexandrum ab Alexandro, libro quarto, cap. 18. Neque verò Mutio solum prata data fuêre, sed & statua equestris ei honoris gratia constituta est. Viris enim claris, & benè de repub. meritis, mos fuit antiquis, statuas in templis, & alijs locis insignioribus, quæ alijs ad virtutem stimulum adderent, constituere. Quo de re Plinius lib. 34. cap. 4. & lib 33. cap. 12. lib. 34. cap. 5. & 6. Eius verò statua, quæ Mutio apud Curiam Hostiliam collocata fuit, meminit Cælius Rhodiginus libro decimo octauo, capite 12. Antiquitatum.*

Adorea.

Precia militiæ antiqua.

Statuæ viris præclaris erigi antiquitus solitæ.

Vna ex obsidibus] *Captiuis enim omnibus receptis, & viginti præterea obsidibus, decem videlicet maribus adolescentibus, ac virginibus totidem obsidionem soluisse Porsennam, historiæ tradunt, inter quas præcipui nominis fuere Clœlia, & Valeria Publicolæ consulis filia. Verùm de Clœlia, quam alij Cœliam, & Seneca ad Martiam Cosliam vocat, plura vide apud Dionysium lib. 5. Plutarchum de claris mulieribus, cap. 14. & in vita Publicolæ. Florum lib. 1. cap. 10. Orosium libro 2. Eutropium libro 1. cap. 11. Valerium Maximum lib. 3. cap. 2. Virgilium libro 8. Aeneidos. Silium Italicum libro 10. Claudianum de laudibus Serenæ vxoris. Othonem Phrisingensem lib. 11. cap. 10. Sabellicum lib. 7. Ennead. 2. Rhapsod.*

Frustrata custodes] *Ferunt enim à custodibus impetrasse, quorum custodiæ traditæ erant virgines obsides, vt liceret ire ad flumen, vt corpus lauarent, & vt tantisper oculos retrò aspicientes amouerent, donec depositis vestibus fluuiali aqua abluerentur. Quo facto, deceptis custodibus natando in vlteriorem ripam peruenerunt.*

Romanorũ fides.

Romani pignus pacis ex fœdere restituerunt] *In seruanda enim fide à rege Hetruscorum, vel quouis alio vinci turpissimum putabant. Romani quippe, vt perpetuæ fidei custodes sanctissimi viderentur, non solùm pacis fœdera in templo Iouis Capitolini columnis, aut æneis tabulis, vt perpetua monumenta extarent, insculpserunt, & in æde Iouis Pistij in ligneos clypeos scripta obtulerunt, sed fidei quoque templa magnificis expensis ædificarunt. Qua de re Alexander ab Alexandro libro quinto, capite 3. & libro secundo, cap. 22. Plinius libro 25. cap. 10. Cœlius Rhodiginus libro nono, cap. 28.*

Simile simili gaudet.

Legisse impubes dicitur] *Est enim pueritia semper amabilis, & dum virgines Clœlia legit, liquet verissimum esse, quod Aristoteles libro Rhetoricorum secundo scriptum reliquit. In totum ea natura sese inuicem delectari, quæ generi sint coniuncta aut similia, vt Senem, sene: Adolescentem, adolescente: Virginem, virgine. Prima enim familiaritatis conciliatio ab ætatis æqualitate proficiscitur. Vide Prouerbium. Simile gaudet simili. Deus vbique similes coniungit.*

Maximè opportuna iniuriæ esset] *Notandum quàm prudens fuerit Clœliæ consilium, quæ noluit iuuenes maturioris ætatis, aut quosuis alios iniuriæ cautiores, quàm virgines et pueros sibi eligere, quò tam ætatem potissimùm ab hostiũ manu liberaret, quæ maximè*

oppor-

opportuna iniuria esset, & ipsa simul in amissa virginitatis suspitionem apud suos non incideret. Quandoquidem, vt Quintilianus alibi ait, non satis est abesse à turpitudine criminis, nisi criminis quoque suspicionem effugias.

Criminis suspicio effugienda.

Statua equestris Clœliæ.

Virgo insidens equo] Statuam equestrem virginis habitu, in via quæ sacra nuncupatur, qua ad forum itur Clœlia positam esse legimus apud Dionysium (qui suo tempore non amplius extitisse, sed incendio circa ædes proximas exorto deletam esse ait) Plutarchum de claris mulieribus, Plinium lib. 34. cap. 6. Senecam libro de consolatione ad Martiam, Petrum Marsum in Silij italici librum decimũ. Verùm Plutarchus ait, quosdam fuisse, qui Valeriæ nomine hanc statuam dicatam affirmarint.

Tuscus vicus.

Tuscum vicum vocant] Alij huic vico appellationem factam scribunt, quòd sedem illic acceperit Celes Vibenna Hetrusca gentis dux, à prisco Tarquinio ob suppetias ei latas, vt annotat Cælius lectionum antiquarum, lib. 20. cap. 33.

Generum Mamilium Octauium] Dionysius & Florus eum Mamilium vocant, vt id annotauit Cuspinianus in suis consulibus.

Mamilius Octauius.

Publicolæ funus.

De publico est elatus] Plutarchus scribit populum Romanum publicum honorem funeri decreuisse, ac quadrantẽ ad funus exornandum cõtribuisse. Sepultus est autem intra vrbem, iuxta Veliam, cuius sepulchri tota familia particeps est facta.

Luxere matronæ] Velut si nihil in eum pro dignitate contulisset Romanus populus, dum viueret, sed omnem ei gratiam, etiam post mortem deberet. Vide Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 7. Blondum lib. 2. Romæ triumph.

Sub corona venire.

Sub corona venierunt] id est, in seruitutem redacti sunt. Antiquitus enim mancipio iure belli capta coronis induto veniebant, & idcirco dicebantur sub coronis venire. Nam corona signum erat captiuorum venalium, sicut pileus impositus demonstrabat eiusmodi seruos venundari, quorum nomine emptori venditor nihil præstaret. Budæus in prioribus annotationibus in Pandectas.

Dictator creatus.

Dictatorie primùm creandi] Vt Liuius conqueritur de incertitudine temporis, quo primùm creatus sit Dictator, & quis ille primus fuerit. Sic nec de causa satis inter authores conuenit. Orosius enim Sabinorum bellum mouentium causa, Liuius ad Sabinum, Latinis etiam belli metu accedente, Dionysius cùm plebs ære alieno obstricta, ad bellum Latinum nomina dare detrectaret, post longas consultationes, abrogata pro tunc consulari potestate nouum hunc magistratum, à quo nulla esset prouocatio, quique summum ac regium ius haberet, ad comprimendos sedandosque eos tumultus senatum creasse scribit, ac senatusconsulto factum, vt Lartius & Clælius consules, cæterique magistratus abdicarent, vnumque, quem senatus nominaret, populus sisceret, haud amplius quàm in sex mensium spacium sine prouocatione, & maiore quàm consules essent, potestate, imperaret. Itaque Clælio consuli negotium datum, dictatoris dicendi, qui T. Largium Flauum collegam dixit. Is Romæ primus, vt Dionysius asseuerat, princeps vrbis in belli, pacis, cæterarumque rerum Imperator, Prætor Maximus, magister populi & dictator appellatus. Titus autem Lartius dictator dictus, Sp. Cassium Viscellinum virum consularem magistrum equitum dixit. Atque inde ea semper in Repub. consuetudo fuit, vt dictator suum magistro equitum magistratum gereret. Dictus verò ita est siue à dictando iure, vel vt Dionysius scribit, propter potestatem iubendi edicendique quod vellet siue vt Varro lib. 4. de lingua Latina scribit, quòd à consule diceretur, cuius dicto omnes audientes essent. Creabatur enim viua voce consulis non per populi suffragiũ. Dictatoris itaque, quo summa erat in populũ potestas, is quoque magister populi appellatus est. Vnde Varro eodem libro: Magister equitum, quòd summa potestas huius in equites & adcensos, vt est summa pop. R. dictator, à quo is quoque magister populi appellatus. His verò ex causis dictator plerunque creabatur, legendi senatus, claui figendi, ferendæ vel abrogandæ legis, Latinarum feriarum, reipub. constituendæ, seditionis sedandæ, quæstionis exercendæ, signi mittendarum quadrigarum dandi, comitiorum habendorum. Quibus rebus peractis dictatura se abdicabat. At si rei gerundæ causa, hoc est belli, sex mensium eius erat imperium, ne in tanto imperio si diuturnum esset, insolentior quis redderetur, ac ita ad tyrãnidem aspiraret, quòd succedentibus annis à Iulio Cæsare factũ est, postquã dictator est declaratus. Quomodo autem dictator à consule nocturno tempore diceretur, tradit Liuius infrà lib. 9. Vnde non erat necesse consulẽ progredi ad populum, vt dictatorem diceret. Et quemadmodũ à Græcis hæc potestas initiò ducta sit, docet Dionysius in quinto eruditè, qui ante omnia videndus est. Sed & Aristoteles tertio politicorum huius dignitatis meminit. Lege etiam Plutarchum in Fabio & Marcello.

T. Largius Flauus primus dictator Romæ.

Dictator vnde dictus.

Dictator magister populi.

Meminit & Eutropius cap. 11. lib. 1. Nihil verò prætermisit de hac re Onuphrius Panuinius in commentarijs Fastorum.

Equum ad mouere.

Admittere concitare est.

Eqoum infestue admisit] Equum admittere, pro conscendere interpretatur Budæus in posterioribus annotationibus in Pandectis. At eum erroris arguit Franciscus Floridus, Sabinus lib. 2. succisiuarum lectionum capite 8. admittere idem esse, quod concitare demonstrans.

Saturnalia.

Saturnalia] Origo Saturnaliorum latißimè enarratur à Macrobio, lib. 1. cap. 6. Nec prætereundus est Lucianus, de Saturnalibus, & Dionysius lib. 6. de eodem.

Castoris ædes.

Aedem Castori vouisse] quem ἱππόδαμον, sicuti Pollucem ἀεθλοφόρον cognominatum legimus. Scribit autem Cicero lib. 3. de natura Deorum apud Regillũ, in silice apparere tanquam vestigium vngulæ Castoris equi, & in foro ab A. Postumio ædem Castori & Polluci dedicatam Historia a pluribus recitata. Quæritur hoc tempore, à plerisque quo loco potissimum esset hæc Castorum ædes. Quidam D.P. Cosmi & Damiani templum Castorum existimarunt, alij iuxta Iuturnæ fontem, quod innuere videtur Ouidius in Fastis ita canens:

Fratribus illa dies, fratres de gente Deorum,
Iuxta Iuturnæ templa posuêre lacus.

Qui de vrbis Romæ antiquitatibus & regionibus scripsere, & ipsi inter se dissentiunt, cùm tamen frequens sit eius templi mentio Ciceroni, Liuio, Plutarcho, Catullo, Varroni, Dionysio, Plinio. Gyraldo historia Deorum syntagmate V. non vnum, sed plura fuisse videtur, quem vide.

Aristodemus.

Ad Aristodemum] De cuius origine si multa volueris scire, lege septimum librum Dionysij à principio. Cognomento verò dictus fuit μαλακὸς, hoc est, mollis. Mortuus verò est Tarquinius anno ætatis suæ 90. Imperij sui 25. Olympiadis 66. anno quarto & vltimo: ab vrbe verò condita 244. quibus Roma sub septem regibus regnatum est, Autor de viris illustribus eum Cumis per summam ignominiam reliquum vitæ tempus exegisse scribit.

Regillus lacus.

Regillum lacum] qui est in agro Tusculano, & Algida sylua ingressu. De quo Plinius lib. 33. cap. 3. Sabell. lib. 9. Enn. 2. Volaterranus lib. 6. cap. 1. Geographia.

Magister equitum.

Ebutius magister equitum] Florus Cossum, Fenestella cap. 9. & Pomponius 16. Spurium Cassium vocant. Erat autem magister equitum, velut magister consiliorum dictatoris, atque in ipsum præscriptum parêre oportebat, ita si quando abesse contingeret, eius vices gerere, & munia obire posset. Quales igitur tribuni Celerũ apud reges, tales ferè apud dictatores magistri equitum erant, & quemadmodum dictator summum habuit ius in populum, ita in milites quoque magister equitum. Vide de ea re Fenestellam, Pomponium Letũ, & Alex. ab Alex.

Castor & Pollux semper pro Romanis stetere sunt.

Pronunciasse militi præmia] Apud Frontinum lib. 1. vbi docet, quemadmodum sit instaurandus exercitus ad prælium, legimus Aulum Postumium oblata specie duorum in equis iuuenum, animos suorum erexisse, Pollucem & Castorem adesse dicentem, ac sic prælium restituisse. Quo discendum est, præsentibus Dijs, ne gentiles quidem in summo vitæ periculo desperasse. Illud verò notandum, Castorem & Pollucem semper pro partibus Romanorum stetisse, vt qui albis insidentes equis P. Vatinio nocte venientes, obuiam quoque facti sunt, nunciantes eo die regem Persen victum atque captum, quod paucis pòst diebus litteris Pauli verum fuisse docuerunt. Cuius rei meminit Plinius lib. 7. cap. 22. Lactantius institutionum diuinarum, lib. 2. cap. 8. Plutarch. in vita Pauli Aemylij.

Romæ tribus vna & viginti factæ] Ita hunc locum restituêre viri doctißimi Glareanus, & post eum Sigonius, non XXXI. sed XXI. tribus, scribendum esse censentes. Cæterùm non negligenda sunt, quæ accuratè à viro eruditißimo Nicolao Grucchio lib. 2. cap. 1. de comitijs Romanorum disputantur, vbi omnium autorum locis diligenter excußis, tandem in Sigonij sententiam concedere videtur.

Aedes Mercurij dedicata] quòd eo die Mercurius natus esset. Templi enim dicatio notalis erat numinis, vt ex hoc Liuij loco & Festo ostendit Turneb. lib. 2. aduersariorum cap. 11.

Nexi ob æs alienum.

Propter nexos ob æs alienum] Erat enim hoc iure iam inde à condita ferè vrbe, vel lege, vel more constitutum, vt liberi, qui pecuniam deberent, cùm soluendo non essent, trahi à creditoribus, atque ad operas in seruitute præstãdas cogi possent, qua licentia abusi multi in terga miserorum crudelißimè sæuierunt. Idque ita obseruatum esse ante 12. tabulas hic locus indicio est. Post autem in eas hæc verba relata sunt, teste Gellio lib. 20. cap. 1. Aeris confessi, rebusque iure iudicatis, XXX. dies iusti sunto. Pòst deinde manus iniectio esto, in ius ducito, ni iudicatum facit, aut quis pro eo in iure vindex sit, secũ ducito,

cito, vincito aut neruo aut compede. XV. pondo ne minore, aut si volet maiore vincito. Si volet suo viuito, in suo viuit, qui eum vinctũ habebit libram farris in dies dato. Si volet plus dato. Et hæc quidem Gellius, quia verò hanc legem mendosissimam, & mutilatam verisimilibus coniecturis restituit Iacob. Renardus cap. 8. 12. tabularum. Itaq; Gellij verbis ex ipso adijciendum. Tertijs nundinis partes secanto, si plus minúsue secuerunt sine fraude esto. Vt autem posterior pars legis de secandis debitoribus, attestante Cæcilio iureconsulto, nunquam vsurpata, sed more publico, vt Quintilianus lib. 3. scribit, repudiata fuit, sic prior nimirum vt debitores addicti in vincula abducerentur, nectérenturq;. vsq; ad annũ CDXXVII. obseruata est, quo anno, vt inquit Liuius, initium libertatis COSS. L. Papirio Mugellano & C. Petilio Visolo. factum est, quod necti desierunt. Atque hoc est illud, quod Varro intellexit, cùm scripsit in libris de lingua Latina: Liber, qui suas operas in seruitute pro pecunia, quam debet, dum solueret, nexus vocatur. Plura de nexorum statu, nectendi ratione, alijsq; ad hunc locum facientibus, vide apud Cœlium lib. 12. lect. antiq. cap. 20. Renardum loco præallegato. Quid verò addicti à seruis differant Quintil. lib. 8. cap. 4. Faciet quoq; non parũ ad huius rei intelligentiam historia Manlij Centurionem liberantis inf. lib. 6.

Tributum. Tributum iniquo suo tempore] *Ita legendum esse Robortellus lib. 2. emendationum cap. 36. ostendit, vt sit sensus iniquo suo tempore, id est, cùm superius enarratis malis conflictatus premeretur inopia rerum omnium. At Nannius lib. 5. συμμίκτων ex Codice Buslidiano legit tributum iniquum, & non suo tempore imperatũ, vt duplex sit conquestio super hoc tributo, & quòd magnitudine fuerit iniquum, quod vltra censum iniuncto onere, & quòd non expectato tempore, quo dudum erat extortum sit. Tributum autem, vt M. Varro de lingua Latina ostendit, dictum est à tribubus, quòd ea pecunia, quæ populo imperata erat, tributim à singulis exigebatur, per quam occasionem tribuni quoq;, quòd tributum exigerent, dicti sunt. Tributum autem ab omnibus pro modo facultatum facta distributione, per centenas partes efflagitabatur apud Romanos, quæ deinde post Papirij de Samnitibus triumphum, vt Liuius in decimo testatur, in stipendia militum collata sunt. De tributo autem soluendo more apud Romanos vetustissimo, lege præter Liuium copiosissimè Blondum lib. 5. Romæ triumph. à principio.*

Ergastulum. In ergastulum] *Ergastulum Liuius appellat locum, in quo mancipia deteriora in vinculis opus facere cogebantur, vt metallarij serui solent. Budæus in priorib. annot. ad Pandectas.*

Sacramento dicere. Sacramento dicerent] *Dicere Sacramento sermo est antiquorum, prout annotat Budæus in annotationib. reliquis ad Pandectas, existimans dicere hoc in loco & alijs similibus pro destinare & dicare accipi, Vide ibidem.*

Collegium mercatorũ. Mercatorum collegium] *Collegia à rege Numa ad exemplum ciuitatis Atticæ instituta scribit Plutarchus, & iura collegiorum ex Solonis legibus petita fuisse, Caius putat in L. finali ff. de collegijs. Florus tamen & Orosius, & Iornandes collegiorum constitutionem Seruio Tullio tribuunt. Quid vero iuris hæc collegia habuerint, & qua ratione eorum distributio facta fuerit, docet Zasius in catalogo legum antiquarum de legibus Clodij.* **Sodales qui?** *Cicero huiusmodi collegia sodalitates vocat. Sunt enim sodales, teste Caio, eiusdem collegij homines, in Germania hodie Zünffte siue Zeche vocantur, eæq; more antiquo magistratum habent, cuius in liberis ciuitatibus non est leuis autoritas. Porrò Festus mercatorum diem festum Idus Maias appellat, quòd eo die Mercurij ædes esset dedicata.* **Mercuriales.** *Eosdem verò, à Mercurio, quem coluerint Mercuriales appellatos à Cicerone in epistolis ad fratrem suspicatur Sigonius lib. 2. de iure antiquo ciuium Romanorum. M. Furium Flaccum, inquit Cicero equitem Romanum, hominem nequam, Mercuriales & Capitolini de collegio eiecerunt, Nam Capitolinorum collegium à M. Camillo dictatore ludis Capitolinis, eodem Liuio teste, cõstitutum satis constat.*

Quęstionē postulare. Quæstionem postulantibus ijs] *Id est, fieri informationem, & legibus hoc factum vindicari, vt nunc vulgo loquuntur. Postulare enim quæstionem eius est, qui iniuriam sibi factam queritur, aut alteri quam vindicari ad se pertineat.* **Quęstionē decernere.** *Decernere verò quæstionem, id est, quod nunc dicimus ordinare, vt fiat informatio, & vt contra delinquentes procedatur, Budæus in prioribus annot. ad Pandectas.*

Lasciuire. Lasciuire magis plebem] *Id est, Plebem nimio ocio se petulantem præbere magis, quàm veram seditionem meditari, nulla satis digna iniuria nobilitatis concitatam, De plebe enim tanquam de equis, qui ab aurigante reguntur, locutus est Budæus ibidem.*

Soluere Sacramento. Soluerentur Sacramento] *Id est, Sacramento, quo obstricti erant, non amplius tenerentur: Sicuti soluere legibus, & canonibus ibidem dicitur, de qua loquendi forma Budæus, vbi prius.*

Nullam scelere religionem exolui] *Sicuti obstringere religione & obligare dicebant, pro eo, quod dicimus conscientiæ metũ incutere, sic exoluere religione est huiusmodi metum & scrupulum adimere, Forma est loquendi familiaris Liuio, de qua Budæus in priorib. annot. in Pandectas.* **Religione exoluere.**

In sacrum montem] *Prima post reges exactos in vrbe discordia, quæ accidit anno 4. Olympiadis 71. ab vrbe condita 260. Ab eo verò, quo libertas parta erat 16. Cuius rei meminerunt quoq; Orosius lib. 2. cap. 5. Eutropius lib. 1. cap. 1. Eusebius in Chronicis.* **Secessio prima plebis.**

Menenium Agrippam] *Agrippas veteres vocabant, qui contra nascentium legem, pedib. prius ex vtero emersi, nati essent, quasi ægrè partos, quod plerunq; omen infœlicitatis fuit. Sed in vno Marco Agrippa, cuius egregium facinus hic Liuius describit, fœlicitatis exemplum fuisse scribunt, nec tamen vsq; eò inoffensæ, vt non plura aduersa pertulerit quàm secunda. Nam & misera pedum valetudine, & aperto coniugis adulterio, & aliquot infœlicitatis notis retrouersi ortus omen luit. Qua de re lege Pliniũ lib. 7. cap. 8. Solinum cap. 4. Gellium lib. 16. cap. 16. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 9.* **Agrippæ qui?**

Tempore quo in homine] *Extat hæc fabula inter Apologos Aesopi philosophi clarissimi, quem haud immeritò sapientem esse existimatum Gellius scribit, cùm quæ vtilia monitu suasúq; erant, non seuerè, non imperiosè præceperit, (qui philosophis mos est) sed festiuos commentus Apologos, res salubriter animaduersas in mentes animósq; hominum, cum audiendi quadam illecebra induxerit, cuius fabulæ inter omnes semper præualuerunt, vt Fabius oratoriarum institutionum quinto animaduertit. Vixit autem Aesopus Crœsi Lydorum regis tempore, cui fabulas suas dicauit.* **Aesopus philosophus.**

Comparando hinc] *Affabulatio & accommodatio fabulæ, Est enim ciuitas humano corpori persimilis. Nam compositum est vtrumq; ex multis partibus, nec in eis vim eandem pars quæque habet, neq; vsus pares exhibet.*

Flexisse mentes hominum] *Locus de fabularum & apologorum vtilitate, quibus summi oratores imperitam plebem sæpè ad meliora reuocarunt. Sic enim summus orator Demosthenes, in conspiratione Græciæ ciuitatum fabulam de lupis & ouibus (vt Aristobulus Cassandreus apud Plutarchum autor est) recitauit, & simili quoq; modo Temistocles ne nouarent magistratus, Atheniensibus persuasit, fabula de vulpe muscis obsita, vt Plutarchus in Temistocle autor est. De vsu autem fabularum lege Aphtonium in progymnasmatis, Quintilianum lib. 5. cap. 11. Cœlium lib. 18. cap. 7.* **Fabularum vsus.**

Tribuni plebeij creati] *Id (plebeij) ideo adiectũ, quòd plura Tribunorum genera essent, vt tribuni Celerum qui sub regibus equitibus præerant, & veluti secundum locum à regibus obtinebant, de quibus suprà lib. 1. Erant & tribuni militares, qui aliquando consulari potestate Rempub. administrarunt. Fuerunt & tribuni ærarij, Verùm is ordo magistratus non erat. Vnde verò hæc vox manauerit variæ autorum sunt sententiæ. Varro lib. 4. de lingua Latina, ex eo ortum tradit, quòd terni ex tribus tribubus Rhamnensium, Lucerũ, Tatiensium, olim ad exercitum mittebantur. Pomponius verò ex eo ortum putat, quòd id temporis populi tres tantùm partes erant, quas tribus nominabant, & ex singulis singuli creabantur, qui eis præessent, Tribuni vocati. Alij à centuriarum equestrium numero dictos malunt, quas ab initio tres tantùm fuisse constat. Nec desunt qui à tribuum suffragijs, quibus creabantur dictos existimant. Porrò ad numerum tribunorum plebis quod attinet, omnes ferè in eo cõsentiunt, quinq; primo anno factos, licet non simul in monte sacro, vbi duo tantùm creati leguntur, tribus deinde adiectis; vt essent quinque singuli ex singulis classibus, vt Pædianus in Cornelianam ex Tuditani, Attici Ciceronis & Liuij sententia tradit. Idem duos primos ex vetustissimorum annalium autoritate nominat L. Sicinium L. F. Bellutum, & L. Iunium C. F. Paterculum: Dionysius verò C. Sicinium Bellutum, L. Iunium Brutum, C. & P. Licinios. & C. Icilium Rugam quinq; primos nominat. Plutarchus in Poplicola duos ex quinq; nominat, Iunium Brutum & Siccinium Bellutum. Suidas Sicinium & Brutum. Anno deinceps CCXCVII. C. Horatio & Q. Minutio COSS. quinque additis decem sunt effecti, qui numerus deinde stante Repub. Romana conseruatus est. De tribunorum autem plebis origine, electione, officio & autoritate leges Fenestellam capite decimo, Lætum capite decimo octauo, Ouidium libro tertio Fastorum, Valerium Maximum libro secundo. capite primo, Blondum libro quinto, Romæ triumphantis, Alexandrum ab Alex. libro quinto, capite secundo.* **Tribuni plebeij.** **Tribunorũ varia genera.**

Sacrata lex.

Sacratam legem latam] *Sic dictam, quòd in sacro monte lata sit. Verùm autem vna tantum lex, an plures in sacro monte latæ sint, non satis constat. Liuius & Dionysius vbi rem ipsam narrant, vnam nominant. Sed Liuius alibi non semel sacratas leges dixit, vt paulò post in hoc ipso libro, sicut & Cicero de prouinciis consularibus, & in oratione pro C. Cornelio, vt annotauit Manutius de legibus Romanorum. Budæus autem in posterioribus annotat leges sacratas dictas, quibus sanctum iubetur esse alicui Deorum, quidquid aduersus eas fecerit, sicut familia, pecuniaq;. Sacrabantur verò leges aut consecratione, & obtestatione, aut pœnarum sanctione, Cicero pro Cornel. Balbo. Deinde sanctiones sacrandæ sunt, aut genere ipso, vt obtestatione & consecratione legis, aut pœna, cùm caput eius qui contrà facit, consecratur.*

Coriolani laus.

Sua laude obstitit] *Fuit enim Coriolanus, Plutarcho teste, (qualem Cato militem esse optabat) non manu tantum, aut ictu, verùm & vocis sono, & vultus asperitate hosti terribilis, animoq; insuperabilis. Quin quoque cùm multa bella per id tempus decernerent Romani, à nullo sine corona aut præmio discessisse visus est.*

Frugalitatis exemplum.

Sumptus funeri defuit] *Frugalitatis contemptusq; diuitiarum memorabile exemplum, quo docemur, nullis nisi inuitis & recusantibus, grauem & indecoram esse paupertatem, quæ ad bene beateq; viuendum multo aptior est, quam largæ diuitiæ, quod cum vita ipsa facile demonstrat, tùm sapientum virorum documenta, qui respuerunt omnes diuitias, vel quia tutius sit ad securitatem, vel quòd ad virtutem aptius ita viuere. Cuius rei alia multa exempla pete ex Valerio Maximo libro quarto, Brusonio lib. 5. facet. Sabell. lib. 8. cap. 5.*

Vnius pœna defungendum esset pătribus] *Id est, vt Marci Coriolani dominatione ab illa populari conseruatione liberādum esset Senatus, id quod à Græcis ἀπαλλάττεσθαι et ἀπαλλάττειν dicitur, vt annotat Budæus.*

Siciliæ vbertas.

Quæsitum in Sicilia] *insula omnium fertilissima, Vnde Florus libro quarto, capite secundo, Siciliam Sardiniamq; firmissimas insulas annonæ pignora. Cicero in quarta actione Verrina aliisq; locis, horreum populi Romani vocat, quæ sæpenumero eorum maximos pauerit exercitus. De hac insula eiusq; vbertate leges Claudianum de raptu Proserpinæ, libro primo, Lucretium libro primo, Silium Italicum libro decimo quarto, Diodorum Siculū lib. 6. Polybium de primo bello Punico, Strabonem libro sexto, Plinium libro tertio, Solinum capite vndecimo, Melam lib. 2.*

Diem dicere.

Tribuni diem dixissent] *Dicebatur enim dies ad populum à magistratibus, aut à Tribunis plebis, quibus tantùm ius dicendi diem facultas data fuit, Nonnunquam tamen à priuatis quoque. Est autem dicere diem, idem quod accusare. Nam qui accusat, diem reo*

Coriolanus cur damnatus.

denunciat, quò ad causam dicendam præstò sit. Non autem vnam ob noxam accusatum legimus apud Plutarchum, cùm primò accusatus sit, eò quòd regnum illicitè affectasset. Secundò quòd captam ex Antiatium agro prædam in ærarium non retulisset, sed militibus suis priuatim diuisisset. Tertiò quod facili vaenundari annonam inhibuisset, & vltimo Tribunitiam quoque potestatem populo intercipere suasisset. Vnde disces inuidiæ naturam, quæ fer(r)e etiam in

Inuidiæ natura.

rebus multa mendaciter confingit, et malum malo conduplicat, modò obsit illi, cui ex animo male vult.

Volsci.

In Volscos] *Qui diu antea per annos cum Romanis bella gesserunt, & perpetui ferè Romanorum hostes fuerunt, qua de re copiose Volaterranus libro 38. Vrban. comment. Plerunq; autem (vt hic Coriolanus) iniuria affecti ad eos confugimus, quos & nobiscum sentire, & simili quoq; odio aduersarios nostros prosequi putamus.*

Accij Tullij] *Plutarchus Tullum Amphideum, alij T. Tacitum appellant.*

Præsultatores.

Præsultatorem displicuisse] *Præsultor dicebatur, qui in ludis aut sacris præsultabat, ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος, vt explicat antiquum Lexicon. Nam in omnibus pompis, ludisq; Circensibus tunc incibant in numerum saltantes & subsilientes, qui ludij & ludiones dicebantur. Turnebus lib. 10. Aduersariorum cap. 10.*

Sequius.

Inuitus quod sequius sit] *Sequius, id est, deterius. Nam sequior pro deterior dici non est infrequens, quod Turnebus libro decimo quarto, Aduersariorum capite 17. à sequendo putat deduci, Deteriora enim sequi, meliora præcedere solent. Sic & Varro apud Nonium loquitur, Non modò absens quicquā si quis de te cogitat, sed etiam ruminabitur humanitatem.*

Veturia matre] *Plutarchus in Coriolano Veturiam vxorem, Volumniam autem matrem fuisse scribit, Vide Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 13.*

Discordias inde inter patres] *Sic Hannibal fraude Punica agres Quinti Fabij maximi intactos reliquit, cæteris omnibus depopulatis, Cuius rei meminit Plinius lib. 17. cap. 26. & Frontinus lib. 1. cap. 8. Stratagematum.*

Fregēre tandem virum] *Ex hac igitur historia disces, vix vllam esse hominis tam grauem affectionem, quam pietas in parentes, & coniuges non facile superet.*

Inuidia rei oppressum] *Autor de viris illustribus, vt proditorem occisum scribit. Alij cùm Romanis finibus copias abduxisset, non multo pòst Antij ob solute belli inuidiam multitudinis incursu lapidibus obrutum, alij ferro trucidatum memoriæ prodiderunt.*

Fortunæ muliebris templum.

Templum Fortunæ muliebri] *Inter numina pleraq; quæ veteres habuēre, olim à Romanis Fortunam eximiè cultam, scriptū in antiquitatibus est, Idq; ex eo coniectari licet, quòd plures illi ædes fuisse, ac diuersis nominibus denominatæ vulgo proditum est, vt legimus apud Plinium lib. 34. cap. 3. libro 36. cap. 22. & 25. libro 8. cap. 48. lib. 36. cap. 5. lib. 7. cap. 7. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 13. Cælium lib. 18. cap 34. lib. 13. cap. 12. lib 18. cap. 14. Fortuna verò muliebris sic cognominata est, quod eius simulachrum, vt in quarto de ciuitate Dei Augustinus scribit, à matronis dedicatum fuit. Idq; cùm dicaretur bis locutum esse ferunt, Autores Halicarnasseus, Valerius, Plinius de viris illustribus. Plutarchus quoque de fortuna Romanorum at, in huius templi dedicatione simulachrum ita locutū: Pie me vrbis lege mulieres vrbana erexēre. Ex Latinis quidam sic afferunt, hanc Deæ vocem: Ritè me matronæ vidistis, riteq; dedicastis. Sed & Lactantius in secundo affirmat non semel hoc fortunæ simulachrum locutum fuisse. Addit & Festus huius Fortunæ fanū nefas esse attingi, nisi ab ea quæ semel nupserit. In templo autem fortunæ muliebris semper Calendis Septembribus, quo die bellum fuerat solutum post reges exactos anno 18. ritè sacrificabant, ad perpetuam huius facti memoriam.*

Laudes mulieribus viri Romani] *Notanda est Romanorum gratitudo erga Veturiam, Nam in huius & Volumniæ honorem non tantùm fortunæ templum ædificarunt, sed vt Valerius ait, benignissimis decretis adornarunt eas, sanxeruntq;, vt fœminis semita viri cederent.*

Agrariæ legis inuentor.

Sunt qui patrem autorem] *Id Valerius lib. 2. vbi de parentum seueritate erga liberos agit, affirmat: Et idem Tribunum plebis Cassium fuisse scribit, sed errorem eius refutat Paulus Manutius in lib. de legibus Romanis, vbi de legibus agrariis tractat. Cæterum de origine & progressu legum Agrariarum latissimè, Vide Appianum lib. 1. de bellis ciuilibus, Quomodo verò eandem hæc lex Agraria appellata sit à C. Licinio Stolone Liuius infrà lib. 7. commemorat.*

Discordia venenum.

Id vnum venenum eam labem ciuitatibus] *Hinc rectè Tyresius Scipioni interroganti, qua de causa Numantia prius inuicta durasset, paulò verò pòst funditus euersa esset? Respondit, concordiam, victoriam, discordiā, excidium præbuisse. Cuius apophthegma extat apud Orosium libro quinto, capite octauo, Eutropium libro quarto, cap. 7.*

Credere & confidere, quid differant.

Consules magis non confidere, quàm non credere] *Locum hunc Nannius lib. 5. συμμίκτων ità interpretatur, Credimus illis, quos soluendo putamus, Confidimus his, quorum beneuolentia securos nos facit. Consules igitur potiùs non confidunt suis militibus, quos alienos à se auersosq; putabant, quam quòd de viribus illorum desperarent. Sic animo confidimus & moribus, si inde officia expectamus. Credimus facultati, cùm id eos præstare posse nobis persuademus, posse suos milites vincere credebant, velle eos vincere non confidebant.*

Aliosq; iratos inuocat Deos] *Ita in Buslidiano codice etiam legi, non verò iratus annotat Nannius loco præallegato, vt sit sensus, si fallat quod præcessit, execratione seipsum obligans, nisi victor è prælio regrediatur.*

Omnis exercitus in se quisque iurat] *Significat postea per ordinem singulos in se diras concepisse, nisi victores redirent. Alij legunt, Item deinceps id exemplo alterius imitationem significat, vt notat ibidem Nannius.*

Fabia gens.

Fabia gens] *Faborū familiā nobilissimā ab Hercule monstrorū domitore originē duxisse, Festo & Iuuenali placet, Cuius familiæ viros, quod primū venandi per fossas morē induxerint a fodiendo Fodios, dictos quidā prodiderūt, et deinde mutatis literis, et lapsa loquēdi cōsuetudine Fabios appellatos. Alij verò à leguminis specie cognomē hoc sibi vēdicasse putarūt, eò q; fabas videlicet optimè seruerint, quod verisimilius est. Sic enim et Cicerones à cicere, Lēculi à lente, et Pisones*

à pisa

à Pisa apud Romanos agricultura semper studiosissimos dicti & cognominati sunt. Qua de re multa Plinius lib. 18. cap. 3. Macrobius lib. 1. cap. 6. Alexander ab Alex lib. 1. cap. 9. De Fabiorum autem familia Plinius libro 7. cap. 4. & libro 22. cap. 5. Volaterranus libro 16. cap. 1. Silius Italicus libro 6. circa finem. Ouidius libro primo Fastorum. & Plutarchus in vita Fabq Maximi.

Sex & trecenti milites] *Inter omnes constat 306. Fabios aduersus Veientes profectos esse, quod tamen recentioribus parum consimile videtur, cùm paulò antè Romanæ legiones ægrè horum exercitū sustinuerint. Veriora igitur visa sunt ea, quæ Dionysius prodidit, quaternum millium hominum agmen ex amicis & clientibus à Fabia gente conflatum esse.*

Paludatus. Consul paludatus, *id est, paludamento indutus. Paludamentum autem chlamys imperatoria eorum erat, qui exercitus educebant, De quo infrà plura. & Budæus in annotationibus prioribus ad ff.*

Porta Carmentalis. Iano portæ Carmentalis] *De qua suprà, vt verò memoriam facinoris & rei dignitatem Romani relinquerent, Scelerata dicta est. Solebant enim Romani iis locis, in quibus nefanda quædam facinora committebantur, huius nota nomina imponere, vt & suprà à nobis annotatum est.*

Cremera fluuius. Cremeram fluuium] *Fluuium Tusciæ, qui Dionysio teste, haud procul Veiis distat, & quem Volaterranus lib. 5. Geographiæ cap. 2. vicinum primæ portæ & quinto ab vrbe milliario esse scribit.*

Vnum prope puberem ætate relictum] *Ex tribus fratribus, Cæsone, Marco, & Quinto septem continuos gerentibus consulatus celibem esse M. Fabio filium, Dionysius ait, & hunc quidem illum esse putant, qui ex Fabiorum familia solus illustris domi celibem fit. Cæterùm Halicarnassæus fabulosum sibi videri addit, quod cæteri Romanorum historiographi scribunt, ex tàm numerosa familia vnum tantùm fuisse, qui domi filium impuberem reliquerit, cùm vetus Romanorum lex vxores ducere coegerit, Vnde nimirum plures eum pueros, tùm in cunis iacentes domi celibes, qui velut vber seminarium gentis alioquin interitura fuerint, constabit. Sed dubia rei fides sit apud eos, qui talia tradiderunt.*

Anquirere capitis. Capitis anquisissent] *Capitis anquirere est actionem criminaliter intendere, capitaliter postulare, & vt vulgo loquuntur, conclusiones capitales concipere. Ex antiquis id annalibus à Liuio petitum, vt Budæus tradit in reliquis annotationibus ad Pandectas.*

Lictores qui. Eos ipsos plebios homines] *Apparet ex hoc loco tunc temporis lictores è plebe Romana fuisse. Cæterum Punico bello confecto, qui magistratibus in prouincia apparerent, eos ferè è Brutiis fuisse, vnde*

Brutiani qui. *Brutianos dictos tradit Gellius, qui causam exponens, cur quendam à Brutiano verberatum, Cato dixisset, ait Romanos ægrè passos, Brutios primos populos Italiæ ad Hannibalem defecisse, pulsis victisq; Pœnis Brutios ignominiæ causa nec milites scripsisse, nec pro sociis habuisse, sed magistratibus in prouinciam euntibus parere, & prœministrare seruorum vicem iussisse, quòd antiqui è Brutiis essent, Brutianos appellatos. Cæterùm lictores dicti sunt à ligando, eò quòd magistratu populi Romani priusquam quempiam verberari iussisset, manus à ministris illi iubebat ligari.*

Militis citati & non respondentis pœna. Quòd ordines duxerat, lictor missus] *Apud Romanos si quidem miles, qui citatus non responderet, varijs modis puniebatur, Gellius lib. XI. M. Terentio quando citatus, neq; respondit, neque excusatus est ego ei vnam ouem multam dico. Valerius lib. VI. M. Curius consul, cum subitum delectum edicere coactus esset, et iuniorum nemo respondisset, coniectis in sortem omnibus, Polliæ, quæ proxima exierat, Primum nomen vrna extractum citari iussit, neque eo respondente, bona adolescentis hasta subiecit.*

Plebei magistratus Tributis comitijs fierent] *De tributis comitijs circa finem libro primo diximus, Idem verò quòd hic Liuius & Dionysius libro 9. tradit, apud quem tamen πόπλιος βολέρων legitur pro ποπλίλιος. Nam Volero prænomen, Publilius nomen fuit, vt non Voleronia, sed Publilia dicenda sit, in qua, vt Hotomannus de legibus sentit, plerique decepti sunt, haud dubie Zasium intelligens, qui in suo Catalogo legum antiquarum eam Voleroniam vocauit.*

Plebei magistratus. *Ante hanc autem legem curiatis comitijs plebeios magistratus, centuriatis patricios creatos fuisse verisimile est, Plebeij autem, vt Manutius exponit, dicebantur qui plebis causa, & ex ipsa plebe, Patricij verò, qui patriciorum causa & ex patricijs familijs primum erant instituti.*

Inuentor idem qui autor. Vt inuentor legis Volero] *Si Volero erat inuentor legis, cur Lectorius eiusdem author dicitur? cùm autor idem sit, quod inuentor hoc est, qui primus aliquid & præcipuus instituit. Non malè itaque vt Nannius libro quinto συμμίκτων annotat, Buslidianus codex pro auctor actor habet, Hoc est exercitator, & executor vt Volero laudem habeat instituta legis, Lectorius de opera ferenda legis primas obtineat.*

Non populi, sed plebis magistratum] *Quid plebs à populo differat, tradit Iustinianus in tit. de iure nat. gent. & ciuili § Lex est est. Plebs autem in quoem à populo eo differt, quo species à genere. Nam appellatione populi vniuersi ciues significantur, connumeratis etiam patricijs & senatoribus. plebis autem appellatione, sine patricijs & senatoribus, cæteri ciues significantur.* Populus & plebs in quo differant.

Tribunus viatorem mittit] *Viatores dicebantur, qui magistratibus parebant, eò quòd plerunq; euocabantur ex agris homines ad magistratus, & frequens eorum ab agris ad vrbem via erat, Columella in præfatione libri primi. Illis temporibus proceres in agris morabantur, & cùm consilium publicum desyderabatur, à villis arcessebantur in senatum, ex quo qui eos arcessebant, viatores nominati sunt. Qua de re lege Ciceronem de senectute, & Alexandrum ab Alexandro libro primo, capite vigesimo septimo. Postea viatorum nomen ad Tribunorum & Aedilium plebis ministros translatum est, qui illorum iussu, quemlibet prehendebant, Consulum verò, proconsulum, prætorum & proprætorum ministri, Lictores dicebantur, sic dicti à ligando, vt antè docuimus.* Viatores qui.

Odisse plebem plus quàm paterno odio] *Id est, plus oderat quàm pater eius ante fecisset, De quo suprà.*

Se vnico consule obiecto] *Aetiologia indignationis, quæ frigidior & dilutior est in verbis istis. Si enim ipse vnicus consul obiectus fit, contra Tribunitiam potestatem, quid mirum si victa sit vnius autoritas destituta à socio atque collega altero consule, ac proinde minor causa irascendi, cùm nihil subitum & inexpectatum eius animum percellat. Sed rursus, quæ potuerunt patres habere tantum spei in impedienda lege, si enim tantum consulem pro se habebant?*

Tot difficultates sanantur vnica dictione, quam habet Buslidianus, vbi pro obiecto est electo, vt sit sensus: Ideo se tanta odia in plebem concepisse, quod vnicè ad id consul electus, cum summa spe patrum, vt ipsius viribus & constantia resisteretur legi, non tamen potuerit sustinere violentiam legis. Nam memor est sui Liuius, qui suprà dixit, patres ad vltimam dimicationem rati rem venturam, Appium Claudium, Appij filium consulem faciunt.

Duplicariosq;] *Varro duplicarios vocat, quibus ob virtutem duplicia cibaria dabantur. Explicantur etiam duplicarij in vetusto Lexico διμοιρῖται annotante Turnebo libro aduersariorum vigesimo primo, cap. 28.* Duplicariosque.

Sorte decimus quisque] *Antiquissimum decimationis exemplum, Decimari verò legiones dicuntur, quando sorte decimus quisq; supplicio afficitur ab imperatore, Græci δεκατεύειν dicunt. Polybius: ἐκ δεκάδος ἄγεσθαι ἐπὶ θάνατον. id quod ipse copiose & luculenter tractat lib. 6. Appianus ἐν ἐμφυλίων Brodæus miscellaneorū lib. 1. cap. 9. Cur verò decimatio sit instituta rationem reddit Cicero in Cluentiana. Fuitq; hæc vna ex grauissimis animaduersionibus militaribus, vt virgis cædi, venire, fuste & securi percuti, in crucem tolli, Leuioris vero animaduersionis species fuêre, quæ ignominiam citra detrimentum attulêre, stipendio legitimo spoliari, hastam dare, tendendi locum mutare, extra oppidum hybernare, cibum stantem capere, fossam fodere, hordeo pasci pro tritico, sanguinem mittere. Quarum exempla passim apud Liuium occurrunt, & à Sigonio libro primo de iure ciuium Romanorum capite decimo quinto cōmemorantur.* Decimatio. Militares animaduersiones.

Haud minus quàm præmio] *Hinc eleganter Poeta dixit:*

Laudataq; virtus
Crescit, & immensum gloria calcar habet,

Patribus ex concilio summouendis] *Hinc, Tributa comitia, non vere comitia, sed plebis concilium dictum est, quòd ad ea non vniuersus populus vocaretur, sed plebs tantùm, patricijs exceptis. Comitia verò cœtus totius populi fuerunt, quem magistratus legitimè conuocasset, vt aliquid suffragio suo vel iuberet, vel prohiberet,* Tributa comitia.

Prensaret homines] *Id est, manibus rogando prehenderet. Ita enim interpretatur Budæus, & rectè, in priorib. annot. in Pandect.*

Cornicines tubicinesq;] *Antiqui militares vigilias, in quaterna horarum spatia, distinguere, ac diuidere solebant, vt singulis spatijs terna comprehenderentur hora. Tertia quaq; hora ad tubæ vel cornu potius signum vigiles mutabantur. Lucanus: Tertia iam vigiles mutauerat hora secundos. Propertius: Et iam quarta canit venturam buccina lucem.* Cornicines, Vigiliarum ratio apud veteres.

Tuba vel cornu vbi mutandi essent vigiles cani, signūq; dari con-

sueuisse,

fuenisse, perspicere etiam licet apud Liuium lib. 7. infrà Salustium in bello Iugurthino, & Lucanum lib. 3. & 7. A tubicine autem omnes vigiliæ committebantur, & finitæ horæ à cornicine reuocabantur. Vegetius lib. 3. cap. 8. et Modestus in libello de vocabulis rei milit. Cum itaq; Quiritus cornicines, tubicinesq; in equos impositos canere ante vallum iubet: vigilias obseruari vult. Hoc verò sciendum, vigilias excubiasq;, non ab Aequinoctialibus horis, sed a planetarum temporis mensuram cepisse, atq; eam ob rem quamuis noctium dierumq; modus euariaret, noctis vigiliarumq; distributionis nihilominus vsum perpetuum certò extitisse.

ĪN III. LIBRVM LIVII ANNOTATIONES.

Antium.

ANtio capto] *Antium vetustissima Latij ciuitas, ducentis sexaginta ab Hostia stadijs distans, quæ cùm à Cinna, post modum & à Mario (vt apud Liuium in quartu ab vrbe condita, legimus) expugnata sit, ruinæ quædam in littore & nemoribus superioribus annis visa sunt tantum. Huius vrbis meminit Strabo, & Plinius lib. 3. cap. 5.*

Algidus mons.

In Algidum aduersus Romam] *Qui duodecim passuum millibus ab vrbe distat, & à quo quoq; sylua montis subiacentis, in cuius ingressu Regillus lacus erat, Algida dicta est: in cuius cacumine Algidum quoq; oppidum, ex aeris algore dictum fuisse, olim constat: quod nunc Rocca Papa, ex veteris situs descriptionis existimatur. Cuius rei testis est Volaterranus libro 6. cap. 1. Geograph. Meminit quoq; Eutropius, vbi suprà.*

Algida sylua. Regillus lacus.

Consules videant, ne quid respublica detrimenti capiat.

Videret ne quid Respub. detrimenti] *De hac forma Senatusconsulti vide notata à Budæo in priorib. annot. ad Pandectas: Senatusconsultis autem in hanc formam factis, neque prouocatio erat, neq; vllum vsquam nisi in cura parendi auxilium. Tunc enim commissa Respublica consulibus dicebatur, permissaq;, vt multis testimonijs docet ibidem Budæus.*

Iustitium.

Iustitium per aliquot dies] *Iustitium iuris statio est, quasi inhibitio. Quod verbum olim licet publicam iuris cessationem significaret, quo tempore lege agi non poterat, nec tria verba prætori dicere licebat, do, dico, addico. Potest tamen & priuatā iuris cessationem moribus nostris significare, vt existimat Budæus in priorib. annotationibus. Porrò verò, tunc iustitium remissum esse dicebatur, qua formula Liuius paulò pòst vtitur, cùm pristina facultas tractandarum litium restitueretur, autore eodem.*

Iustitium remittere.

Vt tunc principium anni agebatur] *Quis dies expulsis regibus magistratibus ineundis solennis fuerit, nullibi se reperire potuisse fatetur Perionius lib. 3. de magistrat. Roman. Vide de hoc notata superius in principio Chronologiæ Liuianæ, vbi causa diuersitatis autorum de annis consulum exponuntur.*

Lapidibus viæ designabantur.

Tertium lapidem] *Id est, tertium milliare: Per lapides enim milliaria signabat antiquitas. Vnde Martialis canit:*

Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartum,
Ad quartum breue rus emit Otacilius.

Curio maximus.

Curio maximus] *Curiones erant, qui curijs præsidebant à Romulo instituti, curiarumq; suffragijs creati, de quibus libro 2. in Numa Dionysius: His verò omnibus vnus præsidebat, Curio maximus dictus, cuius autoritate (vt inquit Festus) cæteri curiones regebantur. Hic curiatis comitijs semper creatus est.*

Quinque viri.

Quinque viri creentur legibus de imperio] *Dionysius diligentissimus Romanæ historiæ scriptor, non de quinque viris, sed decemuiris promulgatum fuisse scribit ijsq; potestatem non tantùm de consulari imperio leges ferendi decretum, sed de omnib. publicis et priuatis rebus. cuius sententia Zasio placet, quamuis dubium nō sit, Liuium aliquem suæ opinionis autorem habuisse.*

Lex Terentilla.

Lex Terentilla] *Corruptè Terentilla pro Terentia legi nonnulli admonent. Meminit autem eius præter Liuium Dionys. lib. 10.*

Duumuiri sacrorum.

Per duumuiros sacrorum aditi] *Horum duumuirorum frequens est mentio apud Liuium, ut hic & lib. 4. & lib. 5. De his autem Dion. lib. 4. ita scribit: Post eiectionem autē regum assumens ciuitas oraculorum patrocinium, viros etiam illustrissimos eis designauit, qui per omnem vitam eam curam haberent, militia & alijs vrbanis muneribus immunes, publiceq; apud eos libros deposuit, sine quibus nō permisit oracula aspicere Sibyllina. Romani enim nihil ita custodiunt, neq; sanctum neq; sacrum quemadmodum Sibyllina diuinitùs oracula missa. Ea autem adeunt ex SC. editione ciuitatē tenente, aut calamitate magna aliqua bello insidente, aut prodigijs aliquib. & larua magnis. Cæterum cùm multo tempore duo, ad hoc ipsum sacerdotiū viri tantum creari soliti essent, ac plebs de suo corpore consules creari quoq; ambiret, neq; ad hoc ipsum satis virium esset, obtinuit tandem, vt qui duumuiri fieri solebant, Decemuiri sacris faciundis eo iure quo duumuiri crearentur. Quare anno vrbis CCCXXCVIII. lege lata à Tribunis plebis C. Licinio & L. Sextio, ex duumuiris decemuiri facti sunt, simulq; lege cautum, vt pars ex plebe, pars ex patribus fieret, qui decemuiri sacris faciundis vocati sunt. Idq; numerus vsq; ad tempora Syllæ mansit, qui in sua dictatura XV. viros constituit. De quo plura Onuphrium in lib. Fastorum de Sibyllis & carminibus Sibyll.*

Sibyllinorum oraculorum autoritas apud Romanos.

Decemuiri sacris faciundis.

Comitiales dies.

Per omnes comitiales dies] *Comitiales dies non solùm dicuntur ij, in quibus comitia haberi licebat creandis magistratib. sed ij etiam, in quibus populus alicuius rei agendæ causa conueniebat. Per dies verò comitiales senatum haberi non potuisse tradit Cicero lib. 2. Epist. ad Q. fratrem. Plura de his affert Perionius de magistratibus Romanorum lib. 3. in ijs edicendis, & auspiciorum & diuersorum religiosorum nefastorumq; rationem haberi solitam, ostendens.*

Cæsones qui.

Cæso erat Quintius] *Cæsones appellabant veteres, qui cæso matris vtero in lucem prodijssent, sicuti Cæsares. Vide Solinum cap. 4. Alexand. lib. 1. cap. 2. & 9.*

Cincinnatus.

Cui Cincinnato cognomen erat] *Apparet nomen à prolixis & intortis capillis natum esse: à κίκιννος enim specie, vt quibusdam videtur. Eos autē duntaxat capillos significat, qui ita intorti sunt, vt oleo persusi madescant, vt testis est Varro. Vnde Cicero in L. Pisonem. Erant illi compliciti capitis, et madentes cinnorum fimbriæ. Vide quoq; Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 9.*

Vadari.

Vadatus est reum] *Id est, pro reo se se obstrinxit. Varro lib. 5. de lingua Latina Vas, inquit, dictus est, qui pro altero vadimonium promittebat, Inde vadari verbum pro vadimonio obstringere.*

Transtyberina regio infamis.

Aliquamdiu trans Tyberim relegatus] *Transtyberina enim regio extra agrum Romanum, & quacumque eo genere, qui peregrinus habebatur, olim censeri solita est, et Hetruriæ attributa: Quin etiam quòd illa vrbis pars infrequentior esset, minimeq; culta, et à Iudæis ignotis & omnib. inuisis, hominibusq; et sordida plebecula tantùm incoleretur, fere in ea pleraq; viliora, immūdiora & sordidiora fiebāt, & administrabantur, vt annotauit Tor. cap. 43. lib. 24. aduers.*

Quadrans quid.

Plebes quadrantes] *Quadrantes, hoc est tres vncias, Ita enim quadrantem Priscianus, Budæus, & Alciatus diuidunt.*

Tusculum.

Haud procul mœnibus Tusculi] *Tusculum Latij oppidum, à Telegono Vlyssis & Circes filio conditum, de quo Strabo lib. 5. Plinius lib. 2. cap. 98. Volaterranus lib. 6. cap. 1. Huius autem oppidi vestigia hodie quoq; videmus supra castrum Frascati, fontemq; ex eo Romam manantem.*

Gracchus Cluilius.

Grachum Cluilium] *Dionysius Equos & Volscos, Cæsonem Quintium damnatum, & exulem à plebe ducem, & Imperatorem belli electum annumerat, non Gracchum.*

Trans Tyberim] *Dionysius scribit Cincinnatum damnatis iam filio, omnia vendidisse, ac sibi tantum prædium parasse trans Tyberim, in quo paucis contentus seruis, rusticam vitam egit, & præ mœrore & paupertate nec vrbem vidit, nec amicos salutauit.*

L. Quintius Cincinnatus dictator petitus ex agro.

Dictatorem eum] *Notandum hoc loco, Dionysium lib. 10. non ad dictaturam, sed ad consulatum, à legatis ex agro vocatum memoriæ prodidisse, & simili deinde modo (vt eodem lib. sed longè pòst scribit) ad dictaturā petitum ex eodē agro esse. Sed quocunq; tēpore, quamcunq; etiam ad dignitatē vocatus sit, satis liquet eat tempestate virtutem hominibus ornamento fuisse, non diuitias, nec eo tempore paupertatem cuiquam dedecori fuisse, nisi huic qui eam fortiter ferre non posset. Sed nunc, vt Naso lib. Amorum 3. canit:*

Curia pauperibus clausa est, dat census honores,
Inde grauis iudex, inde seuerus eques.

Corona obsidionalis.

Coronam auream] *Obsidionalem, quæ tanquā virtutis præferens spectatissimum insigne, æstimatione immensa longè præcellere credita est: hæc enim ex illo fiebat gramine, vbi ciues obsidione essent liberati, quæ nulla nobiliore publica militari lege desinitur. Cæteras quippe imperatores aut duces singulis militibus tradunt, graminea vero, oclue multò maximum decus præferens, nisi ab vniuerso exercitu, seruatori suo minimè concedi poterat. Et hoc quidem corona Q. Cincinnatus noster primus omnium donatus fertur. Ita verò hic Liuius intelligendus, vt præter gramineam & auream*

& auream acceperit, qua ad honorem triumphi erat. Vide de coronis militaribus diuersis Plinium lib.16.cap.5. lib.33.cap.2.lib.21.cap.2. Gellium lib.5.cap.6 Blondum lib.6. Roma triumph. Alex. ab Alex. lib.4.cap.18. Volater. lib.6. Philol.

Ducti ante currum] *In triumpho enim semper, tùm reges & captiui nobiles, & si qui bello capti insignes essent, præcipuè hostium duces, ex tanto fastigio deiecti in vehiculo, cæteri verò cateruatim vincti catenis in seruitutis notam, præcedebant. Vide Blondum libro 10. Roma triumph. Alex. ab Alex. lib.6 cap.6.*

Dictatura se abdicauit] *Quam sex menses iuxta legem retinere potuisset. Deposuit autem omnem dignitatem, vt inanis gloriæ studium a bonis viris alienum esse doceret. Sed quo magis gloriam inanem fugit, Cincinnatus eò magis gloriam & laudem sibi peperit, iuxta Diogenis dicterium, qui, dum interrogaretur, qua via quis gloriam consequi posset? Gloriam si contempserit, respondit. Hanc autem huius historiæ partem legas apud Blondum libro 8. Romæ triumph. Alexandrum ab Alex. libro tertio, cap. 11. Sabell. libro 10. cap. 1. exempl.*

Decemuiri missi ad petendas leges à Græcis.

Missi legati Athenas] *Apparet hîc Liuium existimare, triumuiros missos ad petendas leges à Græcis. Pomponius autem L. 2. de origine iuris decemuiros publica autoritate constitutos affirmat. Quam sententiam veriorem etiam asserit Franciscus Floridus, Sabinus in lib. de iuris ciuilis interpretibus.*

Lex Icilia.

Modo ne lex Icilia] *Icilia lex vna ex sacratis legibus fuit, quas sibi populus abrectus antea, & obnoxius, parandi iuris, & constituendæ maiestatis gratia, secessione in sacrum montem, vt Liuius & Cicero, siue vt Piso & Salustius volunt, in Auentinum facta, parauit. Erant autem hæ leges iura populi, & Tribunitia potestatis comprehensa: Tulit autem hanc legem L. Icilius Tribunus plebis quinque annis ante creatos decemuiros, vt tradit Zasius in Catalogo legum antiquarum.*

Solon quis.

Inclytas leges Solonis] *Atheniensium Philosophi sanctissimi, de cuius legibus vide Valerium lib.5.cap.3. Plutarchum et Diogenem in eius vita. Gellium lib.2.cap.12. & lib 11.cap. 18. Verùm de duodecim tabularum legibus, vide Gellium lib.20. cap.1. Alex. ab Alex. lib. 6.cap.12. Pomponium Iurisconsultum ff. de origine iuris. Caium L. 4. ff. ad L. Aquil. Vlpianum L.1. ff. de tigno iniuncto. Paulum L. 1. ff. arbor furt. Scripta autem fuerunt ab Hermodoro Ephesio, cuius statua Romæ fuit in Comitio, vt autor est Plinius lib.34.cap 5.*

Duodecim tabularum L L.

Multorum ingenia plus pollere.

Plus pollere multorum ingenia consiliaq;] *Sic & Hesiodus: πλεόνων καὶ πλειόνων μελέτη, id est, plus potest, & plurium industria. Item Homerus Iliados μ. ἀλλ' ἐφομαρτεῖτον· πλεόνων δέ τι ἔργον ἄμεινον. id est, Adsitis comites: multorum industria nam quo plus pollet, quàm paucorum. Et idem rursus in Heraclidis: Μιᾶς γὰρ χειρὸς ἀσθενὴς μάχη. Eodem pertinet quod dicitur, Vnus vir, nullus vir, De quo vide Erasmum latiùs in Adagiis.*

Coitio quid.

Deiectisq; honore per coitionem] *Ita legendum esse, & non per cotionem annotauit Cælius lect. antiq. lib. 14. cap. 16. Erat autem, eodem interprete coitio, conspiratio seu federatio, quæ inter candidatos plerumque fiebat.*

Nec attinuisse demi securim] *Ex hoc loco liquet illis magistratibus secures cum fascibus in vrbe præferri solitas, qui sine prouocatione summam imperii tenebant vtpote Dictatori. At Valerius Publicola, vt tùm seipsum tùm consulatum ex formidoloso placitum & gratum multitudini redderet, secures fascibus dempsit, & cum solis fascibus ad populum concionatus est. Vnde mansit in posterum, vt cum duodecim fascibus totidē lictores sine securib. consuli præirēt.*

Apparitores.

Apparitores ad pignora capienda] *Accensi, præcones, lictores, viatores, vno nomine apparitores vocabantur, siue statores, quòd apparerent & præstò essent ad obsequium magistratuum. Mittuntur autem hîc apparitores ad pignora capienda. Nam vetere Romanorum instituto, senatoribus, qui, cùm in Senatum venire deberent, non adessent, acta mulcta dicebatur, & antequam hæc solueretur, pignora capiebantur. Significat id præter Liuium & Cicero in Philipp. cùm inquit: Quis vnquam tanto damno Senatorem coegit? aut quid est vltra pignus? Vendi autem solita fuisse pignora innuit idem Cicero in Proœmio tertii de Orator. Me hisce pignoribus putas posse terreri, non tibi illa sunt cædenda. Vbi Cædere antiquo verbo dixit, pro eo quòd est auctione distrahere. Namque cædere significabat consumere, vt est à Nonio commentariis linguæ Latinæ traditum. Porrò verò de pignore capiendo, deq; mulcta dicenda Senatori, qui è Senatu abesset, Marcus Varro, vt apparet ex Gellii libro 14. disputauit.*

Pignora capere.

Pignora cædere.

Comparare.

Inter se decemuiri comparabant] *Comparare hoc loco & alibi sæpè apud Liuium, pro eo positum est, quòd deliberare, consultare, componere siue sorte. Nam sæpè apud eum legitur S. C. factum esse, vel patres censuisse, vt consules & Prætores, vel compararent inter se, vel sortirentur prouincias. Vno loco erimus contenti ad id probandum lib.33. De prouinciis quum ad Senatum retulissent, patres censuerunt, cùm in Hispania tantum gliscerel bellum, & iam consulari & duce & exercitu opus esset, Consules Hispaniam citeriorē & Italiam prouincias, aut comparare inter se, aut sortiri.*

Honestum ordinem] *Erat enim Centurio, vt autor de viris illustribus scribit. Vxor verò erat Numitoria honestissima matrona.*

Appius Regillanus.

Appius amore ardens] *Regillanus cognominatus. Ex Sabinis verò Claudios, ab autore Appio Clausa, gentis principe, qui cum multitudine clientum Romam commigrauit dictos ferunt. Ex qua familia multi insignes nobilitate & honoribus contra furores Tribunitios, pro patribus perpetui defensores extitêre. Qua de re Volaterranus lib.14. Alex. ab Alex. lib.1. cap 9.*

Appia familia.

M. Claudio clienti] *Homini confidenti, & ad omne ministerium parato. Moris autem fuit apud antiquos, vt prouinciales in clientelam se darent proceribus Romanis, quos patronos sibi adoptabant, non tantùm publicè, sed etiam priuatim, & hos deinde clientes vocabāt. Vide Alex. ab Alex. lib.6 cap.10. et copiosius lib.5. cap. 24*

Vindiciæ quid.

Neque cederet secundum libertatem postulantibus vindicias] *Quo sensu vindiciæ hic, & apud alios probatos autores accipiendæ sint, & multis eruditis viris copiosè demonstratum est, Præ cæteris autem id diligenter annotauit Asconius, Litem vindiciarum in hunc modum definiens: Lis vindiciarum est cùm litigatur ea de re apud Prætorem, cuius incertum est, quis debeat esse possessor. & ideo, inquit, is, qui rem tenet, satis dat pro præde litis vindiciarum aduersario suo, quò illi satis faciat, nihil se deterius in possessione facturum, de qua iurgium est: rursus cautione et illita sponsione prouocatur ab aduersario certa pecunia aut æstimationis, quam amittat, ni sua sit hæreditas, de qua cōtenditur. Cæterùm, si nulla possessionis fieret controuersia solis Sacramentis, nulla vindiciarum quæstione mota, sic contendebatur, vt is interim penes quē rei controuersæ possessio esset, idoneè satis daret, autore Paulo libro 1. sentent. cap. 21. de quo latiùs differentem vide Iacobum Renardum ad leges 12. tabularum, cap. 6. Vindicias itaq; secundum libertatem cedere, Liuius intellexit, decernere, vt interim, dum pater puellæ absens accersitur, dumq; ipsa sui statum quæstionem patitur, in possessione ipsa sui, ac libertatis esset, vt vindicias postulare secundū libertatem, pro eo quod est postulare, vt interim libertate potiretur, vt interpretatur Budæus in prioribus annot. in pandectas. Imò vindiciarum nomine nihil aliud intelligi, quàm assertionem. Cælius lib.17. cap. 29. lectio. antiq. tradit, quasi à seruitute ad libertatem foret, Vindiciæ secundum libertatē dicebantur. Si verò à libertate in seruitutem vindiciæ secundum seruitutem pronunciabantur. A quibus minimè dissimilia vide apud Alex. ab Alex. lib.6. cap.10. Præcipuè autem vide notata à Turnebo lib.13. Aduersar. cap.23. vbi varias huius dictionis significationes esse ostendit. Cæterum quia Franciscus Hotomannus libro 1. obseruationum cap.32. Hermagoreo artificio hunc locum Liuii valdè obscurum, insigniter explicuit, ideò eius explicationem ascribere nō pœnitebit. Puella Virginia, quæ in potestate patris absentis erat in seruitutem petebatur. Cùm assertores vindicias secundum libertatem postularent, aduersarii contradicerent, causa ita est constituta. Intentio: Vindiciæ secundum libertatem decernendæ sunt. Depulsio, Non sunt. Q. An sint: R. Quia nemo idoneus autor existit, cui addicantur. Nam si sui iuris puella esset, & tutores adessent, qui decernerentur, darentur etiam patri, si adesset, atque defenderet, At nemo pro ea, quæ in patris manu sit, idoneus est autor præter patrem. F. At lex indefinitè scripta est, neque inter filiamfamilias aut matremfamilias distinguit. D. An lex ita demum vindicias secundum libertatem decerni iubeat, si quis idoneus autor existat, cui addicantur. Hoc enim Appii verba satis aliòqui obscura significare videntur. In his inquit, quæ asserantur in libertatem, quia quiuis lege agere possit, id iuris esse, in ea, quæ in patris manu sit, neminem esse alium, cui dominus possessione cedat. Quasi diceret filiafamilias non asseruntur in libertatem, sed petuntur filia L. 1. ff. de rei vind. Præterea non quiuis potest lege agere pro filiafamilias, sed solus pater. Is autem abest, quare nemo existit, cui vindiciæ secundum libertatem attribuantur, quod ne cui absurdius videatur, Vlpiani locum ascribam ex L. Pomponius 40. ff. de procurat. vbi sic ait: Pomponius scribit non omnes actiones per procuratores, quem posse instituere, Deniq; vt liberi, qui in potestate absentis dicuntur, ducantur, interdictum nō*

Vindicias dare secundum legem quid.

posse desyderare ait, nisi, vt Iulianus ait, causa cognita, id est, si & nominatim ei mandatum sit, & patrr valetud:ne, vel alia iusta causa impediatur.

Conditionē filiæ quærere.

Conditionem filiæ quærendam esse] *Innuit fore vt sponsalia dirimantur tum Virginia, si pater supersederit à vindicijs secundum libertatem. Quoniam sponsam qua ad seruitutē recidat, non sit ducturus. Proindeq; illi alteram conditionem quærendam. Paulus siquidem L. 1. ff. de diuortijs, scriptum reliquit: Dirimitur matrimonium diuortio, morte, captiuitate, vel alia contingente seruitute. Plura de hac phrasi vide apud Cœlium lect. antiquarum lib. 17. cap. 29. Vtitur eadem & Lampridius in Heliogabalo, sed in obscœna & inhonesta significatione, Roma (inquiens) nihil aliud egit, nisi vt emissarios haberet, qui ei benè nasatos perquirerent, vt eorum conditionibus frui posset. Vbi quid conditiones quærere sit, Egnatius explicat.*

Vindiciasq; puellam pateretur] *Id est, dari puellæ secundum libertatem vindicias, Hoc est, asseri interim in libertatem, & in possessione libertatis esse vsque in posterum diem, vt Budæus in prioribus annotationibus exponit.*

Appij Claudij decretū contra Virginij filiam.

Decresse vindicias secundum seruitutem] *Id est, filiam Virginij in seruitutem abducendam. Verba verò decreti Appiani apud Dionysium hæc sunt: Ego ne quid temerè fecisse viderer, expectandum duxi parumper, dum res aliquo modo componeretur. Cæterùm cùm nihil, vt video, illis conuenit, testor ego & decerno, Marcum Claudium libertum puellæ esse dominum, quibus dictis, vt mancipium abducere puellam iussit, datis duodecim lictoribus, vt comitarentur, ne quam vim formidaret.*

Cloacina.

Propè Cloacinæ ad portas] *Cloacinam deam T. Tatius rex consecrauit, cuius simulachrum (vt Lactantius scribit) in cloaca repertum. Gyraldus historia deorum Syntagmate primo, melius*

Cluacina.

Cluacinæ legi existimat, vt Venus intelligatur. Cluacina enim Venus à Romanis culta sic dicta est, vt Plinius lib. 15. scribit, quòd cluere

Cluere, pugnare.

antiqui pugnare dicebant. Quippe ita traditur, myrtea verbena Romanos, Sabinosq; cùm propter raptas Virgines dimicare voluissent, depositis armis purificatos, in eo loco qui nunc signa Veneris Cluacinæ habet.

Pectus deinde puellæ transfigit] *Pudicitiæ conseruandæ memorabile exemplum Virginius, qui pudica filia interemptor potius, quam corrupta pater esse voluit. Est autem miserandum hoc*

Tabernæ Lanceæ.

spectaculum editum ad tabernas Lanceas, quibus postea Nouis nomē fuit. Quem deinde longè post Sempronius, cum Publij Africani ædem emit, & Basilicam, quam Semproniam vocant, eodem loco prope S. Gregorij templum in Velabro construxit.

Ante decemuiros creatos auxilia plebi fuerant] *Hinc Plutarchus in Problematis autor est, moribus Romanorum constitu-*

Tribuni portus periclitantium.

tum fuisse, ne domus Tribunorum noctu clauderentur, sed interdiu noctuq; auxilio eorum indigenti paterent, quasi portus quidam & præsidium periclitantium. Maiores enim Tribunum esse voluerunt, tanquam aram omnibus accessibilem, proinde eos quidem honore sacrosanctos esse voluerunt, nec sine inexpiabili scelere violabiles.

Controuersum ius.

Cùm veluti in controuerso iure esset] *Cur controuersum fuerit Liuius non exponit, sed Dionysius subobscurè significat, quia cùm lege Centuriatis comitijs lata, populus omnis teneretur, Tributis verò comitijs latam plebis tantùm seruarent. plebs eandem conditionem in vtrisq; legibus esse volebat, vt quemadmodum centuriatis comitijs, vbi plus patritij possent, latas leges plebeij obseruarent, item eo iure, quod tributis comitijs sancitum esset, in quibus plebeij patritijs suffragio præstabant, patricij tenerentur. Prout Manutius in lib. de legibus Romanis hoc annotauit. Cæterùm hanc legem de*

Lex Hortensia.

plebiscitis non esse obseruatam, argumento est lex Hortensij: Nam cùm plebs Romana, vt inquit Florus, propter æs alienum grauesq; atque longas seditiones ad vltimum secessisset in Ianiculum, atque ob eam rem in magno timore essent patres, creatus dictator L. Hortensius plebem inde deduxit, legemq; tulit, vt omnes Quirites plebiscita non minus ac reliqua leges tenerent. Gellius lib. 15. cap 25. Plinius lib. 16. cap. 10. Quibus astipulatur Iustinianus in § plebiscitum, Inst. de iure nat. gentium & ciuili. Sed & plebiscita lege Hortensia nō minus valere quàm leges cœperunt. Et Pomponius in L. 2. ff. de ori-

Plebiscitis omnes Quirites tenebantur.

gine iuris. Quin & P. Philo consul anno vrbis quadringentesimo decimo sexto à collega T. Aemilio Mamerco aduersus rebellantes Latinos Dictator creatus, inter cæteras leges quas plebi secundissimas, nobilitati aduersas tulit, vt plebiscita omnes Quirites tenerent, constituit. infrà libro octauo.

Libera.

Liberi Liberæq;] *Arnob. lib. 5. Liberam eandem esse cum Cere-re & Proserpina tradit. Nec dissentit Cicero in sexta Verrina, cùm inquit, raptā esse Liberam, quam eandē Proserpinā vocant. ex Ennensium nemore, qui locus quòd in media est insula situs, Vmbilicus Siciliæ nominatur.*

Ennensium nemus vmbilicus Siciliæ.

Sacrosancti magistratus.

Tribunos sacrosanctos esse] *Quòd sine capitali piaculo attingi non poterant, vt idem Liuius lib. 9. infrà testatur. Tum Posthumius interea: Dedite, inquit, prophanos nos, quos salua religione potestis, dedetis deinde & istos sacrosanctos, cùm magistratu abierint. Hinc sacrosancta potestas Liuio lib. 29. pro Tribunitia, & sacrosancta Ecclesiæ à Iustiniano dicta, in quibus est ius Asyli. Vide Budæum in priorib. annot. ad Pand.*

Sacrū Ioui.

Ioui sacrum esset] *Antiqui sacros homines sic vocabant, quasi execrandos & detestandos. Vnde sacra fames Virgilio, & sacer atq; intestabilis Horatio. E duodecim tabulis sumptum vocabulum, quod more Gallorum Seruius translatitium esse ait. Nam cùm Massilienses peste laborarent, vnus se ex egentibus offerre solebat annum integrum alendum publicis cibis & purioribus, postea verbenis vestibusq; sacris ornatus circumducebatur per vrbem cum execrationib. precabantur enim, vt in eum omnia mala ciuitatis incumberent & inciderent, sicq; proijciebatur, De quo plura Budæus.*

Eisdem auspicijs] *Id Liuius in initio lib. 7. docet, nimirum centuriatis comitijs creari solitos, Messala apud Gellium lib. 13. cap. 14. Cicero in oratione pro lege Manilia.*

Consules iudices.

Iudicem enim consulem appellari] *Cicero etiam lib. 3. de legib. eundē aliquando fuisse, pratorem, iudicem et consulem his verbis docet. Regio imperio duo sunto, ijq; præeundo, iudicando, & cōsulendo pratores, iudices, cōsules appellantor. M. quoq; Var. cōsules aliquando iudices appellatos fuisse. lib. 5. de lingua Latina docet. Quo verò tempore primū consules appellari cœperint, incertū esse existimat Onuphrius. Prætores verò primò, mox iudices, deinde consules appellatos clarè explicauit Cicero, cùm dixit, ijq; præeundo, iudicando, cōsulendo, pratores, iudices, cōsules appellantur. Porrò verò ideò prætores dictos esse sitendum est, quòd vt Varro lib. 2. de vita populi Rom. scribit, præessent populo. Consules verò quòd consulerent Senatum. Cassiodorus consulem dictum scribit à consulendo, id est, prouidendo, quòd vt in lib. de legib. docet Cicero. Reipub. consulerent, Vel vt lib. 14. de verborum origine Varro scribit, consulere populum & Senatum deberet. Aut, vt Attius ait, quòd à ciuibus consuleretur.*

Consules vnde dicti Prætores vnde.

Senatusconsulta ab ædilibus seruari solita.

In ædem Cereris ad ædiles plebis] *Dio extrema pagina lib. 4. munus hoc inter ædiles & Tribunos communicat, ab hisq; imperante Augusto translatū ad quæstores ait. Penes quos mansit demū perpetuo ætate Cæsarum eorum custodiendorū iura. At mutata illa cōsuetudine in intimo ærario reponebātur, vt ex Tacit. colligere licet.*

Vltio diuina lenta.

Etsi feras non leues tamen] *Diuina enim vltio lento pede ad vindictam sui procedit, sed tarditatem grauitate pœna compensat, vt non minus piè quàm eleganter Valerius Max. dixit, & Tibullus quoque de periurijs scripsit:*

Ah miser, & si quis primò periuria celat,
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Qui versus ex Hom. Il. δ' sumpti sunt.

εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίκ' ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν
ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν
σὺν σφῇσι κεφαλῇσι γυναιξί τε καὶ τεκέεσσι.

Quod si continuo Deus haud periuria plectit,
At tamen id tandem faciet, quò maxima pœna
In caput autoris, sociam, natosq; redundet.

De sera autem numinis vindicta vide prouerbia: Serò Iupiter diphtherā inspexit. Item serò moluut deorū molæ, et Plutar. in cōmentario, cui titulus περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων. Et huc quoq; pertinet Homericum illud ex Iliades χ.

τῶν δ' ἀθρόα πάντ' ἀπέτισε: Quo vtimur, vbi qui diu multa patrauit impunè, tandem in extremum malum adducitur, semelq; dependit superiora flagitia.

Appius in carcere à se ædificato, perijt.

In carcerem est coniectus] *Quem ipse semper Appius Romanæ plebis domicilium vocare solitus erat, teste Sabellico lib. 10. cap. 4. Ethnic. exempl. Aedificauit autem Appius Claudius illum ipsum carcerem eo in loco, vbi hodie S. Nicolai templum est, in quo deinde iudicij reus sibi mortē cōsciuit, teste Marli. lib. 4. cap. 5. Sed alij Tribunorū iussu occisum affirmarūt, genere mortis incerto, ita tamē vt immoderatæ libidinis, et falsi quoq; iudicij condignas pœnas dederit.*

Appij Claudij mors.

Leges in incidi solitæ æs.

In æs incisas] *Priscos illos Græcos & Latinos, leges, fœdera, resq; magni omnino momēti in æreis tabulis insculpsisse docet præter alios Ouidius lib. 1. Metamorph. cum inquit:*

Nec verba minantia fixo

Aere

Aere ligabantur. Per verba minantia, leges supplicia minantes, intelligunt. Et Tzetzes, αἱ κύρβεις ἦσαν, νόμοι δὲ τοῖς περὶ δημοσίων, ἅπας δὲ χαλκοῖ ἐμβλήμασι ἀπὸ ξύλων. Cui astipulatur Dionysius ὁ δὲ δῆμος ... τοὺς νόμους, στήλαις χαλκαῖς ἐγχαράξαντες αὐτούς. Sic & Cicero. Et legũ aera liquefacta sunt. Pomponius iurisconsul publica autoritate ait placuisse decem constitui viros, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus, quas in tabulis eburneis perscriptas pro rostris composuerunt, vt possent apertius percipi. Id quod Liuio repugnat. Cui tamen Plato in Minoe subscribit. Cæterum sunt qui Pomponio adhærentes, libros illos eburneos, elephantinos à Flauio Vopisco

Elephantini libri.

et Tacito appellari credant, non quòd illis temporibus tales essent, sed quòd aliàs fuissent. Licet quamplurimi ab operis magnitudine, quasi elephantis proceritate, nomen inuenisse testentur. Nec solùm in aereis tabulis incisa erant, sed & parietibus affixa, vnde Ouidius dixit fixo aere legabantur, & seruus apud Plautum conquerens non redditum tum, ac de legum & bonorum morum contemptu tragicam querelam instruens:

Meres (inquit) leges produxerunt iam in potestatem suam.
Et misera etiam ad parietem sunt fixa clauis ferreis.

Supplicationes quid.

Supplicationes decreuit] *Supplicationes erant, cùm aut ex collatione aut certè de bonis damnatorum sacrificaretur, vnde & supplicia dicuntur, Isidorus in sexto, & meminit Festus: Supplicationes quæ fiunt de bonis passorum supplicia. Salustius: In suppliciis deorum magnifici. Isidorus libro quinto. Supplicium, inquit, propriè dicitur, non qui quoquo modo punitur, sed ita damnatur, vt bona eius consecrentur, & in publicum redigantur, nam supplicia dicebantur supplicamenta. Et supplicium dicitur, de cuius damnatione delibatur aliquid Deo, vnde & supplicare.*

Trebonia lex.

Dum decem tribunos plebis faceret] *Nam Duilia lex de Tribunis nusquam numerum præfinierat, tantum, vt relinquerentur, sanciebat, et ab iis qui creati essent, cooptare collegas iubebat. Sustulit igitur Trebonia lex cooptationem. Nam cùm tulisset, ab eo qui comitia Tribunis creandis haberet, omnes planè tribunos qui X. omnino erant, creari: nimirum partem Tribunorum creare, reliquos autem ab iis qui creati essent, cooptare velint, quod cùm M. Duilius Tribunus plebis fecisset, rectéq; factum, neque contra legem ab ipso latam defenderet, anno insequenti Trebonius ne in posterum fieret, lege cauit. Nec aliam legem intelligit Liuius lib. IIII. cùm ait, Ante omnia refellit falsum imaginis titulum, paucis ante annis lege cautum, ne tribunis collegam cooptare liceat. Hæc enim verba nihil aliud significant, nisi id quod hic scripsit, vt qui plebem Romanam, &c. Prout sentit Manutius lib. De legibus Romanis.*

Quod saluberrimum in administratione] *Alludit ad illud Homericum Iliados 2. quod ipsum in prouerbium abiit.*

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω.
Multos imperitare malum est rex vnicus esto.

Nam his verbis Vlysses milites tumultuantes (in quibus erat & Thersites) compescit. Eum Homeri versiculum vsurpauit Dion, cùm videret Heracleidem moliri factionem, autor Aemilius Probus. Hinc Xenophon: Vt oculi, manus, pedes, ideo bene conditi sunt, vt coniunctè se adiuuent, non impediant: sic decet fratres, & collegas, animos, consilia, & actiones conferre. Et vt orbes cælestes miris anfractibus sibi mutuò cedunt, vt suam harmoniam & concordiam hoc quasi obsequio tueantur: sic principes & gubernatores collegas decet cedendo, ferendo, & placidè conniuendo, & concordiam retinere, & cursum prudenter & honestè susceptum absoluere.

Haud surdis auribus] *Id est, non frustra vel inaniter. Sic Virgilius in Bucolicis: Non canimus surdis, respondent omnia syluæ, & Terentius in Heaut. Nullæ hand scit quàm mihi nunc surdo narret fabulam: Vide Erasmum in Adagiis: Surdo canis.*

Litẽ in rem suã vertere.

Iudices in suam rem litem vertendo] *Litem in rem suam vertere, dixit pro eo, quod est rem inter duos controuersam adiudicare sibi, quod est cùm iudex ita cum litigantibus agit, vt sibi iure suo cedant: Budæus in prioribus annotat. in pandectas. Quod deinde sequitur quadruplatoris nomen, eo intelligitur delatorum genus, qui ex eo quæstum sese colerabant, vt ea persequerentur, quorum ex legibus quadrupli erat actio, quorum crebra mentio apud antiquos. De quo licet dubium non sit, locum tamen Taciti luculentum qui ad eius vocis explicationem pertinet, ascribam. Contra M. Lepidus quartam accusatoribus secundum necessitudinem legis. Igitur ab illa quarta, quam lex accusatori pro præmio tribuebat, nomen quadruplatores inuenere. Turneb. lib. 3. aduers. cap. 9.*

IN LIBRVM IIII. OBSERVATIONES.

Connubia patriciorum & plebeiorum vetita.

Contaminari sanguinem suum patres] *In duodecim tabulis scriptum fuisse, ne patriciis cum plebeiis connubium esset, præter Liuium docet Dionysius Halicornasseus lib. 10. Eo vero consilio à decemuiris id factum esse videtur, ne per nuptias reconciliati, eiusdem animi contra decemuiros, qui deponere imperium nolebant, pro libertate consentirent, vt Manutius in libro de legibus Romanis existimat. At Zasius in Catalogo legum antiquarum, id decretum à decemuiris, qui omnes patricii erant, constitutum putat, quòd more maiorum nemo plebeius auspicia habebat, quippe ea solis patriciis Romulus dederat, autore Cicerone de diuinatione. Et propterea futurum erat, si connubia non dirimerentur, vt incerta prole auspicia turbarentur.*

Sacra familiam sequebantur.

Quorum sacrorum sit] *Familiam enim sacra sequebantur, ac magna omnino cura, ab eadem conseruabantur. Hinc apud Poetam Aeneas ex capta vrbe fugiens patrem ita alloquitur:*

Tu genitor cape sacra manu, patriosq; penates.
Et paulo post: Teucrosq; penates
Commendo sociis, & curua valle recondo,
Secutus in illum Aeneidos XII. versum:

Sacra deosq; dabo. Sed & sepulchrorum iura sequebantur sacra familiam & hæredem. Cicero lib. 2. de legibus: Iam tanta religio est sepulchrorum, vt extra sacra & gentem inferri fas esse negent. L. familiaria & L. sequ. & L. Si quis fuerit, de relig. & sumpt. fun. Cicero lib. 1. de officiis disserens de gradibus humanæ societatis: Magnum enim est habere eadem monumenta maiorum, iisdem vti sacris, sepulchra habere communia. Verùm in re tam religiosa pontificio iure ciuili miscentes Iureconsulti ingeniosi esse non dubitarunt. Inuenta sunt enim rationes, quibus pecunia sacrorum molestia liberaretur, intermorerenturq; sacra. Cicero lib. 2. de legibus & pro Murena derident Iureconsultos.

L. lintei libri.

In linteis libris] *Lintei libri erant in quibus imperii Rom. facta continebantur vt tradit Gyraldus historia deorum synt. 3.*

Censuræ autoritas.

Vt morum disciplinæq; Romanæ] *Censura enim, vt apud Plutarchum in P. Aemilio legimus, maxima omnium magistratuum reuerentia erat, plurimaq; potestatis, tum in aliis rebus, tum maximè ad morum emendationem. E Senatu quippe mouere indignos poterant Censores, equitibus auferre equos, notare infamia, censum agere, lustrum condere. De quorum autoritate, dignitate, & officio, præter Liuium, leges Fenestellam cap. 8. Pomponium Lætum cap. 22. De Roman. mag. Varronem lib. 2. de agricult. Ciceronem lib. 2. & 3. De legib. Plutarchum in Paulo Aemilio, Asconium Pedianum in actione prima in Verrem. Gel. lib. 7. cap. 22. & lib. 4. cap. 12. Blondum lib. 3. de Roma triumph. Budæum in annot. ad Pandectas. Omnia verò Onuphrius in commentariis Fastorum cumulauit, quem qui ea cognoscere volet, adire poterit.*

Coloni qui.

Coloni eò præsidii causa] *Duo ciuiũ Rom. qui extra vrbẽ habitarent, genera fuerunt, Municipes & coloni. Quales vtriq; fuerint Gell. lib. 16. cap. 13. docet. Municipes, inquiens, sunt ciues Rom. ex municipiis suo iure, et legibus suis viuentes, muneris tantum cũ Po. Rom. honorarii participes à quo munere capessendo appellati videntur, nullis aliis necessitatib. neq; vlla Po. Rom. lege astricti, cùm nunquã populus eorũ fundus factus esset. Sed coloniarũ alia necessitudo erat, non*

Municipes qui.

enim veniũt extrinsecus in ciuitatẽ, nec suis radicib. nituntur, vt municipia. sed ex ciuitate quasi propagatæ sunt, & iura institutaq; omnia populi Rom. non sui arbitrii habent. Coloniarum itaq; conditio, vt idẽ Gell. ait, licet magis quã municipiorũ obnoxia & minus libera esset, potior tamẽ et præstabilior existimabatur propter amplitudinẽ maiestatẽq; Po. Ro. cuius coloniæ quasi effigies paruæ erant, & simul quia obscura obliterataq; erant municipiorũ iura. Deducendarũ verò coloniarũ mos a Romulo institutus frequentissimus apud Romanos fuit. Nã hostib. lacessentib. victis, agriq; & regionum parte mulctatis,

Triumuiri coloniis deducendis.

in agris de iis captis quo imperiũ Rom. stabilirent, vel nouas vrbes cõdebant, vel in antiquas cõditas, veterib. incolis ex iis pulsis, nouos ex vrbe ciues per IIIviros ad id creatos eò deducebant, quotquot agro tam colendo sufficere possent, quẽ nouis colonis diuidebant. Hi statim in coloniam deducti nouã administrandæ reip. rationẽ Rom. more cõstituebant. Nã vt Romæ erat populus & senatus, sic hi nouos colonos in decuriones & plebem diuidebant. Decuriones Senatum, plebs populi Romani imaginem referebant. Ex decurionibus in singulis annis duo vel quatuor viri creabantur iuxta coloniæ magnitudinem vel paucitatem, qui Duumuiri vel IIII. I. D. id est, iuri dicundo vocabantur.

Hi consulum Romanorum speciem representabant, creabantur insuper ædiles qui viarum, ædificiorum publicorum, annonæ & locandorum rituum publicorum. item quæstor qui ærarij publici curam habebat. Atque hi erant præcipui Coloniæ magistratus, in cæteris omnibus more, legibus & institutis Romanis viuebant. Harum Coloniarum duo genera erant vt tradit Asconius, quædam ciuium Romanorum, & quædam Latinæ Coloniæ ciuium Romanorum præter sacra omnia iura habebant quæ ciues Romani obtinebant. Coloniæ verò Latinæ erant quæ ius Latij haberent, de quo infra dicturi sumus. Quia verò crebra Coloniarum mentio apud Liuium fit, & earum cognitio non paruum ad imperij Romani magnitudinem maiestatemq́ intelligendam confert, ideò omnium coloniarum seriem ex Onuphrio Panuinio scriptis collectam ascribere in gratiam lectoris libuit.

Coloniæ ciuium Romanorum.

I. COLONIA CAENINA ABORIGINVM.

PRima omnium Colonia à Romulo facta est bello primo Sabino, Cænina græci generis non ignobilis vrbs. Trecenti eo deducti ciues Coloni fuerunt, anno ab vrbe condita, 4. Dionysius lib. 2.

II. COLONIA ANTENNAE ABORIGINVM.

HAec eodem anno quo Cænina bello primo Sabino finito, colonia à Romulo deducta fuit, vrbs fuerat græcorum Aboriginum qui Siculos expulerant, quemadmodum Cænina trecenti eo etiam ciues Coloni deducti anno vrbis condita 4. Dionysius lib 2.

III. COLONIA CRVSTVMERIVM ALBANORVM.

CRustumerium quæ antea Colonia Albanorum fuerat eodem bello victa a Romulo, Romana Colonia facta fuit, anno vrbis 4. Dionysius lib. 2. & 3.

IIII. COLONIA MEDVLLIA LATINORVM.

MEdullia aliæque vrbes Latinæ audita Romuli virtute se ipsas ei tradidêre suntq́ hæ Colonia Romana facta anno vrbis 5. Dionysius lib. 2. & lib. 3. Medullia olim Colonia a Romulo deducta ad suos defecit sub Tullio Hostilio rege.

V. COLONIA.

EX Dionysio. Cum medullia deducta anno vrbis 5.

VI. COLONIA CAMERIA ALBANORVM.

ROmulus & Tatius reges quum bello Camerinos vicissent, Cameriam, quæ Colonia Albanorum fuerat coloniam Romanam deduxerunt anno vrbis condita 5.

VII. COLONIA FIDENAE ALBANORVM.

ROmulus Fidenatibus insigni prælio superatis vrbeq́ eorum capta Fidenas Coloniam Romanam fecit idibus Aprilis, anno vrbis 13. duobus millibus & quingentis colonis eò deductis. Hæc vrbs olim Albanorum Colonia fuerat, deducta à maximo natu ex tribus fratribus Albanis. quorum alter Crustumeriam alter Nomentum Colonias fecerant. Dionysius lib. 2. & Plutarchus. Liuius verò lib. 4. à Cornelio Cosso, T. Quinctio primo Coss. anno vrbis 326. Fidenis colonorum additus numerus agerq́ ijs bello interemptorum assignatus. Biennio verò pòst noui coloni à Fidenatibus occisi vrbi excidium attulerunt.

VIII. COLONIA OSTIA.

ANco Martio rege silua Mesia Veientibus adempta, vsq́ ad mare imperium prolatum, & in ore Tiberis Ostia Colonia condita. Dionysius lib. 1. & 3. Liuius lib. 1. Item lib. 27. Eadem die hi populi in Senatum venerant, Ostiensis, Alsiensis, Antias, Minturnensis, Sinuessanus & a supero mari Senensis. Quum vacationes suas quisq́ populus recitaret, nullius quum in Italia hostis esset præter Antiatium Ostiensiumq́ vacatio obseruata est, & earum Coloniarum iuniores iureiurando adacti, supra quadraginta non pernoctaturos se esse extra mœnia suæ Coloniæ donec hostis in Italia esset. Item lib 36. Senatus decreuit vacationem rei naualis his colonis non esse. Ostia & Fregenæ, & Castrum nouum, & Pyrgi, Antium, Tarracina, Minturnæ & Sinuessa fuerunt. Florus ex Liuio lib. 79. Ostiam Coloniam Marius expugnauit & crudeliter diripuit. De hac quoque Colonia mentionē faciunt, Eutropius lib. 1. Plinius lib. 3.

IX. COLONIA LATINA SIGNIA.

SVperbus Tarquinius Colonias deduxit Signiam & Circeos. illam casu dum milites castris hybernis retinet, Circeos ductus loci opportunitate. In qua Titum, in illa Sextū filios præfecit. Dionysius lib. 4. & Liuius lib. 1. Tarquinius Superbus rex Signiā Circeósque colonos misit præsidia vrbi futura terra mariq́. & lib. 2. Ap. Claudio et P. Seruilio Coss. anno vrbis, 259. Signia Colonia quam rex Tarquinius deduxerat suppleto numero colonorum iterum deducta est. Sext. Iulius Frontinus in lib. de Colonijs. Signia muro ducta colonia à militibus & 3. viris munita iter populo non debetur. Ager eius militibus augusteis in nominibus est adsignatus. Hæc vna ex XIIX. colonijs bello Punico secundo populo Romano fidelibus fuit. Quum enim 30. tum essent Coloniæ populi Romani, 12. ex his negauerunt esse vnde milites pecuniamq́ darent, XIIX verò Coloniæ milites ex formula paratos esse, vt si pluribus opus esset plures daturos, & quidquid aliud imperaret velletq́ populus Romanus enixe facturos polliciti sunt. Ne nunc quidem post tot secula sileantur fraudentúrve laude sua Signini fuere & Norbani, Saticulani, Brundusini, Fregellani, Lucerini, Venusini, Adriani, Firmani, & Ariminenses, & ab altero mari Pontiani, Pæstani & Cosani, et mediterranei Beneuentani, Æsernini, Spoletani, Placentini, & Cremonenses. Harum Coloniarum subsidio tū Imperium populi Romani stetit, Ita Liuius lib. 27. De hac Colonia Strab. lib. 5.

X. COLONIA CIRCEII.

HVius Coloniæ præter suprà citata auctorum loca, meminerunt Cicero lib. 3. de natura deorum. Circeum (inquit) coloni nostri Circeienses religione colunt, Dionysius lib. 8. vbi Coriolani exulis Romani facta contra Romanos describit, Item Liuius lib. 2. 27. & 29. & Plutarchus in Coriolano. Hæ autem sunt sub regibus deductæ coloniæ.

XI. COLONIA ECETRAE.

AP. Claudio & P. Seruilio Coss. anno vrbis 259. Volscis à Seruilio victis, in agrum de eis captum Ecetras colonos missos fuisse tradit, lib. 6. Dionysius quos quum Aurunci pellere voluissent bellum Romanum in se conuerterunt.

XII. COLONIA VELITRAE.

BEllo Volsco anno sequenti postquam Ecetra colonia facta fuerat, a Virginio, T. Vetusio cos. Volscis deuictis, Veliternus ager est ademptus. Velitras coloni ab vrbe missi, & colonia deducta, vt a Liuius lib. 2. Idem T. Geganio & P. Minutio coss Velitris auxere numerum colonorum Romani. & Dion. lib. 7. viris creatis Velitras Volscorum vrbem Frontinus de Colonijs. Velitræ oppidum lege Sempronia fuerat deductum. Postea Claudius Cæsar agrum eius limitibus angustis constitum, militibus eum adsignari iussit.

XIII. COLONIA NORBA.

T. Geganio & Publio Minutio Cos. anno vrbis 262. Norbam in montes nouam coloniam, quæ arx in Pomptino esset miserunt, et Dionysius libro 7. Norbam deducta colonia Latinorum vrbem non incelebrem, & Liuius iterum lib. 7. Priuernates etiam Norbam atq́ Setiam finitimas colonias Romanas incursione subita depopulati sunt, idem de ea libro 27. scribit.

XIIII. COLONIA CIVIVM ROMANORVM ANTIVM.

LIuius lib 3. Ti. Æmilio. 2. et Q. Fabio Coss anno vrb. CCXXCVI. Antium Coloniam deduxêre 3. viri T. Quintius A. Virginius & P. Furius, idem A. CCXC. A. Posthumio Albo Sp. Furio Coss. colonia Antium suspecta ad Equos transisse & lib. 8. L. Furio Camillo, C Menio, coss. anno CDXVI. Antium noua colonia missa, cum eo vt Antiatibus permitteretur, si & ipsi ascribi colonis vellent. Naues inde longè abactæ, interdictumq́ mari est Antiati populo est, & ciuitas data. Hæc omnium prima ex Latina ciuium Romanorum Colonia facta est. Frontinus. Antium populus deduxit iter populo non debetur. Ager eius in lacinijs est assignatus. Tranquillus in Nerone cap. 9. Antiū coloniam deduxit ascriptis veteranis è prætorio, additisq́ per domicilij translationem ditissimis primipilaribus, vbi & portum operis sumptuosissimi fe-

vni fecit. Hoc an. vrb. DCCCIIII. Neroni 4. et Cosso Cornelio, coss. factum fuisse tradit, lib. 15. Tacitus vbi ita eo anno ait. Veterani Teanum & Antium ascripti. Plinius lib. 3. cap. 4. In Latio inquit, quondam Aphrodisium nunc Antium Colonia. Florus ex Liuio in Epitoma lib. XXC. C. Marius Antium Ariciam & Lanuuium deuastauit Colonias. De ipsa colonia Liuius libris 26. & 36. meminit.

COLONIA XV. VITELLIA.

QVo potissimùm anno colonia in Equos deducta fuerit Vitellia, ab auctoribus non traditur. Ego eam domitis Equis præsidij causa circa annum vrbis CCXCV. factam fuisse opinor, quo tempore aliquot, deuictis Aequis, triumphi primum acti sunt. Huius coloniæ Liuius lib. 5. L. Lucretio Flauo. & Ser. Sulpitio Camerino anno vrbis 361. ita meminit: Vitelliā Coloniam Romanam in agro sua Aequi expugnant. Vitelliam etiam Coloniam Tranquillus in Vitellio capite primo commemorat.

COLONIA XVI. LATINA ARDEA.

M. Fabio Vibulano. Posthumo Ebutio Cornicine Coss. anno vrbis 312. SC. factum, vt quoniā ciuitas Ardeatium intestino tumultu redacta ad paucos esset, coloni eo præsidij causa aduersus Volscos scriberentur. Hoc palàm relatum in tabulas vt plebem tribunosq; fallere iudicij rescindendi consilium initum. Consenserant autem vt multò maiore parte Rutulorum colonorum quàm Romanorum scripta, nec ager vllus diuideretur nisi is qui interceptus iudicio infami erat, nec vlli prius Romano ibi quàm omnibus Rutulis diuisus esset, gleba vlla agri assignaretur. Sic ager ad Ardeates rediit. Triumuiri ad coloniam Ardeam deducendam creati, Agrippa Menenius, & Titus Clulius Siculus, M. Ebutius Elua, ita Liuius lib. 4. Frontinus de Colonijs, Ardea oppidum Imp. Hadrianus censuit. Iter populo nō debetur, ager eius in lacineis est adsignatus, Liuius li. 27. Q. Fabio max. V. Q. Fulvio Flacco 4. coss. 30. inquit, tunc coloniæ populi Romani erant. Ex his duodecim quum omnium legationes Romæ essent, negauerunt consulibus esse vnde milites pecuniamq; darent. Hæ fuere Ardea, Nepet, Sutrium, Circeij, Alba, Carseoli, Suessa, Sora, Setia, Cales, Narnia, Interamna. Easdem lib. 30. Liuius colonias Latinas vocat quas ob id punitas fuisse refert acerbiore delectu & censu, tributoq; stipendij nomine indicto.

COLONIA XVII. LAVICI.

Liuius lib. 4. anno vrbis 336. Senatus frequens censuit coloniā Lauicos deducendam. Coloni ab vrbe mille & quingenti missi bina iugera acceperunt. Lauici oppidum in Latio Præneste versus erat, à qua via Lauicana quod Cicero pro Plancio municipium vocat. Hæ verò sunt coloniæ omnes populi Romani deducta post reges exactos, ante vrbem à Gallis Senonibus captam. 120. annorum interuallo, quas vt opinor Sext. Pompeius priscas Latinas colonias vocat, vt distinguerentur à nouis, quæ postea a populo deductæ sunt.

COLONIA XVIII. SATRICVM. C.R.

Liuius libro sexto, anno vrbis 370. largiter voluntarium repentè senatus factus Satricum coloniam, duo millia ciuium Romanorum deducti iussi. bina iugera & semisses agri assignati. Hæc colonia in Latio fuit, vt idem Liuius tradit.

COLONIA XIX. LATINA SVTRIVM ALIAS IVLIA SVTRINA.

Paterculus lib. 1. post septem annos quàm Galli vrbem ceperunt (is fuit annus vrbis 371.) Sutrium deducta colonia est & post annum Setia. Festus Sutrium municipium suis iuris vocat. Frontinus colonia Sutrium ab oppidanis est deducta aut elimites, & c. Plinius lib 3. cap. 5. in regione 7. Tuscia colonia Rusellana, Senēsis, Sutrina, de hac colonia Liuius libris 17. & 19.

COLONIA XX. LATINA SETIA ALIAS SETINA.

HAec Velleio auctore anno post Sutrium colonia facta est, Frontinus. Setia muro ducta colonia triumuirali lege est munita, iter populo debetur, P. 35. Ager eius in absoluto ex occupatione à militibus tenebatur. De hac Liuius libro septimo, vigesimo septimo, & vigesimo nono mentionem facit.

COLONIA XXI. LATINA NEPET.

PAterculus lib. 1. post septem annos quàm Galli vrbem ceperunt Sutrium deducta colonia est et post annum Setina, nouemq; interiectis annis Nepet. Is igitur fuit anno vrbis CCCXXCI. Frontinus de Colonijs. Colonia Nepensis alias Nepis eadem lege finiatur, qua & ager Faliscorum, Nepet igitur legendum esse ex Prisciano liquet, hanc coloniam. Liuius lib. 25. & 29. commemorat & Festus municipium sui iuris esse refert.

COLONIA XXII. LATINA CALES AVSONVM.

Liuius lib. 8. M. Valerio Coruo 4. & M. Attilio Regulo coss. designati retulerunt de colonia Cales deducenda factūq; S. C. vt duo millia quingenti homines eò scriberentur, IIIuiros coloniæ deducendæ, agroq; diuidundo crearentur. K. Duilium, T. Quintium & M. Fabium. Paterculus lib. 1. Sp. Posthumio. Veturio Caluino Coss. Cales deducta colonia, de ea Liuius libris 27. & 29. scribit. Hanc Coloniam Cicero in Rullum municipium vocat.

COLONIA XXIII. ANXVR TARRACINAE.

Liuius lib. 8. L. Aemilio Mamercino C. Plautio Deciano coss. anno vrbis condita CDXXV. Anxur trecenti in coloniam missi sunt. Bina iugera agri acceperunt. Paterculus lib 1. Insequentibus consulibus Sp. Posthumio & Philone Publilio censoribus Acerranis data ciuitas, & post triennium Tarracinas deducta Colonia. De eadem Liuius libris 26. 27.

COLONIA XXIIII. FREGELLAE VOLSCORVM.

Liuius lib. 8. P. Plautio Proculo, P. Cornelio Scapula. Coss. anno vrbis CDXXVI. Fregellas, Signiorum is ager deinde Volscorum fuerat, colonia deducta. De eadem libris 27. & 29. meminit.

COLONIA XXV. LVCERIA SAMNITIVM.

Liuius lib. 9. M. Petelio Libone, C. Sulpitio longo 3. Coss. Luceriam colonia deducta, duo millia & quingenti coloni missi. Erat annus vrbis is 440. Paterculus lib. 1. eam decennio antè deductam fuisse scribit sic: Post triennium Tarracinas deducta colonia interposito quadriennio Luceria. Fuit is annus vrbis CDXXIX. Plinius lib. 3. cap. 2. Daunorū præter suprà dicta colonia Luceria, Venusia. Polybius lib. 3. bello Punico secundo, Hannibal Dauniam populatur, & in ea coloniam Romanam Luceriam, de eadem Liuius lib. 27. 29.

COLONIA XXVI. LATINA SVESSA AVRVNCA.

Liuius lib. 9. L. Papirio Cursore V. & C. Iunio Bubulco 2. coss. anno CDXLI. Suessa & Pontia colonia deducta sunt, Suessa Auruncorum fuerat. Paterculus lib. 1. ac deinde interiecto triennio Suessa Aurunca & Saticula. Frontinus. Suessa quæ & Aurunca dicitur muro ducta, lege Semproniana est deducta. Iter populo non debetur, ager eius pro parte limitibus intercessiuis & in lacineis est adsignatus. Plinius lib. 3. cap. 5. in regione prima Italia ex descriptione Augusti coloniæ Capua, Aquinum, Suessa, Venafrum. Hanc coloniam Cicero in Rullum municipium vocat. De hac Liuius lib. 27. & 29.

COLONIA XXVII. SATICVLA.

PAterculus lib. 1 interposito quadriennio Luceria ac deinde interiecto triennio Suessa Aurunca & Saticula anno vrbis DDXLI. Sex. Pompeius . . . . . in Sati . . . . In Samnio captum est quo (postea Coloniam) eam deduxerunt, IIIuiri. M. Valerius Coruus. Iunius Sæua P. Fuluius Longus ex S. C. Kal. Ianuarijs L. Papyrio Cursore. C. Iunio 2. Coss. De eadem Liuius lib. 27. & 29.

COLONIA XXVIII. PONTIA.

HAec eodē anno quo Suessa, auctore Liuio, colonia deducta est. Qui ita ait, Suessa, & Pontia colonia deducta sunt. Volsci Pontias insulam sitam in conspectu littoris sui incoluerunt. De eadem meminit libro 27.

COLO-

COLONIA XXIX. LATINA INTERAMNA.

Paterculus lib. 1. Interiecto triennio Suessa, Auruncę & Saticula, Interamnaq́, post biennium Liuius lib. 10. Interamnā & Casinum vt deducerentur Colonia, S.C. factum est. Sed triumuiros creauere, ac misere colonorum quatuor millia insequentes Consules M. Valerius P. Decius CDLXLII. Idem lib. 10. L. Posthumio Megello M. Attilio Regulo coss. Samnites Interamnam coloniam Romanam, quæ via Latina est occupare conati, Fuit enim et aliud oppidum Interamna in Vmbria. De eadem Liuius libris 27. & 29.

COLONIA XXX. CASSINVM.

Eodem anno quo Interamna deducta Colonia fuit, Cassinū vt tradit Liuius, quam Cicero pro Plancio municipium vocat.

ÇOLONIA XXXI. L. SORA.

Liuius lib. 10. L. Genutio. Ser. Cornelio Coss anno vrbis CDLI. Soram atque Albam Colonia deducta. Sora agri Volsci fuerat, sed possederant Samnites eò quatuor millia hominum missa. Paterculus libro primo. Decem deinde hoc munere anni vacauerunt. Tunc Sora atque Alba deducta Colonia. Frontinus de Coloniis. Sora muro ducta Colonia, deducta iussu Cæsaris Augusti iter populo debetur pedum, 15. Ager eius limitibus Augustien Veteranis est adsignatus. Plinius 3. cap. 5. Regio ea à Tyberi prima Italia seruatur ex inscriptione Augusti Intus colonia. Capua, Aquinum, Suessa, Venafrum, Sora, Theanum. De eadem Liuius libro vigesimo septimo, & vigesimo nono. Soram Cicero pro Plancio municipium nominat.

COLONIA XXXII. L. ALBA.

Liuius lib. 10. Sora & Alba colonia deducta. Alba in Aequos sex millia colonorū scripta. Florus ex Liuio in Epitoma libri 72. Aesernia & Alba Coloniæ ab Italicis obsessa sunt, de eadem Liuius libro vigesimo septimo & vigesimo nono.

COLONIA XXXIII. L. CARSEOLI.

Liuius lib. 10. M. Liuio Dentre. Q. Aemilio coss. anno vrbis. CDLII. Marsorum agrum vi tueri, in quem colonia Carseoli deducta erat, quatuor millibus hominum scriptis. Velleius lib. 1. Sora atque Alba deducta Colonia, & Carseoli post biennium. De eadem Liuius libro vigesimo septimo & vigesimo nono.

COLONIA XXXIIII. L. NARNIA NEQVINVM.

Liuius lib. 10. M. Fuluio Patino & T. Manlio Torquato, coss. anno vrbis CDLV. Nequinum in deditionem populi Romani venit, colonia eo aduersus Vmbros missa à Flumine Narnia appellata. Plutarchus in Tito Quintio Colonias deduxit ante Consulatum Narniam & Cosam. De eadem lib. 27. 29.

COLONIA XXXV. SINVESSA.

Liuius lib. 10. Tum de præsidio regionis depopulatæ à Samnitibus agitari cœptum. Itaque placuit vt duæ coloniæ circa Vestinum & Falernum agrum deducerentur. Vna ad Ostium Lyris fluuij quæ Minturnæ appellata, altera in saltu Vestino Falernum contingente agrum, vbi Synope dicitur Græca vrbs fuisse: Sinuessa deinde ab colonis Romanis appellata. Tribunis plebis negotium datum est, vt plebiscito iuberetur, P. Sempronius Prætor Triumuiros in ea loca coloniis deducendis creare. Nec qui nomina darent facilè inueniebantur, quia in stationem se prope perpetuam infestæ regionis, non in agros mitti rebantur. Hoc autem Ap. Claudio 2. & L. Volumnio 2. Coss factum est, anno vrbis CDLVIII. Eas verò non nisi anno sequenti deductas his verbis refert Velleius. At Fabio Quinto & Decio Mure 4. Coss quo anno Pyrrhus regnare cœpit. Sinuessam Minturnasq́, missi coloni. De Colonia Sinuessa, Liuius lib. 27. 29.

COLONIA XXXVI. MINTVRNAE.

Hæc Liuio & Velleio auctoribus, eodem anno quo Sinuessa colonia deducta est. De qua sic scribit Frontinus, Minturnæ muro ducta Colonia, deducta à C. Cæsare. Iter popul: non debetur, eius ager pro parte in iugeribus est adsignatus, cæterum in absolute relictus. Plinius lib. 3. Colonia Minturnæ Lyri amne diuisa, Glanico appellato. Oppidum Sinuessa extremum in adiecto Latio. De hac colonia Cicero pro Plancio, Dionysius lib. 1. Liuius libris 27. 29. Ptolomeus mentionem faciunt:

COLONIA XXXVII. VENVSIA.

Paterculus lib. 1. Sinuessam Minturnasq́, coloni missi post quadriennium Venusiam anno vrbis CDLXIII. Liuius libro 31. P. Sulpitio Galba 2. C. Aurelio Cotta coss anno vrbis DLIIII. 3. viri creati ad supplendum Venusinis colonorum numerum, quòd bello Hannibalis attenuatæ vires eius coloniæ essent: C. Terentius Varro, T. Quintius Flaminius, P. Cornelius Cn. F. Scipio. Hi colonos Venusiam adscripserunt, Plinius lib. 3. cap. 11. Dauniorum præter suprà dictas colonia Venusia. De eadem Liuius lib. 27.

COLONIA XXXVIII. SENA.

Florus ex Liuio Coloniæ deductæ sunt Castrum Sena, Hadria anno CDLXV. Hoc ego magis factum fuisse anno vrbis CDLXXI. quo Senonibus à P. Dolabella ad internecionem cæsis, hæ in eorundem agris coloniæ ductæ sunt. Hanc autem in Senonum agro supero mari adiacente deductam fuisse sic ex Liuio libro 27. intelligitur. C. Claudio Nerone, M. Liuio Saluatore 2 coss. Colonos maritimos, qui sacrosanctam vacationem dicebantur habere, dare milites cogebant nullius obseruata. Ostiensis, Alsiensis, Antias, Anxuras. Minturnensis. Sinuessanus, & à supero mari Senensis. De Colonia Senensi mentionem facit Tacitus lib. 21.

COLONIA XXXIX. HADRIA.

Hæc eodem anno quo Sena deducta Colonia fuit auctore Liuio, de qua idem etiam meminit, lib. 27.

COLONIA XL. COSSA ALIAS CONSA.

Paterculus lib. 1. Cossam vt Pæstū Fabio Dorsone vt Claudio Canina anno vrbis CDXXCI colonia deducta sunt. Florus ex Liuio in Epitoma lib. 14. Coloniæ deductæ sunt possid. Possidania & Cosa. Plinius lib. 3. cap. 5. In regione 7. Etruria ab eo tractu Vmbria portusq́ Telamon, Cossa Volsciensium à populo Romano deducta, victi enim aliquot annis antè fuerant Volsienses & Vulsinienses à Tit. Coruncanio, de quibus etiam triumphauit. Liuius lib. 33. L. Furio Purpureone, M. Claudio Marcello Coss. Cossanis postulantibus, vt sibi colonorum numerus augeretur, mille ascribi iussi, dum ne quis in eorum numero esset qui post L. Cornelium & Ti. Sempronium Coss hostis fuisset. Plutarchus in Tit. Quintio refert, eum adolescentem, et Narniam & Cossam Colonias deduxisse. Cossam Cicero in Verrem municipium vocat. De eadem Liuius lib. 27. Hæc nostra ætate Orbetellum dicitur.

COLONIA XLI. PAESTVS ALIAS POSSIDONIA.

Pæstum quæ & Possidonia dicta est, eodem anno quo Cossa colonia deducta fuit, vt ex Velleio & Liuio videmus. De ea etiam ita scribit Liuius lib. 27. Et ab altero mari Pontiani, Pæstani & Cossani. Strabo lib. 5. Picentes ex Hadria Romani colonos in Possidoniatem sinum deduxêre, vrbs Possidonia Pæstum dicta est in medio sinu collocata ab Sybaritis, quos Lucani Lucanos Romani expulere. Insalubris vrbs ob amnem in Paludes diffusum.

COLONIA XLII. ARIMINVM.

Florus ex Liuio lib. 15. Coloniæ deductæ Ariminum in Piceno. Beneuentum in Samnio. Paterculus lib. 1. P. Sempronio Sopho. & Appio Cæci F. Coss. anno CDXXCI. Ariminum & Beneuentum coloni missi. Strabo lib. Ariminum Vmbrorum Colonia vt Rauenna vtraq́ Romanos habet Inquilinos. Plinius lib. 3. cap. 15. Octaua regio determinatur Arimino, Pado, Apennino. In ora fluuius Crustumium, Ariminum Colonia cum amnibus Arimino & Aprusa: Fluuius hinc Rubicon quondam finis Italiæ. Eutropius lib. 2. P. Sempronio Sopho & Ap. Claudio coss. Condita à Romanis ciuitates Ariminum in Gallia, Beneuentum in Samnio. De eadem Colonia Cicero pro Cæcina. Liuius lib. 27. & 29.

COLONIA XLIII. BENEVENTVM CONCORDIA.

Hæc colonia eo anno quo Ariminum Liuio, Velleio & Eutropio auctoribus deducta est. De qua sic scribit Frontinus in lib. de colonijs Beneuentum muro ducta Colonia, Concordia dicta deduxit. Nero Claudius Cæsar. Iter populo non debetur. Ager eius lege 3. viralis Veteranis est adsignatus Caudinum alias Caudiū oppidum muro ductum iter populo debetur pedum L. a Cæsare Augusto colonia Beneuentana cum territorio suo est adiudicatum. Ager eius Veteranis fuerat adsignatus postea mensuratus limitibus & censitus. Sex. Pompeius Beneuentum (inquit) colonia quum deduceretur appellari cœptum est, melioris ominis causa. Namque eam vrbē antea Græci incolentes Maleuentū appellarunt. Et Plin. lib. 3. cap. 11. Cætera intus in secunda regione Hirpinorum colonia vna Beneuentanum auspicatius mutato nomine, quæ quondam appellata Maleuentum. Polybius lib. 3. Hannibal Beneuentanum coloniam diripuit. De eadem Liuius lib. 27.

COLONIA XLIIII. FIRMVM.

Hæc eodem anno quo Castrum Velleio auctore in initio primi belli Punici deducta colonia est. De qua Liuius lib. 27.

COLONIA XLV. CASTRVM NOVVM.

Florus ex Liuio in Epitoma libri 11. colonia deducta, Castrum, Sena, Hadria. Hoc autem factum est anno vrb. CDLXV. Paterculus lib. 1. Longè pòst deductam scribit: ait enim. Initio primi belli Punici Firmum, & Castrum colonis occupata, in annum vrbis fuit CDXXCIX. Liuius lib. 36. Senatus decreuit vacationem rei naualis non esse colonis maritimis. Ostia, Fregena, Castrum nouum, Pyrgi: Velleij vt approbem sententiam potius quàm Liuij, facit, quòd Tusci nondum victi erant vt in his colonia adhuc deducerentur.

COLONIA XLVI. ÆSERNIA.

Velleius lib. 1 initio belli Punici Firmum & Castrum colonis occupata, & post annum Aesernia. ergo anno vrbis CDXCI. Florus ex Liuio lib. 16. Colonia Aesernia deducta est. Frontinus de colonijs Aeseruia colonia deducta lege Iulia iter populo debetur pedum 10. ager eius limitibus Augusteis est adsignatus. Florus in Epitoma libri 72. Aesernia vt Alba colonia ab Italicis obsessa sunt. Idem lib 73. Aeseruia colonia cum M. Marcello in potestatem Samnitium venit. De eadem Liuius lib. 27.

COLONIA XLVII. ALSIVM.

Paterculus lib. 1. Post. 22. annos Aesulum & Alsium colonis occupata sunt. Liuius lib. 27. Colonis maritimis vacatio obseruata non est, Ostiensis, Alsiensis, Antias, Anxuras, Minturnensis, Sinuessanus & Senensis.

COLONIA XLVIII. ÆSVLVM.

Hæc auctore Velleio eodem anno, quo Alsium colonia deducta est, fuit in annum vrbis condita. DVII.

COLONIA XLIX. FREGENÆ.

Florus ex Liuio in Epitoma libri 19. Colonia deducta sunt Fregenæ in agro Salentino Brundusium Paterculus lib. 1. Fregenas post biennium colonia deducta est, Liuius libro 36. Senatus decreuit colonias maritimas vacationem rei naualis non habere, Ostia, Fregenæ, Castrum nouum, Pyrgi.

COLONIA L. BRVNDVSIVM.

Paterculus Fregenæ post biennium proximoque anno Torquato Sempronioque coss Brundusium anno vrbis DX. Florus. Colonia deducta sunt Fregenæ & in agro Sallentino Brundusinum. De eadem Liuius libris 27. 29.

COLONIA LI. SPOLETIVM.

Florus in Epitoma libri 20. Vmbris victis Spoletium colonia deducta est Paterculus lib. 1. Brundusium & post triennium Spoletium colonia deducta sunt. Quo anno Floralium Ludorum factum est initium. Liuius lib. 22. Hannibal interim recto itinere per Vmbriam vsque ad Spoletium venit, inde repulsus conspectans ex vnius coloniæ viribus Romana vrbs esset. Et Cicero pro Balbo, Spoletinus T. Matrinius vnus ex his quos C. Marius ciuitate donasset dixit constans ex colonia Latina in primis firma & illustri: Et paulò post. sed cum lege Appuleia coloniæ non essent deductæ, qua lege Saturninus, C. Mario tulerat vt in singulas colonias ternos ciues Romanos facere posset. De eadem Liuius lib. 27.

COLONIA LII. VALENTIA.

Paterculus Torquato Sempronioque coss Brundusium & post triennium Spoletium, postquam biennium deducta Valentia. Anno vrbis DXV. Liuius 35. De eiusdē coloniæ constitutione (vt puto loquens) ita ait L. Quintio Cn. Domitio coss. anno vrbis DLXVII. Vibonem colonia deducta est. ex S. C. plebisque scito. tria millia & septingenti pedites ierunt CCC. equites 3. viri deduxerunt eos. Q. Næuius M. Minutius. M. Furius Crassipes. quina dena iugera agri data in singulos pedites sunt duplex equitibus Bruttiorum proximè fuerat ager. Brutij ceperant de Græcis Strabo lib. 6. Post Cosentiam Hipponium est Locrorum ædificium quod Brutijs eripuere Romani & Vibonem Valentiam appellauere.

COLONIA LIII. LATINA PLACENTIA.

Asconius Pedianus in Pisonianam. In annalibus eorum qui Punicum bellum secundum scripserunt reddi video Placentiam coloniam deductam prid. Kal. Ianuarij Ti. Sempronio Longo, & Publio Cornelio Scipione patre Africani Coss. Primo anno eius belli vrbis DXXXVI. Sex millia hominum noui coloni deducti sunt. In quibus equites deducendi fuit causa vt opponeretur Gallis, qui eam partem Italiæ tenebant, deduxerunt tres viri P. Cornelius Asina. P. Papirius Maso, & Cneius Pompeius aliâs Cn. Cornelius Scipio. Eamque Coloniā 53 deductam esse inuenimus. Deducta autem Latina Florus libro 20. in Epitoma. Coloniæ deductæ sunt in agro, de Gallis capto Placentia & Cremona Paterculus lib. 1. Sub aduentu in Italiam Hannibalis Cremona atque Placentia deducta Colonia. Polybius lib. 3. sic scribit, P. Scipione. Ti. Sempronio Coss. Cremonam trans Padum & Placentiam citra Padum deduxere C. Lucatius vir consularis olijque duo prætorq 3 viri quos Boij fugarunt & Mutinam compulere deducta sunt, sex millia ciuium intra trigesimum diem adesse iussa. Plut. In Hannibale Romani Placentiam Cremonamque colonos deduxêre. Plinius lib. 3. cap. 15. In octaua regione Italia colonia Parma & Placentia. De eadem Liuius lib. 31 & Tacitus lib. XIIX. mentionem faciunt. Hanc Cicero in Pisonē municipium & Festus municipium suiiuris vocant.

COLONIA LIIII. LATINA CREMONA.

Hæc eodem anno quo Placentia, Polybio, Liuio, Velleio & Plutarcho auctoribus deducta est. de qua sic scribit Cornelius Tacitus lib. 19. Hic exitum Cremonam habuit anno CCXXCVI. à primordio sui condita erat Ti. Sempronio, & Cornelio Coss. ingruente in Italiam Hannibale propugnaculum aduersus Gallos trans Padum agentes & si qua alia vis per Alpes irrueret: Igitur numero Colonorum, opportunitate fluminum, vbere agri annexu connubijsque gentium adoleuit, floruitque, bellis externis intacta ciuilibus infelix. Liuius 31. Galli Placentiam inuaserant & direpta, traiecto pado ad Cremonam diripiendam pergunt, Vicina vrbis audita clades spatium colonis dedit ad claudendas portas duarum Coloniarum alteram captam, alteram oppugnari. Idem libro 33. Cremonensium & Placentinorum colonorum turba, qui pileati sequebantur Cornelium Cethegum consulem triumphantem de Gallis Insubribus & Cænomanis. Et lib. 37. Cremona & Placentia colonis aucta Plinius lib. 3. cap. 19. In mediterraneo regionis 10. Colonia Cremona, Brixia, Cænomanorum agro Venetorum. Ateste. Ptolomæus lib. 3. C. 1. Cænomanorum quæ sub Venetia sunt ciuitates, Cremona Colonia.

COLONIA LV. PVTEOLI CIVIVM ROMANORVM.

Liuius lib 34. P. Africano maiore, 2. & Ti. Sempronio Coss. anno DLX. Coloniæ ciuium Romanorum deductæ sunt Puteolos, Vulturnum, Liternum, triceni homines in singulas. Paterculus lib. 1. Eodem temporum tractu, quanquam apud quosdam ambigitur Puteolos Salernumque, atque Buxentum missi coloni. Rursum Liuius libro 34. Puteolos Salernumque & Buxentum adscripti coloni, qui nomina dederant quum ob id se pro ciuibus Romanis ferrent, senatus iudicauit non esse eos ciues Romanos. Frontinus. Puteolis colonia Augusta Augustus deduxit. Iter vno latere populo debetur. P 30. Ager eius in iugeribus veteranis, & tribunis legionarijs est adsignatus. Festus. Puteolos vnam ex his præfecturis aliquando fuisse dicit, in quas præfecti populi Romani suffragijs creati mittebantur. Tacitus lib. 14. vetus oppidum Puteoli ius coloniæ, & cognomentum à Nerone adipiscitur. Strab. lib. 5. Puteolis Cumanorum emporium bello Hannibalis à Romanis incolis auctum nomen accepit à puteis vel à putore, antea Dicæarchia dicebatur.

COLO-

COLONIA LVI. SALERNVM. CIVIVM ROMANORVM.

Liuius 34. libro P. Cornelio Scipione Africano 2. Ti. Sempronio Longo Coss. anno DLX. Coloniæ ciuium Romanorum deductæ sunt Puteolos, Vulturnum, Linternum triceni homines in singulas. Item Salernum Buxentumq; coloniæ ciuium Romanorum deductæ sunt. Deduxêre 3. viri, Tit. Sempronius Longus qui tum cos. erat Marcus Seruilius C. Minutius Thermus: Ager diuisus est qui Campanorum fuerat. Eadem Paterculus libro 1. Strabo lib. 5. Romani Salernum custodiæ gratia munierunt, de ea & Appianus 1. bellorum ciuilium.

COLONIA LVII. BVXENTVM C.R.

Eodem anno quo Puteolos Salernumq; & Buxentum colonia deducta, vt Liuius & Paterculus tradunt. De eadē Liuius libro trigesimo nono. Sp. Posthumio Albino, Q. Marcio Philippo Coss. anno vrbis DLXVIII. Triumuiri ad colonos scribendos Sypontum mari supero Buxentum infero desertas Colonias ab T. Manio Pr. vrbis creati sunt, L. Scribonius M. Tuccius, Cn. Bebius Tamphilus.

COLONIA. LVIII. VVLTVRNVM. C. R.

Haec cum tribus suprascriptis colonia deducta est. De qua Frontinus sic scribit Vulturnum muro ducta colonia iussu Imper. Cæsaris est deducta, iter Populo debetur pedum 20. Ager eius in nominibus Villarum, & possessorum est adsignatus. Varro libro quarto, de lingua Latina. Nam & colonia nostra Vulturnum & deus Tiberinus. Hac colonia inter eas præfecturas à Festo refertur, in quos præfecti à populo Romano creati mittebantur.

COLONIA LIX. LINTERNVM. C.R.

Et hac cum Vulturno & tribus reliquis eodem anno Colonia facta. De qua ita scribit Frontinus. Linternum muro ductum, colonia ab Augusto deducta. iter populo debetur, P. CXX. Ager eius in iugeribus veteranis est adsignatus. Hac eodem iure præfectura aliquando fuisse à Festo refertur quo Vulturnum.

COLONIA LX. SIPONTVM C.R.

Liuius libro XXCIIII. Scipione Africano. 2. & Sempronio Longo coss. Sipontum in agrum qui Hirpinorum fuerat coloniam ciuium Romanorum 3. uiri. D. Iunius Brutus M. Bæbius Tamphilus, & M. Heluius deduxerunt. Hac eodem Liuio auctore deserta colonia cum Buxento restituta est.

COLONIA LXI. TEMPSA. C.R.

Liuius eodem anno quo Sipontum. Tempsam, item, Crotonem ciuium Romanorum coloniæ deductæ sunt: Tempsanus ager, de Bruttiis captus erat. Brutij Græcos expulerant. Tempsam L. Cornelius, Merula & C. Salonius deduxerunt.

COLONA LXII. CROTON C.R.

Liuius lib. 34. Africano 2. & Longo Coss. anno DLX. Tempsam & Crotonem ciuium Romanorum Colonia deducta. Crotonem Græci habebant. 3. uiri. Cn. Octauius, L. Aemilius Paulus, C. Platorius Crotonem deduxerunt.

COLONIA LXIII. PIRGI.

Haec eodem anno colonia deducta est quo superiores, de qua sic scribit libro trigesimo sexto Liuius: P. Scipione Nasica. M. Atilio Glabrione Coss. senatus decreuit colonias maritimas vacationem rei naualis non habere, Ostia, Fregenæ, Castrum nouum, Pirgi, Antium, Tarracina, Minturna, Sinuessaq;.

COLONIA LXIIII. LAT. BONONIA.

Liuius lib. 37. M. Fuluio Nobiliore & Cn. Manlio Vulsone COSS. anno DLXV. Ante diem 3. Kal. Ianuarias Bononiam Latina Colonia ex senatusconsulto. L. Valerius Flaccus, M. Attilius Serranus, L. Valerius Tappo 3. uiri deduxerunt. Tria millia hominum sunt deducta, equitibus septuagena iugera, cæteris colonis quinquagena sunt data. Ager captus de Gallis Boijs fuerat. Galli Tuscos expulerant. Paterculus lib. 1. Cn. Manlio Vulsone, M. Fuluio Nobiliore Coss. Bononia deducta colonia. Festus Bononiam municipium sui iuris appellat: Plinius lib. 3. cap. 15. In regione 8. qua determinatur Arimino. Pado, Apennino intus. coloniæ Bononia Felsina vocitata, quum Princeps Etruriæ esset Brixillum, Mutina, Parma. Placentia: Pomponius Mela, lib. 2. cap. 2. Vrbium quæ procul à mari habitantur opulentissimæ sunt, ad sinistrā Patauium Antenoris. Mutina & Bononia Romanæ coloniæ.

COLONIA LXV. PISAVRVM.

Liuius lib. 39. P. Claudio Pulchro L. Porcio Licino Coss. āno DLXX: coloniæ duæ Pollentia in Picenum, Pisaurum in Gallicum agrum deductæ sunt, sena iugera in singulos data, diuiserunt agros, coloniāq; deduxerunt ijdem 3. uiri, Q. Fabius Labeo. M. & Q. Fuluij Flaccus & Nobilior: Paterculus lib. 1. Quadriennium post Bononiam Pisaurum ac Potentia coloniæ deducta Plutarchus in Antonio. Prodigia ante bellum Actiacum fuere, Pisaurum vrbem non longè ab Hadria, in qua Antonius colonos deduxerat hiatu terra absorptum perijsse.

COLONIA LXVI. POTENTIA ALIAS POLLENTIA.

Haec eodē anno cum Pisauro colonia deducta est, vt Liuius & Velleius tradunt.

COLONIA LXVII. MVTINA. C.R.

Liuius lib. 39 Q. Fabio Labeone, M. Claudio Marcello, Coss. anno DLXI. Mutina & Parma, Coloniæ Romanorum ciuium sunt deductæ. Bina millia hominum in agro, qui proximè Boiorum et Tuscorum fuerat. Octogena Iugera Parmæ, quina Mutinæ acceperunt. Deduxerunt 3. uiri M. Aemilius Lepidus, T. Aebutius Caius L. Quintius Crispinus. De hac colonia Polybius lib. 3. Cicero Philippica. 7. Plinius lib. 3. cap. 15. & Pomponius Mela lib. 2. cap. 2. mentionem faciunt.

COLONIA LXVIII. PARMA C.R.

Haec eodem anno quo Mutina colonia facta est, vt paulò antè vidimus.

COLONIA LXIX. SATVRNIA C.R.

Liuius lib. 39. Q. Labeone, & M. Marcello Coss. Saturnia Colonia ciuium Romanorum in agrum Caletranum est deducta, deduxerunt. 3. uiri Q. Fabius Labeo, C. Afranius Stellio, T. Semp. Gracchus Ptolomæus lib. 3. cap. 1. Tuscorum mediterranea Saturnia Colonia. Hanc Coloniam inter eas præfecturas Festus enumerat in quas præfecti quotannis à Prætore vrbis mitti solebant.

COLONIA LXX. LATINA AQVILEIA.

Liuius lib. 39. Q. Labeone & M. Marcello, Coss. illud agitabant in senatu, vti colonia Aquileia deduceretur, nec satis constabat, vtrū Latinam an ciuium Romanorum deduci placeret. Postremo Latinam potius coloniam deducendam patres censuerunt, 3. uiri creati sunt, P. Scipio Nasica C. Flaminius, L. Manlius Acidinus. Et libro 40. P. Cornelio Cethego, M. Bebio Tamphilo Coss. anno vrbis DLXXIII. Aquileia colonia Latina in agro Gallorum est deducta. Tria millia peditum. quinquagena iugera. Centuriones centena, centena quadragena equites acceperunt. 3. uiri deduxerunt, qui supra. Velleius: Interiectoq; triennio Aquileia & Grauiscæ. Plinius lib. 3. cap. 18. In 10. regione Italiæ Venetia Natiso cum Turro. Præfluentes Aquileiam coloniam 12. millia passuum à mari sitam, Carnorum hæc regio. Strabo lib. 5. & Ptolomæus lib. 3. cap. 1. eius coloniæ meminerunt.

COLONIA LXXI. GRAVISCAE.

Liuius lib. 40. P. Cornelio Cethego M. Bæbio Tamphilo Coss. Colonia Grauisca deducta est: in agrum Etruscum de Tarquiniensibus quondam captum, quina iugera agri data. 3 uiri deduxerunt C. Calpurnius Piso. P. Claudius Pulcher, & Caius Terentius Ister. eiusdem meminit Velleius & Frontinus: colonia Grauisca ab Augusto deduci iussa est, nam ager in absoluto tenebatur, Postea Imperator T. Cæsar Iugerationis modum seruandi causa lapidibus immensis reip. loca adsignauit.

COLONIA LXXII. LATINA PISAE.

Liuius libro 40. A. Posthumio Albino. C. Calpurnio Pisone coss. anno DLXXIIII. Pisanis agrum pollicentibus quo Latina colonia deduceretur, gratiæ ab Senatu actæ, 3. viri creati ad eam rem Q. Fabius Buteo M. & P. Popillij Lanates. Ptolomæus lib. 3. eius coloniæ meminit, Festus Pisas municipium sui iuris fuisse scribit.

COLONIA LXXIII. LVCA C.R.

Liuius lib. 41. C. Claudio Pulchro. Tit. Sempronio Graccho coss. anno vrbis DLXXVII. Lucam colonia ∞ ∞ ciuium Roman. sunt deducta, 3. viri deduxerunt Pub. Aelius L. Aegilius, Cn. Sicinius. Quin-

Quinquagena & singula iugera, et semisses agri in singulos dati sunt. De Ligure captus is ager erat, Etruscorum antequam Ligurum fuerat. Paterculus, & post quadriennium Luca colonia deducta. Plinius lib. 3. cap. 5. In regione 7. Primum Etruria oppidum Luca à mari recedens, quam Festus municipium sui iuris vocat.

COLONIA LXXIIII. AVXIMVM.

PATERCVLVS lib. 1 Auximum missi coloni in Picenum ante triennium, quam Cassius Censor à Lupercali in Palatium versus theatrum facere instituit, cui in demoliendo eximia ciuitatis seueritas, & Cos. Caepio restitere. Fuit is annus vrbis DXCVII. Sex. Iulio Caesare. L. Aurelio Oreste COSS.

COLONIA LXXV. FABRATERIA.

PATERCVLVS lib. 1. Cassio Longino & Sextio Caluino Coss. anno vrbis DCXXX. Fabrateria colonia deducta est. Frontinus de colonijs. Fabrateria muro ducta, iter populo non debetur. Ager eius iure ordinario est diuisus.

COLONIA LXXVI. SCYLACIVM.

PATERCVLVS lib. 1. Cassio Longino, & Sextio Caluino Coss. DCXXX. Fabrateria colonia deducta est. Et post annum Scylacium, Mineruium, Tarentũ, Neptunia, Carthagoq́, in Africa prima extra Italiam colonia condita est. De Dertona ambigitur.

COLONIA LXXVII. MINERVIVM.

EODEM anno quo Scylacium authore Velleio deducta colonia, anno vrbis DCXXXI. Q. Caecilio Metello Balearico, T. Quinctio Flaminio Coss.

COLONIA LXXVIII. TARENTVM.

ET haec cũ Scylacio & Mineruio colonia, vt tradit Velleius, deducta est. De qua Plutarchus in Gracchis ita scribit: C. Gracchus Tribunus plebis legem promulgauit, vt Tarentum & Capuam coloniae deducerentur. Drusus verò eius collega vt 12. fierent, quod Senatus probauit. Tacitus lib. 4. Nerone 4. & Cosso Cornelio Coss. Veterani Tarentum & Antium adscripti. Non enim vt olim vniuersae legiones deducebantur cum tribunis & Centurionibus, & sui cuiusque ordinis militibus. Strabo libro sexto. Tarentum inquit Romanorum colonia.

COLONIA LXXIX. NEPTVNIA.

CVM Scylacio, Mineruio, & Tarento colonia deducta est, authore Velleio vrbis DCXXXI.

COLONIA IVLIA DERTONA LXXX.

ET haec circa haec tempora, vt tradit Paterculus colonia facta est. de qua Plinius lib. 3. cap. 5. Ab altero Apennini latere ad Padum amnem Italia ditissimum omnia nobilibus oppidis nitent. Liburna Dertona colonia, Iria. Haec regio ex descriptione Augusti 9. est.

COLONIA LXXXI. NOLA.

ANNO vrbis DCXXXI. Q. Balearico & T. Quinctio Flaminio Coss. quo C. Gracchus primum Tribunatum gessit, 12. vt ait Plutarchus, vel 10. vt Appianus lege Drusi tribuni plebis coloniae factae, in quarum singulas tria millia ciuium deducta, quibus deducendis, ipse praeesse noluit, sed alios praefecit. Adijcit Florus ex Liuio in Epitoma lib. 60. C. Gracchus Tribunus plebis continuato in alterum annum Tribunatu legibus agrarijs latis effecit, vt complures coloniae in Italia deducerentur, & vna in solo diruta Carthaginis quo idem ipse 3. vir creatus coloniam deduxit. Idem refert Appianus lib. 1. bellorum ciuilium. Quae autem fuerunt ab authoribus non produntur. Ego has fuisse opinor, Scylacium, Mineruium, Tarentum, Neptuniam, Dertonam, quas Velleius scribit hoc anno deductas fuisse. Item Nolam, Ariciam, Lauinium, Abellinum, Ferentinum, Tarquinios & extra Italiam Carthaginem. Nam has omnes vrbes paulo post colonias fuisse legimus, nec quando deductae fuerint, apparet. Quae quum ante haec tempora factae non sint, reliquum est, vt eas hoc anno legibus Sempronia et Liuia deductas dicamus, quarum vna fuit Nola, de qua scribit ex Liuio Florus in Epitoma lib. 73. L. Caesar consul male aduersus Samnites pugnauit. Nola colonia in potestatem Samnitium cum L. Postumio pr. venit, qui interemptus est. Festus Nolam municipium sui iuris fuisse tradit. Frontinus de colonijs. Nola muro ducta colonia Augusta Vespasianus Augustus deduxit. Iter populo debetur, P. CXX. Ager eius militibus Sullanis fuerat assignatus. postea intercisiuis mensuris colonis, vt familiae est assignatus. Plinius lib. 3. capite 5. Regio ea à Tyberi prima Italiae seruatur ex descriptione Augusti, intus colonia Capua, Aquinum, Suessa, Venafrũ, Sora, Theanum, Nola, Antiquus lapis.

COLONIA LXXXII. ARICA C. R.

FLORVS ex Liuio in Epitoma lib. 30. Marius Antium Ariciam, Lauinium colonias deuastauit. Aricia autem ex antiquo municipio colonia facta fuerat.

COLONIA LXXXIII. LAVINIVM.

HÆC vt puto vna ex 12. colonijs hoc anno deductis fuit, de qua bello Marsico meminit ex Liuio Florus lib. 30.

COLONIA LXXXIIII. ABELLINVM.

ABELLINVM inquit Frontinus muro ducta colonia lege Sempronia. Iter populo non debetur. Ager eius veteranis est assignatus, Velleius libro secundo de C. Sempronio Graccho loquens. C. Gracchus tribunatum ingressus longè maiora & acriora repetens dabat ciuitatem omnibus Italis, extendebat eam penè vsq; ad Alpes, diuidebat agros, vetabat quemquam ciuium plus quingentis iugeribus habere, noua constituebat portoria, nouis colonijs replebat prouincias, iudicia à senatu transferebat ad equites. frumentum dare instituerat. Ex quibus verbis intelligo, Abellinũ & reliquas colonias, quas Frontinus lege Sempronia deductas scribit ex his 12. fuisse, quae hoc anno ab ipso, & Druso tribunis plebis deductae sunt.

COLONIA LXXXV. FERENTINVM.

FRONTINVS in libro de colonijs: Ferentinensis colonia lege Sempronia est assignata, sed quod antè limitibus centuriatis fuerat assignata, postea deficientibus veteranis iuxta fidem possessionis est recensita, numeris vocalibus termini sunt constituti. Liuius libro 34. Nouum ius eo anno à Ferentinalibus tentatum, vt Latini, qui in coloniam Romanam nomina dedissent, ciues essent Romani. Sed hic de populis non de colonia.

COLONIA LXXXVI. TARQVINII.

TARQVINII colonia lege Sempronia est adsignata, cuius agri mensura in trigono varijs locis est contecta. Ita Frontinus de colonia. Hanc coloniam Cicero pro Caecinna municipium appellat.

COLONIA LXXXVII. EPOREDIA.

PATERCVLVS libro primo, Narbo Martius in Gallia, M. Portio & Q. Marcio Coss. anno vrbis DCXXXVI deducta colonia est. Post tres & viginti annos in Bagiennis Eporedia. Mario VI. Valerioq́, Flacco Cos. anno vrbis DCLIIII. Neq; facile memoriae mandauerim, quae nisi militaris colonia post hoc tempus deducta sit. Plinius lib. 3. cap. 17. in regione 11. Transpadana Augusta praetoria iuxta geminas Alpium fauces Graias & Penninas. His Poenos Graijs Herculem transisse memorant. Oppidum Eporedia Sibyllinis libris à populo Romano condi iussum. Eporedias Galli bonorum equorum domitores vocant.

COLONIA LXXXVIII. ALBA POMPEIA.

ANNO *ab vrbe condita* DCLXIIII. *L. Iulio Cæsare, P. Rutilio Coss. qui primus belli Marsici fuit, quum lege Iulia Latinis, Tuscis, & Vmbris primùm anno ipso, deinde anno sequenti, Cn. Pompeio, Strabone & Lucio Porcia Catone Coss. Gallis Cispadanis ciuitas data fuisset, Transpadani indignati eorum rationem in ciuitatis Romanæ habitam non fuisse, tumultuari cœperunt. Quibus tumultibus sedandis à senatu, cura data est Pompeio consuli. Is Gallis quidem Cispadanis ciuitate donata, vt Transpadanos quietaret, eos iure Latij honorauit, aliquotque, tam citrà quàm vltra Padum colonias deduxit. Citra Padum quidem colonias Romanas, vltra verò Latinas eas fecit. In his quæ cis Padum fuerunt, Alba Pompeia, vt opinor, colonia fuit ab ipso vocata, vt Laus Pompeia vltra Padum. Neque enim vllum præter ea Pompeium in his regionibus quid gessisse legitur. An colonias verò cis Padum deduxerit, vt verisimile ita obscurum est.*

COLONIA LXXXIX. AVGVSTA VERONA.

PÆDIANVS *in Pisonianam ita scribit, vbi de Placentia loquitur. Neque illud dici potest sic eam coloniam esse deductam, quemadmodum post plures ætates. C. Pompeius Strabo, pater Cn. Pompeij Magni Transpadanas colonias deduxerat. Pompeius enim non nouis colonis eas constituit, sed veteribus incolis manentibus ius dedit Latij, vt possent habere ius, quod cæteræ Latinæ coloniæ, id est, vt gerendis magistratus gratia ciuitatem Romanam adipiscerentur. Porrò duo genera earum coloniarum, quæ à populo Romano deductæ sunt, fuerunt. vt aliæ ciuium Romanorum, aliæ Latinorum essent. Ex his Pædiani verbis illud quod dixi, colligimus, deductis aliquot colonijs, ipsum Transpadanis ius Latij ciuitati Romanæ proximum dedisse, postquam ciuitas reliquis Italicis populis (quos enumerauit) data esset à superioribus consulibus Iulio, & Rutilio. Porrò autem inter Transpadanas Latinas colonias à Pompeio deductas fuisse opinor (nullus enim de his aperte, quod sciam scriptor tradit) Veronam & Ateste Venetorum, Brixiam & Comum Cænomanorum, Laudem Pompeij Insubrum. Nam Veneti (quanquam eos nunquam legamus à Romanis victos vel subactos aut triumphatos) ex quo enim in amicitiam & fœdus Romanorum bello Gallico cisalpino authore Strabone venerunt, diu in populi Romani amicitia liberè egêre, postea tamen in consuetudinem parendi Romanis clementer prouocantibus, & ipsi venerunt, omnibus præsertim circum finitimis nationibus & gentibus, vt Insubribus Cænomanis, Carnis, Iapudibus, Istris, & Boijs multis præliis bello superatis, ac in ditionem populi Romani redactis. De his colonijs Transpadanis meminit Tranquillus in Cæsare, vbi eas colonias Latinas vocat, sic decedens ergò ante tempus colonias Latinas de petenda ciuitate agitantes adijt, & ad audendum aliquid concitasset, nisi consules conscriptas in Ciliciam legiones paulisper ob idipsum retinuissent. Veronam verò vnam ex his colonijs Latinis Transpadanis à Pompeio Strabone deductam fuisse refert incertus autor in Panegyrico ad Constantinum Imperatorem, sic pugnacissimo præfecto. et quam coloniam Cn. Pompeius aliquando deduxerat, Pompeianus euerteret, ô miserabilem Veronensium calamitatem &c. Tacitus libro decimo nono, Quæsitum inde quæ sedes bello legeretur. Verona potior visa patentibus circum campis ad pugnam equestrem, qua præualebant, simul coloniam copijs validam auferre Vitellio in rem famámque videbatur.*

COLONIA XC. ATESTE VENETORVM.

HÆC *procul dubio vna ex Transpadanis colonijs fuit à Cn. Pompeio cum Verona & reliquis deducta, de qua scribit Plinius libro tertio, cap. 19. In mediterraneo regionis 10. coloniæ Cremona, Brixia, Cænomanorum agro, Venetorum autem Ateste.*

COLONIA XCI. BRIXIA CÆNOMANORVM.

HÆC *& ipsa ab eodē Cn. Pompeio Strabone Latina colonia deducta est, atque postea cum reliquis colonijs Transpadanis a C. Cæsare dictatore ciuitate donata. De eius magistratibus Quæstore, Aedilis, 4. viris iuri dicundo, 4. viris, quinquennalibus 6. viris augustalibus multa mentio est in antiquis vrbis Epigrammatibus, haud multò tempore antè effossis.*

COLONIA XCII. COMVM ALIAS NOVOCOMVM.

STRABO *libro quinto Comum mediocris colonia erat, sed Pompeius Strabo Magni pater colonos restituit, eam Rhæti vastauerant. C. Scipio tria millia hominum addidit. Cæsar quinque millia ex quibus quingenti Græci ciuitate donati. Hi nouum Comum vocauere. Appianus libro secundo bellorum ciuilium. Cæsar Nouum comum condidit in Alpibus, quis illic magistratum gessissent ciues Romanos esse voluit.*

COLONIA XCIII. LAVS POMPEIA.

HVIVS *coloniæ quanquam nullus, quod sciam, vetustus author mentionem faciat, procul dubio tamen à Cn. Strabone Latina colonia & ipsa Transpadanorum deducta est, à quo & cognomen accepit.*

COLONIA XCIIII. ARRETIVM.

HÆC *colonia ante Ciceronis tempora, & fortè à Sylla militaris deducta fuit, de qua idem Cicero pro L. Murena sic scribit: Catilinam confluente colonorum Arretinorum, & Fesulanorum exercitu alacrem incedere, L. Florus lib. 77. L. Sulla ciuitatis statum ordinauit, ex inde colonias deduxit. Frontinus Arretinum muro ducta colonia lege 3. virali. Iter populo non debetur, ager eius limitibus est adsignatus Et alibi, Colonia, Arretino, lege Augusta censita limitibus Gracchanis, qui rectura maritimas & montanas spectabant, postea per cardines decimano, & duodecimanos est assignata, & numerus centuriarum manet &c.*

COLONIA XCV. FESVLÆ.

ET *hoc vt existimo à L. Sulla dictatore colonia deducta est, de qua Cicero pro Murena meminit. Quandoquidem ex Liuio Florus eum in consulatu colonias deduxisse scribit.*

COLONIA XCVI. BOVILLA.

BOVILLA *lege Sullana est circundatum. Iter populo non debetur, agrum eius ex occupatione milites veterani tenuerunt in sortem. Frontinus. Hanc Cicero Philippica secunda appellat municipium.*

COLONIA XCVII. SVESSVLA.

OPPIDVM *muro ductum. lege Sullana est deducta. Iter populo non debetur, ager eius veteranis militibus Sullanis in iugeribus est assignatus. Front. Hæc vetus præfectura & municipium sine suffragij iure fuit.*

COLONIA XCVIII. POMPEIA.

DE *hac colonia Cicero pro Sulla sic mentionem facit. Disiunxit Pompeianos à colonis, vt hoc dissidio ac dissensione facta oppidum in sua potestate esset, & Pompeianos haberet, quum ab hoc illa colonia deducta sit, & quum commoda colonorum, à fortunis Pompeianorum P. R. fortuna diuiserit, ita carus vtrisque est. Has autem quinque colonias à Sylla deductas fuisse opinor, quòd is multas colonias militares fecisse credatur, atque hæ ante Ciceronis ætatem iam coloniæ factæ fuerint. Florus libro 77. Sylla consul colonias deduxit, & libro 89. Sylla Nolam in Samnio recepit 47. legiones in agros captos deduxit, & eos ijs diuisit. Multisque municipijs, vt tradit Cicero pro Cæcinna, ciuitatem ademit.*

COLONIA XCIX. CAPVA IVLIA FELIX.

PATERCVLVS *Cæsar in consulatu (is eum gessit anno vrbis* DCXCV. *cum M. Bibulo) legem tulit vt ager Campanus plebi diuide-*

diuideretur, suasore legis Pompeio. Ita circiter 20. millia ciuium eò deducta, & ius his restitutum post annos circiter 152. quam bello Punico à Romanis Capua in formam præfecturæ redacta erat. Frontinus de colonijs. Capua muro ducta colonia Iulia. Felix iussu Imperatoris Cæsaris à 20. viris est deducta. Iter populo debetur P.C. Ager eius lege Sullana fuerat adsignatus, postea Cæsar August. in iugeribus militibus pro merito diuidi iussit. Calatia oppidum muro ducta, iter populo debetur. P. L X. Coloniæ Capuensi cum territorio suo à Sulla Felice adiudicata olim ob hostium pugnam. Cicero in Rullum 2. Neque te P. Rulle omnino illa M. Bruti atque auspicia à simili furore deterrent, nam & ipse qui deduxit, & qui magistratum Capuæ ceperunt, & qui aliquam partem illius deductionis, honoris, muneris attigerunt, omnes acerbissimas impiorum pœnas pertulerunt. Idem quum venissem Capuam coloniam deductam, L. Considio & Sext. Salteo, quemadmodum ipsi loquebantur, prætoribus, nam quum cæteris in colonijs duumuiri appellentur, hi se prætores appellari volebant. Et paulò pòst. Hinc illi decemuiri, quum numerum colonorum ex lege Rulli deduxerunt, centum Decuriones, decem Augures, sex Pontifices constituerunt, quos illorum animos, impetus, quam ferociam esse putatis? Idem Philippica secunda: Consuluisti me per literas de Capua, tu quidem, sed idem de Casilino respondissem, possésne, vbi colonia esset, eo coloniam nouam inde ducere, negaui, in eam coloniam quæ esset auspicatò deductam, dum esset incolumis, coloniam nouam iure deduci, colonos nouos adscribi posse, rescripsi. Plinius lib. tertio capite quinto. Regio ea à Tyberi prima Italiæ seruatur ex descriptione Augusti. Intus colonia Capua à Capi dicta Aquinum.

COLONIA BOVIANVM VETVS.

Et hæc à Cæsare, vt puto iam dictatore deducta est (nullus enim deinceps ita in eis digerendis temporis ordo accuratius seruari poterit) de qua sic scribit Frontinus: Bouianum oppidum lege Iulia milites deduxerunt sine colonis. Iter populo amplius non debetur, quàm P. 10. Ager eius per Centurias & scamna est adsignatus. Plinius libro tertio, capite duodecimo in regione 4. Italiæ Samnitium, quos Sabellos & Græci Saunitas dixêre, colonia Bouianum vetus, & alterum cognomine Vndecumanorum.

COLONIA VEII.

Veii colonia priusquam oppugnaretur. Ager eius militibus est adsignatus ex lege Iulia. Postea deficientibus his ad vrbanam ciuitatem adsociandos censuerat Diuus Augustus, nam varijs temporibus & à diuis imperatoribus agri sunt adsignati. Frontinus in libro de colonijs.

COLONIA AVFIDENA.

Avfidena muro ducta colonia, iter populo debetur, P. 10. milites eam lege Iulia sine colonis deduxerunt.

COLONIA CASILINVM.

Cicero Philippica secunda in Marcum Antonium. Deduxisti coloniam Casilinum, quod Cæsar antè deduxerat omni auspiciorum iure turbato, Casilinũ coloniam deduxisti, quo erat paucis annis antè deducta, vt vexillum videres, & aratrum circumduceres, cuius quidem vomine portam Capuæ penè perstrinxisti, vt florentes coloniæ territorium minueretur. Has authore Festo vetus præfectura fuit.

COLONIA CALATIA.

Et hæc à C. Cæsare deducta fuit, vt ex his Velleij verbis intelligitur lib. 2. vbi de Augusto loquitur sic: Primumq; à Calatia mox, Casilino veteranos exciuit paternos, quorum exemplum sequuti alij breui in formam iusti coiere exercitus.

COLONIA LANVVIVM.

Lanvvivm colonia ex municipio vetere facta est, à C. Cæsare dictatore, vt tradit Frontinus, sic Lanuuinus verò muro ductum colonia deducta à Diuo Iulio. Ager eius in limitibus Augusteis pro parte est adsignatus militibus veteranis, & pro parte virginum Vestalium lege Augustana fuit adsignatus. Sed postea Imperat. Hadrianus colonis suis agrum adsignari iussit.

COLONIA FORVM IVLII.

Hæc vt existimo à Cæsare etiam deducta fuit, quod nomẽ ipsum declarat. De qua Ptolomæus lib. 3. cap. 1. sic meminit Carnorum mediterranea colonia Forum Iulij &c.

COLONIA IVLIA HISPELLA.

Hanc quoq; à Cæsare deductam nomen ipsum indicat. Hæc etiã municipium dicitur.

COLONIA POLA ALIAS PIETAS IVLIA.

Et hanc ex nomine à Cæsare deductam opinor, de qua scribit Plinius libro tertio, cap. 19. In decima regione oppida Istriæ ciuium Romanorum Aegida. Parentium colonia Pola, quæ nunc Pietas Iulia quondam à Colchis condita. abest à Tergeste centum millia passuum, mox oppidum Nesactium. Hæ autem sunt omnes coloniæ militares, quas à Cæsare dictatore deductas, vel inuenerim, vel coniectura consequi potuerim.

COLONIA AQVINVM.

Nvnc eas colonias adijciam, quas à triumuiris R. P. C. Lepido Antonio Cæsare deductas fuisse inuenerim. Quarum prima ordine alphabetico est Aquinum, de qua ita scribit Frontinus: Aquinum muro ducta colonia, lege triumuirali deducta, iter populo debetur, P. X X C. Ager eius perennis militibus est assignatus. Plinius lib. 3. cap. 5. In regione prima Italiæ colonia Capua, Aquinum, Suessa &c. Tacitus lib. 17. sub Othone. Sepositus per eos dies Cornelius Dolabella in coloniam Aquinatem. Hæc colonia municipium vocatur à Cicerone in oratione pro Plancio: Nam ante coloniam à Triumuiris deductam, municipium, lege (vt opinor) Iulia factum fuerat.

COLONIA IVNONIA FALISCA ETRVSCORVM.

Frontinvs, colonia Iunonia quæ appellatur Falisca, à Triumuiris est adsignata, & modus ingerationis est datus, in qua limites intercisiui sunt, directi lege agraria. Plinius lib. 3. cap. 5. in regione 7. Tusciæ intus colonia Falisca Argis orta, vt auctor est Cato, quæ cognominatur Etruscorum, lucus Feroniæ &c.

COLONIA FLORENTIA.

Frontinvs Florentia colonia deducta à Triumuiris adsignata lege Iulia Centurijs. Cæsariana iugera, C C. per cardines & decumanos. Huius coloniæ meminit Tacitus.

COLONIA FÆDATVRA.

Colonia Fædatura ea lege qua ager Florentinus in Centuriatis singulis iugera, C C. termini lapidei, alij Sextales, alij molares. Frontinus.

COLONIA FORMIÆ.

Frontinvs. Formias oppidum, Triumuiri sine colonijs deduxerunt. Iter populo non debetur. Ager eius in absoluto resedit, pro parte in lacinias est adsignatus. Finitur terminis siliceis & Tiburtinis. Hæc antè vetus municipium & præfectura fuit.

COLONIA TELESIA.

Telesia muro ducta colonia à Triumuiris deducta. Iter populo debetur, P. triginta. Ager eius militibus Augusteis in nominibus est adsignatus. Frontinus.

COLONIA TVDER FIDA.

Tvder Fida colonia ea lege, qua & ager Florentinus in Centuriatis singulis iugera. C C. Terminis lapideis, aliàs saxei, aliàs molares. Frontinus.

COLONIA VENAFRVM.

Frontinvs Venafrum (inquit) oppidum Triumuiri deduxerunt sine colonijs. Iter populo debetur p. 20. Ager eius in la-

cineis limitibus intercessiuis est adsignatus, sed summa montium intereempti ab Augusto sunt concessa. Plinius libro tertio, capite quinto. In regione prima Italiæ intus coloniæ. Capua, Aquinum, Suessa, Venafrum, Sora, &c. Venafrum verò vnà ex his antiquis præfecturis à Festo fuisse refertur, in quas præfectos quotannis prætor mittere solebat.

COLONIA VOLATERRÆ.

VOLATERRÆ colonia lege 3. vitali est *adsignata in Centurias singulas iugera ducenta decimanis à cardinibus est adsignata, quam omnes veterani in portionibus diuisam pro parte habuerunt. Frontinus.*

COLONIA VLVBRA.

VLVBRA *oppidum à 3. viris erat deductum, postea à Druso Cæsare extructum, ager eius in omnibus est adsignatus. Iter populo non debetur. Frontinus.*

COLONIA REGIVM.

NVNC *colonias quas Cæsar Augustus deduxit, exponam, quarum fortè prima fuit Regium, de qua Strabo libro 5. sic scribit: Cæsar Augustus fugato ex Sicilia Sex. Pompeio quum desertam vrbem Regium reperisset, per multos ex classe eius ibidem fecit colonos.*

COLONIA ACERRÆ.

ACERRÆ *muro ducta colonia Diuus Augustus deduci iussit. Iter populo debetur P. 90. Ager eius in iugeribus est adsignatus. Frontinus. Hæc colonia vetus municipium & præfectura fuit.*

COLONIA ALATRVM.

ALATRVM *muro ducta colonia Augustus deduxit. Iter populo non debetur. Ager eius per centurias & strigas est adsignatus. Frontinus.*

COLONIA ATELLA.

FRONTINVS *Atella muro ducta, colonia deducta ab Augusto. Iter populo debetur P. 120. Ager eius in iugeribus est adsignatus. Atella vetus tum ante municipium, tùm præfectura fuit.*

COLONIA AVGVSTA TAVRINORVM.

HANC *cum Augusta prætoria, Salassorum ab Augusto Cæsare deductam existimo, quando ipse authore Strabone, egregia contra Salasses victoria potitus eorum propè nomen deleuerit, de quibus sic libro tertio, capite decima septima scribit Plinius. In Transpadana regione 11. colonia ab Alpium radicibus Augusta Taurinorum antiqua Ligurum stirpe inde nauigabili Pado, deinde Salassorum Augusta prætoria iuxta geminas Alpium fauces Graias, atque Pœninas.*

COLONIA AVGVSTA PRÆTORIA SALASSORVM.

DE *hac præter Liuiũ meminit Ptolemæus libro tertio, capite primo sic: Salassorum qui sub Insubribus sunt ciuitates Augusta prætoria colonia.*

COLONIA BOVIANVM VNDECVMANORVM.

HVC *vndecimam legionem post bella ciuilia ab Augusto deductam coloniam fuisse innuere videtur Plinius lib 3. cap. 3.*

COLONIA COPIÆ ALIAS THVRII.

STRABO *lib 6 Thurios Tarentini euertere. Romani colonos paucos deduxere copiasq́; coloniam appellauerunt. Hanc ab Augusto deductam opinor post bellum Siculum.*

COLONIA CORTONA.

DIONYSIVS *qui sub Augusto vixit, Croton colonia Romanorum Cortona nuper appellata est. Hæc in Tuscia erat.*

COLONIA CVMÆ.

CVMÆ *muro ducta colonia, ab Augusto deducta. Iter populo debetur pedes 80. Ager eius in iugeribus veteranis pro merito est adsignatus iussu Claudij Cæsaris. Frontinus. Vetus aliquando municipium, aliquando præfectura hæc colonia fuit, Festo & Liuio authoribus.*

COLONIA FANVM FORTVNÆ ALIAS IVLIA FANESTRIS.

HANC *ab Augusto deductam nomen declarat, quando in Tranquillo authore duodetriginta colonias deduxerit. Plinius libro tertio, cap. 13.*

In regione 6. colonia Fanum Fortunæ Pisaurum. Pomponius Mela lib. 2. cap. 2. A Pado ad Anconam transitur Rauennam, Ariminum, Pisaurum, Fanestris colonia, flumen Metaurus atq; Aesis.

COLONIA NVCERIA.

NVCERIA *Constantina muro ducta colonia. Deducta iussu Imperatoris Augusti. Iter populo debetur P. 60. Ager eius limitibus Iulianis lege Augustana militibus est adsignatus. & aliis in absolute resedit. Liuius lib. 27 Nucerinos quærentes, vbi habitarent Nuceria deleta Atellam. quia id maluerant, Atellanis Calatiam migrare iussu transducti M. Marcello. & M. Leuino Coss. Ptolemæus lib. 3 cap 1. Vmbrorum qui sunt supra Tuscos Nuceria colonia, postea Picentinorum Nuceria colonia.*

COLONIA ORIENTIVM.

ORIENTIVM *colonia lege Augusti consita est limitibus Gracchanis qui rectas maritimas et montanas spectant, postea per cardines decumanos & duodecumanos adsignata est. Frontinus.*

COLONIA PRIVERNVM.

PRIVERNVM *oppidum muro ductum coloniam militibus deduxit Imperator Cæsar sine colonis. Iter populo debetur P. 30. Ager eius pro parte cultus iugeribus est adsignatus. Cæterùm in lacinis vel in absoluto remansit. Frontinus. Priuernum vetus municipium & præfectura antè fuit, authore Festo.*

COLONIA RAVENNA.

STRABO *lib. 5. Ariminum Vmbrorum colonia, vt Rauenna sed vtraq; Romanos habet inquilinos. Hæc ab Augusto instituta est, quum classem in eius portu instruxit, quæ Hadriatico sinui tuendo excubaret.*

COLONIA TERGESTE.

HÆC *ab Augusto deducta est, de qua Plinius lib. 3. cap. 18. In 10. regione Italiæ. Tergestinus sinus colonia Tergeste 33. mille passuũ ab Aquileia. Ptolemæus lib 3. cap 1. Istria post flexum Hadriatici intimi sinus Tergeste colonia.*

COLONIA THEANVM SIDICINVM.

FRONTINVS *Theanum, quod & Sidicinum colonia deducta, à Cæsare augusto. Iter populo debetur P. 85. Ager eius limitibus metricis omnibus est adsignatus. Plinius lib. 3. cap. 5. In regione prima Italiæ coloniæ Capua, Aquinum, Suessa, Venafrum, Sora, Theanũ Sidicinum & Nola. Hæ autem sunt coloniæ, quas pro Constanti Augustũ Cæsarem deduxisse innuens. Sequuntur hæ 3. præterea coloniæ à Nerone Claudio fratre, & Druso Cæsare filio Tiberij Imp. factæ, de quibus scribit Frontinus.*

COLONIA ATINA.

ATINA *muro ducta colonia, deduxit Nero Claudius. Iter populo nõ debetur. Ager eius pro parte in lacinis est adsignatus, Frontinus.*

COLONIA ANAGNIA.

HÆC *ex municipio à Druso Cæsare deducto colonia est, de qua ita scribit Frontinus: Anagnia muro ducta colonia Drusi Cæsaris populus dederat. Iter populo non debetur. Ager eius per strigas est adsignatus. Hæc colonia municipium vetus & præfectura ante fuerat.*

COLO-

COLONIA CALAGNA.

CALAGNA muro ducta colonia iussu Drusi Cæsaris populus deduxit, iter populo non debetur. Ager eius Veteranis est assignatus, Front. de colonijs.

COLONIÆ INCERTO TEMPORE DEDVCTÆ. COLONIA ABELLA.

ABELLA municipium colonia, vel familia, imp. Cæsaris Vespasiani iussu acceperunt. Postea in lacineis ager eius in iugeribus militi est assignatus, iter populo debetur.

COLONIA AESIS.

HVIVS coloniæ non nisi in vetustis epigrammatibus mentionem extare didici.

COLONIA ANCON, ALIAS ANCONA.

PLINIVS lib. 3. cap. 19. Quarta regione Piceni Numana à Siculis condita, ab eisdem colonia Ancon apposita promontorio Cumero in ipso flectentis se oræ cubito.

COLONIA APVLESIVM.

Huius coloniæ tantùm vetus lapis meminit.

COLONIA ASCVLVM.

PLINIVS lib. 13. cap. 13. In quinta regione Piceni Cupra oppidum, castellum Firmanorum, & supra id colonia Asculum Piceni nobilissima. Asculum Cicero pro Sulla municipium vocat.

COLONIA ASTA.

Ptolomæus lib. 3. cap. 1. In Liguria, Asta colonia.

COLONIA BRIXILLVM.

PLINIVS lib. 13. cap. 15. In octaua regione colonia Bononia, Brixillum, Mutina. De hoc oppido plura scribit Tacitus lib. 17. 19. clade Othoni insigne.

COLONIA CÆDITIA.

Vetus epigramma tantùm hanc coloniam commemorat.

COLONIA CAPIS.

CAPIS colonia, pro æstimo vbertatis, & natura locorum sunt agri adsignati. Nam termini in varijs locis sunt positi, Frōtinus.

COLONIA CONCORDIA.

PLINIVS lib. 3. cap. 19. In decima regione Venetia colonia Concordia, Ptolomeus, lib. 3. cap. 1. Carnorū mediterranea coloniæ, Forum Iulij, Concordia, Aquileia.

COLONIA GABII.

LAPIS vetus extat Zagaroli, quod oppidum olim Gabios fuisse creditur. Hanc Cicero in Philip. 2. municipium vocat.

COLONIA ISTONIVM.

Et huius coloniæ mentio est in vetusta quadam inscriptione.

COLONIA LAVROLAVINIVM.

LAVROLAVINIVM lege & consecratione veteri manet. Ager eius ab Imp. Vespasiano, Traiano & Hadriano in Lacineis est assignatus. Iter populo non debetur. Frontinus de colonijs.

COLONIA LVCVS FERONÆ

PLINIVS lib. 3. cap. 5. in regione Septima: intus colonia Falisca Hetruscorum, Lucus Feroniæ, Rusellana, Senensis, Sutrina.

COLONIA LVPIA.

Vetus inscriptio.

COLONIA NEAPOLIS.

Vetusta epigrammata.

COLONIA PAMPIA.

Vetus inscriptio.

COLONIA PRÆNESTE.

A. Gellius lib. 16. cap. 19. D. Hadrianum in oratione quam de Italicensibus, vnde ipse ortus fuit in senatu habuit. Prænestinos refert maximoperè à Tib. imp. petijsse, orasseq́, vt ex colonia in municipij statum redigeretur, idq́, illis Tyberium pro referēda gratia tribuisse, quod in eorum finibus sub ipso oppido ex capitali morbo reualuisset. Festus Præneste municipium suis iuris vocat.

COLONIA REGIVM LEPIDI.

PTOLOMÆVS libro tertio capite primo, In Gallia togata Regium Lepidi colonia.

COLONIA RVSELLANA.

PLINIVS lib. 3. capite 5. huius coloniæ in Tuscia mentionem fecit.

COLONIA SÆPINVM.

SÆPINVM oppidum muro ductum colonia ab imperatore Nerone Claudio est deducta. Iter populo debetur, p. 50. ager eius in Augusteis centurijs est assignatus, Frontinus.

COLONIA SALPIS.

HVIVS coloniæ meminit Frontinus in lib. de colonijs. Salpis muro ducta colonia, &c.

COLONIA SENA.

PLINIVS lib. 3. cap. 5. In regione 7. Etruria colonia, Falisca, Lucus Feroniæ, Rusellana, Senensis, Sutrina.

COLONIA SENVISA.

Antiqua inscriptio.

COLONIA TOLLENTINVM.

TOLLENTINI vetus inscriptio adhuc extat. Tollentinatium in Piceno meminit Plinius libro tertio.

COLONIA VERVLÆ.

VERVLÆ oppidum muro ductum, ager eius limitibus Gracchanis in nominibus est assignatus, ab Imp. Nerua colonis est redditus, Frontinus in libro de colonijs. Atq́, hæc sunt omnium coloniarum ciuium Romanorum, Latinarum, & militarium nomina, quas à Romulo vsq́, ad imperij excidium deductas fuisse intra Italiam apud veteres authores vel inscriptiones inuenerim. Quarum pars maior ordine temporum seruato, digesta est. Has verò posteriores quarum tempora inuenire non potui, vno ordine alphabetico subiunxi.

L. Minutius præfectus annonæ crearent] *Extraordinarium fuisse hunc magistratum annotat Onuphrius in commentarijs suis de ciuitate Romana. Sæpius enim, vt quæq́, negocia occurrebant, quæ extraordinariam curationem requirere videbantur, ita alij atq́, alij magistratus creabantur. Hunc tandem ordinarium Augustum fecisse tradit Tranquillus, qui eum curatorem frumenti populo diuidendi vocat.* Præfectus annonæ.

Lanato erat cognomen] *A cana lanugine crescente. Vnde etiam Capitolinus Lanatus est dictus. Sic quoq́, Columella de re rustica vuas aminæas lanatas, à nascente lanugine vocat.* Lanatus.

Seruilium Halam] *Sic à fœdo oris halitu cognominatum, vt Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 9. scribit.*

Bilibræ farris] *De lectione huius loci vide notata per Glareanū & Sigonium. Non malè verò legi posse videtur bilibra auferendi casu, sicut & selibra legitur apud Celsum lib. 4. annotante id Budæo libro quinto de asse. Cæterùm & id hoc loco sciendum, veteres frumentum non solum metiri, sed & appendere solitos. Hinc illud Horatianum:*

Cui satis vna

Farris libra foret, semis sic tamē, pusillo. Vide Turnebum lib. aduers. 2. cap. 13.

Aequimelium est appellatum] *Plerunq́, enim Romani eorum bona quos pro criminibus oppido grauibus supplicio affecerant, publicarunt, ædesq́, solo æquarunt mutatis locorum nominibus. Sic cùm Marcellus quidam nequam & criminosus, propter latrocinia & sordes vitæ capitali supplicio pœnas dedisset, bonis supplicatis, in ipsius domum macellum ædificarunt. Meminimus præterea Vitruuij Vaccij, cuius in Palatio domus, ob regnum affectatum publicata & euersa.* Aequimelium.

euersa, cui Vaccij prata nomen dederũt, Vide Alex. ab Alex. lib 3. capite 13. Fuit autem Aequimelium inter Velabrum & Capitolium ad tabernas laneas, vt est apud Valerium Max, lib. 6. cap. 3. Alexandrum ab Alex. vbi suprà Varronem lib. 4. de lingua Latina. Nota verò hic exemplum libidinis imperandi, pœnarũq; malè affectati regni.

Fidenæ.

Fidenæ colonia] *Fidenæ vrbs, vel oppidum potius, in quasita Italiæ regione, inter Anienem & Tyberim quadraginta stadijs ab vrbe distans, teste Dionysio, cuius meminit Strabo lib. 5. Plinius lib. 3. cap. 5. & 12. Volaterranus lib. 6. cap. 1. Geogr.*

Legatio sacrosancta.

Cædeeuptura ius gentium] *Legationem quippe, perinde vt rem sacram veteres habuerunt, cui Deum Mercurium (quem Deorum nuncium finxit vetustas) præficiebant. Ideoq; si qui legati populi Romani, qui iure gentium sancti sunt, à quauis populo aut natione violati forent, vt hi dederentur, qui contra ius gentium temerè violassent. Per Feciales cauebatur. Qua de re lege Alexandrum ab Alex. lib. 5. cap. 3. Hinc & Cæsarem retentis contra ius gentium legatis, non virtute, sed dolo, de Germanis victoriam consecutum, M. Cato, cùm pro ea victoria supplicatio decerneretur, hostibus dedendũ consuit, vt pro ciuitate perfidiam expiaret: prout author est Plutarchus in vita Cæsaris.*

Cossi qui?

A Cornelius Cossus] *Festus eos qui rugosi sunt, & aspera facie, Cossos vocari scribit, a similitudine vermium, qui ligno nutriuntur. & apud Phryges Ponticiq; accolas (teste Plinio, lib. 17. cap. 24.) pro delicatissimis cibis sumũtur, & hinc quoq; Cossutia Cæsaris vxor dicta est, cuius Tranquillus in Cæsare meminit. Cæterùm de militari fortitudine Cossi, præter Liuium Plutarchus in Romulo, Plinius lib. 16. cap. 5. Val. Max. lib. 3. cap. 2. Sabellicus lib. 5. Ennead. 3.*

Spolia opima.

Secunda spolia] *Ter enim tantùm spolia opima Ioui delata legimus, primum à Romulo vrbis parente, cùm Acronem vicit. Deinde post Romulum 313. anno à Cosso, victo Larte. Vltimo à Marco Marcello, qui Galleram ducem fudit, teste Plutarcho in Romulo, & Alex. ab Alex lib. 1. cap 14.*

Templum Feretrij Iouis] *quod fuit in vertice montis Capitolini, a Romulo post bellum Ceninensium extructum. Qua de re suprà lib. 1. diximus.*

Cuniculum agere.

Agere cuniculum] *Clàm subter terram fodere, eamq; fodiendo tollere: hinc Cuniculis bellare dicitur, qui non aperta vi, sed dissimulanter ac dolis rem gerit. Contrà, qui palam agit, quod agit machinis agere dicitur. Hinc Martialis:*

Gaudet in effossis habitare cuniculus antris,
Ostendit tacitas hostibus ille vias.

Voltumna.

At Voltumnæ] *Hanc Hetruscorum Deam fuisse, ex hoc Liuij loco apparet, Videndum tamen an potius Vertuna legendum sit, vt Vertunnus. Prout annotauit Gyraldus historia Deorum syntag. 1.*

Aerarium fieri quid sit?

Duplicatoq; censu ærarium fecerunt] *Asconius in diuinationem Ciceronis, de notis censorijs loquens, ita inquit: Regendis moribus ciuitatis censores quinto quoq; anno creari solebant. Hi prorsus ciues sic notabãt, vt qui senator esset, senatu ejiceretur, qui eques Romanus equum publicum perderet, qui plebeius in Cæritum tabulas referretur, & ærarius fieret. Aerarium verò fieri erat, nullum aliud ius ciuitatis in Centuria, atq; adeò in tribu retinere, quam vt pro capite suo tributi nomine æra penderet, ita, vt qui ærarius factus esset, is non solùm suffragio vrbano, sed etiam stipendijs militaribus spoliatus esset. Quòd verò ærarij à militaribus stipendijs essent repulsi, ex Liuij loco, qui est in principio septimi, vbi de Attellanis scribit, cognoscitur. Et hinc patet Varronem rectè dixisse, censorem esse, ad cuius censionem, hoc est, arbitrium censeretur populus. Et Festo censores dictos, quòd tanti rem suam quisque æstimare solitus sit, quantum illi censuerint, cùm sæpius censum multiplicarent, vt hic videre licet, illa tamen æquitate admissa, vt releuetur is, qui in tabulis publicis, delato modo in certis causis frui non possit, prout Vlpianus de censibus eam censendi rationem fuisse demonstrat.*

Ne cui album vestimentum] *Huius legis vim authoritatemq; nullam fuisse, innumera de candidatis exempla docent, quæ videre est apud Manutium in libro de legibus Romanis.*

Orbem voluere.

Orbem voluentes] *Id est, in orbem consistentes, vt Cæsar lib. 5. de bello Gallico loquitur (inquiens) iusserunt pronunciari, vt impedimenta relinquerent, atq; in orbem consisterent, id est, in orbem pugnarent.*

In orbem pugnari.

In orbem verò pugnari solet, cùm vndiq; metus est, aut cum pauci à pluribus se circumuentos vident, vt militum terga tuta sint. Alibi Liuius id vocat in orbem se tutari. Hoc eodem libro Græci ουςξ... hoc dicunt.

Tristis nota.

Postumius nulla tristi nota] *Tristem notam dixit, quòd nulla crudelitatis infamia aspersus sit, vt notat Erasmus in prouerbio: Creta notare, & rursus in prouerbio: Tristis litera. Vbi docet ex Asconio D. fuisse literam damnationis T. absolutionis N. L. ampliationis.*

Mulctatitiæ leges.

Legem de mulctarum æstimatione] *Tres leges de re mulctatitia lata fuisse inueniuntur. Ex quibus primã tulit Sp. Tarpeius Capitolinus, & A. Aterius Fontinalis COSS. Vnde etiam ipsa lex tam Tarpeia, quàm Aterina dicitur. Quare autem lata sit, ostendit Gellius lib. 11. cap. 1. Alteram autem legem Festus latam scribit, de modo mulctarum à T. Menenio Lanato, & P. Sextio Capitolino, COSS. biennio postquam Aterina lata est. Tertia est ea, cuius hic Liuius meminit. Verũ autem hi consules æstimationem ex lege Aterina constitutam mutauerint, aut ipse Liuius circa hæc tempora describenda negligentior à multis accusatus, quod Aterino & Tarpeio tribuendum erat, his attribuerit, Zasius in suo legum antiquarum Catalogo affirmare nequit.*

Præmijs virtus excitatur.

Magna conatis magna præmia] *Nam honos virtutem & artes alit. Vnde rectè Aristoteles scribit honorẽ esse præmiũ virtutis. Et Solon Salaminius interrogatus, quid magis ad respub. salutem prodesset? Respondit, si boni præmijs inuitentur, mali autem pœnis coerceantur. Cicero ad Brutum, & Antisthenes interrogatus, quæ res portenderet ciuitatib. exitium, Quum in his, inquit, nullũ esse potest bonorum ac malorũ discrimen. Sentiens eam rempub. non posse consistere, vbi nec honos esset virtuti, nec pœna sceleratis. Et hoc est, quod apud Homerum stomachabatur Achilles: ἐν δὲ ἰῇ τιμῇ. Et Lysander interroganti Persa, quam rempub. maximè probaret, Eam, inquit, in qua fortibus viris ac meticulosis, cõgrua vtrisq; redduntur, Sentiens virtutem inuitari præmijs, ignauos excitari ignominia. Theophrastus quoq; interrogatus, quidnam rempub. confirmaret, respondit, Beneficentia, Præmium & Pœna. Vide & alia in hanc sententiam notata ab Erasmo in Chiliad. Artes honos alit.*

Fortem ac strenuum aliquem existere ex plebe] *Vide quàm plurima in hanc sententiam apud Iuuenalem, vbi inquit:*

Veniet de plebe togata,
Qui iuris nodos & legum ænigmata soluat. Vbi nihil aliud in tota Satyra ostendit, quam etiam ex infima plebe quàmplurimos virtute præclaros prodijsse. Verùm hæc frustra nostro tempore nostris Cyclopibus atq; Harpyijs occinuntur.

Capua vnde dicta.

Capuam ab Campestri agro] *Varia de constructione Capuæ sententia afferuntur. Seruius à Tuscis, qui omnem ferè Italiã subiugauerũt conditã scribit, cùm hunc Virgilij in lib. 8. versum explicat:*

Et Capys hinc nomen Campana ducitur vrbi. Suetonius in dictatore Capys conditoris sepulchrum Capuæ fuisse indicat, in quo a colonis deductis tabula reperta fuit, quæ Cæsari mortem denunciaret. Ad quod & Lucanus lib. 2. accedit. Plinius lib. 3. cap. 5. Capuam ab vndecimo campo dictam inquit, quòd quomodo ibi intelligendum sit Hermolaus Barbarus annotauit, Strabo autem lib. 5. quod duodecim vrbium caput esset dictam putauit. Quicquid res sit, constat præter vmbram vrbis huius hodie nihil extare.

Quæstores vrbani.

Præter duos vrbanos quæstores] *De origine quæstorum mire inter se variant authores, vt latè ostendit Onuphrius in commentarijs lib. 1. Fastorum. Primò verò deligebantur à consulibus, vt scribit Cornelius Tacitus lib. 2. Mansit autem (inquiens) consulibus potestas deligendi quæstores, donec eum quoq; honorem mandaret populus, creatiq; primum Valerius Potitus, & Mam. Aemilius 13. anno post exactos reges, vt rem militarem comitarentur. Plutarchus verò in vita Poplicolæ & Zonaras scribunt eum pecuniæ tractationẽ alijs mandasse, ne consulũ per eam potestas augeretur, tum primùm quæstores designatos. Nam publicæ pecuniæ præpositi, ærarij curam habebant, à quærendo dicti, vt tradit Varro lib. 4. de lingua Latina.*

Ampliati qui?

Ampliatam] *Ampliati sunt, quorum damnatio differtur, aut quia ceram sistendi tecti sunt, & cum illis testes committendi, aut quia nondum planè liquet, aut de crimine, aut de pœna modo. Non liquere de causa dicebant, quando probationes & argumenta non satis erant idonea ad dijudicandam causam.*

Comperendinatio quid.

Quid verò Comperendinatio ab ampliatione differat, tradit Turneb. lib. 1. Aduersariorum cap. 3. ostendens comperendinationem lege Seruilia in iudicium repetundarum introductam, vt etiamsi prima actione iudici liqueret eum damnandum esse, tamen eo condemnare non liceret. Lex enim Seruilia induxit comperendinationem, ne primò iudicaretur, id est, vt bis causa diceretur, ac comperendinatio altera, id est, secunda est actio. Et hanc explicationem attigit Asconius, cùm scripsit: Comperendinatio vtriusq; partis recitatio est, id est, vt Turnebus interpretatur, cùm iterùm à præcone citantur, vt adsint, qui priore actione citati fuerat.

Necari

Defuncti morbo.

Necari sub crate] *De hac loquendi forma vide supra.*

Defuncta ciuitate] *Id est, cum ciuitas à morbo libera esset, Budæus in prioribus annotat.*

Senatores soli olim legati.

Non plus singulis senatoribus] *Veteri siquidem instituto, publice populi Romani nuncij cum mandatis ad exteras nationes ex solo ordine senatorio mittebantur. De vltimis reipub. temporibus, vix vlla veterum authoritas extat. Nam Liuius infrà lib. 31. consulis à patribus commissum esse scribit, vt quem videretur, ex iis qui extra senatum essent, legatum mitteret ad bellum regi indicendum. Atq. etiam imperatores nonnunquam sibi legasse in equestri ordine adhuc constitutos certum est.*

Sacramento dicere.

Nemo inuitus sacramento diceret] *Dicere sacramento, vt Budæus in prioribus annotationibus tradit sermo est antiquorum, & hoc in loco dicere, pro destinare & decerno accipi potest. Hoc enim etiã dicere significat teste Nonio.*

Militare stipendium.

Stipendium miles de publico acciperet] *Rectè inquit miles, neq. enim eodem anno equites, quo pedites stipendiũ acceperunt, sed hi Anxure capto, illi bello Veiente. vt Liuius postea tradit: Stipendium verò militare quantum fuerit, haud procliue dictu est. Polybius enim diurnum peditis quæstum oboles duos statuit. Centurionis duplex. Equitis drachmã quæ eadem ferè est apud Græcos, ac denarius apud Romanos. Postremorum autem temporum consuetudine diurnum peditis Romani stipendium fuisse denarium, ex Taciti libro primo apparet, vbi Percennius miles conqueritur denis in diem assibus animam & corpus æstimari, hinc vestem, arma, tentoria, hinc sæuitiam centurionum, & vacationes munerum redimi. Denarius autem decem assibus æstimatus est, atq. semper in militari stipendio pro decem assibus datus, quamuis bello Punico secundo placuisset, vt sexdecim assibus permutaretur. vt tradit Plinius lib. 33. cap. 3.*

Denarij æstimatio.

Aes graue plaustris] *Aes graue inquit Festus, dictum à pondere, quia deni asses singuli pondo libræ, efficiebant denarium ab hoc ipso numero dictum. Porrò verò ex his Liuij verbis apparet, cur æra merere milites dicantur, curq. ærarium dictũ sit, ob ære scilicet graui, nondum argenteo nummo percusso. Inde infrà lib. 6. hæc locutio: Rem creditori palàm soluit, libraq. & ære liberatũ emittit, de Manlio loquens, vt id Budæus lib. 5. de asse annotauit. Fuit autem hic ordo rei nummariæ, vt primùm Romani ære graui, id est, nummo rudi & informi vsi sint, postea ære signato, quod fuit sub sexto demum rege. Deinde argento signato anno vrbis CCCCCLXXXV. teste Plin. lib. 33. his verbis: Argentũ signatũ est anno vrbis quingentesimo octogesimo quinto Q. Fabio consule, quinq. annis ante primũ bellum Punicum & placuit denarius pro X. libris, quinarius verò, quinq. sestertius pro dupondio.*

Aes graue.

Aera merere.

Argentum quando signatum.

IN LIBRVM V. ANNOTATIONES EX VARIIS DOCTORVM MONVMENTIS EXCERPTÆ.

ID donum inimicorum veneno illitum] *Alludere videtur ad vetus prouerbium, Hostium munera, non munera. De quo vide Erasmum in eodem.*

Sub pellib. durare.

Sub pellibus durare] *Ideo dicitur, quoniam militum tentoria pellibus obtegerentur. Vnde & sub pellibus esse dicebantur, Liuius lib. 37. Aut sub pellibus milites habendos fore. Huc spectat Celsus de supellectile legata. ff. loquens. Labeo (inquit) originem fuisse supellectilis putat, quod olim iis qui in legionem proficiscerentur, locari solerent, quæ sub pellibus vsus forēt. Cælius lib. 27. cap. 14. lect. antiq.*

Hostimentum.

Nec opera sine emolumento] *Conuenit hæc sententia cum prouerbiali illa. Hostimentum est, opera pro pecunia. Quæ admonet nihil gratuitum esse debere, sed officium beneficio pensandum. Hostimentum autem, authore Festo Pompeio, beneficij pensatio est à prisco verbo hostire, & redostire, quod est paria referre.*

Aues æstiuæ.

Sicut æstiuas aues] *Aestiuæ aues Liuio sunt, quas videmus æstate, hyeme nõ videmus, cùm vel lateant, vel autumno hinc auolent, in diuersas plagas, Turneb. lib. 24. aduers. cap. 38.*

Fustuarium quid.

Fustuarium meretur] *Fustuarium quidam fustigationem interpretantur, vt annotat Cælius lib. 10. cap. 5. lect. antiq. Polybius author est in lib. de trib. polit. Duo in primis suppliciorum genera fuisse in militiæ disciplina, decimationẽ, id est, δεκατίαν & fustuariũ. Modestinum quoque iureconsultus inter pœnas militares fustium castigationem recenset.*

Vineæ.

Vineæ non tantùm iam iniunctæ] *Vineæ machinæ militares, quæ cuiusmodi sint, & quomodo parentur, docet Flauius Vegetius lib. 4. cap. 15. de re militari.*

Census equester.

Quibus census equester erat] *Fuit autem equestris census senatorio minor, nimirum sestertium quadringentorum milliũ. Quadringenta verò millia equites esse censos, ante initium belli ciuilis. Suetonius de Cæsare ad Rubiconem exercitum loquente testis est. Idem quoq. Augusto imperante seruatum Horatius in prima epistola indicat, cùm cecinit:*

Si quadringentis sex, septem millia desunt
Plebs eris.

In legione qui.

Seniores etiam coacti nomina dare] *In legione namq. non nisi ingenui, & ex ingenuis nisi iuniores, & ex iunioribus, nisi qui in quinq. classibus censerentur, & ludicræ artis expertes essent, ordine centuriabantur. Vnde serui Libertini, pueri seniores, capite censi & histriones ad arma non vocabantur, nisi in dubijs reipub. rebus necessitate cogente. Sic bello Hetrusco & Samnitico libertinos lib. 10. Bello Punico secundo seruos centuriatos Liuius lib. 27. scribit.*

Libri Sibyllini.

Libri Sibyllini] *quos Tarquinio regi oblatos, Romani summa religione, ac obseruantia colebant. & ab alijs, quam duumuiris primùm, deinde X. viris, postremò XV. viris aspici aut legi nefas erat, vt Lactantius tradit. Imò nihil Romani neq. senatum, neq. sacrũ ita custodiebant, quemadmodum hæc Sibyllina diuinitùs (vt existimabant) missa oracula, & cùm dij immortales de rebus aduersis consulendi essent, remediumq. aliquod mali quærendum, quindecemuiri hos libros quasi oraculum præsentaneumq. remedium adire solebant. Cæterùm is Tarquinius qui eos emit, vt eos in moenibus habuit, statim duos viros ex illustrioribus patricijs creauit, quibus horum librorum custodiam tradidit, appellatiq. sunt Duumuiri sacris faciundis. Quorum munus erat, hos sacros libros custodire, quoties opus esset adire, legere, interpretari, & quæ iubebantur, vt perficerentur, curare. Apollinis sacrarumq. ceremoniarum antistites esse. & quoties fames, pestilentia, bella ciuilia, & externa vrbem vexare contigisset, vel prodigia aliqua nunciata essent apparuisse, eorum omnium malorũ ex oraculis Sibyllinis remedia inuenire, lectisternijs ad Deorum puluinaria factis, Deûm iram placare, prospera omnia precari, aduersa vt tollerentur rogare, & postremò Deos omnes iratos sacrificijs factis mitigare. Plura de hisce libris vide in libro Onuphrij de ludis secularibus, non contemnenda de Sibyllis & Sibyllinis carminibus ex Varrone, Dionysio, Solino, Plinio, Gellio, Lactantio & Suida exponentis.*

Duumuiri sacris faciundis.

Lectisternio tunc primum facto] *Lectisternium ritus supplicandi Dijs Romæ frequentissimus, cùm videlicet stratis in templo lectis, numina sibi propitia rebus gerendis exposcerent, vel auerruncandæ pestilentiæ opem quærerent. Lectisternia, inquit Seruius in XII. Aeneidos, dicũtur, cùm in templo homines sedere consueuerunt. Legimus lectisternium in Capitolio sic celebrari solitum, stratis tribus lectis. conuiuium Deis apponebatur, Ioui, Iunoni, & Mineruæ. Iouis simulachrum in lectulo reponebatur. Iuno verò & Minerua in sellis, sic appositis epulis non Dei, sed VII. ipsi epulones celebrabant. Vide de hisce Gyraldum historia Deorum syntag. 17.*

Lectisternium quid.

Hostibus Hetruscis aruspices non erant] *Haruspices à victimis in ara aspiciendis dicti sunt. Is enim est haruspex, qui postquam hostia immolata est, inspectis extis futura prædicit, qui & extispex dicitur. Cæterùm Hetruscorum peritiam in aruspicina præcipuè celebrem extitisse, indicio est, quod Cicero lib. 1. de diuinatione scribit. Hetruria autem de cælo tacta scientissimè animaduertit, eademq. interpretatur, quid quibusq. ostendatur monstris atq. portentis. Quo circa benè apud maiores nostros, Senatus tum cùm florebat imperiũ decreuit, vt de principum filijs, sex singulis Hetruriæ populis in disciplinam traderentur. Valerius tamen ait, decem principum filios decreuisse, Hetruriæ populis, ad percipiendam sacrorum disciplinam. Sunt autem duodecim Hetruscorum populi, quorum principes Lucumones vocabantur olim.*

Haruspices. Hetrusci aruspices.

Extispex.

Lucumones qui.

Per quos ea procurarent] *Sic & Cicero lib. 2. de legibus: Quibus Diuis ei iusserint procurante, ijdemq. fulgura atq. oblita proconto. Est autem procuratio, sacrificium, quod fit ad depulsionem & expiationem monstrorum & portentorum, & eo grauiorem diuinans facere est monstra procurare. Annotante Turnebo in loco Ciceronis allegato.*

Procuratio quid.

Sortes quid.

Sortesq; oraculi] *Duo enim genera oraculorum fuisse ex libro de diuinatione cognoscimus, vnum quod à furentibus profundebatur, vt à Pythia vate numine Apollinis correpta, alterum quod aequatis & paribus sortibus è sitella vel vrna ducebatur. Habebantur enim sortes certis quibusdam sententijs, obscuris tamen notatae, quarum quaedam felicitatem, quaedam calamitatem denunciabant, aut alia eiusdem generis. De qua re vide Turnebum lib. aduers. 5. cap. 21.*

Pythicum oraculum.

Oraculi Pythici] *Apollinis sic dicti à Pythone serpente, sagittis suis confecto, cuius fabula ab Ouidio in Metamorphosi plane descripta est.*

Latinae feriae quae.

Latinas sacrumq; in Albano] *Harum crebra apud Liuium est mentio. Fuerunt autem institutae à Superbo rege, ea de causa, vt quemadmodum Latini certum publicarum causa ad lucum Ferentinae conuenirent, sic sacrorum gratia in montem Albanum cogerentur. Fuit autem locus, vt & à Dionysio proditum est in monte Albano, in quem populus Romanus & Latini foederati conuocabantur, vt Ioui Latiali communi consensu sacrificium facerent, cumq; eorum alij agnos, alij caseum, alij lac, alij alia domo attulissent, tauro immolato, suam quisq; carnis partem acciperent. Hoc solenne etiam Latiar appellatum, ad extrema vsq; reipub. tempora est conseruatum. Neq; enim ante consules exire Paludati in prouincias consueuerunt, quam ferias Latinas indixissent, atq; ijs in monte Albano cum Latinarum ciuitatum magistratibus operam dedissent. Hinc est quod Liuius lib. 22. scripsit, Latinas ferias instauratas, quòd legati ab Ardea questi in senatu essent, sibi in monte Albano Latinis, carnem, vt assolet datam non esse, & lib. 37. Latinas instauratas, quod Laurentibus carnis, quae dari debet, data non erat. His verò ferijs vnum diem dicauit Superbus, exactis autem regibus, alter additus est. Post foedus cum Latinis à Sp. Cassio consule ictum tertium, anno demum vrbis 396. composita, quae diu ciuitatem turbauerat, de plebeio consulatu seditione quartus. Id quod apud Dionysium & Plutarchum inuenitur.*

Latiar.

Tuo ductu] *Quid sit sacrorum euocatio, & quomodo olim fieri solita sit, Vide Macrobium lib 3. Saturnal. cap. 8.*

Iunoregina.

Iuno regina] *Regina Iuno à Latinis cognominata, quod soror & coniunx Iouis, Deorum atq; hominum regis. De qua Plutarchum in Camillo, praeter ea, quae à Liuio hic & in alijs locis commemorantur. Meminit huius reginae Iunonis etiam Vergilius in illo:*

Ast ego quae Diuûm incedo Regina Iouisq;
Et soror & coniunx.

Prosecta quid.

Eius hostiae exta prosecuisset] *Exta cocta solebant prosecare, vnde & prosecta dicebantur, ac partem adolebant, partem consecrabant, sacerdotibusq; dabant, partem sibi apponebant. Tranquillus in Augusto, Semicruda exta rapta foco prosecuit. Est verò verbum sacrificantium. Particulae enim minutae membrorum omnium prosecta dicebantur in sacrificijs. Sic Lucanus:*

Si pectora pleno
Saepè dedi, laui calido prosecta cerebro.
Et Ouidius:
Inde vbi libauit, prosecta sub aethera ponit.

Hae sacrificiorum particulae videntur etiam dici praesicia à praesecando, de quibus Arnobius lib. 7. ridens antiquorum superstitiosa sacrificia. Vide Turnebum lib. 15. aduersariorum cap. 7.

Sub corona venire.

Libera corpora sub corona vendidit] *Antiquitùs enim mancipia iure belli capta coronis induta venibant, & idcircò dicebantur sub corona venire. Sicut autem corona signum erat captiuorum venalium, sic pileus impositus demonstrabat eiusmodi seruos venundari, quorum nomine emptori venditor nihil praestaret. De quo vide Gellium lib. 7. Budaeum in prioribus ad Pandectas.*

Pileati serui.

Decem aestates hyemesq;] *Ad imitationem Poetarum per messes hyemesq; annos supputasse videtur. Sic Ouidius perelegantèr:*

Vibe virum vidi, tectoq; animoq; recepi
His vbi bis aestasbusq; recurrit hyems. Atq; alio in loco:
Tertia nudatas acceperat area messes,
Inq; conos ierant tertia musta lacus.

Sed & Thucydides autor grauissimus non rectè ab Eponymis rerum gestarum ordinem accipi arbitratus, tempora in hyemes atq; aestates digessit.

Felix arbor. Infelix arbor.

Nulla felix arbor] *Felices arbores Cato dixit, quae fructum ferunt. Infelices, quae non ferunt. De qua re Caelius lib. 10. cap. 7. lectionum antiq. Brodaeus lib. 4. Miscellaneorum, cap. 6. Turnebus lib. 4. cap. 3. Per infelicem arborem intelligit stipitem & furcam, de qua sontes suspenduntur. neq; enim vlla arbor aut vllum lignum infelicem est, & ita illud Liuianum intelligendum: I lictor, colliga manus, infelici arbori suspendito.*

Damnatus voti.

Damnata voti] *Verba propria sacrorum. Damnatus autem voti est, qui promissa vota soluit. Sic & Vergilius: Damnabis tu quoq; votis. Reus autem voti est, qui suscepto voto numinibus se obligat.*

Reus voti.

Stipes vel stipa.

Stipis verius quàm decimae] *Varro stipem dictam vult, quòd qui supra aes materem numerorum accepissent, non in arca ponebant, sed in aliqua cella stipabant, hoc est, componebant, quò minus loci occuparet. Pecuniam quoq;, quam vel in aerarium reponebant, vel Dijs offerebant, stipem veteres dixere. Stipendiarij milites hinc dicti, quòd stipem penderent.*

Pilentum.

Vt Pilento ad sacra] *Idem scribit Sextus Pompeius, ob hanc munificentiam concessum fuisse matronis, vt Pilentis & Carpentis per vrbem veherentur. Fuere autem pilenta, vt Seruius lib. 8. Aeneidos scribit, vehicula, sicut nunc Basternas videmus. Erant autem tunc Veneti coloris, non vt nunc russati, quibus vsi castae matronae vti non poterant. Quod & ab Isidoro refertur lib. 20. Etymolog. vbi & carpentum ab Horatio Petoritum appellatum scribit.*

Magistro liberorum] *Nefandum huius ludimagistri & indignum planè facinus scribunt quoq; Plinius, de viris illustribus capite 23. Claudianus in Gildon. Valerius lib. 6. cap. 5. Frontinus lib. 4. cap. 4. Sabellicus lib. 10. cap. 4. Est autem perfidiae, proditionis, & impietatis in discipulos exemplum.*

Iura militaria.

Belli iura] *Fuit enim & inter caeteras haec lex militaris, ne dolo malo, néue aliena iniquitate, sed iure & propria virtute bellum gereretur, quam diligenter à Romanis obseruatam hic Liuij locus testimonio est. Mountius de legib. Romanis.*

Pueris tradidit] *Insidijs enim vel dolo hostes vincere inhonestum putabat, cùm non fraude, sed propria virtute, magnum fortemq; ducem militaro deceat.*

Equis albis triumphare.

Albi per vrbem vexerant equi] *De hoc triumpho lege Plutarchum in vita Camilli, Blondum lib. 10. Romae triumphantis, Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 6. qui tres triumphos vnà egisse lib. 1. cap 22. scriptum reliquit. Datum autem id Camillo criminis ideo est, quòd albis equis triumphasset, quòd Dijs immortalibus in eo similis esse voluerit. Albis enim equis Iouem & Solem vehi apud Higinium legimus, & alibi Plinius lib 33. cap. 7. Camillum minio illitum triumphasse ait.*

Literae laureatae.

Literae laureatae] *Moris fuit apud Romanos, vt quoties imperator hostium exercitum deleuisset, aut vrbem expugnasset, Lauro victoriae signo literas inuolutas ad senatum mitteret, Laurus enim, vt & palma victoriam significat. Hinc Ouidius amorum 1. Eleg. 11.*

Non ego Victrices lauro redimire tabellas.

Sic etiam fasces laureati dicuntur Plinio, laureola corolla Ciceroni 2. Epistola ad Caelium. Vide Brodaeum lib. 1. Miscellan. cap. 33.

Intercessio.

Intercessionem sustulisse] *Intercessio est id, quod vulgò oppositionem vocamus. Gellius lib. 13. Varro (inquit) de intercessionibus scripsit.*

Telum metaphoricè quid.

Aliud telum patres] *Telum hoc loco pro consilio ac ratione viaq; gerendi negocij accipitur, vt & alibi saepe apud Liuium. Fortassis sumpta Metaphora à venantibus, qui telo appetunt quod capere volunt. Vnde & certa dicuntur tela, consilia quae nunquam fallunt, Erasmus in prouerbio: Ingens telum necessitas.*

L. Apuleius trib. plebis.

L. Apuleio tribuno plebis] *Non Saturnino, qui tribunus plebis de agrorum diuisione legem tulit, prout Seburreriani codices Argentinae impressi habent: sed L. Apuleio Camilli accusatore, quem quoq; Volaterranus lib. 13. cap. 4. Vrbanorum commentariorum, à Saturnino separat.*

Quindecim millibus grauis aeris] *Qui assium numerus ad argenti rationem relatus, mille & quingentas drachmas constituit. Notanda igitur Romanorum ingratitudo erga Camillum, qui incolumitatem suam tueri non valuit Romae, cum ipse salutem stabiliuerat, & summam felicitatem auxerat. Vide Val Max. lib. 5. cap. 3.*

Clusium.

Clusinis] *Clusium Italiae oppidum, prope Clanem in monte situm, de quo Plinius lib. 36. cap. 13. Volaterranus lib. 5. cap. 2. Geogr.*

Ius in armis.

Ius in armis ferre] *Militaris magis quam ciuilis vox haec est. Sic & Marius reprehendentibus se, quòd vno tempore mille Mamertinos contra leges ciuitate donasset, respondit se per armorum strepitum leges exaudire non potuisse. Iulius quoq; Caesar patriae bellum illaturus, amicis bellum dissuadentibus, quòd id contra leges esset, Ius in armis esse renunciat. Cumq; Pompeio ex Italia fugato, thesaurum ex aerario populi Romani foribus vi effractis abrepturus esset, Metello tribuno plebis id certis legibus allegatis vetanti ait: Non idem armorum ac legum tempus esse.*

Ambitio.

Ambitio obstabat] *Quam Graeci φιλοτιμίαν appellant, & Euripides, vt pessimum in ciuitate numen execratur.*

Gallorum vlulatus.

Vlulatus cantusq; dissonos] *Mos enim fuit Gallorum, terribilem*

ribilem sonitum classicorum ederet, & cum eo ab vniuersa multitudine tantum clamorem vlulatumq; attolli, vt incredibilis vociferatio audiretur, nec tuba solum, militesq; verum etiam circumstantia omnia loca vocem emittere viderentur.

Testudine facta quid.

Testudine facta] *Id de ea testudine intelligit Turnebus lib. 9. aduersar. cap. 8. quam faciebat exercitus se tegumento scutorum, vndiq; operiens, vt testudo suo abducta est putamine, eaq; specie referebat tectum ædificiorum. Sic autem se operiebant crate perpetua clypeorum, aduersus sagittas Parthorum, & aduersus omnia missilia supernè cadentia, cùm vrbem oppugnabant. Hinc Maro scribit:*

Obsessumq; acta testudine limen.

Curules magistratus.

Curules gesserant magistratus] *Curules magistratus erant ædiles, prætores, consules, sic dicti à sellis curulibus, quibus gestabantur. Qua de re copiosè Fenestella & Pomponius de magistratibus Romanorum, & Alex ab Alex. lib. 4. cap. 11.*

Honorum insignia.

Honorumq; insignibus] *Honorum insignia erant togæ prætexta, sella curulis, ius imaginum in memoriam posteritatis, vestis purpurea, Alexander loco præallegato.*

Senectus veneranda.

Quam venerabundi] *Senectuti enim, etiam inter atrocissimos, honos debetur & reuerentia. Apud antiquissimos tamen Romanorum, neque pecunia præstantior honos tribui, quàm ætati solitus. Maioresq; natu à minoribus colebantur, ad Deum propè & parentum vicem. Atq; in omni loco atq; specie honoris priores potioresq; habiti, Vide Gellium lib. 2. cap. 15. & Valerium Max. lib. 2. cap. 1.*

Nuda corpora] *Gallos enim nudis corporibus pugnare solitos, testatur etiam Polybius lib. 2.*

Cinctus Gabinus.

Gabino cinctu] *Cinctum Gabinum dicunt esse togam sic in tergum reiectam, vt vna eius lacinia reuocata hominem cingat. Hoc genere vestimenti consul Romanus vtebatur bellum indicturus attestante Vergilio:*

Ipse Quirinali lituo, cinctuq; Gabino. Vbi vide Seruium.

Pontius Cominius.

Pontius cominius] *Frontinus lib. 3. cap. 13. scribit Romanos in Capitolio obsessos, ad Camillum ab exilio reuocandum, Pontium Cominium misisse, qui, vt stationes Gallorum falleret, per saxum Tarpeium demissus est. Cuius rei quoq; mentionem faciunt, Plinius lib. 7. cap. 28 Vegetius lib. 4. cap. 26. de re militari.*

Dictator absens dictus.

Dictatorq; absens dictus] *Absentes antea nunquam dictatores dixère Romani, qui semper in foro Romano, oriente nocte, & silentio dicere consueuerunt, teste Alexandro ab Alex. lib. 4. cap. 23. vbi de dictatoris summo imperio & potestate multa leges. Dionysium lib. 5.*

Anser natura pauidū animal.

Anseres non fefellere] *Est enim hoc animal natura pauidum, ac sensu audituq; acerrimum, vt est apud Plinium lib. 10. cap. 23. & lib. 29. cap. 3. Huius autem historia meminit quoque Maro lib. 8. & Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 11. Verùm & illud quoq; obiter notandum est, Romanos volentes rependere id beneficij generi, longo post tempore non tantùm è publico anseribus cibum dedisse, verùm etiam aurea anserum simulachra fecisse, ac vt Deos coluisse, vt est apud Plinium vbi suprà.*

Vir bello egregius] *Nam vt Plinius lib. 7. cap. 28. scribit. Ante viginti duos annos bina cepit spolia: Primus omnium eques coronam muralem accepit, sex ciuicas, triginta septem dona à suis imperatoribus, triginta tres aduerso corpore cicatrices accepit. Cui ex recentioribus assipulatur Pontanus de fortitudine Heroica, libro primo cap. vltimo.*

Manlij virtus.

Manlius ob virtutem laudatus] *De Manlij rebus gestis præter Liuium. Plinius lib. 7. cap. 28. Florus lib. 1. cap. 13. & 26. Plutarchus in Camillo. Eutropius lib. 2. cap. 13. Valerius Maximus lib. 6. cap. 3. Virgil. lib. 8 Sabellicus lib. 1. Ennead. 4.*

Aius Locutius.

Locutio fieri] *Aium Locutium intelligit, qui vt inquit Varro in libris diuinarum: Deus est appellatus, ob vocem diuinitùs editam, vt scribit Gellius lib. 16. cap. 17. Meminit eius Cicero lib. 1. de diuinatione. Plutarchus in lib. de fortuna Romanorum, qui hanc historiam recitans, Aium Locutium φημὴν καὶ κλεδόνα vocauit.*

Puluinaria Deorum.

Puluinar suscipi potest] *Solebant Romani vel deuictis hostibus, vel quouis alio modo repub. benè gesta, & periculo communi propulsato, ad puluinaria Deorum supplicationem decernere, Id verò nō nisi in Capitolio fieri potuisse hic locus Liuij indicat. Sic Cicero Catill. 3. Quamobrem Quirites, quoniam ad omnia puluinaria supplicatio decreta est, celebratote illos dies cum coniugibus & liberis vestris, & Horatius lib. 1. carminum Ode 37.*

Nunc Saliaribus
Ornate puluinar Deorum
Tempus erat dapib.

Comitia Curiata] *Hoc est illud, quod de his obscurè dixit Cicero his verbis: Atq; hoc cùm in eo reprehendendum est, quod per Tribunos plebis Tribunitia potestas minuitur, tùm in eo deridendum, quòd consulis si legem curiatam non habet attingere rem militarem non licet Vide de hoc notata circa finem libri primi.*

Tribunosq; militares] *Tribunos militares, qui consulari erant potestate, ijsdem comitijs, quibus consules creari solitos ex hoc Liuij loco ostendit Perionius lib. 3. de magistr. Rom.*

Iuuentas Dea. Terminus.

Iuuentas] *Plurimum ad huius loci illustrationē faciunt ea, quæ scribit August. libro 4. de ciuitate Dei quæ huc apponere libet. Cùm rex, inquit, Tarquinius Capitoliū fabricare vellet, eumq; locū, qui ei dignior aptiorq; videbatur à Deis alienis videret præoccupatum, non audens aliquid contra eorum facere arbitrium, & credens eos tanto numini suoq; principi cessuros, per augurium quæsiuit. verum locum concedere vellent, Ioui atq; inde ipsi cedere? omnes voluerunt præter Martem, Terminum & Iuuentatem. Atq; ideo Capitolium ita constructum est, vt etiam illi tres intus essent, tàm obscuris signis, vt hoc vix homines doctissimi scirent. Digladiantur Grammatici Iuuentus ne, an Iuuenta, vel Iuuentas Dea sit, sed & Iuuentus & Iuuenta pro Dea capitur. Ouidius lib. 1. de tristib.*

Nectar & Ambrosiam, latices, epulasq; Deorum
Det mihi formosa gnaua Iuuenta manu. Templa Iuuētutis in circo Maximo à Lucinio Lucullo dedicati meminit, Liuius inf.

Vestæ ignes æterni.

Aeternis Vestæ ignibus] *Vesta enim Dea ignis inextinctus apud Romanos erat, virginibus Vestalibus eum summa diligentia custodientibus, quòd eo extincto a pontifice verberari solerēt. Quotannis tamen & nouus ignis excitabatur à Vestalibus, vt testatus Ouid. in Fastis:*

Ignis perpetuus.

Adde quòd arcana fieri nouus ignis in æde
Dicitur, & vires flamma refecta capit.

Sed enim non Romanos modò, sed aliquot alias gētes sacrū ignem publicè custodisse legimus. Nam Athenis in Prytanæo ignis perpetuus asseruabatur, non à virginibus, sed vt (ait Plutarchus) à mulieribus iam matrimonio solutis. Strabo libro nono, Poliades Mineruæ templū in saxo vetustum scribit, in quo lychnus inextinguibilis fuit. Aegyptij quoq; ignem seruabant, vt testatur Diodorus. Quinetiam Delphis. Persæ quoq; summa religione ignem custodiebant & venerabantur, vt testatur Procopius lib. 2. belli Persici. Fuit autem Vesta Saturni ex Ope filia, Dea virginitatis, cui Aeneas post Troianum incendium, condito Lauinio ædem sacrauit. Postea Ascanius condita Alba, templum quoq; in montis Albani vertice dicauit. De qua re Plinius lib. 16. cap. 2. lib. 28. cap. 2. lib. 34. cap. 5. Cicero lib. 2. de natura Deorum. Gellius lib. 1. cap. 12. Fenestella cap. 6. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 12. Cælius Rhodiginus lib. 15. cap. 16. Blōdus lib. 1. Roma triumph. Seruius lib. ee. Aeneidos. Lucretius lib. 2. Cæterùm, quod de signo imperij pignore ait, id paulo expressius libro sexto secundi belli Punici declarat, vbi quoq; æternos ignes recenset, ac conditum in penetrali fatale pignus imperij.

Vesta Dea.

Antiquata lex.

Antiquata deinde lege] *Lex antiquabatur, quæ non perferebatur hoc sensu, Liuius hic tribunitiam rogationem antiquatam scribit, vt notat Rauardus capite primo ad LL. 12. tab. Quæ autem semel perlata iterum tollebatur, abrogari dicebatur. Nam populus Romanus, vt legem ferre, sic eandem & antiquare & abrogare potuit.*

Abrogata lex.

Prædes qui.

Prædibus acceptis] *Varro Præs, inquit, est, qui a magistratu interrogatur in publicum vt præstet, à quo cùm responderit dicitur præs. Hodie, vt annotat Budæus in prioribus prædes sunt, qui sponsores reipub. vel principi facti sunt pro ijs, qui pecuniam publicam dispensant.*

IN LIBRVM VI. ANNOTATIONES.

Religiosi dies.

Nefasti dies.

DE diebus religiosis] *Eadem Gellius & Macrobius à veteribus scriptoribus repetita, etsi alijs verbis referunt, nisi quòd secundam solùm opinionem sequuntur. Qui verò hic religiosi dicuntur dies, qui & nefasti & atri vocantur. Tot enim nominibus eos appellatos, Perionius libro tertio, de magistratibus Romanis tradit ex Gellij libro quarto, capite decimo nono. Brodæus libro tertio, capite decimoseptimo Miscellaneorum. Apud Romanos enim dierum quidā fausti & in agendis rebus felices, quidam atri & tristi omnino*

infames

infames habiti, quibus aliquid moliri, aut noua res inceptare, exitiale erat. In his exercitum conscribere, legiones educere, manum cum hoste conferere, sponsalia inire, peregrè proficisci, aut quidquam publica vel priuata res moliri, inceptu fœdum & exitiale æstimarunt. Obseruarunt q; fuit, vt qui hostes bello lacessere, vel acies eo tempore committere tentarent, rem in non mediocre periculum & discrimen adducerent, magno postea exitio consecuto. Præterea in diebus fastis prætores omnia verba sine piaculo proferre audebāt, in diebus verò nefastis nequaquam. Qua de re vide M. Terentium Varronem, Plutarchum in Camillo, Macrobium libro primo, cap 16. Saturnal. Gellium lib. 5 cap. 17. Blondum lib. 2. Roma triumphante, Cœlium lib. 14. cap 9. Ouidium lib. 2. Fastorum.

Cal. Sextiles] *Plutarchus Problemate 24. post Idus Quintiles, quas nunc Iulias vocant, factum esse ait. Alexander autem ab Alex. paulò apertius loquens, atros dies post Idus Quintiles ad 15. Cal. Sextiles duplici clade insignes notatos existimat lib 4. cap. 20.*

Pomptinus ager] *De agro Pomptino Cœlius lib. 19. cap. 25. vbi censet pro Pomptino legendum esse Pontino.*

Causarij qui.

Ex causarijs senioribusq;] *Causarios propriè dici milites valetudinis causa emissos, ex Vlpiano docuit Politianus lib. Miscellaneorum capite 92. Quoniam multa erant missionum genera, Erat honesta, quæ emeritis stipēdijs, vel ante ab imperatore indulgebatur Et causaria quæ propter valetudinem laboribus militia soluebat. Causa enim μεταληπτικῶς valetudinem malam & morbum significat, vnde triigare causas pro morbos tollere. Pr. Steph.*

Supplicum causas petitis quæ medelis triigant: Vt annotauit vir eruditissimus Georgius Fabricius in annotat. suis in Poetas Christianos.

Libra & ære liberare.

Libraq; & ære liberatum emittit] *Nam vt in mancipatione nō minus quā quinq; testes ciues Romani puberes adhibebātur, & is qui libripens dicebatur, eo qui mancipium accipiebat, æs tenente, atq; ita dicente: Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio, isq; mihi emptus est hoc ære æneaq; libra. Sic & in emancipatione hæc eadem solennitas obseruabatur. Meminit æris & libræ & Iustinianus. Testamentum inquiens, aut in pace fiebat, quod calatis comitijs vocabatur, aut cùm in prælium essent exituri, quod procinctum dicebatur, aut per æs & libram, id est, emancipationem nimirum imaginariam venditionem, quæ fiebat præsentibus quinque testibus, vt dictum est. Itidem adoptio per æs & libram interdum fiebat, Suetonius in Augusto: Caium & Lucium adoptauit domi per æs & libram emptos à patre Agrippa. id etiam in nexu & venditione fiebat. Omnia autem ista eadem iuris solennitate soluebantur. Nihil enim tam naturale est, quàm eodem genere quodq; dissoluere quo colligatū est, vt inquit Vlpianus L. Nihil tam naturale. ff. de reg. iuris.*

Addicti qui.

Iudicatum addictūmue] *Addicti apud veteres dicebantur, qui prætoris iussu, cum soluendo non essent, creditoribus addicebantur, vide Vallam lib. 5.*

Thesauros auri Gallici] *Prædam Gallicam vel aurum, quod pro Capitolij redemptione in medium fuerat collatum.*

Dux seditioni datus] *Dimissus enim, vt apud Plutarchum legimus, ex carcere nihilo modestior fuit, sed multò insolentiùs factiones seditionesq; agitauit.*

Beluas ignorare voluit] *A multitudine numeroq; quo plebeij valde nobiles superabāt, eos excitare voluit, imitatione Homeri, apud quem lib. 2. Iliados, Agamemnon exercitum alloquens simili ratione vtitur, vt annotauit Victorius lib. 16. cap. 4.*

Dij facientes adiuuāt.

Nunquam de cœlo descendent] *Varro lib. 1. de re rustica, Et quoniam vt aiunt, Dij facientes adiuuant, prius inuocabo Deos. Quo significat diuinam opem non cessantibus, sed industriæ & pro sua virili conantibus auxilio esse solere. Citatur à Suida Senarius in eandem sententiam:*

Αὐτός τι νῦν δρῶν, εἶτα τοὺς θεοὺς κάλει. Et Aeschylus apud Stobeum:

φιλεῖ δὲ τῷ κάμνοντι συσπεύδειν θεός. Hoc est,

Huic qui laborat, numen adesse solet.

Mentē dare.

Vobis mentem dent] *Dare mentem vel inijcere mentem, formula dicendi probatis authoribus vsitata sicut Græcis ἐμβαλεῖν siue ἐμποιεῖν νοῦν, de qua formula vide Victorium lib 7. variar. lect. cap. 5.*

Vestem mutare.

Capillum summittere.

Ne cognatos quidem aut affines] *Veteri siquidem more nō rei duntaxat, sed etiam cognati affines, liberti eorum & familiares vestem mutare, capillumq; submittere consueuerunt. vt præter Liuiū testatur Plinius epist. 7 Et huc respexit Venuleius L. 39 ff. de iniurijs, vbi ait: Vestem sordidam rei nomine in publico habere, capillumue submittere nulli licet, nisi ita coniunctus sit affinitate, vt inuitus in reum testimonium dicere cogi non possit, de quo vide Iacobum Reuardum Variorum, lib. 3. cap. 6.*

Dona imperatorum.

Dona Imperatorum] *De militaribus donis lege Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 18. Blondum lib. 6. Roma triumph. Gellium lib. 5. cap. 6. Plinium lib. 33. cap. 2. & lib. 7. cap. 28. lib 22. cap. 5.*

Petelinus lucus.

Ad capitolium manus tendens] *Notandum ex hac historia, quantum habeat momenti venusta actio atq; pronunciatio, vide Fulgosium lib 8. cap. 10 rerum memorab.*

Petelinum lucum] *Fuit enim in campo Viminali sub aggere prope Iunonis Lucinæ templum his locus, vt est apud Publium Victorem in regione vrbis 5.*

Duumuiri perduelliones.

Sunt qui duumuiros qui de perduellione anquirerēt] *De duumuiris perduellionis superius libro primo dictum est. Pauca verò huius generis iudicia facta esse leguntur. Præterquam in causa Horatij & Manlij, vt hic Liuius scriptum reliquit. Ciceronis ætate crimen perduellionis erat, cum quis cōtra libertatem populi quid fecerat, cum contra legem Portiam, quæ cædi & securi feriri ciues non sinebat, quis ciuem virgis ceciderat, aut interfecerat. Sic in Posthumi causa ob atrocitatem facti occiso sacrosancto tribuno, iudicium perduellionis fuit. Hoc iudicium iam inde à regibus Duumuiri exercebant, quos post reges exactos populus creabat, quandocunq; tale crimen incidebat, non prætor sortiebatur, vti ait Dio, quod contra morem patriæ factum dixit Dio in Rabirij causa. A duumuiris autem prouocatio erat ad populum, ac Cicero pro Posthumo iudicium illud Duumuirûm non tam reijcit, vt obsoletum & contra morem patriæ quàm quòd neget, vbi senatus decreuit, vt consules videant, ne quid resp. detrimenti capiat, esse locum ei iudicio.*

Tarpeia rupes.

De saxo Tarpeio] *Tarpeia rupes, vel Tarpeius mons, locus est in vrbe altissimus, ex quo sontes præcipitabantur. Vnde etiam hodie in eo loco damnati puniuntur supra forum Romanum. Qua de re lege Alexandrum ab Alexandro, lib. 3. cap. 5. Cœlium lib. 10. cap. 5. Marlianum lib 2. cap. 8.*

Domus eius fuisset] *Plinius de viris illustribus domum dirutam scribit. Diruebantur enim apud Romanos priscos damnatorum ædes. & illorum quoq; bona propter criminis detestandum facinus publicabantur, ac publicis vsibus destinabantur. Qua de re copiosè Alex ab Alex. lib 3. cap. 23.*

Notæ sunt] *Idcò autem publicè hæ notæ impressæ sunt, vt docerent posteros fœdam regni cupiditatem ac tyrannidem semper infelices habere exitus.*

Sanguine seruatoris] *Nam Manlius defensor, custos, conseruator, & ciuium & vrbis, dictus est.*

Legio quid.

Legionibus quaternûm millium] *Ad quatuor millia legionem initio redactam, historia multis locis testantur, vnde & quadrata Festo dicta est, variatam tamen eam pro vsu reipub. & senatus arbitrio, vt modò quatuor, modo quinq;, modò sex millium scriberetur, Liuius plurimis locis testatur. Nam lib. 25. bello Punico legionem quinq; millium peditum. lib. 42. bello Persico itidem legiones quaternûm millium conscriptas tradit. Libro verò 44. exercitū in Macedoniam missum, ita vt in singulas Romanas legiones non plus quàm sena millia peditum CCC. equites essent. Quinetiam Polybius memoria sua legiones ex quinis millibus conscribi retulit. Et Festus C. Marium primum legionem sex millium conscripsisse testatur, quod non senatus decreto, sed imperatoris consilio factum ex Salustio docet Sigonius lib 1 de antiquo iure Quiritum cap. 15. Dicta autem est legio, Varrone et Plutarcho autoribus, à delectu fortissimorū militū.*

Armis concrepare.

Armis concrepare] *Armis concrepare militaris moris fuit, quo nunc ira, nunc fauor exercitus notabatur. Marcellinus autor est, si quando milites scuta genibus illiderent prosperitatis iudicium, contra cùm hostis clypei ferirentur, iræ documentum fuisse. Idem indicat T. Liuius Decade 3. lib. 8. Cæsar lib. 7. de bello Gallico. Conclamat omnis multitudo, & suo more armis concrepat, quod facere in eo consueuerunt, cuius orationem approbant &c.*

Iupiter Imperator.

Iouis Imperatoris] *Simulacrum huius in VIII. vrbis regione collocatum est authore Pub. Victore, M. Tullius in VI. Verrina. Iouem Imperatorem inquit, quanto honori in suo templo fuisse arbitramini, colligere potestis.*

Ambustus vnde.

Ambusti potentis viri] *Ambustus cognominatus est, quod olim adolescens fulmine in naribus tactus, deflagrauerit. Cuius rei testes sunt Alex. ab Alex. lib. 1. cap 9. Volaterranus lib. 16. cap. 1. & 4.*

Filiæ duæ nuptæ] *Quarum nomina nullibi expressa legimus, vide de hac historia etiam Valerium Maximum lib. 8. cap. 6. Sabell. lib. 4 Ennead. 3.*

Stolo quis.

C. Licinio Stoloni] *Stolonis cognomen adeptus est, quòd agri cultura*

cultura studiosus plantas & arbores ablaquearet, & resectis frutici-bus, quos stolones agricolae vocant, curare soleret, vt legimus apud Columellam de re rustica. Gellium lib. 16. cap. 11. Plinium lib. 17. cap. 1. &

Licinij qui: 10. Volaterranum lib. 26. cap. 4. Caeterùm Licinios Romani vocabant, qui paruis oculis nascerentur. Alex ab Alex. lib. 1 cap. 9.

Mos est] Mos enim fuit, vt lictor virga foros percuteret, quas consul, aut alq magistratus cius nota fuerant intraturi, quem morem etiam tangit Plinius lib. 7. cap. 30.

Risui sorori fuit] Insolentissimè irrisam à sorore ait Florus.

Viam ad caeteros honores aperirent] Libidinis regnandi, inanisq; gloriae satis memorabile exemplum, quo docemur, quàm facile ad gloriae & summum dignitatis fastigium perueniendum cogitemus, si vxorum, quae semper laudis & honoris studio ducuntur, stimulis agitemur.

Sepultura veterum. Locum sepulturae] Mos etenim veterum fuit, vt in suis agris plerunq; busta sibi facerent, de quo Victorius lib. 14. var. lect. cap. 21.

Neruus. In neruum ac supplicia dare] in neruum, id est, in nexum de quo suprà lib. 2. Vnde Plautus in Poenulo: Vtinam mihi argentum reddas, priusquam in neruum abducare, in neruum itaq; dare, est obligationis iure ac conditione capi, atq; in ergastulum abduci.

Vti rogas. Vti rogassent] In legibus ferendis, cum latione suffraganti tabella dabatur, cui inscriptum erat, Vti rogas, improbanti verò eam, tabula cui inscriptum erat, Antiquetur. Cicero libro 2. de legibus. Suade igitur si placet, istam ipsam legem, vt ego (vti rogas) dicere possim.

De foenore atque agro rogationes iubebant] Testatur hic locus Tribunos plebis, eosq; quibus rogare legem fas erat, solitos plura sub vnius rogationis nomine ad populum ferre, & plerunq; vehic cum perniciosis, bona cum malis coniungere. Qua ratione cum fieret, vt plebs saepè propterea, quae salubria erant, etiam mala iubere cogeretur, non disiungentibus ea tribunis plebis, cautum est postea

Lex Caecilia. lege Caecilia & Didia, vt de singulis rebus separatim, non de pluribus coniunctim ad populum ferretur. Praeterea, vt leges trinundino rogarentur, vt testis est Cicero pro domo sua.

Ciuis Romanus quis. Duobus ingenuis ortum] Ciuis enim Romanus is erat, qui ex ingenuo & ingenua esset ortus, nec aliud praeterea requirebatur, si modò pater Romanus erat, & mater Romana, aut etiam peregrina, ex qs qui ius ciuitatis habebant. Papia autem lex fuit, quae peregrinos à iure ciuitatis Romanae repellebat, vt Cicero explicat in lib. de officijs & Valerius Max. lib. 3. cap. 4. in exemplo de Perpenna. Robortellus lib. 1. Emendationum cap. 20.

Auspicia patritiorum. Adeò propria sunt auspicia] Docet hic locus nihil aliud quàm patriciorum adeò propria fuisse auspicia, vt & ipsi soli auspicarentur, ipsi soli auspicatò magistratus crearentur, ab ipsis solis nullis cùm essent patricq in repub. magistratus, auspicatò interrex diceretur, qui rogandis magistratibus comitia centuriata haberet. Quorum duo priora praecedenti tempore interijsse, postremum verò perpetuum fuisse, tradit Sigonius libro primo de iure ciuium Romanorum cap. 7. Nam vbi plebs primùm in partem patritiorum magistratuum venit, vt consulatus, tum verò ad plebeios, ita translata sunt auspicia, vt & auspicatò crearentur, & ipsi auspicarentur. Id quod exemplo Genutij, de quo infrà libro septimo, confirmat. Neque enim dubium si Genutius Plebeius consul est factus, quin auspicatò factus sit. Nam Centuriata comitia, quibus consules creabantur, auspicata erant, vt tributa inauspicata, eademq; ratione, ne illud quidem vllam habere debet dubitationem, si Genutius consulatum gessit, quin captatis ante auspicijs gesserit, cùm consules, teste in Philippicis Cicerone, & spectionem & nunciationem haberent. Caeterùm cum omnia ferè patritiorum iura, consulatum & sacerdotia, plebs consecuta esset, illud tamen impetrare non potuit, vt aut interregem ex se, aut flamines maiores Dialem, Martialem, & Quirinalem proderet, aut regem sacrificulum faceret. Quos locos, vt Patricij integros vsque ad extrema tempora possederunt, sic proprium illud vsque ad extremum plebeij reliquerunt, vt comitia tributa ab auspicijs ac patribus libera haberent, & Tribunatum atque aedilitatem solis aperirent. Patet itaq; plebeios magistratus auspicia non habuisse, licet Zonaras libro annalium secundo, Tribunis plebis auspicia à Patricijs concessa esse scribat. Nam, id, vt Sigonius existimat, de obseruatione de caelo intelligendum. At adeò magistratuũ propria auspicia fuerunt, vt magistratus ipsos inter se distinxerint ac segregerint. Vt enim auspicia alia maiora fuerunt, alia minora: sic magistratus partim maiores, partim minores. Maiores qui maiora auspicia habuerunt, vt Consules, Praetores. Minores, vt reliqui. Maiora autem dicuntur habere auspicia, quia eorum auspicia magis rata sunt, quàm aliorum, quod ex libris Messala & Tuditani commentarijs. Gellius prodidit lib. 13.

More maiorum] Frequens est haec formula Liuio, vt hic & libro 3. lib. 6. lib. 36. alijsq; authoribus. At hisce verbis nihil aliud significatur, quam legem non scriptam tradit Ferrandus Adduensis in L. ius ciuile §. hoc igitur ff. de iustitia & iure. Vide etiam Alciatũ lib. 4. Parergõn iuris ciuilis cap. 21. More maiorũ quid.

Patres autores fiant] Antiquitùs enim id iuris patres habebant, vt tum demùm rata essent, quae populus iusserat, si patres authores fierent, id est cum rem factam probarent. Quid verò sit authorem fieri superius ostensum est, ni fallor, lib. 1. Autores patres facti.

Pulli non pascentur] Pulli si pascerentur bonum augurium erat, si non pascerentur malum. Claudius Pulcher (inquit Suetonius) apud Siciliam non pascentibus in auspicando pullis, ac per contemptum religionis mari demersis, vt biberent, quando esse nollent, praelium nauale inijt superatusq; est. Et Asconius scribit dici solitum magistratum ineuntibus: aues pascunt. Turneb. lib. 24. aduersariorum cap. 14. Aues pascunt.

Recusantibus aedilibus plebis] Nam hi eo tempore, quo plebs in montem sacrum secesserat, cum tribunis creati erant, vt tribunis subministrarent omnia necessaria, eásque causas iudicarent, quas ipsi eis permitterent, simul quoq; omnia decreta, plebiscita, senatusconsulta asseruarent, sacrorum publicorumq; locorum curam haberent, ab qs, quae aedes dicuntur, aediles vocati, vt Dionysius, Pomponius & Zonaras scribunt. Caeterùm eorum, qui ex Patritijs electi, Curules à solio eburneo dicebantur, munus erat ludos publicos Maximos vel Romanos facere, sacras priuatasq; aedes procurare, cautam vrbem tueri, vt cloacae & aquaeductus, & quaeq; publica aedificia munda essent, loca in theatro assignare, quin si quispiam seruum aut iumentum morbosum vitiosumue pro integro sanoq; vendidisset, edicto aedilium emptori succurrebatur, prout habetur in ff sub tit. de aedilitio edicto per totam. Aediles plebis. Aediles curules vnde.

IN LIBRVM VII. ANNOTATIONES.

Praetores quando instituti. PRAETVRA] Mirum videri potest, quod Liuius hic scribat, Praetorem anno vrbis CCCLXXXIX creatum, cùm supra libro tertio tradiderit Horatia lege consules & praetores eisdem auspicijs creatos esse. Sed id ita intelligendum esse existimat Antonius Concius lib. 2. subsciuarum lectionum iuris ciuilis capite decimo nono, quòd tum nouus gradus & numerus magistratus potius quàm appellatio sit facta, & cum vsque ad illum annum consules nomine Praetoris significarentur, transisse tunc primùm hoc nomen à consulibus ad eum nouum magistratum, qui tum creatus est. Nam antiquissimo tempore, vt & superius annotatum est, praetor appellabatur consul, & interdum omnis magistratus cui exercitus parabat, vt ait Asconius III. in Verrem. Cui assentiuntur Festus libro vndecimo, & Nonius authoritate Varronis, de vita populi Romani libro secundo.

Aediliũ duo ordines. Curuli aedilitate] Duo erant ordines aedilium. Alter in quo ipsi aediles in iure dicundo sellis incuruos pedes habentibus vtebantur. Alterum magistratum popularem appellabant, vt praecedenti libro docuimus. Erat autem sella curulis vehiculum, quo sedentes magistratus gestabantur, quod gestatorium etiam dicitur, & gestatoria sella. Budaeus in prioribus annotationibus. Sella curulis.

Curulibus sellis praetextatos] Praetori enim sella curulis, toga praetexta, & sex lictores permissi. Vnde Polybius & Plutarchus praeturam sex securium magistratum vocant. Porrò cùm praetorem non nisi ex patribus primò creari mos esset, Hic deinde honos etiam plebi communicatus est, anno vrbis CCCCXVII. & Q. Publilius Philo, vt Liuius infra author est, primus è plebe praetor factus est. Postea non sufficiente eo praetore, quod multa turba peregrinorum etiam in vrbem veniret, circa annum vrbis DX. creatus est alius praetor ijsdem auspicijs, qui peregrinus est appellatus, quòd plerunq; inter ciues & peregrinos ius reddebat, cùm alter praetor vrbanus diceretur, vt tradit Florus in Epitoma lib. 19. Porrò Sicilia atque Praetor peregrinus.

Sardia

Sardinia in prouinciarum formã redactis, praetores alij duo sunt additi, qui in eas prouincias mitterentur. Epitoma lib. 20. Solinus cap. 21. Victis postea duabus Hispanijs, alij duo creati sunt, qui in Hispanias mitterentur anno DLVIII. *Atq; per multa tempora hoc obseruatum est, ne plures quàm duo praetores, vrbanus & peregrinus in vrbe manerent, reliqui quatuor in praetura ipso magistratu in prouincias sortitò irent, atq; in eis annum praeturae explerent, donec postremo Sylla dictator latis nouis quaestionibus publicis, velut de parricidio, falso, de sicarijs, de iniurijs, praetores veteribus duos adiecit, atq; ad octo praetorum numerum auxit.*

Ludi scenici.

Ludi scenici] *Quibus Scenici agones exercebantur, qui & Musici agones dicebantur, & Dionysiaci quasi Libero patri dicati. Quare & homines ipsi scenici vno verbo à Graecis Dionysiaci artifices dicuntur, authore Aristotele & Gellio lib. 10. prout annotat Budaeus in L. Athletas ff. de his qui not. infam. Ludi verò publici apud Romanos circo & cauea diuidebantur. Circo curricula circensia, & pugillatio, luctatioq; continebantur. Caueae theatralia & scenica ludicra. Cauea enim dicebatur ea theatri pars, vnde populus spectat. Lucret.*

Ludi apud Romanos duplices.

Cauea quid.

Namq; ibi consessum caueai subter & omnem
Scenaiem speciem, patrum, matrumq; Deorumq;
Infiscunt.

Sic & Graeci diuidunt ludos in Gymnicos & Musicos. In Gymnicis est luctatio & pugillatio, & curricula. In Musicis Comoedia & Tragoedia & alia. De ludorum Scenicorum verò origine Caelius lib. 8 cap. 7. lect. antiq. & cap. 8. lib. eiusdem, vbi tradit Scenicos dici à scena, id est, i encorsa a rusticis inumbrationis causa excitati solito.

Ludiones qui.

Ludiones ex Hetruria] *Ludij inquit Dionysius Halicarnasseus adolescentes erant tunicis induti insignes, galeati & ensiferi peltatiq; qui omnibus Circensibus & Theatralibus pompis in versum incedebant, ipsius velut Pompa ducti, salijs similes. Ludij ex eo vocati, quod à Ludis hoc genus ludicri inuentum videretur. Torneb. lib. 6. aduersar. cap. 6. & lib 19. cap. 10.*

Iocularia] *Id est, quae nec vera, nec seria, sed ficta et q; ridicula essent.*

Modi Musici definiti. Modus scenatilis.

Tibicinis modos] *Id est, intentionem ac depressionem modulationis. Est enim modus vocis ad vocem certo interuallo migratio, vt Musici definiunt sic Varro in modio: Modum scenatilem, pro versu scenico, vt Iambico, quasi in Comoedijs & Scena Poetae vti solent, posuit, prout annotat Torneb. lib. 12. aduers. cap. 16.*

Satyrae.

Impletas modis Satyras] *Variarum rerum mixturam sparsim nullaq; ordine congestam, veteres Satyram appellarunt. Hic verò accipitur pro Poëmate Latinis proprio. Nam vt Quintilianus scribit Satyra Latinorũ tota est, neq; à Graecis accersita. Satyras enim Graeci non scripserunt. Hoc tamen negari non potest Lucillium Satyrarum inuentorem atq; authorem, veteris Comoediae Poetas Eupolin, Cratinum, Aristophanem, & caeteros secutum, se ad Satyras scribendas contulisse, vt testatur Horatius 4. Satyr. lib. 1.*

Fescennini versus.

Fescennino versu] *Fescennini versus sic dicti, quòd ex Fescennina vrbe Campaniae allati essent, vel ideo quod fascinum arcere putabantur. Canebantur enim initio in nuptijs, & omnium venereorum lasciuiarum opprobriorumq; plenissimi erant, & magna verborum licentia constabant, vnde Catullus in Epithalamio Iuliae & Manlij. Ne diu taceat procax Fescennina locutio. Deinde verò non solum in sponsos, sed in quoslibet alios locum habuit. Vnde Horatius lib. 2. Epist. ep. 1.*

Fescennina per hunc inuenta licentia morem
Versibus alternis opprobria rustica fudit &c.

Ab Satyris] *A quorum lasciuia temerè nunc huc, nunc illuc saltantium Satyram. dicta Satyra esse videtur, vt docet Erasmus in prouerb. per Satyram.*

Ad manum cantare.

Ad manum cantari] *Ad manum cantare dixit, pro cantare in promptu, & in praesentia, coramq; sicut & Hesychius ad manũ quae sunt, prompta & parata interpretatur, & seruum ad manũ ad multa vtilem. Torneb lib. 3. aduers. cap. vlt.*

Diuerbia.

Diuerbiaq; cantum] *Diuerbia vocantur, cùm diuersae agunt personae, sicuti cantica in Comoedijs intelligimus, vbi vnus modò loquitur, Caelius lib. 9. cap 7. lection. antiq. Exodium verò, vt idem ex Polluce tradit, lib. 19. cap. 9. cantus est, quem è theatro cedentes concinerent.*

Exodia.

Attellani qui.

Fabellis Attellanis] *Obseruandum Attellanos dici priuatim personatos, quoniam id illis esset ius, ne in scena personam deponere cogerentur. Quod histrionibus alijs pati necesse erat. Hinc quo ab ijs agebantur fabula, peculiari appellatione nuncupabantur personatae, vt tradit Caelius lib. 8. cap. 8. lectionum antiq. Vt verò Satyris Graecis Tragoedijs interponebantur, Tragoedijs Latinis ad exhilarandum spectatorem Atellanarum exodia interserebantur, nec histrionibus earum actus committebantur, sed honestis iuuenibus, quanquã fortasse tandem aliquando in vsum alijs & histrionibus fabulae illae actae sunt. Erantq; hae fabulae vrbanissimae, & vrbis iocos elegantiamq; imitabantur, & ab vrbe Atella nomen erant adeptae. Itaq; earum actores vrbici, vt apud Iuuenalem, vocabantur:*

Attellanae fabulae.

Vrbicus exodio risum mouet Attellanae.
Gestibus Autonoes:

Sicut & earum auctores vrbici vocantur Martiali.

Quod non optimus vrbicus Poeta:

Atellana autem non tota, sed earum actus aliquis Tragoedijs interponebatur, è Scena digressis Tragoedijs: ea, quod extra Tragoediae argumentum digressis Tragoedijs agerentur exodia vocabantur. Hinc Exodiarius Marcellino, vt in omni spectaculo, Exodiario, Venatori, Aurigis & Histrionum generi omni. Tornebus lib. 3. aduersariorum cap. 17. Quod verò hic Liuius scribit institutum, ne Atellanarum actores tribu mouerentur, id eò referendum, quòd scenici & arenarij olim infames fuerint, vt I C testatur in L. Athletas ff de his qui notantur infamia, vt ex Lampridio docet Caelius lib. 8. cap. 8. lectionum antiq. Macrobius Saturnal. lib. 3. cap. 4. Histriones contendit non inter turpes habitos, idq; Ciceronis testimonio, qui Roscio & Aesopo histrionibus familiariter vsus sit. Sed aduersatur ei Probus in praefatione de vita excellentium Imper. vbi scribit apud Graecos in scenam prodire, & populo esse spectaculo nemini fuisse turpitudini. Apud Romanos verò infame atque ab honestate remotum. Vbi non contemnenda de hoc Hieronymus Magius in suis annotationibus, quae vide.

Exodia vnde.

Histriones infames.

Numerus Mineruae inuentum.

Numerus Mineruae inuentum] *Alijs diuersum placuit, nimirum quòd Theut, qui & Theutates seu Mercurius princeps et numerum & computationem excogitarit. qua tempestate Aegypti rex fuerit Thamus, quem dicunt Ammonem, Caelius lib. 22. cap. 15.*

Nortia Hetrusca.

Nortiae Hetruscae] *Meminit huius Caelius lib. 22. cap. 3. Sub eius autem nomine fortem fortunamq; significari docet Martianus Capella in libro de nuptijs Philologiae. Meminit eius & Iuuenalis Satyra 10. licet codices & interpretes variare videantur. Quidam hanc Deam Horchiã potius quàm Nortiam appellandam esse censuerunt, sed citra rationem.*

Respondere ad nomina.

Ad nomina non respondissent] *Id est, qui non comparuissent, vt Budaeus in prioribus annotationibus interpretatur. Nam nomina dare est profiteri, & veluti inscribendum curare Et nomen recipere. Liuius lib. 7. belli Punici secundi dicit praeco. quod vulgus dicit, recipere ad monstram, quod & rationem habere dicitur.*

Nomen dare.

L. Manlius] *Cicero lib. 3. officiorum filium Lucium, patrem verò Aulum Manlium appellat cap. 11. vbi de fortitudine disputat, cui consentit Eutropius lib. 2. cap. 1.*

Infacundior sit] *Ob linguae tarditatem. vnde domesticis & reipub. vsibus inutilis videbatur. De hac autem relegatione Valerius Max. lib. 6. cap. 9. Sabell. lib. 3. Ennead. 4. rapsod. Volaterranus lib. 17. cap. 1. vrban. comment.*

Prae se deinde tulit] *Cicero refert, quòd Pompouius dimissũ Manlio rem ad populum detulerit, iudicãs, cur sibi a causa desistere necesse esset. Tantum temporibus illis valebat. etiam metu extortum iusiurandum. Est autem Manlius praeclarum pietatis in parentes etiam plus aequo seueriores exemplum. Vide Sabellicum lib. 3. cap. 7. Valerium lib. 5. cap. 4.*

Rufuli qui.

Quos Ruffulos vocant] *Tribunorum militũ, vt docet actione secunda in Verrem Padianus, duo genera erant. Primum eorum, qui Rufuli vocantur, hi in exercitu creari solebant. Alij fuerunt comitiati, qui Romae Comitijs designabantur, puter itaq; non omnes tribunos militum populi suffragio creatos, & qui creabantur primùm creare coepisse, Q. Seruilio II. & L. Genucio II. consulibus, de ijsdem meminit Liuius infrà lib 9. vbi vide.*

Hispanus gladius.

Hispano cingitur gladio] *Hispanum gladium, qui fuerit Polyb. lib. 6. explicat, inter caetera dicens. Καλοῦσι δὲ αὐτὴν Ἰβηρικήν. ἔχει δ' αὕτη κέντημα διάφορον καὶ καταφορὰν ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν βίαιον, διὰ τὸ τὴν ὑπόστασιν αὐτῆς ἰσχυρὰν καὶ μόνιμον εἶναι. Brodaeus libro Miscellaneorum 1. capite vltimo.*

Torque spoliauit] *Plinius torquibus aureis auxiliares exteros donatos fuisse à Romanis, at ciues nonnisi argenteis, refert.*

Torquati cognomen.

Torquati cognomen auditum] *Vide Plinium lib. 33. cap. 1. & Alexandrum ab Alexandro, lib. 1. cap. 9. Florum lib. 1. cap. 13. Gellium lib. 9. cap. 13. Val. Max. lib. 2. cap. 2.*

Conciliabula obire soliti erant] *Conciliabula loca erant, in*

quibus

quibus ius diceretur, & in concilium conueniretur. De quibus infrà plura. & Tornebus lib. 1. Aduersariorum cap. 11.

De vicesima] *Huius vicesimæ meminit & Cicero ad Atticum lib. 2. quamuis Blondus in sua Roma triumphante, vbi de vectigalibus disputat, nescio cuius autoritate fretus, Ciceronem in eo loco de vicesima quadam loqui scribat, quam ex re frumentaria Latini Romanis præstiterunt.*

Vnciarum fœnus.

Vnciario fœnore] *Tacitus libro 5. fœnus vnciarium duodecim tabularum legibus constitutum fuisse tradit. Decennio autem post hanc de vnciario fœnore latam legem, Semiunciarium tantum ex vnciario factum, tribunitijs, vt inquit Tacitus, rogationibus. Sed cùm ne sic quidem fœnus tolerari posset, L. Genutius ad plebem tulit, ne fœnerare liceret. Verùm cùm constricta esset hisce legibus auaritia, aperteq́; grassari metu legum non auderet, ad fraudes se conuertit. Via fraudis hæc fuit, vt nomina in socios, qui hisce legibus non tenebantur, transcriberent, atque ita libero fœnore debitores obruebantur. Deprehensa autem hac fraude M. Sempronius Tribunus plebis ex autoritate patrum legem rogauit, plebsq́; sciuit, vt cum socijs ac nomine Latino pecuniæ creditæ idem ius esset, quod cum ciuibus Romanis. Vnciarum verò fœnus dicitur ratione maxima vsuræ, quæ in assis partes diuidi potest, as enim qui 12. vncias continet, pro toto & integro vsurpari solet, vt tradidit Zasius in catalogo legum antiquarum, à quo nec Sigonius dissentire videtur, dum de iure ciuium Romanorum lib. 2. cap. 11. scribit, Veteres vnciariam vsuram dixisse, respicientes centesimam, quam maximam vsuram existimarunt, quæ est, cum pars sortis centesima singulis mensibus penditur, id est, cùm quotannis duodeni pro singulis vsuræ nomine numerantur. Hanc verò quasi vsurarum assem quendam esse voluerunt. Vnde aliæ minores vsuræ, quasi assis partes, aut particulæ fluxerunt: semis cum dimidia pars centesimæ in menses singulos soluitur, quadrans cum quarta, vnciaria cum duodecima, semiunciaria cum vicesima quarta.*

Stolo sua lege punitus.

Sua lege punitus est] *Vt doceret alios, nil aliud præcipi debere, nisi quod prius quisq́; sibi imperauit. Tum enim salua est Respub. si legislatores suas quoq́; leges sanctissimè custodiant, & sibi ipsis custodiendi necessitatem imponant. In quare non immeritò toties Lycurgus Spartanorum legislator collaudatus est, nō inuentione legum magis quàm exemplo clarior, vt qui nunquam lege in alios sanxit, cuius non ipse primus in se documenta daret, teste Iustino lib. 3.*

Iugerum quid?

Iugerum agri]. *Iugerum est campi mensura, quam ducentis pedibus Mathematici definiunt. Quintilianus lib. 1 cap. 18. ducentis quadraginta pedibus in longitudinem, dimidij in latitudinem iugerum describit. Et est quod vno boum iugo die arari possit, teste Varro lib. 1.*

Lymphati.

Lymphati] *Græci nympholeptos vocant, quasi Nympharum spiritu correptos, vt Budæus tradit in prioribus annotationibus. fuit verò Lympha etiam syluestris dea, ex quarta cœli regione, vt tradit Gyraldus historia deorum syntagmate 1.*

Dictatura ad plebem translata.

Dictaturam in promiscuo esse] *Cum etenim Dictator lege ex consularibus legendus esset, & patricij soli ad hoc vsque tempus consules fuissent minimè eam plebi communicandam esse videbatur contra consuetudinem veterem. Sed licet id contra consuetudinem fuerit, non tamen contra legem factum est, vt eruditè ostendit Manutius de legibus Romanis. Non enim lex dictatorem de plebe fieri vetuerat, sed de consularibus iusserat. At C. Martius consularis. Satisfecit igitur legi Popilius, cum consularem hominem Dictatorem dixit, patritijs non satisfecit, quia consularem de plebe dixit.*

Interregni iura.

Res ad interregnum redijt] *Vt Dictator comitiorum causa: sic quoq́; Interrex creari solitus est. Et huius quidem creandi mos quam Dictatoris antiquior vt supra tradidimus. Neque enim Dictator comitiorum causa antè dici ceptus est, quàm Dictator de plebe creatus est. Nam tum ante illud tempus nihil interesse t. plebis Dictator ne an interrex consularia comitia haberet, quod nec Interrex, nec Dictator quisquam de plebe creari poterat, qui alterum ex plebe consulem crearet. At postea quam dictatura Fastigium conscendit, tum demum vt absentibus consulibus, Dictator potius quàm Interrex comitia haberet, omnem diligentiam adhibebat, contra interregem patres petebant. Est autem Interregnum aliud nihil quam potestas in dies quinq́;, cum rex mortuus est, ad alterum subrogandum sufficiendúmue comparata: Perionius lib. 3. de magist. Rom.*

Postremum populus iussisset] *Ad hanc legem Decemuiralem visus est autor ad Herennium lib. 2. respexisse, quum eam definitionem tenuem esse contenderet, qua ostenditur id factum esse, quod ea lex sanciat, cui abrogatum vel derogatum sit, id quod posteriori lege sancitum sit esse neglectum, nimirum quia illud demum ius & ratum erat, vt aiunt decemuiri, quod postremum populus iusserat, proinde si noua lege vetus esset abrogata sanctio, legi nouæ vetus lex omninò cedebat, Rañardus ad L. 12. tabularum cap. 1.*

Quinqueuiris quos mensarios vocant] *Hos extra ordinem magistratus fuisse apparet, nec etenim continuo & eodem numero creabantur, Infra enim lib. 23. Triumuirum mensariorum meminit: Fuere qui existimarunt argentarios eosdem fuisse cum mensarijs, sed plurimum inter eos interfuisse ostendit Sigonius lib. 2. cap. 11. De iure ciuium Rom. Mensarij siquidem publicam rationem conficiebant, argentarij priuatam, illi rei nummariæ publicæ curatores, hi negociationis priuatæ erant.* Mensarij qui?

Vana (vt plerunq; fit) caderent] *Loquitur non de ictu directiore, sed grauiore libratioreq́; ex supernis locis in ima, ex imis verò in suprema, aut in aqua magis irrito citraq́; effusam. Aduersari verò huic loco videntur quæ scribit Gellius ex L. Claudio Quadrigario, lib. 9 cap. 1. De quorum conciliatione Magius lib. 2. Miscellaneorum cap 16.*

Matari propè traiecto] *Mataris teli genus, paulò quam lancea minus, cuius Sisenna apud Nonium meminit, Cæsar lib. 1. De bello Gallico: Et è loco, inquit superiore in nostros venientes tela conijciebant, & nonnulli inter carros rotasq́; mazeras ac tragulas conijciebant. Mazacis apud Hesychium est hasta Persica, cuius tamen formam non exprimunt autores. Turnebus lib. aduers. 9. cap. 7. Materas in Cæsare legendum censet, ita autē vocabatur iaculum lingua Gallorum, vt scribit Strabo: Videri autem potest nomen Gallicum, quo sagittam capitatam hodie appellant.* Mataris quid.

Marcus erat Valerius] *De hoc Valerio præter Liuium Florus lib. 1. cap. 13. Plinius lib. 7. cap. 48. Val. Max. lib. 8. cap. 14. Gellius lib. 9 cap. 11 Orosius lib. 3. cap. 6. Eutropius lib. 3. cap. 1. Sabell. lib. 2 Ennead 3. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 9. Hunc autem Valerium Gellius ex vetustissimis annalibus Maximum Valerium Coruinum vocat, Florus Lucium.*

Coruus repentè] *Florus & alij quidam non coruum, sed Satyriam auem galeæ eius insedisse scribunt, non tamen à Liuio discrepant, cum satyria genus sit corui.* Satyria.

Augurium cœlo missum] *Constat in colligendis augurijs sinistram semper fuisse coruorum significationem, & maximè cum glutiunt. Si verò ab ortu clara voce occinuerint, præsentem fœlicitatem, contra verò ab occasu solis, exitium apportasse. Sic corui inuolantes obstrepentesq́; Alexandro Babyloniam ingressuro. & Ciceroni quoque imminens periculum, extremasq́; ærumnas præmonstrarunt. A dextra tamen coruus, & sinistra cornix vel picus spem non ambiguam, & ratum auspicium fecerunt. De coruorum autem augurijs, vide Plinium lib. 10. cap. 12. & lib. 18. cap. 35. Iulium Obsequentem, cap. 25. & 55 Prodig. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 13.* Coruorum augurium.

Prouocat per interpretem] *Huius prouocationem, acerbitatis cōtemptus, ac superbiæ plenam, ex Gellij loco citato pete, qui eam ex vetustissimis annalibus decerptam recitat.*

Aedem Iunoni Monetæ vouit] *Iuno Moneta à Romanis cognominata fuit, quòd cum non multo ante captam vrbem à Gallis terræmotus factus esset, vox è Iunonis templo quod erat in arce extiterit. vt de sue plena fieret procuratio. quo circa ait Cicero Iunonem illam appellatam Monetam à monendo videlicet verbo.* Iuno Moneta.

Amici fortè nunc subiecti] *Infra lib. 34. Liuius vbi circiter finem introducit loquentem Menippum regis Antiochi legatum tria fœderum genera fuisse ostendit, eorumq́; alia alijs æquiora esse: Iniquissima autem fœderis condicione vsi sunt dediticij. adeò vt non in fœdere sed in ditione esse dicerentur, ex quo fluxit Latinorum illud de Campanis apud eundem: Campanorum aliam conditionem esse, qui non fœdere sed per deditionem in fidem venissent: itaq; Campanos, seu velint, seu nolint, quieturos: in fœdere Latino nihil esse, quo bellare, cum quibus ipsi velint, prohibeantur, & illud Samnitium de Sidicinis: Sidicinos nec in fide, nec in ditione populi Rom. esse, id est, neq́; æquo fœdere, vt se, neq́; deditione, id est, iniquissimo fœdere, vt Campanos in amicitiam populi Romani esse susceptos, & tertium illud de Apulis: ita in societatem eos esse acceptos, vt non æquo fœdere, sed vt in ditione populi Rom. essent. Iam verò, qui deditiij dicti sunt, facilè ex formula ipsa deditionis intelligi posse arbitror, cuius vestigia hæc extant apud Liuium lib 1. ad memoriam omnium sempiternam impressa. Rex interrogauit, estis ne vos legati, oratoresq́; missi à populo. vt vos populumq́; dederetis? Itaq; idem lib. 28. morem vetustum fuisse ait Romanis, cum quo nec fœdere, nec æquis legibus iungeretur amicitia, non prius imperio in eum, tanquam pacatum, vti*

quàm omnia diuina humanaq; dedisset, & obsides accepti, armaq; adempta, & præsidia vrbibus imposita forent. Vnde Campanos etiam apud eundem se populo Rom. dedidisse his verbis videmus: Populum Campanum, vrbemq; Capuam, agros, delubra Deûm, diuina, humanaq; omnia, in vestram patres conscripti, ditionem dedimus, quicquid deinde patiemur, dedititij vestri passuri. Aequius autem aliquantò erat illud fœdus, cui hæc verba erant adiuncta: Maiestatem populi Romani comiter conseruanto. Quam iniquam eam conditionem fuisse probauit Cicero, cùm Balbum de ciuitate defendit: Primum, inquit, verbi genus hoc conseruanto, quo magis in legibus quàm in fœderibus vti solemus, imperantis est, non precantis: deinde, cùm alterius populi maiestas conseruari iubetur, de altero siletur, certè ille populus in superiore conditione, causaq; ponitur, cuius maiestas fœderis sanctione defenditur. Quod autem in hoc genere dixit Cicero comiter, id videtur dixisse Liuius, sine dolo malo, in exponendis conditionibus pacis Aetolis data. Sic enim scriptum est: imperium, maiestatemq; populi Rom. gens Aetolorum conseruato sine dolo malo.

Extremum præceptum est æquissimi fœderis, cuius formula fuit, cùm ab vtraq; parte cauebatur, & pari iure societas vtrinq; & amicitia stabiliebatur, quale fuit illud Annibalis cum Locrensibus, de quo idem scribit hoc modo: Locrensibus Annibalis iussu pax data, vt liberi suis legibus viuerent, vrbs pariter & portus in potestate Locrensium essent, societas eo iure staret, vt Pœnum Locrensem, Locrensis Pœnum, bello ac pace iuuaret. Quo in genere fœdera fuerunt, quæ populus Rom. cum Carthaginiensi, antequam armis inter se decertarent, fecit: quorum meminit Polybius lib. 4 vt in iqua, quæ post consecuta sunt, omnia. In omnibus autem fœderibus faciendis, aut fœderum legibus conscribendis, illud erat solenne, ac propè translatitium, vt legibus, libertati, agris, locis, ædificijs publicis, priuatisq; & cæteris præter hæc, rebus publicis, priuatisq; liberis, seruisq; lolle amisisse, iure, consuetudini, & portorijs exigendis eius populi caueretur, quo cum amicitia iungebatur, quod ex veterum monumentorum diligenti obseruatione colligitur.

Gaurus mons.

Editum in saltu collem] Gaurum montem nominat Plinius de viris illustrib. cap. 26. qui in Campania erat prope oppidum Baccbis, & Vulturnum fluuium, qui pristinum adhuc retinet nomen. Vide Volaterranum lib. 6. cap. 6. Geograph.

Vigiliarum ratio apud veteres.

Secundæ vigiliæ buccina] Milites quippe, cùm nimis longū esset, totam per noctem agere excubias, in quatuor vigilias noctem diuidebant, quarum prima à noctis principio vsq; ad initiū quartæ horæ inæqualis producebatur: secunda, à fine tertiæ horæ ad mediam noctem durabat, tertia inde ad nonæ horæ terminum, quarta ad auroram & ortum vsq; solis. De diuisione autem noctis vide Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 20. Ioachimum Ringelpergium de tempore: De castrorum autem vigilijs Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 12.

Militaria alia dona] Plin. cap. 26. Decium ab exercitu ciuica corona de quercu, quæ dabatur ei qui ciues in bello seruasset, & obsidionali, quæ dabatur ei, qui obsidione ciues liberasset, donatum scribit. De obsidionali autem corona, quam ij, qui liberati obsidione duci dabant, diximus suprà.

Priui quid.

Priuis tunicis] Veteres autore Gell. lib. 10. cap. 20. Priua dixerunt quæ nos singula dicimus, quo verbo Lucilius primo Satyrarum libro est vsus:

Abdomina thynni aduenientibus priua
Dabo:

Velut indagine dissipatos] Indago ferarum est inquisitio, cùm appositis retibus hominibusq;, omnes syluarum exitus ac viæ custodiuntur, ne qua feris effugium pateat. Virg. lib. 4. Saltusq; indagine cingunt. Et Cæsar lib. 8. de bello Gallico syluis vndiq; impeditissimis, aut altissimo flumine, velut indagine munitum, hunc insidijs circumdederunt.

Emerita stipendia.

Emerita dicendo stipendia esse.] Emeriti stipendijs dicebantur, qui legitima stipendia confecerant: ea nimia quæ triginta fuisse lex Tullia indicat, quæ iuniorum ætatem annis triginta definiuit, quos militare coegit. Aetatē namq; militarem à XVII. anno vsq; ad XLVI eosdemq; etiā iuniores, vt post eam seniores appellarunt. Qui verò emeritis stipendijs rursus militare cogebantur, ij, autore Dione lib. 45. euocati dicebantur.

Aetas militaris.

Euocati qui.

IN LIBRVM OCTAVVM ANNOTATIONES.

Lua dea.

LVÆ matri] Ea Dea nomen à luendo expiandoq; sortita videtur, esse & præfuisse lustrationib. & lustris. post cædem autē hostium, & bellum opus purgamentis & piaculis est, Turneb. lib. 16. aduersariorum cap. 20. Luere autem inter cætera purgare est, vt idem docet lib. 23. cap. 21. Gyraldus historiæ Deorum synt. 12. dubitat, an hæc eadem sit cum Diana. Meminit eius & Liuius lib. 5. decad. quintæ.

Latinorum ad lucū Ferentinum cōuentus.

Prætores tum duos] Vetere Latinorum instituto, ita traditū erat, vt omnes Latini nominis rerum communium causa ad lucum Ferentinū, qui erat sub monte Albano, coirent, ibiq; de summa Reip. consultarent, ac duobus prætorib. rem vniuersam Latinorum committerent, quod præter Liuium ostendit Dionysius in Anto.

Legati sacrosancti.

Legatus iure gentium] Legatos iure gentium sacrosanctos fuisse vsq; adeò vulgatum est, vt & in Prouerbium exierit: Legatus non cæditur neq; violatur. De quo Erasmus ibidem.

In quiete vtriq; consuli] Hoc somnium etiam habetur apud Valerium Maximum lib. 1. cap. 7. Cæterùm Valerius scribit vtrosq; somno cernere fallos, ex altera acie Imperatorem, ex altera exercitum Dijs manibus matriq; Terræ deberi. Vtrius autem dux copias hostium aggrederetur superq; eas sese ipsum deuouisse, victoriam habiturum.

Auerruncare vnde.

Auerruncandæ Deûm iræ] Auerruncus vnus ex Dijs, quos placari oportet, vti mala à nobis, vel fugibus natis amoueantur, autore Gellio lib. 5. cap. 12. Hinc auerruncare verbum, quod idem est, quod amouere.

Manliana imperia.

Manlianaq; imperia] Vide Erasmum in prouerbio: Manliana imperia. Cæterùm & Posthumiana imperia eadem significatione dici, ostendit Gellius lib. 1. cap. 13. & Valerius lib. 2. cap. de discipl. militari. Ex hac verò historia discendum, Manlium posthabuisse priuatum affectum publicæ vtilitati, quum plus imperij maiestatem militaremq; disciplinam fecerit, quàm paternam vel pietatem, vel filij insignem fortitudinem, de qua præter Liuium Plutarch. in vita Fabij Max. & cap. 26. Parall. Frontinum lib. 4. cap. 1. Sabellicus lib. 3. cap 3.

Clypei & scuti differentia.

Clypeis antea Romani vsi sunt] Hic nisi clypeum à scuto distinguamus, necesse est à sensu aberremus. Sed & idem Liuius lib. 1. primæ classis armatum, scribit esse clypeū cum galea ocreis, lorica. secundæ pro clypeo scutum, & præter loricam eadem omnia. Vbi Dionysius Halycarnasseus pro clypeo ἀσπίδα græcè scribit, pro scuto θυρεόν. Igitur clypeus rotundus erat, vt Virgilio autore intelligi potest, qui prægrandem Cyclopis oculum comparat clypeo Argolico, oculi autem figura rotunda est.

Argolici inquit, clypei aut Phœbeæ lampadis instar. Scutum forma oblonga, maiusq; clypeo. Itaq; pro clypeo secundæ classe datum scutum est, quòd sine lorica essent, vt scutum & clypei, & loricæ loco esset, & totum corpus protegeret. Maro: Scutis protectis corpora longis. Hinc & θυρεὸν Græci vocant, quod referat similitudinem forium, quæ longiores, quàm latiores solent esse.

Θυρεὸν.

Stipendiarij qui.

Stipendiarij facti sunt] Stipendiarij hic in Liuio sunt, qui stipendia merentur. Dicit enim Romanos scutis vsos esse, ex quo stipendium militib. constitutū sit, antea enim sine stipendio militabant.

Phalanx quid.

Phalanges similes Macedonicis] Græcis & Macedonibus phalanx erat peditū stabile agmen graui armatura, vt ferè Romanis suæ legiones, tales tamen Cæsar & Germanis & Gallis phalanges tribuit lib. 1. Sed in his locis Turnebus lib. 9. cap. 7 phalangē facere esse arbitratur, quod Græci dicunt συνασπίζειν, cū iunctis clypeis aut scutis, vel in hostes inuaditur, vel hostium impetus excipitur, quod sic confertis clypeis Macedonum phalanx pugnare soleret. Ita aūt apud Cæsarem intelligi ex eo patet, quod ita scribit: Reperti sunt complures nostri milites, qui in phalangas insiluerēt, & scuta manibus reuellerent, & desuper vulnerarent. Est igitur ibi phalanx συνασπισμός. Ac Philippus rex Macedoniæ secutus heroicum illū belli Troiani cuneum, de quo Poeta scribit ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε. phalangē composuit Macedonicam vmbonum velut perpetuo textu confertam, Turnebus loco prœallegato, vide eundem lib. 6. cap. 21.

Gesa quid.

Gesaque] Gesa Gallorum propriè tela, sicut Sarissa Macedonū: Germanorū framea: Sed & fortes viros dici à Gallis Gesos, à Seruio annotatū est. Gesatas etiam ab eisdem appellari mercenarios milites Plutarch. autor est, vt annotat Cœlius lib. 21. cap. 18. lect. antiq.

Mani-

Antepilani.

Manipulorum agmen antepilanos vocabant] *Sic vocabant hastatos, & principes in legione, quòd essent ante triarios, qui pilani vocabantur, vt & M. Varro de lingua Latina docet. Sic enim scribit: Hastati dicti, qui primùm hastis pugnabant, Pilani, qui pilis, principes qui à principio gladijs, & post commutata re militari, minus illustres sumuntur. Pilani triarij quoque dicti, quòd in acie tertio ordine extremis subsidio deponebantur. Ouidius III. Fastorũ:*

Hastatos instituitq; decem.
Et totidem princeps, totidem Pilanus habebat,
Corpora, legitimo quiq; merebat equo.

Quindecim ordines locabantur] *Aut pro quindecim scribendum nouem, aut in vexillis numero error sit necesse est. Nam cùm in vexillo dicat esse centum octoginta sex homines, hi tres efficiunt ordines sexagenum hominum cum suis centurionibus. Nam in ordine duo erant. Sic tria vexilla efficient nouem ordines, non quindecim, ex quibus acies postrema constabit, quæ ordinem vnum ex illis effici dicit, cuius pars vna primum pilum dicebatur, id est, vexillum triariorum. Proinde Turnebus præallegato cap.27.lib.11. Aduersariorum, legendum suspicatur. Nouem ordines locabantur, ex quibus ordo vnus, qui tres partes habebat, earum vnam, quam primum pilum vocabant, tribus ex vexillis constabat. Nam nisi ita legatur vix est, vt ordinum numerus cum vexillis conuenire posse videatur.*

Triarij qui.

Ad triarios redijsse] *Vide etiam Vegetium libro secundo de re militari vbi declarat, post omnes acies solere collocari Triarios omni armorum genere instructos, qui genu posito subsidebant, vt si primam aciem vinci contigisset, ab ijs integrato prælio victoria repararetur.*

Principes.

Principes cum principibus] *Hi principes in secunda acie erant, & robur exercitus existimabantur. Inde illud Terentianum, Inde ego post principia ammibus signum dabo.*

Familiaris pars.

Caput iecinoris à familiari parte] *Hic & caput, & pars familiaris verba sunt aruspicina, quæ quidem ars, cùm ob vanitatem & superstitionem meritò desueta sit, & improbata, nobis obscura sunt & ignota. Sed conijcere licet caput, fibrarum in iecore initium fuisse, cumq; iecur in duas partes diuiderent, familiarem & hostilem, & è familiari sua euenta augurarentur, ex hostili hostium fata, duo capita erant, vnum hostile, alterum familiare. De familiari hic Liuius loquitur, vt annotauit Turnebus libro vndecimo Aduersariorum cap.27.*

Nouensiles diui.

Diui Nouensiles] *Nouensiles Dei à Sabinis Romam deducti existimantur, atq; ijs à Tatio rege ædes dicata, quibus indigitamenta hæc ascribit Varro, Herculem, Vestam, Salutem, Fortunam, Fortem Fidem: Non desunt qui Nouensiles hos Deos appellatos putent, quòd nouissimè in Deorum numerum recepti sint, quasi nouissime, id est, nuper, salientes, hoc est, in Deorum numerum ascendentes. Prout annotauit Gyraldus Syntag. Deorum.*

Agedum pontifex publicus] *Vota enim nisi arbitratu & cæremonijs quibusdam pontificum fierent, irrita videbantur. Verùm quæ vota olim solennia fuerint apud Romanos, & quæ apud exteros, quíue ea concipere soliti sint, lege Alex. ab Alex. libro tertio, cap.22.*

Deuotionis forma.

Manibus Tellurią; deuoueo] *Deuotionis exercituum formam vide apud Macrobium lib.3. Saturnal. cap. 8.*

Cinctus Gabinus.

Incinctus cinctu Gabino] *antè quoque cinctus Gabini mentio facta est. Meminit verò eius & Virgil. dum canit:*

Ipse Quirinali trabea, cinctuq; Gabino
Insignis, reserat stridentia limina consul.

Vbi Seruius, quis is fuerit, exponit. Vtebantur autem eo magistratus, & pontifices cùm belli causa operabantur sacris, se deuouebant pro exercitu, portas Iouis aperiebant, aut amburbia faciebant, denique, cùm rei sacræ operam dabant belli causa, vt annotauit Turnebus lib.22. Aduersariorum cap.19.

Cunei qui.

Perrupêre cuneos] *Nomen cunei significat formam instruendæ aciei à notissima in findendis lignis instrumenta sumptam, Vide Vegetium lib.3. cap.19. Sic Cæsar lib.6. de bello Gallico, Alij cuneo facto, vt celeriter perrumpant, censent.*

Decij patria deuotio.

In se vnum vertit] *De Decij facto, quo insignem suam in patriam pietatem declarauit, præter Liuium Florus lib. 1. cap. 14. Plinius lib.22. cap.5. Plutarchus cap. 37 Parall. Valerius Maximus lib. 1. cap.7. & lib.5. cap.6. Augustinus libro 3. cap.18. Sabellicus libro 4. Ennead. 4. & lib.4. cap.1. Et huius exempl. Volaterranus lib. 15. cap. 3. Vrban. comment. Meminerũt etiam Virgil. 6. Aeneid. & Claudianus de quarto consulatu Honorij. Meminit & Iuuenalis, cùm inquit Plebeiæ Deciorum animæ, plebeia fuerunt nomina, &c.*

Communem verè Martem] *Incertum ac varium belli euentum notabant hoc dicto, prout notat Erasmus in prouerb. Mars communis. Frequens autem Liuio est hæc dicendi forma, quemadmodum & æquo Marte discessum, quoties neutri parti cessit victoria.* Mars communis.

Firmissimum longe imperium] *Qui etenim metu imperium retinere student, in inuidiam atq; odium hominum incurrunt. Nam verum est illud à Cicerone relatum libro 1. de officijs, Oderint dum metuant. Quis enim (inquit idem in Lælio) eum diligat, quem metuat, aut eum, à quo se metui putet. Et huc pertinet dictum Aemylij Probi in vita Dionis. Nullum esse imperium tutum, nisi beneuolentia munitum: Id quod licet sapientes verum esse putent, fuêre nihilominus nostra ætate non indocti homines (inter quos Nicolaus Machiauellum) qui cũ de regnis bellisq; rebus ex professo disererẽt, regna aut metu sanctiaq;, aut comitate & beneuolentia fulcienda retinendaq; esse contenderent. In quorum sententiam experientia suadente multos descendere animaduertimus.* Imperia quæ diuturna.

Lanuuinis ciuitas data sacraq; reddita] *Hoc loco quia quàm plurima municipia à Liuio recitantur, non alienum erit, seriem eorum ascribere: Nam qui municipes fuerint, & quæ inter ipsas atq; colonias differentia fuerit, antea annotauimus: paulo post etiam de generibus Municipiorum dicturi.*

MVNICIPIVM CAERE.

CAeritos primos municipes, & eos sine suffragij iure fuisse, ex Asconio & Gellio constat, Hoc municipium inter eas præfecturas refert Festus in quas prætor vrbanus præfectos creare solebat. Hinc municipio ante legem Iuliam ciuitatem cum suffragio datam fuisse Festus apertè innuere videtur, quum illud eo iure quo Aricini fuerunt donatum scribat, & Aricinos ex Liuio ciues Romanos fuisse constet cum suffragij latione.

MVNICIPIVM TVSCVLVM.

PRimum omnium municipium cum suffragij latione fuit Tusculum, eis quũ (vt inquit Sex. Pomp.) primùm sine suffragio ciuitas data esset, post aliquot annos pleno iure ciues Romani Tusculani facti sunt. Eius rei ita meminit lib.6 Liuius. Tantum fere verborum à Tusculanis in senatu factum. Pacem in præsentia, nec ita multo pòst ciuitatem impetrauerunt, Ab Tusculo legiones deducta. Hoc autem factum est anno vrbis 373. Ciuitatem verò Romanam (vt opinor) sine suffragij iure eos adeptos fuisse quadriennio pòst, refert idem Liuius. Incensos Latinos ea rabies impetum Tusculum tulit, ob iram quòd deserto communi consilio Latinorum non in societatem modo Romanam, sed etiam in ciuitatem se dedissent. Hoc factum est anno vrbis 377. Tusculanos verò suffragij ius haud longè post primum consulem è plebe creatum, ex his Imp. Claudij verbis apud Tacitum intelligo. Plebeij (inquit) magistratus post patricios, Latini post plebeios, cæterarum Italiæ gentium post Latinos. Neque enim æquum videbatur, plebem Romanam magistratibus capiendis exclusam, alienigenas verò admissos fuisse. Eos verò suffragij iure à populo donatos in tribum Papiriam, vt Liuius libro octauo, vel Popiliam, vt Valerius libro nono, capite decimo tradunt à censoribus relatos fuisse constat. Adijcit libro octauo Liuius post bellum Latinum, quo Latium omne domitum est anno vrbis DCXVI. L. Furio, C. Menio COSS. Tusculanis ciuitas seruata, quam habebant, crimenq; rebellionis à publica fraude in paucos auctores versum. Ex Tusculo celebres familiæ, quæ Romæ summos honores adepta sunt prodierunt, Porcij & Coruncanij, vt Cicero & Tacitus tradunt, quanquam Tacitus Coruncanios non Tusculo, sed Cameria oriundos scribat. De municipio Tusculo meminit Cicero pro Plancio.

MVNICIPIVM LANVVIVM.

ANno vrbis condita CDXVI. Furio Camillo. C. Menio COSS. reliquijs omnib. belli Latini extinctis, Latioq; omni ab his Coss. in deditionem populi Romani accepto, Camillus de Latinis populis ad senatum retulit, patresq; hortatus est, vt hostes victos more maiorum pro ciuibus haberent, eosq; in ciuitatem, quò illos in perpetuum fideles haberent, reciperent. Principes senatus relationem consulis de summa rerum laudare, sed quum aliorum alia causa esset ita expediri posse consilium dicere, vt pro merito cuiusq; statueretur, si de singulis nominatim referrent populis. Relatum igitur de singulis,

decretumq́, Lanuuijs ciuitas data, sacraq́, sua reddita, cum eo vt ædes lucusq́, sospitæ Iunonis communis, Lanuuinis municipibus cum populo Romano esset. Sextus Pompeius, Seruium filium aiebat. Municipes initio fuisse, qui ea conditione ciues Romani fuissent, vt semper Rempub. separatim à populo Romano haberent (id est, qui suis legibus viuerent) Cumanos videlicet, Acerranos, Atellanos, qui æquè ciues Romani erant, & in legione merebant. Municipium id genus hominum dicitur, qui, quum Romam venissent, neque ciues Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum, vnà cum Romanis ciuibus, præterquam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo, sicut fuerunt quondam Fundani, Formiani, Cumani, Acerrani, Lanuuini, Tusculani, qui post aliquot annos Romani effecti sunt. De Lanuuino municipio mentionem facit Cicero pro Murena, quod postea à Cæsare dictatore ex municipio colonia facta est.

MVNICIPIVM ARICIA.

SVggerit Liuius libro octauo, Aricini Nomentaniq́, & Pedani eodem iure, quo Lanuini in ciuitatem accepti. Et Velleius libro primo, Deinde interpositis duobus & triginta annis, Aricini in ciuitatem recepti, Sex. Pompeius. Alio modo municipium dicitur, quum id genus hominum definitur, quorum ciuitas vniuersa in ciuitatem Romanam venerunt, vt Aricini, Cærites, Anagnini. Aricia postmodum ex municipio colonia facta est, exolescentibus (vt scribit Gellius) municipiorum iuribus & priuilegijs. Eam enim Florus ex Liuio in Epitoma lib. 80. coloniam vocat. Cæterùm cùm tàm de municipiorum numero, quàm de ijs qui cum suffragio ciuitatem adepti sunt, inter Liuium, Velleium & Festum controuersia sit, ego hic Liuium sequor, qui meo sententia accuratius hanc rem tractauit. Ne verò Velleius & Festus à Liuio dissentiant, quantum à me fieri poterit operam dabo, atque eorum repugnantiam, si quo vlla sit tollere curabo. Quanquam non ignorem, Festi locum vbi de municipijs loquitur, corruptum esse aliquot verba Festi ipsius, aliquot verò Epitomistæ esse, quæ inuicem inserta eum valdè obscurum reddunt: Ego tamen ex Festo non nisi municipiorum nomina excipere volui, nam triplicem quam eorum distinctionem facit, me satis non intelligere fateor. Ex Liuio enim & Gellio apertè colligitur duo potissimorum genera tantùm fuisse.

MVNICIPIVM NOMENTVM.

ARicini, inquit Liuius libro octauo, Nomentani, Pedani, eodem iure, quo Lanuini in ciuitatem accepti anno vrbis CDXVI. L. Furio, C. Mænio COSS.

MVNICIPIVM PEDVM.

Pedum. PEdani cum Nomentanis & Aricinis eodem iure quo Lanuini ciues Romani facti, Pedum autem Latij oppidum, haud procul à Tibure fuit. Cæterùm Lanuinos, Aricinos, Nomentanos, & Pedanos municipes hoc anno cum colonis Antiatibus ciuitate à populo Romano ex S. C. donatos, censeret, qui proximè creati sunt, Quintus Publius Philo & Spurius Posthumius in duas nouas tribus propter eos additas censuerunt, Mætiam & Scaptiam, Quarum Mætia à castro Latij Mætio dicta est, de quo sic scribit libro sexto Liuius. Tertiam partem dictator Camillus ad Volscos duxit, nec procul à Lanuuio ad Mæcium (is locus dicitur) castra oppugnare est adortus. Scaptia verò à Latij vrbe Scaptia dicta est, De qua Plinius libro tertio capite quinto meminit.

MVNICIPIVM FVNDI.

EOdem anno post bellum Latinum L. Furio & C. Mænio Coss. Fundanis, Formianisq́, quòd per fines eorum tuta pacataq́, fuisset via, ciuitas sine suffragio data, Ita libro octauo Liuius. Paterculus verò, interiecto triennio, Fundani et Formiani in ciuitatem recepti, eo ipso anno quo Alexandria condita est. Addit idem Liuius libro 38. M. Valerio Messala & C. Liuio Salinatore Coss. anno vrbis DLXV. De Fundanis Formianisq́, municipibus & Arpinatibus C. Valerius Tappo Tribunus plebis promulgauit, vt ijs suffragij latio (nam antea sine suffragio habuerant ciuitatem) esset. Huic rogationi quatuor Tribuni plebis, quia non ex autoritate senatus ferretur, quum intercederent, edocti populi esse non senatus ius, suffragium quibus vellet impertiri destiterunt incepto. Rogatio perlata est, Aemilia tribu Fundani & Formiani, in Cornelia Arpinates ferrent, atq́, hi tribubus tum primum ex Valerio plebiscito, à censoribus, qui eo anno erant, T. Quintio Flaminio, & M. Claudio Marcello censi sunt.

MVNICIPIVM FORMIAE.

IDem ius quod municipes Fundani, habuerunt etiam ijs vicini Formiani. Longo tempore post Formiæ à tribus viris ex municipio colonia facta est. Municipia Fundos & Formias inter præfecturas eas refert Festus, in quas prætor Vrbanus singulis annis præfectos ab vrbe mittebat.

MVNICIPIVM CVMAE.

LIuius lib. 8. L. Furio C. Mænio Coss. Campanis equitibus honoris causa, quia cùm Latinis rebellare noluissent, ciuitas sine suffragio data. Cumanos, Suessulanosq́, eiusdem iuris conditionisq́, cuius Capuam esse placuit. Et libro 23. De 300. equitibus Campanis, qui in Sicilia cum fide stipendijs emeritis Romam venerant, delatum ad populum, vt ciues Romani essent, item vti municipes Cumani essent pridie quam populus Campanus à populo Romano defecisset. Idem lib. 40. Cumanis petentibus permissum, vt publicè, Latinè loquerentur. & præconibus Latinè vendendi ius esset. Hoc municipium à Festo inter ea refertur, quibus postea ciuitas cum suffragio data est. Inter eas quoq́, præfecturas illud enumerat, in quas præfecti à populo mittebantur, quòd postea Augustus Cæsar coloniam militarem fecit.

MVNICIPIVM ACERRAE.

LIuius libro octauo anno vrbis CDXXII. A. Cornelio 2. & C. Domitio Coss. Census actus eodemq́, ciues censi, tribus propter eos addita Mætia & Scaptia, addiderunt censores Q. Pub. Philo. Sp. Posthumius. Romani facti Acerrani lege ab Lucio Papirio Prætore lata, qua ciuitas sine suffragio data. Et Velleius insequentibusq́, consulibus à Sp. Posthumio & Philone Publilio censoribus Acerranis data ciuitas. Hoc municipium à Festo inter ea refertur, quibus primò sine suffragio, post cùm suffragij iure ciuitas data est. De quo re nihil Liuius scribit. Hanc Festus inter eas præfecturas etiam enumerat, in quas à populo præfecti mittebantur. Quam vel ex præfectura, vel ex antiquo municipio Augustus postcà coloniam deduxit.

MVNICIPIVM PRIVERNVM.

VIctis Priuernatibus ex auctoritate patrum latum ad populum est, vt Priuernatibus ciuitas daretur. Hoc factum est auctore Liuio libro 8. anno vrbis CDXXV. L. Æmilio Mamercino 2. C. Plautio Deciano Coss. Hoc municipium inter eas præfecturas refert Festus, in quas prætor vrbanus quotannis præfectos mittebat. Hoc postea colonia facta est.

MVNICIPIVM ANAGNIA.

LIuius lib. 9. anno vrbis condita CDXLIII. Q. Marcio Tremulo, P. Cornelio Aruina Coss. Hernicorum tribus populis Alatrinati, Verulano, Ferentinati, quia maluerunt, quam ciuitatem sua leges reddita, connubiumq́, inter ipsos, quòd aliquandiu soli Hernicorum habuerunt, permissum. Anagninis quiq́, arma Romanis intulerant, ciuitas sine suffragij latione data, concilio, connubiaq́, adempta, & magistratibus præterquam sacrorum curatione interdictum. De municipio Anagnino meminit Cicero pro Domo. An verò huic municipio ciuitas cum suffragio vnquam data fuerit ante legem Iuliam, incompertum. Festus quum inquit, alio modo municipium definitur, id genus hominum esse, quorum ciuitas vniuersa in ciuitatem Romanam venerunt, vt Aricini, Cærites, Anagnini, apertè significare videtur, Cære & Anagniam suffragij ius, quemadmodum Aricinos, habuisse. Qui etiam Anagniam inter præfecturas enumerat, in quas prætor Vrbanus auctoritate præfectos ibant. Frontinus verò eam a Druso Cæsare coloniam deductam fuisse tradit.

MVNICIPIVM ARPINVM.

LIuius libro nono, L. Genutio Ser. Cornelio COSS. anno vrbis CDLI. Arpinatibus, Trebulanisq́, ciuitas data. Vt autem sine suffragio intelligi debeat idem facit, qui libro 38. Refert Arpinatibus ciuitatem cum suffragio datam fuisse. De municipio Arpinu meminit Cicero pro Plancio, & de claris oratoribus. Festus Arpinum inter eas præfecturas enumerat, in quas prætor Vrbanus singulis annis præfectos mittebat. Itemq́, inter ea municipia, quæ sui iuris erant. Atque hæc sunt omnia municipia, quibus ciuitas cum suffragio

suffragio datam fuisse apud Liuiũ inueni. Adijcit Velleius libro primo. M. Curio & Cornelio Rufino COSS. Anno vrbis CDLXIIII. *Sabinis sine suffragio data ciuitas, Sempronio verò Sopho & Appio Caci filio,* COSS. *anno vrbis* CDXXCVI. *suffragij ferẽdi ius Sabinis datum. Quod si hoc verum est, Sabini primi fuerunt, quibus integra prouincia ciuitas data sit, quod tamẽ credere difficile est, nam quibus post legẽ Iuliam cum Latinis, Vmbris & Gallis Cispadanis datam fuisse existimo.*

MVNICIPIVM ATELLA

H*Oc municipium etiam à Festo refertur inter ea, quibus ciuitas postea cum iure suffragij data est, & in libro decimo quarto, id vnum ex his præfecturis scribit, in quas præfecti populi suffragijs creati mittebantur, Vtrumque enim esse potest, vt primo municipium post bello Punico secundo cum reliquis, quas suprà enumeraui, præfectura facta sit, Illud Augustus, vt pleraque alia Coloniam deduxit.*

MVNICIPIVM SVESSVLA.

S*Vessulam & Trebulam, quamquam vetusta municipia, post omnia tamen collocaui, quod ijs ante legem Iuliam ciuitatem cum suffragio datam fuisse non inuenerim, quòd eo honore, illa quæ suprà retuli, affecta, vel apertè intelligatur, vel ex scriptorum verbis elicitatur. De municipio porrò Suessula Liuius libro octauo, Bello Latino finito, Cumanos, Suessulanosq́ eiusdem iuris conditionisq́, cuius Capuam esse placuit. Hanc præfecturam refert Festus ex his, in quas populus Romanus præfectos quotannis mittebat. Quod Sylla Coloniam vt suprà vidimus, militarem deduxit.*

MVNICIPIVM TREBVLA.

L*. Genutio Ser. Cornelio Coss. Arpinatibus Trebulanisq́ ciuitas data. Ita Liuius libro decimo. Eam autem sine suffragio ijs concessam fuisse ex eo patet, quòd multo tempore post Liuius refert, Arpinates cum suffragio ciuitatem adeptos fuisse, de Trebulanis autem nullam mentionem facit.*

ALIA QVAEDAM MVNICIPIA.

F*Estus libro vndecimo: Tertio municipium definitur, quum id genus hominum, qui ad ciuitatem Romanã ita venerunt, vt municipia essent, vt sua cuiusque ciuitatis & coloniæ tura essent, vt Tiburtes, Prænestini, Pisani, Arpinates, Nolani, Bononienses, Placentini, Nepesini, Sutrini, Lucenses. Ex his Tibur & Præneste quæ ciuitates fœderatæ Latinæ erant, & Arpinum municipium suis legibus relicta sunt. Pisa, Nola. Bononia, Placentia, Nepet, Sutrium, Luca coloniæ deductæ. Memorantur à Cicerone municipia aliquot præter ea quæ dixi, quæ haud dubiè post legem Iuliam facta sunt, vt Asinium in oratione pro Sylla, Aquinum, Labici, Gabij. Bouillæ in secunda Philippica, Larinum in oratione pro Cluentio. Ameria pro Sex. Roscio, Tarquinij pro Cæcinna & quædam alia.*

Tacitus libro decimo septimo municipia Transpadana. Mediolanum, Nouariam, Vercellas, & Eporediam nominat. In vetustis epigrammatibus municipiorum Italicorum, Segusino, Interamnatis, Nahartis, Casuentinorum, Vendenatium, Otriculani, Surrentini, Rhegini, Tiburtis, Hidruntini, Sapinatis, Suessani, Fori Sempronij, Cerani, Nolani, Aleerinatis, Allifani, Amerini, Blerani, Arretini, Clusini, Tifernatis, Manania & Manantola, Capenatis Vrbini, Saßinatis, Caßinatis, Hispelli, Foro Flaminij, Numinatis, Asisinatis & aliorum multorum frequens mentio est, Atq; hactenus de municipijs.

Trans Tyberim habitare.

Trans Tyberim habitare] *Id quodammodo infame fuisse obseruauit Turnebus libro 24. Aduersariorum cap. 43. vt id anteà annotatum est.*

Clarigatio.

Clarigatio esset] *Cælius Rhodiginus libro lectionum antiquarum 5. cap. 11. per clarigationem taleam nummariam intelligi posse, esse qui putent scribit. Budæus in posterioribus annotationibus ad Pandectas, per clarigationem ἀνδροληψίαν intelligit, quæ hodie vulgo dicitur pigneratio, seu barbaro vocabulo, Repressaliæ.*

Repressalię.

Ceterùm eorum errorem, qui negant clarigationem esse hominum prehensionem, seu ius prehendendi & abducendi hominis, corrigit Turnebus libro duodecimo Aduersariorum, capite primo, ostendens in antiquo Lexico, ita clarigationem exponi, nimirũ ἐνεχυρασίαν, ἐνεχυρασμὸν, ἀνδραγαθίαν. Seruius lib. 9. & 10. Clarigationem dictam esse existimant a clara voce, qua vtebatur pater patratus, aut ἀπὸ τῆς κλήρου, hoc est, a sorte. Nam per bellicam sortem inuadebant agros hostium.

Ius municipiorum cũ suffragio.

Ciuitas sine suffragio data] *Ea distinctio ciuium apud veteres seruari solita est, vt alij ciuitatem haberent sine suffragio, alij ius suffragij vnà cum ciuitate. Parum verò, vel nihil ab ijs ciuibus Romanis, qui vrbem agrumue incolerent, differebat hoc ciuium Romanorum genus, qui in municipijs, quibus cum suffragij latione ciuitas data erat, commorabantur. Hi enim omnibus ciuium Romanorum priuilegijs potiebantur, imò & existimo excepto, quòd in curias Romanas descripti non erant, atque ob eam causam Curiatis comitijs, in quibus tamen parùm momenti erat, excludebantur. Curiæ enim tantùm eorum qui vrbem incolerent, erant. Nam qui in municipijs vel colonijs ciues Romani habitabant, sua quadam in suis vrbibus sacra habebant, quæ municipalia dicebantur, eranté ijs perinde ac Romanis Curiæ. Quod vel inde apparet, quod Milo legitur ad prodendum flaminem Lanuuium profectus fuisse, pridie quàm Clodium occidit, nec erat necesse sua sacra eos relinquere, qui ciuitate donabantur, nisi in vrbem migrarent. Nam quos sub regibus migrasse Romam reperimus, vt Sabinos, Tuscos, Latinos & Albanos, eos simul per curias Romanas descriptos fuisse, ex Dionysio apertè intelligitur. Qui verò ad vrbem non migrabant, suis sacris vacare opus erat, quæ (vt dixi) municipalia vocantur. De quibus sic scribit Festus: Municipalia sacra vocãtur, quæ ab initio habuerunt ante ciuitatem Romanã acceptam, quæ obseruare eos voluerunt pontifices, & eo more facere quod fecissent antiquitus.*

Municipiorum sacra.

Primum verò omnium qui municipes facti sunt, sine suffragij latione fuerunt. Ii fuerunt Cerites. Hoc illis (inquit Gellius) concessum, vt ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent, sed negotijs tamen atque oneribus vacarent, pro sacris bello Gallico receptis custoditisq́. Hinc tabulæ Cærites appellatæ versa vice, in quas censores referri iubebant, quos notæ causa suffragio priuabant. Idem tradit Asconius de municipijs loquens. Sex. Pompeius ita scribit: Municipes erant, qui, quum ex alijs ciuitatibus Romam venissent (hoc est vt ego interpretor ciuitate donati essent) eis non licebat magistratum capere, sed tantum muneris partem. At Seruius aiebat initio fuisse, qui ea conditione ciues Romani fuissent, vt semper Rempub. separatim à populo Romano haberent, qui æquè ciues Romani erant, & in legione merebant, sed dignitates non capiebant.

Municipes sine suffragio.

Tabulæ Cęrites.

Municipium id genus hominum dicitur, qui, quum Romam venissent, neque ciues Romani essent participes, tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum, vnà cum Romanis ciuibus, præterquam de suffragio ferendo, & magistratu capiendo. Hi omnia ciuitatis priuilegia, præter suffragij lationem, & magistratus capessendi potestatem habebant. Municipes verò cum suffragij iure, omnia priuilegia ciuium Romanorum vrbem incolentium habebant præter curias, in quas, quemadmodum qui Romæ habitabant distributi non erant, ac per hoc curiatis comitijs exclusi.

De municipibus sic scribit Vlpianus libro primo: Municipes aut natiuitas facit, aut manumissio, aut adoptio. & propriè quidem municipes appellantur muneris participes, recepti in ciuitatem, vt munera nobiscum facerent. Ceterùm omnium municipiorum cum iure suffragij, primum fuit Tusculum.

Connubiorum ius.

Connubia commerciaq;] *Ius connubiorum olim ciuibus Romanis erat proprium, quia tantùm ciues cum ciuibus matrimonium contrahere potuerunt, ita, vt si pater aut mater peregrini essent, non legitimæ erant nuptiæ. Lex enim erat, vt nuptiæ tantùm essent inter ciues Romanos, inter quos solos connubij ius erat, Filij ex eo matrimonio nati soli iusti sunt, & in potestate parentum, & hi succedunt parentibus. Commerciũ verò est emendi vendendiq́ inuicem ius, sub hoc priuilegio continentur omnia commerciorum genera, vt nexa, stipulationes, mancipationes. Sacramenti contestationes, in iure cessiones & alia, quibus perfecto iure possessio rei acquirebatur, vel quibus iure ciuium Romanorum dominium fiebat.*

Commercium.

Rostra nauium.

Rostrisq; earum] *Rostra, vt existimat Baysius de re nauali Latinis sunt, quæ Græcis dicuntur Acrostolia. Sunt autem acrostolia extremæ nauis partes, quæ facilè euellebantur cum collisio nis fuerat, vt Baysius ibidem ex Diodoro alijsq́ autoribus tradit.*

Vestalium stupri compertarum pœna.

Viua sub terram] *Vestales stupri compertas, viuas à Romanis defossas historici paßim tradiderunt. Panem tamen & lac sub terra, ne fame necari viderentur, apposuisse addunt, Id quod ex*

Graeco ritu fluxisse animadvertit Canterus libro septimo, variarum lectionum cap 6.

Familiam in potestate habere.

Familiam in potestate habere] *Hoc est, ne manumitteret. Cum pontifices eos ad confitendam veritatem tormentis rogi volentes, metuerent, ne Minutia servos, à quibus prodi posset, manumitteret. Ideo & Podianus in commentario orationis pro Milone Pompeium ad Milonem significat misisse, vt quosdam servos, quorũ opera in occidendo Clodio vsus esse dicebatur, in potestate sua haberet. Milonem respondisse, ex ijs servis quos nominasset, partim neminem se vnquam habuisse, partim manumisisse, vt annotat ex eo Manutius de legibus Romanis.*

Opifices à militia repulsi.

Opificum quoque vulgus] *Opifices & sellularios à militia non lege, sed consuetudine repulsos existimat Sigonius lib. 2. de antiquo iure ciuium Romanorum. Dionysius tamen lib. 2. & à huiusmodi artes operosas, sordidas, humilesq́ue, à ciuibus Romanis remouet, ijsq́ue, solam agriculturam et artem militarem committit. Caeterùm non nulli eam sententiam Sigonij impugnant, quod non solum suffragium sed & honores amplissimos habuisse leguntur.*

Caduceum.

Caduceum praeferentes] *Caduceum enim gestantes ab omni violatione tuti erant. Quippe cum pacis insigne esset apud Graecos, & caduceatorum nomen id demonstret, sic enim hi vocantur, qui ad pacem mittuntur legati. Quae verò forma caducaeum fuerit ex Graecis autoribus annotat Caelius lib. 21. cap. 16. lectionum antiq. Plin in lib. 29. nat. histor. & Macrob. lib. 1. Saturnal. Budaeus in prioribus annotationib. ad Pandectas.*

Pax ab imperatoribus petitur, à senatu datur.

Senatus de Vitruuio Priuernatibusq́; consultus] *Imperatores siquidem Romani hostes de pace sollicitantes ad Senatum relegare solebant. Sic Agesilaus, cum in Lydia Tisaphernem vertisset in fugam, rege Persarum per legatos ingentem vim pecuniarum vltrò ad illum mittente, ac petente, vt à bello desisteret, Ita respondit pacis quidem tempore Reipub. vigere autoritatem. Sic Erasmus. Graecè est:* [illegible]. *Hoc est, ciuitatem eius autoritatemq́ue habere pacis dandae, quibus verbis legatos a se Lacedaemonem reiecit, Idq́ue ab Imperatoribus Romanis observatum passim apud Liuium videre est. Sic namq́ue Samnites à Papyrio dictatore pacem petentes, ad senatum ire iubentur, hoc eodem libro & alias saepe.*

Semoni Sangus.

Bona Semoni Sango] *Semonis Sangi meminit in Mystagogorum libro Varro. Augustinus in ciuitate diuina Semonem deis Ianuum sentit, quòd seminis opifex, dum concipitur infans. Alij autem expuncta hac lectione Liuiana, substituunt Sabino Sango ex Dionysio, qui antiquitatum secundo Sabinorum gentis conditum nomen scribit ex Sabino Sangi dius Gentilis, quem Sangum quidam Pistium vocant. Caelius Rhodiginus lib. 2. lect. antiq cap. 3. Alexander verò legit Semoni Sango. Alij Sabino Sango, vel Sancto legunt, vt annotat Gyraldus historia Deorum Syntag. 1. Sunt qui Semones interpretentur quasi semihomines, quae interpretatio speciosa est. Alij hos & patellarios vocant, quorum mentio apud Plautum, de quo Gyraldus historia Deorum Syntag 1.*

Visceratio.

Visceratio data in funere matris] *Visceratio erat cruda carnis distributio, quae fieri solebat, vel in solenni festiuitate, vel in funeribus magnorum & potentum, in quibus carnes siue cruda siue cocta, quandoq́ue etiam pauci vtrumq́ue, domum perferentibus praebebatur. Vide ea de re Blondum lib. 2. Romae triumph. Meminit obiter Cicero libro 2. officiorum titulo de duplici liberalitatis genere. Alexander quoque ab Alex. lib 3. cap 7 & lib. 3. cap. 7.*

Dictator nocte dici solitus.

Ineunte nocte silentio diceret dictatorem] *Tam dictatorem, qui terrore belli audito dicebatur, quàm qui comitiorum caussa creabatur, noctu dici moris fuisse, ex illo Liuiano libro seq. intelligitur, Nocte deinde silentio, vt mos est L. Papyrium dictatorẽ dixit.*

Dodonaeus Iupiter.

Dodonaei Iouis] *Sic dicti à Dodona: Epiri Pomponius Mela lib. 2. Plin. in princip. quarti libri, Strabo lib. 5. Stephanus in Dodona.*

Acherusia aqua.

Caueret Acherusiam aquam] *Oraculi verba ex Graecorum commentarijs ita reddidit Victorius lib. 15. cap. 15. variarum lect.*

> Αἰακίδη, περὶ φύλαξο μολεῖν Ἀχερούσιον ὕδωρ
> Πανδοσίην θ', ὅτι τοι θάνατος πεπρωμένος ἐστί.

Nexum inire.

Aes alienum paternum nexum dedisset] *Budaeus in annotationibus prioribus nexum iniisses legendum putat. Est enim inire nexum, lege nexus addici. Nexu verò obligati sunt, quorum corpus vt pignus capi potest, obligationis iure atq́ue conditione. Vocabatur autem nexus etiam nexum. Hinc Terentius in Phormione, Catonum cùm argentum repetunt, nostra caussa scilicet in neruum potiùs ibit.*

Acto honore triumphus] *Nam qui triumphare volebat, necesse erat, vt imperium intra vrbis moenia habere posset. Proconsules enim & propraetores intra vrbis moenia cum imperio esse non poterant. Hinc M. Marcello ob captas Syracusas. P. Scipioni, ob recuperatas Hispanias ius triumphandi denegatum, quòd ad eas res gerendas cum imperio tantum sine vllo missi essent magistratu, vt suo loco videbimus.*

Fortes fortuna iuuat.

Fortes fortunam iuuare] *Adagium est, de quo Erasmus in Chiliadibus: Admonet autem fortiter periclitandam fortunam, nam ijs plerumq́ue res prosperè cedere, cui sententiae accinit & illa Homerica Odysseae ca:*

> Θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων
> Ἔργοισιν τελέθει, εἰ καί ποθεν ἀλλοθεν ἔλθοι.

L. Papirium cursorem] *Cursor dictus à velocitate pedum, quo victor omnium suae aetatis aequalium fuit, annotante Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 9. ex Liuij lib. 9.*

Ad auspicium repetendum] *Tanta enim apud Romanos auguria & auspicia in autoritate fuerunt, vt nihil eorum, quae ad publica & priuata negotia pertinerent, inauspicatò perficerent. Testis Cicero de diuinatione. Alex. lib. 2. cap. 26. in fine, & lib. 5. cap. 53.*

Occasio nõ temerè dimittenda.

Occasione benè gerendae rei] *Occasio, vt Cicero de diuinatione ait, est tempus in se aliquam rei idoneum faciendi, aut non faciendi dexteritatem habens. Haec autem semel arrepta non temerè, & praesertim ducibus dimittenda est. Cuius rei manifestissimum semper exemplum Hannibal Poenorum dux praebuit, qui vbique ostentum, ne quam minimas occasiones sibi oblatas frustrà labi passus est. De ea in maxima re solertia consule Pontanum libro quarto de prudentia cap 7.*

Exautorare quid.

Se exautorent] *Exautorantur qui soluuntur stipendio, nec tamen dimittuntur, sed habentur sub vexillo, non sub aquila, aut signis legionis, neq́ue iam legionarij sunt, retinentur tamen donec emerito soluantur, aut agri assignentur. Missio verò ijs datur, qui penitus dimittuntur. Turneb. lib. 3. Aduers. cap. 3.*

Noxa eximere.

Non noxae eximitur] *Eximere noxa est gratiam criminis facere, hoc est, remissionem dare, vt Budaeus in prioribus annotationibus interpretatur.*

Ire ad senatum iussi] *Pax enim, vt superius annotauimus, ab Imperatoribus petebatur, a Senatu dabatur; De quo etiam Nonnius libro octauo* [illegible].

Dictator variis de caussis dictus.

Belli ne gerendi caussa] *Varijs etenim de caussis dictatores dicti solitis sunt. Vel si belli externi seditionis ne domesticae vis quaedam maior incidisset, quae videretur maiori imperio, quàm consulari indigere, aut si adesse non possent comitijs consules, nec vellet senatus rem ad interregnum redire, aut si figendus esset clauus religionis caussa, aut ludi faciendi, quaestiones exercendae, vel feriae Latinae constituendae, aut Senatus legendus. Hae itaq́ue praecipuae dictatoris creandi caussae fuêre.*

IN IX. LIBRVM OBSERVATIONES.

T It. Veturio] *Alij C. Veturium legunt, Cõllat tamen ex Liuio, & alijs. Titum Veturium eo tempore cũ Posthumio cõsulem fuisse, licet Val. Max. lib. 6. cap 1. Titum Veturium eius Veturij filium fuisse dicat, qui in consulatu suo Samnitibus deditus sit.*

Veturio] *Veturium vocat Orosius lib. 3. cap. 15. qui hanc historiã quoq́ue describit, vt & Val. Max lib. 7. cap 2. Florus lib. 1. cap. 16. Plutar. in Parall. cap. 6. August. lib. 3. cap 17. Ciuitatis Dei, Eutrop. lib. 2. cap. 2. Sabell. lib 3. Ennead. 4. Rapsod. Volat. lib. 08. cap. 2. vrb. com.*

Caudium.

Circa Caudium] *Duo fuerunt saltus alti, angusti, & syluosi, montibus perpetuis inter se iuncti, qui furculae Caudinae nomẽ habuerunt in medio campus herbidus aquosusq́ue, per quẽ mediũ iter erat, non tam arduum quàm periculosum. Harum furcularũ meminit Volat. lib. 5. cap. 6. Geograph. Sunt autem Caudinae furcae appellatae, quòd non longe sint ab oppido Samnij, quod Caudis dicitur.*

Luceria.

Luceriam omnibus copijs] *Apuliae vrbem, et olim Ausonum coloniam, de qua Strabo lib. 6 & Plin in lib. 3. cap. 11.*

Praetorium quid.

Praetoria consulũ] *Per praetoriũ nihil aliud intelligit nisi tabernaculum consulis, Antiqui enim omnem magistratum, cui pareret exercitus, praetorem appellauerunt, prout superius annotatum est, & latè ostendit Budaeus in prioribus annotationibus, quas vide sub tit. de offic. praef. praetorio.*

Montes

Montes moliri] Id est, demoliri vt simplex pro composito accipiatur.

Media via.

Media via cõsilium caperetur?] Media via consilium capiendum, non solum politici, sed & iureconsulti tradiderunt, in L. adeo de acquir. rerũ dom. vbi Caius & ipse hanc distinctionẽ sequitur. Accursius in §. quum ex aliena instit. de rerũ diuisione. At non tamen eam sententiã, quæ media est, sed quæ grauioribus & melioribus rationibus nitatur, iuris pontificij interpretes rectè scribunt in cap. t. de constit. Verum si media sententia iustior & æquior fuerit, in eam ibimus vt Iustinianus d. §. Quum ex aliena. Sic & apud Liuiũ lib. 26. P. Valerij Flacci sententia contra P. Cornelij Asinæ, & Q. Fabij Maximi, quod media esset præualuit. Sic & apud eundem lib. 36. in Medeoniorum consilio Clyti sententia quæ media fuit, accepta est: Vt & Senatus lib. 31. Consulibus dissentientibus, de tertia illius pecuniæ pensione, quam priuati M. Valerio, & M. Claudio Coss. in bellum Punicum mutuam dederant, quod medium inter vtile & æquum erat decreuit. Quæ de re non contemnenda notauit Ferrandus Abducensis in d. §. Quum ex aliena instit. de rerum diuisione.

Mors pro patria præclara.

Mortem pro patria præclaram esse] Sic Horatius lib. 3. carminum. Ode. 2.

Dulce & decorum est pro patria mori,
Mors & fugacem persequitur virum:

Sententiam verò hanc Pindarus in Isth. paulò vberius exprimit, ἴστω γὰρ σαφὲς, ὅστις ἐν ταύτᾳ νεφέλᾳ χάλαζαν αἵματος πρὸς φίλας πάτρας ἀμύνεται, λοιγὸν ἀμύνων ἐναντίῳ στρατῷ, ἀστῶν γενεᾷ μέγιστον κλέος αὔξων ζώων τὸ καὶ θανών. Lucianus in Encomio patriæ scribit, hanc in prælijs cohortationem plurimùm valere, si quis dicat bellum pro patria susceptum, neminemq; esse qui hac voce audita mortem extimescat, aut periculum metuat. Efficit enim (inquit) nomen & commemoratio ipsa patriæ, vt qui alioqui est timidissimus, ignauissimusque natura, fortissimus existat. Tyrteus autem, qui mares animos (vt ait Horatius lib. de arte poetica) versibus exacuit, hanc eandem sententiam duobus versiculis ita complexus est:

Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα,
Ἄνδρ᾽ ἀγαθὸν περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενον.

Et M. Tullius offic. 1. Sed omnes omnium charitates patria vna complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere?

Necessitati parendum.

Pareatur necessitati] Hæc sententia Simonidi tribuitur. Ἀνάγκᾳ δ᾽ οὐδὲ θεοὶ μάχονται, id est, necessitati ne dij quidem resistunt. Sumpta autem est ex Homero vt tradit Erasmus in p. Aduersum necessitatem ne dij quidem resistunt.

Sponsio quid.

Non fœdere sed per sponsionem] Notandus hic Liuij locus quo fœdus à sponsione & pactione distinguitur. Nam non esse eadem sponsionem, pactionem, & fœdus ex eo intelligi licet, quòd fœdus pactione, pactio sponsione firmior atque stabilior fuit. Nam sponsio neque populi iussu, neque Senatus autoritate, quod in fœdere accidebat, sed arbitrio magistratuum & imperatorum fiebat, atq; deditione eorum per quos facta erat infirmabatur. Sæpe tamen euenit, vt quod Imperator iniussu populi, & sine autoritate Senatus pepigerit, id fœdus vocatum illud quidem sit, sed tamen non seruatum, quod ostendit princeps quidam Carthaginensium apud Liuium, cum ad Romanos legatos de fœderis ratione secum agentes verba ita facit: vos quod C. Luctatius consul primo nobiscum fœdus fecit, quia neque autoritate patrum, nec populi iussu ictum erat, negastis vos eo teneri. Tale autem fuisse etiam Numantinum, facile inde apparet, quod id C. Mancinus consulis deditione dissolutum sit. Numantinum autem fœdus, vt Caudinum sponsionem appellari posse, nisi Auctor libro duodecimo prodidisset, calamitatis certa similitudo id nos doceret, vt enim ad Caudinum, quæstores qui spoponderunt deditisunt, sic ad Numantinum Tiberium Gracchum Mancini quæstorẽ, fœderis eius autorem, dedere voluerunt. Pactionum præterea aliud esse à fœdere demonstrat

Pactio à fœdere differt.

satis, vt opinor, Cicero in defensione Cecinæ cum inquit: Quod edictum magistratus, quod fœdus aut pactio. Nam pactionis nomine etsi omnia quæ cum hostibus paciscerentur, continebantur, quo etiam modo fœdus, pactio nominari potest, tamen hoc in loco præcipuam aliquam paciscendæ amicitiæ rationem significatam existimo, vt inducias. De inducijs porrò elegans illud est Varronis, inducias pacem castrensem paucorum dierum, vel belli ferias esse, quas tamen descriptiones Gellius lepidas magis atq; iucundas, quam planas aut probas esse arbitratur. Probabilius enim multo illud esse, inducias sic dictas, quasi inde iam, et enim pactum inducias non esse eiusmodi, vt in diem certum non pugnetur, nihilq; incommodi detur, sed ex eo die postea vti tam omnia belli iure agantur. Lando inducijs enim pax non in perpetuum, vt fœdere, sed in certum temporis spatiũ dabatur, aut dierum, aut mensium, aut annorum. Quare sæpe factum animaduertimus, vt populus Romanus hostibus fœdus petentibus, inducias dederit, hinc enim illa Liuij, à Perusia, Cortona & Aretio, quæ fermè capita Etruriæ populorum erant, legati pacem petentes, inducias in triginta annos impetrauerunt. Item: Falisci cum in inducijs essent, fœdus à Senatu petierunt. Induciarũ ergo ea ratio fuit, vt eo tempore, quo præfinita erant, nihil hostile gereretur, sed summa à bello quies esset, atq; aliqua etiam societatis cum ijs, quibus cum pacta erant, species & imago, quas qui violasset, ius gentium violasse existimabatur, vnde illud est apud eundem: Omnes portas concionabundus ipse imperator circumijt. & quibuscunq; irritamentis poterat, & iras militum acuebat, nunc fraudem hostium incusans, qui pace petita, inducijs datis, per ipsum induciarum tempus, contra ius gentium, ad castra oppugnanda venissent. Itaq; eodem etiam a Cicerone iure vituperari videmus in primo de offic. cũ ait, existere iniurias sæpe calumnia quadam, & nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatione. vt ille, qui, cum 30. dierum essent cum hoste pactæ induciæ, noctu populabatur agros, quod dierum essent pactæ, non noctiũ induciæ. quæ cum ita sint, non dubium est, quin fœdus (iam enim adhoc oratio mea delabitur) pactio quædam sit societatis, non ex Imperatoris arbitrio, sed iussu populi, aut senatus autoritate firmata, neq; ad tempus, sed in perpetuũ, neq; per sponsores, datis obsidibus, sed per fecialem publicum po. Rom. nuncium, solenni precatione adhibita, per quem populum fiat, quo minus dictis legibus stetur, vt eum Iupiter ita feriat, quemadmodum à fecialibus porcus feriatur. Quod extremum ex formula etiam ipsa fœderum feriendorum, nobis a Liuio tradita potest cognosci, lib. 1. De fœdere Albano. Ad hunc autem priscum feriendi porci ritum probè allusit Vergilius, cum dixit: Et cæsa iungebant fœdera porca, & Suetonius cum scripsit Imperat. Claudium, cum regibus in foro fœdus icisse porca cæsa, ac vetere fecialium precatione adhibita, nam illa tam post aliam esse feriendi fœderis rationem, vt sæpe non porcus feriretur, sed lapis abijceretur, existimo. Siquidem Polybius auctor valdè bonus, cum Parvis hoc modo ictum fœdus exponit. Fecialis lapidem tenens ita ait. si sine dolo malo ago, bonis afficiar. si sciens fallo, cæteris omnibus saluis in suis ciuitatibus, legibus, laribus, delubris, sepulchris, solus ego concidam, vt lapis è manibus meis decidet. nec plura locutus manu lapidem abijcit. Cuius iurisiurandi video post etiam Plutarchum in Sylla meminisse, & eiusdem Festum etiam antiquam formulam adiunxisse, cum scripsit, lapidem silicem tenuisse iuraturos per Iouem, hæc verba dicentes: Si sciens fallo, tum me dispiter, salua vrbe, arceq; bonis eijciat, vti ego hunc lapidem. Atq; hoc ideo esse arbitror, quod legis obtestatio à Cicerone in Corneliano vocatur, cum ait sanctiones sacrandas esse aut obtestatione & consecratione legis, aut pœna, cum caput eius qui contrà facit, consecratur. Hæc ita explicata sunt a Sigonio, lib. 1. de antiquo iure Italiæ, quæ quoniam non parùm ad huius loci illustrationem faciunt, ea ascribere libuit.

Lapis silex.

Superbia ingenita Campanis.

Superbiam ingenitam Campanis] Campanorũ superbiam tantam fuisse vt in prouerbium exierit, docet Erasmus in prouerbio, Campana superbia, & meminit eius aliquoties Cicero pro Rullo.

Exoluere religione.

Exoluamus religione] Religione exoluere, id est, scrupulum & anxietates animi adimere: Budæus in prioribus ad pand.

A. L. Liuio & Q. Melio tribunis] Rectè, meo iudicio, Manutius de legibus Romanis annotat Tribunos quidem plebis hos duos fuisse, anno quo de sponsoribus pacis populo Samnitium dedendis actum est, non autem superiore quo pax per sponsionem fuerit facta. Nam vt Gellius lib 3. cap. 2. scribit. Lex vetuit Tribunos plebis integrum diem ab vrbe abesse. & cum cõmemorantur hic qui spoponderunt, nulla tribunorum plebis mentio fit, Ergo quia nulli Tribuni plebis memorantur, eos sponsioni non interfuisse verisimile est.

Trib. pleb. integrũ diẽ ab vrbe abesse non licet.

Pilum quid.

Pilis emittendis] Pilum genus hastæ Romanæ breuius. Itaque cum de propinquo agitur, ad pila ventum dicitur. Erasmus in prouerbio. Ad pila vbi ventum.

Pullarius.

Pullarius nunciat] Pullarius erat, qui caueæ pullorum curam agebat, è quorum pastu auguria augures captare solebant, Meminit huius aliquoties Liuius. & Cicero 2. de diuinatione. Ait alit in cauea pullos, qui ex eo nominatur Pullarius.

Ne desperata venia] Vetus enim prouerbium est, non esse cum desperatis decertandum. De quo suis locis videas: nec sunt dissona ea quæ tradit Erasmus in prouerb. Phocensium desperatio. Plurima in hanc sententiam commemorantur a Frontino lib 2. Stratagem. cap. 6. Maximè verò memorabile est, quod Pyrrhus inter cætera præcepta Imperatoria memoriæ prodidit, non esse pertinaciter instandum hosti fugienti, ne nõ solum a se fortius ex necessitate resisteret, sed vt postea quoq; facilius acie cederet, &c.

Sub iugum missi.

Septem millia sub iugum missa] *Nimirum vt par pari referret, vt est apud Orosium & Eutropium: Quomodo verò milites sub iugum missi sint, nullibi melius leges quàm hic apud Liuium & lib. 1. Decad. 1. Vbi Horatius sub tigillum mittitur, hoc est sub iugũ, hac forma, vt duo recta tigilla defixa starent, tertiumq́; supernè duobus illis transuersum imponeretur.*

Præneste.

Prænestinus prætor] *Hic nullibi suo nomine appellatur. Omnes autem vulgò magistratus quibus parêret exercitus, prætores vocabant: De quorum electione, officio, & dignitate, vide notata superius. Fuit autem Præneste Latij vrbs, quæ, vt Festus ait, quòd locus in quo sita est, montibus præstet, dicta est. Seruius Grammaticus ἀπὸ τῶ πρίνου ab ilice quæ ibi abundat deducit. Solinus cap. 8. à Præneste Vlyssis nepote, et Latini regis filio appellatam putauit. Strabo lib. 5. olim polystephanum, id est, multarum coronarum. Plinius lib. 3. cap. 5. Stephanum olim vocatam dicit ob lentisci copiam.*

Lictorum munus.

Lictorem expedire] *Lictorum enim munus & officium erat, ex iussu magistratuum delinquentes vincire, nudatos virgis cædere, & si crimen exposceret, securi percutere. Vide Gellium, libro 12. cap. 3. Alex ab Alex. lib. 1. cap. 27.*

Excide radicē hanc] *Huius radicis meminit, Plinius de transferendis seminarijs lib. 17. cap. 11.*

Metu perfusum] *Clementiæ exemplum. Optandum enim est, (vt Cicero lib. 1 officiorum ait) vt hi qui præsunt Reipub. legum similes sint, quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate ducuntur.*

Alexandri Vinolentia.

Vini amor in dies fieret acrior] *In hac collatione Alexandri cum imperatoribus Romanis, nihil quod annotetur necesse esse existimo: Pleraq; enim hinc inde apud autores inueniuntur. Cæterùm quā hic vinolentiam Liuius in eo vituperat, & nemo non nouit, Arrianus conatur tueri, Q. Curtius approbat, ita vt & ipsi Alexandri adulatores videantur. De quo Cælius lib. 9. cap. 11. Et rursus de vinolentia Alexandri lib. 28. cap. 30. Atq; adeò quidem vinolentiæ succubuisse scribitur, vt inde Alexandri poculum visendæ capacitatis etiam prouerbio vsurpetur. Idem Cælius lib. 29. cap. 17.*

Præfecturæ quæ?

Capuæ primũ præfecti creari cœpti] *Vt superius, quæ municipia, & quæ Coloniæ fuerint ostendimus, sic nunc videndum erit, quæ præfecturæ fuerint: In his enim commorantes aliud ciuium genus constituebant, deteriori quàm municipia & coloniæ iure vtentiũ. Erant igitur præfecturæ oppida Italiæ, in quibus qui habitabant, nec suis legibus vt municipes viuebant, nec vllos de suo corpore magistratus creare poterant vt coloni, sed à magistratibus Romæ missis regebantur ijs legibus quas Romanus magistratus dixisset, qui quoniam præfectus vocabatur, præfecturæ dicebantur. De hisce sic scribit Sextus Pompeius. præfecturæ hæ appellantur in Italia, in quibus & ius dicebatur, & nundinæ agebantur, & erat quædam earum Respublica, neq; tamen magistratus suos habebant. In quas legibus præfecti mittebantur quotannis qui ius dicerent. Illud porrò scitum dignum ex præfecturis quasdam fuisse, quæ ius ciuitatis & ferendi suffragij haberent, quasdam non, quemadmodum de municipijs & colonijs dixi. Sex. Pompeius lib. 14. duas & viginti præfecturas enumerat. In his decem fuisse scribit, in quas præfecti populi suffragijs creati mittebantur vt hæ. Capua, Cumæ Casilinum, Vulturnũ, Linternum, Puteoli, Acerra, Suessula, Atella & Calatia. duodecim verò in quas vrbanus Prætor pro suo arbitrio præfectos mittebat. Hæ fuerunt Fundi, Formiæ, Cære, Venafrum Allifæ, Priuernum, Anagnia, Frusino, Reate, Saturnia. Nursia & Arpinum. Quæ ferè omnes aut ex colonijs & municipijs præfecturæ factæ sunt, aut ex præfecturis in colonias & municipia redactæ. Ex his Capua præfectura fuit, à bello Punico secundo ad consulatum C. Cæsaris, à quo colonia deducta est. Cumæ, Acerræ, Suessula, Atella. Formiæ, Priuernum & Anagnia, tum municipia, tùm coloniæ: Fundi verò, Cære, & Arpinum municipia tantùm aliquando fuere. Casilinum, Vulturnum, Lenternum, Puteoli & Saturnia coloniæ. Calatia verò Venafrum, Allifæ, Frusino, Reate, & Nursia præfecturæ dum libertas Populi Romani stetit, semper fuere. Nam quum post legem Iuliam æquatis omnium suffragijs, ciuitas Italiæ omni data fuisset, municipiorũ, coloniarũ, et præfecturarũ iura oblitterata sunt, nominaq; hæc confundi cœpta, vt & colonia pro municipio & municipiũ pro colonia & præfectura aliquando accepta sunt. Cicero enim Placentiam in L. Pisonē, Soram, & Casinũ pro Plancio, Calenum in Rullum, Suessam in ep. ad Atticum. Cossam in Verrem municipia vocat. quas Colonias deductas fuisse ostendi: Ad hæc præfecturæ ipsæ, & municipia. itemq́; veteres coloniæ deductis militibus, Coloniæ omnes denuo à Sylla primum, deinde à Cæsare, Triumuiris, & Augusto factæ sunt. præter eas præfecturas quas ex Festo digessi. Cora præfectura Strabo lib. 5. Claudia Plinius lib. 3. cap. 5. Atinatis Cicero pro Plancio Reatinæ, idem de natura deorum mentionem faciunt. Cætera verò omnia Italiæ oppida, quæ coloniæ, municipia, & præfecturæ non erant, fœderatæ ciuitates vocabantur, vt Tibur, Præneste, Neapolis, & pleraq; aliæ, quæ suis legibus & magistratibus viuebant, diuersisq; fœderibus, aut sponsione, aut pactione, vario iure cum populo Romano amicitiam contraxerunt. Aliquæ enim erant omnino liberæ, aliquæ vectigales, aliquæ stipendiariæ, aut plus vel minùs grauatæ, vt populo Romano visum fuisset. Atque Italia omnis in hæc genera Municipiorum, Coloniarum, & præfecturarum ante legem Iuliam & bellũ Marsicũ diuisa fuit, vnũ præterea supererat ciuium vel oppidorum genus, quorum quædam dicebantur fundi populi. Quod quidem nomen discriminis non est, quemadmodum liberorum & stipendiariorum, sed hi fundi populi dicebantur autore Cicerone, qui quotiescunque lex aliqua Romæ fieret, quæ de iure publico non esset, sed de rebus priuatis, vt de testamentis, vel de mancipijs, eā suscepissent tanquam propriam, tuncq́; eius legis fundus populus dicebatur. perinde ac si diceretur. Is populus eam legem tanquam propriam suscepit, hoc idem de municipijs dicit Gellius: Prout annotat Onuphrius in libello de imperio Romano, sub titulo de præfecturis. Plura de populo fundo, vide apud Tornebum, lib. 4. cap. 12. vbi non inerudita de harum vocum significatione adfert.*

Fœderatæ ciuitates.

Fundi populi.

Neque tamen æquo fœdere sed in ditione] *Quid sit æquo fœdere, vel in ditione populi Romani esse, superius libro septimo ostensum est, vbi vide.*

Internecinum bellũ.

Internecino bello] *Internecidij significatio est quasi hominis quadā enecatio, vox deriuata ab internecida qui vt inquit Isodorus, est qui falsum testamentum fecit, & ob id hominem occidit, hinc internecinum bellum: quod ita geritur, vt omnes occidantur. De quo Torneb. lib. 11. aduers. cap. 5.*

Viam munire.

Viam muniuit] *Id est, lapidibus strauit: vt Plinius cap. 34. loquitur: Dicta verò est hæc via Appia: Et, vt Lætus ait, à Constantini via incipiens, inter Tusculum & Albam ad Algidum tendit, & inde porrò ad Casilinum progressa, vndeuiginti stadijs à Capua Latinæ viæ iungitur. Vide Pomponium Lætum titulo 79. De antiquitatibus vrbis. Volaterranum lib. 6. cap. 8. Vrb. comment. Alexandrum ab Alex. lib 3. cap. 13. Hæc via à Caracalla postmodùm munita, nouæ deinceps nomen accepit.*

Aqua Claudia. Martia.

Aquam in vrbem duxit] *Anienem nimirum, vt Plinius cap. 34 testatur, de viris illustribus. Vnde hæc quóque ab authore aqua Claudia dicta est deinceps. Vide Marlianum lib. 4. cap. 21. Cæterùm ab vrbe condita 608. cum hic fons Anio vetustate consumptus esset, datum est à Senatu negotium Marco Titio prætori, vt hunc fontem reficeret, vnde ab authore Martia aqua postea appellata est, cuius rei quoq; meminit, Plinius lib. 31. cap. 3. Frotinus de aquæ ductibus.*

Solus censuram obtinuit] *Hoc est sine collega. Caius enim Plautius magistratu se abdicauerat. Est autem hoc notandum, apud Romanos institutum fuisse, vt altero ex censoribus morte subducto, duo de integro censores crearentur.*

Herculis familiare] *Herculis scilicet Victoris, cuius templum rotundum in foro Boario, tantæ fuit venerationis, vt neq; muscæ, neque canes, eius tecta subintrarent. lege Marlianum, lib. 4. cap. 6. Topographia, qui eius rei rationem reddit.*

Nomen Potitiorum interijsse] *Hercule nimirum detractæ religionis suæ, & grauem & manifestā pœnā exigente: Id verò quando factum fuerit, præter Liuium hoc in loco, docet, Valerius libro primo cap. secundo.*

Tribuni seni deni militum] *Romulus primus in exercitu tres Tribunos militum instituit, hi mille hominibus præerant quũ non nisi tria millia peditum exercitum haberet, pòst auctis Romanis imperij opibus, Tribuni plures quàm tres, et diuersi generis esse cœperunt. Nā cum hoc tempore nimirum ab vrbe condita CDXLIII. exercitus Romanus, vt scribit Polybius, ex quatuor tantùm legionibus, legio non nisi IIII. millium peditum esset, pòst cum legiones ipsæ ad sena millia hominum, auctæ fuissent, XXIIII. Tribuni à populo fieri cœpti, sexq́; in singulas legiones distributi, quod postea semper obseruatum, vt tradit Onuphrius in Fastis.*

Duumuiri nauales.

Duumuiros nauales] *Hunc non fuisse ordinarium Magistratum, inde colligi potest quòd Liuius lib. 40. & 41. cum rursus huius magistratus meminit, certam causam creationis assignat, nec simul creari facit cum ordinarijs magistratibus, sed prout necessitas requirebat. Nam si ordinarius magistratus esset, non ita pro necessitate subita, sed cum reliquis magistratibus eum creari oportuisset.*

Tibicines sacris adhiberi soliti.

Tibicines quia prohibiti] *Nam Tibicines tibias concinentes sacris populi Romani interesse solebant. Varro lib. 4. De lingua Latina*

& Sex-

& Sextus Pomp. de quinquatrib. Ouidius 6. Fastorum: Valerius Maximus lib. 2. de institutis antiquis: idem quoq; propemodum in problematibus à Plutarcho refertur.

In æde vescendi ius] *Epulum olim exhibebatur ciuibus, in dedicationibus templorum, in triumpho, in spectaculis, & funere, qua de re copiosissime Blondus libro secundo Romanorum triumph. Cicero lib. 3. De Oratore, Augustinus lib. 3. De ciuitate dei. alex. ab Alex. lib. 6. cap 7.*

Sylua Cyminia.

Siluam Ciminam] *De Sylua Cyminia, vide Plinium lib. 2. vbi dicit in ea, loca esse in quibus in terram depacta extrahi nequeant, de enim res fabulosa ortu lege Seruij annotata in 7. Aeneidos: Meminit & Frontinus cap. 2. 1. & cap 1. secundi.*

Hetruscis inde literis eruditus] *Nam veteri Romanorum instituto, vt & superius annotatum est, sex principum filij. sex singulis Hetruriæ populis in disciplinam tradebantur. Valerius tamen ait, decem principũ filios dari solitos Hetruriæ populis, ad percipiendam sacrorum disciplinam. Hinc Cicero lib. 2. de legibus Hetruriaq; principes disciplinam doceto.*

Telum pro consilio.

Telum aliud occultum] *Telum pro consilio, ac ratione & via gerendi posuit prout superius etiam annotatum est, et Erasmus admonuit in prouerbiis. Ingens telum necessitas.*

Omen diem diffidit] *idest, in posterum diẽ reiecit. Ita enim interpretatur Budæus in prioribus ex Gellij lib. 13. cap. 1. Ex eo & hoc Liuij loco coniiciens, diffindere diem olim id fuisse, quod nos rem in crastinum continuatam vel remissam dicimus.*

Vir virum legit.

Cum vir virum legisset] *Quid sit apud veteres autores: Vir Virum legit, declarat Petrus victorius lib. 18. cap. 19. Variarum lectionum, id referens ad morem veteris militiæ, qua videntur aliquando in delectu habendo potestatem facere militibus, vt singuli singulos notos sibi, quorumq; virtute confiderent, legerent, atq; id potissimum cum periculum aliquod maius instaret. Non dissimile genus Soldurio*

Soldurij qui.

rum fuisse videtur, de quibus Cæsar lib 3. De bello Gallico. quorum hæc fuit conditio, vt omnibus in vita commodis vna cum his fruantur, quorum amicitiæ se dediderint. Si quid ijs per vim accidat, aut eundem casum vnà ferant, aut sibi mortem consciscant. Hoc genus amicitiæ Græci συναποθνῄσκειν, id est, commorientium vocarunt.

Thensæ quid.

Thensæ ducerentur] *Thensæ sacra vehicula erant, autoribus, Seruio & Festo: Tranquillus in Cæsare. Ampliora etiam humano fastigio sibi decerni passus est, sedem auream in curia, & pro tribunali, thensam & Ferculum Circensi pompa, Budæus in prioribus ad Pandectas.*

Salentinum bellum.

Salentini hostes] *Hoc bellum scribunt, Florus 15. abbreuiat: Eutropius, cap. 2. secundi.*

Magistratibus interdicti quid.

Magistratibus interdictum] *Videri posset pugnare inter se, ciuitate donare, & magistratibus interdici, verum hæc neutiquã inter se pugnant, cum alterum ad Municipij, alterum ad præfecturam pertineat. quorum hoc inter conditiones Italicarum ciuitatum diuersissimum fuit, cum formula præfecturæ, non longe à prouinciæ formula videatur abfuisse. Vt enim quotannis in prouincias prætores Roma mitti solebant: sic in præfecturas præfecti, qui eas administrarent, ac ius dicerent, cum municipia suos magistratus, decuriones, Duumuiros, Quatuoruiros, Censores, Aediles, & quæstores haberent. Porro quod Connubia ijs adempta ait, ideò referendum, quod cum omnibus ferè Italis Romanis connubia fuerint, nisi, si qua forte de causa nonnullis ciuibus ademptum esset, vt latè tradit Sigonius lib. 1. cap. 9. de antiquo iure Ciuium Rom.*

Præterquam sacrorum curatione] *Nam licet aliqui ciuitate donarentur, non tamen ob id sacra sua deserere, & eadem cum Romanis ciuibus obseruare cogebantur, quod Festus ostendit cũ ait. Municipalia sacra dicta sunt ea, quæ ab initio habebant ante ciuitatem Romanam acceptam, quæ obseruare eos voluerunt pontifices, & eo more facere, quo fecissent antiquitus.*

Triumuiri nocturni.

Triumuiralibus altero nocturno] *De Triumuiris nocturnis Paulus I. C. L. 1. ff. de off. præf. vigilium. Apud vetustiores (inquit) incendijs arcendis Triumuiri præerant, qui ab eo quod excubias agebant, etiam nocturni dicti sunt. Et Tacitus Triumuiri, quòd ad incendium in sacra via ortum tardè venerant, à Tribuno plebis die dicta damnati sunt. Ex quibus verbis apparet eum fuisse ordinarium magistratum, cum esset annua potestas.*

Flauius scriba ius ciuile euulgauit.

Ciuile ius euulgauit] *Non tam ius ciuile à Flauio, quam formulas actionum, quæ, teste Pomponio, magna iuris ciuilis pars erant, euulgatas ex Cicerone intelligi potest: Sic enim de Flauio ad Atticum lib. 6. scribit. Quid ergo profecit, quod protulit Fastos? occultatam putant quodam tempore tabulam, vt dies agendi peterentur à paucis, nec vero pauci sunt autores, Cneum Flauium scribam Fastos protulisse, actionesq; cõposuisse. Quo loco quibusdã pro cõposuisse proposuisse legendũ non male videtur, ita enim Põponius L. 2. ff. de orig. iur. scribit. Idem Cicero pro Murena autor est, cognita iam & promulgata à Cn. Flauio dierum ratione Iurisprudentes veritos ne sine sua opera lege agi posset, notas quasdam composuisse, vt omnibus in rebus ipsi interessent. Id quod quomodo intelligendum sit, docet Renatdus de autoritate prudentum cap. 2. de legis actionibus.*

Forensis factio.

Forensis factio] *Sic Libertinos vocat. prout Zasius in Cathalogo legum antiquarum existimat, quod cum multi essent, assiduéq; in foro versarentur, in comitijs planè dominabantur, statumq; ciuitatis turbabant mandando insignis quibusq; honoris, plebe ingenua agriculturæ operam nauante ac raro ciuilibus negotijs interueniente. Sigonius lib. 2. cap. 13. De iure ciuium Romanorum per eam intelligit eam partem plebis, quam Cicero peculiari nomine, vrbanam plebem solet nominare in qua homines versati sunt non solum egentes & rebus domesticis impediti sed nocentes etiam & furiosi, cum de commodis lege sua agraria Tib. Gracchus tulit, cum diceret feras quidem ac bestias lustrum & tectum quo se reciperent, in Italia habere, qui verò assiduè pro libertate pugnarent, præter aerem lucemq; nihil in Italia possidere, sed sine laro, sine sede, cum liberis, coniugibusq; vagari, quinetiam hæc illa plebs fuit, cuius studio P. Claudius Trib. pleb. Ciceronem ex vrbe expulit de qua Cicero pro domo, pro Milone: Salustius in Catilinaria. Cicero ad Atticum hanc eandem factionem sordem & facem vrbis appellat.*

Vrbanæ tribus.

Vrbanasq; eas appellauit] *Dionysius Halycarnessius quatuor illas tribus à Seruio Tullio constitutas fuisse tradit. Itaq; Quintus Fabius non tam autor huius rei fuisse videtur, quàm renouator quasiq; restaurator. Vrbanæ verò tribus dictæ sunt libertinorum, cum Rusticæ propriè essent ingenuorum, vt inquit Plinius, multoq; tempore nemo libertinus in tribu rustica censu fuit præter vindicium, cui ob coniurationẽ Aquiliorum detectam, optio à Valerio consule data est, vt in qua tribu vellet, suffragium ferret, vt scribit Plutarchus in vita Publicolæ. Cæterùm multis post hanc segregationem à Fabio factam annis, Cn. Manlius libertinorum ac seruorum manu subnixus, legem tulit, vt libertinis in omnibus tribubus suffragium esset, idq; per tumultum egit & cliuum Capitolinum obsedit. Hanc autem iactam L. Domitius Aenobarbus quæstor perrupit, atq; disiecit, & quibusdam Manlianis interfectis, Libertinos omnes, ipsumq; Manilium à spe ferenda legis remouit. Cuius Cicero meminit pro Milone.*

Rusticæ tribus.

Transuectio equitum.

Equites transueherentur] *Hanc equitum transuectionem, Valerius equitum probationem vocat: Equestris, inquiens, ordinis iuuentus omnibus annis bis vrbem spectaculo sub magnis autoribus celebrabat die Lupercalium, & equitum probatione. A Græcis δείξεις διὰ τῆς ἀγορᾶς dicebant hodie monstra vocant: vt annotat Budæus in prioribus ad pandectas.*

IN DECIMVM LIBRVM ANNOTATIONES.

Salutis ædes.

AEdem salutis] *Hanc P. Victor in sexta vrbis regione, hoc est in Quirinali statuit. Scribit Sext. Pomp. Salutarem portam Romæ appellatam, quòd propè ædem Salutis esset. Salus verò Dea à Romanis, vt à Græcis Hygeia culta fuit, inde vocari Salutigeri dei ab Apuleio qui Græcè σωτῆρες dicuntur. Nonnulli pro Bubulco Bibaculum literis mandarunt, sed malè, vt annotauit Gyraldus historia deorum Syntagmate primo.*

Liuius patriæ studiosus.

Patauij monumentum] *Hæc nimio amore ornandi patriam magis à Liuio scripta, quàm quòd digna essent memoria, existimat Victorius lib. 18. cap. 4. Variarum lect.*

Tunica palmata.

Tunica palmata] *Palmatam tunicam Perionius vna cum Budæo dici existimat, à palma in ea intexta. At Festus palmatã dici tradidit à latitudine clauorũ. q. ferè palmæ orbẽ æquarent. Est enim Tunica palmata & latus clauus idẽ, Græci tunicã hanc palmatã, siue latũ clauũ Platysemon appellabant, quasi latu signum aut clauum signatũ. Atq; hæc laticlaui perpetuo gestandi autoritas inter primum digni tates habebatur, vt Herodia. lib. 3. autor est. Quinetiã sæpenũerò latus clauus pro Senatoria dignitate ponitur, sicut et annuli aurei pro equestri ordine. Plinius in epistolis: Ego Sexto latum clauum à Cæsare nostro impetraui. Hæc verò tunica in luctu publico deponebatur, vt supra lib. 9. vbi de Caudina clade verba facit. Cum vtroq; verò loco coniunge eum, qui est lib. 30. Vbi Scipio Masanissam vestibus triumphalibus ornat.*

Latus clauus.

Toga

accipiebatur ex pullis gallinaceis, quos in cauea inclusos asseruabant pullarij, quibus eductis, obijciebatur pastus, tumq; ex pastu diuinatione augurium capiebat pullarius, idq; ad magistratum deferebat eum, à quo iussus erat captare augurium: Caeterum de pullario & supe- rius dictum est.

Mulsum. Pocillum mulsi priusquam temetum biberet] *Veteres Romani mulsum in delitijs habebant, & in triumpho milites ab imperatore donabantur. Vnde Plautus:*

Sed spectatores vos nunc ne miremini,
Quod non triumpho. peruulgatum est. nihil moror.
Verumtamen accipientur mulso milites.

Temetum. *Mulsum verò ex aqua pluuia fieri tradit Caelius lib. 23. cap. 35. Temetum autem prisca lingua vinum appellabatur, teste Gellio lib. 10. cap. 24. Idq; ad imitationem Graecorum. Hi enim ebrietatem μέθην vocant, vnde & temulentiam dictam scribit Plinius lib. 24. cap. 13.*

Alares cohortes. Cohortibus alaribus] *Ala dicta exercitus equitum ordines, quòd circum legiones dextra sinistraq; tanquam alae in auium corporibus locabantur, autore Gellio lib. 16. cap. 4.*

Cornicula quid. Corniculis armillisq; argenteis] *Donorum militarium varia fuerunt genera, quae militibus singulis virtutis ergò ab Imperatore triumphaturo dabantur, vt coronae, quarum multa erant genera, ciuica, murales, obsidionales, castrenses, aureae, torques, armillae, hasta pura, phalerae, cornicula. De quibus Polybius lib. 6. Gellius lib. 5. Zonaras lib. 2. tradiderunt. Et post hos Sigonius lib. 1. cap. 15. De antiquo iure ciuium Romanorum.*

Quirinus quis. Aedem Quirini] *Sic Romulum dictum, antea est annotatum, siue quod hasta Quiris Sabinorum lingua dicebatur, siue quod Romanis iunxerat ille Cures: Siue suo regi nomen posuere Quirites. Non desunt tamen qui Quirinum vocatum dicant, quasi κοίρανον, id est, dominum.*

Fors fortuna. Aedem fortis fortunae] *Fortis fortunae aedes trans Tyberim fuit, vt Donatus ait, cuius diem festum colebant, qui sine arte viuebant, et etiam grates agebant, quibus aliquid successerat. Terentius:*

O fortuna, O fors fortuna. Columella:
Et celebres fortis fortunae dicite laudes.

Eo igitur vocabulo significatur magna vis fortunae & incerti casus. Dies autem Fortis fortunae festus octauo Calendas Quintiles agebatur, vt in antiquis Fastis, & apud Ouidium sexto Fastorum legitur. Apud Nonium Marcellum, Actius poëta in Astyanacto fortunam à forte distinguit. Hanc Graeci φερέπολιν τύχην dixêre, & à Tullio rege primum dedicatam fuisse, tum & ab alijs postea legimus.

De Manubijs] *Manubias à praeda hoc distare veteres existimarunt, vt sit praeda corpora ipsarum rerum, quae capiuntur. Manubiae verò pecunia ex praeda vendita redacta, & sit apud plurimos. Nam et M. Tullium de lege agraria ita accepisse voluerunt, praedam, manubias, sectionem, castra denique Cn. Pompeij sedente imperatore vendens. Vide Gellium lib. 13. cap. 23.* *Manubiae.*

Palmę primum victoribus datę] *Propterea (inquit) Plutarchus in certaminibus palmam signum placuit victoriae, quoniam ingenium eiusmodi ligni est, vt vrgentibus opprimentibusq; non cedat. Gellius lib. 3. cap. 6. Plinius lib. 16. cap. 42. Erasmus in prouerbio, Palmam ferre.*

Aesculapium ab Epidauro] *Fuit hic Podalyrij & Machaonis parens, & omnium qui vnquam vixerunt Medicorum peritissimus, qua de re Higynus lib. 2. de signorum caelestium historia, cap 14. Diodorus Siculus lib. 5. de fabulosis antiquorum gestis: Plinius lib. 29. cap. 4. Blondus lib. 1. Romae triumphantis, Plinius de viris illustribus cap. 22. Epidaurus autem ciuitas est, sita in recessu Saronici sinus natura munita, montibus circundata. & ob huius Aesculapij templum quàm plurimum nobilis: Vide Strabonem lib. 8. Ioachimum Vadianum in Pomponij Melae lib. 2 cap. 3.* *Aesculapius.* *Epidaurus.*

IN LIBRVM XXI. HISTORIAE LIVIANAE, QVEM ALII DECADIS TERTIAE LIBRVM PRIMVM VOCANT, ANNOTATIONES, EX VARIIS HINC INDE AVTORIBVS COLLECTAE.

ANnorum fermè nouem] *Florus lib. 2 puerum habet. Probus in vita Annibalis Liuio astipulatur, & puerum nouem annorum vocat. Vt & Polybius lib. 2 & 3. Solus autor de viris illustribus cap. 42. nō nouem tunc annos natum Hannibalem scribit, sed vndecim, non sine mendi suspicione, vt Magius ibi rectè annotauit.*

Poenorum in iurando mos. Altaribus admotum] *Videlicet vt deos huius rei testes faceret. facta autem haec sunt eo tempore, quo in Hispaniam profectionem parabat Hamilcar. Notabis autem Poenorum morē, qui iuraturi per Iouem, modo ad Deorum aras sacrificio peracto, aram & sacra tangentes, vel agnum laeua dextra silicem tenentes, Deos hominesq; contestabantur, si scienter fallerent, ita que Iupiter eos quoque feriret, quemadmodum ipsi agnum percuterent. Vide Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 10.*

Tactis sacris] *Nam veteri more à iurantibus & sacrificantibus arae tenebantur. Vnde Virgil. 4. Aeneidos:*

Talibus orantem dictis, arasq; tenentem,
Audijt omnipotens.

Varro rerum diuinarum lib. 5. aras dicit primum ansas dictas, quòd esset necessarium eas a sacrificantibus teneri, vide Macrobium lib. 3. cap. 2. Ab ijs qui ad aras confugiebant, arae tenebantur apud Hebraeos. Solebant etiam qui ad aras confugiebant. aras amplecti, vt apud Plutarchum in Timoleonte animaduertere licet.

Hostem fore populo Romano] *Odium in Romanos perenne iurauit, vt inquit autor de viris illustribus cap. 42. & vt odium suum perpetuum in Romanos fore significaret, infixo in terram pede suscitatoq; puluere, tunc demum inter Carthaginienses & Romanos belli finem fore dixit, cum alterutra pars in habitum pulueris esset redacta. Vide Valerium Max. lib. 9. cap. 3. Silius Italicus lib. 1.*

Romanos terra atq; vndis vbi competet aetas,
Ferro igniq; sequar, Rhoeteaq; fata reuoluam,
Non superi mihi, non Martem cohibentia pacta.

Hamilcar Annibalis pater. Amilcari] *Cognomento Barcha. Fuit verò is vir praestantissimus, & rei militaris peritissimus, eius facto leges apud Plutarchum in Hannibale. Val. Max. lib. 1. cap. 7. Frontinum lib. 3. cap. 16 item lib. 1. cap. 1. lib. 2. cap. 4. Volaterranum lib. 14. cap. 3. vrban. comment. Orosium lib. 4. cap. 9.*

Sicilia Sardiniaq; amissae] *Quintus enim Luctatius Catulus trecentis nauibus aduersus Carthaginienses profectus, sexcentis eorum nauibus apud Aegates insulas depressis, pacem petentibus. hac conditione concessit, vt amicitia item inde Romanis & Carthaginensibus esset. Poeni prorsus tota Sicilia abstinerent, ne q; deinceps bellum Hieroni inferrent, neque contra Syracusanos, eorumq; socios, arma mouerent, captiuos omnes sine pretio redderent, talenta argenti Euboica duo millia & 200. Romanis annos 20. penderent, quas tamen conditiones Romani admittere voluerunt, nisi praeterea ab omnibus insulis, quae inter Siciliam & Italiam essent, abstinerent, milleq; talenta priori summae adderent.*

Hospitale vinculum. Auspicijs regulorum] *Adrianus Turnebus lib. 13. aduersariorum cap 18. pro auspicijs hospitijs legendum esse censet, quod hospitium apud antiquos arctissima necessitudinis lege homines deuinciret, & pro sanctissimo foedere inuiolatoq; conseruetur. Cum enim multae sint necessitudines, & vincula quibus homo homini iungitur, nullum tamē propemodum maiore religione sibi sanxit vita, quàm hoc, quod hospitale vocatur, de quo tanta ob initio recepta opinio, vt ad illud vindicandum Iouem è caelo lapsum vetustas fabulata sit, vnde & Virgilius Aeneidos 1.*

Iupiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur.

Et Ouidius in X. Metamorph.

Ante fores horum stabat Iouis hospitis ara.

Et profectò perfacile fuit in tàm vicinam vocē deerrare, vna tantum eaq; eiusdem soni syllaba differentem.

Barbarus enim quidam] *Iustinus lib. vltimo à seruo Hispani cuiusdam vlciscente, iniustam domini necem interfectum scribit. Polybius verò lib. 2 scriptū reliquit, Hasdrubalem cum spatio annorum 8. in Hispania mansisset, tandem noctu per insidias à Gallo quodam priuatarum inimicitiarum causa fuisse interfectum.*

Iberus amnis. Iberus amnis] *Hispaniae fluuius qui nauigabili commercio dines, ortus in Cantabris, haud procul oppido Iuliobrica, nauium per 260. passuum millia capax, propter quem vniuersam Hispaniam Graeci Iberiam appellarunt, hodie Ebron vocatur, Oliuario teste.*

Parum

Paruus ignis] *Ex minimis initijs maxima, & sapè parua res magnarum rerum momenta trabunt, vt Liuius alibi loquitur. Sic & Thucydides ἐξ ὀλίγων τὰ πολλά.*

Maior pars meliorem vicit] *Plurimum Calculus vincit. Sic & Plinius in epistolis quaritur, numerari sententias non expendi.*

Ingentia vitia æquabant] *Vitia namq; magna, ve virtutes à magna indole proferri consueuere. Prout Plato scriptum reliquit, referente Plutarcho in proemio in Demetrium & Antonium. Vnde & Seneca scripsit, nullum esse magnum ingenium sine mixtura dementia.*

Hermandica. Hermandica] *Eam Tornebus lib. 13. aduers. cap. 18. esse putat, qua hodie Salmantica vocatur, gymnasioq; floret in Hispania.*

Saguntum. Saguntum oppugnari] *Saguntum à Sagunto Herculis filio nomen accipiens, quod Silius Italicus lib. 1. Zazintum appellat. De hoc Strabo lib. 3. cap. 3. Plin. lib. 3. cap 3. lib. 7. cap. 3. lib. 15. cap. 18. & lib. 35. cap. 12. Mela lib. 2. cap. 7. Volaterranus lib. 2. cap. 5. Geographie. Nunc autem eius loci ciuitas, teste Oliuario, Moruedre est.*

Tragula. Tragula grauiter ictus] *Tragula dicitur tanquam trabula, vt tradit Torneb. lib. 22. aduers. cap. 13. Erant verò tragula duplicis generis. quadam enim tormentis mittebãtur, quædam verò manu, vt idem Torneb. lib. 7. cap. 12. tradit. Illa atrociter sauciabant, ac plerunq; scutum aut corpus transuerberabant, vnde & tragularij dicti, qui eas è tormentis iaciunt. Vide etiam Prouerbium: Tragulã inijcere.*

Catapulta. Balista. Catapultis balistisq;] *Catapulta non tantum tormentum erat, sed & telum, vt tradit Torneb. lib. 15. aduers. cap. 1. Et eadem quoque ratione balistam vsurpari idem monstrat, lib. eodem cap. 6.*

Octauo mense] *Variant hic autores: Plutarchus, Orosius, & Eutropius, Liuio astipulantur. Florus lib. 2. cap. 6. nono demum mense deditum Saguntum scribit. Autor de viris illustribus cap. 42. intra sex menses euersum scribit. Qua de re leges quoque Augustinum lib. 3. cap. 20. Val. Max. lib. 6. cap. 6. Ciceronem in Philipp. Silium Italicum lib. 1. Et prouerbium apud Erasmum: Saguntina fames.*

Cetrati. Peltastæ. Cetra. Pelta. Cetratos misit in Africam] *Liuius infra lib. 8. Peltam Cetra haud dissimilem esse ait, Et lib. 1. belli Macedonici Cetratos Peltastas vocatos testatur. Est autem Cetra, vt omnibus notum est, scutum paruum, licet Probus in vita Iphicratis parmam, scutum, siue clypeum maius significare videtur, Peltam verò minus.*

Cum præcipites diruptæq;] *Tornebus lib. 13. aduersariorum cap. 18. derupta legendum esse putat. Nam multis locis inoleuit error iste, vt di pro de vicaria quadam opera subierit per obreptionem. Derupta autem sunt deorsum rupta.*

Promontorium. In promontorio quodam] *Promontorium hic eminens & editissimum in alpibus iugum appellatur, cum alias promontoria sint prominentes in mare rupes, Torneb. lib. 13. aduersariorum, cap. decimo octauo.*

Necabantur interdum] *Torneb. loco præallegato ferabant legit, pro necabantur. Hoc enim est quod διέκοπτον Polybius dicit, & pro infimam infirmam. Nam & firmam illam ruinem dicit Polybius.*

Munire viam quid. Inde ad rupem minuendam] *Tornebus muniendam legit, Polybius enim scribit, τὸ κρημνὸν ἐξῳκοδόμει, & mox οἰκοδομίας vocat. Interpretatur autem munire per rupem viam aperire, viamq; in ea munire, & tanquam struere, eam cædere, & in ea opere laboreq; militari complanare, & æquare iter, aut deorsum deprimere, & decliue reddere molli anfractu, Itaq; qui aggeres iaciunt, fossas aperiunt, vias muniunt, militia munitores vocantur. Esse autem ita* Munitores. *legendum ex eo etiam apparet, quod longe hinc scribitur, Et quies muniendo fessis hominibus triduo data.*

Saxa putrefaciunt] *Saxa putrefacere aceto, est aceto saxa sol-* Putrefacere saxa. *uere & frangere. Saxorum enim torridorum & candentium infusum acetum compages & nexus resoluit & laxat, quod putefacere appellat Tornebus, præallegato capitulo.*

Alpibus superatis] *Sunt qui Hannibalem per cauam quandam viam ac manufactam, ad saltus Augusta Cæsarea peruenisse putent, cum tamen ex alijs autoribus miro artificio Alpes fregisse constet. Vnde recentiores scribunt, per montem Iouis venisse, quem vulgo Cinisum vocant, Gebennas versus tendentem. Ad huius autem rei pleniorem intellectum lege quæ scripsit Aegidius Tschudus cap. 32. De Prisca ac vera Alpina Rhetia, et apud veteres Polybius lib. 3. vbi, quæ de incredibili Alpium asperitate & itinere, nulli ante Annibalem, præter quam Herculi tentato narrantur, mendacio non carere ait: Satis enim constare Gallos Rheni accolas, non semel, neq; hu antè id tempus in Italiam venisse, &c. Plinius verò lib. 36. cap. 1. Annibalis per alpes transitum in portento prope a maioribus habitum scripsit.*

Plures tradidêre autores] *Liuio astipulatur Plutarchus: Itidem Orosius lib. 4. cap. 14. Eutropius lib. 3. cap. 2. Plinius lib. 16. cap. 5. Val. Max. libro quinto cap. quarto. Florus lib. 2. cap. 6. Sabel. lib. 2. Ennead. 5.*

Agnum læua] *De hac iurisiurandi formula antè dictum est: Vide tamen & ea quæ scribit Cælius lib. 21. cap. 15. vbi explicat quid sit Iouem lapidem iurare.* Iouem lapidem iurare.

Luna per nox erat] *De varijs Luna permutationibus quas phases vocant, Cælius lib. 20. cap. 7. Lectionum antiquarum: Horatius Noctilucam lunam vocat, nocte lucentem, lib. 4. carminum, Ode. 6.*

Præconium missum] *Id est missi præcones qui delectos citarent. Alias verò præconium est præconis merces, vt ex Catone ostendit Tornebus lib. 10. aduers. cap. 18.* Præconium quid.

Lanuuij hastam se commouisse] *Hastas in veteribus memorijs regij fastigij insigne diadematis loco fuisse, et à rerum origine deorum immortalium vice cultas. Ex cuius ritus memoria diu quoque custoditum, vt deorum simulachris adderentur. Hinc hastas motas totties prodigij loco habetur, vt hic, & lib. 40. vide Cælium lib. 21. cap. 16. lectionum antiquarum.* Hastarum cultus.

Alijs procurandis] *Solitos esse veteres, plerunq; prodigia & portenta sic procurare, vt exurerent lignis infelicibus, tradit Macrobius. Solebant etiam ea in vltimas terras dicere deportanda esse, & in mare deferenda, vt legimus semimares delatos & demersos, quod & prodigijs alijs faciebant, Torneb. lib. 18. aduersar. cap. 11. Sacrificium itaq; quod fit ad depulsionem & expiationem portentorum procuratio dicitur, & ea gratia rem diuinam facere, est monstra procurare.* Procurare prodigia.

Ciuitas operata fuit] *Peculiaria sacrorum verba, fuerunt, inter quæ & verbum operor recenset. Gyraldus historia deorum syntag. 17. Ac idem ferè significat, quòd ritè sacrificare, vnde Virus Sarra refert Cereri, letu operatus in herbis, & alibi operata iuuentus, Sic & Plautus, vt istbac operatio crimen expiet.* Operari in sacris quid.

Maritimam nauem haberet] *De hac lege loquitur etiam Cicero actione 7. in Verrem: Eam autem postea in Iuliam de repetundis Cæsar dictator transtulit. Nam ex lege Iulia repetundarũ Senatoribus naues habere non licuit, vt inquit Scæuola L. His qui naues. ff. de vacat. & excusat. mun. Lex verò Iulia interdicit tantum naue maritima nõ fluuiatili, vt enim ex initio L. 3. ff. de Vac. mun. liquet tota ea lex de nauibus maritimis accipienda est. Idq; ideo constitutum est, vt quæstus & prædationes cohibeantur, quemadmodum M. Tullius indicat. Nam senatoribus fundos maritimos habentibus ad fructus deportandos capacem nauem in Italia habere licuit, prout annotat Cuiacius lib. 6. obseruationum cap. 38.* Nauem qui bus habere non liceret.

Paludatus] *Consules enim paludatos vrbe exire solitos supra quoq; annotauimus. Paludamenti autẽ picturam ad viuum ex Romanorum marmoribus expressam inueniet apud Lazarum Baysium in fine cap. 11. in L. Vestis. ff. de auro & arg. leg. Paludamentum verò vestem Imperatorum esse scribit Tranquillus in Cæsare. Blondus lib. 9. Roma triumph. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 3. & lib. 5. cap. 18.* Paludamentum.

IN VICESIMVM SECVNDVM, QVI AB ALIIS DECADIS TERTIAE SECVNDVS DICITVR, ANNOTATIONES.

Thrasymenus lacus. Hrasymenumq; lacum] *Lacum in Perusino, qui a Thrasumeno puero, quem Aegedam nympham rapuisse poëtæ finxerunt, dictus est.*

Clades ad lacum Thrasymenum. Quindecim millia Romanorum] *Orosius lib 4. cap. 15. & Eutropius viginti millia Romanorum cum consule cæsa, & sex millia capta scribit, iuxta Valerium autem Max. lib. 1. cap. 6. quindecim tantum millia cæsa, sex capta, 20. verò fugata dicuntur. De quo etiam Cicero lib. 1. de diuinatione. Plinius lib. 2. cap. 85. Frontinus lib. 2. cap. 5. lib. 2. cap. 6. lib. 4. cap. 7. Val. lib. 3. cap. 7. Ouid. lib. 6. Fastorum. Silius Italicus lib. 5. per totũ. &c.*

Per occupatam armis punicis] *His verbis Liuius clarè ostendit, non semper necessariam fuisse eius qui Dictator diceretur præsentiam. Idq; apertius docet superius lib. 8. vbi scribit, L. Cornelio, quia ne cum quidem in Samnium ingressum reuocari ab impetu belli placebat,* Præsentia eius qui dictator diceretur minime necessaria.

cebat, litera missa, vt dictatorem comitiorum causa diceret.

Prodictator.

Prodictatorem] *Propterea quòd legitime creatus non esset. Nam eius dicendi potestas penes consules, nō autem penes populum erat, vt Liuius sapè commemorat. Vnde quoq; prodictator dictus. L. etiam Sylla & C. Cæsar post hac tempora præter patriæ morem, primi à populo Dictatores, alter interrege L. Valerio Flacco, alter verò M. Lepido pratore comitia habentibus creati. Reliqui omnes Dictatores à consulibus creati sunt.*

Minutius Rufus.

M. Minutium Rufum] *hominem ferocem, importunum, temerarium, lingua immodicum, studium, auramq; exercitus semper quærentem, & Fabij dicta semper contemnentem, quem suis coloribus depingit Plutarchus in Fab. Max.*

Fatales lib.

Fatalibus libris] *Fatales libros vocat Sibyllinos, vt hoc ipso libro annotabimus paulò pòst.*

Venus Erycina.

Veneri Erycinæ] *Venus Erycina cognominata ab Eryce monte Siciliæ, in quo Aeneas matri templum cōstruxerat, vt Virg. canit:*

Erycino in vertice sedem
Fundabat Veneri Idaliæ.

Meminit & Polybius in primo. Diodorus Siculus Erycem ait Veneris & Butæ filium fuisse, qui monti, vt etiā Seruius testatur, nomen dederit, & matri templum. Plura de hac Gyraldus historia Deorum Syntagmate 13.

Mens Dea.

Menti vouendas] *Mens à Romanis consecrata, Cicerone quoque autore, vt mentem ea bonam concederet, quod & diuus Augustinus non semel asseruit, & ante eum Lactantius. Ouid.*

Mens quoq; numen habet, Mentis delubra videmus
Vota, metu belli perfide Pœne tui.

Ver sacrum quid.

Ver sacrum vouendum] *Veris sacri mentio quoq; fit infra lib. 34. vbi scribitur: Ver sacrum videri pecus, quod natum esset inter Kal. Mart. & pridie Kal. Maias. Verùm Festus id sic explicat: Ver sacrum vouendi mos fuit Italis. Magnis enim periculis adducti vouebant, quæcunq; Vere proximo nata essent apud se animalia, immolaturos. Sed cùm crudele videretur pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem velabant, atq; ita extra fines suos exigebant. Idem Sextus Pompeius in Mamertino, vt si vellent (inquit) eo malo liberari, Ver sacrum vouerent, id est, quæcunq; Vere proximo nata essent, immolaturos. Plura de hoc Pithœus aduers. subs. lib. 1. cap. 6.*

Æris CCCXXXIII.] *Alia æris summa est apud Plutarchum, in Fabio. qui totidem denarios addit. Liuius verò pro CCC. millibus nummûm, id est, totidem sestertijs, millia æris dixit. & de denarijs tacuit. Trientem autem tertiam partem assis intellexit, qui genus nummi fuit, vt tradit Budæus lib. 3. de asse.*

Fascesq; virgarum] *Frontinus sarmentorum in fasciculos vinctorum meminit.*

Omnibus circa solo æquatis] *Simili stratagemate vsus esse legitur Archidamus bello Peloponnesiaco contra Periclem, quare is, antequam Atticam incursaret, denunciauit Atheniensibus, si deuastatis cæteris à suis prædijs Archidamus abstineret, propter ius hospitij, aut quò maleuolis suis ansam calumniandi præberet, agrum se & villas Reipub. donare. Plutarchus in vita Periclis.*

De æquando iure magistri equitum] *Id est, quòd Dictatori magister equitum æqualis esse deberet, id quod antea inauditum erat.*

De æquato imperio] *Magnum clementiæ & mansuetudinis exemplum. Vide Silium Italicum lib. 12.*

Opifices ad dignitates Romæ admissi.

Patrem lanium fuisse ferunt] *Indicat hic locus etiam hos, qui artes operosas, sordidas, humilesq; tractarunt, & ciues Romanos fuisse, & postremis temporibus, & ad suffragia & honores admissos. Licet Dionysius lib. 2. & lib. 6. scribat tales numero ciuium exclusos. Sic P. Rupilius ex operis publicanorum consulatum adeptus, imperium in Sicilia gessit, idemq; triumphauit. Sic M. Scaurus qui consul & censor fuit, patrem habuit, qui carbonariā. Octauius, qui postea Augustus appellatus est, auū, qui argentariam fecit.*

Deprehendit fortuna temeritatem] *Historiam lege apud Frontinum lib. 2. cap. 5. Meminit quoq; Erasmus lib. 5. apophtheg. Sabell. lib. 9. cap. 1. Ethnic. exempl.*

Iisdē sacris initiati.

Ijsdem sacris initiatos] *Scitè admodum atq; concinne ijsdem sacris initiati dicuntur, qui vnanimiter & conspiranter ad scopum nituntur eundem ac vmbilicum, & sic hoc loco Liuij verba accipienda censet Cœlius lib. 12. cap. 12.*

Iusiurandū & Sacramētum differunt.

Iureiurando à tribunis militum adacti] *Differētiam inter iusiurandum & sacramentum militare esse, non obscurè hoc loco Liuius innuit. Quæ verò ea fuerit inter doctos disceptatur: Quidā enim existimant, cùm antè certa formula iurisiurandi comprehensa fuisset, de qua Gellius lib. 16. ex libro 5. Cincij de re militari, hoc tempore, quod nunquam antea factum fuerat, eam adauctam accessione harum clausularum fuisse: de quo Sigonius non solùm in annotationib. Liuianis, sed & de antiquo iure ciuium Romanorum, lib. 1. cap. 15. Verùm non obscurè Liuius hic ostendit sacramentum voluntarium: Iusiurandum necessarium fuisse. Dionysius ait Sacramentum Romanis gentilitium fuisse, iurare per bonam suam fidem.*

L. Æmylius Paulus.

Collegæ eius Pauli] *L. Aemylium Paulum consulem intelligit, de cuius animi & corporis dotibus Plutarchus in eius vita, & in Hannibale, Valerium Max. lib. 5. cap. 10. lib. 2. cap. 5. lib. 4. cap. 3. Sabell. lib. 2. cap. 1. lib. 4. cap. 2. Frontinus lib. 4. cap. 5. lib. 2. cap. 3. & lib. 4. cap. 7.*

Varronis multæ ac feroces voces fuēre] *De C. Terentij Varronis moribus Plutarchus in Fabio Maximo & Hannibale. Valer. Max. lib. 4. cap. 5. lib. 8. cap. 7. Frontinus lib. 4. cap. 5.*

Consilia magis res dent hominibus] *Iuuat è re nata capienda & mutanda consilia, & tempori, quod aiunt, seruiendum. Similis ferè sententia est apud Senecam lib. Epist. ad Lucillium 3. quam retulit Erasmus in prouerbio: Gladiator in harena consilium capit.*

Infelicem ad id locorum fuisse] *Hinc vulgò dicitur: ὀλέθρου οὐδεὶς λόγος, Exitij nulla ratio.*

Euentus stultorum magister.

Euentus stultorum magister] *Videtur respexisse ad illud Hesiodeū: παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω, id est, passusq; sapit, tum denique stultus, de quo plura Erasmus in prouerbio: Malo accepto stultus sapit, & in prouerbio: Piscator ictus sapiet.*

A veritate laborare nimis ius sæpè aiunt] *Antonius Muretus lib. 8. variarum lectionum cap. 20. autoritate veteris Codicis (quis tamen ille sit non indicat) legendum esse putat, veritatem laborare nimis sæpè aiunt. Et porrò sic legendum: Gloriam vanam qui spreuerit, veram habebit. Sic enim & veriorem futuram sententiā, & illa contrariorum relatione ornatiorem. Id quod indicandi magis, quàm approbādi gratia ascribere libuit. Lector de ea emēdatione, quæ placuerint, statuat.*

Cannæ.

Cannas vrgente fato] *Apuliæ vicum hac vna Romanorum clade satis nobilitatum.*

Hispanorū armatura.

Hispani linteis prætextis] *Sic & Polybius lib. 3. τῶν δ' Ἰβήρων λινοῖς περιπορφύροις χιτωνίσκοις κεκοσμημένων κατὰ τὰ πάτρια. Quem locum ad verbum à Liuio versum obseruauit Baysius de re vestiaria.*

Clades Romanorum ad Cannas.

Quadraginta millia peditum] *Cum Liuio consentit Plutarchus, Polybius autem longè maiorem cæsorum numerum adfert. Cæterùm de hoc prælio vide eundem Polybium lib. 3. Plinium lib. 15. cap. 18. lib. 33. cap. 1. Strabonem in fine lib. 6. Lactantium lib. 2. cap. 17. Silium Italicum lib. 9. per totum, Augustinum lib. 3. cap. 19. ciuitatis Dei. Valer. Max. lib. 1. cap. 1. & lib. 1. cap. 2. lib. 2. cap. 2. lib. 3. cap. 4. lib. 4. cap. 5. lib. 7. cap. 4. lib. 7. cap. 6. Frontinum lib 2. cap. 5. Orosium lib. 4. cap. 16. & alios.*

Dij non omnia eidem dedēre.

Non omnia Dij eidem dedēre] *Petrus Victorius lib. 10. cap. 4. var. lectionum, Liuium hanc sententiam ab Homero accepisse tradit, qui libro penultimo Iliados ita scribit:*

οὐδ' ἄρα πως ἦεν
Ἐν πάντεσσ' ἔργοισι δαήμονα φῶτα γενέσθαι.

Sed & ante eum Erasmus id annotauit in prouerbio: Non omnia possumus omnes.

Quadrigati nummi.

Nummis quadrigatis] *A notis quadrigarum sic dicti, qui ante Victoriales in vsu fuere, de quibus Plinius lib 33. cap. 3.*

Iurant omnes] *Idem Orosius lib. 4. cap. 16. Val. Max. lib. 5. cap. 6. Sabellicus lib. 1. cap. 4. Ethnic. exemp.*

Fatales libri.

Fatalibus libris] *Per fatales libros Sibyllinos intelligit, vt & antè annotauimus. Patet id ex Plutarchi Marcello, vbi & ipse huius sacrificij extraordinarij meminit: δύο μὲν (inquiens) Ἕλληνας ἄνδρα καὶ γυναῖκα, δύο δὲ Γαλάτας ὁμοίως ἐν τῇ καλουμένῃ βοῶν ἀγορᾷ κατορύξαι ζῶντας.*

Pyrrhi in remittendis captiuis humanitas.

Remissi à Pyrrho gratis] *Horum secundum quosdam mille & octingenti numero, secundum Trogum autem ducenti tantùm fuisse referuntur. Coram legatis verò Romanis apertè testatus est Pyrrhus, se nō mangonum more cum Romanis negotiari, sed certare tantùm de gloria & imperio. Cuius vt generosam, ita magno principe dignam sententiam Ennius apud Ciceronem lib. 1. Offic. carmine expressit. Cæterùm de horum captiuorum pœnis & expiatione, lege Eutropium lib. 3. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 7.*

Prædibus prædijsque caueri.

Prædibusq; ac prædijs cauendum] *Quid sit prædibus ac*

Prædijs cauere docet Asconius Pedianus in prætura vrbana, de sartis tectis loquens. Bona (inquiens) prædia dicuntur, bona satisdationibus obnoxia, siue sint in mancipijs, siue in pecunia numerata, prædia verò domus & agri. Hæc autem omnia venduntur, si rationi pub. locator sartorũ tectorũ non responderit. Tu autẽ Verres (inquit) cum ego sim obnoxius & prædibus, id est, fideiussoribus, & prædijs appositis, non mihi exactor es operis, sed dominus voluntatis, qui non finis me optima mea conditione, id quod volo, de redemptione agere, cum periculum sit meum non Reipub. Prædes igitur homines sunt fideiussores, quorum res bona prædia uno nomine dicuntur.

Quia nec ærarium exhaurire] *De consilio Romanorum ob quam causam captiuos minimè redimendos esse censuerunt, vide Polybium præ cæteris lib. 6.*

Carthaginensium seuera in duces rei malè gestæ animaduersio. Nil recusandum supplicij foret] *Notanda hoc loco Carthaginensium seuera disciplina, apud quos si quis imperator aut dux, prauo consilio, licet fœlici euentu pugnasset, fœdo supplicio in crucem elatus, morte pœnas dabat. Hinc Himilco dux Carthaginiensium à Cn. Duillio superatus, Carthaginem fugit, & à Senatu quæsiuit, quid faciendum censerent? Omnibus, vt pugnaret acclamantibus. Feci, inquit, & victus sum. Hac ratione pœnam crucis effugit, autor de viris illustribus, cap. 38. Valerius verò Maximus lib. 7. cap. 3. Hæc nõ Himilconem sed Hannibalem fecisse, sed paulo aliter scribit, ait enim ex infœlici illa pugna, priusquã cladis nuncius domum perueniret, quendam ex amicis compositum & ornatum Carthaginem misisse, vt interrogaret, an cum hoste confligere debeat, quod vbi concessum esset, tum ille, conflixit, inquit, & superatus est: Romani verò duces qui temeritate vel inscitia exercitus amisissent, aut fuga & pauoris insimulati essent, pecunia aut exilio sæpè mulctati sunt, teste Alexand. ab Alex. lib. 4. cap. 7.*

IN LIBRVM XXIII. LIVII, QVI AB ALIIS TERTIVS DECADIS TERTIÆ DICITVR, ANNOTATIONES.



Nota res, mala optima. Notissimum quodq; malum] *Videtur respexisse ad illud Plautinum, Nota res mala optima. Quæ sententia deterret, ne temerè nouandis rebus studeamus, vitemusq; vitium, quod Græci φιλόκαινον vocant.*

Vesci humanis corporibus] *Diuersum Porphyrius Tyrius in 2. libro, περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων tradit. Aut igitur Romanus consul mendacio illi tempori apto augere feritatem hostium volunt, aut Porphyrius in ea re tradenda, quæ falsa foret, proposito illi suo seruiunt. De quo Victorius lib. 13. Var. lect. cap. 20.*

Thure & vino sit sacrificatum. Rem diuinam thure & vino] *Vino sacrificabant eoq; mero, significantes mentis integritatem à dolo & mendacio se iungendam. Thure hoc ipso suauissimæ cognitionis diuinæ distributionem complectentes, vt annotat. Cœlius lib. 22. cap. 9.*

Ipsorum primores id insigne gerere] *Primores intellexit qui equo publico militarent, vt Sigonius existimat de iure ciuium Romanorum lib. 2. Annulos autem equitum fuisse ornamentum, quo distinguerentur à plebe, idem ibidem docet.*

Dictatori equum ascendere vetitũ. Vt equum ascendere liceret] *Lege enim, quam nominat Plutarchus in Fabio, sancitum erat, ne Dictator equo posset vti, idque vel ob eam causam, quòd, cum plus inesse roboris in pedestribus copijs putaretur, propterea in legione permanere, nec locum deserere deberet Imperator, vel quod cum ad alia omnia Dictatoris esset singularis potestas, in hoc vno voluerunt eum inferiorem videri. Senatus tamen petenti Fabio Maximo Verrucoso contra veterem legem concessit, vt equo vehi posset, datumq; id hominis virtuti et tempori, cum cæsis ad Cannas Romanis, in vno Fabio Dictatore creato melioris fortunæ spes reposita videretur, Manutius de legibus Romanis.*

Bigati qui. Bigatosq; quingentos] *Nummos intellige. Nam nota argenti fuere bigæ atq; quadrigæ. Et inde bigati quadrigatiq; dicti, autore Plinio lib. 33. prout annotauit Budæus lib. 5. de asse.*

Voluptas corruptrix rerum omnium. Voluptates immodicæ] *Voluptatis & luxuriæ effectus, verùm de Hannibalis voluptatibus præter Liuium, vide Val. Max. lib. 9. cap. 1. Silium Italicum lib. 15. copiosiss. Simile autem de Phrygib. exemplum apud Virgilium lib. 9. Desidia cordi.*

Sub pellibus esse. Sub pellibus haberi cepti sunt] *Id est, in tentorijs degere inceperunt. Quoniam militum tentoria pellibus obtegebantur, & inde sub pellibus esse dicebantur. De quo Cœlius lib. 27. cap. 14. Iacobus Ranardus lib. 4. Variorum cap. 3.*

Famis vehementia. Non tolerantes famem] *Fames omnium suppliciorum vltimum. Et sententia cantionibus apud veteres celebrata, teste Platone. Miserrimum mortis genus fame mori. Sumpta autem est ex Homerica Odyssea μ.*

πάντες μὲν συγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι,
λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν. *Id est,*
Dura quidem miseris mori est mortalibus omnis,
At periisse fame, res vna miserrima longè est.

Senatum legere qui concesserit. Dictatorem qui Senatum legeret] *Senatus legendi autoritas, exactis regibus, penes cõsules fuit. Deinde hoc munus & officium ad censores delatum est, qui quinto quoque anno, & eos, quos tanto honore dignos esse iudicarent, in Senatum admitterent, & eos qui aliquid offendissent, è Senatu reijcerent. Interdum tamen etiam dictatorem & Triumuiros legendi Senatus gratia creatos legimus, prout annotat Maioragius cap. 14. De Sen. Rom.*

Curulem magistratum cepissent, necdum in Senatum lecti essent] *Nam per gradus ad amplissimum & altissimum ciuitatis ordinẽ omnes ferè Romæ perueniebant, Id quòd præter Liuium & Dion. lib. LIV. testatur, cum ait, Senatusconsultum quoddam fuisse factum, vt XXuiri ex equitibus crearentur, quorum deinde, (inquit) nullus in Senatum allectus est, nisi quem etiam alium magistratum gessisset, ex quo in Senatum legi ius esset. Zamoscius lib. 1. De Senatu Romano.*

Qui spolia ex Romano hoste] *Quod scribit eos lectos qui spolia hostium domi fixa haberent, id ita obseruatum scribit Plinius lib. 35. ab antiquis, vt foris & circum limina maiorum suorum fortissimorum virorum imagines disponerent, affixis hostium spolijs: Nec mirum eorum qui ciuem conseruassent habitam rationem, cum vt idem autor tradit lib. 16. ijs ineuntibus, ludos à Senatu assurgi in more esset, sedendiq; ius in proximo Senatu haberent. Zamoscius d. libro 1. de Senatu Romano.*

Lanuuij ad Iunonis Sospitæ] *Sospita Iuno in primis colebatur Lanuuij magno cultu, cuius simulachrũ fingebatur cum pelle caprina, & hasta, & scutulo, et cũ calceolis repandis, vt de natura deorum scribit Cicero: Sospitam Iunonem, inquit Festus, quam vulgo Sospitem vocant, antiqui vsurpabant, cum ea vox à Græco videatur sumpta, quod est σώζω.* Sospita Iuno.

Volonum quod fuerat] *Volones serui erant, in militiam admissi, inde sic dicti, quòd prius interrogarentur, vellẽtne militare. Idq; vt apud Romanos post Cannensem cladem est factum, sic Pausanias autor est Persico bello, quod in Marathonijs campis est gestum, primum seruos apud Græcos in militia iura admissos. Cœlius lib. 25. cap. 23. Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 11.* Volones qui.

Vadimonia fieri] *Id est, sponsiones sistendi in iudicio. Nam id vadimonium esse, Varro lib. 3. De Lingua Latina docet. Etsi fortè nõ male etiam de citatione personali intelligi posset. Vadari namq; pro citare personaliter affuturum vsurpari docet Budæus in annotationibus prioribus ad Pandect.* Vadimonium quid.

Laciniæ Iunonis Templum] *Lacinia Iuno sic cognominata ab Italiæ promontorio. Virus attollit se diua Lacinia contra. Quo loco Seruius scribit Lacinium templum à rege conditore dictum, secundum quosdam à latrone Lacinio, quem illic Hercules occidit, & hoc loco expiato iuueni templum constituit. Meminit templi Iouis Laciniæ Liuius infrà lib. 4. & lib. 2. Decadis 5. vbi vide.* Lacinia Iuno.

Subiectis validis sublicis] *Sublica quæ dicantur superius lib. 2. vide.* Sublicæ.

Omnibusq; lustris] *Lustra hic posuit pro lupanaribus, Veteres enim lustrari pro scortari dixerunt, vt sæpius videre est apud Plautum.* Lustra.

Canterium in fossa] *De Canterio, eiusq; notione multiplici, Cœlius lib. 8. cap. 4. Cæterum ad prouerbium quod attinet, licebat eo vti, quoties quis ad id negotij trahitur, in quo nequaquam valeat, aut vbi res vehementer erit impedita, periculosáne, Eras. in Chil.* Canterius in fossa.

Conducerentq; ex lege præbenda] *De horum verborum significatione Budæus in annotationib. prioribus ad Pandectas. Quanquã enim locator sit plerunq;, qui precium accipit, & cõductor, qui dat, vt sit locator dominus, conductor inquilinus, tamen nonnunquã vice versa euenit, vt locator precium det, conductor accipiat.* Locare & conducere.

IN LIBRVM XXIIII. QVI DECADIS TERTIÆ QVARTVS DICITVR, ANNOTATIONES.

Occasio op portunitas.

EX occasione aut opportunitate] *Opportunitas temporis est, quam si occasionem liceт appellare, nisi quod in tempore occasio, in re ipsa opportunitas videtur dici.*

Vestitus mutatio.

Conspexêre purpuram ac diadema] *Nulla re magis quàm vestitus mutatione subditi offenduntur. plerunque enim vestitus mutatio, mutationem regni portendere soles. Hinc scribunt Magos aliquando Persis prædixisse, breui ipsis Macedones imperaturos, quod eo anno qui proximè præcedebat, pugnam commissam inter Darium & Alexandrum Magnum, Darius gladium quem gestare solitus erat, Macedonum more ornasset: Et solet plerunque gens, quæ alterius gentis habitum assumit, in eius potestatem concedere, vt inquit Curtius. Quid itaq; nobis sperandum, qui nostres in habitu Turcico. & Moscouitico. & alibi Hispanico incedere videmus. Deus nobis absit, & auguria, seu potius omina auertat.*

Albi equi.

Quadrigisq; etiam alborum equorum] *Equorum alborum vsus valde inuidiosus fuit, prout & superius annotatum est: Sic etenim Camillus in inuidiam venit, quod in triumpho curru equis albis iuncto, vrbem inuectus esset, quod humano fastigio ampliorem honorem, paremq; supremo Ioui sibi vendicare videretur. Vide Tornebum lib. aduers. 24. cap. 31.*

Tarentum.

Tarenti potiundi] *De huius vrbis origine & potentia ex Ephoro leges apud Strabonem lib. 6. Item Plinium lib. 3. cap. 20. Florum lib. 1. cap. 18 Iustinum lib. 3. Silium Italicum lib. 12. Melam lib. 2. cap. 4. Volaterranum lib. 6. cap. 8.*

Stantes cibum potumq;] *De varijs animaduersionum militarium speciebus præter alios Sigonius de antiquo iure Ciuium Romanorum lib. 1. cap. 15.*

Hasta locationis.

Qui hastæ huius generis assueuerant] *Hasta non de auctionibus venditionibusq; modo, sed & de locationibus, quæ publicè fiunt dici consueuit, Vnde assueti hastæ appellati eleganter, qui eam conducere consueuerunt, vt annotauit Cœlius lib. 21. cap. 17.*

Assueti hastæ.

Cretio hæreditatis quid.

Hæreditatem regni creuerit] *Cretio (inquit Vlpianus) certorum dierum spatium, quod dabatur instituto heredi ad deliberandum, vtrum expediret ei adire hereditatem nec ne. De quo vlterius Ranardus de autor. peud. cap. 8. Et Vlpianus in instit. 22. Cernere est verba cretionis dicere ad hunc modum. Cum me Mænius heredem instituerit, eam hereditatem adeo cernoq;. Varro lib. 7. de lingua Latina illud Plauti interpretans: Hanc mihi amitam esse creui, id est, constitui. Itaq; heres cum constituit se heredem esse, dicitur cernere, & cum hoc fecerit creuisse. Sic accipienda Cretio in L. 17. C. de iure delib. & in L. 1. & 2. De bonis maternis in Cod. Theodosiano.*

Cubital.

Crebris cubitalibus] *Cubital idem est, quod brachiale, Græcis περιβραχιόνιον appellatum, vt enim fasciolæ crurum sunt, ita cubitalia tegmenta sunt brachiorum. Hor. Satyra 2. Ponas insignia morbi. Fasciolas, cubital, focalia, Vide Tornebum lib. 7. aduersariorum cap. 10. Lambinus in suis ad Horatium annotationibus: Cubital puluinum esse scribit, cui innixi serentur veteres inter cœnandum.*

Scorpio.

Scorpionibus modicis] *Scorpio tormentum est bellicum, sed telum etiam illius tormenti, id est, quod eo tormento mittitur, Oppius lib. 5. belli ciuilis, Scorpione acturatius misso, atque eorum decurione percusso, videtur enim potius telum quàm tormentum significari, autore Tornebo lib. 15. aduersariorum cap. 1.*

Cornicines.

Cornicines in via] *Tubicines ad bellum vocant milites, & rursum receptui canentes reuocant, Cornicines buccinatores erant ornamentum totius legionis in ingressu conflictus & eius reditu, & quotiescunq; ad aliquod opus exituri sunt, soli milites tubicines canunt. & soli milites ad signa eorũ obtemperant, quotiescunq; signa mouenda sunt, tornitines canunt classicum, Vegetius.*

Signa Romanorum triplicia.

Signa efferri consul iubet] *Autore Vegetio libro de re militari secundo, tria Romani in exercitu signorum genera habebant, Aquilam, Dracones, & Vexilla, Aquila totius legionis signum est, quam portat Aquilifer, Dracones sunt singularium cohortium. Legio enim in decem cohortes diuiditur, quos, qui ferunt, Draconarij dicuntur. Cohortes verò in centurias diuidebantur, singulis centurijs suum erat vexillum, in vexillo singulis notatum erat ex quota cohorte, quo ta centuria esset, ne qui milites à signo aberrarent, quod & Dion lib. 41. declarat.*

Septemuiralе iudicium.

Proditio pro septemuirali iudicio esset] *Id est, censeretur hæc proditio, non secus ac si Septemuirali iudicio de ea cognitum esses. Septemuirale iudicium verò dicebatur, quod à septemuiris, qui è septemuirorum ordine erant, exerceretur: De septemuiralibus iudicijs Paulus iureconsultus singularem librum scripsit, vt testantur inscriptiones Legis 31. & legis 28. pandectarum Florentinarum, ff. de inoff. testamento: Ex quibus colligere licet, Septemuiros de testamentis cognouisse: alijsq; rebus, quæ commemorantur à Cicerone lib. 1. de oratore. Cæterùm si forma iudiciorum centumuiralium consideretur, quorum ordine septemuiralia continebantur, ijs etiam capitales causas cognosci solitas apparet, eamq; magis ad publicorum quàm ad priuatorum iudiciorum ordinem inclinare. Eaq; ratione à priuatis iudicijs causas centumuirales visus est Plinius distinxisse Epistolarum lib. 6. Interuenit, inquit, acribus illis & erectis frequens necessitas computandi, ac pene calculos tabulamq; poscendi, vt repentè in priuati iudicij formam centumuirale vertatur. Et Quintilianus lib. 5. cap. 10. Proprium est, inquit, illud causæ quod Amphictyones iudicant, vt alia apud Centumuiros, alia apud iudicem priuatum in ijsdem quæstionibus ratio fit. Nec id etiam ignorasse visus est Iustinianus, cum ita scribit: Magnitudo & autoritas centumuiralis iudicij non patiebatur per alios tramites viam hereditatis petitionis infringi, L. fui, C. De petit. hered. Per magnitudinem haud dubie magnificam intelligens centumuiralis iudicij formam. Quo etiam referri debet, quod Cicero pro Cecinna sic scribit, Ornatè & copiosè L. Crassus eloquentissimus, paulo antè quam nos in forum venimus, iuditio centumuirali hanc sententiam defendit. Nec alio referendum est, quod ad hunc modum scribit Quintilianus lib. 4. cap. 1. Quibusdam in iudicijs maximeq; capitalibus, vt apud Centumuiros ipsi iudices exigunt solicitas & acturatas actiones, contemniq; se nisi indicendo etiam diligentia appareat credunt, nec doceri tantum, sed etiam delectari volunt: Cæterum de centumuiralibus iudicijs præteris erudite & latè disserit Iacobus Ranardus libro singulari pro tribunalium, cap. 20. Franciscus tamen Hotemannus, vbi in sua descripsione magistratuum Romanorum de centumuiris tractat apud Quintilianum lib. 4. cap. 1. Capitalia dici putat, non publica, sed ea in quibus de capite ciuis R. ageretur, vt in causis liberalibus. Verùm quam rectè ipse viderit.*

Pyrrhiue proditorem] *Pyrrho namq; bellum contra Romanos in Italia gerente, eius medicus ad Fabricium consulem scripsit, offerens si præmium sibi ostenderetur à Romanis veneno se regem necaturum, cuius scelus Fabricius auersatus, cum in eandem sententiam collegam adduxisset, literas properè ad Pyrrhum misit, monens vt caueret insidias. Pyrrhus itaque perlecta consulis epistola, deprehensisq; insidijs, medicum affecit supplicio, Fabricio & populo Romano gratia referendæ causa gratis captiuos donauit, vt scribit Plutarchus in vita Pyrrhi. Huc verò pertinent Octauiani Augusti & Antigoni quoque apophthegmata, qui dicebant proditores quidem dum proderent amandos, post factum verò summos odio prosequendos esse. Significantes his, qui proditione profuerunt, nihil deberi gratia, licet officium quod præstant, pro tempore gratum sit.*

Proditio amatur, non proditores.

IN LIBRVM XXV. LIVII, QVI AB ALIIS DECADIS LIB. III. V. DICITVR, ANNOTATIONES.

TRiumuiri capitales] *Hi post quæstores parricidij creati de omnibus cognoscebant, quæ prius iudicare solebant quæstores parricidij. At post constitutas quæstiones perpetuas (quod L. Censorino & M. Manilio factum fuisse scribit Cicero) quum prætores qui de eis quærerent instituti sunt, tunc Triumuiri ad columnam Mæniam in foro tantum cognoscere ceperunt, de seruis & cæteris extremæ sortis hominibus, itemq; de eorum sceleribus, qui cum ciues Romani non essent, in vrbe habitabant, carceris q; custodes erant, eorũq; interuentu in eos animaduertebatur, qui extremo supplicio damnati essent, vt annotat Onuphrius in comment. lib. 1. Fastorum.*

Huic petenti ædilitatem] *Magistratuum enim gerendorum ordinem*

ordinem Romani obseruabant primò enim gerebatur quaestura, post aedilitas aedilitatem sequebatur praetura. Post praeturam gerebatur consulatus, postrema erat censura. Multos autem hac lege annaria solutos fuisse legimus, ex quibus primus fuit Africanus, qui cum tum nondum aedilitatem peteret, non sine maxima contentione Senatus & plebis Consul creatus est vt scribit Appianus in Libyco.

Rogator quis. Cistellaq; allata est] *Cum enim comitia haberentur, erat qui cistam deferebat colligendis per tribus suffragijs, isq; rogator dicebatur. Ex multis verò locis apertum est cistam deferre solitum eum ipsum, qui habebat tributa comitia, prout ostendit Gracchius lib. 2. de comitijs Rom. In cistas autem populus tabellas sui suffragij mittebat per pontes transiens. Cistellae verò in sortiendo mentio est in Casina Plauti, de quo vide Tornebum lib. aduers. 13. cap. 13.*

Latini ius suffragiorum Romae habuerunt. Latini suffragium ferrent] *Latini enim non tam iure ac legum necessitate, quam beneficio & benignitate Romanorum magistratuum ius suffragiorum Romae habuisse leguntur. Idq; non modo tributis comitijs, sed etiam centuriatis: Etsi enim Romae non censerentur Latini, sed in suis ciuitatibus, poterant tamen ita se adiungere ad centurias vnius cuiusdam tribus, cui sorte obtigisset, vt Latini in ea suffragium dicerent, vt cum prima classis centurijs hi suffragium ferrent qui erant primi census apud Latinos, cum centurijs secundae classis, qui erant apud eos secundi census, & ita deinceps. De quo Gruchius de comitijs populi Rom. lib. 2. cap 3. circa finem.*

In ordinem redigi. In ordinem coactos esse] *In ordinem redacti, inquit Priscianus lib. 18. dicuntur, qui contemptui sunt, inter viles numerati & abiectos, id quod & Liuius infra lib. 43. testari videtur. Tribuni plebis, inquiens, in ordinem redacti pro contemptissimis sunt habiti, Hos graeci Encyclios appellare videntur, vt annotat Caelius lib. 25. cap. 18.*

Vades qui. Vades daret] *Vades sponsores in re capitali dicuntur, autore Festo. idem confirmat Cicero lib. 3. de duobus Pythagoreis loquens. Vide Budaeum in prioribus annotat. ad Pandect.*

Multā certare. Omissa multae certatione] *His verbis apparet, moris fuisse, vt Tribuni plebis multam dicerent, vel vt alij loquuntur, infligerent, quae postea populi suffragijs in comitio vel irrogaretur, vel abrogaretur, vel etiam remitteretur. quo tempore multa certari dicebatur. Non enim tribuum damnare multae poterant. sed tantū rogare populum, apud quem cum reus non iure multatum se contenderet, lis illa multae certari dicebatur, Ita Budaeus.*

Exilium triplex. Videri eum in exilio esse] *Exilium triplex est (inquit Marcellus) aut certorum locorum interdictio, vt lata fuga aut vt omniū locorum interdicatur praeter certum locum, aut insula vinculum, id est relegatio in insulam, L. Exilium. ff. de interdict. & relegatis. Quibus verbis triplicem exilij speciem constituere videtur, vt eius vocabuli significatione, relegationis & deportationis poena includatur. De quo vide latius differentes, Franciscum Duarenū lib. 1. anniuersariarum disputat. cap 37. Iohannem Robertum Aurelium sententiarum lib. 4. cap. 11. Quia verò solo exilij nomine aquae & ignis interdictio rarius intelligitur, Ideo Liuius adijcit ipsi aqua & igni placere* Aquae & ignis interdictio. *interdici: Qua poena ius ciuitatis penitus ademptum fuit, quasi ea rum rerum vsu interdicto, sine quibus hominum vita constare non posset. Quia hae duae res humanam vitam maxime continent, de quo quàm plura eruditissimè congessit, L. 2. ff. De Poenis, in suis annotationibus ad pandectas. Notat quoq; ex hoc Liuij loco Blondus Roma triumphantis lib. 4. quod licet inter exilium, & aqua & ignis interdictionem omniū maximā animaduersionē plurimū interfuerit, aliquando tamē coniunctioni fuisse exiliū aqua & ignis interdictioni.*

Fora, Conciliabula. Foris, conciliabulisq;] *Liuius per fora, & conciliabula, omnia quae extra vrbem erant, maiora & minora oppida, castella. & loca intellexisse videtur, in quibus essent conuentus aliqui iuridici, prout annotat Tornebus lib. 1. aduers. cap. 11. Aliàs verò forum locus erat nundinationis, & negotiationis, vbi etiam ius dicebatur, vt forum Flaminij forum Iulij. forum Licinij. de eorum nominibus, qui ea constituenda curarunt. Conciliabula verò cum loca essent, in quibus ius diceretur, & in concilium conueniretur, tamē foris inferiora erant, interdum tamen in municipij ius ascendebant.*

Triumuiri. Triumuiri] *Triumuiri aedibus sacris incendio consumptis reficiendis & sacris conquirendis instituti, Hi an extraordinarij sacerdotes vel prophani fuerint Onuphrius dubitat.*

Aedituī. Corruptis aedituis duobus] *De huius nominis Etymologia Gellius lib. 2. cap. 6. Quidam aedituum dictum arbitrantur, quod aedes sacras tueatur & curet.*

Concubia nox. Concubia nocte mouit] *Concubiam noctem hic vocat Liuius cum contenebrauit. secus atq; Varro in lib. 6 De lingua Latina. qui concubiam vocat noctem intempestam, cum tempus agendi nullum est. Victorius lib. 8. variarum lectionum, cap. 3.*

Ex carminibus Martianis] *Haec carmina Martij Alciatus lib. 5. Parergōn cap. 18. ita in pedes digerenda putat:*

Amnem Troiugena Cannam Romane fuge,
Ne re alienigenae in Campo cogant Diomedis.
Conseruisse manus pugnando: Sed neque credes,
Tu mihi tunc, donec compleris sanguine campum
Multaq; millia caesa tuorum deferat amnis.
In pontum magnum terrai frugiferas,
Piscibus, atq; auibusq;, ferisq;, colentibus terras,
Vt fuat esca caro tua, nam mi ita Iupiter orsus.

Hoc modo Syracusae captae] *De expugnatione Syracusae praeter Liuium Florus lib. 2. cap 6. Silius Italicus lib. 14. Val. Max. lib. 8. cap. 7. lib. 1. cap 6. & lib. 5. cap. 1. Sabell. lib. 4. Ennead. 5. Facta est autem secundum plerosq;, anno ab vrbe condita 543.*

Sed in rebus asperis] *Haec sententia ab Herodoto mutuata esse videtur, qui in πολυμνία inquit, μεγάλα γὰρ πρήγματα μεγάλοισι κινδύνοισι ἐθέλει καταιρέεσθαι.*

IN LIBRVM XXVI. QVI ALIIS SEXTVS DECADIS TERTIAE DICITVR, ANNOTATIONES.



Anquirere. Capite anquirendum] *Anquirere prisco verbo Liuius dicit. quod Cicero quaerere, Vnde saepè apud eum pecunia anquisitum legimus, id est, conclusum pro multa vel emenda, & anquirere capite pro criminaliter contra aliquem procedere. Hoc idem Cicero vocat aestimare litem capitis, hoc est actione rei persecutoria non vti. sed criminaliter intendere, & vt vulgo loquimur, conclusiones capitales concipere. Sic &* Perduellionis iudicare. *Perduellionis iudicare antiquo more dictum est, ex imitatione Graecorum, qui κρίνειν dicunt pro diem dicere, & vadimonio capitali obstringere. Budaeus in annotat. ad Pan. Caeterum. Anquiro & anquisitionis, vocabula esse Romana & honesta tradit etiam Petrus Crinitus lib. 1. De honesta disciplina, cap. 14.*

Hastae velitares. Hastis velitaribus inest] *Hastae velitares erant iaculatoria, id est quibus eminus iaculabantur, proinde alijs leuiores, de his Ouidius ita scribit:*

Vtq; petit primo plenum flauentis arenae,
Nondum calfacti velitis hasta solum.

Hastam velitarem Polybius videtur γρόσφον appellare, de quo plura Tornebus lib. 14 aduersar. cap. 11.

Qualis in defectu lunae silenti nocte] *Aes in sacris & excantationibus magnam habuisse vim & autoritatem, ex Scoliaste Theocriti in pharmaceutria, proptereaq; in luna deliquijs adhiberi solitum tradit Caelius lib. lect. antiq. 19. cap. 10. & rursus lib. 29. cap. 6. Hinc Ouidius lib. Metamorph. 4. videtur cecinisse,*

Cum frustra resonant aera auxiliaria Lunae. & lib. 7.
Te quoq; Luna traho, quamuis temerata labores
Aera tuos minuant.

Media P. Valerij] *Mediam sententiam sequendam supra ostendimus, vide autem de eo Ferrandum Aduuensem lib. 2. explicationum in ius ciuile ad §. Cum ex aliena.*

In religionem ea res] *Id est, Poeni interpretati sunt, id dijs non placere. vt pro vrbe Roma capienda confligeretur, vel vt vrbs Roma armis oppugnaretur, Budaeus in prioribus annotat. ad Pan.*

Lege agere. Lictorem lege agere iuberet] *Id est vt ex officio suo ageret, & sententiam in damnatos exequeretur. τῷ νόμῳ χρῆσθαι ἐκέλευσε. Valerius lib. 3. aliter accepit Deligatus ad palum hostibus literas a patribus conscriptis nequicquam Capuanis salutares accepit. In sinistra enim manu, sicuti erant tradita reposuit, ac iusso lictore lege agere. tum demum aperuit. Lege agere pro vinctos virgis cedere, et deinde securi ferire posuit exequendo scilicet sententiam, quam eis tulerat Budaeus in prioribus annotat.*

Inire suffragium] *Budaeus in prioribus annotationibus in pandectas legit confusum suffragium, per id intelligens, sum turbae quasi turmatim suffragantur.*

Professus quid. Professus se petere] *Profiteri est in concione publicè data nomine voluntatem suam de aliquo magistratu populi suffragio obtinendo declarare. vt Budaeus interpretatur. At Gracchius lib. 1. De comitijs Romanis ostendit professionem nihil aliud fuisse quàm publicā ac* Imperium quid. *solennē voluntatis sua declarationē, de magistratu. si populus ita vellet, obtinendo, etiā citra nominis dationē; Caeterū quod dicit omnes homi-*

homines iussisse Scipioni imperium in Hispania esse, sciendum est duo Imperij verba apud Liuium aliosq; contineri, potestatem videlicet exercitum habendi, & belli gerendi, quod Plutarchus in Cicerone, vbi de hac re loquitur, dixit: στρατεύματα τρέφειν, καὶ μεταλαμβάνειν ὅπλων ἀλόντων.

A Deo actionū exordiū sumendum.

Ingressusq; ædem] *Iouis scilicet, vt iuxta diuini Platonis sententiam omnium negociorum exordium à Deo sumendum esse doceret. Quod enim in triremi gubernator, in curru rector, præcantator in choro, dux in vrbe, Imperator in exercitu, hoc est, vt Apuleius ait, in mundo Deus, cuius fauor nisi conatibus nostris aspiret, manca est omnis humana industria. Vide notata in hanc sententiam in proœmio libri primi suprà.*

Anguis Iouis genius.

Anguis immanis] *Quem superstitiosa antiquitas genium Iouis fuisse putauit. Hanc historiam ex Oppio & Iulio Higino copiosissime leges apud Gellium lib. 7. cap. 1. Val. Max. lib. 1. cap. 3. Plutarchum in eius vita, &c.*

Marcello triumphus denegatus.

Id non impetrauit] *Marcellum enim aduersarij incusabant, primum quòd non tantùm homines, verùm etiam Deos, perinde ac captiuos in triumphum duxisset. Deinde quòd Romanos pulcherrima & mirabilia Græcorum opera, quæ antea incognita fuerunt, venerari atq; suspicere docuisset. Sed & alia causa subfuit, nimirum quod ad res gerendas sine magistratu missus fuisset. qui enim ea conditione erant, etsi res triumpho dignissimas gessissent, triumphare lege vetabantur. Itaq; nec P. Scipioni ob recuperatas Hispanias triumphum senatus decreuit. Pompeius tamen Magnus Sylla dictatore concedente, contra legem eques adhuc Romanus triumphauit, Manutius de legibus Romanis.*

Triūphantes in monte Albano.

In monte Albano] *Aduersante senatu Romano populum sæpè triumphos decreuisse legimus, cùm res bello gesta dignæ viderentur. Item plures cùm Roma honos negaretur, de sua sententia, sed in Albano tantùm monte triumphos egisse, Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 6.*

Ouile in comitijs.

Secretò in ouili] *Locus in quo centuria prærogatiua erat, nominatim appellatur ouile, in quem locum Centuria seniorum ingredi non licuisset, nisi potestate facta à consule. Ouile verò dicebatur propter similitudinem, quod vndiq; cancellis clausum esset, in quo loco cùm essent, suffragium dicebant, ita, vt interim non liceret alijs in eo loco esse. Huius etiam loci meminit Dionysius lib. 10. vbi de comitijs L. Quintij loquitur, & Lucanus cùm ita scribit: Et mistra maculauit ouilia Romæ. Grucchius lib. 1. de comitijs Rom.*

Obsecratio.

Obsecratio in vnum] *Obsecrationem appellat precationem, quam pontifex ipse præibat populo subsequente verba præeuntis, vt docet Turneb. lib. 22. cap. 31.*

Quinquatrus.

Quinquatrus fuit] *Quinquatrus & quinquatria, vtrumque enim dicitur, feriæ erant in honorem Mineruæ institutæ, sic dicta, quod quinq; diebus fierent, vt Ouidio etiam placet, dum scribit:*

Vna dies media est, & fiunt sacra Mineruæ
Nomina quæ à iunctis quinq; diebus habent.
Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro
Causa quod est illa nata Minerua die.

Iniussu populi Romani de ciue Romano nihil agere licuit.

Per senatum agi] *Etsi enim ordinis senatorij potestas maxima esset, nihil tamen de ciuibus Romanis iniussu populi Romani decernere vel statuere poterat. Prout Budæus in prioribus annotationibus & Matoragius cap. 11. de senatu Romano annotarunt.*

Si quid iniungere inferiori velis] *Huc haud dubiè respexit Claudianus, cum ad Honorium inter cætera scripsit:*

In commune iubes si quid, censésue tenendum
Primus iussa subi, tunc obseruantior æqui
Fit populus, nec ferre vetat, cùm viderit ipsum
Autorem parere sibi, componitur orbis
Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis.

Respublica incolumis] *Thucydidis hæc sententia est, apud quem Pericles libro 2. in oratione dicit: ἐγὼ γὰρ ἡγοῦμαι πόλιν πλείω ξύμπασαν ὀρθουμένην ὠφελεῖν τοὺς ἰδιώτας, ἢ καθ᾽ ἕκαστον τῶν πολιτῶν εὐπραγοῦσαν, ἀθρόαν δὲ σφαλλομένην, cum alijs quæ ibi sequuntur. Et alibi existimat æquè bonum ciuem esse, & illum qui partem aliquam corporis, & qui possessionis aliquid pro ciuitate amittere non dubitat. Et apud Stobæum sermone 41. (ni fallor) Polydicus inquit: πόλις οὖν ἀγομένα, μεγίστα ὄρθωσίς ἐστι, καὶ ἐν τούτῳ πάντα ἐντί, καὶ τούτου σωζομένου πάντα σώζεται, καὶ τούτου φθειρομένου, τὰ πάντα διαφθείρεται. Id est, Ciuitas prosperè agens felicitas est maxima. In hac insunt omnia: hac salua cuncta seruantur, hac pereunte nihil non possum it.*

Ferrea iniecta manu] *De manibus ferreis coruisq; nihil dicere necesse est, vide Baysium de re nauali de hisce.* Ferrea manus.

Carthaginem nouam] *De hac copiosè Strabo lib. 3. Plinius lib. 3 capite 3. Pomponius Mela lib. 2. cap. 6. Volaterranus libro 6. capite 5.* Carthago noua.

Tres recuperatores] *Recuperatores, vt ait Festus, primùm dicti sunt, qui inter populum Romanum & ciuitates peregrinas de rebus priuatis reddendis recipiendisq; cognoscebant, ea enim recuperatio dicebatur. Postea verò etiam iudices à prætore post iudicium constitutum dati, ita appellari cœpti sunt, vt libro 43. vbi eorum quoque mentio fit, annotauimus. Meminit eorum quoq; Gellius lib. 20. cap. 1.* Recuperatores.

Scipio percunctatus patriam] *Alij ad se adduci noluisse scribunt: ne visa virgine animum ad libidinem pelliceretur. In oculis enim non exiguam natura posuit motuum declarationem. Quamobrem ab eorum motionibus omnis est abijcienda leuitas, & impudentia. & cùm nulla pars corporis vacare debeat continentia, oculos maximè oportet habere homines continentes: quos Seneca de remedijs fortuitorum vitiorum omnium irritamenta & scelerum duces vocat.* Scipionis continentia.

Si frui liceret ludo ætatis] *Plutarchus in Apophtheg. ait Scipionem dixisse, libenter se accipere puellam si homo priuatus, nō Imperator esset. Quo dicto docuit, se iuuenem forma puellæ corrumpi nō potuisse, quò minus meminisset, quid Imperatorem deceret, qui in omni vita virtutis & honestatis debet suis exhibere exemplum. Vide Val. Max. lib. 4. cap 3. Eutropium lib. 3. cap. vlt. Gellium lib. 6. cap. 8. Sabellicum lib. 1. cap. 4. Et hinc. exempl.*

Cui Allucio nomen erat] *Plutarchus in vita Africani hunc sponsum Luceium vocat.*

Præpilatisq; missilibus] *Præpilatas innuit, ni fallor, hastas dici, quæ ferreas habent cuspides, quasi præferratas. quanquam & præpilatum sic quoq; quod ferro vtiq; caret, sed in mucronem tamen est exacutum, vt locustarum cornua, prout Cœlius annotat lib. 21. cap. 16. Atq; in hac quidem significatione præpilata missilia accipienda esse videntur.* Præpilatā missilia.

IN LIBRVM XXVII. QVI ALIIS SEPTIMVS DECADIS TERTIÆ DICITVR, ANNOTATIONES.

Galeria tribus nomen.

GALERIA iuniorum] *Galeria hic nomen tribus est, ex qua erat ea iuniorum centuria, quæ fuit prærogatiua, vt annotat Grucchius lib. de comitijs Roma. & lib. 2. Meminit eius & Plinius libro 7. cap. 49. Vide ea quæ suprà de Galeria tribu annotata sunt de tribubus Romanis.*

Maximus Curio.

Maximi Curionis] *Curiones erant, qui curijs præsidebant à Romulo instituti curiarumq; suffragijs creati, de quibus lib. 2. in Numa Dionysius. His qui præsidebat Curio Maximus dictus, cuius autoritate (vt inquit Festus) cæteri curiones regebantur. Hic curiatis comitijs semper creatus est.*

Aurum vicesimarium.

Aurum vicesimarium] *Id optimum fuisse ex hoc Liuij loco apparet. Hodie autem aurifices aurum Vasclarium & Vsuale ferè vicenarium dicunt, vt Budæus annotauit lib. 3. de asse. Vasa enim rarò ex auro puro & mollissimo fiunt, ideo quòd illud aurum vsitatum non fert, atq; attrectationem sine magno intertrimento.*

Sanctiore ærario] *Sanctius ærarium in intima parte ærarij erat. Erat autem ærarium in arce munitissima Capitolij, in æde Saturni constitutum. Vbi non tantùm pecunia publica, sed etiam leges & senatusconsulta, & acta omnia diligentissimè seruabantur. Aedē enim Saturni potissimum ad hæc officia delegerant, quoniam Saturni tempore nullam in hominibus, neq; auaritiam, neq; improbitatem fuisse memoriæ proditum est, vt Matoragius cap. 11. de senatu Romano tradit. Cæterùm diligentius veterum annalium verba considranti, tria æraria fuisse patebit. Vnum in quo ciuium tributa, ac sociorum vectigalia & prædæ imperatorum asseruabatur, quo sumptus bellorum ordinarij sustinebantur. Alterū sanctius, de quo hic Liuius. Id quod à Pompeio apertum tradit Cicero lib. 7. Epistolarum ad Atticum: Tertium fuit, in quo pecunia Gallici belli causa seruabatur, quam Gallico bello collatam refert Appianus, lib. 2. cum exsecrationibus tam motum non iri, nisi bellum Gallicum impenderet, ex hoc, pecuniam Cæsarem abstulisse, idem Appianus testatur, quod dicit* Aerariū sanctius. Aeraria tria.

ret. nihil esse quod amplius de Gallis metueretur, quos ipse funditus sustulisset. Dion vero & Plutarchus ærarium in vniuersum ab eo expilatum scribunt. Sigonius de antiquo iure ciuium Romanorum, lib. 1. cap. 16.

Ludi Apollinares.

Ludos Apollinis sicuti his annis voti] Ex vaticinio Martij vatis, carminesq; Sibyllinis, cum repentino hostis aduentu, plebs ad arma concitata, hosti occurreret, & nubes sagittarum in aduersos visa ferretur, hostes fugaret. Vnde Macrob. existimat victoriæ, nõ pestilentiæ causa ludos institutos. Hi vero primum incerto tempore celebrati fuerunt, pòst à Licinio Varro prætore lege lata, IIII. Nonas Quintilis celebrati, boue aurato, capris duabus albis auratis Seruius in VI. Aeneidos: Festis hos ludos laureatum populum spectasse scribit, stipe data pro cuiusq; copia.

Crepido.

Altera Crepido] Crepido propriè est prærupti saxi altitudo & moles. Virg.

Fortè ratis celsi coniuncta crepidine saxi,
Expositis stabat scalis.

Supercilium.

Infimo stantem supercilio] Supercilium hic vocatur elatior pars collis, quod eminet. Sic Virg. 1. Georg.

Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam. Victorius lib. 22. cap. 14. var lect.

Serum post malè rem] Prouerbiale hoc est: de cuius origine Erasmus in prouerb. Post bellum auxilium. Simile huic est: Machinas post bellum adferre.

Negabant iure] Nam pro dignitate magistratuum inter cætera cilla lex fuit, ne is, cuius pater in potestate filium esset, magistratum caperet. Videlicet hoc iudicarunt sapientissimi viri, hominem non liberi filium Rempub. administrare minus indecorum esse, vt annotat Manutius de legibus Rom. Atq; hinc quæstio illa de prætura Barbatij Philippi apud Iurisconsultos nata: de qua præter Vlpianum Turneb. lib 7 aduers. cap. 7.

Litare quid.

Hostiæ maiores sine litatione cæsæ] Litare sacrificiorum verbum est, desumptum a Græco λιτανεύειν. Est verò litare rite sacrificare & impetrare. Nihil enim sacris mancum, nihil monstrosum continuisbat, nam si viscera pallere, scirrhiq; maculis suffusa apparuissent, si iecur tabidum, si pulmonum fibra defuissent, non litandum veteres gentium sacerdotes existimarunt. Hinc Martialis:

Non quacunq; cadit hostia cæsa, litat.

Marcelli consulis mors.

Transfixum lancea] Lancea quam Græci λόγχην vocant. De huius morte lege Orosium lib. 4. cap. 18. Eutrop lib. 3. cap. 2. & Plutarchum in eius vita. Qua autem fraude Hannibal clarissimum ducem vicerit, præter Liuium exponit Plutarchus in Marcello. Frontinus lib 2. cap. 2. Stratagem. Val. Max. lib. 1. cap 6. meminit Plinius lib 11. cap 37.

Marcelli consulis sepultura.

Corpus sepelit] Hannibal vbi Marcellum cecidisse sensit, corpus splendidè & magnificè ornatum cremauit: deinde reliquijs argenteam in vrna conditis, coronam imponens auream filio misit, quæ dum ferrentur, interuenere Numidæ, portantesq; adorti sunt: & hinc inde conuulsiuantes sparserunt. De qua re plura apud Plutarchum & Valerium lib. 5. cap. 1. Vnde & autor de viris illustribus in eius vita: Insidijs Hannibalis deceptus occubuit, & magnifice sepultus, ossa Romam remissa, à prædonibus intercepta, perierunt.

Latinè omnes loquentes excitant vigiles] Hic locus satis ostendit populum Romanum semper Latinè locutum fuisse, & vnicam eius linguam, qua patricij, equites, plebeij, rustici, milites, & alij omnes loquerentur. De qua re vide disceptationem Francisci Floridi Sabini lib. 2. succis. lect. cap. 1.

Nemea.

Solenni Nemeorum] Sunt autem ludi Nemei à Nemea syluam Achemori honorem instituti, tametsi à Molorcho, qui Herculem susceperit, cuius filius à Leone interemptus fuerat, eo necato primùm instituto dicant, in quibus maiorum imagines, sicut in funebri pompa, longo ordine repræsentare, atq; equorum cursu, simul disco, cestu & palæstra dimicare, victoresq; apio coronare solebant. Lege Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 8. Blondum lib. 2. Cælium Rhodiginum lib. 13. cap. 17.

Olympia ludicrum.

Olympiæ ludicrum] Quatuor in Græcia certamina fuerũt, quos Agonas appellant, Nemeaa, Pythia, Isthmia, Olympia, quæ & qualia fuerint, tradit Lactantius Placidus in princip. 6. Thebaidos apud Statium: De Olympicorum autem institutione & successu doctè Cælius Rhodiginus cap. 38 lib. 7. antiq. lect.

Simultates inter Reip. administratores, alienas esse debere.

Positis simultatibus] Simultatem inter Reip. administratores alienam esse debere, hoc exemplo docemur. Quemadmodum enim concordia paruæ res crescunt, ita quoq; (vt verissime Salustius dixit) discordia maximæ dilabuntur, & tum maximè, si ipsi inter se principes parum consentiant. Vnde Aristides cognomento Iustus, qui fœlicissimè semper Remp. administrauit, è concione quadam (in qua frustra Themistocli obstiterat) descendens, clara voce testatus est, res Atheniensium incolumes esse non posse, nisi & ipsum & Themistoclem in barathrum conijcerent. Satius esse multo existimans vtrumque in carcerem, quam ob duorum simultatem minus rectè consuli publicis commodis. Plutarchus in vita Aristidis.

Marica dea.

Lucum Maricæ] Marica dea Minturnensium Augustinus lib. 2. de ciuitate Dei, cap. 23. Meminit eius Plutarchus in Mario. Seruius in 7. Aeneidos: Maricam dicit deam littoris Minturnensium iuxta Lirim fluuium. Sunt alij, qui per Maricam Venerem intelligãt, cuius sacellum fuit iuxta Maricam, in quo erat scriptum ἀφροδίτη.

Armilustrium.

In Armilustrio] Armilustrium, vt Festus ait, festum erat, in quo res diuinas armati faciebant, ac dum sacrificabant, tubis canebant. Hunc verò lustrandi morem Seruium regem primò instituisse ferunt, & armilustrium nuncupasse. In hoc illud maximè obseruare consueuisse accepimus, vt ij qui hostias ducerent bonis & faustis nominibus appellati, eligerentur. Ex hac enim re certa omnia prosperè vel sinistrè euentura veteres captabant. Alij hanc exercitus lustrationem ita peragebãt, suem, ouem, taurum, qui puri essent, ter circum acies instructas præcedente pompa ducebant, Martiq; Deo immolabant.

Aruspices ex Hetruria acciti] Aruspices ex Hetruria cur acciri soliti, suprà annotatum est, vbi vide.

Coloni quidam militiæ vacationem habuerunt.

Colonos maritimos] Velbis Liuij locus testimonio est, colonias aliquos militiæ vacationem habuisse. Sic & bello Antiochino, cùm eadem maritimæ coloniæ, Liuio teste, in classem cogerentur, Tribunos plebis appellarunt, à quibus ad Senatum reiecti, Senatus decreuit, Vacationem rei naualis non esse. De qua re Sigonius lib. 2. cap. 3. de antiquo iure Italiæ.

Sena.

Senam oppidum] Inclytam Thusciæ ciuitatem, quam Brennum Gallorum ducem, pro senibus, valetudinarijsq; & armentis extruxisse, anno ante Christum natum 362. quidam ferunt: Polybius autem Senones pulsos à Romanis aliam coloniam eius nominis Senã, quam apud Adriaticum reliquerunt, condidisse prodidit, vide Plinium lib. 3. cap. 5. Volaterranum lib. 5 cap. 2. Geographiæ.

Metaurum flumen] Scilicet Vmbriæ, de quo Strabo lib. 6. Plinius lib. 13. cap. 3. & lib. 3. cap. 5. Pomponius Mela lib. 2. cap. 4. Volater. lib. 6. cap. 7.

Scalprum.

Fabrile scalprum] Scalpro, malleo, & veru. Romanos olim in Elephantis perimendis vsos fuisse, annotat Robortellus lib. 2. Emendat. cap. 53. Scalprum autem instrumentum notius est, quàm vt indicari debeat.

Quinquaginta sex millia] Orosius numerum amplificans, sexaginta tria millia occisa, capta quinq; millia quadringenti recensentur.

Caput Hasdrubalis] Vide hac de re quoq; Frontinum lib. 2. cap. 9. Silium Italicum lib. 15. qui hanc historiam graphicè depingit.

IN LIBRVM XXVIII. QVI OCTAVVS TERTIÆ DECADOS AB ALIIS DICITVR, ANNOTAT.

Lupi quid.

LVPI supernè iniecti] Lupos ferrulas manubriatas agrestium vsibus accommodas interpretatur Cælius lib. 21. cap. 24. lect. antiq. Turnebus lib. 11. cap. 28. aduers. Lupus (inquit) ferreum est instrumentum, vncum simile dentium luporum. Et ita potius hic intelligendum, quam iuxta Cælij interpretationem crediderim. licet & Turnebus loco prællegato lupi nominatione ferrulam manubriatam apud Palladium intelligi posse confiteatur.

Dolabra.

Dolabrisq; cædebantur] Dolabra rusticum instrumentum, quo in ablaqueationibus vtuntur rustici, atq; item glebis dissipandis inter arandum. Sed & dolabris subruta Saguntinorum mœnia scribit T. Liuius, vide Cælium lib. 19. cap. 2 ant. lect.

Pelta.

Pelta cetræ haud dissimilis] Pelta Amazonum propriè fuit, quam Xenophon scribit hederæ folio fuisse consimilem, Verg.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Præmisso

Edicti praemittero.

Praemisso edicto] *Consuetum erat vt fusis hostium copijs, rediens in vrbem imperator, edictum praemitteret, vt Senatus conueniret. Siquidem imperator qui ex bello rediret, nemini eorum, qui in vrbe adessent, imperio & potestate cederet. Nam minoribus a magistratu vrbano Senatus dabatur. Id verò fiebat vel ad aedē Bellonae, vel Apollinis, quā extra portā Carmentalem fuisse Pedianus refert in orationis in toga candida cōmentario. Nam eorū audiendorū causa Senatū extra vrbē haberi ideo custoditum est, quod vt Appianus lib. 11. & Plutarchus in Caesare scribunt, lege cautum esset ne quis vrbe ingressus iterum triumphans curret. Zamoscius lib. 2. de Senatu Rom.*

Il. Portam Carmentalem.

Claudij Neronis moderatio.

C. Claudius equo] *Elegantissimum animi moderationis in Nerone exemplum, vt qui licet Liuij Salinatoris in Hasdrubale opprimendo particeps gloriae fuerit, tamen triumphantem equo sequi, quam triumpho (quem Senatus ei aequè decreuerat) vti maluerit. Vide Val. Max. lib. 4. cap. 1. Vide de ouatione Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 17.*

Principia quae.

Iura reddere in principijs] *Aciei ad pugnam instruendae hic ferè ordo erat. In prima acie leuis armatura, id est, velites siue rorarij, siue ferentarij, item funditores & sagittarij, hi leuibus certaminibus pugnam inchoabant. In secunda acie principia siue principes locabantur, sic dicti quod à principio gladijs pugnabant, vt ait Varro. In tertia acie subsidia statuebantur, qui milites subsidia dicebantur, quia subsidium ferebant principijs fessis & fatigatis. Sed hic ordo pro loco & tempore mutabatur, vel ex toto vel ex parte.*

Subsidia.

Poena suos autores tenere debet.

Vnde orta culpa esset, consisteret poena] *Sic imperatores Arcadius & Honorius benignissimè Eutychiano praefecto praetorio rescripserunt peccata suos teneant autores, nec vlterius progrediatur metus quam reperiatur delictum, singulis hoc indultum iri, mari praecipientes. L. Sancimus C. De poenis. Et inde sumpti sunt versiculi vsitati.*

Autores proprios sua crimina iure tenebunt,
Nullus plectatur nisi qui peccare habetur:

Glossae quae sunt: De his quae fiunt à maiore parte capit.

Vulgus Euripus.

Sicut natura maris] *Sic Cicero pro Plancio quod fretum, quem Euripum, tot motus, tantas, tam varias habere creditis agitationes, tam mutationes fluctuum, quantas perturbationes & quantos aestus habet ratio comitiorum. Vide Erasmum in prouerbio: Euripus homo. Vide etiam de Euripo notata infra lib. 45.*

Scelus nullam rationem habet.

Scelus nullam rationem habet] *Sic Quintilianus lib. 5. De coniectura loquens, praeterea inquit, cur potissimum illo loco illo modo aggressus sit. Qui & ipse diligentissimè tractatur pro eodem loco, an etiamsi nulla ratione ductus est, impetu raptus sit, & absque sententia. Nam vulgo dicitur, Scelera non habere consilium.*

Lautia.

Locus inde lautiaque] *Quae legatis hospitij gratia dabantur, Lautia dicebantur, autore Festo. Sic infra lib. 42. Quaesitum est quid non ita adissent magistratum, vt ex instituto, loca, lautia acciperent.*

Rem actam agere.

Rem actam hodierno die agi] *A iudiciorum consuetudine sumptum, quia fas non erat, iterum agere causam de qua iam pronunciatum esset. Plautus, actam rem agis, id est, incassum laboras.*

Ludus, iocusque.

Ludus & iocus Hispaniae tuae] *Ludum iocumque intellexit rem abiectam ac parui precij quam meritò contemnis ludibrioque habere possit, Phrasis latinis autoribus vsitata, sicuti graecis παίγνιον καὶ γέλωτα. De quo loquendi modo Petrum Victorium lib. 6. Var. lect. cap. 19.*

Maiestas imperij.

Fortunam publicam & maiestatem imperij] *Maiestas imperij variis modis minuitur, vt Zasius in Catalogo de lege Iulia maiestatis eruditè explicat. Inter caeteros verò, & hoc modo minuebatur, si quis imperio atque potestate praeditus, exercitum extra suam prouinciam iniussu populi eduxisset, autore Cicerone in Pisonem. Maiestatem autem Victorinus Ciceronis interpres, amplitudinem et magnificentiam esse ait, in qua vis totius ciuitatis consistit.*

Rutrum. Alueoli. Molae.

Rutra, Falces] *Rutra rutrum & rutellum, à ruendo nomen habent, Nonius à radendo putat, vide Turnebum lib. 8. aduers. cap. 6. Caelius verò Rhodiginus lib. 7. cap. 30. Rutra (inquit) alueoli, molae bellica sunt classium instrumenta Liuio.*

IN LIBRVM XXIX. QVI AB ALIIS DECADIS III. LIBER IX. DICITVR, ANNOTATIONES.

Vicarij qui.

Vicarium tibi expediā] *Id est, qui pro te seruiat. Sic Vlpianus ff. de peculio, vicarios seruos eos intelligit, qui ordinarijs seruiunt. Si seruum (inquit) ordinarium vicarios habeat, id quod vicarij mihi debent, an deducam? Lactantius Grammaticus explicans illud Papinij succiduasque apportat matribus agnas. Succiduas inquit pro vicarias, vt annotat Caelius lib. 25. cap. 23. Vicarij etiam interdum sunt qui in vicem aliorum, exitio pestique deuouentur, vt in eorum caput expietur ea mala, quae alijs erant euentura, vt in carmine diximus. De quo Turnebus lib. 18. aduers. cap. 4.*

Hexeris.

Locros hexeri aduectus] *Hexerim intelligit sex ordinum nauem, estque eius crebra mentio apud hunc eundem, vt infra lib. 37. Vide Bayfium de re nauali.*

Vir optimus.

Virum optimum] *Plato lib. De leg. 2. Eum virum bonum appellandum existimat, qui omnia quaecunque bona dicuntur, possideat atque disponat. Quem copiosius describit Cicero lib. 3. offic. Platina in Dialogo de vera hominis nobilitate: Caeterum de hac historia Plutarchus in vita Scipionis africani: Solinus cap. 7. Plinius lib. 7. cap. 34. Val. Max. lib. 8. cap. 16. Florus lib. 29. Epitom. Blondus lib. 1. Romae triumph. Sabell. lib. 5. Enuead. 5. Rapsod. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 10. Ouid. lib. 5. Fast. Silius Italicus lib. 7.*

Scipio Nasica Corculum dictus.

Nondum quaestorium] *Fuit vera Eloquentia primus, iuris scientia consultissimus, ingenio sapientissimus. Eum Corculum ob morum excellentiam dictum, Cicero testatur in Bruto, & in Tusculanis quaestionibus hic, item Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 9.*

Megalesia.

Megalesia appellata] *Hi ludi magnae matri nonis Aprilibus agebantur, Ouid. Varro ait, quod ipsa accersita ex libris Sibyllinis ab Attalo rege Pergami prope murum Megalesion, in templum eius deae, vnde Romam aduecta: De his praeter alios Caelius lib. 8. cap. 7.*

Argi.

Argos] *Florentissimam Achaiae ciuitatem, non longè ab Athenis sitam, quam olim Hippium cognominarunt, quod nobilibus equis abundaret, Vide de hac vrbe Strabonem lib. 8. Plinium lib. 3. cap. 11. Melam lib. 1. cap. 4. & Stephanum de vrbibus, qui decem huius nominis ciuitates describit, quas ex eo recitat Volaterranus lib. 8. cap. 8. Geographiae.*

Pyrrhi obitus.

Occubuit] *Ictu tegulae prostratus ab anicula Argiui cuiusdam matre, vt à periculo liberaret filium, qui cum congrediebatur Pyrrhum, de huius morte vide Orosium, Eutropium, Plutarchum, Iustinum lib. 25. in fine. Strabonem lib. 8.*

Causam dicere ex vinculis.

Ex vinculis causam dicere] *Id est, interim dum quaestio criminis peragitur in carcere esse. Causam enim dicere interdum est reū esse, & criminis aliorum in publicis postulatum, Budaeus in post. annot.*

Piaculare sacrum.

Piaculare sacrum] *Id est, quo tantum scelus Pleminij expietur, hinc & Piacularis Romae porta appellata fuit, propter piacula quae ibi fiebant, vel vt Cloacius ait, quod ibi piaculum soluerentur prandè vel propitiandi causa. Lege Festum, à quo & illud proditum est. Piatrix dicebatur sacerdos, quae expiare erat solita, quam alij vocabant simulatricem, alij sagam, alij expiatricem. Caeterum, vt & illud obiter adijciamus, Piacularia auspicia Romani appellarunt, quae sacrificantibus tristia portenderent, vt si hostia ab ara profugisset, aut percussa, mugitum dedisset aut in aliam partem corporis, quam oporteat, decidisset. Turneb. lib. 6. aduers. cap. 21.*

Piacularis porta.

Piatrix.

Piacularia auspicia.

Pallium.

Pallio crepidisque] *Pallium siquidem Graecorum fuit, vnde minimè Romano imperatori conueniens sic & Cicero pro Rabirio, Consularis homo soccos habuit & pallium. Ad huius autem loci intellectum faciunt ea quae extant apud Gellium lib. 13. cap. 20. vbi Castricius Rhetor de vestitu mutato grauissimè suos discipulos increpat.*

Libelli etiam] *Non libellos supplices intelligit, de quibus Martialis in illo hendecasyllabo. Idem supplicibus vacat libellis vel epistolam: aliudue, quid, quod sub significatione huius vocis polysima continetur: sed minutorum librorum qui venderentur inspectionem: qui Graecis γραμματεῖα καὶ βιβλία dicuntur: A quibus Statius in Syluis Libellionem vocauit minutorum libellorum venditorem, qui & librariolus dici potest. Tales autem non in taberna, aut pila sed in capsa totam suorum libellorum supellectilem circumgestasse annotat Turnebus lib. aduersar. 20 cap. 32. Apud Siculos verò huiusmodi genus hominū contemptum fuisse inducto est Hermodorus, nescio quis, qui ab ipsis irrisus est, quod Platonis libros solitus esset eis venditare, quasi pro mercibus verba importaret.*

Prætoria nauis. In prætoria naue] *Prætoriam nauem Græci ναυαρχίδα. Galli vulgò Capitaneam. Diodorus aliquando στρατηγίδα vocat, annotante Baysio in lib. de re nauali.*

Ambitiosa quæstio. Quæstiones minimè ambitiosè habuit] *Id est, ita vt gratiam ex ijs aucuparetur. Ambitio enim pro aucupatione gratiæ & vitiosa emerendæ famæ cupiditate ponitur, vt docet Budæus in prioribus annotat. ad Pandectas.*

Sarta tecta exigere. Sarta tecta acriter] *Sarta tecta exigendi cura ad censores spectabat, interdum etiam ad ædiles, rarò ad prætores, nos nisi cùm senatus decreuerat, vt apparet ex prætura vrbana Ciceronis. Sarta verò tecta eo modo locare, exigiq; solebant, vt redemptores suo lapide, sua calce ac sua materia ædes sartas tectas præberent, certo precio in singulos annos addicto. quod fieri solebat Romæ ministro lustrantibus. Budæus in annotat. priorib. in Pandectas.*

Salinarium vectigal. Vectigal nouum ex salaria annona] *Salinarium vectigal explosis regibus sublatum fuerat, quod primum instituerat Ancus Martius Romanorum regum quartus, cuius rei meminit Plinius lib. 31. cap. 7. Cùm itaq; Liuius in censura sua hæc vectigalia restituisset, & quasi ex Salaria annona nouum vectigal statuisset, Salinator cognominatus est. Vide præter Liuium Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 9. Volaterranum lib. 16. vrban. com.*

Equites equum vendere iussi. Equum vendere iussit] *Equites vbi magistratum cepissent, equites esse aut vocari desijsse Cicero in Cluentiana ostendit. hos verò retinuisse equum propter robur ætatis docet Valerius, cùm de ijsdem scribit. Cùm equitum Centurias recognoscerent, & ipsi propter robur ætatis etiamnum eorum numero essent, alter alterum equum vendere iussit. Sigonius eos in senatum iure magistratus, non lectione censoria venisse existimat, lib. 2. de antiquo iure Quirit. cap. 3.*

Aerarios reliquit] *Hoc est tributi nomine omnes tribus adeoq; omnem populum Romanum æra pendere, & pecuniam mulctam exponere coegit præter Metiam, quæ crimine peculatus eum absoluerat. In quo vindictæ et vltionis exemplum notandum. Aerarium namq; facere, autore Pædiano erat, nullum habere ius ciuitatis in centuria atque adeo in tribu relinquere, quàm vt pro capite suo tributi nomine æra penderet, ita, vt qui ærarius factus esset, is nō solùm suffragio vrbano, sed etiam stipendijs militaribus spoliatus esset. De qua re copiose Sigonius lib. 2. de antiquo iure ciuium Romanorum cap. 16. Petrus Crinitus lib. 4. cap. 3. de honesta disciplina. Budæus in annotationibus prioribus ad Pandectas. Inter ærarios relatis apud Græcos similes erant, qui ἐγγεγραμμένοι ἐν ἀτιμίᾳ adeò dicebantur, ex more Atheniensium, quia in ærium eorum nomina relata essent, vt enim Latinè in ærarios relati dicuntur: sic illi in ærium relati erant, qui & ὀφλόντες dicuntur, & ἄτιμοι. Qui ignominia cæteris notati erant, quo ad iudicatum facerent. Hoc est omnia ex sententia persoluerent.* Aerariū facere.

IN LIBRVM XXX. QVI DECADIS III. LIBER X. DICITVR, ANNOTATIONES.

FACVNDISSIMVS habebatur] *Laus P. Sempronij Tuditani, cuius tamen nulla à Cicerone in Bruto facta est mentio. Id quod Franciscus Floridus Sabinus miratur libro primo Succisiuarum lectionum cap. 14. vbi vide.*

Magni campi. Magnos (ita vocant) campos] *Sic & Polybius vocat μεγάλα πεδία. Putat autem Victorius Liuium Polybiumq; intellexisse Latinum Poëtam Ennium, vnde differens de Hypallage exemplum sumpsit Cicero in 3. libro de oratore. Testes sunt magni campi. Vide Victorium lib. 10. var. lect. cap. 2.*

Romanus post principes hastatorum] *Victorius loco præallegato legendum censet, Romanus principes post hastatorum prima signa. &c. Primi enim in acie collocabantur, hastati, post eos principes, triarijs verò acies claudebatur.*

Toga picta. Toga picta] *Toga picta triumphantium erat, vt docet Baysius ex Liuio. Nec diffitetur prætores & consules prætextam & togam pictā accipere solitos. de templo Iouis. vide eum latius de re vestiaria.*

Palmata tunica. Latus clauus. Palmata tunica] *Palmatam tunicam pro tunica lati claui accipiendam docet Baysius cap. 12. de re vestiaria. Tunica siquidem lati claui, siue latus clauus, antea dicebatur tunica palmata à latitudine clauorum, quæ nunc à genere picturæ appellatur. Verba sunt Sexti Pompeij in vocabulo picta, paucis additis. Cùm verò ait, quæ nunc à genere picturæ appellatur, accipe ab ipsis clauis purpureis, qui tunicis insuuntur, appellari tunicam lati claui. Vide latius Baysium loco præallegato.*

Adorare. More adorantium] *Id est, supplicantium, vt vulgò interpretantur. sed apud Gentiles permiserunt se verè adorari, primùm Persæ ac Medi & Babylonij, deinde eum diabolicum honorem appetiuit Alexander, postremò & Romani tyranni. Hinc Dion de victo Decebalo. Rex ad Traianum deductus illum humi procumbens suppliciter adorauit. Hodie Germani vocant* den Fußfall. *Vt annotat Glareanus ad Eutropium.*

Militaris suppellex. Qualem præberi consuli mos est] *Magistratus vasis argenteis instrui solitos, & annulis aureis publicè præbitis, autor est Valerius Maximus, Cicero in Sexta Verrina. Adijcit in Catone seniore Plutarchus tabernacula, lectos, indumenta, seruos, amicorum multitudinem, apparatum numerosiorem, Cælius lib. 27. cap. 14.*

Detractus] *Flens Italiam reliquisse dicitur, Orosius libro quarto capite 19.*

Fabius Maximus nomen vnde habuerit. Vel si nouum ab eo inciperet] *Parens etenim eius Q. Fabius Rutilianus primus ex ea familia Maximi nomen obtinuit, eò quòd omnem forensem actionem, postea exercitam coegisset, rem populo adeò gratam hoc faciens, vt ei Maximi nomen indiderint. Quem honorem præterea nulli, nisi Valerio, qui patres à plebe dissidentes reconciliauit, tribuerunt. De qua re Plutarchus in Fabio, Maximo Pompeio: Volaterran. lib. 16. cap. 1. vrb. com. Plutarchus tamen à corporis habitu ita cognominatū putauit. Cæterùm cur Verrucosus, Ouicula, & Cunctator Fabius appellatus sit, leges etiam apud Alexandrum ab Alex. lib. 1. cap. 9. Meminit Plinius lib. 34. cap. 7.* Fabius Verrucosus Ouicula.

Fabius Cunctator. Cunctando restituisse] *Et hinc Hannibal dixisse fertur, se magis formidare Fabium quiescentem à pugna, quàm Marcellum fortiter pugnantem. De cunctatione autem Fabij præter Liuium, leges Florum lib. 2. cap. 6. Plutarchum in Fabio Max. Valerium Max. lib. 7. cap. 3. Plinium lib. 22. cap. 5. Orosium lib. 4. cap. 15. Eutropium lib. 3. cap. 2. Frontinum lib. 2. cap. 5. & lib. 1. cap. 3. Sabellicum lib. 1. capite 7. lib. 7. cap. 3. Ennium apud Ciceronem in libello de senectute. Silium Italicum lib. 6. & lib. 7. Ouid. lib. 2. Fastorum. Vide etiā Eras. in prouerb. Romanus sedendo vincit.*

Manu consertum. Prope manu conserta restitantem] *Budæus in prioribus annotationibus melius legi existimat, cùm propè manu consertū. Quorum verborum huiusmodi est sensus: non antè tu Hannibal ad pacē, quam nunc petis adduci potuisti, quam ego te ex Italia reuocatū, de patria tua in Africa dimicare coëgi, & quasi te in Africa manu consertum vocaui, quam scilicet ita nunc mihi Romanisq; vindico, vt tu dudum Italiam tibi & populo Carthaginensi vindicabas. Quid autem sit manu consertum, Gellius lib. nono docet.*

Congruens clamor à Romanis] *Sic & Homerus Iliados 4. Præstitisse Græcos modestia Troianis canit, cuius signum vult esse silentiū, quo, cùm in certamen prodirent, vterentur, cùm contra magnus dissonusq; clamor in exercitu Troianorum esset. Quod testimonium Homeri cum à Polybio lib. 15. excerptorum in descriptione huius rei citetur, doctissimus vir Petrus Victorius lib. 10. cap. 4. Variarum lectionum existimat, ad historiam potius Polybij quàm fontem ipsum Liuium respexisse. Sapius enim quam videri velit, Polybium sequitur.*

Receptui canere. Receptui canere] *Id est, in locum tutiorem redire. Milites siquidem cùm castra tenuerint, priusquam exirent in aciem, cum signo dato in eadem redeunt, sese recipere dicuntur. Inde canere receptui, est tubarum, lituorum, aut cornuum seu tibiarum cantu significare militibus, vt à pugna in castra aut mœnia redeant.*

Rarò bonam fortunam] *Hanc sententiam à Demosthene mutuatam esse annotat Petrus Victorius libro 25. capite tertio, vbi hoc videre est.*

Ex insolentia] *Vt priorem sententiam à Demosthene, sic hanc à Thucydide acceptam, tradit Victorius loco præallegato.*

Polybius haudquaquam] *Locus vbi hoc tradidit, legitur adhuc in excerptis XVI. libri, prout id annotat Victorius lib. 21. cap. 1. variar. lect.*

IN LIBRVM XXXI. HISTORIARVM T. LIVII, QVI DECADIS IIII. LIB. I. DE BELLO MACECEDON. VVLGO INSCRIBITVR, ANNOTATIONES.

Assis vectigales.

ASSES vectigales] *Asses vectigales Liuius appellat, qui in iugera impositi sunt, testandi causa publicum agrum esse, Cælius lib. 10. cap. 2. lectionum antiquarum.*

Trientius ager.

Trientius, tabuliusq; ager] *Trientius ager dictus, quia pro tertia pecunia parte datus erat: Ex tabulis autem tabulius, annotante Cælio lib. 12. cap. 21. lect. antiq.*

Cynosarges

Cynosarges] *Cynosarges qui locus fuerit, præter alios luculenter explicat Erasmus in prouerbio ad Cynosarges: Nonnulla quoq; de eo annotat Budæus in prioribus ad Pandectas, & Gyraldus in historia Deorum.*

Pagi.

Pagatim inhabitantes] *Pagi apud Cæsarem sunt regiones vniuersæ, & populi alicuius partes, de quo latius vide Tornebum lib. 9. cap. 7. & lib. 3. cap. 3. aduers.*

Celeritas inimica consilio.

Quam celeritatem] *Præceps enim consilium inauspicatum esse solere, & vulgato sermone dicitur, & eleganter admonuit Sophocles apud Plutarchum in libello de garrulitate:*

Οὐ γάρ τι βουλῆς ταυτὸ καὶ δρόμου τέλος.

Vide Erasmum in prouerbio. In nocte consilium.

Tendere re militari quid.

Tendentium ordine] *Tendere iure militari tentoria figere, seu papiliones erigere significat, Vergil. lib. 2.*

Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat Achilles.

Sedentem Romanum debellaturum] *Alludit ad prouerbium: Romanus sedendo vincit, quod competit in eos, qui tranquilli atq; otiosi, tamen quæ volunt, efficiunt, aut qui non viribus, sed arte rem gerunt. Erasmus ex historia Fabij cunctatoris natum arbitratur, qui Hannibalem iuueniliter exultantem sua patientia fregit.*

Rhomphea

Rhomphex] *Romphea framea seu teli longioris genus, Flaccus lib. 6. Argonaut.*

Aequaq; (inquit) nec ferro breuior, nec rhomphea ligno.

Pisistratidæ

Pisistratidas] *id est Pisistratum eiusq; filios, hi enim ad 34. annos tyrannidē Athenis tenuerunt, de qua vide Aristot. lib. 5. cap. 5. Politicorum. Plutarchum in Solone, Iustinum lib. 2. Cicero in epistolis ad Atticum, clementem tyrannum Pisistratum vocat: vt & Probus in vita Miltiadis eum tyrannum, sed iustum appellatum fuisse, scriptum reliquit.*

Atheniensium maledicentia.

Athenienses literis verbisq;] *Respexisse videtur ad locum Demosthenis, qui Athenienses excitans ad ea, quæ plebiscitis complexi essent, peragenda adiunxit: ἵνα μὴ μόνον ἐν τοῖς ψηφίσμασι καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς πολεμῆτε φίλιππῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις. Prout annotauit Victorius. Nonnulla quoq; ad loci huius illustrationem facientia annotat Erasmus in prouerbio: Canes timidi vehementius latrant, & in prouerbio lingua bellare. Vera autem fortitudo neque maledica neq; minax est, id quod innuit Homerus lib. 3. Iliados.*

τὸν δ' ἔτι ἀγχόθεν κορυθαιόλος Ἕκτωρ.
ἀλλὰ παραΐξας χαλινωμένος.

Traiecturumq; incendium] *Hoc simile de periculo ardentis vicinæ domus frequens fuisse & apud Latinos & Græcos scriptores, docet Victorius lib. 16. variar. lect. cap. 13.*

IN LIBRVM SECVNDVM DECADOS QVARTÆ, QVI ALIAS EST LIBER XXXII. OBSERVAT.

Decoquere quid.

PARS quarta decocta erat] *Decocta, id est, diminuta. Decoquere enim paulatim diminuere significat, & coquendo absumere, vt annotat Budæus in prioribus ad Pandect.*

Intertrimentum.

Intertrimentum suppleuerunt] *Intertrimentum pro euanida argenti parte accepit, quæ in excoctione deperit Budæus, vbi suprà.*

Aliphira.

Alipheram contendentibus] *Aliphira vrbs fuit Arcadiæ, quæ, vt Polybius tradit, in summitate collis arcem, & æneam Mineruæ statuam, longè à cæteris specie ac magnitudine differentem, habuit, quæ à quo, aut cuius sumptib. quóue tempore erecta fuerit, etiam apud eius loci incolas in dubio fuit. Hinc Minerua Alipheræa vocata est, vt Stephanus & Polybius tradunt.*

Trabeati.

Trabeatus ad hostem] *Trabeati à trabeatis vestibus dicuntur, quæ tanquam quasdam discolores habent pannorum trabes. Cæterum trabearum tria sunt genera, vt scribit Suetonius, vnum quod Dijs sacratur, & est totum purpureum: alterum quod est regum, quod etiam purpureum est, sed albo infectum: tertium est augurale, purpura & cocco mixtis infectum. Baysius lib. 1. de re vestiaria, cap. decimo.*

Purificationis ritus.

Purgato loco] *Quis purgandi ritus fuerit, explicat Cælius lib. 11. cap. 22. quem vide.*

Iuno Acrea.

Iunonis quam vocant Acream] *Iunonis Acreæ meminit in octauo Strabo, Pausanias in secundo. Euripides quoq; in fabula Medea eam inducit, filios cæsos ad ædem Iunonis Acreæ deferre. Meminit itidem eius Tertullianus in libro ad vxorem.*

Satis exemplorum] *Feliciter is sapit qui alieno periculo sapit, inquit Plautus in Mercatore. In eandem sententiam Tibullus Elegiarum lib. 3. Fœlix quicunq; dolore*

Alterius discet posse cauere tuo. Et einsdem sententiæ est illud Græcum: ἐξ ἄλλων κακῶν τοὐμὸν κακὸν ἄλλον ἔχοντα.

Occasio nō temerè dimittenda.

Nec sæpè nec diu eadem] *Respexit ad simulachrum occasionis quam antiquitas sic fingebat: Volubili rotæ pennatis insistentem pedibus, vertigine quam citatissima semet in orbem circumagentē, priore capitis parte capillis hirsutam, posteriore glabram, vt illa facile prehendi queat, hæc nequaquam, vnde dictum est occasionem arripere. Ad quod eruditè & eleganter allusit is qui versiculum hunc conscripsit: Fronte capillata, post hæc occasio calua.*

Latomiæ.

Triumuiri carceris latomiarum rationem] *Latomiæ propriè loca sunt, in quibus lapides ad aliquod opus excinduntur, vt constat ex Plauto in Captiuis. Quia vero in ijs locis postquā vis magna lapidum excisa fuerat carceres constituebantur. Ideò interdum pro carceribus accipitur. Earum quoq; mentionem facit Liuius lib. 37. 42. Seneca declamationum lib. 9. & controuersiarum lib. Tales etiā fuere Latomiæ Syracusanæ toto orbe celebres, quas Cicero describit actione in Verrem 7.*

Porcius vnde.

Porcius Cato] *Cognomen hoc indicat, satis obscuris parentib. vt qui porcos pasceret, natum esse virum clarissimum, de cuius genere & familia Gellius quoq; lib. 13. cap. 18.*

Vrbibus parcendum.

Vrbibus parcere quantum possent] *Transsumpta hæc sententia videtur à Polybio, qui lib. Epitom. 17. inquit: Etenim ea disperdere, quorum gratia bellum instituitur, & bellum ipsum relinquere, esse validissimæ insaniæ opus.*

Cœco etiam apparet] *Hunc locum ex lib. 16 historiarum Polybij decerptum, Victorius lib. 11. cap. 3. variarum lectionum ostendit. Simulq; annotat Polybium non vitio dare Philippo, quod illa tempore luserit, vt hic facit Liuius, sed potius laudi, quod quamuis malis oppressus, proprium animi bonum tum oblitus non sit, insulsamq; vocem contumacis hominis ioco risuq; confutarit.*

Venus Nicephorea.

Nicephorium] *Venerem νικηφόρον habuisse templum apud Argos, idq; ab Hypermestra iudicio liberata, conditum, quod interderat Danaus, quia ex præscripto Lynceum non peremisset, ex Pausania annotauit Cælius lib. 11. cap. 13. lect. antiq.*

Compedes Græciæ.

Compedes eas Græciæ appellare] *Dissentit aliquantulum à Liuio. Strabo Geographus lib. 9. cùm duas ex his tantum πέδας ipsum vocare consueuisse affirmat. Chalcidem Eubœæ, ac Corinthum, cuius contumeliosi etiam dicti rationem affert, ostendens respexisse illum ad earum opportunitatem, quod inde in Græciam cōmode incurri posset è Macedonia, vide Petrum Victorium lib. 12. cap. 19. var. lect.*

Fiducia quid.

Velut fiduciariam dare] *Fiduciam, inquit Boethius, in Topica Ciceronis, accipit, cuicunq; aliqua res mancipatur, vt eam mācipanti remancipet, veluti si quis tempus dubium timens amico potentiori fundum mancipet, vt ei, cùm tempus quod suspectum est, præterierit, reddat. Hæc mancipatio fiduciaria nominatur, idcircò quod restituendi fides interponitur.*

Tabulæ nouæ.

Vnam de tabulis nouis] *Tabulæ nouæ dicuntur, cùm pecunia credita obæratis condonantur, & nouæ mox cooriuntur tabulæ, quibus nomina continentur noua. Apud Athenienses statuente Solone, σεισάχθεια dicta: quam ad Aegyptiorum imitationem Diodorus institutam scribit, apud quos institutum erat, vt eorum corpora, qui ciuitatibus bellico vsu addicti forent, à creditorum violentia tuti essent, ne ob vsuras corpora ciuium necterentur. De quo plura Cœlius lib. 12. cap. 20. lect. antiq.*

IN LIBRVM XXXIII. HISTORIARVM LIVII, QVI AB ALIIS DECADIS IIII. LIBER III. DICITVR, ANNOTATIONES.

Cercuri, Lembi.



CERCVRISQVE ac Lembis] *Cercuros inter actuaria nauigia recenset Baysius de re nauali. Sicut & lembos, autoritate Liuij Decad. quarta lib. 4. Virgilius autem primo Georgicôn, Lembos ponit inter fluuiatiles his versibus:*

Non aliter quam qui aduerso vix flumine lembum
Remigijs subigit, si brachia fortè remisit,
Atq; illum in præceps prono rapit alueus amne.

Libera.

Cereri Liberoq; & Liberæ] *Arnobius lib. 5. de Cerere à Ioue delusa in Tauri forma. Parit, inquit, mensem post VII. luculentis filiam corporis, quam ætas mortalium consequens modò Liberam, modò Proserpinam nuncupauit, vide Ciceronem in sextam in Verrem actione, vbi scribit, raptam esse Liberam quam eãdem Proserpinam vocant, ex Ennensium nemore. qui locus quod est in media Insula, situs, vmbilicus Siciliæ nominatur.*

Argentum in zonis] *In zona viri nummos deferre solebant. Hinc Gracchus in oratione quam ad populum habuit. Itaq; Quirites, cùm Romà profectus. zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli. De hoc latius Baysius de re vestiaria, cap. 17. Cœlius lib. 22. cap. 19.*

Acrocorinthus.

In Acrocorintho] *Acrocorinthus arx fuit in vrbe Corintho excelso monti applicata, vt scribit Plinius, tanta altitudine, vt in vtrumq; mare Ionium & Aegæum vmbras iaculetur. Plutarchus in Arato, Acrocorinthum montem excelsum in media assurgere Græcia refert, quem Stephanus* [illegible]*, Volaterranus* [illegible] *nominat, Papinius lib. 7. Thebaidos:*

Iam pronis gradiuus equis Ephyrea premebat
Littora, qua summas caput Acrocorinthus in auras
Tollit, & alterna geminum mare protegit vmbra.

Isthmia.

Isthmiorum statum ludicrum] *Quatuor agones seu ludos Græcia celebrare est solita, Olympia, Nemea, Isthmia, Pythia. Quorum tres priores in Peloponneso, Pythia apud Delphos peragebãtur, Olympia quidem & Nemea in honorem Iouis, Isthmia Neptuni, Pythia Apollinis. Inter hos Isthmij à Theseo in honorem Neptuni instituti sunt. Deinde Melicertæ (quem Palæmonem deum vocauere) ab Sipylo Aeoli filio consecrati, historiam omnem diligenter in Atticis scribit Pausanias. & in Mythologijs suis Higynus, Ouidius lib. 6. Fastorum. Cur autem quinto anno celebrati fuerint, Solinus cap. 12. pluribus explanat, videlicet propter quinq; partes, in quas distributa erat Peloponnesus. quarum etiam Thucydides libro primo meminit, & eius Scholiastes latè prosequitur. De Isthmijs Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 8. Blondus lib. 2. Cœlius lib. 13. cap. 17. Lactantius lib. 6. cap. 20.*

Flamininus Græciæ saluator ita pronunciat] *Vide copiosissimè Plutarchum in Flaminio, Valerium Maximum lib. 4. cap. 8. Hinc autem, quod Flamininus Græcos liberos pronuntiarit Græciæ saluator & defensor est dictus, teste Plutarcho. Valerius autem Maximus lib. 7. cap. 2 mercatorem potiùs quàm victorem Græciæ Flamininum dici putauit.*

Lemniscosq; iacientium] *Sic & Plutarchus scribit, sacrificanti Syllæ oblatum* [illegible]*, laurea corona speciem λημνίσκων δύο κατεστεμμένον, id est, lemniscis duobus propendentibus. Interpres verò pro lemniscis corymbos reddere maluit. Quid autem de lemnisco statuendum sit, docet Festus, & Cœlius lib. 27 cap. 26. lectionum antiq. Turneb. lib. aduers. 18. cap. 3. Ex Athenæo tradit lemniscum esse Syracusanum verbum quo stricta angustaq; tænia significatur, hinc à Cicerone dicitur, palma lemniscata pro Roscio, & ab Ausonio scriptum est:*

Et quæ iamdudum tibi palma poetica floret
Lemnisco ornata est, quo mea palma caret.

Thermopylæ.

Pylaicum] *Quod pylis celebraretur, Pylæ enim, teste Herodoto, mons ininuius erat præruptus atq; præceps, præterea excelsus, cuius aditus muro munitus erat, quia verò calida aqua in ipsis faucibus, primoq; aditu sunt, Thermopylæ totus locus cognominatus est.*

Triumuiri Epulonum.

Triumuiri Epulones] *De his Triumuiris Cicero lib. 3. de Oratore ita scribit: Sed vt pontifices veteres propter sacrificiorum multitudinem tres viros epulones esse voluerunt, cùm essent ipsi à Numa, vt etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti. At posterioribus temporibus septemuiros epulones fuisse, intelligi potest ex Gellij lib. 1. cap. 12. Meminit etiam septemuirorum epulonum Plinius lib. 2. Epist. ad Arrianum, & Lucanus libro primo, cùm canit:*

Septemuirq; epulis festus, Titijq; sodales.

Curiones qui.

Curio Maximus] *Curiones erant qui curijs præsidebant, à Romulo instituti, curiarumq; suffragijs creati, de quibus lib. 2. in Numa Dionysius: Assumpta itaq; Numa omnis diuini cultus institutione, atq; conscripta, eam in octo diuisit partes, quot erant etiã sacrorum ordines, eradidit autem primam sacrorum cõstitutionem triginta curionibus. His omnibus vnus præsidebat Curio Maximus dictus, cuius autoritate, vt inquit Festus, cæteri Curiones regebãtur.*

Residuæ pecuniæ.

Omnibus residuis pecunijs] *Residuas pecunias Liuius vocat eas, quas per peculatum tum primores ciuitatis ad suos vsus detinebant, Nam pecunia residua dicuntur, quæ delegata in vsum publicum, nec in eum vsum consumpta apud aliquem resederunt. Hinc crimen de residuis apud Iureconsultos, adeò peculatui simile, vt nõnunquam pro eodem accipiantur, Zasius in catalogo legum ad L. Iuliam peculatus.*

Hannibalis fuga ad Antiochum.

Præparatis omnibus antè ad fugam] *Hannibal desperatis rebus ad Antiochum, quasi ad sacram anchoram confugit, à quo tam humaniter exceptus est, vt statim publicis pariter & priuatis negotijs adhibitus sit. Qua de re copiosè leges Plutarchum in Hannibale, Sabellicum lib. 6. cap. 6. Meminit etiam Frontinus lib. 1. cap. 8. Iuuenalis Satyra 6. Iustinus lib. 31. à principio.*

Carthaginis cõditores.

A conditoribus Carthaginis] *De Carthaginis Africæ conditoribus plurimum variant scriptorum sententiæ. Philistus (vt refert Eusebius) scribit, AZaro & Carthagine Tyrijs circa annum mundi 3980. hoc est, annis ferè 470. ante Romam Carthaginem fuisse conditam a Zoro & Carchedone, Phœnicibus annis quinquaginta ante Ilij captiuitatem: Romani & Carthaginenses ipsi tradunt, eam à Didone è Tyro profecta fuisse constructam, annis 72. ante Romam. Virgilius, Ouidius & Silius poetæ, eo tempore à Didone conditam, quo Aeneas capto Ilio, mox in Africam nauigauit. Vide Solinum in Polyhist. cap. 40.*

IN LIBRVM XXXIIII. LIVII, QVI AB ALIIS DICITVR DECADIS IIII. LIBER IIII. DE BELLO MACEDONICO, ANNOTATIONES.

Lex Cincea de donis.



LEGEM Cinceam de donis & mulieribus] *Quæ sententia legis Cinceæ fuerit Tacitus lib. 13. expressius commonstrat: Patres (inquit) legẽ Cinciam flagitant, qua cauetur antiquitus, ne quis ob causam orandam pecuniam, donúmue accipiat, libro autem 15. Oratorum licẽtia Ciciam rogationem, candidatorum ambitus leges Iulias, magistratuum auaritia, Calpurnia scita pepererunt. Quidam eandem esse putant cũ Titia, de qua Ausonius: Iurisconsulto cui nubit altera coniunx*

Papia lex placuit, Iulia displicuit.
Quæritis vnde hæc sit distantia, semiuir ipse
Scantiniam metuens, non metuit Titiam.

M. Portius Cato Orator.

Oratorem non solùm grauem] *Et hinc Plin. lib. 7. cap. 27. Optimum Oratorem, optimum Imperatorem, & optimum quoq; senatorem, Sabell. autem ex Neotericis lib. 7. cap. 3. virum iustum & æquitatis studiosissimum Catonem vocant.*

Auri

Argentum factum & signatū quid differant.

Auri & argenti facti, quo ne plus signati] *Argentum factum in historijs passim lectitamus, id esse videretur paratū, non rude, sed elaboratum cælatumq́. Nam quæ absoluta parataq́ sunt, eruditioribus dici solent, sicuti apud Martialem:*

Tu factam tibi rem satis putasti: Distinguitur tamen à signato, quod ex Liuij hoc loco cognoscimus, & Seneca, qui de beneficijs primo inquit, Libentius donabo argentum factum quam signatum. Vide Cælium lib. 10. cap. 2. lectionum antiquarum.

Purpura quibus concessa Romæ.

Prætextati in magistratibus] *Quid prætexta fuerit supra lib. 1. ex Baysio annotatum est. Cæterum quinq́ generibus hominum apud Romanos purpuram olim concessam fuisse legimus. Primo ipsis magistratibus, deinde pueris, tum Senatoribus, quarto Sacerdotibus in sacrificijs peragendis, postremò triumphantibus, teste Plinio, quin etiam viri clarissimi, rebusq́ gestis insignes ac nobilitate, cum purpuratis vestibus ad sepulturam deferebantur, & ipsæ etiam vestes cum eorum corporibus cremabantur, vt ex hoc Liuij loco apparet, & ad hanc consuetudinem respexisse Virgilius in 6. videtur, cum de Miseno mortuo sic ait:*

Purpureasq́ super vestes, velamina nota,
Conijciunt.

Reprehendere.

Manu ipse reprehenderit] *Id est, retraxerit, Cælius lib. 25. cap. 24. lectionum antiq.*

Soliferrea.

Emisis soliferreis] *Soliferreatum & Phalaricarum Gellius lib. 10. cap. 25. facit mentionem. Annotator eiusdem soliferreas genus teli interpretatur, ex solido ferro factum.*

Sparus.

Sparo percutit] *Spari meminit Gellius loco prææallegato interpres, ubi pro sparo accipit Laurentius Vallensis in suis annotationibus ad Salustium de bello Catilinario, Sparus, inquit, est genus teli, quo vtuntur rustici ad putandas arbores. & est oblongum, & in extremo incuruum, in modum pedis. Sunt qui lanceam siue ferro putent, aut lanceas, alij sudes, id est, hastilia non ferrata, Virgilius Aeneides decimo:*

Agresteq́ manus armat sparus. Spara, autem Festo, paruissimi generis sunt iacula, à spargendo dicta, quòd passim pugnando spargerentur.

Ad se vocari iussit] *Alij scripsisse eum singulis vno eodemq́ die tradunt, vt vrbium munimenta diruerent, bellum minitantem, nisi confestim obtemperarent. Et sic vnam quamque vrbium cum sibi soli hoc crederet imperatum, omnium vrbium munitiones, quæ intra Betim fuerunt, vno (vt apud Polybium legimus) die solo æquatas. Vide Frontinum lib. primo, cap. primo, & Volaterr. lib. 14. cap. 2. vrban. com.*

Pluteus.

Vineis & pluteis] *Pluteum turriculæ instar in ariete fuisse, ex Marrocolis Hegetoris Byzantij tradit, Turneb. lib. 23. aduersar. cap. 34.*

Castellanis agrestibus] *Helotas intelligi rectè existimat Cælius lib. 25. cap. 19. id enim sequentia in Liuio testantur, Helotæ verò dicebantur Lacedæmoniorum serui ducto nomine, vt scribit Thucydidis interpres, à Laconiæ ciuitatem, quam Helos vocant. Cæterum de Helotis lege, quæ scripserunt Aristoteles politic. libro 2. cap. 8. Plato Dialogo 6. De legibus. Plutarchus in Lycurgo & Demetrio, Strabo lib. 6. Athenæus lib. 6. cap. 7. Suidas & Iacobus Constantius Fanensis Collectaneorum cap. 77.*

Tyrannus.

Nunc tyrannum vocari video] *Omnes (inquit Probus in vita Miltiadis) & habentur & dicuntur Tyranni, qui potestate sunt perpetua in ea ciuitate, quæ libertate est vsa. Cui Aristoteles consentire videtur, qui Politicorum lib. 3. cap. 5. in hanc de tyrannide loquitur sententiam. Nam tyrannidem esse dicimus dominatum vnius. qui ciuili præsit societati. Illud tamen addit, infra cap. 10. Tyrannos inuitis imperare. Et libro 4. cap. 10. Tyrannidem illam esse affirmat, quæ vi imperat, legi vlli non subest, & non eorum quibus præest, sed propriam præ oculis ac sibi propositam habet vtilitatem. Plato quoque Tyrannum principem eum esse censuit, qui in administranda Repub. suæ non ciuium vtilitatis rationem habeat. Polybius lib. 5. Tyrannum à rege discriminans quippe (inquit) Tyranni opus est malefaciendo suis cum terrore inuitis imperare, in mutuo semper odio cum subditis versantis, Regis verò contra, benefaciendo vniuersis cum liberalitate atque clementia sponte subiectos gubernare, in mutua semper beneuolentia ac charitate cum ciuibus viuentis. Apud antiquiores, Reges tyranni sunt nuncupati, quamobrem Vergilius:*

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

Et Ouidius Metamorph. lib. 11. Laomedontem Phrygiæ Tyrannum vocat, nomine priscis non inuiso, & vt quidā existimant, à Syris Chaldæisq́ orto. De quo vide Cælium lib. 22. cap. 22. & Scholiastem Sophoclis in Oedipo Tyranno.

Laconica breuitas.

Quam pro patriæ sermone] *Vide Erasmum in Prouerbio Laconismus.*

Sic ad secreta tegenda] *De secretis tegendis vide multa præclare notata per Cælium lib. 13. cap. 5. lectionum antiq.*

Sparta sine muris.

Fuerat sine muro Sparta] *Idq́ lege Lycurgi, qui præclare dixit, οὐκ ἂν εἴη ἀτείχιστος πόλις ἥτις ἀνδράσι καὶ οὐ πλίνθοις ἐστεφάνωται, nequaquam sine mœnibus ciuitatem dici, quæ viris, non lateribus præcincta sit. Et Agesilaus ciues ostendens armatos. Hæc sunt, inquit, Spartæ mœnia, in quam sententiam plura annotauit Cælius lib. 26. cap. 32.*

Nemea.

Ludicrum Nemeorum] *Ludi Nemei à Nemea sylua in Archemori honorem instituti, tametsi à Molorcho, qui Herculem susceperat hospitio, cuius filius à leone interemptus fuerat, eo enecato, primum institutos dicunt, in quibus maiorum imagines sitis in funebri pompa, longo ordine repræsentate, atque equorum cursu, simul disco, cestu, & palæstris dimicare, victorésque apte certare solebant.*

Orchestra.

Loca Senatoria] *Spectabant autem Senatores ex Orchestra, qui locus etiam exterarum nationum legatis honoratioribus spectandi gratia dabatur, vt autor est Tacitus. Dicta autem est Orchestra ἀπὸ τοῦ ὀρχεῖσθαι hoc est, à saltando, quòd in eo gesticulatores, histriones in scenam abditis, populum saltando detinerent.*

Oscense aurum.

Oscensis quingenta] *Oscense aurum, ab Osca ciuitate Hispaniæ, quam auri, quam vel Oscos Italiæ populos, vel ipsam Italiam, ferraciorem esse constat, dictum esse videtur. Eius ciuitatis meminit Plutarchus in vita Sertorij. amplam eam esse vrbē afferens, & post eum Ptolomæus lib. 2. cap. 6.*

Polybius scribit] *Hunc locum Priscianus de figuris nominibus numerorum citat, vt ostendat talentum sex millia denariorum habere. Nam cum quingenti denarij pro mille ducentis captiuis dari colligantur, sexcenta millia denariorum, centum ea ostendit fuisse talenta Liuius. Cæterum Elias Vinetus ibidem annotat, hic legi est pro sit, quingenos pro quingentos, & eo ratione pro ex ratione.*

Tetradrachma.

Tetradrachmam] *Ita legendum esse, & non tetrarchiam annotauit Budæus lib. 2. de asse. ex Cicerone & Polluce, libro nono de vocabulis rerum ad commodum Cæsarem, qui autor didrachmum, tridrachmum, & tetradrachmum olim numismata fuisse tradit, eumq́ nummum ab Atheniensibus bouem appellatum esse. ab eius pecudis nota, indeq́ facta ab Homero arma Hecatombæa, & Enneabæa: Cæterum quod hic Liuius ait tetradrachmam trium denariorum esse, id quoque emendandum censet Budæus, ac pro trium legendum esse quatuor, quod denarij & drachmæ promiscuam appellationem habeat, fretus autoritate Plutarchi & Plinij. aliorumq́ scribentium concordia. Porro verò tetradrachmam pro tetradrachma scribi admonet Elias Vinetus loco præallegato. Nam neutrius generis nomen est, τετράδραχμον, quod quatuor drachmas significat.*

Demetrius.

Demetrius regis Philippi filius] *Hunc obsidem susceptum Romam misit, quo quidem facto, ipsum commodissimè vsum tempore & impendentibus occurrisse periculis liquet. Vide Volaterranum libro 38. cap. 8.*

Fortuna primigenia.

Fortunæ primigeniæ] *Meminit huius eiusdem & infra Liuius lib. 43. Plutarchus, Primigeniam ait, Fortunam Romani coluerunt. & causam hanc affert, an (inquit) Seruio ex serua nato Romæ summa cum laude & splendore imperare contigit, vt plerique ex Romanis existimant. An illud magis quod fortuna vrbi & imperium & originem præstitit, an altior quadam (inquit) ratio, & magis à natura ex media deprompta philosophia.*

Cauea.

Immisceri in cauea] *De eodem instituto Pedianus in Cornelianam, atque adeo ipse etiam Cicero in oratione. Vt autem tum Senatores ab equitibus & plebe: sic postea Equites à plebe secreti sunt. Spectabant enim Senatores in cauea, qui locus ad theatri radices scenæ proximus erat, inde proximis quatuordecim theatri gradus, vt commodiores sic honestiores habebantur, in quibus autem & in cæteris plebs cum equitibus spectare solita erat. Post autem lata lex est, vt in ijs equites vtique considerent, confusè tamen, Tacito autore, cum plebe. Hanc autem legem tulit L. Roscius Otho Tribunus plebis, vt est apud Dionem, alienauit autem à se plebem, equites sibi adiunxit, hac lege Roscius quo factum est, vt cum quinquennio pòst Cicerone consule, dum ludi ederentur, in Theatrum veniret, à plebe maximo strepitu, ab equitibus ingenti plausu, exceptus sit.*

Fœderum tria genera.
Tria fœderum genera] *De hisce superius annotata vide.*

Carthaginis origo & nomen vnde. *Byrsa Carthago.*
Byrsam sedem suam] *Dido cum fratrem suum Pygmalionem, qui maritum eius Sichæum interfecerat, fugeret, collecta ingenti multitudine de Tyro, quæ pars est Phœniciæ regionis classe in Africam venit, vnde cum ab Hiarba rege pelleretur, callidè petijt, vt ei venderet tantum terræ, quantum posset corium bouis tenere. Quod cum ille promisisset, corium in tenuissimas corrigias sectum tetendit, occupauitq; stadia 23. quæ tria milliaria conficiunt. Atque ita vrbem condidit, quæ primo Byrsa appellata est, à corio bouis. Nam byrsa significat corium bouis. Postea aucta Tyros dicta est, postremò Carthago vocata à Cartha oppido, vnde fuit Dido: Huius historiæ meminit Virgilius lib. 1. Aeneidos, vbi vide eum & Seruium in annotationibus.*

In rem præsentem venire.
In re præsenti] *In rem præsentem olim tum veniebant, cum locum oculo ac digito designare volebant, vt hodie cum aut iudex pronunciat, aut inter litigantes conuenit, agrum quem controuersum facere volumus, aut reo designari, aut testibus per inquisitorem demonstrari certis finibus circumscriptum: Vide Budæum in prioribus ad Pandectas.*

IN LIBRVM XXXV. QVI AB ALIIS DECADIS IIII. LIBER V. DICITVR, ANNOTATIONES.



Transcribere nomina.
Nomina transcriberent] *Transcribere, inquit Budæus, in libris censualibus dici debet, cum res censualis ab vno nomine in aliud transfertur, quod vulgo super alium onerare dicunt.*

Feralia.
Feralia] *Feralia dicta, cum ferebant epulas ad sepulchra, Varro.*

Profiteri.
Profiterentur] *Id est, faterentur: Est enim profiteri inter cætera quoq; fateri, vt: profiteor me Grammaticum & Philosophum, dicimus. Alias verò profiteri est iubere nomen suum inscribi. Nam mos erat, vt qui magistratū peterent, omnes ante profiterentur, id est, iuberent nomē suum inscribi, vt in comitijs magistratū petere possent, qua in significatione vsus est Cicero pro Plancio.*

Rara admirationi sunt.
Assiduus in oculis hominum fuerat] *Rara admirationi sunt. Hinc Lucretius lib. 2. præclarè scripsit:*

Nil adeò magnum, neq; tam mirabile quicquam,
Quod non paulatim minuant mirarier omnes:
Vnde & vulgo dicitur: Contemptum frequentia parit.

Tarentini equites qui.
Quos Tarentinos vocant] *Qui Tarentini equites fuerint, accuratè docet Aelianus non lōgè à principio libri de instruēdis aciebus, ostendens duo genera Tarentinorum esse, quorum alij longius iaculentur, & ob eam rem equites iaculatores dicuntur, alij verò cum semel aut bis iaculū miserint, quo leuiore vtuntur, manus de cætero cū aduersario conserant. Plura de his annotauit Victorius lib. 9. Var. lect. cap. 3.*

Callida consilia.
Consilia callida & audacia] *Alij legunt calida, per vnicum l. & sententia quidem Erasmi rectius, licet vtraque lectio retineri possit, vt hoc ad festinatum consilium, illud ad nimis astutum referatur. Siquidem vtraq; parum fœliciter euenire solent, vel quæ nimiū calent, id est, quæ præcipitantius instituuntur, vel quæ nimium audacibus aguntur dolis. Porrò qui calidum legunt, Græcam figuram agnoscunt, quoniam θερμὸν Aristophanis interpres in Pluto exponit παράδοξον, τολμηρὸν, εὐκίνδυνον. Erasmus in prouerbio: Ne nimiū calidum hoc sit modo.*

Lanistæ.
Lanistis Aetolis] *Lanistæ gladiatorum magistri atq; institutores dicebantur, vt annotat Budæus in prioribus.*

Chalcioecus.
Chalcioecon] *Ita legendum esse admonuit Cœlius lectionum antiquarum lib. 19. cap. 8. Chalcioecus autē, vt Suidas scribit, Minerua à Spartanis appellata est, quòd οἶκον χαλκοῦν, hoc est ædem æream haberet, vel quòd Chalcidenses, exules ex Euboea, eam construxerāt, meminit eius in primo Thucydides, Aelianus in varia historia. Aemylius Probus in vita Pausaniæ.*

Amarynthis Diana.
Amarynthidis Dianæ] *Dicta est Diana Amarynthis ab Amarynthio vico apud Eretriam, vt Strabo lib. 9. testatur. Stephanus verò Amarynthum Euboeæ insulam prodit, à venatore Amaryntho nuncupatam. Hinc Amarynthia festa, quæ in Euboea celebrari solita, ex Græcorum lectione animaduertit Cœlius lib. 21. cap. 14.*

Cataphracti.
Loricatos quos cataphractos vocant] *Cœlius lib. 21. cap. 31. Cataphractos intelligi vult, qui nō solum sua corpora, sed etiā equos lorica vndiq; muniunt. Hos scribit Vegetius esse quidē à vulneribus tutos, sed pp̄ter armorū impedimenta et pōdus capi summa facilitate.*

Est autem res simillima] *Narratio illius generis quod ab Aristotele λόγος vocatur, vt annotat Victorius lib. 17. cap. 10.*

Asyla.
Asyla Græci] *Asyla sic dicta, quòd ex ijs nullus posset extrahi. De hisce superius dictum est, ad quæ te remitto lector.*

IN LIBRVM XXXVI. QVI AB ALIIS DECADIS IIII. LIBER VI. DICITVR, ANNOTATIONES.



Præsidium.
Præsidium aliquod] *Præsidium est, quod pro salute & vtilitate alicuius, auxilij gratia præponitur. Sed & electa militum multitudo ad cuius alicuius vrbis, vel arcis, vel castelli, vel alterius cuiuspiam loci muniti posita: dictum à præsidendo.*

Edicendi senatus formula.
Cos. edixit] *Formula edicendi Senatum quasi solennibus verbis concepta. Ab initio autem statim post annuos magistratus institutos Senatores citabantur hoc modo, qui patres, quique conscripti essent. Bello verò Punico ita consules edixerunt, vt Liuius supra lib. 23. testatur. Quoties senatum vocassent, vti Senatores, quibusq; in senatu sententiam dicere liceret, ad portam Capenam conuenirent. Qui autem hi fuerint, quibus sententiam dicere licuerit, Gellius lib. 3. explicat: quem sequitur Maioragius cap. 8. De Senatu Romano, & Zamoscius lib. 1.*

Fremere Philippum] *Illustris descriptio indignationis, stomachiq; generosi animi, quam cum Demosthenica confert Victorius lib. 20. cap. 1.*

Amore captus virginis] *Quæ de amore Antiochi hic recensentur, eadem quoque à Polybio descripta fuêre, cuius locus indicatur ex Athenæo à Victorio lib. 24. cap. 11. variarū lectionū, vbi pro adlegando, legit ablegando. Cæterū hic luxuriæ & voluptatis fructus notandus est, q tàm apertè exprimitur, vt verissimè Platonē dixisse intelligas, qui voluptatē omniū malorū escam appellauit, quod ea videlicet homines non aliter capiantur, quàm hamo pisces, quod Hannibalis quoque exemplo supra comprobatum est: Sed copiosius hunc luxum Antiochi describit Iustinus lib. 38. Val. Max. lib. 9. cap. 1. Florus lib. 2. cap. 8. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 29.*

Numerus Spartanorū qui ad Thermopylas occubuerunt.
Morte magis quàm pugna] *Nam qui cum Leonida Thermopylas occuparunt, omnes ibi cæsi ad vnum: Iustinus lib. 2. sex centos tantum Spartanos fuisse scribit, cui Orosius consentit, Isocrates autem in Panegyrico mille fuisse dicit, ex confœderatis verò non multos. Plutarchus in parallelis Leonidam à Lacedæmonijs contra Xerxem cum quingentis militibus missum dicit, quàm gratum Græci habuerint Leonidæ factum, quæq; laus illi & memoria facinoris data sit, M. Catonis verbis ex Originum libris est manifestum, apud Gellium lib. 3. cap. 7. Huius quoq; præclari facinoris à Leonida confecti libro primo Tusculanarum quæstionum magno cum decore meminit Cicero, citatis duobus versibus Simonidis, ab eoq; latinè redditis:*

Dic hospes Spartæ, nos te hic vidisse iacentes,
Dum sanctis patriæ legibus obsequimur.

Syri leuissimi.
Leuissima genera hominum] *Hinc illud in Aureliano Flauij Vopisci, rarum est vt fidem seruent Syri, imò difficile. Alia verò ad hoc pertinentia notat Cœlius lib. 18. cap. 34. lect. antiq.*

Sarissophori.
Sarissophori] *Sarissas vocant Macedones prælongas hastas, vnde Sarissophori nuncupantur, Cœlius lib. 21. cap. 18.*

Minerua Itonea.
Mineruæ Itoneæ] *Mineruæ Itoneæ meminit Callimachus in Cereris hymno. Apollonius in primo Argonaut: Suidas & Pausanias in Attica, vbi de Pyrrhi regis victoria contra Antigonum agit. Armenidas verò in Thebaicis scripsit Itonon Amphictyonis filium in Thessalia natum fuisse, à quo sit ἴτων ciuitas, & ἰτωνὶς ἀθηνᾶ, id est, Itonis Minerua.*

Sita

Heraclea. Sita est Heraclea] *Heraclea scilicet Macedoniae: quae Heraclea Trachinia dicta est, vt refert Plinius. Quare & apud Strabonem quotiescunq; Heracleae fit mentio, Heraclea Trachinia nominatur, à locorum, vt credibile est, asperitate, subterranearumq; aquarum fistulis. Stephanus hanc ab Hercule conditam & nominatam asserere videtur, sed Strabo à Lacedæmonijs libro nono: fuerunt & aliae ciuitates hoc nomine, vt Heraclea Phthiotidis, Thracia, Caria, Ponti Themisconq; de quibus Geographi consulendi.*

Lamia. Lamia posita] *Iuxta Sperchium fluuium, dicta sic à Lamio Herculis filio, vel (vt alij volunt) à Lamia muliere, quae tum quidem in Trachinijs rerum potiebatur. Ab hac Lamia bellum illud ingens, quod Athenienses cum Antipatro & Macedonibus, Leosthene duce gesserunt. Lamiacum est appellatum, in quo totius ferè Graeciae, maximè verò Atheniensium, vires grauiter fuere labefactatae.*

Oeta mons. Herculiq; sacrificium fecit] *De Hercule si plura scire voles, Poetas adi, in primis Senecam, qui eius argumenti tragœdiam scripsit, atq; Nicandri Oetaica. Illud etiam cōsiderandum, authores ita inter se coniunxisse Othryn, Oetam, Callidromum, Coracem, vt Gerbellio in sua Graecia solum nominibus differre, re ipsa vnus mons esse videantur.*

Ieiunium etiā ab Ethnicis celebratū solitum. Ieiunium instituendum] *Vide notata de ieiunio per Cælū lib. 27. cap. 20. lectionum antiquarum.*

Sed & ante hac tempora ieiunia in vsu fuisse inde apparet, quod Ouidius in Fastis dicit: Numam Pompilium, quando orationem fecit pro frugibus, vsu venereorum carniumq; esu abstinuisse: idq; & alij Imperatores sunt imitati, Helius Spartianus de Iuliano Imperatore. Sapè autem nulla existente religione, oleribus, leguminibúsque contenti, sine carnibus cœnarunt: Ex quibus origo ieiunij in Ecclesiam à Pontificibus Romanis introducti facilè colligitur. Vide etiam de hoc Blondum lib. 10. Romae triumphantis.

Lustratio classis. Lustrata classe] *Vt certis sacrificijs exercitum lustrari solebat, de quibus in prioribus libris dixi, sic more lustrandi classem, fuisse legimus. Nam in littore maris altaria posita marinis vndis alluebantur, omnisq; circumstabat multitudo linguis fauens, tum sacerdotes in mari stantes, sacrum faciebant, terq; per classem scaphis circumuecti, sacra piamina ferebant, ducibus & nauarchis vnà annauigantibus, ipsaq; piamina attollentibus, vt ab exercitu, totaq; classe infelicia cuncta auerterentur ac depellerentur.*

Dolon. Dolonibus erectis] *Dolon minimum est velum in naui, Budaeus ex Polluce & Suida.*

IN LIBRVM XXXVII. QVI ALIIS DECADIS IIII. LIBER VII. DICITVR, ANNOTATIONES.

SE legatum iturum] *De hac legatione praeter Liuium leges Florum, lib. 2. cap. 8. Gellium lib. 4. cap. 18. Plinium de viris illustribus, cap. 53. Sabellicum lib. 7. Ennead. 5. Rhapsod.*

Patrimi. Matrimi. Patrimi matrimiq;] *Patrimi siue Patrimes, matrimesq;, quorum patres ac matres adhuc viuunt.*

In Latomias coniecti sunt] *In carcerem, de eo superius dictum est. Tales quoq; fuere Latomiae Syracusanae, toto orbe celebres, quas Cicero describit actione in Verrem 7.*

Galli fanatici. Fanatici Galli] *Id est furore correpti. Erant verò hi sacerdotes Cybeles, ijq; castrati omnes. Quod hinc euenisse fama est, Quum dea Cybeles puerum Phrygem formosissimum, Atyn nomine, suis sacris ea lege praefecisset, vt perpetuò castitatem seruaret, haud longè post Sangaritidem nympham compressit. Quare ab irata Dea in furorē actus, cùm Dyndima venisset, manusq; sibi afferre conaretur, miseratione Deae, furore liberatus, à se interficiendo abstinuit, virilitatem tamen sibi amputauit, & ideò Cybeles castratos sacerdotes habere maluit. Galli autem dicuntur à Gallo Phrygiae flumine, cuius aquam qui gustassent, reddebātur insani, testa vero Samia testa sibi praecidebant. Alij putant eos ideò sibi genitalia incidere, quia violauerint nomen patris, matrisue, ne possint ipsi fieri parentes.*

Autoramentum. Autoratum sibi proditorem] *Id est, obligatum, Autorare enim obligare est, & autorati milites ac sacramēto obstricti, & quasi obaerati, hoc est, aere stipendiario obstricti, ac iam non sui arbitrij. Quin & autoramentum etiam in artibus mercenarijs & opificijs obligatio quaedam est, interposita mercede contracta. Inquit enim Tullius: Merces ipsa in mercenarijs autoramentum est seruitutis, de quo latius Turnebus lib. 2. aduersar. cap. 20.*

Trulla. Trullis ferreis] *Trulla de situlis aquam hauriunt, & de ahenis aut labris, Turneb. lib. 7. aduersar. cap. 22.*

Etesia. Aduerso tempore Etesiarum] *Etesia à Graecis dicuntur venti, qui statuto & certo anni spacio flare solent, hoc est, 40. diebus post caniculae exortum, Graeci enim ἐνιαυτὸν annuū dicunt. Horum meminit Gellius lib. 2. cap. 22. Solinus cap. 25. in Polyhist.*

Remulco trahere. Remulco trahentes] *Remulco trahere Latinum esse probat Baysius in libro de re nauali, & latius de hac loquendi forma disputat Franciscus Floridus Sabinus lib. 1. successiuarum lectionum cap. 3. Remulco trahi naues affirmant, quae plus aequo oneratae, vel fractae, vel mutilae paruis nauibus remigum plenis alligatae ducūtur, vt quae simpliciter à nautis duci non possunt, aliorum nauigiorum adminiculo perueniant.*

Ancilia. Dies quibus ancilia mouentur] *Solebant enim, qui bello gerendo praeficiebantur, vt inquit Seruius, ingredi Martis sacrariū, anciliaq; primùm mouere, deinde simulachri hastam dicētes: Mars vigila. Tacitus. fuēre qui proficiscenti Othoni moras, religionemq; nondum conditorum ancilium afferrent. Promebant autem indicto bello ancilia, vt mouerentur, & profectionem suscipere, antequam condita essent, ominosum & religiosum habebatur, Turneb. lib. 5. aduers. cap. 1.*

Scipionis filius Valetudinarius. Filius eius captus] *Cognomento scilicet Valetudinarius, qui si corpore valuisset (vt Cicero in Bruto ait) in primis habitus esset disertus, vt partim eius oratiuncula, partim etiam historia quaedam Graeca de Cassina testantur. Plutarchus in vita Africani, nihil sanè comperti de eo se habere dicit, nisi eum praeturam gessisse, & in ea consequenda, a Cicereio patris scriba adiutum fuisse. Caeterùm vtrū Scipionis filius exploratus, hostiumq; insidijs vel in praelio captus sit incertum esse scribunt, Orosius & Eutropius. Huius autem Scipionis meminere praeterea Val. Max. lib. 3. cap. 5. Alexander ab Alex. lib. 4. cap. 22. Plutarchus in Africano, Plinius lib. 35. cap. 4. Sabell. lib. 7. Ennead. 5. Volaterranus lib. 19. cap. 3. vrban. commene.*

Legatos qui filium] *Insigne moderationis animi exemplum est Antiochus, qui Scipioni captum remisit filium, a quo tùm maximè finibus imperij pellebatur, & lacessitus, maiestatem Scipionis Africani excellentissimi viri venerari quàm dolorem suum vlcisci maluit. Cuius rei quoq; gloriosè meminit Plinius de viris illustribus cap. 29.*

Referre aliam gratiam nunc non posse] *Sapiens enim (vt ad Lucilium Seneca scribit) omnia secum examinabit, quantum acceperit, a quo, quando, vbi quemadmodum: Cuius rei speculum hoc loco est Africanus, qui cùm intelligeret, quàm magnum beneficium esset accipere filium captum ab hoste, qui pro suo iure saeuire potuisset in victum, vt in summa corporis debilitate aspectu filij recrearetur, non facilè aliquid praeclarius vel excellentius Antiocho pro reddenda gratia dare potuit, quam quod dedit, cùm suaderet, ut cum Romanis rerum dominis amicitiam contraheret, quos aliàs perpetuos hostes & inimicos habiturus esset.*

Sipylus. Sipylum] *Asiae montem, non procul ab amne Maeandro, de quo Strabo lib. 1 & lib. 12.*

Phalangitae. Phalangitæ] *Phalangem Macedonicam quam Latinè cuneum Liuius vocat, Prudensi ordinis, excogitasse omnium princeps dicitur, Philippus Alexandri Magni pater, ducto ab Heroibus exemplo, quos clypeis clypeos iunxisse cecinit poeta nobilis. Quo ritu qui armantur, Phalangitae dicuntur, Cælius lib. 21. cap. 18.*

Falcatae quadrigae. Falcatæ quadrigæ] *Descriptio falcatarum quadrigarum, qualis & apud Curtium in historia Darij extat, A Lucretio verò falciferi currus vocantur, lib. 5. cùm inquit:*

Et biiugo prius est, quàm bis coniungere binos
Et quàm falciferos armatum ascendere currus.

Amentum. Iaculorum amenta] *Lucius Scipio cùm die ac nocte Antiochi exercitum imbre continuo vexatum, & arcus quoque madentibus neruis inhabiles factos esse intellexisset, praelium astutè iniit, Frontinus libro 4. cap. 5. Caeterùm Amentum lorum est, quo media religatur hasta, vt longius iaci possit, hinc amentata hasta Ciceroni libro primo de Oratore: & amentare apud Lucanum pro iacere, aut amento munire: Vide Erasmum in prouerbio: Amentata hasta, & infra libro sequenti: hasta amentata & velitaris.*

Taurus mons. Cis Taurum montem] *Qui progredienti ab Hircano mari ad auroram est ad dextram, vsq; ad Indicum mare protenditur, de*

enim magnitudine leges, Strabonem lib. 11. Melam lib. 19 in descriptione Lyciæ. Volaterranum lib. 10. cap. 1. Geograph. copiose Plinium lib. 5. cap. 27. & Solinum in descriptione Ciliciæ.

Talentum Euboicum. XV. millia talentum Euboicorum] *Quid sit talentum Euboicum, docet Festus his verbis: Euboicum talentum nummo Græco septem millium & quingentorum cistophorum est, nostro quatuor millium denariorum, de quo plura Budæus lib. 2. de asse, vbi annotat, dictum Festi minimè conuenire cum ratione Liuiana, quæ talentum sex millium denariûm facit.*

Cistophorum. Cistophorûm CCXLVIII.] *Ita legendum esse, & non cistophori, vt nec tetrasma, sed tetradrachmum genitiuo casu, admonuit Budæus loco præallegato. Erat autem cistophorus nummus Asianorum, sic appellatus, quòd in eo cistiferi essent sculpti, qui sacrorũ mysticorum cistis inclusorum arcana ferebant, vt in Cybeles mysterijs, Bacchi orgijs, Cereris initijs. Vide Turnebum lib. 5. aduers. cap. 5. & lib. eodem cap. 21.*

Nec terra mutata mutauit mores] *Mutatione regionis animus non mutatur, sed in diuerso cœlo eadem mens est. proinde rectè ab Horatio dicitur:*

In culpa est animus, qui se non effugit vsquam. & alibi:
Cœlum non animum mutat, qui trans mare currit.

Cardo. Intra eum cardinem] *Cardinem à forma vocauit, quasi limitem imperij Romani à septentrione ad meridiem, Budæus in posterioribus annotat.*

Multa congiaria habuerat] *Erat inter vasa, vel mensuras, congius, vnde congiarium certæ rationis dicebatur munus. At donatiuum ex dantis erat arbitrio, præscriptione nulla. Sunt qui militibus conferri modo donatiuum putent, populo congiarium. Cælius lib. 27. cap. 27.* Congiaria.

Perpetuo tenore vitæ] *Tenorem rei progressum vocant, vnde quæ sunt similia sibiq́ue, veluti perpetua quadam succedunt serie, horũ eundem tenorem esse dicimus. Erasmus in prouerbio: Vno tenore.* Tenor.

L. Aemylio Regillo] *Hunc Aemyliũ, Appianus Liuium, Iustinus nunc Lucium Neuium, nunc Menenium appellat. Liuius autem & Florus Aemylium quoq́ue Regillum vocant.*

Asiaticum se appellari voluit] *Quemadmodum enim P. Cornelius Scipio, qui dux fatalis contra Hannibalem fuit, Africa superata, & Carthaginensibus bello deuictis, Africani nomen, ita etiam L. Scipio, deuicto Antiocho, & subacta Asia, Asiatici adeptus est. vide Plutarchum in Scipione Africano, Val. Max. lib. 3. cap. 3. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 11.* Scipio. Asiaticus.

Nummos aureos Philippeos] *Sic dictos, quod Philippus Alexandri Magni pater eos cudi iusserit, vt est apud Diodorum, posteaquam Crenidas instaurauit, & Philippos maluit appellari, ob peruetustas fodinas, quas sic demum excoluit, vt talenta inde cæderent annua mille ac amplius. Cælius lib. 10. cap. 2.* Philippei.

IN LIBRVM XXXVIII. QVI ALIAS DECADIS IIII. LIBER VIII. DICITVR, ANNOTATIONES.

PAVCITATE parum freti] *Hinc Euripides in Heraclidis: μιᾶς γὰρ χειρὸς ἀσθενὴς μάχη, id est, Inualida pugna est vnius tantùm manus, & Homerus Iliados μ.*

Ἀλλ' ἐφομαρτεῖτον, πλεόνων δέ τοι ἔργον ἄμεινον: *id est, Adsitis comites, multorum industria namq́ue*
Plus pollet quàm paucorum. In quam sententiam plura apud Erasmum in prouerbio: Multæ manus onus reddunt leuius.

Ambracia. Ambracia tumulo] *Hæc Pyrrhi regia, postea ab Augusti victoria Nicopolis dicta est. Ptolomæus tamen duas ciuitates Ambraciam & Nicopolim facit, Ambraciamq́ue ponit intra sinum Ambracium, & Nicopolim extra sinum in Epiro. Vide Strabonem lib. 9. cap. 1. Melam lib. 2. cap. 3. Hanc Lartam nunc dici Oliuarius ait.*

Pinnas detergere. Detergebat pinnas] *id est, auferebat vel confringebat summitates murorum: Pinnæ enim murorum sunt summitates eorum. Et detergere per translationem est auferre: Ac remos detergere idẽ est, quod remos confringere: Cæsar lib. 1. de bello ciuili.*

Tolleno. Tollenonibus] *Tolleno quid sit, Glareanus antea exposuit. Est verò κηλώνειον, vt ait Turneb. lib. 6. aduers. cap. 18. quod sursum deorsum hinc inde tollitur, more oscilli & alterius huc & inde suspicit & despicit. Vide etiam Petrum Crinitum de honesta disciplina. lib. 19. cap. 2.*

Formula. Formulæ sui iuris] *Vt formula in iure prætorio & ciuili dicitur, cum certa quadam actione & forma, & verborum certa conceptione aliquid comprehenditur, ita in ciuitatum imperio, & fœderibus, iurisdictioneq́ue, & ditionis formulam inde traductam posuit, sanè quam eleganter, cùm etiam ista certa cautione & lege, certoq́ue iure constent nõ minus quã priuata. Tur. lib. 14. aduers. cap. 11.*

Tabulæ pictæ. Signa ænea & tabulæ pictæ] *Id est, statuæ & picturæ: Romani quippe expugnatis oppidis quicquid ornamentorum inuenissent, triumphantes, maximo apparatu ferebant, atq́ue vrbem nouis statuis, picturis, & tabulis ab hostib. translatis magnificè ornabant: qua de re copiose Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 6. De tabulis autem à Fuluio Romam translatis. Plinius lib. 35. cap. 7.*

Argos Amphilicium] *Ita legendum esse tradit Turneb. loco præallegato.*

Vulgata similitudine] *Quàm crebrò vsurpari soleret similitudo hæc ab Oratoribus, vt mare sua natura tranquillum commouetur ventis & tempestatibus, ita Remp. sua sponte quietam agitari stimulis vocibusq́ue improborum ac turbulentorum ciuium, ex Cicerone & Liuio indicauit Petrus Victorius lib. 7. cap. 21.*

Terræ proprietas cœliq́ue] *καὶ τὰ ἤθη καὶ τὰ σώματα καὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων οἱ βίοι ταῖς χώραις συνεξομοιοῦνται, de quo plura Erasmus in Prouerbio Mores hominum regioni respondent.*

Axylos silua. Ab re nomen habet] *Rectè id adijcit, nam alibi ἄξυλος ὕλη apud Homerum, peritiores interpretantur polyxylon κατ' εἰρωνείαν ...*

ξυλίζεσθαι, vt in quam nemo lignatum perrexerit, vt annotat Cælius lib. 25. cap. 18. & lib. 18. cap. 23.

Velitarum hastarum] *Velitares hastæ erant iaculatoriæ, id est, quibus eminus iaculabantur, proinde aliis leuiores. De his Ouid.* Velitares hastæ.

Vtq́ue petit primo plenum flauentis arenæ
Nondum calfacti velitis hasta solum.

Hastam velitarem Polybius videtur γρόσφον appellare, vt enim de Velitibus hic scribit Liuius, eos tripedalem parmam habere, & in dextera hastas, quibus eminus vtuntur, ita Polybio hasta velitaris τὸ τῶν γροσφῶν ξύλον, longitudine est duorum cubitorum, crassitudine digitali, ferro dodrantali ita in tenuitatem & gracilitatem ducto, vt primo statim ictu necessario inflectatur. A velitari & manipulari hasta differebat amentata, quæ vt superius dictum est, grauior erat & maior, & vt maiore impetu torqueretur, habena vel amento media vinciebatur, cui digitus inserebatur ad conatum iactus adiuuandum. Turneb. lib. 14. aduers. cap. 11. Amentata hasta.

Orgiagontis reguli vxor] *Chiomara nomine, quæ ex Galatia finibus nota erat vt autor est Plutarchus, qui copiose præsentem historiam de claris mulieribus cap. 22. describit.* Chiomara.

Centurio] *Tribunum vocat Plutarchus, quem Chiomaram in diuidenda præda seruisse ait.*

Custodiæ] *Hostium enim captiuorum insigniores in custodiã tradebantur, vt currum triumphantium præcederent postea, cum res ita tulisset. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 6.*

Stringerent gladium] *Iuxta legem Platonis, quæ lib. de legibus nono, huiusmodi lata est: Qui mulierem liberam ad rem Venereΐam vi adigit, non ab eo solum cui vis illata est, sed à patre, marito, fratribus, filiisq́ue, vita priuetur, & sic D. Adrianus, vt ait Marcianus ad legem Corneliam de sicariis, rescripsit, eum qui stuprum sibi, vel suis per vim inferentem, occidit, dimittendum.* Stupri per vim illati pœna.

Velut destinatum petentibus] *Destinatum hic videtur esse scopus, & destinare scopum designare est, quem petas. Est & destinare, quod petis attingere & prendere. Cæsar: Nam laqueis falces auertebant, quas cum destinauerant, tormentis introrsum reducebant. Turneb. lib. 14. cap. 11.* Destinatum scopum.

Princeps in Senatu] *De Senatus Romani principis dignitate, Plutar. in Scipione Africano hunc in modum scribit: Principem Senatus Africanum legerunt, quod honoris genus iis tantùm deferri consueuit, qui autoritatem & gloriam maximis in Remp. meritis, præstantissimisq́ue reb. gestis, essent antea consecuti. Neminem autẽ in Senatus principis locum eligi solitum accepimus, nisi qui vel ex Censoriis virîs natu maximus esset, vel qui tùm esset consularis aut triumphalis Senatui populoq́ue Romano gratissimus esset. Quod verò Censorum hoc officium ac munus esset, vt Senatus principem eligerent, præter Liuium docet etiam Plutarchus, dum in Paulo Aemylio scribit, ab eo censore principem in Senatu lectum fuisse M. Aemy-* Princeps Senatus.

lium Lepidum, qui quater antea iam Senatus princeps fuerat, Maioragius de Senatu Rom. cap. 12.

Scutale. Triplex scutale] *Hunc locum annotat Priscianus in sexti libri fine sed codicibus pracipuè interpellatis, & Cœlius lib. 14. cap. 7. Torneb. lib. 14. cap. 11. existimat scutale corium esse, cuius loru habenas onsutis, facta erat, sic appellatum, quod ex eo genere coriỹ scuta conficerentur.*

Damiurgi. Damiurgis ciuitatum] *Apud Dorienses inquit Hesychius, qui publica negotia rei q; ciuitatis administrant, Demiurgi vocantur,* Demarchi. *qui similes sunt ijs, qui ab Athenensibus Demarchi vocantur, id est, Tribuni: Peloponnesÿ autem Dorici sunt generis, quo factum est vt Damiurgi Doricè Liuius diceret, Torneb. loco preallegato.*

Senatum consulere. De Repub. Senatum consuluerunt] *Torneb. lib. 14. cap. 11. arbitratur de Repub. referre, esse Senatum consulere, quomodo Respub. in annum administranda sit, qui in prouincias mittendi, qui reuocandi, qui exercitus conscribendi, qui dimittẽdi, quid domi militiaq; agendum, &c.*

Tanays pro Halys. Vsq; ad Tanaim amnem] *Budeus lib. 4. de asse. mendosè hic Tanaim legi putat, & pro eo restituendum esse Halym. Notum enim est ex Herodoti primo, Halym fluuium confinium fuisse Lydorum & Medorum imperij. Meminit etiam Halyos Plinius in 6. à radicibus Tauri per Cataoniam Cappadociamq; decurrentis.*

Atticum talentum. Attica talenta dato] *Budeus non Attica talenta sed Euboicorum talentûm legendum existimat lib. 3. de asse: nisi intelligamus Atticum magnum & Euboicum idem fuisse, vt vtrunq; Liuius pro eodem vsurpauerit. Superiore namq; libro de conditionibus propositis Liuius loquens, Euboicorum talentorum non Atticorum meminit. Talentum autem Atticum nemo minus dixit esse LX. minus centenarum drachmarum, vt idem Budeus tradidit.*

Bendidium templum. Circa templum Bendidium] *Bendis. vt scribit Hesychius, lingua Thracum Diana appellatur, vnde & Bendidia eius feria Athenis vocabantur, Nam eius sacra è Thracia ascita Athenienses receperant, illisq; ferijs disseruit in Pyraeo de optimo Reipub statu Socrates, vt à Platone refertur. Deam hanc eandem ijdem Thraces* Cιcατον *vocabant Hesychio autore. Clodne verò cognominata est* δίλογχος *à Cratino poeta in fabula Thracum, siue quod ea dea duos honores sortita est, cælestem videlicet & terrestrem, vel quod duas lanceas, id est,* λόγχας, *cùm esset venatrix ferre consueuit. Sunt qui dicant, quod duo lumina habeat, proprium quidem Lunæ & Solis, De Bendidijs etiam Strabo in 10. & Xenophon lib. 2.* Ἑλληνικῶν *meminere.*

Fixuris in postibus suis] *Solebant enim Romani postes spolijs hostium ornare, teste Polybio:* ἐπὶ ταῖς οἰκίαις κατὰ τοὺς ἐπιφανεστάτους τόπους τιθέασι τὰ σκῦλα. *hinc Maro:*
Barbarico postes auro spolijsq; superbi. Sed ne ea quidem adibus abalienatis licebat emptoribus refigere aut tollere, vt ex Plinio obseruauit Torneb. lib 14. aduers. cap. 11.

Ad diuortia aquarum castra] *Diuortia aquarum iuga sunt, vnde in diuersa aqua cœlestes & perennes diuertunt. Lucanus:*
Fontibus hic vastis immensos concipit amnes
Fluminaq; ingeminis spargit diuortia ponti
Torneb. lib. 14. aduers. cap. 11.

Delphi commune humani generis oraculum. & vmbilicus orbis. Etiam Delphos commune] *Reprehenduntur leuiter à Varrone quidam, quod vmbilicum dicerent Delphos. ab vmbilico nostro dictum, quod is medius locus terrarũ sit, vt vmbilicus in nobis, quod vtrunq; Varro ait falsum esse, quod neq; is locus medius terrarum sit, neq; noster vmbilicus hominis medius. Sed Delphis in æde ad latus foraminis esse quiddam, vt thesauri specie, quod Græci* ὀμφαλὸν *dixerunt, id est vmbilicum. Attamen vt verum sit, quod Varro ait vetustas credidit, Delphos esse terrarum medium, ex qua opinione ab Ouidio scriptum est:*
Et orbe
In medio positi caruerunt præside Delphi.

Huic famæ accedit fabula, quam interpres Pindari refert, Ioui incessisse cupiditatem medium terrarum metiendi, itaq; cum dimisisse duas aquilas paris celeritatis (alij quemadmodum Strabo scribit coruos dixerunt) vnam ab ortu, alteram ab occasu qua Pythona concurrerint, in eiusq; rei argumentum aureas duas aquilas illic postea dicatas esse Pausanias scribit, qui à Delphis appellatur vmbilicus, eum è lapide candido esse factum, & à Delphis medium terræ censeri, ita veteres vmbilicum Delphos dicebant. & locum quendã in vetere poeta, qui scripsit: O sancte Apollo, qui vmbilicum certum terrarum obtines.

Hoc inquit die] *Hoc est, quo quassata ab hostibus Romanorum Repub. ego solus contra Hannibalem populi Romani antea inuictissimum hostem fœliciter pugnaui, & salutem patriæ peperi. &c.*

Vitam Linterni] *Vbi villã habebat, cuius meminit Plinius lib. 14 cap 14.*

Scipionis Africani mors. Io ingrata patria fieret] *De morte Scipionis diuersa tradiderunt autores. Alij namq; Romæ mortuum elatumq; scribunt, & ad fidem huius rei monumentum ad portam Capenam ei factum, & tres statuas super locatas ferunt: Alij autem, quod probabilius est, Linterni, vel Amiterni, in exilio cõsenuisse, & vita defunctũ esse tradiderunt: vbi sepulchro suo inscribi iussit: Ingrata patria ne ossa quidem mea habes vt refert Valerius Maximus lib. 5. cap. 3. Orosius lib 4 cap 20. Hic verò annotandum, hoc fere accidere viris de Repub. bene meritis, vt pro benefactis pessimam gratiam a populo tulerint. vnde Pyndarus in Pythijs hymno quarto:* φαντὶ δ' ἔμμεν τοῦτο ἀνιαρότατον, καλὰ γιγνώσκοντ' ἀνάγκᾳ ἐκτὸς ἔχειν πόδα, *id est. aiũt hoc esse molestiss. qui norit honesta, foris habere pedem, hoc est non frui bonis, cùm ipse bene meritus sit de alijs, sed pro benefactis malè audire. Hinc vulgò dicitur: Pro beneficentia Agamemnonem vltò sunt Athini.*

Mulsum. Mulsum prosecutis funus dedisse] *Veteres Romani mulsum in delitijs habebant, & in triumpho milites ab Imperatore eo donabantur. Plautus:*
Sed spectatores vos nunc ne miremini
Quod non triumpho. peruulgatum est, nihil moror
Verumtamen accipientur mulso milites.

Ita eo exemplo & more tum Liuius significat. Culleonem in Africani funere, renouata memoria triumphi eius, pileatum dedisse mulsum, aut triumphi imitatum liberalitatem & imaginem hoc fecisse, vt Torneb. explicat lib. 14. aduers. cap. 11. Mulsum verò ex plurima aqua fieri solitum ex Galeni lib. 4. tuenda sanitatis annotat Cœlius lib: 23. cap. vlt. Sed & ex vino vetere factum ad appetentiam & auiditatem cibi reuocandam autor est Plin. lib. 22. de natura mellis. Vide etiam de hoc Petrum Crinitum de honesta disciplina libro 4. cap. 8. vbi tradit veteres mulso etiam in sacris vsos.

Librarij. Librarij mendum quàm mendacium] *De computatione & æstimatione huius summæ vide annotata à Budeo lib. 3. de asse, eiusq; partibus. Librarij autem, quorum hic fit mentio, apud Romanos erant, qui libros transcribebant eosq; vendebant, ij Romæ in Argileto tabernas habebant. Martialis:*
Argiletanas mauis habitare tabernas,
Cùm tibi parue liber scrinia nostra vacent.

IN LIBRVM XXXIX. LIVII, QVI AB ALIIS
DEC. IIII. LIBER NONVS DICITVR, ANNOTAT.

Petilia lex. LEGE Petilia] *De peculatu intellige, quam tulit Q. Petilius tribunus plebis Aemylio & Flaminio Coss. supra lib. 38. Est & alia petilia de ambitu, de qua Liuius suprà lib. 7.*

Luxus Asiaticus. Luxuriæ peregrinæ] *De luxu Asiatico multa annotata videbis apud Cœlium lib. 7. cap. 10. & rursus lib. 18. cap 18. & lib. 23. cap 28. lect. antiq.*

Stragula. Vestem stragulam] *Vlpianus stragulam accipit pro veste exteriore, quæ reliquis inijcitur, quale fuit Græcorum pallium. Stragulas itẽ vestes siue stragula pro aulæis siue peripetasmatibus accipiebant veteres, quod ijs aula & triclinia nonnunquam etiam lecti insternebantur, Tibullus lib. 1. eleg. 2.*
Nam neq; tunc pluma, nec stragula picta soporem.

Plagulæ. Plagulas] *Plagula, autore Tornebo libro 1. cap. 29. aduersariorum vela sunt & textilia, quibus lectica & lecti intendebantur, aut inuoluebantur, vt apud Tranquillum in Tit. Lectica dimotis plagulis. Nonius plagas interpretatur grandia lintea, & toral. & lecticatiam sindonem, vnde per diminutionem plagula dicuntur, inquit. Meminit plagularum etiam Vlpianus. vt annotat Baysius de re vestiaria, cap 20. Budæus in prioribus annotat. Per plagas & stragulam tapetia sen aulaa intelligi existimat.*

Monopodia] *Monopodia, Turnebo præallegato loco, autore*

mensæ sunt, quæ vno pede sustinentur, quæ ea tempestate pulcherrima lautissimaque censebantur. Idem ante eum annotauit Bayfius, in lib. de vasculis.

Sambucistriæ] *Mulieres Sambuca canentes. Erat autem Sambuca instrumenti musici genus trianguli, teste Porphyrio, in Ptolemæi Harmonica.*

Purè lautum] *Veteres enim non nisi puros, beneque lotos sacra accessisse, superius annotauimus.*

Patronorum tutela. Post patroni mortem] *Si cui enim nullus omnino tutor esset, ei dabatur in vrbe quidem à prætore vrbano, L. Si quis sub cõditione. ff. de testam. tutel. & maiore parte Tribunorum plebis ex lege Atilia, Instit. de Atiliano tutore. Et L. 12. tabularum libertorum & libertarum tutela ad patronos liberosque eorum pertinebat. Eo enim ipso quod hæreditates libertorum libertarumque, si intestati decessissent, iusserat lex ad patronos liberosue eorum pertinere, crediderunt veteres voluisse, legem etiam tutelas ad eos pertinere. Quia plerunque, vbi successionis est emolumentum, ibi & tutela onus esse debet. Instit. de legit. pat. tutela. Ac etsi Iureconsulti tradiderint, mulieres anno duodecimo tutela liberari, L. fin. C. Quando tutor vel curator esse desinat. Instit. Quibus modis tutel. fin. tamen moris olim fuit, vt sui iuris nuptæ pupillaribus tutoribus a tutela defunctis, tutelam alteri in iure cederent, eaque tutela cessitia dicebatur, quod sit mulier, quas ob infirmitatem consilij, rebus proprijs superesse non posse statuebant, nihil sine autoritate agere volebant, vt supra lib. 21. Portius Cato legem Oppiam suadens, & Cicero pro Murena testatur. De quo plura Renardus variarum lib. 1. cap. 10.*

Excetra. Illius excetræ] *Singularis in hac voce emphasis inest. Significat namque, eum ita illecebris meretricijs irretitum, vt etsi Ebutius absit, amor tamẽ minime extinguatur, sed semper ei sa Hispala, magis magisque inflammetur & adaugeatur. Excetra enim dicta est hydra lernæa, quod vno caso capite tria exirescebant, Plautus in Persa.*

Nam cum leone & excetra & cum apro Aetolico, cum auibus Stymphalicis, cum Antæo deluctari malim, quàm cum amore.

Bacchæ. Baccharum habitu] *Bacchæ sacrificula Bacchi, & mulieres orgia Bacchi celebrantes dicebantur. Hinc Ouid. 9. Metamor.*

Vtque tuo mota, proles Semeleia thyrso.

Ismaria celebrant repetita triennia Bacchæ.

Viuum sulphur. Viuum sulphur] *Viuum sulphur, vt Turnebus lib. 1. aduers. cap. 29 explicat, autore Plinio, quod ignem non est expertum, ἄπυρον Græcis vocatum, nam reliqua genera cocta ex oleo parantur. hoc glebosum, solidumque effoditur, auidissimeque flammam corripit.*

Maritorum in vxores potestas. In quorum manu essent] *Satis hic Liuius locus indicat, morem olim apud Romanos fuisse, vt maritis in vxores animaduertere liceret, non minus atque in seruos maxime in eas quæ in manum maritorum transijssent, vt notat Budæus in annotationibus ad Pandectas. Et literis proditum est, adulterium lege Romulea capitale fuisse sic inquam capitale, vt pœna mors esset. Tulit enim Romulus legem his verbis: Adulterij comnictam vir & cognati vti volent necanto.*

Equus publicus. Neue Censor ei publicum equum assignaret] *Equus enim quo equites Romani vehebant, eis a Censore assignari est solitus. Quid autem fuerit equus publicus parum compertum est. Var. in libris de lingua Latina: Equum publicum mille assarium vocat, quibus verbis et Sigonius lib. 2 de antiquo iure Quiritium putat, stipendium forte esse aliquod vel alendi vel emendi equi caussa de publico constitutum significat. Plinius lib. 33. equum publicum equum militarem vocauit, cùm de ordine equestri verba faceret: Annuli, inquit, planè mediũ ordinem tertiumque plebi & patribus inseruere. & quod antea militares equi nomen dederant, hoc nunc pecunia iudices tribuunt. Item equitum nomen subsistit in turmis equorum publicorum. Intelligit enim equites primùm ab equo publico, pòst à censu iudices dictos.*

Datio nexi. Datio] *Per dationem, haud dubiè nexi dationem intelligit. Nã nexum, vt apud Festum, ait Gallus Aelius, quodcunque per æs & libram geritur. quo in genere sunt hæc, testamenti factio nexi datio, nexi liberatio. vt hoc loco per dationem nihil aliud intelligere videatur Liuius, quàm ius transferendi rerum dominij. De quo præter Boethium in Topicis Ciceronis. Budæum in prioribus annotationib. Vide etiam Turnebum lib. 20 aduers. cap. 19. Vbi ostendit quid inter mancipium & nexum intersit.*

Diminutio. Diminutio] *Scilicet vt familiam aliquam intrare vel exire ea liceret ei. Hæc etenim infima capitis diminutio est, vt tradit Iustinianus Instit. de capit. diminutione.*

Gentis enuptio. Gentis enuptio] *Quid per hanc enuptionem intelligatur colligi potest ex lib. 10. supra, vbi matronæ patritiæ Virginiam, Auli filiam, L. Volumnij consulis plebeio nuptam, quod e patribus enupsisset, sacris arcuerunt. Erat enim enubere nihil aliud quàm è patris domo transire, patriaque sacra relinquere. Hinc illa vocis consiliũ sup. lib. 4.* Enubere quid. *connubio patrũ cum plebeijs concesso ignorari non posse, quis natus sit, cuius sanguinis, quorum sacrorum sit, dimidius patrum sit, dimidius plebis. Et huc Iureconsulti respicientes, matrimonium dixere communionem humanorum & sacrorum, L. aduersus, C. de crimine expil. hered. Et plebeia vxor per matrimonium nobilitatem adipiscitur, sicut è contrario nobilis si nubat plebeio, eam amittit & transit ad plebem: Idcirco, minime Hispala metuendum esse, cui enuptio sit concessum est tribuit.*

Optio. Optio tutoris] *Optio, id est, optatio nimirum vt quem vellet tutorem sibi optare posset. Nã vt testamento patris filiis familias tutor dari potest, ita testamento viri matrifamilias optio tutoris dari potest, vt ipsa sibi tutorẽ eligat, quem velit. & his tutoris est, quem pro Murena M. Tullius ait potestate mulierum teneri. De qua vide notata per Curacium lib. 7. obseruationum, cap. 11.*

Iure verò militari optio appellatur is, quem decurio aut centurio optat sibi rerum priuatarum ministrum, quo facilius obeat officia publica. Cuius quidem optionis potestas ab initio penes ipsos decuriones erat, postea verò propter ambitionem, ad Tribunos transijt, vt docet Varro lib. 4. de lingua Latina.

Ingenuo nubere liceret] *Nam Libertinis non solùm cum senatorib. connubia non erant sed ne cũ ingenuis quidẽ de plebe. Inde Cicero obijcit vt probrum in Philippicis Antonio, & in Sextij causa Gellio, quod Libertinas in matrimonio haberent, vt tradit Zamasius lib. 1. de senatu Romano. Postea tamen Lege Papia cautum est, vt omnibus ingenuis, præter Senatores, eorumque liberos, vxores libertinas habere liceret: hoc Iulianus. Addit Vlpianus: Si Senator libertinam habuerit vxorem, quamuis interim vxor non sit, attamen in ea conditione est, vt si amiserit dignitatem, vxor esse incipiat.*

Taurilia. Ludi Taurilia] *Taurilia ludi sic appellati ab immolatione taurorum, vt docet Turnebus lib. aduers. 13. cap. 4.*

Semimares androgyni. Semimarem] *Per semimares intelligit eos quos superius aliquoties androgynos ambiguo inter marem & fœminam sermone Græco vocari scribit, Cœlius lib 15 cap. 10.*

Thebæ Phtiotidis. Thebas Phtias] *Thebæ Phtiotidis in intimo Maliaci sinus angulo non longè a Sperchio fluuio sita. Strabo circa finem noni libri Thebas Phtioticas sub Crocio campo, qui in Thebarum mediterraneis est positas, scribit.*

In cuneum hostium] *Phalangem Macedonicam cuneo intelligi annotat Cœlius lib. 21. cap. 18. lect. antiq. quam Prædensi ordinis excogitasse omnium princeps dicitur Philippus, Alexandri Magni pater, vt superius annotauimus.*

Nullo iure Thessalorum formulæ factam] *Id est, iniquè Thessalorum iuris factam, à formulis iuris translatione ducta, aut formulis fœderum, societatum, pactionum, vt existimat Turnebus lib. 1 cap. 29 aduers.*

Toga candida. Sine toga candida] *Moris siquidem erat, vt post edicta comitia professi togam candidam induerent, vnde & candidati dicuntur magistratum ambientes. Neque verò in professione satis erat togam candidam induere sed etiam solemni ad populum nominatione quæ in concione ab aliquo magistratu data, fieret. Nam si præsens Q. Fuluius Flaccus professus est, se petere præturam absque toga candida quia prætextam ferre eum ædilem oportebat, relinquitur professionem aliud fuisse, quàm toga candida petere magistratum, de quo Gruchius de comitijs Rom. lib. 1. Candida ergo toga petitionis signum erat, vt à populo dignoscerentur, qui ambirent magistratum. Quamdiu enim retinebatur toga candida, tamdiu perstare in petitione, ea deposita, & petendi voluntatem deposuisse candidati censebantur.*

Nomen candidati recipere. Nomen eius acciperet] *Nominis siquidem editione in petitione magistratuum opus erat. eo verò ab hoc, qui comitijs præsidebat non recepto, eius rationem haberi non oportebat: secus vero eo recepto. Sic C. Martium Rutilium Liuius scribit, Censuram petere professum, & tamen subijcit, consules negasse se eius rationem habituros, & apud Valerium Maximum libro 3. capite vltimo scribitur: M. Palicanum petitionem consulatus professum fuisse, Catone tamen Pisonem consulem in concione populi negasse, rationem eius se habiturum fuisse.*

Fortu-

Fortunam sibi ipse facturus] *Nam vt Plautus in Trinummo ait: Sapiens ipse sibi fingit fortunam. & sui cuiq; mores fingunt fortunam. In quam sententiam vide notata ab Erasmo in prouerbio: Sui cuiq; mores, &c.*

Portij Catonis laus.
Summus Imperator] *Hinc Plinius lib. 7. cap. 27. Optimum Oratorem, & optimum quoq; Senatorem vocat, Sabellicus autem ex Neotericis lib. 7. cap. 3. Ethnic. exempl. virum iustum & aequitatis studiosissimum vocat.*

Causam dicendo] *Saepissimè enim accusatus est, sed quoties autores dissentiunt. Quadragies quater accusatum scribit autor de viris illustribus cap. 47 Solinus cap. 7. quibus astipulantur Lorbaedus de Syrisbe, & Caelius Rhodiginus lib. 11. cap. 14. Quadragies ter Plinius lib. 7. cap. 27. Valerius Maximus saepenumero accusatum ait*

Aristophontes.
lib. 3. cap. 7. Sexies & quadragies. Sabell. lib. 1. cap. 7. Sic quoq; Aristophontes apud Athenienses nonagies quinquies accusatus, semper euasit. vt testis est Aeschines in celeber. oratione in Demosthenem, Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 5.

Nonagesimo anno] *Sic & Plutarchus nonagenarium legit. Verùm cum Cato, vt historia ostendunt, octogesimo quinto aetatis anno obierit, nonagenarius iam Galbam accusare non potuit, nisi post mortem a manibus eius accusatum velis. Verùm huius rei veritatem apud Ciceronem de claris Oratoribus inuenies.*

Nouum hominem] *Nam genere Tusculanus, parentibus obscuris natus fuit, vt qui pecus pascerent. De eius vero familia & genere praeter alios Gellius quoq; lib. 13. cap. 18.*

L. Quintium Flaminium] *Titi Quintij fratrem & qui septem ante annos consul fuerat.*

Galba.
Galbam] *Sergium Galbam virum consularem eloquentissimũ. De quo Suetonius, Cicero in Oratore. Volater. lib. 16. cap. 1. Alex. ab Alex. lib 1. cap. 9.*

Notam ascribere.
Motis senatu notas ascriberent] *Notam ascribere nihil aliud fuit, quàm causam infamem & ignominiosam edere, vnde perspicuum est differre notare, & ordine mouere. Ob leuiores siquidem causas mouebant tantùm Censores, sicuti superius lib. 14. Fabritius P. Cornelium Ruffinum consularem mouit. Grauioribus autem pollutos sceleribus notabant. & notatos quosdam tribu etiam motos & aerarios factos infra lib. 42. Liuius commemorat. Veruntamen sciendum, quod Censoriae animaduersiones & notae non verè iudicia, sed praeiudicia quaedam fuerint, itaq; qui notatus fuerat postea in iudicium vocabatur. vt Cicero scribit lib. 4. de Repub. Censoris iudicium nihil aliud ferè damnato affert, praeter ruborem. Itaq; quod omnis ea iudicatio versatur tantùm in nomine, animaduersio illa*

Ignominia.
Cato Censorius.
ignominia dicta est. Adeò verò seuerus in delinquentes Cato Censor fuit, vt inde Censorij nomen adeptus sit. Plinius lib. 19. cap. 1. & lib. 14. cap. 4. Sabell. lib. 2. cap. 8. Fulgosius lib. 2. cap. 4.

Facinus siue eo modo] *Meminit quoq; huius Cic. in Catone, & Val. Max. lib. 2. cap. 4. Plutarchus non scortum sed adolescentem fuisse scribit liberali forma, quem semper comitem habuerit. & interfectum vnũ ex ijs fuisse, qui rei capitalis crimine damnati erant. Ex neotericis autem Sabellicus lib. 7. Ennead. 5. Rapsod. Gallum vocat, quem a suis ad Romanos cum liberis transfugisse ait.*

Sponsione defenderet] *Sponsione certa pecunia aut aestimationis aduersarium prouocaret, quàm amitteret, qui in lite succumberet. vt Asconius interpretatur, & post eum Budaeus in prioribus annot. Ranardus ait. Leges 12. tab. cap. 6. de prisco iure vindiciarum.*

Attribuere.
In millia aeris attribuerentur] *Attribuerentur hoc loco significat, tributi nomine statuerentur, vt annotauit Budaeus de asse lib. 4. Ergò Cato deterrere volens homines à luxu, pluris decies delicatam vestem, & venusta mancipia, quàm quanti vendi possent aestimauit, & in aeris singula millia ternos asses tributi constituit. Idem quoq; Caelius annotauit lib. 10. lect. antiq. cap. 2.*

Inaedificata
Inaedificata immolitáue] *Inaedificata sunt, autore Tornebo lib. 1. aduers. cap. 29. quae aliquo in loco aedificata sunt, sed cùm in loca dixit, significat aedificia è priuato in publicum procurrentia, & aliquid loci publici occupantia, Plutarcho teste, cuius verba sunt: ἀνατρέπων δ᾽ ἐξ ὀχετῶν ὕδωρ ὅσα προβαίνοντα εἰς τὸ δημόσιον οἰκοδομήματα. Immolita autem sunt, quae quis vsq; iam molitus est, si quis*

Immolita quae.
igitur priuatus ante aedes suas in publico podium posuisset, aut menianum protecisset, eum id demoliri & diruere, tollereq; Cato iubebat.

Basilica.
Basilicam] *Ex pecunia publica. fuit verò ea vicino foro magnoq; sumptu constructa, porcia appellata, ob aeternam nominis sui gloriam, teste Plutarcho & Martiano lib. 3. cap. 26. & Blondo, qui de Roma triumphante etiam hodie huius basilicae vestigia nonnulla extare scribit. Erat autem basilica domus ampla & spatiosa, templo persimilis. ambulationibus amplissimis instructa, causarum cognitioni destinata, ad quam multi tam ex vrbe, alij causas agendi, alij consultandi, alij aliud agendi gratia confluebant: dicta Basilica ἀπὸ τοῦ βασιλέως, cuius appellatione Graeci etiam iudicem intelligerent, astipulante Hesiodo, qui βασιλῆας δωροφάγους vocat, hoc est, doniuoros iudices, interprete Budaeo.*

Vltro tributa.
Vectigalia summis precijs, vltro tributa infimis locauerunt] *Hic ambigitur, quid ista inter se differant. Nam eadem si essent, ijsdem precijs locato oportuit. At vectigalia omnibus quidem nota sunt, vltro tributorum ignoratio sententiae cognitionis efficit, Tornebus lib 1 aduersariorum cap. 29. Vltro tributa esse putat impensas & attributiones operum publicorum faciendorum, & sartorum tectorum praestandorum mancipibus & redemptoribus certa mercede locatorum: ita vectigalia, quibus reditus & fructus populi Romani constabat, quantum potuerunt Censores auxerunt. Vltro tributa. quibus impensa sumptusq; & erogationes pecuniae publicae ex aerario hauriebantur, quantum potuerunt, precijs diminuerunt, & ad minimam summam perduxerunt. Cui interpretationi Plutarchus astipulatur, qui de eadem censura Liuiũ secutus, ita scribit: συνέστειλε δὲ τοῖς μισθοῖς τὰς ἐργολαβίας, τὰ δὲ τέλη ταῖς πράσεσιν ἐπὶ τὰς ἐσχάτας ἐξήλασε τιμάς. Itaq; istud lib. 43. Qui publica vectigalia aut vltro tributa conduxissent, in eandem sententiam accipiendum erit.*

Hasta.
Semotis ab hasta] *Quid per hastam hic intelligatur superius lib. 24. expositum est: & de auctionum hasta & magistris Caelius late lib. 21. cap. 17.*

Defungi fato.
Defunctosq; vulgò ferebant] *Sensus horum verborum est, vulgò ita dictitatum populum Romanum eiusmodi castrorum imagine, qua in fere fuerat, videri sum fatis defunctum, quadratam olim castrorum metationem in medio foro meditari credebantur. Defunctos igitur fato, id est, solutos & exemptos, nec vltrà illi fato obnoxios, ita Budaeus in prioribus in Pandectas.*

Corone.
Praeoccupandam Coronem] *Haec enim in ipso ferè Messeniaci sinus altero cornu sita est, de qua Stephanus & Pausanias in Messeniacis.*

Prusiam regem] *Bithyniae regem, de quo legatione vide Plutarchum in vita Flaminij & Hannibalis. Debellato autem Antiocho, Romani praeter alias conditiones, quas imposuerunt regi Hannibalem perpetuum suae Reipub. hostem, sibi tradi postulabant. quo intellecto Hannibal, ne in hostium veniret manus, ad Prusiam regẽ confugit. Qua de re lege Plutarchum in Hannibale, & Fulgosium lib. 7. cap 3.*

Nihil inexploratum] *Hinc Prouerbium. Multae regum aures atq; oculi, de quo Erasmus in Adagijs. Meminit & eius Aristoteles in 3. Politicorum.*

Hannibalis exitus.
Hic vitae exitus] *De Hannibalis morte diuersas historicorum opiniones, lege apud Plutarchum in eius & Quinti Flaminij vita, Iuuenalem Satyra 10. Sabellicum lib. 6. Ennead. 5. Iulium Obseq. cap. 3. prodigiorum. Volaterranum lib. 14. cap. 3. Vrban. comment. Annibalis verò mortui corpus positum fuit apud Lybissam Bithyniae vicum, in arca lapidea, in qua inscriptum erat: Annibal hic situs est. Autor Plinius de viris illustribus: Petrus Bellonius Cenomanus de admirabili operum antiquorum, & rerum suspiciendarum praestantia lib. 1. cap. 33. de loco sepulchri Hannibalis, quem se vidisse ait, haec scripta reliquit: Monumentorum (inquit) etiamnum circa Nicomediam, infinitus ferè cernitur numerus, in queis Hannibalis sepulchrum vidi, in Libyssa Bithyniae vrbe, quae nunc Diacibe vocatur, & mari abluitur. Vrbis huius ruinae supersunt, in quibus tamen nemo habitat. Colliculus illic est muris circundatus. arcem in iugo sitam habens, in qua Hannibalem sepultum scribunt. Haec Bellonius. Meminit eius sepulchri Plinius lib. 5. cap. 32.*

Libyssa Hannibalis sepulchro clara.

Mortem senis] *Annum siquidem septuagesimum tunc egit, vt Aemylius Probus in eius vita testatur.*

Funeri suo exilium indixit] *Nam vt & superius vidimus, Linterni, vel Amiterni, vt Ausonius vocat, moriens, abuxere praecepit, ne corpus suum efferretur Romam, & sepulchro suo inscribi iussit: Ingrata patria ne ossa quidem mea habes, vt refert Valerius lib. 5. cap. 3. Orosius lib. 4. cap. 20.*

IN LIBRVM XL. QVI ALIAS DECADIS IIII. LIBER X. DICITVR, ANNOTAT.

Palilia. Pridie parilia] *Palilia vel parilia, Palis deæ solennitas. Dies vrbis Romæ natalis fuit XII. Cal. Maij. Palilia verò, vt Varro scribit, dicta à Pale, vt Cerealia à Cerere. Parilia verò, vt alij volunt, quoniam pro partu pecorum Pali Deæ sacra fiebant.*

Liberos eorum tolleret] *Respexit ad vulgatũ prouerbium: νήπιος ὃς πατέρα κτείνας παῖδας καταλείπει. De quo Erasmus in prouerbio: Stultus qui patre cæso, liberis pepercit.*

Celeusma. Adhortationem remigum] *Hortationem vocat, quam & Latini Græca voce Celeusma dicunt. Hoc verò in nauibus classiarijs assa voce interdũ, interdum tibia canebatur, ita vt remiges pro modulorum atq; harmoniæ ratione concitarent, vel inhiberent remos. Hinc Celeustes est, qui remiges hortatur, quasi nauigationis moderator, qui à Plauto Latinè dicitur, hortator. Budæus in prior. annot.*

Libitina. Libitina tunc vix sufficeret] *Cælius lib. 29. cap. 18. notat, Libitinam non sufficere dici, cùm morientium vis magna est. At idẽ lib. 5. cap. 25 notat Libitinam defunctorum præsidem, licet Acron Horatianus interpres scripserit, Libitinam lectum, quo mortui efferantur. Sed de Venere Epitymbia Libitinam dici autor est Plutarchus, prout Cælius latius docet lib 29. cap. 18. Vota Libitinariorum leguntur apud Senecam lib. de beneficijs 6. Ea verò sunt, vt complures moriantur. Hinc apud Horatium Libitinam vitare dicuntur, qui se immortalitati vendicant. Fuit quoq; Romæ Libitinensis porta. qua efferebantur cadauera, quoniam lege cautum erat, ne quis in vrbe sepeliretur. Huius Libitinensis portæ meminit in Commodo Lampridius.*

Scribam eum questor] *Quæstoribus enim ædilibus atq; prætoribus hanc facultatem fuisse, vt scribas legerent easq; in decurias vel quæstoriorum, vel ædilitiorum, vel prætoriorũ, prout lecti essent, transferrent, non obscurè innuit Cicero in Cluentiana, vbi de Matrinio scriba loquitur.*

Tempus omnia consumit. Per tabem tot annorum] *Tempus enim omnia consumit, Hinc Plato: Αἰὼν πάντα φέρει, δολιχὸς χρόνος οἶδεν ἀμείβειν οὔνομα καὶ μορφὴν καὶ φύσιν ἠδὲ τύχην.*

Victimarij. A victimarijs] *Victimarij sacerdotum ministri erant, qui victimas ligabant, & cultrum, aquam & molam portabant, & reliqua, quæ sacris necessaria erant. Meminit eorum & Valerius lib 1. cap. 1.*

Suas ornari prouincias] *Non solum enim decernebantur à Senatu prouinciæ, sed etiam post legem curiatam ornabantur, hoc est, summum consilium statuebat, quo viatico quo comitatu de publico instructi magistratus in prouincias proficisci, & si prouincia tuenda armis essent, quot legionibus item gerere deberent. Postremò Senatus de alimentis, vestibus, & stipendijs exercitus prouidebat. Argumento est epistola Cn. Pompeij lib 3. historiarum Salustij qua suis legionibus frumentum, stipendium à Senatu poscit & flagitat. Extat item huius antiquitatis memoria in Epistola Cæiq, vt annotat Zamoscius lib. 11. de Senatu Romano.*

Fortuna equestris. Fortunæ equestri] *Meminit huius libri & infra lib. ab hoc secundo. Huius verò ædem systylon ad theatrum lapideum fuisse Vitruuius in tertio scribit. Quare mirum, quod Cornelius Tacitus, alias antiquitatis diligentissimus, in tertio scribit, Romæ fortunam equestrem non fuisse.*

Rex sacrificus. Rege sacrifico] *Rex sacrorum, qui & rex sacrificulus dictus est, à Romanis institutus, Iunio Bruto & M. Valerio primis consulibus, cùm Roma reges exacti essent, vt Plutarchus in quæstionib. tradit, propter sacra quædam, quæ per regem tãtum celebrari decebat. Rex tamen iste pontifici maximo subiectus erat. Huius vxor regina sacrorum dicebatur, quæ quoties sacra faceret, ex malo Punico virgam, quam Inarculum vocabant, infulæ loco deferebat.*

Publicè latinè loquerentur] *An de Latino sermone, qui paucis doctioribus erat in vsu, aut de eo qui omnibus erat promiscuus, Liuius intelligit. Sic & Iuuenalis Satyra 11.*

Plebeios calices, & paucis assibus emptos:
Porriget incultus puer, atq; à frigore tutus
Non Phryx, aut Lycius, non à mangone petitus
Quisquam erit, & magno cum poscis posce Latinè.

Non mediocrem Romanis iniuriam fecissent Cumani, si eo lingua publicè loqui voluissent, quem illi non omnibus suis impertirẽt, sed primi ciuitatis primatum sibi vendicarent. De qua re vide latè disserentem Franciscum Floridum, Sabinum cap. 1. lib. 2. succisiuarum lectionum.

Coronas aureas] *Gellius lib. 5. cap. 6. Triumphales inquit, coronæ sunt aureæ, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur, id vulgo dicitur aurum coronarium. Seruius autem lib. 8. Aeneidos aurum coronarium esse ait, quod victis gentib. ob concessam vitam imponebatur. Quæ sententia Zasio in catalogo legum antiquarum minimè placet, quod aurum coronarium non tam à victis ciuitatibus quàm socijs atq; liberis dabatur. De hoc titulus est integer finẽ lib. 10. Codicis obs, vide Cuiacium de auro coronario. Meminit eius & Gellius lib. 13. cap. 23. & ibi vide Scholiastes.* *Corona aurea. Aurum coronarium.*

Quot annos nati] *Ante hanc legem frequenter etiam iuuenes, in quibus maxima virtus eminuisset, populo Romano concedente tumulatum, & reliquos magistratus assequebantur, vt id Cicero quinta Philippica affirmat. Ceterùm quia, quis cuiq; magistratui petendo legitimus annus esset, nominatim hac lege expressum non inuenitur. Quid Manutius legendo obseruarit, vide apud eum in lib. de legibus Romanis. Appellatur autem hæc lex etiam annaria, autore Festo, vnde Lampridius in Commodo: Post hac venia legis annaria impetrata, consul factus est. Vide de lege annaria Petrum Crinitũ, lib. 8 cap. 13. de honesta disciplina, Maiorogium cap 4. de Senat. Romano, & Zamoscium de Senatorum ætate quam plurima disputantem lib. 1. de Senatu Romano.* *Annaria lex.*

Amicitias immortales] *Prouerbij loco hãc sententiam citat Erasmus in prouerbio: Amicitias immortales esse oportet.*

Proscenium. Proscenium] *Prosceniũ locus erat autore Budæo. ante scenam porrectus, vbi pulpitum excitatum erat, quo actores fabularum prodirent, ita vt scena altior pulpito esset. pulpitum aliàs Orchestra. Sunt qui proscenium dictum esse putant à Nanuto Proscenio meretricula, ea siquidem cultum exquisitumq; auro fulta ornamentis, formosa grataq; puella speciẽ præferebat, vestium exuta turpissima notanõ caruit. De quo vide notata per Cæl. lib. 16. cap. 5. lect. antiq.*

Lares permarini. Larium permarinûm] *Qui sunt, vt vetus Lexicon interpretatur, θεοὶ θαλάττιοι vt annotat Turneb. lib. 23. aduers. cap. 35. Gyraldus historia Deorum Syntagmate 15. putat, quod vt antiqui domibus publicis priuatisq; ac compitis Lares, ita etiam nauibus attribuissent, vnde sint permarini lares.*

IN LIBRVM XLI. QVI ALIIS DECADIS V. LIBER I. DICITVR, ANNOTATIVNCVLÆ.

Qvintanam] *Scilicet portam, quæ & Quintana dicitur.*

Questoriũ. Questorium] *Tabernaculum Quæstoris, sicuti prætorium, tabernaculum prætoris.*

Sanqualis. Sanqualem] *Quam quidam ossifragam vocant. Sanqualem autem atq; immussulum augures Romanos in magna quæstione habuisse, autor est Plinius libro 10. cap 7.*

Prytaneum Prytaneum] *Prytaneum propriè dicebatur, quod in ea triticum seruaretur quod Græci πυρὸν dicunt, quasi πυρῶν ταμεῖον. autor est Plutarchus, Cimonem Atheniensem liberalitatis animi præditum domum suam ciuibus fecisse πρυτανεῖον κοινόν. Vide Cælium lib. 13. cap 32.*

Iupiter Olympius. Iouis Olympij] *Sic Iouem cognominatum esse, autor est Diodorus ab Olympo præfecto, à quo ingenij cultum acceperat, Cælius lib. 20. cap. 13. lect. antiq.*

Laquearia. Non laqueatum auro] *Id est, non tantum habens laquearia aurata sed etiam ipsos parietes auro incrustatos: Laquearia enim superiores ædificij partes conuexa dicuntur à nomine lacus, propterea quod tignorum interualla quandam lacuum speciẽ præbere videantur Cic lib. 2 de legib. Magnificasq; villas & pauimenta marmorea & laqueata tecta contemno Vbi Turneb laqueata t. ẽta eleganter lacunaris ornata lecta exponit, quod pingebatur inaurabaturq; Lucretius: Non Cythera reboant laqueata aurataq; templa.*

Glarea. Glarea extra] *Id est, minutissimus lapillus, qui in fluuiorum ripis vel maris littoribus reperiuntur.*

Iani. Ianos tres faciendos] *Iani plurali numero vocantur ædificia quadrifariam & peruia, seu fornicata illa & lapidea, seu ex materia pro tempore excitata. Sic Suetonius in Domitiano: Et forum (inquit) porticibus tabernisque claudendum & Ianos tres faciendos. Huc referenda, quæ & Cicero lib. 2. de natura deorum scripsit. Cumque (inquit) in rebus omnibus vim haberent maximam prima & extrema principem in sacrificando Ianum esse voluerunt, quod ab eundo nomen ductum est, ex quo transitiones peruiæ Iani, foresque in liminibus profanarum ædium ianuæ nominantur. Hæc Cicero.*

Marginare. Marginandasque] *Id est, vt viarum margines & extremitates integræ, sartæ tectæque conseruarentur, vel dilapsæ reficerentur. Sic marginata tabula apud Plin. lib. 35. cap. 12. quæ marginem habet ampl.*

Sardi Venales. Cæsa aut capta] *Tantum captiuorum Gracchus adduxisse scribitur, autore Plinio de viris illustribus, vt longa venditione res in prouerbium veniret. Sardi venales. Cuius prouerbij rationem Plutarchus in Romanorum problematibus aliam tamen adfert. Nimirum olim inoleuisse morem apud Romanos solennem, vt qui ludos in Capitolio ederent, Sardos venales pronunciarent, prodiretque puer quispiam, per ludibrium monili cinctus, quam bullam vocant, eumque morem hinc ortum putat, quod Veientes olim diu cum Romanis bellum gessissent, quodque orbem horum postremam Romulus expugnasset. Vnde & regem ipsum & multos captiuos Romam deductos, Venales pronunciauit. Porro cum Lydi ab initio fuerint Hetrusci, Lydorum autem caput erat Sardis, inde factum vt Hetruscos Sardorum nomine pronunciarit venales. Huius autem prouerbij meminit Cicero quoque lib. 7. Epist. fam. & explicat Erasmus in Chiliadib.*

Sardiniæ insulæ forma erat] *Insulæ eius longitudinem Strabo lib. 5 facit milliarium 220. Latitudinem 98. Ptolem. autem multo longiorem facit quam sit lata. Eorum enim lateris 138. mille passuum longitudinem habet, max latitudine 122. in mille passuum existente, in cuius sententia quoque est Mela lib. 2. cap. 7. circa finem. Est autem hæc insula à Sardo Herculis filio ita dicta, vt Silius Italicus lib. 12. & Solinus cap. 10. tradunt.*

IN LIBRVM XLII. SECVNDVM, QVI ALIIS DECADIS V. LIBER II. DICITVR, ANNOTATIVNCVLÆ.

INstrumento militari ornabantur] *Vide notata superius lib. 40.*

Pulla lana. Lana pulla] *Id est, Fusca in nigrum vergens cuiusmodi est, & terræ color qui Periceus dicitur, Vergil. lib. 3 Georgicorum: Ne maculis infuscet vellera pullis, id est, nigris, vt inquit Seruius.*

Pomptina palus. Pomptinum omne] *Paludem Pomptinam intelligit, quam alij Satyram appellant, alij verò Pontinam scribunt, de qua Vergilius Aeneidos septimo:*

Qua Saturæ iacet atra Palus, gelidusque per imas,
Quærit iter Valles atque in mare conditur Vfens.

De hac Palude vide Cælium lib. 19. cap. 25.

Iuno Moneta. Aedem Iunonis Monetæ] *Iuno Moneta vnde dicta sit, vide supra lib. 7. ab vrbe condita.*

Mars communis. Martem communem] *Homericum hoc est: Is siquidem Iliados σ. inquit,*

Ξυνὸς ἐνυάλιος, καί τε κτανέοντα κατέκτα. id est,
Communis Mars, inque vicem perimit perimentem.

Vide Erasmum in prouerbio, Omnium rerum vicissitudo est, et in prouerbio: Mars communis.

Cirrha. A' Cirrha] *Cirrha vrbs est in Phocide, ad radicem Parnassi montis, Plinius lib. 4. cap. 1.*

Latrones. Latrones] *Conuenienti eos nomine appellat latrones. siquidem illi sunt, qui spe prædæ hominum vitæ insidiantur, quales sunt, grassatores & viarum obsessores.*

Lautia. Loca, lautia acciperent] *Lautia quæ dicantur superius dictum est, & sunt à Plutarcho in quæstionibus Romanis interpretata, hoc verò prioribus adijciendum à Græcis ea xenia appellata, vt sit à Demosthene in oratione de legatione. Xenia enim Philippi regis legatis*

Xenia. *Atheniensium data sic nominat, id quod & alicubi Plutarchus, quin & eodem modo vsus est App. cum scribit Phameam, qui cum Scipione transfugerat, à Senatu susceptum, xenijsque quamplurimis donatum.*

Pella. Pellæ in vetere regia] *Huius situm infra lib. 45. Liuius describit, Strabonis Epitome, Pellam initio paruulum oppidum fuisse astruit, sed in ea nutritum Philippum, & ampliorem & illustriorem reddidit. Hæc Alexandri quoque Magni patria fuit, Vnde Iuuenalis:*

Vnus Pellæo iuueni non sufficit orbis,

Clara quoque est Euripidis sepulchro. cuius Politianus vno versu elegantissime meminit in Nutricia sua.

Quemque tegit rabidis lacerum piæ Pella molossis.

Minerua Alcides. Alcidam] *Minerua Alcides à Macedonibus cognominata est, haud dubie ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id est, robore, virtute, & fortitudine, sicut & Hercules ab ea dictus esse putatur.*

Agemata. Duo erant agemata] *Arrianus quosdam equites in Alexandri exercitu sarissophoros appellatos tradit, sicuti & nonnullas qui dicerentur amiti. Nec non alam equitum quæ dicatur agema, quanquam & de peditibus dici ἄγημα testatur idem Arrianus, vt notat Cælius lib. 21. cap. 31. Qui verò hic cetrati dicuntur, Græcis sunt Peltastæ,*

Cetrati. *Cælius lib. 10 cap. 4 Scuto protecti modico. & lanceas proferentes haud ita longas. idem lib. 21. cap. 18. De his etiam superius nonnulla annotauimus.*

Sacra ala. Equitumque sacris alæ] *Sic Cælius lib. 9. cap. 23 annotat, Thebis fuisse ἱερὸν λόχον, id est, sacram cohortem, quam Gorgidas instituerit primus ex electissimis viris, hoc est amatoribus, amatisque, vt voluere nonnulli, quando his est ad robur nexus potens.*

Equester ordo. Equites seminarium Senatus] *Equester enim ordo quasi gradus ad Senatorium erat. Aelius quoque Lampridius multis post annis euersa Repub. idem Alexandrum Seuerum Imperatorem dixisse narrat, Nunquam (inquiens) libertinos in equestrem locum redegit, asserens Senatorum seminarium equestrem locum esse. Hinc & Filius Adlecti*

Adlecti. *dicebantur, qui ob inopiam ex equestri ordine in Senatorium numerum assumpti sunt.*

Cestron. Cestrosphendonis] *Cestron missilis genus, quod Itali autore Cælio lib. 27. cap. 4. telum vocant, id Persis à bellis inuentum arbitratur Suidas, de qua & alijs generibus telorum Petrus Crinitus lib. 13. cap. 6. de honesta disc. Turn. lib. aduersariorum 20. cap. 31. Cestro Græcis verutum significari tradit.*

Iupiter Nicæus. Iouis quem Nicæum vocant] *An Nicæus à victoria, id est, νίκης dicatur, an à loco, dubitat Gyraldus, Idem tamen cum Ioue victore esse videtur, qui ita cognominatus est, quod omnia vincere putaretur, vt Liuius sub lib. 10. scribit, Papyrium in ipso discrimine, quo templa dijs immortalibus vouere mos erat, vouisse Ioui Victori, si legiones hostium fudisset. Iouis verò Victoris diem Festum Romani celebrarunt idib. Aprilis, qua de re Ouidius in Fastis:*

Occupat Apriles Idus cognomine victor
Iupiter, hac illi sunt data templa die.

IN LIBRVM XLIII. QVI ALIIS DECADIS V. LIBER III. DICITVR.

Recuperatores. QVinos Recuperatores] *Hi sunt qui postea iudices delegati à recentiorib. appellari cœperunt. Dabantur autem à prætore, post iudicium constitutum, vt annotat Budæus in posterioribus ad Pandectas.*

Patroni qui. Patronosque] *Qui eos defenderent. Qui defendit alterum, inquit Asconius, aut patronus dicitur, si orator est, aut aduocatus, si aut ius suggerit, aut præsentiam suam commodat amico, aut procurator si negotium suscipit, aut cognitor, si præsentis causam nouit, & sic tuetur vt suam.*

Vicesima. Vicesimas vendere Hispanos] *Variæ vicesimæ binis inde ab autoribus memorantur. Erat enim vicesima rerum venditarum, quæ ad fiscum pertinebat, de qua Plinius lib. 7. epistolarum. & Iacobus Cuiacius lib. 3. Variorum cap 16. Fuit & vicesima eorum, qui manumitterentur introducta ex lege Manlia, de qua supra lib 7 Huius meminit & Cicero ad Atticum lib. 2. quamuis Blondus in sua Roma triumphante, vbi de vectigalibus disputat, nescio cuius autoritate fretus, Ciceronem in eo loco de vicesima quadam loqui scribat, quam ex is frumentaria Latini Romanis præstiterint. Fuit & vicesima hæreditatum, introducta lege Iulia vel Papia, qua cautum erat, vt si quis hæres extraneus institutus fuisset, is priusquam hæreditatem adiret, vicesimam eius partem Fisco daret, qua lege filij & proximiores hæredes non tenebantur. De qua Alciatus libro*

dispunctionum 3.cap.6 Zasim in catalogo legum antiquarum de lege Iulia vel Papia de maritandis ordinibus. Hanc Gratianum Imperatorem, vt tradit in gratiarum actione Ausonius penitus sustulisse. De legibus autem vicesima primum scripsit Iurisconsultus A. Ofilius, auctore Pomponio de origine iuris.

Ampliati qui. Bis ampliatus] Ampliati sunt rei quorum damnatio vel absolutio differtur, aut quia coram sistendi sunt testes, aut quod nondum planè liquet, aut de crimine, aut de pœna modo. De qua late Budæus in prioribus annotat. Magna verò disputatio est de ampliatis & comperendinatis, de qua vide Manutium in libro de legibus Romanis: Robortellum lib.2. emendationum cap 25. & 26.27. Nec contemnenda sunt ea, quæ annotauit Torneb. lib.1. aduers. cap.3. quæ & superius retulimus.

Furius Præneste Matienus Tybur] Id propemodum est, Exquilias à feruenti migrare Suburra. Sed cum vrbes erant aliquot Latinorum, in quas exilij causa solum vertere ius erat, iam inde ab vltima propè antiquitate, in quibus hæ duæ numerabantur, vt ex Halycarnasseo tradit Torneb aduers. lib 16. cap. 21.

Compellare pro accusare. Potentes compellare] Compellare pro accusare hoc loco poni, Torneb. eodem loco annotat.

Cum quibus connubium non esset] Hos quidam latina conditionis fuisse credunt. At seruorum in numera fuisse Torneb. existimat, quod hic Liuius eos manumitti Senatui placuisse scribat, quo significat ingenuos non fuisse, & quod ea Colonia Latinorum Libertinorumq; appellata sit.

Sagulum. Sagula] Vestes militares Virgilius: Virgatis lucent sagulis. Tacitus de moribus Germanorum: Nudi aut sagulo leues, nulla cultus iactatio. Et paulo post, Tegmen omnibus sagum fibula, aut si desit, spina consertum.

Terminalia. Post Terminalia] Terminalia feriæ in honorem Termini dei, finium custodis instituta, quæ postridie Charistiarum celebrabantur, de quibus Ouidius in Fastis. Varro dicit, hoc Festum celebratum fuisse pridie Cal. Martias, nisi cum intercalaretur Februarius, tum autem sexto à fine die solitum fieri scribit, quanquam ait tum quoq; inferiores dies ei mensi demi solitos.

Sors cernit. Priusquam id sors cerneret] Sors cernere dicitur, cum tum alea aliquid permittitur, vt id disceptet, vt eueniat sit, quem adiudicauerit, Torneb. lib.16. aduers. cap.21.

Prætorum potestas. Prætores quibus & vis imperij minor] Cōsules enim duodecim fasces præferebant, prætores vrbani binos prouinciales senos, Hinc prouincialem prætorem Polybius ἑξαπέλεκυν solet vocare quasi cui sex secures præferantur, & imperium propriè consulum fuit, prætorum iurisdictio. Verum qui, quid vtriusq; ius fuerit latius scire volet, leget commentaria Onuphrij in lib Fast.

Censui censendo legem dicere. Censui censendo] Legem censui censendo dicere, pro censu agendo, æstimanduq; ciuium fortunis & facultatibus vetere dicendi formula vsurpauit, annotante Tornebo lib. & cap. præallegat.

Adiurare. Hæc adiurarent] Id est, hæc iurarent, aut præterea iurarent. Id enim est adiurare. Cicero pro Flacco, Illud quæro sintne ista prædia censui censendo.

Gratiosa missio. Gratiosa missio] Id est, per ambitionem & gratiam impetrata, vt Tornebus eodem loco exponit.

Ambitiosi Consules. Ambitiosi decreta. Non consulibus sed ambitiosis consulibus] Id est, qui vel fauore vel accepta mercede agerent. Sic & ambitiosa decreta dicuntur, tam quæ gratis quam ea quæ accepta mercede contra ius & æquum in alicuius fauorem à iudicibus interponuntur, L.65.§.2. ff. ad S. C. Trebell. Sic ambitiosas sententias accepisse videri potest in Domitiano Suetonius, Ambitiosas (inquiens) centumvirorum sententias rescidit, Vide Ranardum lib.3 Variorum cap 6.

Vltro tributa] Hæc quæ fuerint superius explicatum est, vt & quid sit inædificata: quæ huc repetas.

Auocare concionem. Auocatam à se concionem] Auocare concionem est concionem à magistratu, qui eam aduocauit abducere, quod vt apud Gellium est, ius erat aliquibus magistratibus facere. Sed à Tribuno auocare, vt ex Liuio auguramur, nefas erat. Torneb. lib.16. aduersar. capite vigesimo primo.

In ordinem se coactum] In ordinem redigi quid sit, supra lib. 25. explicatum est ex Cælij lib.25. cap.18.

Bona sacrorum consecrata. Bona consecrauit] Id est, deuouit & detestibilia decreuit esse, ita vt cuiuslibet direptioni exposita essent. Hoc enim hic est consecrare, licet & ita intelligi possit, vt consecrare sit à priuatis ad usum facere aliquo iure diuino vindicare, vt Romæ Sp. Mælij & M. Ciceronis area consecrata est, & Scipio Carthaginem consecrarunt ad æternam hominum memoriam, vt Cicero in prima agraria contra Rullum. Appianus in Libyca & lib.1. de bellis ciuilibus testantur. Alia est consecratia quam Apotheosim dixerunt, de qua nominatim locutus est Herodianus, vbi de Seueri morte agit, de qua vide Cælium lib. 21. cap. trigesimatertio.

Tribuni plebis sacrosancta autoritas. Vtriq; censori perduellionem se iudicare] Tribunus non tantam multam irrogat, sed etiam crimen indicat, cum quem de crimine cōdemnat, qua de re apud populum postea certabatur ex prouocatione, vt Torneb. præallegato loco annotat. Cæterùm quod tribunus censoribus diem perduellionis dicit, id inde fit, quod si quis intercessionis Tribunitiæ non paruisset, aut concionem à Tribuno auocasset, in Maiestatis crimen commisisse censeretur, vt & si quis cōcilium plebis vi atque audacia turbasset, tribunósue in ordinem coegisset, maiestatis in eum iudicium exercebatur, quale hoc libro describitur. Sed & si quis tribuno plebis de via non decessisset, in hoc crimen, quasi scopulum quendam impingebat. Scribit enim Plutarchus in Gracchis C. Veturium ciuem Romanum vltimo supplicio affectum, quod tribuno plebis in foro ambulanti de via nō decessisset, cum more maiorum omnes ei cedere tenerentur. Porrò hoc crimen antiqui perduellionem vocabant, ex ea nimirum causa, quod huius criminis conuicti, hostili animo aduersus Rempub. esse viderētur. Nam antiqui hostes perduelles vocabant itaq; ea differentia est inter perduellionis & maiestatis crimen, quod omnia perduellionis delicta sub nomine Maiestatis cadunt, non autem omnia, quæ crimina Maiestatis dicuntur, perduellionis sunt, vt L. fin ff. ad L. Iuliam maiestatem. Vide quæ de hoc annotauimus supra libro primo.

Perduellionis crimen.

Tabularium quid. Clausóq; tabulario] Tabularium locus erat Romæ refertus omnibus instrumentis, tabulis, literisq; publicis, in quibus omnia pascua, prædia, vectigalia, portoria, ciuitates, redemptionesq; publicanorum perscripta erant. De eo Maro scripsit:

Insanumq; forum, & populi tabularia vidit. Torneb. loco præallegato.

Si collega damnatus esset] Vera & infucata amicitiæ exemplum. Lætari enim & dolore affici ex his, quæ in vtramq; fortunam amico contingunt, vt in Lælio ait Cicero, ea demum est vera amicitia, & hinc Demetrius Phalereus veros amicos in rebus lætis & prosperis vocatos, in aduersis inuocatos & vltra adesse solitus est dicere: Cæterum aliam causam ob quam hi censores rei facti sunt, refert. Plinius de viris illustrib. cap 57 quem vide.

Comitem exilij] Pro magno enim & insigni amici commodo, tenuis (vt Theophrastus ait) infamia interdum subeunda est, quandoquidem breuitatis & famæ iactura maiore honestate plerunq; & cum maximo fœnore compensatur.

Conceptis verbis iurare. Conceptis verbis iurauit] Quid sit conceptis verbis iurare, ostendimus supra, & tradit Torneb. lib.3. aduers. cap.14.

Aquileiensium legatis] Certum enim videtur in colonijs familiarum numerum, citra iussu Senatus adijcere non licebat.

Epidomni magis celebre] Epidamnum ab Epidamno barbarorum rege conditore dictum esse, Appianus lib. bell. ciuilium secundo scribit: eiusq; portum pòst Dyrrachium dictum à Dyrracho Epidamni ex filia nepote. Tandem Corcyrenses appellationem vt infaustam mutasse portumq; ab vrbe quæ desuper imminet Epidamnum dixisse. Hactenus ille. At Romani, quia velut in damnum ituris omen id visum est, Epidamni nomine, vt magis infausto, expuncto, Dyrrachij vocabulum restituerunt, vt meminit Pomponius Mela lib.2. de Macedonia, ferè circiter finem.

Iupiter Nicæus. Templum Iouis quem Nicæum vocant] Huc transferenda sunt ea, quæ de Iane Nicæo circiter lib. 42. finem annotauimus: Victoria verò Græcis νίκη dicta est, παρὰ τὸ μὴ εἴκειν, id est, à nō cedendo: vt Cælius annotat lib.5. cap.6. Ita vt Nicæus non incommode ἀπὸ τῆς νίκης, id est victoria dictus esse videatur.

νίκη victoria vnde Græcis dicta.

IN LIBRVM XLIIII. QVI ALIIS DECADIS V. LIBER IIII. DICITVR, ANNOTATIVNCVLÆ.

Actium.

ACtium Acarnaniæ portum] *Vbi & Actij Apollinis templum erat, atq; Nicopolis Augusti imperatoris opus: Cum enim Octauius, cognomento Augustus, ante fauces Ambraciq sinum, Antonium cum Cleopatra Aegypti regina nauali bello vicisset, pro huius insignis victoriæ gloria Nicopoli nomen imposuit. Hoc verò bellum post Velleium Paterculum Orosius lib. 6. diligentissimè prosequitur, & sub finem libri octaui elegantissime Virgilius describit in Aeneæ clypeo. Nec minus eruditè, Flaccus Horatius in libro ἐπῳδῶν Ode nona. & lib. 4. Propertius.*

Diuortium itinerum] *Huc transfert ea quæ supra lib. 38. de diuortijs aquarum dicta sunt ex Turnebi sententia.*

Dium.

Circa Dium castra habuit] *Dium Ptolemeus Pieriæ attribuit, Stephanus Macedoniæ, in qua olim Olympica certamina celebrare consueuerant. Pausanias in Boeoticis autor est in his locis Orpheâ à mulieribus Thraciæ discerptum fuisse. Polybius lib. 4. autor est. Dium vrbē ædificijs, gymnasijs, porticibus templis, donarijs imaginibus veterum Macedoniæ regum eximiè fuisse adornatam.*

Enipeus.

Enipei amnis] *Celebris hic est amnis victoria Cæsaris contra Pompeium. vnde Lucanus lib. 7.*

Sanguine Romano quam turbidus ibit Enipeus.

Circenses ludi.

Ludricro circensi] *Quod Græcis olympicū, hoc Romanis Circenses ludi fuisse videntur. Quippe Agones Circenses apud Eleos in honorem Iouis Olympici patris et inuenti instituti q; sunt. Inde Romam aduocatos quidam ex Etruria narrant, vbi Neptuno et Cereri tribuerunt, quorum memoria quot annis celebrabatur iuxta fluminis ripam angusto tramite, altero latere vrgente flumine, altero posito gladijs, vt vtrinq; præsens exitium esset, bigarum cursu certabatur dimicatione periculosa, adeò vt intra præscriptum illas coercere necesse esset, vnde Circenses dicti De quibus præter Liuium his Blond. lib. 2 Romæ triumph. Marlianus lib. 4. cap. 10. Topog. Diod. lib. 4. Fast. Alexand. ab Alex. lib. 5 cap. 8 Cælius lib. 8. cap. 7. Leonic. lib. 2. cap. 57. & lib. 1. cap. 61 & lib. 2 cap. 62. De varia historia.*

Lingua.

Lingua] *Linguam vocat terram in mare procursam speciē linguæ. Nam lingua siue lingula interdum promontorium, vel alia quæuis terra longa & angusta dicitur, quæ in modum linguæ excelsa in mare excurrit, Cæsar lib 3 de bell. Gall. Erant eiusmodi ferè situs oppidorum, vt posita in extremis lingulis promontorijsq; neq; pedibus aditum haberent, &c.*

Ceruí

Ceruis etiam obiectis] *Cerui hic sunt furcæ lignéæue cornuta, ad similitudinem Ceruorum cornuum. Sic Cæsar lib. 7 De bello Gallico post eas aggerem & vallum duodecim pedum extruxit, huic loricam pinnasq; adiecit grandibus ceruis, &c.*

Iisdem castris tenderet] *Tendere enim re militari tentoria figere, seu Papiliones erigere significat, sic Cæsar lib 6 De bello Gallico vsq; eò, vt qui sub vallo tenderent mercatores, recipiendi sui non haberent facultatem & Virg lib. 2*

Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat Achilles.

Eumenem classemq; eius, tanquam vento allatas naues] *Videtur significare classem illam, cum socijs opem non tulerit, paruoq; temporis spatio illic manserit, videri potuisse non consilio eò venisse, sed tempestate delatam. Naues enim cum venientorum aliquò appelluntur, flatum cessantibus illis abeunt Victorius lib. 17. cap. 02. Var. lect.*

Natura inter se inimica] *Demosthenicum hoc esse videtur. Sic namq; ille: βασιλεὺς γὰρ καὶ τύραννος ἅπας, ἐχθρὸν ἐλευθερίᾳ καὶ νόμοις ἐναντίον.*

Hippagogi naues.

Naues quas hippagogos vocant] *Hæ aliter Hippagines vocantur, Polybius ἱππαγοὺς vocat in primo. De quo genere nauigij vide Baysium in libro de re nauali. Tractat etiam de eo nonnulla Franciscus Robortellus lib. 1. Emendat. cap. 2.*

Delius Apollo.

Sanctitas templi] *In cuius limine inscriptos fuisse Versus legimus, quibus edocerentur homines, qua herbarum compositione aduersus omnia venena vterentur. Ab hac verò insula Delo Apollo Delius vocatus quod in ea & natus & cultus esset, & oracula certissima redderet. Licet Macrobius Delium cognominatum tradat, quod Sol luce sua cuncta τὰ δῆλα, id est clara & manifesta faciat.*

Cyclades.

Per Cyclades] *Sic insulæ, circa Delum in orbem sitæ, autore Plinio, dictæ sunt, cui & Strabo accedit, vt mirari liceat, qua causa motus Seruius Cycladas dictas scripserit, non quod in circuitu sint, sed potius quod longo ordine eas ire cuique necesse est. De his vide Melam lib 2. de insulis Mediterranei maris.*

Vtrarij.

Vtrarios ad mare] *Vtrarij dicebantur, qui vtribus & alijs id generis pellibus & aquam in castra deferre solebant.*

Bucculæ.

Bucculasq;] *Buccula ea cassidis partes, per quam mittitur spiritus, ita dicta quod buccam tegant. Hinc bucculasq; in ære cauis dicuntur, qui galeas faciunt, vt annotat Turnebus lib 9. aduers. cap. 16.*

Macedonas vt triste prodigium] *Sic & Galatas Lunæ defectu conspicuo perterritos, nec cum Attalo rege vlterius procedere voluisse narrat Polybius lib. 5. Et Germanos ante nouam lunam prælio minimè contendere solitos refert Cæsar lib. 1. de bello Gallico. Cæterùm de hac Eclipsi Lunæ vide scripta à Plutarcho in vita Aemylij, qui tradit milites Romanos pro sua consuetudine splendorem Lunæ æris pulsu tinnitu reuocasse, & consulem Aemylium, vbi primum à tenebris Lunam expurgatam viderit, vndecim ei vitulos immolasse. Hinc Polyb. lib. 9. tradit cognitione Mathematū, & maximè astrologiæ & Geometriæ, Imper. opus esse, de quo ipsum latius vide.*

Diana Tauropolus.

Dianæ quam Tauropolon vocant] *Dianam Tauropolon vocant, sicuti in Periegesi scribit Dionysius Afer, non ab gente solum, sed & ab animali, vt probat Eustathius, quia armentis præsit. Cælius lib. 7. cap 15. Tauropolia Dianæ meminit, & Diodorus lib. 5. Idem & Tauropolia sacrificia Dianæ et Martis apud Amazones vocari scribit Phauorinus. Tauropolon (inquit) Dianam dixerunt, quoniam vt Taurus peragrauit omnia, vel quod Taurum Neptunus immiserit Hippolyto furente, æstro per omnem ferè terram, vel quod Iphigenia è Scythia fugiens in Attica simulachrum Dianæ constituerit, & Tauropolon Dianam appellauit.*

Samothraca.

Samothracum traiecisse] *De hac insula leges Strabonem lib. 10. Diodorum Siculum lib. 6 Plinium lib. 4. cap. 12. lib. 36. cap. 5. lib. 37. cap. 10. Pomp Melam lib. 2. cap. 7. Volater. lib 9 cap. 4. Geograph.*

IN LIBRVM XLV. QVI ALIIS DECADIS V. LIBER V. DICITVR, ANNOTATIVNCVLÆ.

AD quadrigas mittendas excendenti] *Ascendenti non excendenti legendum. nam veteres iscendo pro ascendo dixisse, annotat Turneb. lib. aduers. 20. cap. 30. Sic Varro i vineam in arbores iscendit vitis: & rursus in carnarium iscendit.*

Laureatæ tabellæ.

Laureatas tabellas] *Literas laureatas intelligit, qua quid fuerint superius ostendimus Et vide de his, e Brodeum lib. 1. Miscellanearum cap. 33.*

Pullo amictus illo] *Turnebus lib 26 aduersariorum cap. 20. legit pullo amictus villo. Villus autem pilus est, Martialis. Calfaciunt villi pallia nostra mei. Si quis tamen sillo legere malit. nec ipse contradicet.*

Fortuna instabilis.

Exemplum mutationis rerum humanarum] *κύκλος τῶν ἀνθρωπίνων id est, Circulus rerum mortalium scilicet sunt, quod circumaguntur, & velut in orbem recurrant fortuna versante rotam, de quo Erasmus in prouerbio, omnium rerum vicissitudo est. Et in prouerbio Fortuna.*

Quid vesper ferat] *Vide Erasmum in prouerbio, Nescis quid vesper vehat. & huc allusit Philippus supra lib. 39. cum Thessalis respondens, minacem clausulam adiecit, nondum omnium dierum solem occubuisse.*

Consurrexit consul] *Quin & consulem hostis crudelissimi aduersa fortuna motum, lacbrymas multas effudisse alij scribunt, verè mi siquidem cadentium magnam reuerentiæ partem etiam apud hostes habere debet. Vide Plutarchum in vita Aemylij, Sabellicum lib. 8 Ennead. 5. Florum lib. 2. cap. 12. & Sabellicum lib. 4. cap. 7. Ethnic. exemplorum. Platinam lib 2. de optimo ciue.*

Romanorū mos in tractandis & audiendis legatis.

Masgabæ regio] *Rom. consuetudine, si quando reges aut legati venire nunciarentur primo quid vellent ab exploratoribus cognoscebatur, postea ad eos egrediebantur minores magistratus. Quod si essent legati hostium, non admittebantur in vrbem, sed ijs & hospitium & Senatus extra vrbem dabatur, vt supra lib 30. de Carthaginensium legatis. Et post Nicostratus in lib. quem inscripsit De Senatu habendo tertium senaculum circa ædem Bellonæ fuisse memoriæ prodi-*

IMPRESSVM FRANCOFVRTI AD MOENVM,
IN CELEBERRIMO GERMANIÆ EMPORIO, IMPENSIS ET
OPERA GEORGII CORVINI, SIGISMVNDI FEIERABENTI, ET
HAEREDVM VVIGANDI GALLI.



ANNO M. D. LXVIII.

